II

[illegible]

[illegible]



C. I
S. F
O. 3
N. 19-20

Digitized by Google

7. 46. F. 12

CHRONOLOGIAE
HISTORICO-LEGALIS
SERAPHICI ORDINIS
TOMUS TERTIUS

CONTINENS

OMNIA CAPITULA, ET CONGREGATIONES GENERALES, CONSTITUTIONES, ET STATUTA EMANATA

Ab anno 1633. usque ad annum 1718.

QUIBUS SUNT ANNEXA BREVIA, ET CONSTITUTIONES PONTIFICUM NEC NON SS. CONGREGATIONUM DECRETA EDITA PRO FELICI GUBERNIO RELIGIONIS, SUO LOCO, ET TEMPORE DISPOSITA.

Opus Minoribus Obſervantibus, Reformatis, Diſcalceatis, ac Recollectis tam Superioribus, quam ſubditis neceſſarium,

OLIM IN UNUM VOLUMEN

COLLECTUM, ET DISPOSITUM

Studio, diligentia, labore Adm. R. P. JULII de Venetiis ejuſdem Ordinis Lectoris Jubilati, iterato Ex-Provincialis, & Commiſſarii Generalis Terrae Sanctae:

NUNC VERO IN DUAS PARTES DISTRIBUTUM,

SUPPLEMENTIS, NOVISQUE ACCESSIONIBUS AUCTUM, ET AD ANN. USQUE MDCCLI. PRODUCTUM

OPERA P. F. CAROLI MARIÆ PERUSINI,

Almę Obſervantis Provinciae S. P. N. FRANCISCI Alumni, Lectoris Jubilati, Ex-Miniſtri Provincialis, Chronologi Generalis Ordinis, Supr. & Univerſ. Inquiſitionis Qualificatoris, & Sac. Congregationis Indicis Conſultoris.

PARS PRIMA.

A Congregatione Generali Anni MDCXXXIII. Ad uſque Indictionem Capituli Generalis Romani Anni MDCCXXIII.





ROMAE MDCCLII.

Typis Octavii Puccinelli, in Typographia S. Michaelis ad Ripam.

SUPERIORUM FACULTATE.

Digitized by Google

MINORITAE LECTORI
CHRONOLOGUS ORDINIS.



Hronologiæ *Historico - Legalis* exemplaria, in qua cum Leges, Legumque nostrarum declarationes, tum Comitiorum totius Franciscanæ Familiæ, aut particularium Cisalpinæ, vel Transmontanæ Familiarum Acta recensentur, adeo infrequentia esse, ut ea magno pretio stare, & vix in ditioribus Bibliothecis adinveniri, te omnino latere non arbitror. Cum vero illud avidius, nescio an novitate, vel utilitate præstantius, conquireretur volumen, quod posteriorum temporum præscripta complectitur; hinc factum est, ut ab iis, qui votis nostris, quantum licet, in dies respondere non desinunt, cura mihi demandata sit de iterum hac de re edendo Volumine, quod olim P. JULIUS VENETUS publici juris fecerat, una cum Continuatione ad hæc usque tempora; quod quam potui citissime duobus comprehensum voluminibus, quæ *Partem Primam*, & *Secundam* inscripsi, absolvi. Quæ in hac exornanda editione peregerim paucis tibi dicam: primum itaque fuit, supplere quæ JULIUS omiserat; alterum vero, Chronologiam ad hæc usque tempora continuare.

Ad primum quod adtinet, non ignoras JULIUM antedictum suam auspicatum fuisse Chronologiam ab anno 1633. eamdemque ad annum usque 1718. perduxisse, quam in *prima* hujus Operis *Parte* fideliter recusam deprehendes; si pauca excipias, quæ inutiliter fuerant repetita, ut est ALEXANDRI VII. Breve Apostolicum de perpetuo Officialium Generalium Curiæ in suis Provinciis suffragio, quod in eadem pagina 100. bis impressum leges. Plura tamen addidi, quæ *Supplementi* loco esse possunt, & multo etiam majora fortasse addidissem, si antequam daretur impressioni initium, otio vacassem, aut de iis, quæ addenda erant, sedulo cogitassem. Hinc priores paginas offendes easdem pene, quæ in veteri editione occurrunt. Inter Additamenta vero, præter Literas Pontificias quamplures, & SS. CC. aut Superiorum Generalium Decreta haud pauca, operæ pretium duxi originis, & progressus utriusque RECESSUS, quem vocant, penes Observantes, & Reformatos in Italia contexere historiam. (Simile quidpiam de aliis nostri Sodalitii Societatibus olim factum videre est in Chronologia P. Michaelis Angeli a Neapoli; & idipsum fecissem de aliis cæterarum Nationum, casu, quo

habeantur, si ad manus meas earum documenta pervenissent.) Item controversias enarravi de INDULGENTIA PORTIUNCULÆ, de quibus fere omnes non multis ab hinc annis differuere; pauci tamen admodum sunt, qui illas perfecte calleant: item circa LEGATA PERPETUA, Apostolicis declarationibus Capituli *Victoriensis* præcepto relatis plurima adjunxi ad eamdem rem spectantia, quæ tempus illud præcesserunt, vel subsecuta fuere: denique eamdem Chronologiam ad annum usque protuli 1722. Et hæc sunt, quæ *Primam* Operis *Partem* constituunt.

Ad alterum vero quod pertinet, norunt omnes ab anno 1718. in quo desinit vetus *Juliana* editio, ad hanc nostram ætatem quater totius Ordinis Comitia habita fuisse, quorum certe duo omnium extitere præclarissima, ut quæ duorum Maximorum Pontificum fuerint præsentia, ac majestate quam cumulatissime nobilitata. Jam tenes quæ dicam, utraque nimirum *Romana*, anni scilicet 1723. quibus præfuit S. M. INNOCENTIUS XIII. & anni 1750. quæ moderatus est Sanctissimus, ac sapientissimus Pontifex BENEDICTUS XIV. qui ad omnium felicitatem Catholicæ Ecclesiæ clavum tenet in præsentia. Reliquis vero duobus, scilicet *Mediolanensibus*, & *Vallisoletanis* illud quoque singulare fuit, ut a duobus nostri sodalitii viris clarissimis regerentur; illa quidem a MATTHÆO BASILE, qui tunc Ordinis Præfectura absolvebatur; hæc autem a JOSEPHO GARCIA, olim supremo Ordinis Rectore, & tunc Episcopo Seguntino. Nec per eadem tempora defuere Comitia minora, quæ *Congregationes generales* vocamus, ut quæ sexies in alterutra Familia acta fuerint, & ter quidem ut in iis de Summo Ordinis Moderatore eligendo ageretur. Horum omnium Acta, quantum mihi licuit, recensere non prætermisi, quæ quidem Minoritam Lectorem magni scire interest: sed graviora adhuc sunt, quæ eumdem ignorare puderet quam maxime. Ejusmodi sunt BENEDICTI XIII. fel. rec. Pontificis clementissimi Brevia, Indulta, & Apostolicæ Constitutiones, quæ aut nostri Sodalitii privilegia, aut Leges respiciunt, & quarum aliquæ aut penitus abrogatæ fuerunt, aut ad terminos juris communis redactæ, aut denique adhuc vigent, & in suo robore perseverant. Has consequuntur BENEDICTI XIV. Pontificum doctissimi sanctiones, quibus aut Ecclesiastica Disciplina suis innixa principiis mirifice asseritur; aut Ordinariorum jura, ac Regularium privilegia declarantur, & quod suum est utrisque distincte tribuitur; aut denique rebus nostris opportune summa cum prudentia consulitur. Hæc omnia, quæ habere potui, in *altera* Operis *Parte* suis in locis disposui, imo illis annexui plurima SS. CC. & Superiorum Generalium Decreta, ac Sententias; horum, itidem Epistolas Encyclicas, & alia hujusmodi. In fine autem nonnul-

nullos constitui juxta temporum Seriem Catalogos, quibus sub brevibus Elogiis exhibentur omnes Cardinales Protectores Ordinis, omnes itidem Ministri Generales, omnesque Vicarii, qui utramque Familiam Observantium, ante editam Bullam *Unionis*, sunt moderati; & post hanc, omnes Commissarii Generales pariter utriusque Familiæ, ac demum Commissarii Generales Indiarum, qui in Curia Serenissimi Catholici Regis commorantur. In his sine ullo partium studio scribendis ea de illis dixi, quæ a probatis Autoribus accepi, simulque adnotavi quas eorum Officia passa sunt vicissitudines. Idem facere decreveram de Procuratoribus Generalibus Ordinis, Commissariis Curiæ, Procuratoribus Generalibus Reformatorum, & Procuratoribus Generalibus Discalceatorum, ac Recollectorum: sed quoniam priorum, non modo successionem, sed nec primam eorum institutionem in tanta temporis angustia reperire potui, ideo opportunius esse censui illorum Catalogos ad aliud Volumen differre. Demum pro coronide Catalogum exhibeo omnium Provinciarum, ex quibus in præsentia universus Ordo consurgit. In hoc scribendo omnem impendi operam, ut suus unicuique Provinciæ daretur *præcedentiæ* locus, singulis earumdem apponendo tempus erectionis, cujus unaquæque sit Congregationis notando, ac denique dignitates omnes, quas generales dicimus, proferendo, quibus earum Alumni a Bulla *Unionis* fuerunt hactenus exornati. Non tanti nos facimus, ut in eo contexendo nihil peccasse dicamus: in tanta namque nominum, locorum, nationum, & rerum varietate proclive erat unicuique errare.

Hæc sunt, Candide Lector, de quibus monitum te esse volebam, ut scias maximam nostrarum Legum, quæ obsoletæ non sunt, partem, duobus hisce voluminibus comprehendi. Ne mireris autem, quod in iis iterum impressum non videas statutorum Compendium, quod *Compilatio Sambucana* vulgo audit: cum enim in Transmontana Familia nullius pene sit usus, in hac vero nostra nullam obtineat autoritatem, supervacaneum esse duxi rebus inutilibus paginas onerare. Cæterum ut scias oportet me statim posthac operam daturum, ut etiam alterum recudatur Chronologiæ volumen, quod ab sodalitii nostri exordio ad annum usque 1633. produxit olim P. Michael Angelus a Neapoli, qui Legibus Ordinis aut nullas, aut certe paucissimas addidit Summorum Pontificum, & SS. CC. Sanctiones, quas mihi onus erit invenire, suisque locis aptare, ut ita demum habeas absolutum Juris Canonici Franciscani Codicem. Vale, & quæ peccavi ut benigne precor ignoscas.

FR.

Digitized by Google

FR. RAPHAEL A LUGAGNANO

Lector Emeritus, Ex-Minister Generalis; ac totius Cismontanæ Familiæ Fratrum Minorum S. P. N. FRANCISCI Commissarius Generalis, Visitator, & Reformator Apostolicus, & Servus.

CUm juxta Apostolicas, nostrique Ordinis Constitutiones de mandato nostro a duobus Theologis revisum, & approbatum fuerit opus, cujus titulus est: *Chronologia Seraphica Historico-Legalis &c.* olim à R. P. Julio Veneto dispositum, nunc vero novis accessionibus auctum, & ad hæc usque tempora productum a R. P. Carolo Maria Perusino nostræ Observantis Provinciæ Seraphicæ ex Ministro, Lectore Jubilato, & Ordinis Chronologo, præsentium tenore eidem facultatem facimus, quatenus, servatis de reliquo servandis, idipsum typis mandare possit, & valeat. Datum Romæ ex Aracœli die 6. Novembris 1751.

Fr. Raphael a Lugagnano
Commissarius Generalis.

De Mand. Rmi in Christo Patris
Fr. Franciscus Antonius a Mutiliana
Secretarius Generalis.

AP-

Digitized by Google

APPROBATIONES

EX commiſſione Reverendiſſimi Patris Magiſtri Sacri Palatii Apoſtolici Opus perlegi, cui titulus eſt -- *Chronologia Seraphica Hiſtorico-Legalis &c.* -- duobus Tomis diſtributum, in quorum utroque nihil deprehendi quod Fidei puritati, boniſque moribus adverſetur. Quinimo optime conſultum fore cenſeo regulari diſciplinæ illorum, ad quos ea pertinent, quæ in Opere continentur, ſi uterque Tomus typis evulgari benigne permittatur.

Datum Romæ ex Cœnobio SS. XII. Apoſtolorum ſexto Calendas Auguſti 1752.

Fr. Seraphinus Antonius Pagni Ord. Min. Sac. Theol. Magiſter manu propria.

CApitula, Congregationes, Conſtitutiones, ac Statuta Generalia Ordinis Minorum S. Franciſci, quæ in hoc opere cui titulus: *Chronologiæ Hiſtorico-Legalis Seraphici Ordinis Tomus Tertius* in unum Volumen Admodum R. P. Julius de Venetiis collegit, nunc in duas partes accurate diſtribuit, & magnificentiſſime auxit Pater F. Carolus Maria Peruſinus Chronologus Generalis ejuſdem Ordinis &c. & S. Congregationis Indicis Conſultor; Juſſu Reverendiſſimi Patris Joſeph Auguſtini Orſi S. Palatii Apoſtolici Magiſtri attente, & diligenter legi, & in eis nihil offendi, quod a Fide Orthodoxa, aut bonis moribus alienum ſit, immo vero omnia Religioſis Minoribus tum Obſervantibus, tum Reformatis &c. perquam neceſſaria, digna proinde cenſeo, ut publici Juris fiant.

Ex Cœnobio Sanctorum Coſmæ & Damiani de Urbe pridie Kalendas Septembris 1752.


Fr. Bernardinus Mezzadri Tertii Ordinis Sancti Franciſci S. Theologiæ Magiſter, Regens Generalis, Ex-Provincialis, & S. Congregationis Indicis Conſultor.

IM-

IMPRIMATUR.

Si videbitur Rm̃o Patri Magiſtro Sacri Palatii Apoſtolici.

F. M. de Rubeis Patriarcha Conſtantinopolitanus Viceſgerens.




IMPRIMATUR.

Fr. Vincentius Elena Rm̃i Patris Mag. Sac. Pal. Apoſtol. Soc.

CHRO-

Digitized by Google



CHRONOLOGIA
SERAPHICA
HISTORICO - LEGALIS
A Congreg. Generali Anni MDCXXXVI.
AD INDICTIONEM USQUE
Capituli Generalis Anni MDCCXXIII.



Oſt annum 1633. primus Congreſſus occurrere debebat pro celebranda Congregatione Generali Ultramontana ; ſed graſſante per Orbem peſtilentia, & inter Hiſpanos, & Gallos furente bello, Urbanus VIII. Pont. Maxim. primum dato Brevi ad ſuum pro tempore Nuncium Hiſpaniarum, Congregationem Generalem per ſemeſtre diſtulit, ut tantis Vocalium incommodis indulgeret. At permanentibus eiſdem cauſis, proſpiciens ferè eſſe impoſſibilem unionem Vocalium, dato alio Brevi, quod loco, & tempore celebrandorum Comitiorum publicari mandavit, omnes Officiales eligendos ipſe inſtituit, & nominavit. Breve autem eſt tenoris ſequentis.

VRBANVS PAPA VIII.
Ad futuram rei memoriam.

CUm, ſicut accepimus, juxta Conſtitutiones Ordinis Fratrum Minorum Sancti Franciſci de Obſervantia Apoſtolica authoritate confirmatas, ac literas felic. record. Leonis Papæ X. Prædeceſſoris noſtri deſuper emanatas, Congregatio Generalis, ſive Capitulum Generale intermedium eorumdem Fratrum Familiæ Ultramontanæ hoc anno in Regnis Hiſpaniarum pro electione Commiſſarii Generalis, & Diffinitorum ejuſdem Familiæ Ultramontanæ congregari, & celebrari deberet, & propter præſentes bellorum motus, aliaque impedimenta, Vocales ad Capitulum hujuſmodi accedere nequeant, & propterea Capitulum hujuſmodi celebrari non poſſit: Nos ejuſdem Ordinis, & Familiæ gubernio, ac ne propterea ullum eidem præjudicium oriatur, pro noſtri paſtoralis officii debito, quantum in Domino poſſumus, conſulere volentes, habita priùs matura diſcuſſione per dilectum Filium noſtrum Franciſcum S. Laurentii in Damaſo Diaconum Cardinalem Barberinum nuncupatum S. R. E. Vice-Cancellarium, noſtrum ſecundum carnem ex Fratre Germano - Nepotem, & dicti Ordinis apud Nos, & Sedem Apoſtolicam Protectorem, qui nedum Miniſtrum Generalem, ſed etiam alios Patres graves ejuſdem Ordinis ſæpiùs audivit, & votum nonnullorum Romanæ Curiæ Prælatorum adhibuit, & ut infra opportunè provideri poſſit, nobis retulit. Idcircò motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtra, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, dilectos Filios Franciſcum de Guerra, Patrem Provinciæ Conceptionis, Lectorem Jubilatum, & Secretarium dicti Ordinis, in Commiſſarium Generalem præfati Ordinis; nec non Didacum de Cea Lectorem Jubilatum, Patrem Provinciæ Angelorum, Curiæ Romanæ Commiſſarium; & Franciſcum Andream *de la Torre* Lectorem Jubilatum, & Miniſtrum Provinciæ Burgenſis pro Provinciis Hiſpaniarum; Petrum Gaſſardi Provinciæ Aquitaniæ Antiquioris Diffinitorem, actualem negotiorum Gallicorum in Romana Curia Curatorem; & Ignatium Legeult Miniſtrum Provincialem pro Provinciis Galliæ: nec non Franciſcum a S. Maria Cuſtodem Daciæ, Lectorem Generalem in Domo Regulari Beatæ Mariæ de Aracœli de Urbe ejuſdem Ordinis, ac Bonaventuram de Artois Miniſtrum Provincialem S. Joſeph in Comitatu Flandriæ pro Germania inferiori, & ſuperiori Diffinitores uſque ad celebrationem Capituli Generalis dicti Ordinis, cum omnibus, & ſingulis privilegiis, gratiis, & indultis, quibus alii, qui pro tempore fuerunt Commiſ-

sarii Generales, & Diffinitores Familiæ Ultramontanæ hujusmodi usi sunt, ac uti poterunt, tenore præsentium facimus, constituimus, & deputamus: Mandantes propterea omnibus, & singulis dictæ Familiæ Ultramontanæ Ordinis præfati Fratribus, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, ut Commissarium Generalem, & Diffinitores per nos vigore præsentium deputatos, ea, qua decet, reverentia prosequantur, eorumque monitis, & mandatis salubribus in omnibus ad Officia hujusmodi spectantibus promptè pareant, & obediant; Non obstantibus præfatis Leonis Prædecessoris Nostri Litteris, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non dicti Ordinis &c. consuetudinibus, privilegiis &c. innovatis: quibus omnibus &c. derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Dat. Romæ &c. die 15. Martii 1636. Pontif. anno 13.

Verum enim verò, cum Pater Franciscus Guerra, qui nominatus fuerat Commissarius Generalis, apud Curiam Regis Hispaniarum minimè acceptus esset, interdicta fuit publicatio Brevis prædicti. Itaque cum Reverendissimus Pater Petrus de Urbinas officium suum absolvisset, & nullus electus ejus loco fuerit, Minister Generalis, singulari exemplo post Bullam Unionis, utramque Familiam rexit; Ideoque nullum documentum hujus Congressus appono, cum nullus existat actus.

Post acta cujuscumque Congressus ponuntur Brevia Pontificis, & Decreta SS. Congregationum, si quæ prodissint, pro Religionis gubernio disposita, ab anno præcedentis congressus usque ad sequentem. Sed cum Adm. R. P. Michael Angelus a Neapoli pervenerit tantùm ad annum 1633. operæ pretium duxi hoc loco ponere Brevia, quæ data reperi annis intermediis usque ad 1639.

BREVIA PONTIFICIA

Quod Secretarii Commissariorum Indiarum, postquam per sexennium eorum munere functi sunt, gaudeant inter Ex-Diffinitores suarum respective Provinciarum.

URBANUS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

CUm, sicut dilecti Filii Minister Generalis, & Commissarius Generalis Indiarum Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia, Nobis nuper exponi fecerunt, licet Regularia dicti Ordinis statuta Apostolica Authoritate confirmata laboribus Secretariorum Ministri præfati, & Commissarii Generalis Ordinis præmium constituerint; eadem tamen statuta nihil decreverunt, quo Secretariis Commissariorum Generalium Indiarum dicti Ordinis, expleto laudabiliter eorum Officio, remunerari valeant, quandoquidem horum Secretariorum munus non minoribus, quam istorum molestiis, laboribusque subjaceat: siquidem eorumdem Secretariorum. Commissariorum Indiarum cura, & vigilantia decem, & octo Provinciarum, ac quatuor Custodiarum dicti Ordinis negotia expediuntur, & ipsi Secretarii Infidelium earundem partium ad fidem catholicam conversioni sedulè incumbunt. Quare Minister, & Commissarius Generalis præfati Nobis humiliter supplicari fecerunt, ut super præmissis opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur Ministri, & Commissarii Generalium hujusmodi votis, quantum cum Domino possumus, annuere volentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, quod de cœtero Secretarii Commissariorum Generalium Indiarum, postquam tamen in hujusmodi munere per sexennium rectè, & laudabiliter se gesserint, in suis quisque Provinciis duntaxat, omnibus, & singulis privilegiis, gratiis, & indultis, quibus earumdem Provinciarum Diffinitores, qui fuerunt, utuntur, potiuntur, & gaudent, pari modo uti, potiri, & gaudere libere, & licite possint, & valeant, Apostolica Authoritate, tenore præsentium concedimus, & indulgemus. Decernentes præsentes literas &c. Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die 24. Januarii 1634. Pontif. Nostri anno undecimo.

Quod Secretarii Procuratoris, ac Commissarii Generalis in Romana Curia, gaudeant omnibus privilegiis, quibus fruuntur, qui Diffinitores fuerunt in sua Provincia.

VRBANVS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

EXposuit Nobis nuper fecerunt dilecti Filii Procurator Generalis Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum, & Commissarius Generalis dicti Ordinis in Curia Romana, quod licet Secretarii Ministrorum, & Commissariorum Generalium dicti Ordinis Secretariatus hujusmodi officio functi, diversis exemptionibus gaudeant, & inter Ministros Provinciarum connumerati sint, ac Secretarii Commissarii Generalis Indiarum residentis in Aula charissimi in Christo Filii nostri Philippi Hispaniarum Regis Catholici similiter privilegiis Diffinitorum Provincialium, ex concessione a Nobis facta, gaudeant; nihilominus eorumdem Procuratoris Generalis, & Commissarii Generalis in dicta Curia Secretarii, qui labores, curasque majoris momenti subeunt, similibus privilegiis hactenus minime gavisi sunt. Quare, ut incommodis obvietur, quæ exinde provenirent, quando nullus dicti Ordinis Frater gravitate, & doctrina præditus reperiretur, qui se curis, laboribusque hujusmodi, absque ullo præmio, subeundis submitteret: Nobis humiliter supplicari fecerunt, ut super præmissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur Procuratoris Generalis, & Commissarii Generalis in Romana Curia prædictorum votis, quantum cum Domino possumus, annuere, eosque specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, quod de cœtero Procuratoris Generalis, ac Commissarii Generalis in Romana Curia prædictorum Secretarii, postquam Secretariatus hujusmodi officium in dicta Curia expleverint, ut omnibus, & singulis privilegiis, & exemptionibus in propriis Provinciis fruantur, & gaudeant, quibus ii frui, & gaudere solent, qui Diffinitores Provinciales fuerunt, Apostolica authoritate tenore præsentium concedimus, & indulgemus. Decernentes præsentes literas &c. Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris 29. Januarii 1635. Pontificatus nostri anno 12.

Quod

Quod duo Fratres Germani interesse non possint in eidem Diffinitorio.

URBANUS PAPA VIII.
Ad perpetuam rei memoriam.

Exponi nobis nuper fecit dilectus Filius Didacus de Cea Commissarius Generalis Curiæ Fratrum Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia, quòd juxta regularia eorum instituta, Apostolica auctoritate confirmata, ut factionibus obvietur, & aliàs pro bono guberaio Diffinitores, Custos, & Provincialis intersunt, duo interesse non possunt, qui sint Fratres Germani. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat; in divini cultus, & religionis augumentum maximè cessurum sit, si idem in eorundem Fratrum diffinitoriis Regnorum Hispaniarum observetur: Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut super præmissis opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur dicti Didaci Commissarii Generalis votis, quantum cum Domino possumus, annuere, illumque specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à Jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes hujusmodi supplicationibus inclinati, Quod etiam eorundem Fratrum Diffinitoriis Regnorum Hispaniarum duo interesse non possint, qui sint Fratres Germani, idque quemadmodum in Diffinitoriis Italiæ omnino observari debeat, sub indignationis nostræ, & censuris Ecclesiasticis, nec non privationis vocis activæ, & passivæ pœnis ipso facto per contrafacientes incurrendis, Apostolica auctoritate tenore præsentium statuimus, ac præcipimus, & mandamus, Decernentes nihilominus irritum, & inane, quicquid secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, non obstantibus præmissis, ac quibusvis Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nec non dicti Ordinis, Juramento, confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, cæterisque contrariis quibuscunque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris Die xxiii Novembris, Millesimo sexcentesimo trigesimo quarto, Pontificatus nostri Anno Duodecimo.

M. A. Maraldus.

Sententia per Arbitros data circa Jubilatorum præcedentiam super illis, qui ex gratia dumtaxat sunt ex Provinciales.

Nos infrascripti a Reverendissimo Patre Fratre Joanne Baptista a Campanea totius Ordinis Minorum Sancti Francisci Generali Ministro Æstimatores, & Arbitri constituti controversiæ exortæ quoad præcedentiam inter Lectores Jubilatos, & alios ex privilegio personali gaudentes prærogativis eorum, qui alias Ministri Provinciales fuerunt; ita fas, & jura exigere perspeximus, ut judicium faciamus, Lectores Jubilatos, cœteris paribus, quoscumque alios Patres, qui simili munere ex gratia, & benignitate Majorum fruuntur, præcedere debere, & ita æquissimo cuiquam Judici nobiscum sentiendum arbitramur. In quorum &c. Datis in Conventu Aracœlitano 1636.

Ita sentio, & judico Ego F. Evangelista a Perusia Lector Generalis.

Ita sentio, & judico Ego F. Dominicus a Gallesio Lector Jubilatus.

Ita sentio, & judico Ego F. Hieronymus a Cilento Procurator Generalis Ordinis.

Ita sentio, & judico Ego F. Joannes Romanus Lector jubilatus, & Minister Provincialis.

F. Aloysius a S. Angelo Romanæ Curiæ Secretarius.

Roma discessus Reverendissimus Pater Minister Generalis, & in Hispanias profectus, Literis Apostolicis electus fuit Vicarius Generalis totius Cismontanæ Familiæ P. Dominicus a Neapoli, qui tunc erat Procurator Generalis Ordinis, eique in hoc officio successit P. Hieronymus a Cilento Secretarius Generalis, & Provinciæ Principatus Pater. Cum porrò dictus Pater Dominicus a Neapoli Iserniensis Ecclesiæ Episcopus fuisset renunciatus, ejus loco suffectus est P. Josephus Redaellus Provinciæ Mediolanensis Pater, qui olim Patriæ Legatus ad Catholicam fuerat missus Majestatem, per Breve Apostolicum, quod sequitur.

Ad. R. P. Josephus Redaellus eligitur Vicarius Generalis Cismontanæ Familiæ.

URBANUS PAPA VIII.

Dilecte Fili salutem, & Apostolicam benedictionem. Religionis zelus, sacrarum literarum scientia, fides, & integritas, nec non in rebus gerendis prudentia, aliaque egregia virtutum merita, quibus te a Domino insignitum esse accepimus, Nos inducunt, ut te muneri, quod Nobis maxime cordi est, libentee præficiamus, firma spe in Domino freti, te munus hujusmodi rectè & ex animi nostri sententia laudabiliter administraturum. Cum itaque nos nuper Ecclesiæ Iserniensis, certo tunc expresso modo Pastoris solatio destitutæ de Persona Venerabilis F. Dominici Episcopi Iserniensis, tunc Vicarii Generalis Familiæ Cismontanæ Fratrum Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum nobis, & Venerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus ob suorum exigentiam meritorum accepta, de eorumdem Fratrum consilio, Apostolica auctoritate providerimus, eamque dictæ Ecclesiæ in Episcopum præfecerimus, & Pastorem; per provisionem verò, & præfectionem prædictas munus Vicarii Generalis hujusmodi vacaverit, & vacet ad præsens. Nos felici, prosperoque Fratrum Familiæ Cismontanæ prædictæ statui, gubernioque, quantum cum Domino possumus, consulere, teque specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a Jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existis, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus dilecti Filii nostri Francisci S. Laurentii in Damaso Diaconi Cardinalis Barberini nuncupati S. R. E. Vice-Cancellarii nostri secundum carnem ex Fratre Germano Nepotis, & dicti Ordinis apud nos, & Sedem Apostolicam Protectoris, nobis super hoc humiliter porrectis inclinati. Te Fratrum ejusdem Ordinis, & Familiæ Cismontanæ Vicarium Generalem, cum omnibus, & singulis facultatibus, auctoritate, jurisdictione, privilegiis, gratiis, & indultis, quibus dictus Dominicus Episcopus, & alii, qui pro tempore fuerunt Fratrum Familiæ Cismontanæ Ordinis hujusmodi

A 2

modi Vicarii Generales, de jure, usu, consuetudine, aut alias quomodolibet usi sunt, seu uti, frui, & gaudere potuerunt, seu etiam debuerunt, in locum dicti Dominici Episcopi, Apostolica auctoritate, tenore præsentium facimus, constituimus, & deputamus, mandantes propterea in virtute Sanctæ Obedientiæ, ac sub indignationis nostræ, & aliis arbitrii nostri pœnis omnibus, & singulis ejusdem Ordinis, & Familiæ Cismontanæ hujusmodi Superioribus, fratribus, & personis, cœterisque, ad quos quomodolibet spectet, ut te in Vicarium dicti Ordinis Familiæ Cismontanæ hujusmodi Generalem, juxta tenorem præsentium recipiant, & recognoscant, & tibi pareant, faveant, & assistant, tuaque salubria monita, & mandata suscipiant, humiliter, & efficaciter adimplere procurent: Alioquin sententiam, sive pœnam, quam ritè tuleris, seu statueris in rebelles, ratam habemus, & faciemus, auctore Domino, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Nos enim ex nunc irritum, & inane decernimus quid quid secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac dicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate aliàs roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis, a quibuscumque Superioribus, & personis Ordinis hujusmodi, Familiæque Cismontanæ prædictæ sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis clausulis, & Decretis in genere, vel in specie, ac aliàs in contrarium quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis eorum tenoribus, præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cœterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die xxx. Octobris 1637. Pontificatus nostri Anno decimo quinto.

Statuuntur quæ observanda sunt circa Jubilationem Lectorum in Cismontana Familia Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia.

URBANUS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

CUm sicut accepimus ex frequentissima immeritaque Lectorum jubilatione in Cismontana Familia Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum, quamplures querelæ, multaque, & gravia Incommoda in eandem familiam redundarint, ac de remedio incommodis hujusmodi adhibendo cum primùm illa ad Dilecti filii nostri Francisci Sancti Laurentii in Damaso Diaconi Cardinalis Barberini nuncupati S. R. E. Vicecancellarii, nostri secundum carnem ex Fratre Germano nepotis, dictique Ordinis apud nos, & Sedem Apostolicam Protectoris, aures pervenerunt, tractatum fuerit. Nos, qui Religiosorum Ordinum pacem, & unitatem sinceris desideremus affectibus, ut querelis, & incommodis hujusmodi obviam eatur.

Motu proprio, & ex certa scientia, ac mera deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, tenore præsentium statuimus, ut Lectores jubilati juxta præscriptum litterarum fel. rec. Clementis Papæ VIII. Prædecessoris nostri, nec non Generalium d. Ordinis Constitutionum pluries renomaterum, ac postremo in Capitulo Generali d. Ordinis in Civitate Toletana celebrato instituatur, ita quod nullus post hac ad Jubilationem admittatur quin prius Logicam, & Philosophiam tres annos; ac Teologiam decem, absque ulla intermissione edocuerit, vel si intermitti contigerit, duodecim annos Theologiæ Lector extiterit; Singulis quibusq; annis publica, & authentica attestatione à Guardiano, & Discretis eorum manu propria, & Juramento firmata, Conventusque sigillo obsignata conficiatur, & in publico Conventus Archivio servetur, ubi, cum opus fuerit, reperiatur.

Ut Theologiæ lectio in ordine ad futuram jubilationem non introducatur, nisi ubi studia formata viguerint, & Generalia, atque à Capitulo, & Congregatione Generalibus instituta. Quod Lectores, qui non intervenientibus prædictis conditionibus per Provinciam, vel per Superiores Generales ad Jubilationem admissi reperientur, eo ipso nulliter jubilati censeantur, ut numerus Lectorum Jubilatorum restringatur juxta dispositionem Capituli Generalis in Alma Urbe anno 1612. celebrati pro Ultramontana Familia, videlicet, pro unoquoque Studio Generali in singulis Provinciis existenti, duo tantum Jubilati permittantur; & quolibet deficiente, loco ipsius alter sufficiatur, qui Lectionis Cursum prius absolverit. Demum pro servanda in Provinciis d. Ordinis tranquillitate, reprimendisque querelis in hac Curia in dies exurgentibus, & quod plurimi non probato legitimè Lectionis tempore, & cum majorum deceptione Superiorum Jubilationem obtinuerunt, statuimus pariter, & ordinamus, ut præfato more informationes, & temporis ad Lectionem constituti attestationes per Ministros Provinciales de novo conficiantur, & ad Generales Superiores firmatæ, sigillatæque remittantur, ut hac ratione relaxationibus, & abusibus obviam eatur.

Mandantes propterea, omnibus, & singulis d. Cismontanæ Familiæ Ordinis hujusmodi Superioribus, Fratribus, & personis, quocumque nomine nuncupatis, ad quos spectat, & pro tempore quomodolibet spectabit, in Virtute Sanctæ Obedientiæ, ac sub indignationis, aliisque arbitrii nostri pœnis, ac circa prædictorum Lectorum jubilationem, quicquam aliud, quàm in prædictis Statutis disponitur, ullo unquam tempore de cætero facere, vel attentare audeant, seu præsumant, ac decernentes Statuta hujusmodi, nec non præsentes litteras valida, firma, & efficacia existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam, quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus quibusvis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac dd. Ordinis, & Cismontanæ familiæ hujusmodi, etiam Juramento, Confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate aliis roboratis Statutis, & Consuetudinibus, privilegiis, quoque Indultis, & litteris Apostolicis, quibusvis d. Ordinis Superioribus, Fratribus, & personis sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis in genere, vel specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis eorum tenor. præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice duntaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Volu-

Digitized by Google

Volumus autem, ut præsentium transumptis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides in Judicio, & extra illud adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris, die 2: Martii 1638. Pontific. nostri Anno decimoquinto.

M. A. Maraldus.

Patrem Ignatium le Gault confirmat cum dependentia à Ministro Generali.

VRBANVS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

ALiàs Nos ut multis laboriosis, dispendiosisque itineribus obviaretur, ad quæ extra Regnum Franciæ peragenda cogebantur dilecti Filii Fratres Ordinis Sancti Francisci Regni prædicti, ut superiores suos pro rebus necessariis Ordinem ipsum concernentibus adirent; considerantes, valdè utile, & commodum dictis Fratribus fore, Vicarium, seù Commissarium pro eorum regimine, in dicto Regno constitui, & deputari, re prius de mandato nostro communicata, matureque discussa cum nonnullis Romanæ Ecclesiæ Prælatis, ac Vicariis Generalibus, tùm Observantiæ, tum Reformationis, aliisque gravioribus Ejusdem Ordinis Religiosis, & Nobis per dilectum filium nostrum Franciscum S. Laurentii in Damaso Diaconum Cardinalem Barberinum nuncupatum, S. R. E. Vice-Cancellarium, nostrum secundum carnem ex Fratre germano Nepotem, ac dicti Ordinis apud Nos, & Sedem Apostolicam Protectorem relata, & attento maximo numero Religiosorum Virorum, ac Mulierum in tàm amplo Regno Franciæ in dicto Ordine Divinæ Majestati inservientium, quibus quidem perrarò admodum contingebat videre Superiorem Generalem, illumque jam tum a decem annis desiderabant, præsertim quocumque alio Directore destituti, cum alioquin experientia compertum esset, iis in Regnis, ac Provinciis, in quibus Commissarii existunt, faciliùs feliciùsque Regularem Disciplinam excoli, promoveri, & retineri, non sine maximo Reipublicæ Christianæ bono, dilectum Filium Ignatium *le Gault* Provincialem Provinciæ Parisiensis Recollectorum, Ejusdem Ordinis Commissarium Apostolicum Provinciarum, Custodiarum, Ministrorum, Custodum, ac Conventuum Fratrum Minorum Observantiæ, Recollectorum, & Tertiariorum Reformatorum in Regno Galliæ, Apostolica Authoritate ad nostrum, & Sedis Apostolicæ beneplacitum fecimus, constituimus, & deputavimus, dantes eidem Ignatio plenam, amplam, & liberam facultatem, & authoritatem Provincias, Custodias, & Conventus prædictos visitandi, reformandi, & tàm in capite, quàm in membris corrigendi, & castigandi, Capitula Provincialia, seù Congregationes Capitulares, ubi & quando opus fuisset, convocandi, in eisque (nisi Minister Generalis interesse voluisset) præsidendi, atque Ministros, & Custodes canonicè electos confirmandi, ac omnia, & singula, quæ ad prosperum statum, & felix guberninm eorumdem Fratrum pertinere cognovisset, faciendi, gerendi, mandandi, & exequendi, nec non contradictores quoscumque per Censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione postposita, compescendi, atque eos, si veniam petiissent, absolvendi, & liberandi, & alia, prout in nostris in simili forma Brevis desuper expeditis literis, quarum tenorem præsentibus pro expressis haberi volumus, pleniùs continetur. Cum autem sicut postmodum accepimus, pro consequendo fructu, qui ex prædicta Commissarii deputatione sperabatur, nonnulla visa fuerint majori expressione indigere. Nos in præmissis opportuno declarationis nostræ ministerio providere volentes, facultates in præfatis nostris literis Eidem Ignatio Commissario ad præsens deputato, & successivè pro tempore futuro concessas, omnes, & singulos, qui Regulam S. Francisci sub Obedientia Ministri Generalis Observantiæ, ac sub prædicti Francisci Cardinalis protectione profitentur, Religiosos tam de Observantia, Reformatos, Cordigeros, Recollectos, aut Tertiarios nuncupatos, quàm etiam Moniales ejusdem Ordinis cujusvis generis, ac quocunque nomine nuncupatas, & in specie magnum Conventum Parisiensem, nec non Sancti Bonaventuræ, Turoniæ, & Franciæ Provincias complecti, & comprehendere Apostolica Authoritate, tenore præsentium declaramus: illosque, & illas, sub eisdem facultatibus comprehensos, & comprehensas esse, & fore decernimus; mandantes propterea in virtute S. Obedientiæ, ac sub indignationis nostræ, & excommunicationis latæ sententiæ, privationisque vocis activæ, & passivæ, nec non & singulorum actuum legitimorum, ac nullitatis omnium, quæ contra præsentium literarum nostrarum dispositionem quomodolibet contigerit attentari, aliisque arbitrii nostri pœnis, omnibus, & singulis Provinciarum, Custodiarum, & Conventuum, nec non Monasteriorum Monialium hujusmodi, Superioribus, Fratribus, Personis, ipsisque Monialibus, ac cæteris, ad quos nunc quomodolibet, & pro tempore spectabit, ut eidem Ignatio præsenti, & successivè pro tempore futuro Commissario hujusmodi, in omnibus, & singulis ad Commissarii ejusmodi Officium spectantibus, promptè pareant, & obediant, ejusque salubria monita, & mandata recipiant humiliter, & efficaciter adimplere procurent: alioquin sententiam, sivè pœnam, quam ipse Ignatius, & successivè pro tempore futurus Commissarius ritè tulerit, seu statuerit, faciemus, Authore Domino, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Non obstantibus omnibus illis, quæ in dictis literis voluimus non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque &c. Datum Romæ die 5. Junii 1538. Pontific. Anno 15.

Digitized by Google

SEXAGESIMUM NONUM
Capitulum Generale. Romæ 1639.

ANno supradicto celebratum est Romæ hoc Capitulum Generale, convocatis Vocalibus per litteras P. Rmi Generalis Campanee, licèt Galli regio edicto impediti interesse non potuerint.

Acta Capitularia exhibemus.

Cum autem pro bono regimine Religionis à Summis Pontificibus assignetur aliquis, vel Cardinalis, vel Nuntius, vel in ipsorum absentia Prælatus, qui auctoritate Apostolica præsideat Comitiis, cum Diplomata pro singulis fiat ejusdem tenoris, apponam pet extensum Breve hoc anno expeditum Cardinali Francisco Barberino Protectori tamquam exemplar cœterorum.

URBANUS PAPA VIII.

Dilecto Filio Francisco &c.

Dilecte Fili noster salutem, & Apostolicam Benedictionem.

CUm sicut accepimus, Capitulum Generale Fratrum Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum, cujus apud Nos, & Sedem Apostolicam Protector existis, in Domo Regulari Sanctæ Mariæ de Aracœli de Urbe ejusdem Ordinis propediem, benedicente Domino, celebrandum sit: Nos cupientes, ut Capitulum hujusmodi rectè, & feliciter ad Dei laudem, & præfatorum Fratrum utilitatem celebretur, motu proprio, & matura deliberatione, certaque scientia nostris circumspectionem tuam, cujus eximiam pietatem, prudentiam, integritatem, ad Religionis zelum in his, aliisque gravissimis Reipublicæ Christianæ negotiis pertractandis experti sumus, & in dies magno ejusdem Reipublicæ bono experimur, in Capitulo Generali præfato Nostro, & Apostolicæ Sedis nomine Præsidentem cum Authoritate, facultatibus, jurisdictione, honoribus, & oneribus similibus Præsidentibus competentibus, ac aliis solitis, & consuetis, ac cum facultate, quando tu actibus capitularibus intervenire non poteris, aliquam Personam Ecclesiasticam tibi benè visam in tui locum, ad hujusmodi Præsidentis munus cum authoritate, & facultatibus tibi per præsentes concessis substituendi, ac votum, sivè suffragium in eodem Capitulo habendi, & ferendi cum hoc, ut occurrente votorum paritate, illi in Generalem, & alios Ministros, & Officiales electi censeantur, in quorum favorem votum sivè Suffragium tuleris, authoritate Apostolica, tenore præsentium facimus, constituimus, & deputamus: teque in Domino hortamur, & monemus, ut Capitulum hujusmodi feliciter regere, ac in illo omnia, quæ ad prosperum totius Ordinis hujusmodi regimen, & gubernium pertinent, decerni, statui, & ordinari cures, & facias. Mandantes propterea in virtute Sanctæ obedientiæ dilectis Filiis Ordinis præfati Superioribus, quocumque nomine nuncupatis, cæterisque Fratribus, & specialiter Vocalibus in præfato Capitulo congregatis, aliisque, ad quos spectat, ut te in ejusdem Capituli nostro, & dictæ Sedis Nomine Præsidentem reverenter recipiant, tibique, ac per te substituendæ personæ hujusmodi Officium pertinentibus pareant: obediant, & assistant tosque, & ejusdem Personæ a te substituendæ salubria Monita, & jussa suscipiant humiliter, & efficaciter adimplere procurent. Non obstantibus Constitutionibus &c. Datum Romæ die 7. Maii 1639. Pontific. Nostri Anno 17.

In Nomine Domini. Amen.

Hæc est Tabula celeberrimi Capituli Generalis.

In hoc Conventu S. Mariæ de Aracœli Almæ Urbis Romæ celebrati, undecima Mensis Junii 1639. Præsidente Eminent. & Reverend. D. D. Francisco Tituli S. Laurentii in Damaso Diacono Cardinali Barberino, S. R. E. Vicecancellario, Protectore nostro, à Sanctissimo D. N. URBANO VIII. specialiter delegato.

IN primis sexennio Rever. Patris Fratris Joannis Baptistæ à Campanea feliciter absoluto, Rev. P. Fr. Joannes Merinero, Provinciæ Castellæ Lector Jubilatus, & Minister Provincialis, suffragiis Religionis in Generalem Ministrum totius Ordinis cooptatus est.

Commissarius Generalis Cismontanæ familiæ.

Reverendissimus Pater Frater Benignus à Genua totius Ordinis Pater.

Patres, & Diffinitores perpetui totius Ordinis.

Idem Reverendiss. P. Fr. Benignus à Genua olim Minister Generalis.

Reverendiss. P. Fr. Joannes Baptista à Campanea Minister Generalis præteritus.

Pater Ordinis, & Diffinitor perpetuus familiæ Ultramontanæ.

Reverend. P. Fr. Petrus de Urbinas Commissarius Generalis præteritus.

Procurator Generalis Ordinis in Curia Romana.

Adm. Rev. P. Fr. Gaspar Sanchez, Lector Jubilatus Provinciæ Castellæ, & Collegii Majoris Complutensis Apostolorum Petri, & Pauli Guardianus.

Commissarius Generalis Curiæ Romanæ.

Adm. Rev. P. Fr. Joseph Redaellus, Lector Jubilatus Provinciæ Mediolanensis, Exprocurator Ordinis.

Procurator Generalis Reformatorum familiæ Cismontanæ.

Adm. R. P. Fr. Ascanius de Assisio Pater, & Custos Provinciæ S. Francisci.

Diffi-

Diffinitores Generales Ultramontanæ familiæ .

Adm. Rev. P. Fr. Joseph Vasquez Lector Jubilatus , & Provinciæ S. Jacobi Minister .

Adm. Rev. P. Fr. Bartholomæus Foyas Lector Jubilatus , & Provinciæ Aragoniæ Minister .

Adm. Rev. P. F. Ignatius Le Gault Provinciæ S. Dionysii Pater , & Commissarius Generalis Galliæ .

Adm. Rev. P. Fr. Claudius Le Petit Provinciæ Franciæ Pater , Sac. Theolog. Magister .

Adm. R. P. Fr. Antonius Hiqueus Provinciæ Hyberniæ Lector Jubilatus , & Provinc. Scotiæ Minister .

Adm. Rev. P. Fr. Lazarus Sanguessa, Provinciæ Saxoniæ S. Joannis Baptistæ Minister , & Commissarius Generalis Germaniæ , & Belgii .

Diffinitores Generales Cismontanæ familiæ .

Adm. Rev. P. Fr. Evangelista Momigno Pater Ordinis , Lector Jubilatus , & Minister Provinciæ Tusciæ .

Adm. Rev. P. F. Thomas à S. Agatha, Provinciæ Marchiæ Custos .

Adm. R. P. Fr. Petrus Posnaniensis, Lector Jubilatus Provinciæ Poloniæ Pater, & Minoris Poloniæ Custos.

Adm. Rev. P. Fr. Nicolaus de Spinazzola, Secretarius Generalis , Custos Terræ Sanctæ .

Adm. Rev. P. Fr. Joannes à Neapoli, Provinciæ Terræ Laboris Minister .

Adm. Rev. P. Fr. Pacificus de Roma Sacræ Theologiæ Lector , Provinciæ Romanæ Minister .

Guardianus Terræ Sanctæ .

Committitur electioni Reverendissimi Patris Generalis Ministri .

Confirmatio Electionis Reverendissimi Patris Fratris Joannis Merinero in Ministrum Generalem totius Ordinis Minorum S. Francisci .

URBANUS PAPA VIII.

Dilecte fili , salutem , & Apostolicam benedictionem . Cum sicut Nobis nuper exponi fecisti , Tu in Capitulo Generali Fratrum Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum in Alma Urbe nostra novissimè celebrato , in Ministrum Generalem ejusdem Ordinis canonicè electus fueris , & electionem hujusmodi , pro majori illius validitate , & subsistentia , Apostolicæ confirmationis robore communiri plurimum desideres : Nos sperantes electionem hujusmodi de persona tua , ut præfertur , factam , ob tuum Religionis zelum , fidem , prudentiam , integritatem , & doctrinam , eidem Ordini plurimum profuturam ; teque specialibus favoribus , & gratiis prosequi volentes , & à quibusvis excommunicationis , suspensionis , & interdicti , aliisque Ecclesiasticis sententiis , censuris , & pœnis , à jure , vel ab homine quavis occasione , vel causa latis , si quibus quomodolibet innodatus existis , ad effectum præsentium dumtaxat consequendum , harum serie absolventes , & absolutum fore censentes , supplicationibus , tuo nomine , Nobis super hoc humiliter porrectis , inclinati ; Electionem de persona tua in Ministrum Generalem dicti Ordinis , factam , Apostolica auctoritate , tenore præsentium approbamus , & confirmamus , illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus , omnesque , & singulos , tam juris , quam facti defectus , si qui desuper quomodolibet intervenerint , supplemus . Non obstantibus Constitutionibus , & ordinationibus Apostolicis , ac quatenus opus sit , dicti Ordinis , etiam juramento , confirmatione Apostolica , vel alia quavis causa , roboratis , statutis , & consuetudinibus , privilegiis quoque , indultis , & litteris Apostolicis , in contrarium præmissorum quomodolibet concessis , confirmatis , & innovatis . Quibus , omnibus , & singulis , illorum tenores præsentibus pro plene , & sufficienter expressis habentes , illis aliàs in suo robore permansuris , hac vice dumtaxat specialiter , & expresse derogamus , cæterisque contrariis quibuscumque . Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris Die xx. Julii 1639. Pontificatus Nostri Anno Decimosexto .

M. A. Maraldus .

FR. JOANNES MERINERO

Totius Ord. Fratrum Minorum Generalis Minister , & Servus .

Dilectis nobis in Christo Seraphicæ Religionis nostræ Patribus , & Fratribus universis , Superioribus , ac Subditis , salutem in Domino sempiternam .

IN præcelsa universi Ordinis Seraphici dignitate , licet immerentes constituti , singulos vestrum in sua quemque Provincia Paternæ Charitatis affectibus invisimus : præsentia nostra , Deo dante postmodum invisuri : Nec mirum est , ut intra loci unius angustias positi immensa terrarum spatia collustremus . Hæc enim est Charitatis , quæ nos urget , prærogativa ; ut immensitatem æmulando ubique semper , & omnibus præsens assistat . Hæc etiam , propellente optimi regiminis necessitate , nos impulit , ut inter tot leges , statuta , & constitutiones in nostro Ordine ab Antecessoribus nostris tam numerosè conditos , ut jam multitudine sua deficere , & laborare videantur , aliqua etiam noviter sancita , vel ex veteribus renovata , in Capitulo Generali nuperrime celebrato ederemus , quæ pro utraque familia ad perfectiorem Regulæ nostræ , in qua velut matrice statuto omnia continentur , observationem commodiora judicavimus . Non est autem damnanda legum multiplicatio , vel jam senescentium instauratio : quia ut disertè dixit Tertullianus , Universa conditio recidiva est : & ideo oportet , ut sui renovatione reparetur . *Hoc nos edocet Naturæ ordo , quæ tam in Cælestibus , quàm in terrenis , quibus de Cælo disciplina est , miro quodam modo senescendo deficit , renovando reparatur , defraudando resarcitur , uberiora sæpius , & cultiora in renovatione accipiens , quàm in prima sui molitione susceperat . Terram intueamur , ut monet in suo Pallio Tertullianus ,* Temporatim vestiri amantem : prope simus eandem negare memores viridem , dum conspicimus flavam , mox visuri , & canam . *Quod in Orbe , & ipsius partibus Naturæ deficientis , & renovatæ species repræsentat : hoc etiam in Politicis evenire deprehendimus ; languescit in Regnis justitia , frigent in Rebuspublicis statuta , mutantur mores , legum observantia dissipatur , & in Religionibus penè emoritur disciplina . Unde necesse est , ut nova quotidie statutorum , & legum pharmaca , medicamentaque adhibeantur , quibus languentia ad perfectionem studia recurentur . Hinc Deum Optimum Maximum , ut*

scripsit

Digitized by Google

scripsit contra Judæos Tertullianus, Pro temporum conditione legis præcepta reformantem in hominum salutem deprehendimus. *In quem, ut legum æmulum, honoremque authorem aspicientes, nonnulla ex statutis nostris senescentia renovare, & quasi de novo condere visum est; quibus perfectam religiosæ disciplinæ observantiam tueri in universo Ordine nostro Seraphico, & sustentare possimus. Cæterum quia nulla lex sibi soli conscientiam justitiæ suæ debet, sed iis à quibus obsequium expectat: Idcirco vos Patres, & fratres amantissimi plurimum in Domino obsecramus, & exhortamur, ut hæc statuta, quæ non tam recenter edita, quàm ex senio renovata promulgamus, studioso suscipiatis affectu, & salubri quadam æmulatione exequamini. Illud præ oculis habentes, quod in exigenda Regulæ nostræ, & statutorum observatione severissimum Judicem, & rigorosum sentietis exactorem. Nemini in hac parte delinquenti ignoscam, ad nullius negligentiam connivebo: sed in omnes pariter, Dei, & Religionis causam acturus animadvertam, utpotè qui super amplissimæ hujus Civitatis muros (Seraphicam dico Religionem nostram) custos constitutus, noctu, diuque pervigil, & mei muneris, & animarum vestrarum rationem reddere pertimesco. Valete.*

Fr. Joannes Merinero
Minister Generalis.

STATUTA GENERALIA

A Sanctissimo D. N. Urbano Octavo in forma speciali, & ex certa scientia, cum præinsertione ipsorum literis sequentibus confirmata.

URBANUS PAPA VIII.
Ad perpetuam rei memoriam.

IN supremo Apostolatus solio, meritis licèt imparibus, divina dispensatione præsidentes, ex incumbenti nobis pastoralis officii debito religiosorum Ordinum in Ecclesia Dei militantium prosperum statum, felicemque directionem sinceris desiderantes affectibus, iis, quæ propterea piè, & providè præsertim in eorum Capitulis Generalibus facta fuisse comperimus, ut firma perpetuò, & illibata remaneant, libenter cum à Nobis petitur, Apostolici muniminis adjicimus firmitatem, prout conspicimus in Domino salubriter expedire. Cum itaque sicut dilectus filius Joannes Merinero Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum Minister Generalis Nobis nuper exponi fecit, in Capitulo Generali ejusdem Ordinis in Domo Beatæ Mariæ de Aracœli nuncupatæ de Urbe prædicti Ordinis novissime celebrato, pro felici universi Ordinis hujusmodi gubernio, & directione nonnulla Statuta edita fuerint tenoris subsequentis, videlicet.

STATUTA GENERALIA
Pro Utraque Familia.

De Ministro Generali.

DEclarat Capitulum Generale, omnem, & quamlibet potestatem, quæ in Ministro Generali reperitur ad dispensandum in statutis Generalibus, totam ipsi provenire à Generali Capitulo: unde quoties ab eodem Capitulo Generali decreto irritante prohibetur, ne in aliquo statuto concedatur absolutè dispensatio, vel non nisi sub certis conditionibus ibidem expressis. Si Generalis Minister, aut absolutè dispenset, aut conditiones ad dispensandum requisitas non observet, ejusmodi dispensatio ipso facto irrita evadit.

Ordinatur à Capitulo Generali, ne liceat Ministro Generali, & multo minus aliis inferioribus Prælatis, qui electionibus præsident, illas jam inchoatas suspendere, aut iis jam congregatis, ad quos spectat, faciendis electionibus interesse, eas impedire ne fiant. Præterea iisdem Prælatis Generalibus interdicitur, ne functiones, quæ ad Congregationem legitimè convocatam spectant, suspendere, aut impedire præsumant: Scientes totum hoc irritum fore, utpotè violentum, & libertati electionis contrarium.

Item prohibetur iisdem Prælatis Generalibus, ne posthac ad Provincias quemquam mittant, ut celebrandis earum Congregationibus intermediis præsit, nisi causa valde notoria, & urgens se obtulerit; vel major Diffinitorii pars Provinciæ ita postulet: Alioquin Provinciales, & alii ad quos attinet, uti jure suo in hac parte permittantur.

Si Generalis Minister è familia discedat, ex qua fuit assumptus, & neminem ibi relinquat, cui vices suas commiserit, ut ad eum veluti Commissarium Generalem è Provinciis recurratur: In hoc eventu determinat Capitulum Generale Provincialibus fas esse cum Diffinitoriis ad Intermedias Congregationes celebrandum devenire. Capitulum tamen Provinciale nullatenus celebrabunt.

Declaratur nemini Prælatorum deinceps licere vices suas alteri committere, ut in Capitulo Generali ipsius loco tam ad eligendum, quàm ad alios actus ibi exercendos intersit. Quia Sanctissimus D. N. Urbanus Octavus Constitutione edita, & in præsenti Capitulo promulgata, similes substitutiones contra formam constitutionum factas interdixit.

Commissarius Generalis Belgicæ Nationis secundum antiquam consuetudinem fit à Ministro Generali cum potestatis plenitudine, & hujusmodi officium triennale est.

Prædicto Commissario Generali Belgico fas erit auctoritatem suam alteri subdelegare; attamen subdelegatus non habebit in electionibus votum, quo fruitur ipse Commissarius.

Congregationes Intermedias, ex vi sui muneris cogere nequit; & ideo in hac parte Statutorum Generalium decretis standum est. Quinimo omni severitate præfatis Commissariis præcipitur, & decreto quidquid in contrarium fecerint irritante prohibetur, ne Congregationes nationales cogere, aut celebrare præsumant, quidquid in contrarium habeatur in statutis Generalibus Barchinonensibus pro eadem natione accomodatis, quæ Capitulum Generale ad hunc effectum duntaxat revocat. Quod si id necessarium censuerint, Capitula, seu Congregationes Generales expectent, & ibi nationalium Congregationum celebrationem fieri ipsis permittetur.

De Vicario Generali Ordinis.

AD tollendam omnem ambiguitatis speciem, atque ut certior cognitio de qualitate eligendi in Vicarium Generalem habeatur, revocat Capitulum Generale constitutionem illam Ultramontanæ familiæ, qua statuebatur, ut vita functo Generali Ministro, electio Vicarii Generalis fieret in familia, in qua vita functus est Generalis, dummodo is, qui in Vicarium totius Ordinis erit eligendus, sit ex illa fa-

familia, ex qua erat Generalis Minister, ex cujus persona officium Ministri Generalis vacavit. Et statutis Cismontanæ familiæ adhærens præcipit, ut vacante quacunque de causa officio Ministri Generalis, electio Vicarii Generalis in ea familia celebretur, ex qua erat Generalis assumptus. In electione autem facienda unaquæque familia modum sibi in constitutionibus præscriptum observabit.

Jubetur deinde, ut in ejusmodi electione votum activum habeant Patres omnes, qui pro tempore in Generali diffinitorio assistunt: Videlicet Discreti perpetui Ordinis, aut familiæ, quales sunt Ministri, & Commissarii Generales præteriti, & Vicarii Generales præteriti, qui per biennium completum officium Vicarii Generalis exercuerunt. Deinde Procurator, & Commissarius Romanæ Curiæ. Procurator Generalis Reformatorum Cismontanæ familiæ, & Diffinitores Generales utriusque familiæ, quamdiu munere suo actu funguntur, dummodo in ea natione præsentes sint, ubi electionem fieri contingat. Quod si absentes sint, non vocandi erunt, nec expectandi, sed ad electionem juxta præscriptum Constitutionum Generalium procedendum, quam utraque familia, nemine dissentiente, novo compromisso sic faciendam pronuntiavit.

De Patribus perpetuis Ordinis, & Familiæ.

Attento Ordinis, ac honoris gradu, in quo singoli, pro sua quisque dignitate, constitui debent: Capitulum Generale determinat, ut perpetui Ordinis, & familiæ Patres secundum à Superiore locum semper obtineant: ita quod Ordinis Patres, in toto Ordine, unus tantum Superior sedendi ordine præcedat. Unde præsentibus Ministro, vel Commissario Generali, illi solummodo præcedent. Si verò absint, solus Provincialis, & hoc absente, Guardianus Conventus anteibit. Et idem cum familiæ Patribus, pro unoquoque in sua familia observetur, sicut Statuto Cismontanæ familiæ fuerat præceptum, à qua mutuatum in Ultramontana familia observandum statuit Capitulum Generale.

De Procuratore, & Commissario Generali Curiæ Romanæ.

Declarat Capitulum Generale juxta constitutionem Gregorii XIII. Procuratorem, & Commissarium Generalem Curiæ Romanæ, tam in Capitulis, quàm in Congregationibus Generalibus, in Diffinitoriis assistere semper debere; nimirum, in veteri Diffinitorio, quod tunc absolvitur, & in novo, quod creatur, Religionis rebus determinandis intersint. Et idem statuit de Procuratore Reformatorum Cismontanæ familiæ, juxta constitutionem SS. D. N. Urbani VIII.

De Diffinitoribus Generalibus, & eorum subrogatis, ac substitutis.

Censuit Capitulum Generale nimis indecorum esse, atque ab optimi regiminis ratione valdè alienum, ut Diffinitores generales, primarii in ordine judices, penes quos est aliorum suffragatorum discussio, & approbatio, in Congregationibus, & Capitulis Generalibus suffragandi potestate careerent, & ideo statuit, ut post hac Diffinitores Generales utriusque familiæ, tam in Congregationibus, quàm in Capitulis Generalibus, ubi suo funguntur officio, suffragium ferant, non aliter quàm in suarum Provinciarum Capitulis, & Congregationibus suffragantur.

Chron. Seraph.

Quando in otraque familia contingat, ut Diffinitores Generales absint, vel quolibet eventu deficiant: statuitur, ut eorum loco alii statim subrogentur, vel substituantur. Verùm tam in substitutione, quàm in subrogatione, forma in statutis apud Toletum novissimè editis tradita observetur.

Patres illi, qui loco Diffinitorum Generalium, dum adhuc vivunt, & absentes sunt, substituuntur pro Capitulo Generali, deinceps inter Provinciæ suæ Patres numerentur: dummodo ultimi sint, & post eos locum habeant, qui Ministri & Vicarii Provinciales jam extiterunt, vel postea eisdem officiis perfungantur.

De Ministris Provincialibus.

Prohibet Capitulum Generale, ne in Ministros Provinciales assumantur, nisi qui de earundem Provinciarum corpore, hoc est, ibi professi, vel à longo jam tempore (saltem per decennium) in eis fuerint incorporati, & insuper in inferiorum officiorum gradibus aptitudinis suæ ad gubernandum specimen præbuerint: aliter electio ipso facto irrita, & nulla sit.

Titulares Ministri ad suffragandi effectum solummodò electi, ad instar Commissariorum Provincialium se habeant, qui pro Provincialibus legitimè impeditis in Generali Capitulo suffragantur: Nec ullo Patrum Provinciæ privilegio, aut exemptione gaudeant.

De Vicariis Provincialibus.

Provinciali Ministro è vita decedente, determinat Capitulum Generale ad amputandas litium occasiones, quæ ex diversis Provinciarum consuetudinibus, ac constitutionibus oriuntur, ut in toto Ordine Regestum, scripturæ, & sigilla ad digniorem Provinciæ Patrem, eum videlicet, qui primum locum vendicat, statim deferantur. Is verò absque mora convocato Diffinitorio faciet Vicarii Provincialis electionem, in qua votum activum habeat & passivum. Quod si Minister, aut Commissarius Generalis intra tres dietas consistant, consulendi sunt, & eorum responsio expectanda. Si tamen longius absint, iis inconsultis fiat electio, non obstante statuto in contrarium edito, quod ad hunc effectum revocat Capitulum Generale.

Vicarii Provinciales, qui per biennium completum in officio steterunt, Patrum Provinciæ privilegium, & præcedentiam habeant: eos tamen subsequuntur qui Ministri Provinciales extiterunt, vel postmodum existent. Absoluto tamen Vicariatus Provincialis officio, nonnisi post triennii vacationem in Provinciales Ministros eligentur. Qui verò per biennium integrum in officio non steterint, nullo gaudeant privilegio: sed absque ullo vacationis interstitio eligi poterunt Provinciales Ministri.

Is, qui mortuo Provinciali Ministro, vel quolibet eventu vacante, in Vicarium Provincialem fuit assumptus, usque ad Capituli Provincialis celebrationem in officio durabit. At verò Capitulum pro Superiorum Generalium arbitrio anticipari poterit, vel prorogari, dummodò tempus lege præscriptum non excedatur.

Provincialibus Ministris è Provincia discedentibus, vel ad Generale Capitulum, vel negotiorum causa, quæ per ipsos fieri necesse sit: quolibet eventu officium vacaverit, Commissarii Provinciales, qui relicti fuerant, sub titulo, & appellatione Vicariorum Provincialium in officio succedent, quousque,

Capitulum Provinciale celebretur. Quando autem absentibus Ministris Provincialibus Commissarii moriuntur, Provinciæ regimen ad digniorem ipsius Patrem, cum eadem authoritate, usque ad Provincialis regressum deferatur.

De Custodibus.

DEcrevit Capitulum Generale, ut Custodes in solo Diffinitorio extra Capitulum electi, Custodum, qui officium absolverunt, privilegio minimè gaudeant, nisi per duos annos integros functi fuerint Custodiatus officio, vel ad Capitulum, seu Congregationem Generalem suffragaturi accesserint, quamvis biennium non sit completum. Sive autem Custodes in Capitulis, sive in Diffinitoriis sint electi, in Capitulo Provinciali eorum cesset officium, & alii de novo eligantur. Ille tamen qui duos annos non complevit reelegi poterit ad idem officium.

De Secretariis Curiæ Romanæ.

SAnctissimus D. N. Urbanus VIII. considerato labore, ac ingenti fatigatione, quam Secretarii Procuratoris, & Commissarii Generalis in Romana Curia subeunt, quatenus eos in suorum officiorum administratione coadjuvant, litteris in forma Brevis expeditis decrevit, ut prædicti Secretarii, postquam officium per triennium expleverint, in suis Provinciis, immunitatibus, & privilegiis gaudeant eorum, qui ibi Diffinitores extiterunt; sed semper post eos, qui per electionem Diffinitores fuerunt, vel postea exiftent.

De Privilegiis, & Privilegiatis.

CReverat adeo in Religione nostra Privilegiatorum numerus, & tam frequenti abusu immunitates, & privilegia laborantibus in præmium destinata, ignavis forsan, & ambitiosis gratuitò, & spontè donabantur, ut propterea Sanctissimus D. N. Urbanus VIII. motu proprio omnia privilegia personalia ex gratia, & favore per quemcunque concessa abstulerit, sublata facultate alia de novo concedendi, iis tamen exceptis, quæ in justum laboris præmium, & virtutis incitamentum, Constitutionibus nostris, & Statutis stabilita sunt, vel postmodum stabilientur. Exemptis hinc etiam Regum, & Imperatorum Prædicatoribus, & Confessoribus, quos ab hac regula Sanctissimus exclusit.

Pro Ultramontana Familia.

De Patribus Provinciæ.

PRovinciarum Patres à Gregorio XV. quoad Jus suffragandi in Capitulis, & Diffinitoriis in toto Ordine extinctos, Sanctissimus D. N. Urbanus VIII. in tota Ultramontana Familia iterum suscitandos judicavit; non tamen omnes, ne Provinciæ tot Judicibus oneratæ premerentur, sed aliquos, qui rerum Religionis experti in Capitulis, Congregationibus, & Diffinitoriis assistentes, authoritate sua, & consilio alios in officio novos erudiant, & compescant. Quapropter motu proprio decrevit, ut in unaquaque Provincia Ultramontanæ Familiæ duo essent Provinciæ Patres, unus qui foret perpetuus, is videlicet, qui in Provincia dignior esset, hoc est, primum inter Provinciæ Patres locum vindicatet. Quod si Pater iste alio titulo fit de corpore Diffinitorii, pro illo tempore assumatur alius in dignitate propinquior. Idem etiam subrogationis ordo servetur, cùm per mortem vacare contigerit.

Alter Provinciæ Pater juxtà prædictam Constitutionem Apostolicam ille est, qui immediatè Provincialatum absolvit. Per triennium tantummodo durabit hujusmodi Pater, quo finito, succedet Provincialis, qui post ipsum subsequetur, officio absoluto. Quod si ante triennium deesse contingat, alius assumatur, qui immediatus Provincialis extiterat.

Præcipit verò Sanctissimus Ministris Generalibus, & aliis, ad quos prædictæ constitutionis Apostolicæ executio spectat, ut sub gravissimis pœnis, & nullitate electionis illud observent, & inviolabiliter observari procurent.

De Commissario Generali Terræ Sanctæ in Curia Regis Catholici residente.

DEclarat Capitulum Generale Commissarium Generalem Terræ Sanctæ, qui residet in Curia Regis Catholici, non esse Prælatum; proindeque non solum Ministro Generali, sed etiam Commissario Generali familiæ subditum esse, ac in omnibus, & per omnia subjectum. Ipsius autem Socii quoad Regularem disciplinam Provinciali Ministro & Guardiano Conventus subjici debent.

Prædictus verò Commissarius singulis sex mensibus rationem reddere teneatur sub pœna privationis, quæ ipsi Segobiensibus statutis imponitur.

De Magistris Novitiorum.

ABrogatur Statutum ultimi Capituli Toletani, in quo Magistris Novitiorum concedebatur, ut qui per octo annos in Conventibus principalioribus munus illud exercuissent, Lectorem jubilatorum privilegio quoad præcedentiam duntaxat fruerentur. Et decernit Capitulum Generale, ut statutum Segobiense observetur.

De Lectoribus.

CEnsuit Generale Capitulum Theologiæ Lectoribus nullum unquam jus quæsitum, aut actionem ad continuandum legendi officium, quousque tempus jubilationis præscriptum compleverint. Et ideo statuit posse à Ministris Provincialibus amoveri de consensu Diffinitorii, & aliis muneribus, prout necessum videbitur, destinari. Eodem namque jure lectores primò instituere, & cum libeat amovere, ad Ministrum Provincialem, & Diffinitorium pertinet.

De Præcedentia.

QUoniam variatis in Ordine nostro aliquibus Statutis, & Constitutionibus Apostolicis, non parva circà præcedentiam exorta est confusio, & abusus aliqui pullularunt. Quapropter visum est graduum, & Præcedentiæ ordinem hunc in modum digerere, quem ab omnibus in Ultramontana familia inviolabiliter observandum statuimus.

Primò igitur inter Prælatos actuales habeat primum locum Minister Generalis: Postea Commissarius Generalis familiæ: Deinde Commissarius Visitator Provinciæ, & Minister Provinciæ, & tandem Guardianus loci.

Post Prælatos autem sedeant, qui Ministri Generales, deinde qui Vicarii Generales per biennium fuerunt: post quos sequentur qui Commissarii Generales, fuerunt secundùm Bullam Unionis electi: Deia-

Deinde qui Vicecommissarii Generalis biennio extiterunt.

Postea sequentem locum habeat Commissarius Generalis Indiarum in Curia Regis Catholici residens.

Deinde Procurator, & Commissarius Romanæ Curiæ, dum actu suis muneribus funguntur: post quos sequetur Procurator Reformatorum Cismontanæ familiæ.

Postea Diffinitores Generales dum in suis officiis actualiter persistunt.

Deinde Procuratores, & Commissarii Curiæ Romanæ officiis functi (etiamsi Ministri Provinciales aliàs non fuissent) qui intra suam Provinciam, & extrà omnes alios præcedent, licèt Ministri Provinciales, aut Diffinitores generales extitissent.

Post prædictos sequentur qui Ministri Provinciales fuerunt in suis Provinciis.

Deinde qui Diffinitores Generales extiterunt: qui si Ministri Provinciales antea fuerunt, alios qui eodem munere functi sunt præcedent: sin minus, illos duntaxat, qui postquam ipsi Diffinitoriatus officium expleverunt, ad Ministeriatum sunt promoti.

Postea vero ii, qui triennio Secretarii Ordinis fuerunt, videlicet Ministri, aut Vicarii, aut Commissarii, aut Vicecommissarii Generalis secundum Bullam Unionis electi.

Deinde, qui Commissarii Generales fuerunt in Regno Peruano, & in nova Hispania, & in India Orientali per triennium: dummodo in eisdem muneribus obeundis laudabiliter se gesserint.

Deinde qui in propriis Provinciis Vicarii Provinciales per biennium completum extiterunt.

Posteà sedebunt, qui Ministri Provinciales in aliena Provincia fuerunt intra Hispaniæ Provincias.

Post quos sequentur actuales Prædicatores Regis Catholici.

Deinde qui pro Diffinitoribus Generalibus in Capitulo Generali substituti sunt.

Postea sequentur qui per duodecim annos in Curia Regis Catholici Commissarii Generales fuerint Terræ Sanctæ.

Postea qui per duodecim annos Hispali Vicecommissarii Generales Indiarum extiterunt.

Deinde Diffinitores, & Custodes actuales Provinciæ.

Postea qui in eadem Provincia Diffinitores, & Custodes fuerunt: quo gradu solùm gaudent Custodes, qui in Capitulo electi sunt, vel si extra per solum Diffinitorium, per biennium completum in officio durarunt, vel si in Capitulo Generali tulerunt suffragium, licèt biennium non compleverint.

Deinde qui per triennium Secretarii fuerunt Procuratoris, aut Commissarii Curiæ Romanæ.

Postea Secretarii Commissarii Generalis Indiarum, qui residet in Curia Regis Catholici, dummodò per sexennium laudabiliter officium illud exercuerint.

Deinde qui per octo annos Commissarii Generales Terræ Sanctæ in Curia Regis Catholici extiterunt. Et illi postea, qui etiam per octo annos Hispali Vice-Commissarii Indiarum fuerunt.

Deinde Lectores jubilati juxta Ordinis statuta.

Postea sedebit Procurator, seù Commissarius Curiæ Regis Catholici.

Deinde Commissarius Generalis Terræ Sanctæ, dum actu exercet officium in Curia Regis Catholici.

Postea immediatè sedebit Vice-Commissarius actualis Indiarum, qui Hispali residet.

Deinde sedebit primus Lector Sacræ Theologiæ. *Chron. Seraph.*

De aliis verò Lectoribus, & Prædicatoribus, cæterisque Officialibus, & Religiosis, circa præcedentiam serventur statuta Segobiensia, exceptis quæ huic dispositioni contraveniunt.

Pro Indianis.

Quoniam decretum illud ultimi Capituli Toletani, quo concedebatur Ministris Provincialibus Indiarum, ut mittere possent Commissarios ad Capitulum Generale, nullum erat, utpote contrarium alteri statuto edito in Capitulo Generali Romano ad annum 1625. tenoris sequentis. *Caveant ex Indianis Provinciis Ministri Provinciales, ne ad Capitulum Generale, vel aut ipsi veniant, vel Commissarios suo nomine mittant, solis Custodibus veniendi facultas conceditur.* Quod Statutum à Sede Apostolica in forma speciali, ac ex certa scientia cum illius præinsertione fuit confirmatum. Atque adeò nonnisi ab eadem Sede Apostolica potuit revocari. Quapropter cum in hoc Capitulo Generali sancitum fuerit restituendum esse Ministris Provincialibus jus antiquum, quod habebant, ut Commissarios ad Capitulum Generale suo nomine suffragaturos mitterent, ad Sedem Apostolicam recursum est, quatenus non obstante prædicto Statuto Romano, facultatem mittendi Commissarios Indianis Provincialibus indulgeret, prout clausulis sequentibus Sanctissimus D. N. Urbanus VIII. indulsit.

Ministris Provincialibus dictarum Provinciarum Indiarum pro tempore existentibus, quod ad Capitulum Generale dicti Ordinis mittere possint Commissarios, qui eorum nomine suffragium ferant, ea tamen lege, ut tam Commissarii, qui mittentur, quàm etiam Custodes, filii earum Provinciarum respectivè sint, pro quibus mittuntur, vel in eis per sexennium completum antea incorporati (sive in Indiis, sive in aliis Europæ partibus existant) dummodò ad electionis effectum non incorporentur (aliter electio fit nulla ipso facto) ac ut tam Commissarii, quàm Custodes prædicti à suis Provinciis non aliter quàm juxta constitutiones generales Segobienses eligantur: quod si Commissarii, & Custodes hujusmodi in itinere decedant, suffragium suum nemini etiam tamquam Procuratori absenti, vel præsenti committere possint, ac idem in aliis etiam Prælatis, & Vocalibus juxtà laudabilem dicti Ordinis consuetudinem à Sede Apostolica approbatam servetur.

Et insuper pro commodiori præmissorum executione constitutionem fel. rec. Clementis Papæ VIII. quæ incipit: *Hic, quæ ad Regularium personarum statum.* Die iv. Martii 1600. Pontificatus sui anno 9. editam, qua cavetur, ut in Provinciis dicti Ordinis in partibus Indiarum, præsertim in Limensi Provincia, ad Ministeriatus Provincialis, seù quodlibet aliud dignitatis officium assumi non valeant alii dicti Ordinis Religiosi, quàm illi, qui ejusdem Provinciæ alumni sunt, vel ad eam expressè, ac non statim missi ex Hispaniis, cum Ministri Generalis, aut Commissarii Indiarum, apud Catholici Hispaniarum Regis Curiam assistentis, litteris obedientialibus in illis Provinciis incorporati fuerunt, omninò admittimus, & præcipimus observandum esse.

Declarantes sub illis verbis, *seù quodlibet aliud dignitatis officium* in dicta Clementis VIII. Constitutione expressis, Ministri Provincialis, tam pro regenda Provincia, quàm pro ferendo suffragio in Capitulo Generali designati, Vicarii Provincialis, Custodis, Diffinitorum, Guardianorum Conventuum, & Vicariorum officia, comprehendi, & comprehensa intelligi.

Quocirca Commissariis Generalibus nunc & pro tempore existentibus in Indiis in virtute Sanctæ obedientiæ, ac sub excommunicationis latæ sententiæ, privationisq; suorum officiorum, & perpetuæ Inhabilitatis ad alia obtinenda pœnis, præcipimus, & mandamus, ut præsentes litteras, & in eis contenta quæcunque inviolabiliter servent; & ab aliis, ad quos spectat, & spectabit quomodolibet servari curent. Alioquin si eos in hac parte deliquisse compertum fuerit, ipso facto ad propriam Provinciam regredientes, omni privilegio, titulo, immunitate, & exemptione privati remaneant: injungentes & districtè præcipientes Ministro Generali, & aliis pro tempore existentibus Ministris Generalibus, & citrà conniventiam quamcunque, pœnas prædictas contra transgressores debitæ executioni demandari faciant, onerando in his eorum conscientias.

Declarat insuper Capitulum Generale, ut nullus ex Sociis, quos secum deferunt Commissarii Generales Indiarum, nec etiam alii Religiosi, ad Provincialia, Custodis, Diffinitoris, & Guardiani officium assumi valeant, nisi postquam sexennium ab incorporatione fuerit transactum, aliter electionem ipso facto irritam esse determinat. Quod si Commissarii Generales Indiarum in hac parte deliquerint, idem Capitulum generale decernit, ut ipso facto pœnas à SS. D. N. Urbano VIII. in Brevi suprapositio adversus transgressiones impositas incurrant, inane, irritumque dijudicans, si quid in contrarium per quosvis Ordinis Superiores fuit, vel postmodum fuerit statutum.

De Authoritate Commissarii Generalis Peruani.

DEterminat Capitulum Generale, ut prædictus Commissarius *de Perù* in omnibus electionibus suarum Provinciarum votum habeat, & authoritatem suam cuilibet alteri subdelegare possit; attamen subdelegatus non habebit in electionibus votum, sicuti Commissarius habet. Et idem statuitur de Commissario Novæ Hispaniæ.

De Vicecommissario Indiarum Hispali residente.

VIcecommissarius Indiarum ex decreto Capituli Generalis, dum actu exercet officium, sedeat immediatè post Lectores jubilatos. Et qui per octo annos completos idem officium continuaverit, eorum privilegio gaudeat, qui fuerunt Diffinitores; Si autem per duodecim annos in Vicecommissariatu steterit, præcedentiam, & Paternitatem habeat duntaxat, qua Patres Provinciæ fruuntur: dummodo sedeat post omnes, qui Ministri, seu Vicarii Provinciales fuerint, vel postea existent.

De Secretario Commissarii Generalis Indiarum.

SEcretarius Commissarii Generalis Indiarum, qui residet in Curia Regis Catholici, ex concessione S. D. N. Urbani VIII. postquam per sexennium in eo munere rectè, & laudabiliter se gesserit, in sua quisque Provincia duntaxat privilegiis, & exemptionibus gaudeat, quibus uti, & gaudere solent ii, qui fuerunt Diffinitores. Illum tamen omnes præcedent, qui vel jam Diffinitores extiterunt, vel postea extiterint.

Reliqua negotia, quæ pro Indianis tractanda supersunt, Capitulum Generale determinat, ut à Reverendissimo P. Ministro Generali, unà cum Indiarum Commissario Generali, & Patribus de Diffinitorio generali apud Matritum existentibus tractentur, & resolvantur.

Pro Canaria.

STatuitur ne in Canaria priventur Guardiani voce activa, ante electionem factam, nisi delictum sit aliàs publicum, & scandalosum.

Pro Sardinia.

DEcrevit Capitulum generale Provinciam Sardiniæ in duas fore dividendam, quarum una sub nomine S. Saturnini Martyris haberet Conventus, qui in Capite Calaritano continentur, & alia sub titulo S. Mariæ Gratiæ fieret ex Conventibus, qui sunt in Capite Saceris, servato illi pristino nomine, unà cum prioritatis, & antiquitatis jure, prout Sanctiss. D. N. Urbani VIII. motu proprio sancitum fuit.

Pro Custodia Insularum de Azores.

IN Diffinitorio Generali, præside, assistenteque D. Cardinali Barberino Protectore nostro, decretum est, Custodiam Insularum de Azores ab Algarbiorum Provincia, cui aliàs in regimine subjiciebatur, separandam esse, prorsusq; dividendam, ac in novam Provinciam erigendam, & de facto S. D. N. Urbanus Octavus motu proprio prædictam Custodiam divisit, ac dismembravit, & in novam Provinciam sub Invocatione S. Joannis Evangelistæ erexit.

Pro Cismontana Familia.

SAnctissimus D. N. Urbanus Octavus omnes Cismontanæ familiæ Custodias Reformatorum, quæ vigintiquinque numerum explent, in Provincias erexit, & unicuique præcedentiæ locum juxta ordinem infrascriptum assignavit.

Provincia S. Francisci.
Provincia Romana.
Provincia Marchiæ.
Provincia Tusciæ.
Provincia Bononiæ.
Provincia S. Antonii.
Provincia Genuæ.
Provincia Mediolani.
Provincia Principatus.
Provincia septem Martyrum.
Provincia Vallis Nemorum.
Provincia Vallis Mazzariæ.
Provincia Vallis Nethi.
Provincia S. Nicolai.
Provincia S. Bernardini.
Provincia S. Angeli.
Provincia minoris Poloniæ.
Provincia majoris Poloniæ.
Provincia Corficæ.
Provincia Brixiæ.
Provincia Basilicatæ.
Provincia Terræ laboris.
Provincia Calabriæ.
Provincia S. Didaci.
Provincia S. Thomæ Apostoli.

Receptum est Breve S. D. N. Urbani Octavi circa Lectorum jubilationem, cujus initium est: *Cum sicut accepimus* &c.

Nullus deinceps Prædicator, aut Lector instituatur, nisi prius fidem suorum Lectorum exhibeat per Provincialem Ministrum authenticatam, & nisi ab eo-

eodem Ministro cum suo Diffinitorio fuerit antea examinatus, atque idoneus repertus.

Nec aliquis studens possit in futurum ad Sacræ Thologiæ studium transire, nisi Philosophiæ cursum antea perfecerit, & à Diffinitorio Provinciæ, quoad sufficientiam, & bonos mores fuerit approbatus. Cursum autem Philosophiæ declaramus esse trium annorum completorum. De quo studens tenebitur suorum Lectorum fidem per Provincialem, & Diffinitorium authenticam præsentare.

Renovatur Statutum, quo præcipitur nullum institui posse Prædicatorem, nisi prius cursum Theologicum trium annorum completorum perfecerit: neque Lectorem, nisi quatuor annis expletis studuerit.

Renovatur etiam generale Statutum prohibens, ne Studentes Generales è Conventu possint egredi nisi bis pro quolibet mense; nec Guardianus, aut alius Superior localis possit eis licentiam concedere, nisi pro gravissima causa a Discretis Conventus prius approbata.

Ministri, & Diffinitores Provinciales actuales, extra suam Provinciam præcedant eos, qui fuerunt Provinciales, & Diffinitores respectivè.

Lectores artium, & Casuum conscientiæ eos Sacerdotes præcedant, qui trigesimum annum Religionis non compleverunt; inter sese juxta antiquitatem habitus sedeant, & incedant, nisi aliquis Theologiam aliàs legisset.

Laici transeuntes ad statum clericalem, non possint habere officia, & dignitates in Religione.

Duo fratres germani in Provincialatu immediatè sibi succedere, aut simul in Diffinitores duo ex eadem agnatione eligi minime possint, ut aliàs statutum est.

Minister in eo Capitulo, in quo suum explet officium, in Diffinitorem eligi non possit, sub pœna nullitatis electionis.

Moriente aliquo Diffinitore extra limites Provinciæ, vel absente, ita ut infra tres dies ejus præsentia haberi non possit, subrogetur alter Pater dignior illius Provinciæ, aliter electio nulla sit.

Ut induendis Fratribus opportunè consulatur, Ministris directè præcipitur, ut officinas pro lanificio, & pannorum fabricatione introductas conservare procurent. Et ubi introductæ non fuerint, intra unius anni spatium illas erigant, & introducant, sub pœna privationis officii ipso facto incurrenda: Nec ex alio panno, quàm ex fabricato in supradictis officinis, indui Fratres possint, aliàs induti inhabiles ad officia, & Dignitates Provinciæ indispensabiliter censeantur.

Defunctorum spolia nonnisi Conventibus, in quibus Fratres decedere contigerit, applicentur; sublata Ministris Provincialibus in hac parte facultate aliàs dispensandi sub pœna privationis officii.

Ut multis abusibus, & periculis occurratur, statuimus, ut qua die quisque Fratrum itineris causa discesserit, & qua item accesserit ab eisdem Conventuum Superioribus, in ea ipsa facultate discedendi fideliter notetur. Si secus fecerint Prælati ab officio suspendantur per mensem, & subditi sicut Apostatæ plectantur. Quod ut exactiùs observetur, districtè præcipitur Superioribus, ut in obedientiarum, & licentiarum exemplis idipsum Guardianus, cæterisque locorum Superioribus districtè injungant, & terminum temporis præfixum, secundum distantiam viarum, & dispositionem mittentium, & qualitatem euntium apponant.

Pro Germaniæ Provinciis.

IN Provinciis Germaniæ Confessarii, & Commissarii Monialium, & Guardiani durent tantummodò ad triennium; & nullo pacto possint Provinciales, nec Commissarii Generales super hoc dispensare, cum sit mandatum Apostolicum. Quod etiam servetur de Abbatissis Monialium.

Minister Provincialis Bohemiæ habeat jurisdictionem in Moniales Sanctæ Claræ, quam regulariter habent Ministri aliarum Provinciarum in suas.

Pro Poloniæ Provinciis.

TOllitur authoritas Ministris Poloniæ incorporandi Fratres unius illarum Provinciarum in aliam, sub pœna privationis mandantibus, & recipientibus. Capitulum Generale prohibet sub pœna privationis officiorum, & actuum legitimorum Superioribus, & subditis Provinciarum Poloniæ, ne ullo unquam tempore tractent de reuniendis illis Provinciis.

De Bulgaria.

GUardiani ultra triennium durare non possint, cum Apostolicis Constitutionibus repugnet: Aliter facta electio nulla sit, & invalida.

Nos inviolabili Statutorum hujusmodi observationi, perpetuæque firmitati, quantum nobis ex alto conceditur, opportunè consulere, ipsumque Joannem Ministrum Generalem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium duntaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejusdem Joannis Ministri Generalis nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati: Statuta præinserta hujusmodi Apostolica authoritate, tenore præsentium, sine præjudicio tamen observantiæ regularis, & statutorum Apostolica authoritate confirmatorum, ac ordinationum, & Brevium Apostolicorum pro Fratribus Discalceatis Hispaniarum, & Indiarum factorum, & emanatorum, perpetuò approbamus, & confirmamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos, tam juris, quàm facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus. Decernentes eadem Statuta in prædicto Ordine ab omnibus, ad quos spectat, & pro tempore quomodolibet spectabit in futurum inviolabiliter perpetuò observari, & adimpleri debere, irritumque & inane, si secùs super his à quoquam quavis authoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, ac quatenus opus sit, dicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alias roboratis statutis, & consuetudinibus, cæterisque contrariis quibuscumque. Dat. Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die octava Novembris MDCXXXIX. Pontificatus Nostri anno Decimoseptimo.

Digitized by Google

Præter ea, quæ sub hac confirmatione Apostolica in forma speciali, utpotè majoris momenti facta continentur, alia etiam à Capitulo Generali sancita sunt non minori observatione custodienda; cujusmodi sunt,

Pro India Orientali.

PRæcipit Capitulum Generale, ut in India Orientali serventur Statuta Segobiensia pro iis partibus edita, nunc verò renovata, & approbata, in melioremque methodum cum aliquibus additamentis redacta, quæ ad felicius earum Provinciarum regimen, tranquillitatemque deserviunt.

Pro Regestis.

SIt in utraque familia Regestum, in quo notentur actus omnes Capitulares, non solùm ad futuram rei memoriam, sed ut Religionis status cognoscatur, & ad regiminis directionem inserviat.

Ad præsentis Decreti properam executionem jubetur, ut actus omnes Capitulares, Decreta, Bullæ, Declarationes Sacrarum Congregationum, Decisiones Rotæ, & sententiæ latæ in causis nostræ Religionis spectantia Romæ in Archivio reperta, quamprimum transcribantur, & transumptum authenticum ad Ultramontanam familiam remittatur, ubi etiam aliud fiet transumptum earum rerum, quæ ibi fuerint inventæ, ad Cismontanam familiam pariter transmittendum.

Tria Apostolica Brevia pro feliciori nostri Ordinis regimine, nunc à S. D. N. Urbano VIII. expedita: videlicet, Primum, in quo omnia Privilegia personalia in nostro Ordine abrogantur. Secundum, in quo pro unaquaque Ultramontanæ familiæ Provincia, duo Provinciæ Patres instituuntur. Tertium ad favorem Provinciarum Indiarum expeditum, ad finem horum Statutorum excudantur.

Ut Statutorum varietas, & multiplicatio tollatur, ac in sacris Ritibus, & administranda justitia, æqualis in omnibus Provinciis forma servetur; statuit Capitulum Generale, ut Statuta Cismontanæ familiæ, per ejusdem Patres revisa, reformentur, & ad normam Apostolicarum Constitutionum strictiùs reducantur, edanturque Cœremoniale, & Praxis Criminalis; quibus standum esse, Superioribus omnibus, & subditis respectivè præcipitur.

Numerus Defunctorum à postremo Capitulo Generali.

NUmerus Fratrum, qui à præterito Capitulo Generali, usque in præsens è vita decesserunt, juxta computationem factam per testimonia ad Capitulum delata, complet septem millia ducentos, & nonaginta tres, Gallia hinc exceptis, qui ad Capitulum non venerunt.

Ita est.

Cardinalis Barberinus Protector, & Præsidens.

Fr. Joannes Merinero Minister Generalis.
Fr. Didacus de Cea Commissarius Generalis Curiæ.
Fr. Joseph Vasquez Diffinitor Generalis.
Fr. Bartholomæus Foyas Diffinitor Generalis.
Fr. Lazarus Sanguessa Diffinitor Generalis.
Fr. Antonius Hiqueus Diffinitor, & Secretarius Diffinitorii Generalis.
Fr. Benignus à Genua Commiss. Gen.
Fr. Joannes Baptista à Campanea Pater totius Ord.
Fr. Joseph Redaellus Procurator Gen.
Fr. Ascanius de Assisio Procurator Gen. Reformatorum Cismontanæ familiæ.
Fr. Evangelista Momignio Diffin. Gen.
Fr. Thomas à S. Agatha Diffinit. Gen.
Fr. Petrus Posnaniensis Diffinit. Gen.
Fr. Nicolaus de Spinazzola Diffinitor Generalis.
Fr. Joannes à Neapoli Diffinit. Gen.
Fr. Pacificus de Roma Diffinitor Gen.

Loco ✠ Sigilli.

Motus Proprius S. D. N. D. Urbani VIII. Erectionis Custodiarum Reformatorum S. P. Francisci in Provincias Reformatos.

URBANUS PAPA VIII.
Ad perpetuam rei Memoriam.

INjuncti nobis, per abundantiam divinæ gratiæ, Pastoralis officii ratio postulat, ut circa statum Regularium personarum quarumlibet, præsertim illarum, quæ sub arctiori observantiæ norma gratum Altissimo exhibent famulatum, jugiter invigilantes, ad ea, quæ per pium eorum institutum, ad majorem Dei gloriam, & ejus Ecclesiæ decorem propagetur, pax, & concordia inter eos conservetur, ipsique facilioribus in dies in via Domini proficiant incrementis, propensius intendamus, hac in his ejusdem officii nostri partes interponamus; prout conspicimus in Domino feliciter expedire. Cum itaque, sicut accepimus, Custodiæ Fratrum Ordinis Minorum S. Francisci, Reformatorum nuncupati, adeò excreverint, ut in Provincias erigi possint, distinctasque Fratrum Reformatorum hujusmodi, ab illis Fratrum de observantia ejusdem ordinis Provincias instituì; pacis inter illos stabiliendæ plurimum intersit: Ideircò motu proprio, ac ex certa scientia, maturaque deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, majoris, & minoris Poloniæ, ac omnes alias Cismontanas Fratrum hujusmodi Custodias, quæ duodecim saltem Conventus habent, in Provincias Fratrum Reformatorum Ordinis hujusmodi, tenore præsentium erigimus. Ac dilecto Filio nostro Francisco Sancti Laurentii in Damaso Cardinali Barberino nuncupato S. R. E. Vice-Cancellario, nostro, secundum carnem, ex Fratre germano Nepoti dicti ordinis apud Nos, & Sedem Apostolicam Protectori, Ministros Provinciales Provinciarum hujusmodi, & Diffinitores pro prima vice constituendi, & deputandi, Capitulis verò Provincialibus cæteros officiales facultatem concedimus. Nec non, quod Provinciæ, sicut præfertur, per nos erectæ retineant proprium nomen, addito solummodo, quod sunt Reformatæ: Ac habeant locum, & præcedentiam juxta consuetudinem dicti Ordinis, post

Pro-

Provincias jam erectas: ita ut eo loco permaneant, quo, dum Custodiæ nominabantur, erant. Ac insuper, quod Provinciæ Reformatæ hujusmodi habeant Procuratorem Generalem, nominandum, & eligendum à dicto Francisco Cardinale, & pro tempore existenti Ordinis prædicti Protectore; qui Procurator Generalis in Capitulis, & Congregationibus, ac diffinitoriis Generalibus sedeat immediatè post Procuratorem, & Commissarium Generalem dicti Ordinis Familię, & in eis votum, seu suffragium habeat; quemadmodum habent Procurator Generalis, & Commissarius Curiæ. Finito autem suo officio remaneat Pater Ordinis perpetuus, cum omnibus privilegiis, exemptionibus & præcedentiis, quæ concedantur Procuratori Generali fratrum de Observantia & Commissario Curiæ ejusdem Ordinis; Ad hæc, quod quando Minister Generalis erit ex Ultramontana Familia, Commissarius Generalis eligatur ex Cismontana Familia, & idem servetur in electione Vicarii Generalis, quando Minister Generalis, ex Cismontana Familia discessurus est ultra montes; Reservata nobis hac vice Commissarii Generalis hujusmodi electione, & deputatione, suo tempore per nos declaranda. Deinde, quod diffinitores Generales ex diversis Provinciis, juxta formam statutorum Generalium dicti Ordinis, quorum tamen quatuor ex Familia, & duo ex Reformatis esse debeant. Dictique Reformati & eorum Conventus, nisi per Patres alicujus ex Provinciis Reformatis hujusmodi visitari minimè possint, gubernarique debeant cum solis statutis Reformationum, quæ nec à Capitulo, nec à Ministro Generali possint alterari, seù immutari; sed eorum moderatio fieri debeat à Reformatis tantum, in Capitulo, vel Congregatione Generali. Nec Minister Generalis Constitutiones, vel ordinationes perpetuas, vel ad tempus, quæ Reformatos obligent, vel contra illos, condere possit. Ipsique Reformati ad peculiaria illius mandata, quę Diffinitorum Provinciæ judicio, dictorum Reformatorum Reformationi, & observantiæ non fuerint congruentia, minimè teneantur. Insuper, quod ad Visitationes, & negotia Reformatorum nullo modo possint deputari Fratres de Familia, sed solummodo ipsimet Reformati. Ac demum, quod transitus ab Observantia ad Reformationem concedatur, prout hactenus Observantes habuere; ita ut dictæ Provinciæ Reformatæ inserviant pro reformatione Observantium hujusmodi. Sublata eisdem Observantibus, in perpetuum, novam Reformationem erigendi, seu instituendi facultate. Quodque Reformati prædicti possint etiam transire ad Observantes, ex causis in Constitutione felic. record. Pauli Papæ V. hac super re emanata, expressis. Et sic transeuntes nequeant ab Observantibus rejici, earumdem tenore præsentium, statuimus, volumus, & ordinamus. Mandantes præterea in virtute Sanctæ obedientiæ, ac sub indignationis nostræ, aliisque nostri, & pro tempore existentis Romani Pontificis arbitrii pœnis, omnibus, & singulis Ordinis prædicti Superioribus, & Fratribus, quomodocumque, & qualitercumque qualificatis, ut præsentes nostras litteras, ac in eis contenta quæcumque inviolabiliter observent, & ab eis, ad quos spectat, adamussim servari curent, & faciant, & nihilominus ex nunc irritum, & inane decernimus, quidquid secus super his à quoquam, quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quo circa eidem Francisco Cardinali per præsentes injungimus, quatenus ipse per se, vel alium, seù alios, præsentes litteras, & in eis contenta quæcumque, ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Fratrum prædictorum fuerit requisitus, solemniter publicans, eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistens faciat illa authoritata nostra ab omnibus, ad quos spectabit, inviolabiliter observari. Contradictores quoslibet, & rebelles, per censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris & facti remedia, appellatione postposita, compescendo. Legitimisque super his habendis servatis processibus, censuras, & pœnas ipsas, etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii sæcularis. Non obstant. felic. record. Bonifacii Papæ VIII. prædecessoris nostri, de una, & in Concilio Generali edita de duabus dietis, aliisque Apostolicis, & in Universalibus, Provincialibusque & Synodalibus Conciliis editis, Generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & ordinationibus. Nec non dicti Ordinis, & illius Provinciarum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis statutis, & Constitutionibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis, eidem Ordini, illiusque Provinciis, Superioribus, & Fratribus, & quibuscumque aliis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, & cum quibusvis, etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliàs in contrarium præmissorum, quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis; quibus omnibus, & singulis, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium tenores præsentibus pro plenè & sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die 12. Maji 1639. Pontificatus nostri Anno 16.

M. A. Maraldus.

Bulla Urbani Octavi.

Conventus Reformatis quomodocumque assignatos Apostolica authoritate confirmat &c.

EX injuncti nobis Apostolici muneris debito Christi Fidelium sub suavi Religionis jugo, & strictioris Observantiæ Regulis Altissimo famulantium votis, per quæ eorum quieti opportunè consulitur, libenter annuimus, ac desuper ejusdem muneris partes propensis studiis interponimus, ut iidem Christi-fideles, sublata omnium perturbationum materia, in pacis amœnitate, ac justitia, & sanctitate coram Deo felicioribus in dies proficiant incrementis.

§. 1. Cum itaque, sicut Nobis nuper exponi fecit Dilectus Filius Ascanius ab Assisio Procurator Generalis Fratrum Ordinis Minorum S. Francisci Reformatorum nuncupatorum, nonnullæ Domus regulares, quas Fratres Minores de Observantia nuncupati Ordinis prædicti possidebant, dictis Fratribus Reformatis Apostolica authoritate, vel à Superioribus Ordinis hujusmodi, aut aliàs alio modo assignatæ, & concessæ fuerint: ut autem litibus, & controversiis, quæ propter ea fortassis excitari possent, via præcludatur, idem Procurator assignationes, & concessiones prædictas authoritate nostra Apostolica com-

Digitized by Google

comprobari, & aliàs desuper, ut infra provideri summopere desideret; Nos ejusdem Ascanii Procuratoris votis hujusmodi benignè annuere volentes, illumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum presentium duntaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ipsius Ascanii Procuratoris nomine, Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati.

§. 2. Assignationes, & concessiones domorum Regularium prædictarum dictis Fratribus Reformatis, Apostolica authoritate, vel a superioribus Ordinis hujusmodi, vel aliàs quomodolibet factas, ut præfertur, Apostolica authoritate, tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis perpetuæ firmitatis Apostolicæ robur adjicimus, ac omnes, & singulos, tam juris, quam facti defectus, si qui quomodolibet intervenerint in eisdem, supplemus. Mandantes propereà quibusvis dicti Ordinis Superioribus, & Fratribus quomodocumque nuncupatis, & qualificatis in virtute Sanctæ Obedientiæ, sub privationis vocis activæ, & passivæ eo ipso incurrendis, aliisque arbitrii nostri pœnis, ne super assignationibus, & concessionibus prædictis litem, seù lites contrà Reformatos hujusmodi movere, seù intentare, vel illos in jus vocare, aut aliàs quomodolibet eis desuper molestiam exhibere audeant, seù præsumant, & nihilominus ex nunc irritum, & inane quidquid super his a quoquam quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

§. 3. Non obstantibus &c. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris, die 30. Maji 1639. Pontificatus nostri Anno 16.

Quod Secretarii Generales Ordinis Min. de Observantia in Ministrum, seù Commissarium Generalem eligi non possint, nisi transacto sexennio ab expletione sui officii.

VRBANVS PAPA VIII.
Ad perpetuam rei memoriam.

PRospero, felicique dilectorum Filiorum Fratrum Ordinis Min. S. Francisci de Observantia nuncupatorum regimini, & gubernio, pro Pastorali nostra solicitudine, quantum cum Domino possumus, consulere volentes: motu proprio, ac ex certa scientia, maturaque deliberatione nostra, deque Apostolicæ potestatis plenitudine.

§. 1. Quod de cætero perpetuis futuris temporibus, ille, seù illi ex Fratribus dicti Ordinis, qui pro tempore existentis Ministri Generalis ejusdem Ordinis Secretarius, seù Secretarii fuerint, in Ministrum, seù Commissarium Generalem Ordinis hujusmodi immediatè, & per sexennium post illum Ministrum Generalem, cui in officio Secretarii inservierint, ac pariter durante dicto sexennio, si novi Ministri Generalis immediatè quocumque modo officium vacare contingat, in Vicarium Generalem nullo modo eligi possint, & valeant, tenore præsentium statuimus. & ordinamus.

§. 2. Sicque inviolabiliter observari, & per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos judicari, & definiri debere, irritumque, & inane, si secus super his a quocquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

§. 3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, dictiquè Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis eidem Ordini, illiusquè Superioribus, & Fratribus, ac Secretariis hujusmodi, & quibusvis aliis in contrarium præmissorum forsan concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum omnium tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris, die 22. Junii 1639. Pontificatus nostri Anno decimosexto.

Contra Superiores Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia, & Reformatorum, qui favores extra suum Ordinem attendentes, Officia, Dignitates, ac Gradus concedunt. Et contra eosdem Fratres dictos favores conquirentes &c.

VRBANVS PAPA VIII.
Ad perpetuam rei memoriam.

ADmonemur Pastoralis Officii Nostri debito diligentiùs prospicere, ne Religiosis, qui regularem vitam professi sæculo renunciarunt, ad dignitates, & officia per emendicata suffragia ambitiosus pateat accessus. Quocirca motu proprio, & ex certa scientia nostra, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, dilectis filiis Ministro Generali, Commissario Generali, ac Provincialibus, & reliquis Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia, & Reformatorum nuncupatis Prælatis, nunc & pro tempore existentibus, in virtute sanctæ Obedientiæ, ac sub excommunicationis pœna ipso facto incurrenda præcipimus, & mandamus, ne ad instantiam, & requisitionem quarumcumque personarum, tam laicarum, quàm Ecclesiasticarum extra dictum Ordinem constitutarum, etiam Cardinalatus honore, & quacumque sæculari dignitate, & excellentia, etiam Ducali, Regali, & Imperiali fulgentium, cuivis prædicti Ordinis Religioso ullam gratiam concedere, vel pœnas aliquas remittere, seu gradus, honores, dignitates, officia, & administrationes, functiones, & Prælaturas ejusdem Ordinis concedere audeant.

Quinimò dicti Ordinis Fratres, & Religiosos, qui contra decreta, hac via, & his mediis per conquisitos favores, & suffragia aliquid sibi procuraverint, ad talia, & similia, ac etiam majora in eodem ordine consequenda perpetuò inhabiles declaramus.

Insuper dictis Religiosis, & Fratribus ejusdem Ordinis quibuscumque sub eisdem pœnis præcipimus, & expressè interdicimus, ut non solùm in præmissis omnibus favores hujusmodi minimè procurare, sed nec etiam spontè oblatos, aut ab eis minimè procuratos recipere, & similiter nec ad hunc effectum munera aliqua prædictis personis exhibere audeant, seu præsumant. Non obstant. Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, dictique Ordinis statutis, & consuetudinibus, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate roboratis, cæterisque contrariis quibuscumque.

Aut si eidem Ordini, & Fratribus prædictis communi-

muniter , aut diviſim ab Apoſtolica ſit Sede indultum , quod interdici , ſuſpendi , vel excommunicari non poſſint , per litteras Apoſtolicas non facientes plenam , & expreſſam , ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem .

Volumus quod præſentium litterarum tranſumptis etiam impreſſis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis , & ſigillo alicujus perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis , eadem prorſus fides adhibeatur , quæ adhiberetur præſentibus , ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ .

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris , die 26. Junii 1639. Pontificatus Noſtri Anno decimo ſexto .

Abrogatio omnium Privilegiorum perſonalium Fratribus Minoribus conceſſorum .

VRBANVS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam .

INter cœteras Apoſtolicæ ſervitutis curas , quibus circa Univerſalis Eccleſiæ regimen humilitati noſtræ à Domino commiſſum aſſiduè premimur , ea Nos non parùm ſollicitos habet , ut perſonę Regulares divini Numinis obſequiis ſub ſuavi Religionis jugo mancipatę , juxta Regularia earum inſtituta ſalubriter regantur , & propterea ſi quæ felici earum ſtatui obeſſe , aut in aliquod obſervantiæ Regularis earùm , & diſciplinę detrimentum vergere cognoſcimus , ea , quantum nobis ex alto conceditur , removemus , & prohibemus , prout conſpicimus in Domino ſalubriter expedire . Cum itaque , ſicut accepimus , in Ordine Fratrum Minorum S. Franciſci introductus fuerit abuſus , ut paſſim a Superioribus Patres privilegiati efficiantur , ex quo magnum relaxationi oſtium aperitur , & graviſſimum paupertati & humilitati , quas dictus Ordo profitetur , nocumentum infertur , & propterea unanimi Vocalium in generali dicti Ordinis Capitulo nuper celebrato congregatorum voto abuſum hujuſmodi auctoritate noſtra tolli deſideratum fuerit . Nos , qui regularem diſciplinam ubique vigere , & omnem illius relaxationi viam præcludi ſummopere cupimus , de opportuno remedio , quantum cum Domino poſſumus , providere volentes : Motu proprio , ac ex certa ſcientia , maturaque deliberatione noſtris , deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine omnia , & quæcunque privilegia perſonalia quomodocunque nuncupata , quibuſvis dicti Ordinis Fratribus cujuſcunque dignitatis , qualitatis , & conditionis exiſtant (Chariſſimorum in Chriſto filiorum noſtrorum Regis Romanorum in Imperatorem electi , ac aliorum Regum Prædicatoribus , & Confeſſariis duntaxat exceptis) quocunque titulo , prætextu , cauſa , & occaſione , & ad cujuſvis inſtantiam , & ſupplicationibus , tam à Nobis , & Romanis Pontificibus prędeceſſoribus noſtris , quàm etiam à Dilecto filio noſtro Franciſco S. Laurentii in Damaſo Diacono Cardinali Barberino nuncupato noſtro , ſecundùm carnem , ex fratre germano nepote , dicti Ordinis apud Nos , & Sedem Apoſtolicam Protectore , aliiſque ejuſdem Ordinis Protectoribus , à quibuslibet Ordinis hujuſmodi Superioribus hactenus quoquomodo contra , & præter Regularia Ordinis prædicti inſtituta , & Apoſtolicas conſtitutiones conceſſa , harum ſerie perpetuò revocamus , annullamus , caſſamus , abrogamus , & abolemus , illaque perpetuò revocata , caſſata , abrogata , & abolita , juribuſque , & effectu vacua eſſe , & fore , neminique ullatenus ſuffragari , neque de cœtero à quoquam concedi poſſe , ſicque per quoſcunque Judices ordinarios , & delegatos , etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores , ubique judicari , & diffiniri debere , irritumque & inane , ſi ſecus ſuper his à quoquam , quavis auctoritate ſcienter , vel ignoranter contigerit attentari , decernimus . Mandantes propterea in virtute ſanctę Obedientię , ac ſub pœna excommunicationis , privationiſque ſuorum officiorum , vociſque activę , & paſſivæ pœnis eo ipſo incurrendis , dilectiſque filiis Miniſtro , ac Vicario ſeu Commiſſario Generalibus , & Miniſtris Provincialibus , aliiſque dicti Ordinis Superioribus , ut quamprimum pręſentes noſtrę litterę ad eorum notitiam pervenerint , omnes & ſingulos Patres , & Fratres Ordinis hujuſmodi ſimilia privilegia habentes , illis eo ipſo privatos , & ſpoliatos eſſe declarent , nec quemquam illis uti ſinant , vel permittant , inobedientes quomodolibet , & rebelles opportunis juris , & facti remediis juxta Regularia ejuſdem Ordinis ſtatuta Apoſtolica auctoritate confirmata , omni , & quacumque appellatione , reclamatione , & recurſu remotis , compeſcendo ; Non obſtantibus pręmiſſis , ac quibuſvis litteris Apoſtolicis , ſuper conceſſione , ſeu confirmatione conceſſionis privilegiorum hujuſmodi emanatis , aliiſque conſtitutionibus , & ordinationibus Apoſtolicis , nec non dicti Ordinis , etiam juramento , confirmatione Apoſtolica , vel alia quavis firmitate roboratis ſtatutis , & conſuetudinibus , privilegiis quoque indultis , & litteris Apoſtolicis ſub quibuſcumque tenoribus , & formis , ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis , aliiſque efficacioribus , & inſolitis clauſulis , irritantibuſque , & aliis decretis , etiam motu , & ſcientia , ac poteſtatis plenitudine , ſimilibus in genere , vel in ſpecie in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis , & confirmatis , & innovatis . Quibus omnibus , & ſingulis , etiam ſi pro ſufficienti illorum derogatione de illis , eorumque totis tenoribus ſpecialis , ſpecifica , expreſſa , & individua , ac de verbo ad verbum , non autem per clauſulas generales idem importantes mentio habenda , aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret , illorum omnium , & ſingulorum tenores præſentibus prò plenè , & ſufficienter expreſſis habentes , illis aliàs in ſuo robore permanſuris , ad præmiſſorum effectum ſpecialiter , & expreſſè derogamus , cæteriſque contrariis quibuſcunque . Volumus autem , ut præſentium tranſumptis , etiam impreſſis manu alicujus Notarii ſubſcriptis , & ſigillo alicujus perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis , eadem prorſus adhibeatur fides , quæ adhiberetur ſi forent exhibitæ , vel oſtenſæ . Dat. Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris , die xxiii. Julii M. DC. XXXIX. Pontificatus Noſtri Anno Decimo ſexto .

M. A. Maraldus .

Chronol. Seraph.

Reſtitutio Patrum Provinciæ , & Revocatio ſeu moderatio Motus proprii Gregorii XV. pro tota Familia Ultramontana .

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam .

ONeroſa Paſtoralis officii cura Nobis ex alto , meritis licet imparibus , commiſſa , crebro nos admonet , ac inducit , ut ad ſtatum Chriſti fidelium quorumlibet , præſertim regularem vitam profitentium , ſalubriter dirigendum operoſis ſtu-

diis intendentes ea, quæ pro felici eorum gubernio, prosperaque directione providè statuta, & ordinata esse comperimus, Apostolicæ confirmationis robore communiamus, prout conspicimus in Domino salubriter expedire. Nuper siquidem ad aures nostras pervenit, quod deficientibus in Diffinitoriis omnium Provinciarum Ultramontanæ familiæ Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci, qui Ministro Generali ejusdem Ordinis subjiciuntur, iis, qui Provinciæ Patres nuncupantur, & inibi præstantiores Judices, electoresque habentur magna totus Ordo prædictus sustinet incommoda, & subditorum regimen, & Officiorum provisio difficiliora in dies efficiuntur, ideoque communi Vocalium in Generali dicti Ordinis Capitulo nuperrimè celebrato congregatorum assensu, decretum fuit Nobis supplicandum esse, ut omnes Patres Provinciarum, quos fel. rec. Gregorius XV. prædecessor noster per suas in simili forma Brevis litteras abstulit, & abolevit, Nos de benignitate Apostolica restituere dignaremur. Verumtamen re in Diffinitorio Generali ejusdem Ordinis maturiùs deliberata; de consensu dilecti filii nostri Francisci S. Laurentii in Damaso Diaconi Cardinalis Barberini nuncupati, S. R. E. Vicecancellarii, nostri secundùm carnem ex fratre germano nepotis, ac Ordinis prædicti apud Nos, & Sedem Apostolicam Protectoris, statutum fuit, ut duo tantùm Patres Provinciæ in prædicta singularum Provinciarum Ultramontanæ familiæ hujusmodi diffinitoria introducantur, unus scilicet, qui in Provincia reliquis dignior sit, ille nimirum, qui inter Patres Provinciæ primum locum sibi vendicat, qui quidem semper in Diffinitorio assistat; alter vero, qui immediatè Ministri Provincialis officium absolverit, ut sequenti etiam immediatè triennio duntaxat, eam obtineat dignitatem, & in Diffinitorio assistat; ea lege tamen, ut si ille ex qualibet causa deficiat in ejus loco subrogatus eo ipso sit, qui ante ipsum Minister Provincialis immediatè extiterit, triennio autem hujusmodi transacto, alius, qui Ministri Provincialis officio, etiam immediatè functus fuerit, subsequatur, & sic deinceps de triennio in triennium duntaxat servetur, ita quod nunquam hi duo Patres in dictarum Provinciarum Diffinitoriis desiderentur. Quod si contingat, ut qui erit dignior, & perpetuus in Diffinitorio hujusmodi, vigore præsentium litterarum assistens alio titulo de Diffinitorio existat, sibique jus in illud ingrediendi competat, tunc in ejus locum ipso facto subrogatus sit ille Pater Provinciæ, qui eidem dignitati proximus fuerit. Quare Nos attendentes ea ratione, & multitudinem Patrum Provinciæ auferri, ac de iis, qui pro felici Provinciarum hujusmodi directione, & gubernio necessarii sunt, sufficienter provideri, ac prædictarum Gregorii prædecessoris hujusmodi litterarum tenoribus, & datis præsentibus pro expressis, & insertis habentes. Motu proprio, & ex certa scientia, maturaque deliberatione nostris, institutionem, seu restitutionem prædictorum duorum Patrum Provinciæ pro Diffinitoriis Provinciarum prædictarum in d. Diffinitorio generali, ut profertur, factam, Apostolica authoritate, tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos tam juris, quam facti defectus, siqui desuper quomodolibet intervenerit, supplemus. Decernentes illa, & presentes litteras validas, firmas, & efficaces existere, & fore, ac ab omnibus, ad quos spectat, & spectabit infuturum inviolabiliter observari, sicque per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane quidquid secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca dilectis filiis Ministro, & Vicario, seu Commissario generalibus d. Ordinis in virtute S. obedientiæ precipimus, & mandamus, ut presentes litteras, & in eis contenta quęcumq; à sibi subditis omnibus, ad quos spectat, & pro tempore spectabit quomodolibet, sub excommunicationis, privationisque suorum officiorum, & vocis activæ, & passivę pœnis eo ipso incurrendis, debitæ executioni demandari, ac inviolabiliter observari curent, & faciant. Non obstantibus, quo ad premissa duntaxat, prefatis Gregorii predecessoris litteris, aliisque constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac Ordinis, & Provinciarum hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & litteris Apostolicis eisdem Ordini, & Provinciis, illorumque Superioribus, Fratribus, & personis quibusvis, sub quibuscumq; tenor. & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, ac irritan. & aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliàs in contrarium præmissorum, etiam motu, scientia, & deliberatione similibus quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio facienda esset, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, & singulorum tenoribus præsentibus pro plenè & sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum duntaxat, specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut præsentium transumptis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus ubique fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Dat. Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 23. Julii 1639. Pontificatus Nostri Anno Decimosexto.

In favorem Provinciarum Indiarum.

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Circumspecta Romani Pontificis providentia ea quæ in personarum Regularium Capitulis Generalibus interdum sancita, & auctoritate Apostolica comprobata fuerunt, ipsa subinde rerum experientia suadente, præsertim cum felici earundem personarum statui, & quieti opportunè consulitur, immutat, in hisque suæ sollecitudinis partes favorabiliter interponit, prout conspicit in Domino salubriter expedire. Aliàs siquidem in Capitulo Generali Ord. Fratrum Min. S. Francisci de Observantia nuncupat. de anno 1625. celebrato, inter alia conditum fuit statutum tenoris sequentis, videlicet, *Caveant ex Indianis Provinciis Ministri Provinciales, ne ad Capitulum Generale, vel aut ipsi veniant, vel Commissarios suo nomine mittant, solis Custodibus veniendi facultas conceditur.* Nosque statutum hujusmodi illius tenore inserto confirmavimus, & approbavimus, prout in nostris desuper in simili forma Brevis expeditis litteris, quarum tenores præsentibus pro expres-

sa

fis haberi volumus, pleniùs continentur. Cum autem sicut nobis nuper exponi fecit dilectus filius Joannes Merineto d. Ordinis Minister Generalis, Patres in Capitulo Generali ejusdem Ordinis in hac Alma Urbe nostra novissimè celebrato congregati, Ministris Provincialibus prædictarum Provinciarum Indiarum antiquum jus quod habebant, ut ad Capitulum generale Commissarios eorum nomine suffragium laturos mittere possent justis ex causis restituendum esse censuerit. Nobis propterea d. Joannes Minister generalis humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur ejusdem Joannis Ministri generalis votis annuere volentes, illumque specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium duntaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes hujusmodi supplicationibus inclinati. Ministris Provincialibus dictarum Provinciarum Indiarum pro tempore existentibus quod ad Capitulum generale d. Ordinis mittere possint Commissarios, qui eorum nomine suffragium ferant, ea tamen lege, ut tam Commissarii, qui mittentur, quàm etiam Custodes, filii earum Provinciarum respectivè sint, pro quibus mittentur, vel in eis incorporati, sive in Indiis, sive in aliis Europæ partibus existant, dummodo ad electionis effectum non incorporentur, ac ut tam Commissarii, quàm Custodes prædicti à suis Provinciis, non aliter quàm juxta Constitutiones generales Segobienses eligantur, quodque si Commissarii, & Custodes hujusmodi in itinere decedant suffragium suum omnini, etiam tanquam Procuratori absenti, vel præsenti committere possint, ac idem in aliis etiam Prælatis & Vocalibus juxta laudabilem dicti Ordinis consuetudinem servetur, Apostolica auctoritate, tenore præsentium concedimus, & indulgemus. Et insuper pro commodiori præmissorum executione Constitutionem fel. rec. Clementis Papæ VIII. prædecessoris nostri, quæ incipit: *His quæ ad Regularium personarum statum*. Die IV. Martii 1600. Pontificatus sui anno nono editam, qua cavetur, ut in Provinciis dicti Ordinis in partibus Indiarum, præsertim in Limensi Provincia, ad ministeriatus Provincialis, seu quodlibet aliud dignitatis officium assumi non valeant alii dicti Ordinis Religiosi, quàm illi, qui ejusdem Provinciæ Alumni sunt, vel ad eam expresse, ac nominatim missi ex Hispaniis, eum Ministri Generalis, aut Commissarii Indiarum apud Catholici Hispaniarum Regis Curiam assistentis litteris obedientialibus in illis Provinciis incorporati fuerunt, innovamus, approbamus, & confirmamus. Declarantes sub illis verbis, seu quodlibet aliud dignitatis officium, in dicta Constitutione expressis, Ministri Provincialis, tam pro regenda Provincia, quàm pro ferendo suffragio in Capitulo Generali designati, Vicarii Provincialis, Custodis, Diffinitorum, Guardianorum Conventuum, & Vicariorum officia comprehendi, & comprehensa intelligi, sicque in præmissis, & per quoscunque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, & S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, & Sedis Apostolicæ Nuncios judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca dilectis filiis nunc, & pro tempore existentibus dicti Ordinis Commissariis Generalibus in Indiis in virtute sanctæ Obedientiæ, ac sub excommunicationis latæ sententiæ, privationisque suorum officiorum, & perpetuæ inhabilitatis ad alia obtinenda pœnis præcipimus, & mandamus, ut præsentes litteras, & in eis contenta quæcunque inviolabiliter servent, & ab aliis, ad quos spectat, & spectabit quomodolibet servari curent. Alioquin, si eos hac in parte deliquisse compertum fuerit, ipso facto ad propriam Provinciam regredientes, omni privilegio, titulo; immunitate, & exemptione privati remaneant. Injungentes, & districtè præcipientes dicto Joanni, & aliis pro tempore existentibus Ordinis prædicti Ministris Generalibus, & citra conniventiam quamcumque pœnas prædictas contra transgressores debitæ executioni demandari faciant, onerando in his eorum conscientias. Non obstante statuto, & litteris nostris prædictis, aliisque Apostolicis, & Universalibus, Provincialibusque, & Synodalibus Conc. editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, & ordinationibus, nec non dicti Ordinis, & Provinciarum prædictarum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & litteris Apostolicis eisdem Ordini, & Provinciis, illorumque Ministris Generalibus, ac Provincialibus, & Commissariis prædictis, aliisque Superioribus, Fratribus, & personis, sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisq; efficacioribus, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliàs in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris ad præmissorum effectum specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscunque. Volumus autem, ut præsentium transumptis etiam impressis manu alicujus Notarii pubblici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus adhibeatur fides, quæ adhiberetur præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Dat. Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 6. Augusti 1639. Pontificatus Nostri Anno 17.

Pro restituendo, ac conservando in Ordine Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia Disciplinæ Regularis candore.

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Militantis Ecclesiæ regimini, viribus licèt imparibus, inscrutabili divinæ providentiæ voluntate præsidentes, quid pro felici Christifidelium quorumlibet, & præsertim regularium personarum, quæ abjectis mundi vanitatibus Deo sub suavi Religionis jugo se totas devoverint, statui conferat diligenter prospicimus, ac quæ ipsis per emissorum votorum semitas ad perfectionis apicem contendentibus offendiculo esse possunt, removere studemus, prout conspicimus in Domino salubriter expedire.

Cum igitur, sicut accepimus, in Ordine FF. Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum ob minus accuratam aliquorum præceptorum regulæ eorumdem Fratrum observantiam, nonnullosque abusus, qui in Ordine prædicto contra Apostolicarum Constitutionum, præcipuæ fel. rec. Clem. Papæ VIII.

prædecessoris nostri Decretorum, pro reformatione Regularium editorum præscriptum pacem, mentisque quietem turbari, religionis candorem minui, ac fidelibus non paucorum scandalorum occasionem præberi contingat.

Hinc est, quòd Nos ejusdem Clementis decretis, dictique Ordinis Statutis per Sedem Apostolicam confirmatis inhærendo Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, hac nostra perpetuo valitura Constitutione confirmantes, quæ aliàs à Nobis circa Patrum privilegiatorum abrogationem sub die 13. Julii anni 1639. sancita fuere, Patrum ex electione factorum, sive ii Procuratores, & Commissarii Generales Curiæ, sive Diffinitores generales Ordinis, sive Ministri Provinciarum, sive earumdem Custodes, & Diffinitores, à quibus, ob majorem multitudinem, majora etiam in eisdem oriuntur incommoda, quos ultra numerum in Statutis Ordinis præscriptum minimè augeri potest sine dispensatione decernimus, sive Provincialium gratiis & privilegiis ex Ordinis concessione gaudentes extiterint, vel existant, relicta tantummodò præcedentia, ac antelatione, ac socio eisdem per Ordinis Statuta respectivè concessis, omnes exemptiones, immunitates, licentias, consuetudines, quæ potius abusus dici possunt, quoquo modo in dicto Ordine obtenta, inducta, intrusaque in perpetuum cassamus, tollimus, abolemus, & abrogamus, ac cassata, ablata, abolita, & abrogata esse, & censeri debere, cuicumque omnino in posterum tales exemptiones, & privilegia concedendi facultate penitus interdicta, sub privationis vocis activæ, nec non excommunicationis latæ sententiæ ipso facto incurrendi pœnis decernimus, & ordinamus.

Declarantes ex officiis, quibus functi fuerint, nullum aliud in ipsis remansisse, vel remanere, aut eos prætendere posse jus, arbitrium, superintendentiam, intelligentiam, vel quocumque alio nomine nuncupetur præeminentiam in Provinciis, Conventibus, Fratrum collocationibus, aliisque dispositionibus, itaut liberum omninò sit Provincialibus, & Diffinitoribus, nullo ad prædictos Patres habito respectu, de Conventibus disponere, Guardianos instituere, Fratres collocare, aliaque exequi, sicuti communi Provinciarum bono viderint expedire. Nec non Ordinis hujusmodi apud Nos, & Sedem Apostolicam, Cardinali Protectori, Ministro, ac Commissario Generalibus pro tempore existentibus contravenientes Provinciales & Guardianos taliter electos obtentis officiis eorum arbitrio privandi, Patres verò præfatos, qui præteritorum officiorum per eos obtentorum prætextu aliquid contra præsentis Constitutionis tenorem moliri, innovare vel attentare præsumpserint, ad majorem tranquillitatem, & pacem eorumdem Protectoris, & Generalium arbitrio, etiam si opus fuerit, in alienas Provincias transferendi, & transmittendi facultatem concedimus, & impartimur.

Ne autem in dicto Ordine recipiendi pro concionibus pecuniarias eleemosynas, deque illis ad Concionatorum arbitrium disponendi, neve nimius equitandi abusus ulterius invalescat, gravissimisque regulæ Beati Francisci voto, & præcepto passim contraveniatur: Omnibus, & singulis prædicti Ordinis Concionatoribus ultra pœnas in proprietarios per ejusdem Ordinis statuta fulminatas, in virtute Sanctæ Obedientiæ, & sub privatione officiorum quæ obtinent, ac perpetua inhabilitate ad quæcunque officia, gradus, & dignitates in posterum ipso facto incurrendis præcipimus, & mandamus, ut de prædictis eleemosynis per se nullo modo disponant, nec eas ab offerentium manibus in suis recipiant, vel in Procuratoris, sive alterius cujuslibet deponi faciant, sed easdem integras Superiori Provinciarum significent, qui de illis, juxta Regulæ præscriptum, disponat, quibus etiam pœnis eo ipso subjicimus omnes ejusdem Ordinis Fratres, qui sine manifesta, vera, gravique necessitate, aut infirmitate, & absque licentia Provincialis, vel in casu urgenti, Superioris localis de consilio, & judicio trium Discretorum Conventus, scriptis obtenta, equitare ausi fuerint, easdem pœnas solis Ministro, & Commissario generalibus aliquando, & ex rationabili causa remittendi facultate relicta.

Quos cum Provincialibus Provinciarum, Commissariis & ad urgentioria negotia destinatis paternè monemus, ut in casu urgenti, ac per regulam permisso memores sint paupertatis, humilitatis, & patientiæ Christi Domini Salvatoris nostri, ad cujus vitæ exemplum Beatus Franciscus, & conversationem instituit, & Ordinem suum fundavit, vilioribus, despectisque jumentis contenti sint, & Comitatu, qui sæculares divites decet, relicto, majori, qua fieri poterit modestia gradiantur, exemploque cæteros præeuntes sciant in concessis tantum casibus equitandi licentiam indulgere, super quo Superiorum omnium, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, conscientiam oneramus, concedentes Provincialibus, & Provinciarum Commissariis, ut uno, eoque humili jumento pro se tantum, non autem pro sociis, in necessitatis articulo uti possint, aliàs si contrafecerint, suis officiis eo ipso destituti remaneant.

Ad hæc, ut prædicti Clementis Octavi prædecessoris nostri Decreta inviolabiliter observentur, omnes Fratres præcipuè nominatos Ordinis, & Provinciarum Patres legitimè non impeditos ad Chori servitium, & ad faciendam hebdomadam, aliasque Ecclesiasticas functiones, ad vestitum, & cellarum suppellectilem eorum statui convenientes, ad communem mensam cum eisdem pane, vino (obsonio nihil cuiquam singularitatis concesso) ad egressum de conventibus cum licentia, & socio qualibet vice à Superioribus obtinendis, benedictionisque receptione post regressum, ad cubitum singulorum in singulis lectis, ad orationis mentalis studium, à qua nullus cujuscunque conditionis existat, exemptus censeatur, ad silentii custodiam, ad Culparum Capitula, ad virtutum exercitium, ad collocutiones, & sermones singulis saltem hebdomadis de regulari disciplina, spiritualique profectu tractantes teneri volumus, & obligamus, nedum sub pœnis in iisdem decretis contentis, verum etiam sub privatione officiorum, & perpetua inhabilitate in posterum ipso facto incurrendis, Guardianis, Provincialibus, & Generalibus respectivè, qui sine legitima causa prædictorum trasgressionem permiserint, & notabiliter negligentes, ac transgressores non legitimè impeditos voce activa, & passiva non privaverint, & in posterum ad alia non inhabilitaverint, prout Nos hac nostra Constitutione, quam in sola Cismontana familia valere, statimque post ejusdem notitiam à prædictis Superioribus sub fulminatis pœnis in quolibet Conventu pro felici executione publicari, ac in Statutis Ordinis inseri, & cum illis bis saltem in anno publicè in Communitate Fratrum legi sub destitutione ipso facto Superiorum localium negligentium volumus, privamus, & inhabilitamus, ac tanquam candoris Ordinis obscuratores, disciplinæque Regularis relaxatores privatos esse volumus, & declaramus.

Sicque in præmissis omnibus, & singulis inviolabiliter observari, & per quoscunque Judices ordinarios & Dele-

Digitized by Google

Delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus Apostolicis, ac in Conciliis universalibus, Provincialibusque & Synodalibus editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & ordinationibus, dictique Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis Statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis, eidem Ordini, illiusque Superioribus, & Fratribus, ac quibusvis aliis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenor. specialis, specifica, & expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad effectum præmissorum specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscunque. Volumus autem, quod præsentium transumptis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus ubique fides, & extra adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris, die prima Junii 1640. Pontificatus Nostri Anno Decimo septimo.

Erectio Provinciæ S. Antonii Regni Portugalliæ Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci Discalceatorum ad instar Provinciæ S. Joannis Baptistæ Fratrum Minorum Discalceatorum in Hispania.

URBANUS PAPA VIII.
Ad perpetuam rei memoriam.

CUM sicut dilecti filii Franciscus Ulisbonensis Minister Provincialis, & Definitores Provinciæ S. Antonii Regni Portugalliæ Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci Discalceatorum nuncupatorum, & illorum nomine Berardus a Martyribus Commissarius Provincialis, & Guardianus Collegii S. Antonii Conimbriensis dicti Ordinis nobis nuper exponi fecerunt, ipsi negotium Reformationis dictæ Provinciæ iisdem ferè modis, & mediis, quibus Provincia S. Joannis Baptistæ Fratrum Minorum Discalceatorum nuncupatorum Regularis Observantiæ ejusdem S. Francisci in Hispania reformata existit, promovere summopere desiderent.

§. 1. Nos, qui personarum quarumlibet, præsertim sub suavi Religionis jugo Altissimo famulantium quieti, & statui, quantum cum Domino possumus, libenter consulimus, super præmissis opportunè providere, ipsosque exponentes specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes.

§. 2. Supplicationibus illorum nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, modernis eidem Francisco, & pro tempore existentibus Ministro Provinciali, Custodi, Definitoribus, Guardianis, & Fratribus dictæ Provinciæ S. Antonii, ut quascumque Domos, sive heremitoria, seu loca, si quæ sibi a piis Christifidelibus in Portugalliæ partibus concedantur, recipere, & in illis Conventus sui Ordinis erigere, & fundare, servata tamen alias Sacrorum Canonum, & Decretorum Sacri Concilii Tridentini formâ, de sola Ordinarii loci licentia, ac nullo quarumvis aliarum personarum cujusvis ordinis, Congregationis, aut Instituti Regularium desuper requisito consensu, ac Domos sui Ordinis, & Provinciæ S. Antonii prædictæ cum Ecclesia, Sacrario, Campanis, seu Campanili humilibus, Cœmeteriis, Claustro, Refectorio, Cellis, Hortis, aliisque officinis, & ædificiis necessariis erigere, & fabricari facere, ac in illis Fratres sui Ordinis Discalceatorum introducere, atque in ipsarum Domorum Ecclesiis, postquam erectæ, & fabricatæ fuerint, Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum pro Infirmis asservare, ac divina officia celebrare, & Ecclesiastica Sacramenta ministrare, ut in cæteris Fratrum Discalceatorum eorumdem Domibus fieri solet, ac ejusdem S. Antonii Provinciæ nunc, & pro tempore existentibus Ministris Provincialibus, seu Guardianis, sive alio quovis nomine nuncupatis Prælatis, ad quos de jure, & juxta regularia ejusdem Ordinis statuta Apostolica auctoritate confirmata spectat, & pertinet, ut quoscumque prædictum Discalceatorum Ordinem ingredi, & profiteri volentes, dummodò in qualibet dictarum Domorum erigendarum tam Fratres professi, quam Novitii, numerum triginta non excedant, juxta regularia ejusdem Ordinis Instituta, ad habitum, & Professionem recipere, & admittere, ac cum aliis Religiosis professis incorporare liberè, & licitè valeant, licentiam, & facultatem perpetuò concedimus.

§. 3. Præterea quod Provincia S. Antonii prædicta, illiusque Fratres, & Conventus suis arctioribus Constitutionibus, & statutis, quæ in pleno Capitulo Provinciali a majori parte Capituli recepta, & stabilita fuerint, gubernentur, nec ad observanda statuta generalia a Capitulis, vel Congregationibus generalibus Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum, jam facta, vel pro tempore facienda, nec ad specialia ejusdem Ordinis Superiorum mandata, quæ Ministri Provinciales, Custodis, & Definitorum Provinciæ judicio fuerint dictorum Fratrum Discalceatorum reformationi, aut commodo dissentanea, teneantur.

§. 4. Quod Ministri, seu Prælati Provinciales Congregationes particulares, quas Definitoriales vocant, quando, & ubi commodius sibi visum fuerit, liberè, & licite convocare, & celebrare, ac in eis quaslibet electiones Guardianorum, & aliorum officiorum facere, & quascumque causas, sive civiles, sive criminales, & negotia ad eamdem Provinciam spectantia, juxta formam Sacrorum Canonum, & regularium statutorum, & suarum Constitutionum Provincialium tractare, diffinire, & sententiare possint. Quodque Prælati generales ejusdem Ordinis hujusmodi Congregationes particulares, Definitoriales, aut earum electiones, seu Diffinitiones, vel decreta, & sententias nequaquam impedire, immutare, nec dilatare valeant.



§. 5. Quod dicta Provincia S. Antonii, ejusdem nunc, & pro tempore existentes Conventus, & Fratres, nisi per Fratres Visitatores alicujus Provinciæ Discalceatorum hujusmodi, a Prælatis tamen generalibus deputandos, nullatenus visitari, aut sindicari possint, quodque hujusmodi Visitatores discalceati in dictam Provinciam ingredi, aut in ea aliquam Jurisdictionem exercere non valeant, nisi tempore statuto

to circa finem triennii Ministri Provincialis, nempè per duos annos, & septem menses Provincialatus cujuslibet Ministri Provincialis ejusdem Provinciæ transactos, & non antea; tales autem Visitatores omnia statuta Provincialis ejusdem Provinciæ observare, & juxta illorum tenorem, & præscriptum, Provinciam visitare, & gubernare debeant, & teneantur, nec in eisdem statutis, nisi de consensu majoris partis Definitorii, plenè dispensare valeant, quamvis hoc idem in literis patentibus, & authenticis a Prælatis generalibus, aliisve Superioribus specialiter iisdem indultum, & concessum fuerit.

§. 6. Ut autem omnes ambitionis, & injustitiæ occasiones, quæ sub simulato, ac apparentis correctionis, & reformationis zelo obrepere solent, è medio penitùs evellantur, postquam prædicti Visitatores, & Commissarii suam jurisdictionem, & visitationem in Provincia hujusmodi cœperint exercere, nulli Guardiani, nullique vocales, quibus concursus ad Capitulum proxime futurum de jure competit, possint ante ipsum celebratum Capitulum ob aliquam, seu aliquas causas ab officio removeri, nec voce activa, aut passiva privari. Si autem in ipsa visitatione aliquibus delictis, & culpis quidam prædictorum reperiantur obnoxii, vel eorum punitio, & correctio post omnes electiones Capituli factas differatur, vel aliis canonicis, & regularibus pœnis, præter privationem officii, ac vocis activæ, & passivæ, arbitrio Superiorum, puniri debeant.

§. 7. Insuper quod Fratres ejusdem Provinciæ S. Antonii ab ipsa sua Provincia per quoscumque Superiores abstrahi nequeant, ut ad Indos, vel alias partes, & Provincias remittantur, nisi de consensu Capituli Provincialis, vel Definitorii pleni ejusdem Provinciæ, & quod hujusmodi Superiores, quicumque illi sint, non possint Fratres prædictos licentiare, ut in Domibus sæcularium, seu extra claustra habitent, nisi servata ad unguem forma a Clemente VIII. prædecessore nostro præscripta in Bulla, seu literis de reformatione Regularium, incipiente, *Nullus omnino prætextu cujuscumque privilegii* sub anno 1599. nempe quod tales licentiæ, nisi ex gravissima causa a Sede Apostolica approbanda, nullatenùs concedantur; ut verò aliter concessæ sint, ipso facto irritæ, & nullæ censeantur, & Religiosi talibus licentiis utentes statim ad claustra revocentur.

§. 8. Quodque possint iidem Fratres Discalceati, intra septa Domus Regularis suæ, libros a Bibliothecis, de licentia Prælati, abstractos, habere, & illis uti, dummodo postquam illis usi fuerint, iisdem Bibliothecis illos restituere procurent.

§. 9. Ac demum Ministro Provinciali, Custodi, nec non Guardianis, Conventibus, & Fratribus universis dictæ Provinciæ, nunc, & pro tempore existentibus, ut omnibus, & singulis gratiis, indultis, & privilegiis, exemptionibus, immunitatibus, libertatibus, favoribus, indulgentiis, & literis Apostolicis, tam S. Josephi, & S. Pauli, quam quibusvis aliis ejusdem Ordinis Fratrum Discalceatorum Hispaniarum per quoscumque Rom. Pont. Prædecessores nostros, ac per nos, & Sedem Apostolicam prædictam hactenus concessis, & in posterum concedendis, æque ac si ipsimet Provinciæ S. Antonii nominatim concessæ fuissent, frui, potiri, & gaudere perpetuò possint, & valeant; auctoritate, & tenore prædictis pariter perpetuò concedimus, & indulgemus. Volumusque, statuimus, & ordinamus respectivè, & insuper præcipimus Ministro, & Commissario generalibus Ordinis Minorum Regularis Observantiæ, & quibusvis Commissariis, & Visitatoribus ad dictam Provinciam S. Antonii destinatis, cæterisque tàm Prælatis, quàm subditis sub excommunicationis latæ sententiæ, ac privationis quorumcumque officiorum, & dignitatum eò ipso, absque alia declaratione incurrenda pœna, ne in præmissis Fratres prædictos Discalceatos Provinciæ S. Antonii hujusmodi litibus gravari, aut quovis modo molestari permittant, quin imò prædicta omnia privilegia, & Indulta illis inviolabiliter observent, & observari faciant, ac per suas proprias literas, quoties pro parte prædictorum Fratrum Discalceatorum fuerint requisiti, faveant, & assistant.

§. 10. Et nihilominus venerabilibus Fratribus Ulisbonensi, Bracharensi, & Eborensi Archiepiscopis, ac Conimbriensi Episcopo, eorumque officialibus, ac dilecto Filio Causarum Curiæ Cameræ Apostolicæ generali Auditori per præsentes committimus, & mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios præsentes literas, & in eis contenta quæcumque, ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte eorumdem Fratrum Discalceatorum desuper fuerint requisiti, solemniter publicent, illisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistant, faciantque auctoritate nostra eos præmissis omnibus, & singulis pacificè frui, & gaudere, non permittentes eos desuper per Prælatos generales, & Visitatores prædictos quomodolibet molestari, contradictores quoslibet, & rebelles, & præmissis non parentes, per sententias, censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione postposita, compescendo, legitimisque super his habendis servatis processibus censuras, & pœnas ipsas, etiam iteratis vicibus aggravando, interdictum Ecclesiasticum apponendo, & auxilium brachii sæcularis, quatenus opus sit, invocando. Decernentes præsentes literas nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis vitio, seu intentionis nostræ defectu, etiam ex eo, quod in præmissis interesse habentes, vel Fratres de Observantia, aut quicumque alii vocati non fuerint, notari, impugnari, redargui, infringi, retractari, aut quomodolibet in jus, vel controversiam revocari, sed semper, & perpetuò validas, & efficaces existere, & fore; sicque per quoscumque Judices ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum quoque, & inane, si secus super his, a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus fel. rec. Bonifacii Papæ VIII. pariter Prædecessoris nostri, per quam cavetur expressè, ne Professores Ordinum Mendicantium loca ad habitandum, absque dictæ Sedis licentia speciali, de prohibitione hujusmodi expressam mentionem faciente recipiant, & de una, ac Concilii generalis de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate præsentium ad judicium non trahatur, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac nostris literis, quæ incipiunt: *In Cathedra B. Petri Apostolorum Principis*, de anno 1626. emanatia, ac quibusvis ejusdem Ordinis Fratrum Minorum de Observantia etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, etiam per Fratres Discalceatos hujusmodi acceptatis, præsertim Capitulorum, seu Congregationum generalium, quibus cavetur expressè ne Fratres Discalceati hujusmodi domum aliquam dicti eorum Ordinis absque expressa licentia Capituli Generalis, aut infra quinque leucas a Domo eorumdem Fratrum Minorum erigere audeant, privilegiis

Digitized by Google

legiis quoque indultis, & literis Apostolicis eidem Ordini Fratrum Minorum, illiusque Superioribus, & quibusvis Religiosis particularibus, aliisque personis, sub quibusvis tenoribus, & formis, ac cum quibusvis derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliàs in contrarium quomodolibet præmissorum concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitùs omisso, & forma in illis tradita observata exprimerentur, & insererentur, præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis & insertis habentes illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum specialiter & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Aut si Ministro, & Commissario generalibus, aut Fratribus dicti Ordinis Minorum de Observantia, seu quibusvis aliis communiter, vel divisim ab eadem sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem.

§. 11. Cæterum, quia difficile foret præsentes literas ad singula quæque loca, ubi necesse fuerit, deferri, volumus, & dicta auctoritate decernimus, quod transumptis earumdem præsentium impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 1. Decembris 1639. Pontificatus nostri anno decimoseptimo.

Erectio Custodiæ Reformatæ Transylvaniæ Fratrum Minorum Sancti Francisci strictioris Observantiæ.

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

SAlvatoris nostri Jesu Christi, licet immeriti, Vices gerentes in terris, illam curam libenter amplectimur, per quam Religiosorum Ordines multiplicatis cultoribus, quorum assiduis precibus, ex fructuosis operibus Omnipotens Deus propitiatur, & fides Catholica propagatur, nostris etiam temporibus suscipiant incrementum, quod ut optatum sortiatur effectum, officii nostri partes favorabiliter interponimus, prout conspicimus in Domino salubriter expedire.

§. 1. Sane pro parte dilecti Filii Procuratoris Generalis Fratrum Minorum Reformatorum nuncupatorum Ordinis S. Francisci Nobis nuper expositum fuit, quod pro cultura Catholicorum in Transylvania, ac Hæreticorum, & Schismaticorum in illis partibus degentium conversione, maxime expedit ex Domibus Regularibus Fratrum Minorum Strictioris Observantiæ Ordinis hujusmodi, in eisdem partibus existentibus, unam Custodiam Transylvaniæ nuncupandam erigi, & à Provincia S. Salvatoris Ungariæ ejusdem Ordinis separari.

§. 2. Nobis propterea idem Procurator Generalis humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur ejusdem Procuratoris Generalis votis hujusmodi, quantùm cum Domino possumus, benignè annuere, illumque specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum; harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, tres, quæ à Fratribus Minoribus Strictioris Observantiæ hujusmodi ad præsens, ut asseritur, habitantur in Transylvania, nec non aliam de *Cicb*, eorumdem Fratrum Provinciæ Sancti Salvatoris Ungariæ prædictæ, domos regulares ab eadem Provincia Sancti Salvatoris, illiusque Ministri Provincialis jurisdictione, & superioritate, ita quod illi ampliùs minimè absint, Apostolica auctoritate, tenore præsentium perpetuò separamus; ipsasque quatuor Domos Regulares hujusmodi in Custodiam Transylvaniæ nuncupandam eisdem auctoritate, & tenore etiam perpetuo erigimus, illamque jurisdictioni, superioritati, visitationi, & correctioni Ministri, & Commissarii Generalium pro tempore existentium ejusdem Ordinis, qui custodiam per Nos sic erectam pro tempore regant, illique de Religiosis, & aliis necessariis provideant, immediatè subiicimus, nec non in Custodem Custodiæ hujusmodi, pro hac prima vice, Dilectum Filium Stephanum Salines ejusdem Ordinis Professorem deputamus, & constituimus.

§. 3. Demum eidem Custodiæ sic erectæ, illiusque Domibus Regularibus, Custodi, & Fratribus, ut omnibus, & singulis privilegiis, gratiis, præeminentiis, concessionibus, & indultis, quibus aliæ ejusdem Ordinis Custodiæ, illarumque Domus Custodes, & Fratres utuntur, fruuntur, & gaudent, ac uti, frui, & gaudere possunt, & poterunt in futurum similiter, & æquè principaliter, ac si Custodiæ per præsentes erectæ, illiusque Domibus, Custodi, & Fratribus concessa fuissent, uti, frui, & gaudere liberè, & licitè possint, & valeant, indulgemus.

§. 4. Decernentes præsentes literas validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios effectus sortiri, & obtinere debere, sicque per quoscumque Judices, Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inanè si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac Ordinis, & Provinciæ S. Salvatoris prædictorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis Statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, ac singulis illorum omnium tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 3. Februarii 1640. Pontificatus Nostri Anno Decimo septimo.

Quod

Digitized by Google

Quod Commissarii Generales Indiarum non possint dispensare super Constitutionibus Generales, nisi obtenta facultate à Capitulo Generali.

VRBANVS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

CUm sicut dilectus filius Caspar Sanchez Fratrum Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum Lector Jubilatus, & in Romana Curia Procurator Generalis, Nobis nuper exponi fecit, licèt in Capitulo Generali dicti Ordinis novissimè in Alma Urbe nostra celebrato declaratum fuerit, omnem & quamlibet potestatem, quæ in Ministro Generali reperitur ad dispensandum in Statutis Generalibus, totam ipsi provenire a Capitulo Generali; unde quoties ab eodem Capitulo Generali decreto irritante prohibetur, ne in aliquo Statuto concedatur absolutè dispensatio, aut conditiones ad dispensandum requisitas non observet, ejusdem dispensatio ipso facto irrita evadit; nihilominus præmissis non obstantibus, Commissarii Generales Indiarum Ordinis hujusmodi in suis Diffinitoriis, sub prætensa Ministri Generalis potestate, in Constitutionibus Generalibus quandoque, absque totius Diffinitorii consensu, dispenset, ex quo maxima Regularis Observantiæ relaxatio oritur, frequenterque abusus in eodem Ordine introducuntur. Nobis propterea dictus Gaspar Procurator Generalis humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur eumdem Gasparem Procuratorem Generalem hujusmodi specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium duntaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, Commissariis Generalibus Indiarum hujusmodi, ne de cætero super ejusdem Ordinis Constitutionibus Generalibus cujuscumque facultatis, præterquam a Capitulo Generali sibi ad id attributæ, obtentu, dispensent, Apostolica Authoritate, tenore præsentium interdicimus, & prohibemus: ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus. Non obstantibus &c. Volumus autem &c. Datum Romæ die 23. Augusti 1641. Pontificatus Anno 19.

Bulla Urbani Octavi.

Quod Fratres omnes, etiam ex Ultramontana Familia, dum in Cismontana commorantur, sub Commissarii Generalis obedientia sint &c.

INter multiplices Pastoralis officii nostri curas, quibus jugiter premimur, in illam peculiariter incumbimus, ut personæ, quæ sub suavi Religionis jugo divinis obsequiis sese manciparunt, prosperè gubernentur, & si quæ earum directioni quoquomodo impedimentum afferre cognoscimus, ea removere studeamus, prout conspicimus in Domino salubriter expedire. Cum itaque, sicut accepimus, ex multiplicitate Superiorum Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum, & quia nonnulli prætendunt, se a Superioritate Commissarii Generalis ejusdem Ordinis exemptos esse, vigore cujusdem Statuti in Capitulo Generali dicti Ordinis Toleti anno 1633. celebrato, facti, & a Nobis confirmati, Regularis observantia non modicum detrimentum patiatur. Hinc est, quod Nos in præmissis opportunè providere volentes, dictique Statuti tenorem præsentibus pro expressis habentes, motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostris, deque Apostolicæ Potestatis plenitudine, Statutum prædictum tenore præsentium abolemus, revocamus, & annullamus, viribusque & effectu vacuamus; & quod omnes, & singuli ejusdem Ordinis Fratres cujuscumque gradus, & dignitatis, ac etiam Ultramontanæ Familiæ existentes, pro tempore, quo in Cismontana Familia commorabuntur, sint, & esse debeant sub Obedientia, & directione Commissarii Generalis Ordinis hujusmodi pro tempore existentis, prout erat, priusquam Statutum prędictum fieret; earundem tenore præsentium statuimus, & mandamus, volumus, & ordinamus: sicque & non aliter in præmissis per quoscunque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus. Non obstantibus Statuto prædicto, ac literis illius confirmatoriis, &c. Datum Romæ die 18. Novembris 1641. Pontificatus Anno Decimo Nono.

Pro bono regimine Fratrum Reformatorum Strictioris Observantiæ Italiæ, quod instituant Professoria, & lectionem Theologiæ moralis, ac mysticæ.

VRBANVS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

MIlitantis Ecclesię regimini divina dispositione præsidentes, ad ea, per quæ embryorum Christi Fidelium, præsertim Religiosorum Deo sub reformatione ad arctiorem Regularis disciplinę observantiam introducta vacantium, spirituali directione, nec non felici progressui consulitur, libenter intendimus, eaque statuimus, & ordinamus, quæ rerum, temporum, & personarum qualitatibus debitè pensatis, ipsorum Religiosorum statui conducere in domino conspicimus. Ad uberes itaque, & suaves fructus, quos dilecti Filii Fratres Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia Reformati nuncupati Provinciarum Italię in prędicta Ecclesia afferunt, mentis nostræ aciem convertentes, quo laudabile eorum institutum majoribus in dies proficiat in via Domini incrementis.

§. 1. Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, harum tenore perpetuo statuimus, & ordinamus, ut in unaquaque eorumdem Reformatorum Italię Provincia unum, vel duo Professoria instituantur, in quibus Fratres Clerici ejusdem Ordinis, quamprimum probationis, seù novitiatus annum compleverint, & professionem emiserint regularem, collocentur, in Professoriisque hujusmodi unus Magister pro quolibet deputetur, qui prædictos Fratres Clericos in vita Spirituali, & orandi modo, ac Religiosę perfectionis via instruant, qui quidem Clerici annu, ut minimum, in Professoriis hujusmodi commorari debeant, & interim nullam scientiam edoceri possint, excepta Grammatica, & Logica, si ejus rudes fuerint. §. 2.

Digitized by Google

§. 2. Propterea in duobus, aut tribus cujusque Provincię Conventibus Theologię Moralis lectio fiat, cui omnes Fratres Sacerdotes, & Clerici bis qualibet hebdomada intersint.

§. 3. In singulis verò Conventibus Theologia mystica, & Ordinis prędicti Regula semel saltem in quaque hebdomada pręlegatur, huicque prælectioni tam Fratres Sacerdotes, & Clerici, quàm laici interesse teneantur.

§. 4. Ad hæc Fratres Reformati hujusmodi nullum omnino legatum perpetuum cum aliquo, aut sine ullo onere, etiam Ecclesiis, vel Sacristiis ipsorum, etiam pro vino ad Missarum celebrationem, aut oleo pro lampadibus, vel quacumque re pro Altaribus factum recipiant, ipsorumque Procuratores, aut Syndici heredes legantium ad præstanda ejusmodi legata judicialiter convenire non possint.

§. 5. Insuper Fratres prędicti ad quascumque processiones, prętterquàm ad processionem Corporis Christi, aut aliquam aliam generalissimam non conveniant; defunctorumque corpora, exceptis iis, quę in eorum Ecclesia sepeliuntur, ad sepulturam minimè comitentur. Altarium ornamentis deinceps aurum, vel inauratio non adhibeatur, Imaginumque, seù Picturarum eorumdem Altarium coronides è nuce, seu alio ejusdem coloris ligno fiant, nec candelabra ænea recipiantur, aut emantur amplius, sed tantummodo lignea è nuce.

§. 6. Novitii in Provinciis prędictis infra annum cum interventu ministri, ac duorum Diffinitorum Provincialium & duorum Guardianorum recipi possint juxtà decretum fel. record. Clementis Papæ VIII. prędecessoris nostri, hac super re editum. Demum Fratres prędicti, exceptis in infirmaria illis, qui indiguerint, patientias ex panno lineo, etiam in itinere, sub quocumque prętextu nequaquàm deferant; patientias verò ex panno laneo illi deferre possint, qui eis loco tunicę uti voluerint.

§. 7. Quo circa dilectis Filiis Ministris Provincialibus; & Guardianis aliisque Superioribus quibuscumque dictarum Provinciarum nunc; & pro tempore existentibus, in virtute Sanctę Obedientię, ac sub pœna privationis suorum officiorum eo ipso, absque alia declaratione incurrenda committimus, & mandamus, ut pręsentes nostras litteras; ac omnia, & singula in eis contenta à Fratribus sibi subditis inviolabiliter observari curent, & faciant, ceteris verò earumdem Provinciarum Fratribus, etiam in virtute Sanctæ Obedientiæ, ac sub privatione vocis activę, & passivę, aliisque arbitrii nostri pœnis eo ipso, ut pręfertur, incurrendis pręcipimus: ut pręmissa omnia, & singula, prout ad unumquemque eorum spectaverit, exactè, & inconcusse observent, & adimpleant.

§. 8. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, etiam in Conciliis universalibus editis, ac dicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus, privilegiis, quoque indultis, & litteris Apostolicis eidem Ordini, & Provinciis, illorumque Superioribus Fratribus, & personis quibuslibet, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis in genere, vel in specie, ac alias in contrarium quomodolibet, concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiamsi pro sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio,

seù quęvis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores pręsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad pręmissorum effectum specialiter, & expresse derogamus, cœterisque contrariis quibuscumque.

§. 9. Volumus autem, ut præsentium transumptis, etiam expressis manu alicujus notarii publici subscriptis, & sigillo personę in dignitate Ecclesiastica constitutę munitis eadem prorsus fides in judicio, & extra adhibeatur, quę ipsis pręsentibus adhiberetur, si forent exhibitę, vel ostensę.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die 1. Octobris 1641. Pontificatus nostri anno decimonono.

In Nomine Domini. Amen.

Pro Anno 1642.

Hæc est Tabula celeberrimæ Congregationis Generalis.

In hoc Conventu Sanctę Mariæ de Aracœli Urbis celebratę 7. die Mensis Junii 1642. Præsidente Eminentissimo, & Reverendissimo Domino Francisco tituli S. Laurentii in Damaso Diacono Cardinali Barberino, S. R. E. Vice-Cancellario, Protectore nostro, & à SS. D. N. Urbano VIII. specialiter delegato.

In primis triennio Reverend. Patris Fr. Benigni à Genua feliciter absoluto, idem Reverendissimus totius Ordinis Pater perpetuus, suffragiis Religionis in Commissarium Generalem nostræ Cismontanæ familiæ cooptatus est.

Procurator Generalis Ordinis in Curia Romana.

Adm. R. P. Fr. Gaspar Sanchez Lector Jubilatus Provinciæ Castellæ, & Ordinis Pater continuatur.

Commissarius Generalis Curiæ Romanæ.

Adm. R. P. Fr. Fabius Papazzonius Lector Jubilatus, Provinciæ Bononiæ Custos.

Procurator Generalis Reformatorum Familiæ Cismontanæ.

Adm. R. P. F. Ludovicus à Monte Gabione Provincię Reformatæ S. P. Francisci.

Diffinitores Generales Cismontanæ Familiæ.

Adm. R. P. F. Joannes Andreas à Genua, Provinciæ Reformatæ Genuæ Custos.

Adm. R. P. F. Joannes de Roma Lector Jubilatus, Provincię Romanæ Ex-Minister.

Adm. R. P. F. Bonaventura de Aquaviva, Provinciæ S. Nicolai Minister.

Adm. R. P. F. Stephanus à Bettona Provincię S. Francisci Minister.

Adm. R. P. F. Michael Angelus à Sambuca Secretarius Generalis, & Provincię Reformatorum Vallis Mazariæ Custos.

Am. R. P. F. Paulus de Tauris, Provincię S. Mariæ Hungariæ Minister.

Guardianus Terræ Sanctæ.

Committitur dispositioni Reverendissimi Patris Commissarii Generalis.

Sacræ Theologiæ Studia Generalia in ordine ad Jubilationem destinata juxta Constitutiones Apostolicas Clementis VIII. & Sanctissimi D. N. Urbani VIII.

In Conventibus.

Sanctæ Mariæ de Ara-Cœli Romę.
Sanctæ Marię Novæ Neapolis.
Sancti Francisci de Monte Perusiæ.
Omnium Sanctorum Florentię.
Sanctissimæ Annunciatę Bononię.
Sancti Francisci Paduæ.
Sanctissimæ Annunciatæ Genuæ.
Sanctę Marię Angelorum Mediolani.
Sanctę Marię Angelorum Panormi.
Sancti Bernardini Aquilę.
Sancti Hieronymi Viennę.
Sancti Bernardini Cracovię.

Alia Studia Sacræ Theologiæ Generalia.

Sancti Francisci Lucę.
Sancti Didaci Neapolis.
Sancti Francisci Anconę.
Sanctę Marię Novę Fani.
Sancti Francisci Mantuę.
Sanctę Mariæ Jesu de Messana.
Sanctæ Marię Jesu Modicę.
Sancti Antonii Licii.
Sancti Joseph Brixiæ.
Sancti Francisci Cosentię.
Sanctæ Mariæ Foggiæ.
Sancti Thomæ Taurini.
Paradisi Viterbii.
Sancti Spiritus Ferrarię.
Sanctæ Mariæ de Ursolo.
Sanctę Marię Jesu Montis Leonis. Tyrnavię.
Sancti Bernardini Alexandriæ.

Ordinationes factæ in Congregatione Generali.

Primò, prohibetur Ministris Provincialibus, & Superioribus Localibus, sub pœna privationis suorum officiorum, ne ultra triduum Fratres aliarum Provinciarum apud se retinere audeant, nisi ad id specialem facultatem ostenderint.

Secundò; nullus post hac ad studia aliarum Provinciarum mittatur, nisi ad requisitionem Diffinitorii suæ Provincię, quæ teneatur, servatis servandis, eorum indigentiis necessaria suppeditare.

Tertiò, renovatur Statutum, quo cavetur, ne Prædicatores extra suas Provincias ad concionandum mittantur, neve Laicorum, vel Ordinariorum favoribus Pulpitos sibi procurare audeant, sed quid de illis Superiores disponant, humiliter attendant.

Quartò, Breve Sanctissimi D. N. Urbani VIII. nuper emanatum, pro restituendo candore in Ordine, ubique inviolabiliter observetur, & observari procurent Superiores sub pœna arbitraria.

Quintò, prohibetur, ne Commissarii, qui ad visitandas Provincias Regni Poloniæ, nec ii, quos secum à secretis duxerint, vel in Socios, in posterum mittentur, ad Provincialatum, Custodiatum, seu ad aliquam aliam earum Provinciarum dignitatem promoveri valeant.

Sextò, Studia Generalia in ordine ad Jubilationem, in quibus qui jubilare voluerint, saltem per tres Annos continuò Sacram Theologiam legere debebunt, deputantur.

Ad hæc autem Studia nullus deinceps Lectorum promoveatur, nisi alibi per sexennium Sacram Theologiam legerit in Studiis Generalibus, & Provincialibus.

Tres duntaxat Lectores Theologi in hujusmodi Studiis pro Jubilatione destinatis, ponantur, quorum unus, primum, alius secundum, & tertium; tertius verò quartum sententiarum, juxtà Generalem Constitutionem à fel. mem. Clem. VIII. confirmatam legat.

Ille verò, qui quartum sententiarum exponendum assumpserit, semel in Hebdomada Lectionem Casuum Conscientiæ habebit, ad quam omnes Fratres Conventus convenire teneantur.

Lectores, qui per sex annos sine interpolatione, vel octo cum interpolatione Sacram Theologiam legerint, ultra id, quod per Statuta Generalia ipsis conceditur, connumerentur inter eos, qui diffinitoriatus Officio functi sunt.

Septimò sancitur, quod Secretarii Patris Procuratoris, & Commissarii Curiæ Romanæ præcedant Secretarios Provinciales etiam in hoc Conventu Ara-Cœlitano.

Ad executionem (si quæ contigerit) Bullæ de Apostatis, & Ejectis deputantur Adm. RR. PP. Fabius Papazzonius, Joannes de Roma, Stephanus de Bettona, Hieronymus à Cilento, Evangelista à Momigno, & Antonius à Montagna Provinciæ Terræ Laboris Minister.

Pro Reformatis deputantur

Adm. RR. PP. Procurator Reformatorum pro tempore, Joannes Andreas de Genua, Ascanius de Assisio, Michael Angelus a Sambuca, Nicolaus à Spinatiola, & P. Minister Provinciæ Reformatæ Romæ pro tempore.

Provinciæ Austriæ, Sancti Salvatoris Hungariæ, & Tyrolis eadem præcedentia inter Provincias Observantiæ gaudeant, quam, antequam titulo Reformatorum potirentur, habebant.

Supplicatum fuit Sanctiss. D. N. Urbano VIII. per Diffinitorium Generale.

Primò, quod electiones omnes a Provinciarum Diffinitorio faciendæ, Guardianorum videlicet, Prominiſtrorum, Custodum, & aliorum, post hoc non fiant, nisi per vota secreta, & per Ballotationes: Ea tamen lege, ut in æqualitate votorum, Præsidens, sive Minister pro parte sibi benevisa votum decisivum habeat, & hoc tum pro Observantibus, tum pro Reformatis.

Secundò, quod impressis Statutis Generalibus jam compilatis, & à PP. Deputatis revidendis & approbandis, nullæ aliæ deinceps Constitutiones Generales fiant in hac Cismontana Familia, sed illæ semper observentur.

Tertiò, quòd Fratribus de Familia non concedatur transitus ad Reformationem, nisi in Capitulo, vel Congregatione Provinciali, & cum consensu utriusque Ministri, vel Superioris Generalis. Cum iis verò, qui ex Reformatione ad Familiam transire voluerint, attendatur Breve fel. memor. Clementis VIII. Pauli V. & Urbani VIII.

Quartò, quod concedantur Confessariis S. Mariæ Angelorum apud Assisium in festo Portiunculæ facul-

Digitized by Google

cultates Pœnitentiariorum Romæ.

Quibus omnibus Sanctiss. D. N. Urbanus VIII. libenter annuit, & ita observari mandavit ab omnibus, & universis Patribus, & Fratribus hujus Cismontanæ Familiæ Observantibus, & Reformatis respective; Imò & per Bullam hic appositam confirmavit, prout sequitur.

URBANUS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

Religiosos viros, qui abnegantes semetipsos, ut facerent voluntatem Domini, suam fregerunt, sicuti peculiaribus hujus Sanctæ Sedis favoribus, & gratiis dignos existimamus, ità ad circumspectam illius providentiam pertinere dignoscimus, ea sedulò statuere, atque ordinare, quibus Religiosi ipsi, qui in ea, quam singulari divinæ benedictionis præsidio ingressi sunt, via, dignè ambulantes, amplioribus in dies coram oculis Domini proficiant incrementis. Hinc est, quod Nos dilectorum Filiorum Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum pro paterno, quo eos prosequimur charitatis affectu, statui, & felici gubernio consulere, eisque specialem gratiam facere volentes, supplicationibus dilecti Filii Fabii Papazzoni Commissarii Generalis Curiæ ejusdem Ordinis Nobis super hoc humiliter porrectis, inclinati, ut de cætero omnes & singulæ electiones, tam Ministrorum Provincialium, & Custodum, quàm Guardianorum d. Ordinis per suffragia secreta, & ballotationes fiant, & in paritate suffragiorum Præsidens electionibus hujusmodi, votum, sive suffragium decisivum habeat. Præterea, ut postquam Statuta Generalia dicti Ordinis in unum volumen compilata, & typis edita, revisa, & approbata per Sedem Apostolicam fuerint, nulla alia ab inde in futurum Statuta, seu Constitutiones in Familia Cismontana ejusdem Ordinis fieri, seu condi possint, sed prædicta generalia statuta, postquam, ut præfertur, revisa, & approbata per dictam Sedem fuerint, in posterum servari debeant. Ad hæc, ut de cætero Fratribus de Familia nuncupatis dicti Ordinis transitus ad Fratres Reformatos ejusdem Ordinis non concedatur, nisi in Capitulis, seu Congregationibus Provincialibus, cum consensu utriusque Ministri Provincialis, vel Ministri Generalis, & quoad eos, qui à Fratribus Reformatis hujusmodi ad illos de Familia transire velint, fel. rec. Clementis VIII. & Pauli V. Rom. Pontif. Prædecess. nostrorum, ac nostrarum in simili forma Brevia hac super re aliàs emanatarum litterarum forma omninò servetur, Apostolica auctoritate tenore præsentium statuimus, mandamus, & ordinamus. Denium ut Fratres ejusdem Ordinis ad audiendas Christifidelium confessiones aliàs approbati omnibus & singulis facultatibus Pœnitentiariis Apostolicis in hac alma Urbe nostra concessis circa administrationem Sacramenti Pœnitentiæ in Ecclesia Sanctæ Mariæ Angelorum nuncupata, ejusdem Ordinis, propè Assisium, quotannis die secunda Augusti, qua festum solemne in dicto Ordine celebrari consuevit, duntaxat uti possint eisdem, auctoritate, & tenore concedimus. Decernentes præsentes litteras validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & omnibus, ad quos spectat, inviolabiliter observari, sicque & non aliter in præmissis per quoscumque Judices ordinarios & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum & inane, si secus super his à quoquam, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus &c. Quibus omnibus & singulis illorum omnium tenores, præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum specialiter, & expressè derogamus, cœterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ &c. die 10. Novembris 1642. Pontif. nostri anno vigesimo.

Chronol. Seraph.

Hæ in Generali Congregatione per primarios totius Reformationis Patres ad hoc specialiter deputatos, collectæ in unum Constitutiones pro Reformatis Cismontanæ Familiæ Provinciis, examinatæ & approbatæ, atque, post Apost. confirmationem, in forma speciali publicatæ fuerunt: contra quarum tenorem ad alia Statuta obligari non possunt, quas appono.

PROEMIO.

L'Erezzione delle nostre Riforme in Provincie seguita nel Capitolo Generale passato, come l'ha dato Corpo distinto, così deve darli leggi più certe; Perciò è parso alli P. P. Ministri, e Custodi Reformati, congregati in detto Capitolo, e Congregatione generale, celebrata il presente anno, far rivedere da Padri à ciò destinati li Statuti delle Riforme, e corretti, & aggiunti come si vede, darli a Riformati, perche gl'osservino. Li Statuti sono li seguenti.

CAP. I.

Regula, & Vita Fratrum &c.

1 Per osservanza di questo primo Capitolo si comanda à tutti i Riformati, che osservino la Regola de Frati Minori, secondo la dichiaratione di Nicolò III. e Clemente V. le quali contengono la purità di essa, e l'espongono secondo lo spirito del nostro Serafico Padre S. Francesco, al che sono obbligati per le Bolle Pontificie, istitutrici delle Riforme.

2. E perciò secondo si è usato fin'al presente, si rinunciano tutti li Privilegii, e dichiarazioni relassative della pura osservanza, e si comanda, che le suddette decretali siano legate nel fine di questi Statuti, e lette ogni volta, che i medesimi Statuti si leggeranno.

3. E perchè la vera libertà religiosa, e la materia del merito, per la maggior parte consiste nella virtù dell'obedienza, secondo gl'oracoli dello Spirito Santo, & esempio datoci dal Salvatore, strettissimamente incarichiamo à tutti l'obedienza, e riverenza dovuta al Sommo Pontefice Vicario di Cristo, & alla Chiesa Romana. Dopò quali si obedirà al Padre Generale dell'Ordine, & à tutti li Superiori della Religione respettivamente, e per castigo delli Disubedienti ci rimettiamo alli Statuti generali.

CAP. II.

Si qui voluerint, &c.

1 Non si ammetta alcuno all'habito de Novizj, se prima non costi, che habbia le condizioni richieste da Sisto V. cioè che sia nato di legittimo matrimonio, che non habbia com-

messo omicidio ò simila delitto, ebe non sia inquisito, ò bandito, ehe non habbia debiti eccedenti le sue facoltà, che non sia obligato à render conto d' amministrazione de beni, ò denari d' altri.

2. In oltre, che non si dia l' habito della nostra Religione à descendenti da Ebrei, ò Mori, ò da' quelli Heretici, li corpi, ò statue de quali siano state bruciate, sin' alla quarta generazione.

3. Di più quelli, che a' hanno da ricevere sian Cattolici; non sospetti d' alcun errore; Non legati in matrimonio, sani di Corpo e di Mente; Non notati d' alcuna publica infamia; Che passino li quindeci anni d' età; e se saranno ricevuti per Chierici, che intendano bene la lingua latina; Che habbiano ricevuto il Sacramento della Confirmazione, ò almeno lo riceuino avanti la professione.

4. Le medesime condizioni debbono avere quelli, che per Laici si ricevono, fuor che le lettere e l'età: perche niuno può essere ricevuto per Laico, che non habbia almeno venti anni compiti, e che non passi li trenta, eccetto che se la persona non fosse tale, che la sua recezzione dovesse recare edificazione al Secolo, e decoro alla Religione.

5. Non si ricevano in Italia oltramontani, ò oltramarini, perche la loro recezzione è poco utile à queste Provincie, oltre che non si può haver cognizione qual si richiede di essi. Si eccettua la Provincia di Roma, in caso, che non si possa far di meno.

6. Religioso d'altra Religione non si riceva, se non porta testimonj *de vita, & moribus* de suoi Superiori, e ricevuto faccia il Noviziato, come quelli, che vengono dal Secolo. Il che faranno anco li Padri Capuccini, quando per autorità Apostolica si dovessero ricevere; perche altrimente non possono essere ricevuti da noi, nè noi da loro.

7. La recezzione de Novizj si faccia dal Padre Ministro, e Diffinitorio nel Capitolo, o Congregazione, ò fuori d' essi, secondo la facoltà della Santità di N. S. Urb. VIII. cioè con due Diffinitori, e due Guardiani, che s' intende quando non vi siano presenti gl' altri due Diffinitori. Chi riceverà altrimente di quello, che di sopra è ordinato, tanto il Ministro, quanto i Diffinitori siano privi dei loro offizj, e più gravemente castigati ad arbitrio del Superiore.

8. Quelli, che riceveranno l' habito della Religione per indulto Apostolico possono da Generali, Provinciali, o loro Vicarj essere assoluti da ogni censura, e dispensati da ogni irregolarità.

9. Debbono li Novizj fare la Confessione generale subito entrati.

10. Per la educazione de Novizj si deputino in Capitolo, o Congregazione Conventi ritirati, & atti allo spirito, e fuori di questi Noviziati formali non si trattenga alcun Novizio lungo tempo, non potendo educarsi come conviene.

11. In Capitolo, ò Congregazione si eleggano Maestri de Novizj persone di costumi gravi, vita provata, di competente scienza, e non minori d' anni trentacinque d' età, prudenti, zelanti, discreti, quali habbiano continua cura da Novizj Chierici, e Laici, insegnando loro con esempj, e parole la via del Signore, li buoni costumi, & il modo di conservare la purità del cuore, la dottrina Christiana, li precetti della Regola: li facciano confessare e communicare almeno due volte la settimana, l' insegnino il divino Officio, e sopra il tutto li facciano diligenti nello Studio dell' Orazione, e devozione: in che si serviranno specialmente dell' instruzzione de Novizj di S. Bonaventura, la quale si farà leggere alla Mensa commune in detti Conventi di Noviziato, a perciò nell' anno del Noviziato proibiscano à Novizi li Studj Scolastici.

12. Li Maestri de Novizj, che non sono Guardiani, potranno penitenziare essi Novizj, mà non in Ressettorio, presente il Guardiano, con penitenze pubbliche: manifesteranno però li difetti loro ad esso Guardiano, quale sarà in libertà di penitenziarli, ò commetter ad esso Maestro, che gl' imponga la penitenza.

13. Bisognando per morte, ò renunzia fuor di Capitolo, ò Congregazione far il Maestro de Novizj, lo faccia il Ministro col consenso del Diffinitorio.

14. Chi senza causa da approvarsi dal Diffinitorio ricuserà d' esser Maestro de Novizj, sia privo di voce attiva, e passiva per sei anni.

15. Senza necessità non si mandino li Novizj fuori di Convento, & in tal caso li sia assegnato Compagno grave, & essemplare, a cui siano obligati obedire, sin che tornino al Convento, come al loro Maestro.

16. Li Novizj, che fossero Sacerdoti, nell' anno del Noviziato non possono ascoltare confessioni di niuna sorte, e siano tenuti à fare le mortificazioni degl' altri Novizj.

17. Non parlino li Novizj senza l' assistenza del Maestro, ò Guardiano, ò altro deputato da essi, nè con Secolari, nè con altri Religiosi.

18. Non entrino in Cella de Novizj, nè de Professi, eccetto che del Guardiano, e Maestro loro, e con la porta, che liberamente si possa aprire di fuora; Nè altri entreranno in Cella di essi, dalli nominati in poi: Chi contraverrà mangi in terra pane, & acqua per due volte, e faccia la disciplina: Per la terza volta sia cacciato fuori della Religione, & il professo similmente per le due volte faccia le suddette penitenze, e per la terza il Guardiano lo mandi al Padre Ministro, il quale gli dia altro Convento, e lo privi di voce attiva e passiva per tre anni, & à chi questo non convenisse, li faccia portare la probazione per un Mese.

19. Le pezzette, le quali si attaccano à Novizj, siano lunghe un palmo.

20. Non si muti dal Noviziato, se non per causa d' infirmità, ò altra urgente cagione, & in tal caso dove sarà dimorato intorno à sei mesi, si piglino li voti de Frati, de quali non havendo la maggior parte, sia mandato via senza altro.

21. Niun Frate s' ingerisca nella distribuzione de Beni de Novizj, mà in ciò si osservi la regola dichiarata da Clemente V. Chi contraverrà, s' è Guardiano, sia privo dello offizio, s' è suddito, sia dichiarato proprietario.

22. Non ardisca nessuno con preghiere, e promesse indurre Novizj a professare, ò impedirli con subornazioni, ò modi illeciti, che non professino, come sarebbe il mutarli da un luogo ad un'altro, violentare i voti &c. Li Superiori, che contraverranno, siano *ipso facto* privi delli offizj, & i sudditi di voto per sei anni, & anco più gravemente puniti e gl' uni e gl' altri scommunicati, conforme il Sacro Concilio di Trento determina delle Donne.

23. Nell' anno del Noviziato ogni quattro mesi ciaschedun Novizio sia esposto à voti segreti de Frati del Convento, che non siano Forastieri, e se la prima, e seconda volta alcun di loro non sarà giudicato buono per la Religione dalla maggior parte de vocali, il detto Guardiano sia tenuto subito darne avviso al Padre Ministro, il quale, se per cause urgentissime non giudicasse altrimenti, darà ordine, che sia mandato fuori della Religione.

24. Finito l' anno del Noviziato, chi non haverà la maggior parte de voti, sia onninamente cacciato dalla Religione; essendo uguali, se n' avvisi il Padre

Mi-

Ministro, il quale inclinerà à quella parte, che gl' inspirerà il Signore, e niuno potrà dar voto alla professione de Noviaj, che non habbia compito un' anno di professione.

25. Non s' ammetta Novizio alla professione, se non saprà a mente la dottrina Cristiana, li precetti equipolienti, e quelli, che hanno forza di precetto nella Regola, e se è Chierico, che non sappia ordinare l' officio Divino: Chi altrimente l' ammettesse, sia sospenso dall' offizio, s' è Guardiano, e privo se sarà Maestro de Novizj.

26. Avanti, che faccia la professione sia spropriato d' ogni cosa, nè potrà per se lasciarsi in testamento cos' alcuna. Si confesserà, e communicherà devotamente, e poi in mano dri Superiore in Chiesa alla presenza de Frati farà la professione, nella forma, che si prescrive, il che s' osserverà anco nei darli l' habito.

27. Si protesta la Religione, (s' intimi à Novizj quando si ricevono, ò avanti, che professino dal Superiore), che se essi falsamente han fatto costare le condizioni sopra notate, e richieste da Sommi Pontefici, ò che havendo lepra, mal francese, mal caduco, ò altro morbo contagioso lo taceriano, che la Religione non s' obbilga loro, e quanto è dalla parte sua, dà ora, per all' ora la professione, che saranno, per nulla, e si riserba di cacciarli via ogni volta, che le piacerà, ancorche sia passato il quinquennio, perche tal professione è fatta in fraude, e contro la volontà espressa della Religione. Non potrà contuttociò questa riserva servire à tali professi, li quali, quanto è stato dal canto loro, si sono obbligati: e questo atto d' intimazione si registri con la professione nel Libro solito.

28. Quelli, che servono per Terziarj, non possono essere vestiti Novizj, acciò l' Ordine con la recezzione di simili soggetti non s' avvilisca, se pure non fosse qualche persona, da cui si potesse sperare utile, & honore alla Religione.

29. La professione si noterà con il nome, cognome, patria, e sottoscrizzione del profitente (se saprà scrivere) e con la sottoscrizione di tre altri Padri, con il giorno, luogo, ed anno in un Libro à ciò destinato, affinche si conservi autentica memoria del fatto, nel qual Libro si noterà anco il giorno, che ricevette l' habito, acciò si sappia quando finisce l' anno della probazione, il quale deve essere non interrotto, altrimente la professione sarebbe nulla: e perciò si dichiara, che uscendo il Novizio la prima volta dal Noviziato senza licenza, ò che lasci l' habito, ò nò, perde tutto il tempo, che havrà fatto di Noviziato, e può essere ricevuto un' altra volta, e cominciar di nuovo l' anno della probazione; mà uscendo la seconda, non possa essere più ricevuto all' habito. Et essendo cacciato una volta, non possa esser più ricevuto, nè in quella, nè in altra Provincia.

30. Il transito delli Frati della Famiglia alla Riforma si faccia in Capitolo, ò Congregazione Provinciale de' Riformati, con la sola obedienza del Ministro della Riforma: esaminando prima bene il motivo di tal passaggio. Che se costerà, che si faccia per fuggir castighi; ò che non siano per essere utili alla Riforma, non siano ricevuti. Debbano però chiedere la licenza al Ministro della Famiglia, ancorche non l' ottenessero.

31. Non siano li Frati della Famiglia ricevuti, se non in quella Provincia Riformata, che era prima Riforma della sua Provincia.

32. Gli siano (venuti, che saranno alla Riforma) dal P. Ministro levate tutte le cose superflue, e si conservino in mano del Sindico, ò per darle al P. Ministro dell' Osservanza, se ritorneranno, ò per applicarle alla Riforma, se resteranno; mà se constasse, che tenessero robbe in mano de Secolari, siano senza replica mandati via.

33. Nell' anno della deliberazione, detti Frati non haveranno voto alcuno in elezzinni, ò azzioni pubblirhe, nè potranno ascoltare Confessioni, nè de Frati, nè de Secolari, e ciò senza dispensa.

34. Con quelli, che vorranno passare dalla Riforma alla Famiglia, osservinsi li Brevi della felice memoria di Clemente VIII, Paolo V., e Urbano VIII.

35. Chi è passato più d' una volta dalla Riforma all' Osservanza, non sia più ricevuto alla Riforma, perche tal passaggio porta seco gran leggierezza, se però altrimente non giudicasse il Capitolo Provinciale.

36. Li Giovani professi, così Chierici, come Laici siano da Guardiani mantenuti con l' istesse mortificazioni, e rigore, ch' erano tenuti nel Noviziato, almeno per tre altri anni seguenti, & il primo anno dopo il Noviziato, nelli Professorj ordinati dalla Santità di N. S. Papa Urbano VIII. & il Guardiano, che farà altrimenti, non sia assunto al Guardianato per cinque anni continui sequenti.

37. Li Chierici per tutto il tempo del Chiericato, & i Laici per cinque anni seguenti dirano la colpa in Refettorio ogni mattina, & il Venerdì facciano la disciplina, & anco per tempo più lungo, secondo la consuetudine delle Riforme.

38. E detti non parlino con Secolari, e molto meno con donne senza licenza, & assistenza del Superiore, ò altro Padre grave; contravenendo, il suddito per ciascuna volta mangi in terra pane, & aqua, & il Guardiano sia castigato dal P. Ministro.

39. Sotto le medesime pene in questo tempo non possan scrivere, nè ricever lettere senza licenza de Superiori, la conscienza de quali s' incarica.

40. Non si mandi Chierico verano all' Ordinazione, se non s' abbia havuta relazione scritta dal Padre Guardiano, e Discreti del Convento della sua buona vita, e se non sarà prima approvato dalli Esaminatori della Provincia: e non possa esser licenziato per il Suddiaconato, se non doppo tre anni di professione, nè al Sacerdozio, se prima non haverà compiti sei anni di Religione, e questo Statuto sia indispensabile: il Ministro se farà altrimente, sia sospeso dall' offizio ad arbitrio del Superiore.

41. Nè meno nel tempo del Chiericato possa da niun Superiore esser mandato fuori di Provincia, eziandio per causa di studj, mà studino nella loro Provincia.

42. Nessun Laico possa farsi Chierico senza licenza del Capitolo Generale, ove sia ben esaminato lo spirito, e la sufficienza di esso. Passato poi allo stato Clericale, conti la sua anzianità dal primo giorno del Chiericato, e non da che ricevè l' habito. Mà chi senza legittima causa facesse questo passaggio, ancorche fosse Sacerdote, sia ridotto al mero stato Laicale, se li levi la chierica, e non si permetta, che reciti l' offizio de' Chierici, mà de Laici, e senza Capuccio per due anni sia destinato all' esercizj umili della Cucina.

43. Et affinche non li cada nella mente tal presunzione, si proibisce a' Laici di tener Libri in Cella senza espressa licenza del Padre Ministro, eccetto la Regola, e qualche Libro Spirituale.

44. Circa il lavare le Scudelle, & altri utensili s' osservi l' antica consuetudine di ciascheduna Riforma.

Degli

Digitized by Google

Degli Apostati.

1. QUantunque per le leggi, e per l'immemorabile consuetudine dell' Ordine siano Apostati quelli, che con habito, e Compagno, o senza, non impetrata prima la licenza da Superiori, escono da Conventi, benche sotto pretesto di ricorrere à Prelati; tutta volta, perche questa colpa à li suoi gradi per darli proporzionato castigo, si fanno li seguenti Statuti.

2. Primieramente per Autorità Apostolica, conceduta in questa parte, ed in virtù del presente Statuto, si dichiarano scommunicati tutti gli Apostati delle nostre Riforme.

3. E si comanda a' Superiori locali, cha li denunzino scommunicati nella Refezzione, che immediatamente seguirà, e ne diano subito avviso al Ministro Provinciale, acciò li noti nel Libro delli Apostati, e ritornando, si sappia l' eccesso dell'Apostasia.

4. Chi senza licenza tacita, ò espressa del suo Superiore uscirà di Convento, e dimorerà fuori per un giorno naturale, commetterà Apostasia leggiera, e sarà carcerato per tre giorni, e privo per tre anni di voce attiva, e passiva; & all' istesse pene soggiacerà quello, che partitosi senza licenza sotto pretesto di ricorrere à Superiori, vi farà effettivamente, e direttamente ricorso.

5. Chi uscito con licenza pernotterà fuori di Convento (ancorche sia in alcun Convento dell' Ordine) senza licenza, o necessità, incorre in Apostasia più leggiera, la cui pena è due giorni di Carcere, e due anni di privazione di voto.

6. Chi poi uscito senza licenza tornerà l' istesso giorno caderà in Apostasia leggierissima, per cui deva star carcerato un giorno, e privo di voto per un' anno.

7. A chi moltiplicherà li suddetti gradi d' Apostasia, se li moltiplichino ancora le pene tassate; & à chi non convenisse la privazione del voto, in luogo d' un' anno d'essa, porti un Mese il segno della probazione.

8. Dimorar tre giorni fuori di Convento, ancorche uscito sotto pretesto d' andar a Superiori, se ciò sia senza licenza, è Apostasia grave, e la sua pena, per la prima volta, è carcerazione per tre giorni, digiuno in pubblico Refettorio in pane, & acqua, e privazione de Suffragj per tre anni. Per la seconda, se li duplichino queste pene, e se li attacchi il segno della probazione per tre mesi, e se li dia l'ultimo luogo frà quelli del suo Ordine. Per la terza, e quarta si punisce con la pena dell' Apostasia più grave, e gravissima; e non convenendoli la privazione del voto, dica la colpa come Novizio per un' anno, ò più, secondo l' Apostasia.

9. Chi dimora poi fuori di Convento, come di sopra, per otto giorni, commette Apostasia più grave, e si deve carcerare per lo spazio di tre mesi, & in essi deve digiunare in pane, & aqua in pubblico Refettorio tre giorni la settimana, & il venerdì farsi la disciplina, e resta privo di voto per sei anni: la seconda volta sia perpetuamente privo di voce attiva, e passiva, stia prigione per un' anno, per tre mesi porti la probazione, nel qual tempo ogni venerdì faccia la disciplina in pubblico Refettorio, habbia l' ultimo luogo nel suo Ordine: lavi le Scudelle, e non esca di Convento, se non per Processioni, & utilità pubbliche; la terza volta sia mandato in Galera ad arbitrio del Diffinitorio.

10. Chi oltre ciò, lasciato l' habito, non ritornasse nello spazio di due mesi, ò con l' habito non ritornasse dopo detti due Mesi, come quello, che commette Apostasia gravissima, deve per la prima volta esser carcerato per tre mesi, portare la probazione per tre anni, ne quali ogni venerdì deva mangiare pane, & aqua in pubblico Refettorio senza Capuccio, & esser privo di voto per due anni, haver l'ultimo luogo nel suo ordine, per l' istesso tempo lavare le Scudelle, & aver il Convento per carcere, onde uscir non possa, se non in Processioni, e per pubbliche utilità. Per la seconda volta se li duplichino queste pene, & se li aggravino ancora ad arbitrio del Diffinitorio.

11. Per la terza, ò si mandi via dall' Ordine, come Incorrigibile, ò si mandi in Galera per dieci anni, il quale se sopravivasse, e fosse *in Sacris*, si dichiari perpetuamante sospeso, e quando non li convenisse la privazione di voto nella più grave Apostasia, dica la colpa come Novizio per due anni, e nella gravissima per quattro, facendo la disciplina ogni venerdì in detto tempo.

12. Quello, che senza necessità anderà ad altro luogo, ò per strada fuori dell' ottenuta licenza, ò che eccederà il tempo in essa prescrittoli, ò pure anderà da un luogo ad un'altro senza compagno, si dichiara incorrere nell' Apostasia, ò leggiera, ò grave, secondo l' eccesso, à giudizio da Prelati.

13. Non sia lecito uscire fuori de termini de Conventi, ò Provincie con obedienza de Provinciali, ò Generali, se prima non si mostra l' obedienza del Provinciale al superior locale, e del Generale al Provinciale, il quale essendo lontano, & il negozio non patendo dilazione à giudizio del superiore locale, alla presenza de testimonj, & avvisare la sua partenza per lettera al Provinciale, e faccia dal Superior locale notar a piè dell' Obedienza il giorno, che parte dal Convento. Tornato poi, sia tenuto darne parte al suo Provinciale per lettera: chi fà altrimente, sia dichiarato Apostata più, ò men grave, a giudizio del Prelato.

14. Non possa il Superior locale mandare Frati fuori li termini della sua Questua, se dal Provinciale tal facoltà non li sia stata concessa; altrimente facendo, il Superior locale sia privo dell' Offizio, & il mandato da lui incorra nell' Apostasia leggiera.

15. La licenza del Padre Generale d' andar fuori di Provincia deve essere essequita nello spazio di due mesi, altrimente sia nulla; e chi con quella caminerà passati li due mesi, incorra nell' Apostasia grave, ò più grave, a giudizio del Provinciale.

16. Se oltra l' Apostasia vi sia sospizione di qualche delitto commesso dall' Apostata, s' ordina al Provinciale, sotto la privazione dell' offizio, che ne formi processo giuridico, e lo conservi nell' Archivio, acciò ritornato, si possa procedere contro di esso.

17. Siano tenuti li Provinciali dar subito avviso al Procurator Generale degl' Apostati, i quali fuori delle loro Provincie fuggiranno, e non ardisca nessun Provinciale nella sua Provincia, ò Guardiano nel suo Convento ritenere Apostata di sorta alcuna, ma dopò, che l' averanno assoluto, lo rimandino con lettere testimoniali alla sua Provincia: Chi contraverrà; sia privo del suo offizio, la qual pena si fulmina ancora contro quelli, che dopo aver assoluto li Apostati, li mandassero alla Corte Romana alla presenza del Padre Generale, ovvero altrove, che alle loro Provincie.

18. Occorrendo, che il Procurator Generale delle Riforme abbia assoluto, e rimandi alcun' Apostata alla sua Provincia, ciò s' intende delle sole pene dell' Apostasia, e non d' altri delitti, che abbia commessi, li quali toccano agli Ordinarj, salvo se il Padre Generale altro giudicasse, & ordinasse.

19.

19. Acciò si conoscano gl' Apostati, si comanda, che non si riceva forastiero nessuno in Convento, se prima non averà mostrato l' obedienza al Superiore, salvo se non fosse qualcha Padre grave, e conosciuto, di cui tal delitto non si presumesse: Chi farà il contrario, sia privo dell' offizio ad arbitrio del Provinciale.

20. Quando ritorna l' Apostata, sia sollennemente in Communità de Frati assoluto dall' Apostasia secondo la forma, che si prescrive, faccia la disciplina per spazio d' un Miserere, e mangi pane, ed aqua in pubblico Refettorio, e sia anco più gravemente punito ad arbitrio del suo Superiore.

21. Ricusando gl' Apostati di fare le sudette penitenze, siano da quelli costretti per ogni maniera, anco con l' ajuto del braccio Secolare.

22. Dichiariamo, che tutti li Provinciali, e Superiori locali abbiano la facoltà di scommunicare, prendere, e carcerare gl' Apostati forastieri, che alle loro Provincie, o Conventi capiteranno, il che in caso di necessità si communica ancora (per Indulto Apostolico) a Frati Sudditi.

23. Perciò attendano molto bene li Superiori, che per le loro giurisdizioni non vadano vagando gl' Apostati, ma li facciano pigliare prigione subito, che senza scandalo potranno. E sotto la privazione de loro offizj li Ministri non mandino li Frati, oè soli, oè accompagnati da Terziarj.

24. Non si possa incorporare in alcuna Provincia, se non sarà nativo di essa, e col consenso del Diffinitorio dell' una, e dell' altra Provincia, non sia dimorato in quella, in cui si hà da incorporare, almeno per due anni, e l' incorporazione fatta altrimente sia nulla; eccetto se il Padre Generale non ordinasse altrimente. Ed essendo incorporato, preceda solamente quelli, che saranno vestiti dopo la sua incorporazione. Concediamo però al Capitolo Provinciale, che possa dispensare in questa precedenza con qualche Padre grave, se li parerà spediente.

25. Finalmente per reprimere l' audacia delli Apostati, ordiniamo, che niuno stato Apostata possa essere assunto agl' offizj dell' Ordine, se non sarà lodevolmante vissuto dieci anni dopo l' Apostasia. Che se in qualche Padre di qualità dopo la metà della penitenza paresse usarli misericordia, si concede potervi dispensare il Capitolo Provinciale con la maggior parte de voti seguenti.

Modo, e forma di vestire.

Tutti li Riformati vestiranno al modo seguente.

1. LA materia de panni sia vile, e bassa, che escluda ogni sensualità, per quanto comporta la varietà de Paesi; li panni siano cordellati, e chi d' altro panno non approvato dal suo Ministro si vestirà, sia privo di voce attiva, e passiva per sei anni, & il Ministro, che non eseguirà quanto di sopra, sia privo dell' offizio.

2. Dove è commodità di cercare le lane, li Ministri usino diligenza, che per tutta la Provincia si cerchino, e dove non sono instituite botteghe di fabbricar panni, abbia sollecita cura il Ministro d' introdurle ne Conventi à ciò deputati: e bisognando alcun sussidio, si faccia una tassa dal Capitolo Provinciale, affinchè tutti li Conventi contribuiscano quello, che sarà tassato.

3. L' Abito arrivi alla parte superiore del piede, & in larghezza non ecceda ordinariamente tredeci palmi, nè sia meno di dodeci: à corpolenti s' aggiunga quello, che sarà di dovere; le maniche siano seguite, senza larghezza straordinaria nel mezzo, oè passino le prima giuntura della mano; di larghezza verso le spalle non arrivi à due palmi, e verso la mano ad uno: la Tunica sia più corta dell' Abito, in larghezza, e nelle Maniche più scarsa.

4. Il Capuccio per un dito arrivi alle giunture della spalle, nè sia più corto, dalla parte di dietro non arrivi alla corda per tre dita, e non meno, avanti il petto sia ritirato, rotondo à proporzione della spalle, e sopravanzi avanti la fronte convenevolmente, oè si facciano se non due pieghe avanti, e due, ò tre dietro all' Abito. Nè si porti altro Capuccio attaccato al Mantello, concedendone la Regola uno, non due.

5. La lunghezza del Mantello arrivi, ma non passi il ginocchio, e quelli, che eccederanno, ò mancheranno, si riducano alle detta misura.

6. Se alcun Ministro contravarrà circa la forma prescritta dei Vestimenti, sia per un' anno sospeso dall' offizio, & il suddito sia privo di voce attiva, e passiva per tre anni; e non convenendoli, porti la probazione per trè Mesi.

7. Niuno ardisca dormire senza Abito, Corda, Capuccio, e Mutande, nè in altro, che sopra il pagliariccio con capezzale di paglia, (se però alcuno con licenza del Superiore, non dormisse sù le tavole, ò stuore), nè porti il Capuccio scucito dall' Abito; li trasgressori, per la prima volta facciano la disciplina in pubblico Refettorio, e ricadendo, siano puniti ad arbitrio del Superiore locale, ò Provinciale. Le corde siano di canape, semplici, e grosse, senza curiosità, e tali anco siano le correggie de zoccoli, sotto pena della disciplina. Non si tengano da Frati particolari pezze di lana senza necessità, e licenza del Ministro, sotto pena della disciplina in communità de Frati per un miserere; siano però obbligati i Guardiani provedere simili cose conforme la povertà per gl' occorrenti bisogni. Per viaggio si concedono Cappelli di paglia, non mai di feltro, i quali omninamente si proibiscono.

8. Niun Frate senza necessità, e licenza espressa ardisca di portare pianelle, scarpe, scarpini, berettini in pubblico, nè in privato sotto pena di mangiare in terra pane, & aqua, con tenere avanti quella cosa, in cui hà difettato, e non emendandosi, sia privo di voce attiva, e passiva per due anni.

9. Le mutande, e fazzoletti si tengano in Communità; & ogni Sabbato, o in tempo più opportuno si distribuiscano a Frati, e dove non fusse tal consuetudine, si diano per ciaschedun, Frate da Guardiani trè mutande, e quattro fazzoletti, li quali non si possano dar' a lavar fuori sotto pena di privazione di voto per un' anno, ò di portare la probazione per tre giorni, à chi la privazione non convenisse.

10. Il Ministro, e Guardiano averanno diligente cura, che le Communità siano ben proviste, acciò d' estate, e d' inverno i Frati ritrovino commodità di mutarsi, & il Communiero li tenga puliti, e rappezzati, affinchè non s' introduca proprietà nelle Riforme: Et essendo in questo negligente il Communiero, sia penitenziato e dal Ministro, e dal Guardiano in pane, & aqua.

11. Chi senza licenza del Ministro darà panni, o à se assegnati, ò della Communità a chi si sia fuori dell' Ordine, s' è Guardiano, sia privo dell' offizio, s' è suddito, si dichiari proprietario. Possano però li Guardiani, con il consenso de Discreti, dare qualche Abito vecchio à Devoti, specialmente moribondi, per guadagnare l' Indulgenze.

12.

by Google

12. Tutti li Frati si radano almeno ogni trè settimane, la tonsura tanto de Chierici, quanto de Laici, si faccia sempre un dito sopra l' orecchie; la Corona de Chierici, e Sacerdoti non sia più grande di trè dita, nè più picciola di due dita. Li transgressori, tanto il raso (se vi ha colpa) quanto il Barbiero facciano la disciplina, e riformino subito la Tonsura.

CAP III.

Clerici faciant divinum Officium &c.

1. AL primo suono della Campana tutti i Frati non escusati da legittimo impedimento convengano al Coro, & ivi con devozione, e silenzio preparino il cuore al Signore; poi con religiosa gravità, sonora voce, e competente pausa dicano, ò cantino l' hore canoniche, senza canti fratti, o contrapunti, non s' appoggino alle Sedie, specialmente i giovani e massime al *Te Deum laudamus*, *Magnificat*, *Benedictus*, *Nunc dimittis*: li negligenti siano puniti gravemente, e li Superiori locali, che trascureranno, siano nell' istessa maniera puniti da Ministri, e Visitatori.

2. In Coro non si contenda di rubriche, sotto pena della disciplina, ma nelle cose dubbie si stia al parere del Rettore, ò Vicario del Coro, il quale nelli Capitoli, o Congregazioni si elegga, almeno per li principali Conventi, potendo negl' altri fare quest' offizio il Guardiano, o Vicario del Convento, à disposizione del Diffinitorio.

3. Gl' offizj di devozione, dov' è consuetudine, si dicano con voce bassa, ma intelligibile, li quali si potranno lasciare in alcune feste, e specialmente in luoghi di studj, ad arbitrio del Superiore locale, conforme alla consuetudine; ma quando l' offizio della Madonna sarà d' obligo, nel Vespero, e nel Matutino si dicano in voce più bassa, e nell' altre hore con l' istessa voce, che si dice l' offizio del Signore.

4. Le Litanie della Madonna si diranno secondo il costume delle Riforme.

5. Ciascun Frate, che non occupato da offizj pubblici, o altro legittimo impedimento non converrà all' hore Canoniche, specialmente al Matutino, nella prima refezzione dica la colpa, e li si dia per penitenza, che dica cinque Pater Noster, e cinque Ave Maria con le braccia in croce; la seconda volta l' istessa settimana lascierà la pietanza, & essendo difettoso faccia per ogni volta la disciplina, la quale faccia il Guardiano, le sarà negligente nell' esecuzione di essa.

6. Tutti i Laici si presenteranno in Coro al principio del Matutino, & al *Te Deum laudamus*, o non dicendosi, al principio delle Laudi: chi contraverrà, sia punito come di sopra.

7. Niuno si parta dall' offizio, orazione, o refezzione commune, senza licenza del Superiore sotto pena a lui arbitraria.

8. Il Matutino si dica sempre, nè avanti cinque hore, nè più tardi di sette hore di notte, sotto la sospensione dall' offizio al Superiore locale.

9. Prima si dirà l' estate allo spuntar del Sole, l' Inverno all' aurora, se la disposizione de luoghi altrimente non richiedesse.

10. Gl' offizj nostri proprj si facciano secondo il Breviario ultimamente corretto. De Santi particolari dei Vescovati, si celebri l' offizio, ma non l' ottava.

11. Infallibilmente si facciano in commune due hore d' orazione mentale ogni giorno, un' hora sempre dopo la Compieta, voltando il polvetino al *Nunc dimittis*, e l' altra dall' Invenzione della Croce fin' alla Natività di Nostra Signora dopo Nona, e ne giorni di digiuno avanti Nona. Si permette al Padre Ministro con il Diffinitorio, che qualche Convento possa mutare il tempo di questa Orazione per sodisfazione del Popolo, e si legga dal primo Accolito avanti l' Orazione un punto per meditare.

12. All' orazione concorrano tutti, se non sono gravissimamente impediti, al che si esortano anco li Lettori, e Predicatori attuali, secondo la loro possibilità, e mancando alcuno, sia punito, come chi manca al Matutino.

13. Nel tempo del Divino Offizio, & Orazione non si chiami nessuno dal Coro ad istanza de Secolari, se però non sia persona di tal condizione, che si dovesse fare altrimente, & allora si dica prima al Superiore, il quale castigherà & il Portinaro, che farà l' imbasciata, & il Frate che uscirà senza licenza.

14. Morendo il Sommo Pontefice, o il Protettore, o il Generale, o Vicario Generale dell' Ordine, o Commissario Generale Cismontano, ogni Sacerdote celebri trè Messe per l' Anime loro. Per gl' altri Frati si dicano trè, ovvero una Messa, secondo la consuetudine.

15. Morto che sarà il Frate, il Guardiano sia tenuto avvisarlo per tutti li Conventi della Provincia, ò al Ministro, acciò dia ordine, che si celebrino le Messe. Li Chierici per li suddetti diranno l' offizio de' Morti, li Laici cento *Pater noster*, e cento *Ave Maria* con altrettanti *Requiem*.

16. Osservino tutti l' antica Consuetudine della Religione d' andar subito, dopo sonata l' Ave Maria, in Chiesa à far l' esame della Conscienza, ringraziare Dio de' beneficj ricevuti, raccomandarsegli ne' futuri bisogni, e guadagnar l' Indulgenza.

17. Per l' osservanza del silenzio, comandiamo, che sia perpetuo in Chiesa, Coro, Sagrestia, Refettorio, e Dormitorio. Nell' estate dal segno, che si darà dopo il desinare fino à Nona, e ne giorni di digiuno fin' à Vespero, e dall' *Ave Maria*, finche si bussano la mattina le Celle; e chi notabilmente difetterà, dica la colpa in Refettorio, sia punito dal Superiore locale, secondo l' eccesso, & in questi luoghi, e per tutto, non solo si deve osservare il silenzio con parole, ma anco nel caminare, & in altre azzioni simili, e non lo possano in Refettorio li Guardiani dispensare sotto pena arbitraria, eccetto, che nelle feste solenni, & in caso di precisa necessità, con il conseglio de' Discreti.

18. Non ardiscano i Frati, minori di vinticinque anni, entrare in Cella d' altri, se non fossero de' Superiori, ò Maestri, nè altri in Celle loro, benche le porte si potessero aprire di fuori, sotto pena della disciplina, e quando di più le Celle fussero serrate, si proceda contro di loro, come di sospetto consorzio.

19. Senza licenza del Superiore, ò Compagnia di qualche Padre maturo, non s' introdurranno Secolari ne' Chiostri Interiori, & all' hora si dovrà parlare con voce bassa, e modesta; e però si commanda espressamente, che à tutte le Porte, che vanno in Dormitorio, & in luoghi interiori del Convento, si facciano le chiavi communi, sotto pena di sospensione à Guardiani, che non l' osserveranno, & a Provinciali, che non lo faranno osservare.

20. Non si ammetterà Secolare à mangiare in Refettorio, se non fusse persona tanto nobile, e benefattrice, che à fare in contrario, a giudizio del Superiore, e Discreti, sarebbe ammirazione, & ingratitudine, & all' hora si leggerà conforme all' uso; chi contraverrà sia castigato dal Provinciale.

22. Non si accetti nessun Sacerdote in Convento, spe-

specialmente giovanetto, più di tre giorni, quantunqe si faccia per pietà, ò parentela, e chi farà altrimente sia castigato dal Provinciale.

22. Chi riceverà Banditi, ò Contumaci della Corte in Convento, li Superiori siano privi de' loro officj, e li sudditi di voto per tre anni, ò castigati d' altre pene, quando la privazione non li convenisse.

23. Ne' digiuni d' obbligo, trà quali annoveriamo la vigilia del nostro Padre San Francesco per l' immemorabile Consuetudine, in niun Convento delle Riforme si mangeranno ova, ò latticinj in Refettorio sotto pena à Superiori della privazione d' officj.

24. Esortiamo tutti a digiunare la Benedetta consecrata da Cristo Signor nostro con il suo santo digiuno, ma non leviamo la libertà della Regola.

25. Se qualche Provincia, ò Frati particolari vorranno di più far le quaresime dello Spirito Santo, dell' Assunta, e di S. Michele Arcangelo per seguir le pedate del Nostro Serafico Padre S. Francesco, vogliamo che li Guardiani siano obbligati a provederli di cibi quaresimali secondo la santa povertà.

26. Curino diligentemente li Guardiani, & altri Officiali li Vasi sagri della Chiesa, le supellettili della Sagrestia, li libri del Coro, & altre cose dedicate per serviaio di Dio, che si mantengano con il dovuto decoro, e pulizia, & ogni Domenica, ò Giovedì si muti il Santissimo Sagramento, il quale stia in Pisside d' argento indorato; ogni anno si procuri l' oglio Santo da conservarsi in un vasetto d' argento, ò stagno in luogo decente, e li trasgressori siano puniti da Provinciali, ò Visitatori.

27. Sotto pena di Scommunica *latæ sententiæ* si proibisce il levare, alienare, trasportare, rubbare le Reliquie, ò tutte, ò parte dalle nostre Chiese: nè possa essere assoluto, se non restituisce, e se fosse Convinto sie Carcerato per un mese, privo di voto per cinque anni, ò porti un mese la probazione, e niuno s' ingerisca in accomodar le Reliquie senza licenza del Provinciale, e Discreti del Convento.

28. Si comanda espressamente da qui avanti, che non si ricevano, e tanto meno si procurino paramenti di broccato, di tela d'oro, ò d' argento, ò coltrine dell' istessa materia, ancorche offerte da Patroni delle Cappelle, sotto pena a chi farà il Contrario, ò consentirà, di privazione di voce attiva, e passiva per tre anni, ò d' altra maggiore ad arbitrio del Prelato.

29. Si proibiscono vasi d' oro, d' argento, eccetto Calici, Patene, e Pisside, e quelli che al presente si ritrovassero, si alienino subito per mano del Sindico Apostolico, sotto la privazione dell' officio à Superiori locali, ò Provinciali, se non lo faranno osservare.

30. Si vieta nelle nostre Chiese, e Conventi ogni sorta di suono, e canto figurato, e solo si permette il Canto fermo sotto pena arbitraria à Superiori.

31. E chi procurasse, che s' introducesse Organo in qualche Chiesa, incorra nella senteoza della Scommunica.

32. Ne' Conventi nuovi non si erigano più di due Campane, che siano respondenti allo stato nostro.

33. Si osservi la pia consuetudine di fare la disciplina tre volte la settimana in Chiesa immediatamente dopo Matutino, e la settimana santa almeno le tre ultime notti.

34. Tre volte la settimana similmente, conforme all' uso, il Superiore ascolti la colpa à tutti li Frati congregati, o in Capitolo, o in Refettorio, e gli corregga secondo il bisogno.

Chronol. Seraph.

35. Non ardisca alcun Frate andar a Cavallo, ò in Lettiga, ò in Carrozza, ò sopra qualsivoglie Giumento, che tutto abbracciano quelle parole; *Fratres non equitent*, se non costretto da infermità, ò necessità, giudicata per i sudditi dal Guardiano, e Discreti locali, e per li Superiori da medesimi Discreti locali, i quali li facciano fede in scritto: e chi senza tal fede cavalcherà, s' è Superiore sia privo dell' officio, e' è suddito per tre anni di voce attiva, e passiva, e non potendosi avere la presenza de' suddetti, sia obbligato il Frate a manifestare la necessità, che l' ha spinto à cavalcare alli medesimi Superiori e Discreti, i quali giudicheranno se sia stata sufficiente, e non essendo, sia castigato come di sopra.

36. Quelli, che per infermità, ò indisposizione naturale, non potranno andar a piedi, non potranno esser fatti Ministri, nè Custodi Provinciali, nemeno andar à predicare, e contravenendo, l' elezione di quelli sia *ipso facto* nulla, e questi siano privi della Predica per cinque anni.

37. Per osservanza delli Riti Ecclesiastici, si pratticherà per tutto il Cerimoniale stampato per ordine del Capitolo Generale Romano 1639. sotto le pene contenute in esso.

CAP. IV.

Præcipio firmiter Fratribus universis, ut nullo modo denarios, vel pecuniam recipiant per se, vel per interpositam personam.

1 Acciò l' Idolo dell' avarizia, rovina della Religione, non entri a profanare la Riforme, Comandiamo per santa obedienza, che niuno Frate riceva per se, ò per altri, ò faccia portare in qualsivoglia modo, e maniera, ò tenga in Cella, ò altrove denari, e chi fosse legittimamente convinto di tal' errore, si dichiara incorso nella pena de proprietarj, cioè di Carcere formale per sei mesi, e di privazione degl' atti legittimi per sei anni, che se vi ricaderà la seconda volta, se li dupplichi la Carcere, e si dichiari perpetuamente privo degl' atti legittimi, & a chi non converrà tal pena, porti la probazione per sei mesi.

2. Chi farà comprar cos' alcuna senza licenza del Ministro, ehe è vero ricorso agli Amici spirituali vietato nella Regola, per la prima volta mangi in terra pane, & aqua, sia privo di voce attiva, e passiva per due anni, e porti la probazione per due mesi; per la seconda volta se li radoppiuo le pene, e per la terza sia carcerato per quindici giorni, e privo di voto per sei anni, ò porti il segno della probazione per sei Mesi: s' eccettuano li Guardiani, alli quali si concede in virtù del presente statuto, che possano ricorrere agl' Amici spirituali per le necessità de suoi Frati, conforme alla Regola, e dichiarazioni Apostoliche.

3. Ogni Convento abbia il Procuratore, ò Sindico Apostolico, ò al più un' altro sostituto, e questi, e non altro siano nominati dal P. Generale, ò Provinciale per aver cura delle limosine pecuniarie assegnate per le necessità presenti, ò imminenti, caso, che il dante non volesse tenerle egli: e chi farà depositarle altrove, s' è Guardiano, sia privo dell' officio; se è suddito, di voce attiva, e passiva per tre anni, overo dirà la colpa come Novizio per tre mesi.

4. Si dichiara poi, che noi possiamo servirci del Sindico in due soli atti, il primo de quali è, che

possa ricevere in nome della Sede Apostolica tutte le cose mobili, & immobili offerte, donate, ò lasciate à Frati in Testamento. Il secondo è che possa à nome di detta Sede Apostolica vendere, alienare, ò commutare le cose, delle quali non possono li Frati lecitamente servirsi, ò che siano inutili, e convertire il prezzo per li bisogni delli Frati, e questi si concedono da Nicolò III. e Clemente V. per le necessità de Frati, le quali sono quelle, che escludono il danno, ma non mirano l' utile, & il commodo, e che quando non si provedesse à dette necessità, lo stato Commune, ò particolare delle persone, ò gl' Offizj non potrebbero stare senza qualche detrimento.

5. Per queste necessità solamente è lecito ricorrere agl' Amici spirituali, tra quali può essere uno il Sindico, non come Sindico, ma come amico spirituale. Ma queste necessità debbono essere vere, e non finte, de Frati, e non d' altri, che la cosa non si possa ritrovar mendicando in propria specie, che non vi siano in quel punto altre limosine, & ultimamente, che siano presenti, & imminenti, ò di vicino, ò di lontano, come sarebbe cercar le lane un' anno prima per far li panni, apparecchiar la materia per fabricare, &c.

6. Ricorso agli Amici spirituali vietato nella Regola si dichiara, essere quando si chiedono denari, ovvero pecunia per far comprare qualche cosa, ma non quando si chieda la necessità, e si dimandi la cosa in propria specie.

7. Qualunque riceverà limosine indifferenti, benche date per Messe, Prediche, lavorij &c. sia privo dell' offizio s' è Superiore: s' è suddito di voce attiva, e passiva per tre anni, ò di portare la probazione per tre mesi, essendo ciò contro la Regola;

8. La qual pena sarà data ancora à quelli, che dell' elemosine avute per Messe, ò altrimente faranno, ò permetteranno si compri pietanza per Frati sani, eccetto però, se l' intenzione del dante non fosse tale.

9. Si comanda per santa obedienza, e sotto pena di proprietà à tutti li nostri Predicatori, che nè per se, nè per altri ricevano limosine pecuniarie nelle Prediche, nè in esse s' intromettano in modo alcuno; ma se qualche Communità, ò Particolare volesse dare qualche limosina, s' avvisi il Ministro suo, il quale ne disporrà secondo le necessità permesse nella Regola per li Conventi più vicini, e più bisognosi. E se in altro s' impiega, in vestir Frati, sovvenite all' Infermi, comprar libri &c. sia tenuto darne conto nel Capitolo, ò Congregazione al Diffinitorio, sotto la privazione del suo officio.

10. Si dichiara proprietario chi cerca cose per commutarle in altre, quantunque necessarie, per esser questo cercar pecunia, se però questa commutazione non si notifica al dante, & allora si deve fare per mezzo del Sindico.

11. Si proibisce sotto pena di privazione di voce attiva, e passiva per tre anni, ò di portar la probazione per quindeci giorni, cercar cose superflue, ancorche necessarie per vitto, o vestito de Frati, se non fusse per sovvenire con esse alli Conventi bisognosi; o disconvenevoli allo stato nostro, come d'oro, d' argento, & altre simili, quantunque si faccia sotto colore di spirito, e devozione, e superfluo si dichiara quello, che tolto via, basta il resto.

12. Il giudicio delle necessità vere, e permesse alli Frati Minori (le quali non consistono nell' indivisibile, ma nell' uso moderato per conservazione della vita, & esecuzione degli Offizj), è riserbato assolutamente al Superiore; onde il suddito, che in tal giudicio non s' acquieterà, sia castigato come perturbatore della pace dal P. Ministro.

13. Niuno ardisca senza licenza del Provinciale cercar denari, ò altre cose secolari, ancorche fosse specie di pietà, ò parentela: li trasgressori siano privi di voto, e castigati d' altre pene dal Provinciale.

14. Non si permettano offerte pecuniarie nelle Messe novelle, Prediche, & altre solennità, nemeno nelle nostre Chiese Ceppi, Altarini, Banchi, ò Cassette per dette limosine, quantunque fossero di Confraternite, e non de' Frati. Chi contraveuisse, sia carcerato, e privo degli atti legittimi.

15. Non si tenga nelli nostri Conventi Cavalli, ò Muli; ma bisognando per la distanza delle Questue si concede qualche Asinello.

C A P. V.

Fratres laborent de laboritio &c.

1 Per fuggir l' ozio, inimico dell' anima, e sentina di tutti i vizj, si comanda, che nessun Frate sia notabilmente ozioso, e chi ammonito non si emenderà, sia privo di voce attiva, e passiva per due anni, ò altrimente punito secondo la negligenza.

2. Dichiariamo li Laici essere transgressori di questo precetto, quando non attenderanno all' Orto, alla Questue, all' Infermeria, & agl' altri offizj manuali del Convento, quali li saranno imposti dall' obedienza, essendo essi per ciò ricevuti alla Religione, e di essi specialmente parlando in questo luogo la Regola, perche li Chierici, Sacerdoti, Confessori, Predicatori si esercitano nell' Orazioni, & Offizj Divini, amministrazione de' Sacramenti, predicazione della parola di Dio, li quali sono esercizj più utili, che li manuali; chi contravverrà, ò non facendo, ò facendo malvolentieri questi esercizj, faccia la disciplina per un Miserere, e sia più gravemente punito ad arbitrio del Superiore.

3. Li Sacerdoti non destinati alli Studj, Prediche, ò Confessioni, siano obligati esercitarsi in qualche occupazione utile al Convento, come Sagrestia, Caneva, Orto, e simili, & havendo qualche arte conveniente allo stato nostro, la doveranno esercitare, quando li sarà comandato dal Superiore, il quale gravemente punirà li transgressori, avvertendo à non lasciar le Messe, & Orazioni per detti esercizj, secondo il precetto della Regola: *Ita quod exclusio otio animæ inimico, sanctæ orationis spiritum non extinguant.*

4. Nessun Frate faccia opere manuali per darle à secolari, come sporte, cappelli, fiori di seta, fiasche, corde, corone, ornamenti d' Agnus Dei, Crocette, Reliquiari, & altre cose simili, senza licenza del Superiore, sotto pena della disciplina per la prima volta, la seconda di mangiare pane, & aqua, oltre il raddoppiarli le sudette penitenze.

5. Che se di più facesse comprare, o cercare la materia di detti lavori, sia castigato come proprietario.

6. Li Sacerdoti siano obligati à celebrare le Messe conforme la volontà de' Superiori, altrimente sono proprietarj di volontà.

7. Si proibisce ricever denari, ò pecunia per le Messe, ò altri lavori, salvi però quei casi, per li quali possiamo ricorrere alli Amici spirituali, & all' ora passino per le mani del Procuratore; il trasgressore di questo precetto della Regola si dichiara proprietario.

8. Le cose comestibili donate a' Frati, si consegne-

Digitized by Google

garranno all' offiziali del Convento, acciò le distribuiscano alla Communità, se son comestibili, di cui possiamo aver l' uso, si consegnino al Superiore.

9. Non si vada à sepellire li morti, eccetto che se non venissero a sepelirsi nelle nostre Chiese, come viene ordinato dalla santità di N. S. Urbano VIII. con sua Constituzione, nè si litighi cn' Reverendi Preti per Funerali, ma si usino parole umili, e modeste, e bisognando per mantenimento dell' Ordine ricorrere a' Vescovi, si faccia con religiosa modestia.

10. Fuggano i Frati negozj secolareschi, e quelli specialmente, da' quali suol nascere interesse delle parti, come esser arbitro, trattar parentele, e chi s' intricherà in essi senza licenza del Ministro, sia privo degl' atti legittimi.

11. Si proibisce à Frati l' essercitare la medicina, ò Chirurgia, come toccar polso, cavar sangue, sanar piaghe, e far' altri atti da Medico, ò Chirurgo, sotto la privazione degl' atti legittimi per due anni, & anco esser carcerato ad arbitrio del Provinciale.

12. Chi taglierà, o farà tagliare Albero fruttifero ò d' ornamento del Giardino, ò Selva, senza licenza del Provinciale in scritto, sia privo due anni di voce attiva, e passiva, ò castigato più rigorosamente ad arbitrio del Ministro.

13. Si comanda à Provinciali, che nelle loro Provincie ereggano (dove non sono eretti) li Studj di Logica, Filosofia e, Teologia, & anco di Grammatica (essendovi bisogno) à quali destineranno tutti li Giovani, che conosceranno esser atti, dandoli ogni ajuto, e provisione, così di Libri, come dell' altre cose necessarie à studenti.

14. Perciò non si manderanno i studenti, specialmente i Chierici, fuori di Provincia a studiare, mà mancandovi Lettore, si chieda al Padre Generale da un' altra Provincia.

15. Li studenti non usciranno fuori di Convento, che ogni quindeci giorni una volta à diporto; Il Guardiano, che ciò non osserverà, sia punito dal Padre Provinciale.

16. Attendano seriamente li Guardiani, e Lettori, che con lo studio accoppino la devozione, & essemplarità de' costumi, onde se qualcuno di essi fosse insolente, ò dissoluto, il Guardiano lo mortifichi essemplarmente, e se corretto non si emenderà, sia privo dello Studio senza speranza di tornarvi di nuovo.

17. A niun si dia titolo di Predicatore, se non sarà Sacerdote, & haverà studiato tre anni compiti Teologia, nè di Lettore, se non haverà studiato quattro, e che sia meritevole di tal grado con la bontà della vita, nè si nomini Lettore, ò Predicatore ne' Capitoli, ò Congregazioni, se prima non mostrerà le fedi autentiche de suoi Lettori d' aver studiato, sottoscritte dal Padre Ministro, e da Guardiani, e Discreti, di esser meritevole per la vita, e che non consti per prova fatta alla presenza delli Esaminatori eletti, che sono degni d' esser nominati per tali.

18. Non possa alcuno essere ammesso à leggere Teologia, se prima non averà letto un corso intiero di Logica, e Filosofia.

19. Se alcuno ricuserà pertinacemente di leggere Grammatica, sia privo di voce attiva, e passiva per tre anni.

20. Non ardisca alcuno d' attendere all' Alchimia sotto pena di carcere ad arbitrio del Superiore.

21. Niuno usi insegnare à Putti, ò altri Secolari qualsivoglia scienza, ò dentro, ò fuori di Convento, sotto la privazione degl' atti legittimi per tre anni.

Chronol. Seraph.

C A P. VI.

Fratres nihil sibi approprient &c.

1 PER zelo della povertà tanto amata da Cristo, e dal Padre S. Francesco, comandiamo à ciascun Frate, che non si approprj, nè Convento, nè Cella, nè cosa alcuna; e per questa appropriazione intendiamo quando comandato il Frate, che cambj Convento, stanza, ò altra cosa, non obedisce, e peggio se ricorre a favori per mantenersi in possesso; quando delle cose communi si serve come se fossero sue, nè permette, che altri l' adoprino: quando non solo la possessione, dominio, ufusrutto di ragione, ma ancora quando esigge conto dal Sindico, ò Amico spirituale delle limosine avute da loro, comparisce in giudicio per interessi de Legati, o fa altri atti simili di proprietà, se però non facesse per avvertirli, e ricordarli la fedeltà. In questi casi comandiamo, che sia cacciato confusibilmente da quel luogo, faccia la disciplina per la prima volta, per la seconda digiuni in pane, & aqua, e per la terza sia privo di voto per tre anni, & essendo cosa notabile, che si nascondà al Prelato, sia dichiarato proprietario, e morendo in questo peccato, sia privo della Sepoltura Ecclesiastica.

2. Nessun Frate quando si muta da un Convento ad un' altro porti seco cosa alcuna senza licenza del Provinciale, eccetto quello, che concede la Regola, e li suoi scritti, se sarà Predicatore, Confessore, Lettore, nè si dia questa licenza, se non in caso, che in quell' altro Convento tali cose non si potessero così facilmente avere, e chi farà trasgressore, faccia la disciplina, mangi pane, & aqua, e sia tenuto rimandare le cose al Convento d' onde le trasportò.

3. Chi darà à tenere, ò in deposito, ò in pegno, ò in guardia cose del Convento, ò Tasche à secolari senza licenza del Ministro, e Discreti locali, sia punito come propietario.

4. Non si sementino legumi, ò altro negli orti nostri per conservarli per tutto l' anno; non si piantino Viti per far Vino, sotto privazione dell' offizio à Superiori, e di dir la colpa come Novizio per un mese à sudditi, e far la disciplina ogni Venerdì.

5. Vendere, ò far vendere in qualsivoglia maniera cose, che nascono nelli Orti, ò Giardini nostri, è proprietà, come anco sarebbe il vendere cose cercate per uso de' Frati, eccetto se vi fusse la licenza del dante, e passasse per mano del Sindico Apostolico, e però questi tali si debbono castigare come proprietarj.

6. Dove sù fatta la sperienza, che non si può vivere di quotidiana mendicazione di Pane, e Vino, e ciò abbia dopo diligentissima inquisizione giudicato il Capitolo Provinciale, si concede poter congregare à suoi tempi il Grano, & il Vino, che sarà necessario per la Famiglia, altrimente si proibisce sotto la privazione degl' Offizj alli Superiori.

7. Si proibisce tener chiavi alle Celle, eccetto de Superiori, & Offiziali del Convento, à Lettori, e Predicatori si concede per guardia de loro scritti un lucchetto, ò chiavetta allo studiolo.

8. Non si accettino, nè si esiggano legati perpetui; chi procurasse, ò consigliasse direttamente, ò indirettamente tali legati, sia *ipso facto* scommunicato, e castigato come proprietario. Che se gli Eredi volessero pagare da se stessi detti Legati, e pregassero li Fra-

Frati, che celebrino Messe, ò facciano offizj per l' anime de Defonti, li Frati per queste opere Cristiane, non come poste ne Legati, mà come imposte da chi glie le commette, e a' hanno bisogno legittimo, possono ricevere qualche cosa, non in virtù di Legato, ò perpetuo sia, ò à tempo, mà come mera limosina, e come in simil caso ricorrerebbe ad altri Amici Spirituali.

9. Non si accettino Capellanie, & Offiziature fuori di Convento sotto pena di privazione, nè si mandino messe fuori, se non per qualche Festa di Communità, e simili.

10. Ogni Superiore sotto pena della privazione dell' Offizio sia obligato à provedere à suoi sudditi di fazzoletti, mutande, zoccoli, carta, & altre cose necessarie: e per lo contrario sotto l' istessa pena, sia obbligato à visitare ogni mese una volta, tutte le Celle de' suoi sudditi, accompagnato da doe più vecchi Discreti del Convento, e ritrovando cose soverchie, ò curiose, vane, o non concesse dalla Regola, e Superiori, levarle, e porle in Communità, non permettendo, che tengano, se non quello, che concede la nostra altissima povertà, e se trovasse in ciò repugnanza, la castighi esemplarmente.

11. E li Ministri procurino onninamente, che le Communità siino provviste di panni, libri, e cose simili, e vi siano Offiziali, che le tengano polite, & accomodate per sodisfazione de' Frati, altrimente siano castigati da' Superiori.

12. A questo fine in ogni Convento si formerà una Libreria, alla quale si portino tutt' i Libri, e pubblici, e privati, e si serri con chiave, e si faccia l' inventario de Libri, e si consegni ad uno, che n'abbia cura, e li presti secondo il bisogno, facendosi fare la ricevuta, la quale restituirà quando riporterà il Libro. E chi alienerà alcuno di questi Libri, incorra *ipso facto* nella scommunica riservata al P. Ministro, il quale sotto la sospensione del suo Offizio dovrà visitare dette Librerie, e confrontare l' Inventario una volta almeno nel suo triennio.

13. Acciò non si erri intorno alle fabriche, si ordina, che in ogni Capitolo si costituiscano due Fabricieri, uno de' quali sia Sacerdote, li quali con il Padre Ministro determinino quello, che sarà necessario, tanto nelle fabriche vecchie, quanto nuove, e li Ministri, che faranno altrimente, siano privi del loro offizio.

14. Non si fabrichino Conventi nuovi, se prima non sia fatto il modello da Periti, e sottoscritto dal Diffinitorio, senza il di cui consenso non si possa alterare, sotto la privazione degli Offizj à Superiori, ed à sudditi di voto per tre anni, ò di portare la probazione per tre Mesi, nè si fabrichino Campanili à Torre, se non fosse pericolo de' Corsari.

15. Li Superiori locali, che innoveranno intorno alle fabriche, ò vecchie guastando, rifacendo, dipingendo &c., che ecceda la spesa di sei scudi per ciascheduno anno, senza licenza del Ministro, e Fabricieri, siano privi dell' offizio, nè perciò se li proibisce, anzi se li comanda, che risarciscano i tetti, clausure, cose di muro, ò di legno secondo il bisogno.

16. Non si accetti Convento, in cui non possano per quotidiana mendicazione mantenersi dodici Frati almeno, e vi sia la licenza del P. Generale, e consenso del Capitolo, ò Padri della Riforma: li trasgressori siano privi degl' atti legittimi per sei anni.

17. E tali Conventi non siano fatti Guardianie, se prima in una parte della Chiesa non si possa conservare il Santissimo Sacramento con il suo decoro, non vi sia il Refettorio, e otto Celle almeno per abitarvi, l' Instituzione altrimente fatta sia nulla, e gl' elettori castigati dal Visitatore.

18. Nel primo Capitolo Provinciale si tassi il numero de Frati, i quali possano vivere commodamente di mendicazione per ciaschedun Convento, e se ne faccia Decreto, nè si possa alterare, e si conservi nell' Archivio, & una copia s' inserisca in questi Statuti, acciò con essi sia letta.

19. Et in ordine à questo non si riceveranno Novizj, dove il numero de professi sia bastante à riempire li Conventi della Provincia: se il Diffinitorio farà altrimente sia castigato da' Superiori.

20. S' instituiscano quanto prima nel Capitolo, o Congregazione, dove istituite non siano, una, ò doe Infermerie atte, e commode per servizio degl' Infermi, tanto à noi raccomandati dal Nostro Serafico Padre, destinandovi Infermieri pratici, e caritativi secondo il bisogno, & ivi siano serviti, e provisti gl' Infermi di medicamenti, e ristori in quell' abbondanza, che sarà possibile, e proporzionata allo stato nostro; e non bastando quei Conventi, si tassino gl' altri per la contribuzione, & i Visitatori ritrovando i Ministri colpevoli, li puniscano esemplarmente, e sforzino la Provincia ad instituirle. Frà tanto, subito, che s' infermerà qualche Frate, se gli deputino, uno, ò due, che lo servano, come vorrebbono esser serviti loro medesimi, e se il Guardiano diffetterà, ò non invigilerà, sia privo dell' Offizio.

21. Non manchino li Guardiani, e Vicarj una, ò più volte il giorno visitare gl' Infermi, & informarsi, come son serviti, il che faranno ancora tutti gl' altri Frati consolandoli, e servendoli conforme alla carità religiosa, il che s' incarica maggiormente a Ministri, li quali hanno l' obbligo di provederli nelle loro necessità, e debbono invigilare circa la cura degl' Infermi, informandosi come siano serviti di Medici, medicine, & altre cose; se non lo faranno siano puniti da Visitatori, e da Dio.

22. Li Provinciali deputeranno un Sacerdote, che ministri li Sacramenti agl' infermi, acciò niuno muoja senza essi, e gli concedano facoltà d' assolverli da casi, e censure.

23. Comandiamo per santa obedienza agl' Infermieri, che non facciano mangiar in stanza, se non quelli, che non possono mangiar in Refettorio dell' Infermeria, nè diano a' sani cose cercare, ò comprare per gl' Infermi, eccetto se non fusse in poca quantità, come un bicchier di vino, e simili, e se penitenziati non si emenderanno, siano cacciati dall' Infermeria.

24. Sotto le medesime pene si comanda a speziali, che non diano cose di spezieria a Frati, che non n' averanno bisogno, e molto meno à secolari; che se poi col negare cosa di non molto momento, si offendesse, ò scandalizasse qualche segnalato Benefattore, si faccia per gratitudine con licenza del Guardiano. Il simile si concede per carità a qualche povero, e miserabile.

25. Si comanda, che per ricevere religiosamente gl' Ospiti, ò nostri, ò d' altra Religione, si deputi un Sacerdote modesto, e devoto, il quale, essendo giunto qualche Frate, che vada à piedi, e scalzo, e sentendo il segno dato con il Campanello dal Portinaro, concorra subito con gl' altri Frati, & assisterà à lavargli i piedi, e sciugarli, cantando in questo mezzo Inni, e Salmi al Signore, conforme al costume della Riforma: li Guardiani, ed altri à ciò deputati, che faranno negligenti, e che non faranno carezze a Forestieri, siano severamente castigati da' Superiori maggiori.

26. Si

26. Si conservi trà Noi, e PP. Osservanti l'antica carità, e rispetto, conforme conviene a Figli del Nostro Padre S. Francesco.

C A P. VII.

Si qui Fratrum instigante inimico &c.

1. PEr osservanza del precetto della nostra Regola, de Decreti Pontificj, e Consuetudine antichissima della nostra Religione, ci riserbiamo gl' infrascritti casi, da quali non potranno assolvare, se non li Generali, e Provinciali, a quelli, che da loro ne averanno avuta licenza.

1. Veneficj, Incantesmi, e Sortilegj.
2. Disubbidienza contumace, quando fatta la terza monizione per un giorno naturale, il suddito persevera nella disubbidienza.
3. Percussione grave di un' altro Religioso, ò Chierico Secolare.
4. Manifestazione di cose, che infamano la Religione, o Frate particolare.
5. Peccato di carne volontario compito.
6. Proprietà di peccato mortale.
7. Furti di cose notabili, ò replicato.
8. Falsa accusa con infamia dell' accusato, ò dar memoriale falso in qualche Tribunale.
9. Falso testimonio in giudizio.
10. Falsificazione di mano, ò sigillo de Superiori, ò di Persona notabile, ò del Convento.
11. Malizioso impedimento, ritardazione, & apertura di léttere de Superiori à sudditi, de sudditi à Superiori.
12. Far libelli famosi, consigliare, ò indurre che si facciano, quando si gionge à segno, che siano esposti, buttati, & in qualsivoglia modo pubblicati.
13. Procurare, ajutare, consigliare aborto animato, ancorche non sia seguito l'effetto.

2. Sia tenuto il Ministro in Capitolo, o Congregazione, ò nelle visite, ò in altre occasioni constituire uno, ò più Penitenzieri secondo la grandezza del Convento, oltre li Superiori locali, e Vicarj, ed abbiano facoltà di assolvere da tutt' i casi mentre dimorano in quel Convento, e partendosi, li succeda in virtù di questo Statuto il più antico Confessore, fin che il Ministro provegga.

3. Per castigo de sudetti peccati, quando siano dedotti al foro contenzioso, ci rimettiamo alli Statuti Generali dell' Ordine, i quali si osserveranno inviolabilmente in questa parte, ed in ogn' altro caso non espresso in questi Statuti, e non repugnante alla nostra riformata osservanza.

4. Se alcuno commettesse nella Religione delitto, per cui nel secolo sarebbe condannato alla morte, sia mandato in Galera, ò perpetuamente carcerato.

5. L' infame sia inabile à tutti gl' offizj, e dignità.

6. Dichiariamo, non incorrersi la scommunica, carcere, sospensione, ò privazione fulminate in questi Statuti, se non vi sia stata scienza, a daliberazione.

7. Nè meno quando si dice *ipso facto* incorra, se non dopo la dichiarazione fatta dal Giudice, il quale non farà tale dichiarazione, se non dove sia avidenza del delitto, ed ordine di giustizia; mà fatta la dichiarazione, subito resterà legato dalla pena.

8. Le pene imposte da maggiori, non possono essere commutate dagl' inferiori senza loro licenza, sotto le medesime pene; nè li Superiori maggiori rimettano le pene imposte dalli inferiori, se non per maggior utilità dal pubblico, ed altre cause urgenti.

9. Li Ministri non differiscano le punizioni fino alla venuta del Visitatore, se non vi sia causa da giudicarsi dal Padre Generale, sotto la privazione de loro offizj.

10. Chi convinto, e punito tre volte dell' istesso delitto non si emenderà, sia carcerato in perpetuo se la causa sarà gravissima, ò sia cacciato dall' Ordine secondo il Decreto *de Ejectis, & Apostatis*, ò sia mandato in Galera à giudizio del Diffinitorio.

11. Avendo alcuno commesso qualche delitto, purche non sia con scandalo pubblico, è spontaneamente lo confesserà al suo Prelato avanti testimonj, prima che da altri sia stato prevenuto con accusa, ò denuncia, concediamo che possano li Provinciali, di pienezza di potestà, e di grazia, con Conseglio delli medesimi testimonj condonarli le pene, in quanto al foro esterno, a d' imporli un' altra penitenza men confusibile, e salutare. Mà questo s' intende della prima volta solamente, a con protesta in scritto, che se ritorna à commettera l' istesso delitto, sarà castigato dell' uno, a dell' altro, quando congruentemente si provi.

12. Possono per concessione Apostolica li Generali, e Provinciali, loro Vicarj, e Custodi nelle loro Custodie, assolvere li loro sudditi, e gl' altri, che da qualsivoglia parte da loro riccorreranno, da tutti li casi, e peccati commessi, prima, e dopo, cha ricevessero l' abito, e da tutte le censure, sentenze di scommonica, sospensione, & interdetto fulminate nel Corpo del *Jus Canonico*, ò generalmente promulgate dal Giudice, ancorche siano riservate alla Sede Apostolica, eccetto che gl' Eretici, relassi, scismatici, falsificatori delle lettere Apostoliche, e quei, che portano alle parti dell' Infedeli le cose proibite: e dispensare da tutte le irregolarità contratte per li suddetti delitti, ò per aver celebrati li Divini offizj in luoghi interdetti, o per aver ricevuti gl' Ordini con la dette Censure, eccettuate la Bigamia, e Omicidio volontario.

C A P. VIII.

Volvers Fratres unum de Fratribus istius Religionis &c.

1. PErche dalle buone elezzioni dipende il buon governo, e mantenimento dell' Ordine, comandiamo, che li Ministri non durino più di tre anni, eccettuato però se non bisognasse prorogare il Capitolo per qualche mese, che in quel caso potranno governare, se avessero finito il triennio, come Commissarj Provinciali.

2. Nel fine del terzo anno siano obbligati li Provinciali avvisare il P. Generale, affinche mandi Commissario à visitare, e celebrare il Capitolo, almeno tre Mesi avanti il fine del triennio, e questo Commissario sia di vita, e prudenza provate, atto a portare questo peso, che sia stato Ministro, ò Diffinitore Generale, o Provinciale, o Lettor di Teologia, o Predicator generale.

3. Il Commissario prima, che cominci à visitare, manifesti la sua Patente al P. Ministro, ò di presenza, ò per lettera, facendola poscia leggere pubblicamente in un Convento della Provincia, e subito mandi lettera per tutt' i Conventi, intimandoli la visita, e proibendo, che i Frati non escano da' limiti delle loro Questue.

4. Non possa avere più di due Compagni, li quali vadano à piedi col medesimo Commissario.

5. Visiterà tutti li Conventi, e potrà talora con occa-

occasione suddelegare il suo Segretario alla visita d' alcuno di essi.

6. Abbia mira, che si osservi l' altissima povertà, si stirpino li mali costumi, e le parti, si mantenghino le cerimonie della Riforma, si guardino li Sacri Canoni, Bolle Pontificie, e li presenti Statuti, e faccia questo, non solo con li sermoni, e castighi, mà molto più con la vita esemplare, e zelante.

7. Giunto in Convento, visiti il Santissimo Sacramento, il Tabernacolo, la Chiesa con Cappelle, Altari, Confessionarj, Sepolture, Reliquie, Oglio Santo, la Sagristia con Paramenti, Calici, Patene, Corporali, Animette, Amitti, Camici, Cotte, Padiglioni del Santissimo Sacramento, Paliotti d' Altari, Infermeria, Spezieria, Libreria, Scola, Officine con suoi instromenti, Communità de' panni, e Celle de' Frati, osservando se ogni cosa corrisponde all' obbligo, ordini, e decoro, ordinando quello giudicherà espediente, levando il soverchio &c.

8. Poscia visiterà li Frati uno per uno, prevenendoli con un divoto, ed efficace ragionamento, acciò si muovano da zelo, e non da passione à dir la verità senza calunnie. Li capi della visita saranno li seguenti.

1. Se con pietà Cristiana si fà il culto di Dio osservandosi li riti sacri, e cerimonie della Chiesa.
2. Se tutti convengono alli Divini offizj di giorno, e di notte, se si frequentino li Sacramenti, se si celebrino le Messe.
3. Se si osserva vita commune nel Refettorio; se vi si legge &c.
4. Se vi sono trasgressioni intorno alla povertà, obbedienza, castità.
5. Se si fanno cerche pecuniarie non permesse.
6. Se vi sia nessun Fratre proprietario.
7. Se si dà scandalo a Secolari.
8. Se il Guardiano si è portato diligente, e prudentemente.
9. Come si osservino le Bolle Pontificie, e Statuti dell' Ordine.
10. Come s' è portato il Provinciale nel suo offizio, se ha fatto le sue visite a suoi tempi.
11. Se ha data sodisfazione a sudditi.
12. S' è stato esemplare egli, e Compagni.
13. Se in tutta la Provincia vi sia abuso di Regola, particolarità, disordine &c.
14. S' inquira del Commissario Visitatore suo antecessore immediato, quello, che del Provinciale, e se ha fomentate parti, e perturbata la Provincia, ed aggravato qualcuno &c.

9. Ritrovando emergenti dalla visita, che meritino emendazione, lo faccia come Padre (se basta), se non come Giudice, formando processi, senza quali non potrà procedere a castighi per via di sentenza, nè meno senza il voto del Diffinitorio: Che se il caso portasse, che il detto Diffinitorio, ò fosse sospeso, ò si procedesse contro di esso, si serva di altri tanti Padri gravi, a periti di quella Provincia.

10. Non possa il Commissario mandar Frati fuori della Provincia, se non alla presenza del P. Generale per ocgozj di essa, nè ricevere all' abito, ò alla professione Novizj, nè dar Patenti d' ordinazioni, mà le lascino a Ministri: Non dar voto nell' elezzione del Ministro, e Guardiani, quantunque possa escludere gl' Indegni; non celebrare il Capitolo senza licenza del Padre Generale, la quale licenza si può estendere alli altri atti suddetti; non immutare gl' ordini, e consuetudine delle Provincie non repugnanti alli presenti Statuti, se non con il consenso del Diffinitorio, e Padri della Provincia, ò con la maggior parte del Capitolo; non castigare i Padri della Riforma, senza il consenso della maggior parte de' Padri, e Diffinitorio di essa; il che deve osservare anco il Ministro.

11. L' Officio di Commissario non duri più di tre Mesi, e celebrato il Capitolo, più di venti giorni, se dal Padre Generale non li sia prorogata la facoltà.

12. Non si mandi Commissario a causa particolare, se non sarà urgente, & ad istanza della maggior parte della Provincia, e questo non precederà nè il Ministro, nè il Guardiano, se non fosse destinato sopra di loro, o che nella Patente si dichiari altrimente.

13. Intorno al fine della visita, mandi una lettera per tutta la Provincia, avvisandoli il luogo, & il tempo, che si ha da celebrare il Capitolo, & intimando a' Vocali, che vi si trovino due, o tre giorni prima, e non più, comandandoli, che tutti vengano à piedi, e con Religiosa modestia, & ordinando, che si facciano Orazioni continue da tutti per lo prospero successo delle azzioni Capitolari: che specialmente dopo il Vespro, e Laudi si dica il *Veni Creator Spiritus* con l' Orazioni dello Spirito Santo, della Madonna, e del Padre San Francesco co' loro versetti, e responsorj: e questa lettera subito ricevuta sia letta à Frati Congregati in Refettorio a suono di Campanella, e poi mandata al più vicino Convento per persona fedele, e così di mano in mano.

14. Il Convento del Capitolo si determini dal Padre Generale, o dal Commissario con il Diffinitorio.

15. A questo Capitolo si hanno da convocare il Ministro, Custode, Diffinitori attuali, Guardiani, Procuratore, e Diffinitori Generali Riformati nello loro Provincie, e Padri perpetui dell' Ordine, se vi saranno, nè altri, che questi averanno voto nel Capitolo.

16. Se alcuno de Vocali citato, senza causa lascierà di venire in Capitolo, sia privo di voce attiva, o passiva per tre anni.

17. Si celebreranno li Capitoli di trè anni in tre anni; se però non nascesse morte, renuncia, ò privazione del Ministro, e questo si deve giuridicamente determinare dal Padre Generale, e Padri della Riforma; che se il Ministro in questo caso spontaneamente rinunzia l' Offizio, abbia Voto in Capitolo, & azzioni Capitolari, altrimente nò.

18. Nel giorno dell' elezzione a buon ora in tutti i Conventi della Provincia si canterà, ò leggerà la Messa dello Spirito Santo, mà nel luogo del Capitolo si canterà solennemente, la qual finita, a suon di Campanella, si congregaranno tutti li Vocali in Refettorio, dove il Presidente del Capitolo esorterà brevemente li Vocali ad eleggere persone atte, e meritevoli &c. Qual finito, i Vocali s' inginocchieranno, e dopo aver detto il *Confiteor*, il medesimo Presidente gl' assolverà nella forma che segue.

Misereatur vestri &c. Indulgentiam &c.

Dominus noster Jesus Christus vos absolvat, & ego auctoritata ipsius, ac Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, ac Sanctæ Sedis Apostolicæ mihi in hac parte commissa, & vobis concessa, absolvo vos ab omni vinculo excommunicationis, suspensionis, & interdicti, si quo innodati estis, & restituo unioni, & participationi fidelium, nec non sanctis Sacramentis Ecclesiæ, dispensando vobiscum in omni sententia irregularitatis, si quam incurristis, & ad effectum electionis canonicæ, ac ritè nunc per vos celebrandæ, quatenus opus sit, & indigetis, Vos habilito in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.

Fatta, che sarà questa assoluzione, s' inginocchierà anco il Presidente, & intonerà l' Inno, *Veni Creator Spiritus* &c. E li Padri Capitolari proseguiranno alternativamente, il quale compito si diranno li seguenti Versetti, & Orazioni.

℣. Adju-

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit Cœlum, & terram.
℣. Sic Nomen Domini benedictum.
℟. Ex hoc nunc, & usque in sæculum.
℣. Deus virtutum convertere.
℟. Respice de Cœlo, & visita vineam istam.
℣. Memento Congregationis tuæ.
℟. Quam possedisti ab initio.
℣. Ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum.
℟. Sed citò anticipent nos misericordiæ tuæ.
℣. Elige David servum tuum.
℟. Pascere Jacob, & Israel hæreditatem tuam.
℣. Emitta spiritum tuum, & creabuntur.
℟. Et renovabis faciem terræ.
℣. Domine exaudi orationem meam.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

O R E M U S.

DOmine, qui corda nosti omnium, cui omnis voluntas loquitur, & quem nullum latet secretum, osteode nobis quem alegeria accipere locum Ministerii hujus, in quo pio in nos studio semper placitus familiam tuam virtutibus instruat, & fidelium mentes spiritualium aromatum odore perfundat. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

19. Poi dal Presidente, e Diffinitorio s'eleggeranno tre Disquisitori, che siano del Corpo del Capitolo, ma non concorrenti, al quali il Presidente comanderà sotto pena di scommunica *latæ sententiæ*, che mai in nessun caso palesino il nome d'alcuno degl' Elettori.

20. Ciò fatto, & andati a sedere li Vocali, il Ministro s' inginocchierà, rinuncierà li sigilli al Presidente, e dirà la sua colpa, alla quale risponderà il Presidente, come Dio gl' inspirerà.

21. Li Disquisitori sederanno ad una Tavola distinta, che possano essere visti da tutti, & in mezzo siada il più atto à fare l' Offizio di Secretario, ò il più degno; si porterà in detta Tavola da scrivere, e due Vasi da porvi le Cedole degl' Elettori, le quali hanno da essere in questa forma.

Io Fra N. Guardiano del Convento N. E tutto questo sarà sigillato, e poi seguirà, che si possa leggere: nomino per Ministro il P. N. E chi non sapesse, o potesse scrivare, si faccia fare la Cedola da uno delli Disquisitori; e se vi fosse alcun' infermo nel Convento del Capitolo, che non potesse scendere in Refettorio, se gli mandino due Disquisitori, a gli scrivano, ò ricevano da lui Cedola scritta, come di sopra, & in Vaso la portino in Refettorio, & alla presenza di tutti la mettano nel Vaso delle Cedole, e sotto l' istessa Scommunica saranno obbligati à servare il silenzio.

22. Quello, che darà il voto a se stesso nell' elezzioni, sia privo di voce attiva, e passiva in perpetuo.

23. S' avvertisce, che sono scommunicati di scommunica riserbata al Papa quelli, che per sei Mesi prima fanno subornazioni nell' elezzione, cioè quelli, che con doni, promessa, minaccie, a prieghi importuni, lodi falsa, o calunnia, inducono a dare il Voto, o a sa, o agli altri, o cha per tal fine fan lega, il che noo s' intende di quelli, che discorrono per pigliar consiglio della sufficienza de soggetti. Sono anco scommunicati quelli, che per via di favori procurano dignità, & offizj, a quelli, che a tale instanza li concedono, e gl' uni, a gl' altri si dichiarano privi degl' atti legittimi ad arbitrio del Cap. Provinciale.

24. Si terrà una lista di tutti li Vocali, & ognuno chiamato secondo il suo ordina, anderà a porre la Cedola nel Vaso.

25. Poste tutte le Cedole nel Vaso, il Presidente le voterà sopra la tavola alla vista de Disquisitori, e le numererà per sapere se corrispondono al numero delli Elettori, poi si leggeranno una per una dal Presidenta, e Disquisitori, li quali tutti noteranno li Voti, ed i concorrenti, specialmente quello, che sarà Scrittore, il cui notamento deve essera diligentemente visto dalli altri compagni.

26. Et in caso, che niuno avesse la maggior parte de Voti, si faranno altri Scrutinj, finche sia eletto uno con la maggior parte de Voti; che se in quell' istesso giorno sin' alla sera non si facesse l' elezzione, sarà in libertà del Padre Generale di nominare uno, che più gli parerà secondo Dio.

27. Fatta che sarà l' elezzione s' abbrucieranno tutte le Cedole alla presenza di tutto il Capitolo, e poi il Disquisitore Secretario publicherà l' elezzione in questa forma.

In nomine Domini. Amen. Hæc est electio Reverendi Patris Ministri hujus nostræ Provinciæ Reformatæ per Patres Vocales in loco N. N. N. capitulariter, & legitimè Congregatos Anno Domini N. die verò N. Mensis N. canonicè, ac ritè celebrata, in qua quidem electione P. F. N. habuit vota N. & P. F. N. habuit vota N. & ego Frater N. unus ex disquisitoribus, & compromissariis virtute compromissi in me, & socios meos limitati, nomine omnium, qui in dictam electionem convenerunt, & consenserunt, præfatum R. P. F. N. Ministrum canonicè electum nomino, & sic electum denuncio. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.

Fatto questo, due Cantori intonino *Te Deum laudamus &c.* E si vada in Chiesa processionalmente cantando, dove si diranno li seguenti versi, & Orazioni.

℣. Benedicamus Patrem, & Filium cum Sancto Spiritu.
℟. Laudemus, & superexaltemus eum in secula.
℣. Confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis.
℟. A templo sancto tuo, quod est in Jerusalem.
℣. Fiat manus tua super virum dexteræ tuæ.
℟. Et super Filium hominis, quem confirmasti tibi.
℣. Dignare me laudare te Virgo Sacrata.
℟. Da mihi virtutem contra hostes tuos.
℣. Domine exaudi oracionem meam.
℟. Et clamor meus ad te vaniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

O R E M U S.

OMnipotens sempiterne Deus misetere famulo tuo Ministro nostro N. & dirige eum secundum tuam clementiam in viam salutis æternæ, ut te donante tibi placita cupiat, & tota virtute perficiat.

COnceda nos famulos tuos, quæsumus Domine Deus, perpetua mentis, & corporis sanitate gaudere, & gloriosæ Beatæ Mariæ semper Virginis intercessione à præsenti liberati tristitia, & æterna perfrui lætitia.

DEus, qui Ecclesiam tuam Beati Patris Nostri Francisci meritis fœtu novæ prolis amplificas, tribue nobis ex ejus imitatione terrena despicere, & Cœlestium donorum semper participatione gaudere. Per Dominum nostrum &c.

28. Rese poi le grazie, il Presidente confermerà il Ministro nell' offizio, al quale posto à sedere alla sinistra dell' Altare, anderanno li Frati a rendere obedienza &c.

Digitized by Google

29. Si doveranno poscia eleggere nel medesimo giorno, (se non volesse farsi la mattina dopo l' elezzione del Ministro, il che si lascia a disposizione del Presidente) un Custode per dar il Voto al Capitolo, o Congregazione Generale, e quattro Diffinitori della Provincia, nell' elezzione de quali si deve osservare totalmente la forma prescritta nell' elezzione del Ministro, cioè che si eleggano dalla maggior parte de Vocali del Capitolo con le Cedole, in ogn' una delle quali si nominino il Custode, e quattro Diffinitori, e non più: che se accadesse essere eletti più del numero prescritto, resterà senza essere accettato per Diffinitore quello, che averà avuto manco Voti.

30. Tutti questi, cioè il Ministro attuale, il Custode vocale, il quale si dichiara essere il primo Diffinitore della Provincia fino al seguente Capitolo, li quattro Diffinitori attuali, il Procuratore, e Diffinitori Generali Riformati attuali nelle loro Provincie, li Discreti perpetui dell' Ordine, che sono quelli, che sono stati Ministri Generali, o Vicarj Generali di tutto l' Ordine per lo spazio di due anni, o Commissarii Generali Cismontani eletti secondo la Bolla dell' Unione (se si troveranno presenti) doveranno elegger li Guardiani, Vicarj, Maestri di Novizj, Confessori di Monache, collocare le Famiglie, instituir Lettori, Predicatori, Confessori, Esaminatori, e trattare altre cose gravi della Provincia, le quali ricercano Congregazioni de Padri, secondo l' antica consuetudine della Religione, il che faranno ogni anno nella Congregazione Capitolare, la quale si celebrerà (dimandata prima licenza al Padre Generale) la seconda, o terza settimana dopo Pasqua, se sarà possibile, e s' intimerà dal Ministro per tutta la Provincia, acciò l' accompagnino con l' Orazioni, e Sacrifizj, come nel Capitolo Provinciale, ma nel tempo del Capitolo à tutte le azzioni concorrerà il Ministro immediato.

31. Le qualità di quelli, che a' hanno da eleggere sono le seguenti.

Il Ministro Provinciale deve avere almeno trentacinque anni di età, e quindeci di Religione, osservare la vita commune nel vitto, e vestito, & andare a piedi, esser Lettore, o Predicatore, o che sia stato eletto almeno due volte Guardiano, e l' abbia laudabilmente esercitato, o abbia avuto gradi maggiori, ch' abbia vacato sei anni da simile offizio secondo le Constituzioni Apostoliche, e chi sarà altrimente eletto, la sua elezzione si dichiara nulla, & invalida; come anco se si eleggerà uno, che non sia vestito nella Provincia, o almeno per dieci anni prima incorporato in essa.

32. Il Ministro è obbligato visitare la Provincia almeno due volte l' anno, e nella prima s' informerà di chi ha bisogno del Vestiario.

33. Non possa mandare li suoi Frati fuori di Provincia, eccetto per negozj, e nelle più vicine solamente, & in Roma per cause pubbliche della Provincia, e con consenso del Diffinitorio secondo il Decreto Apostolico, & a chi concede l' obedienza, deve limitarli il tempo dell' andare, dimora, e ritorno, altrimente sia castigato dal Commissario.

34. Ed acciocchè si sappia quando parte, il Guardiano vi noterà sopra il giorno, che il Frate si parte. Et i mandati fuori di Provincia, come sopra, che non averanno il testimonio dalla partenza, siano dichiarati Apostati, nella qual pena incorreranno quelli, che camineranno senza compagno, e se non mostreranno fede autentica, dove, e come l' abbiano lasciato, siano dalli Guardiani dove arrivano, assoluti per Apostati, e chi senza legittima causa giudicata dal Diffinitorio, ancorche con licenza de Superiori maggiori, dimorerà per un' anno intiero fuori della sua Provincia per sua elezzione, ritornato poi non potrà aver grado, ò dignità, nè in tempo di quel Ministro, nemeno nel futuro Capitolo, e tenga l' ultimo luogo per tutto il tempo, che sarà privo, & averà dimorato fuori di Provincia.

35. Debbono li Ministri notare in un Libro li negozj conclusi, e determinati à suo tempo nelle Congregazioni, ò Capitoli, & anco li nomi, le cause, e le sentenze *per extensum* già determinate, e finite, e quelli, che sono stati carcerati, ammoniti canonicamente, e giudicialmente puniti, e nol facendo, sian privi di voce attiva, e passiva per tre anni.

36. Uscendo il ministro fuori di Provincia, e dovendovi dimorare più di otto giorni, sia obbligato ad instituire un Commissario in suo luogo con conseglio del Diffinitorio.

37. Non possa avere più di due Compagni buoni, & esemplari.

38. Morendo il Ministro della Provincia, il Superior del Convento, dove sarà morto insieme con il Segretario del medesimo Ministro, piglino tutte le scritture, e sigilli della Provincia, e li portino al primo Padre di essa, qual senza dimora convocherà il Diffinitorio, e farà l' elezione del Vicario Provinciale, in cui averà voto attivo, e passivo, consultato prima il Generale, se sarà nello spazio di tre giornate, altrimente nò; ma si proceda all' elezione senza aspettar risposta alcuna. E morendo fuori di Provincia, la governi il Commissario lasciato fino a nuovo ordine del Superiore Generale.

39. Al Ministro, come a Superiore ordinario, sono obbligati tutti li Frati della Provincia obedire, & anco Forastieri, & Apostati in casi permessi da presenti Statuti, ò leggi Canoniche. Non potrà privare Guardiani, ò Confessori di Monache senza il Diffinitorio, quantunque li possa sospendere per due, ò tre Mesi al più.

40. Il Custode vocale, & i Diffinitori debbono avere l' istesse qualità, che sono necessarie al Ministro Provinciale.

41. Il Custode è obbligato andare al Capitolo, o Congregazione Generale, e portare lettere patenti della sua elezzione sottoscritta dal Ministro, e Diffinitori attuali, e sigillate col sigillo maggiore della Provincia, & anco tutte le scritture, che vi faranno contro il Generale, ò Provinciale, o di negozj pubblici della Provincia ò [non essendovi tali Scritture] portar fede sottoscritta, e sigillata come di sopra, che non vi siano. Di più deve portar la nota delli Conventi, e Frati vivi, e morti dall' ultimo Capitolo, o Congregazione Generale, e de Monasterj di Monache, e numero di esse, e presentarle alli Padri del Capitolo Generale, e chi mancherà a questo, non sia ammesso a dare il voto in Capitolo.

42. Il Custode non impedito, mancando di andare al Capitolo, sia privo degl' atti legittimi dal Padre Generale, & essendo legittimamente impedito, ò morendo, o rinonciando, se n' elegga un altro dal Diffinitorio, e Padri della Provincia, & il primo s' intende subito assoluto dal suo offizio.

43. Essendo il Ministro legittimamente impedito d' andar al medesimo Capitolo, si manderà un Commissario in suo luogo da eleggersi dal Ministro, Diffinitori, Custode, e Padri della Provincia, e tanto questo Commissario, quanto il Custode, quando fossero impediti d' arrivare al Capitolo, non possono mandar altri, ò far Procuratori, che diano voto à nome loro.

44. Anderanno al Capitolo Generale il Ministro, e Custode con un Compagno per uno, e non più, a piedi, poveri, e modesti, secondo la Regola, e non po-

Digitized by Google

potendo andar, si mandino altri in luogo suo, come di sopra.

45. Non potranno due Parenti esser nell' istesso Diffinitorio, ne meno un Fratello potrà succedere all' altro immediatamente al Ministrato; e facendosi il contrario, l' elezione sia nulla.

46. Si comanda per santa obbedienza, che li Provinciali distribuiscano il tempo del loro officio per li Conventi della Provincia, secondo il bisogno, ò consumino la maggior parte di esso in uno.

47. Perche li Guardiani sono Prelati, e si debbono canonicamente eleggere, comandiamo, che da qui innanzi si facciano per voti segreti nella forma seguente.

Prima, che si entri nel Diffinitorio, discorrano li Padri trà loro delli meriti, e qualità delli soggetti, e sopra il tutto s' invigili, e si prema sù la giustizia distributiva, acciò si mantenga la pace, senza la quale non si deve venire all' elezione. Dopo il Presidente, ò Provinciale proponga un soggetto per Convento, e si piglino le ballotte negre, e bianche, e segretamente, senza far altra discussione, si mettano nella bussola, ò altro Vaso; e se la maggior parte sarà affirmativa, s' intenda eletto: se nò, si proponga un' altro finchè ne siegua l' elezione canonica. Che se li voti saranno uguali per tre volte, il Presidente decida conforme Dio gl' inspirerà. Gl' altri officiali, come Confessori di Monache, maestri di Noviaj, Lettori, Esaminatori, & altri simili, si facciano alla proposizione delli suddetti di commun conseglio, e consenso de Diffinitori secondo la consuetudine della Religione.

48. Nel dar li voti, e dire li loro pareri nelle Congregazioni de Padri, si comincierà sempre dal minore, accio vi sia libertà di votare.

49. Morendo alcun Diffinitore, s' intenda *ipso facto* surrogato quel Padre della Provincia, che sarà più degno nella Paternità, il quale se dura due anni nel Diffinitoriato, non possa nel seguente Capitolo esser' eletto Diffinitore; e se il surrogato non vacherà due anni dopo la surrogazione, non possa esser surrogato di nuovo, ma tocchi al più degno dopo di esso, e non vi essendo niun Padre, sia surrogato il Guardiano del Convento più principale.

50. Si proibisce per Costituzione Apostolica il poter esser eletto Diffinitore, ò Custode quello, che non averà vacato per due, ò almeno per un Capitolo Provinciale, da che egli fu eletto.

51. Mancando qualche Diffinitore, che non si possa avere per lo spazio di tre giorni, si surroghi come di sopra il più degno Padre, altrimente l' elezioni, e gl' atti siano nulli.

52. Li Diffinitori precederanno secondo l' anzianità dell' Ordine; e perche si sappia quali siano li Padri, e come debbano precedere, si dichiara, che debba precedere.

1. Il Ministro Provinciale attuale.
2. Quelli, che sono stati Generali, ò Commissarj Generali, i quali averanno un solo Superiore sopra di se.
3. Quelli, che sono stati Procuratori, ò Diffinitori Generali.
4. Quelli, che sono stati Ministri nella propria, ò aliena Provincia.
5. Quelli, che sono stati Custodi di governo nella sua, ò aliena Riforma.
6. Quelli, che sono stati Segretarj Generali per tre anni, secondo la Bolla dell' Unione.
7. Quelli, che sono stati Guardiani di Gerusalemme.
8. Il Custode vocale, e Diffinitori attuali durante l' offizio.

Chronol. Seraph.

9. Li Provinciali attuali, anco fuori di sua Provincia precedano quelli, che sono stati Provinciali.
10. Dopo questi precederanno li Lettori attuali di Teologia.
11. Li Guardiani ne loro Conventi precederanno tutti, eccetto li loro Superiori attuali.
12. Li Vicarj precederanno tutti gl' altri, eccetto li suddetti Padri dell' Ordine, e Provincia; ma nel Refettorio sederanno immediatamente appresso alli Guardiani, & in assenza di essi, nell' azioni pubbliche precederanno anco tutt' i sopraddetti, dopo i quali precederanno li Sacerdoti, poi i Chierici, e poi i Laici secondo l' antichità dell' abito.
13. E per oviare ad ogni disordine, che in ciò potesse nascere, li Superiori, sotto pena della privazione del loro offizio *ipso facto incurrenda*, faranno inviolabilmente osservare detto ordine di precedenza, conforme al Breve di N. S. Urbano VIII.

53. Non possa esser' eletto Guardiano chi non osserva la vita commune, e non ha treut' anni compiti di età, e dieci di Religione.

54. La prima volta non sia più d' un' anno Guardiano, la seconda possa continuare per tre anoi, cioè due in un Convento, & uno in un altro, ma il Diffinitorio per giusta causa vi potrà dispensare, e finito il triennio, vachi per un anno.

55. Ne possano instituirsi Presidenti, nè in quello, nè in altro Convento e dove son stati Presidenti, non possano immediatamente esser eletti Guardiani, ma vachino un' anno, e ciò sotto nullità dell' elezione.

56. In ogni Capitolo, e Congregazione, li Guardiani siano obbligati a rinunziare l' offizio, e se non lo faranno, s' intenda aver rinunziato, come anco il Confessore delle Monache.

57. Chi è stato una volta privato della Guardiania, ò altro officio maggiore per delitto scandaloso, non possa essere eletto Guardiano, se prima non è abilitato dal Capitolo Provinciale per voti segreti.

58. Li Ministri nel Capitolo dove finiscono l' offizio, li Diffinitori attuali, e Custode vocale, non possano essere fatti nè Guardiani, nè Vicarj, nè Confessori di Monache, e questo indispensabilmente.

59. Chi eleggerà altrimente di quello si è ordinato, sia privo dell' offizio, e del voto ad arbitrio del Padre Generale.

60. Morendo, ò vacando qualche Guardiano prima della Festa del Padre San Francesco, sia obbligato il Ministro con il Diffinitorio eleggere un' altro; ma morendo dopo, il Ministro vi faccia un Presidente fin' al Capitolo, in cui non averà il voto.

61. Niun Lettore attuale possa esser insieme, ò Guardiano, ò Vicario, nè Vicario de Conventi principali possa essere chi non averà le condizioni de Guardiani sotto le pene suddete, i quali Vicarj siano obbligati ad osservare gl'ordini de loro Guardiani, anco quando sono assenti da Conventi, eccetto se non governassero indipendentemente da essi, come quando andassero fuori di Provincia per lungo tempo.

62. In ogni Convento si collochi di famiglia un Predicatore, ò persona dotta per sodisfazione de Popoli.

63. Le Riforme averanno un Procurator Generale soggetto in ogni cosa à Superiori Generali, il quale goderà tutti li privilegj, e gradi, che gode il Pro-

F cura-

curator Generale dell' Ordine A lui tocca trattare li negozj delle Provincia Riformate , eccetto quella di Roma , la quale per essere nella Corte , si governa da sa , com' è consuetudine .

64. Chi senza licenza sua tratterà negozio spettante alle suddette Riforme , sia carcerato per due Mesi.

65. Non potrà il Procuratore trattare negozj pertinenti a tutto l'Ordine , ò Riformà , che abbia specie di divisione , ò novità , senza il consenso scritto dalla maggior parte de Ministri , sotto pena d' essere inabile alli offizj della Riforma , se non sarà dispensato dal Capitolo Generale .

66. Non tratterà negozj de Secolari , nè s' ingerirà nel governo delle Riforme , nè dar obedienze à Frati, eccetto che agl' Apostati di ritornarsene *recto tramite* alle loro Provincie , dopo che gl' averà tenuti carcerati , conforme gli parerà , e secondo le leggi delli Apostati ; nè potrà mandarli altrove , ò trattenere a Roma per far negozj : potrà con tuttociò far trattenere qualche Forestiero in qualche Convento della Provincia di Roma , dove più parerà mandarlo al P. Ministro di quella , sin che siano spediti li loro negozj .

67. Sopra Forestieri , che verranno in Roma , averà egli autorità per tre giorni , poi resteranno sotto il governo del P. Guardiano di S. Francesco , ma potrà nondimeno servirsene conforme giudicherà esergli espediente .

CAP. IX.

Fratres non prædicent &c.

1. Comandiamo à Ministri sotto la privazione de loro offizj , che in ogni Provincia tengano almeno uno Studio di Teologia , due di Logica , e Filosofia , & uno di Teologia Morale , ò casi di conscienza , collocandovi quelli Giovani , che saranno atti a far riuscita , insistendo , che attendano con frequenza , e sollecitudine alle lezioni , repetizioni , e dispute , mortificando quelli , che saranno negligenti , anco con la privazione de studj , & altre pene . Che se li Lettori della lezione Morale faranno fare le repetizioni , e dispute , come gl' altri Lettori di Teologia , e Noi gl' imponiamo , siano esenti dal Coro , come gl' altri .

2. Perciò si proibisce , che li Studenti non si mandino à studiare fuori di Provincia sotto qualsisia pretesto , e quelli , che si ritrovano assenti , in virtù di questo Statuto , siano obbligati ritornar alle loro Provincie quanto prima . Che se vi fosse bisogno di Lettori , si chieggano al P. Generale da un' altra Provincia .

3. Non possa nessun Studente passar dalla Logica alla Filosofia , nè dalla Filosofia alla Teologia , se prima non sarà esaminato alla presenza del Diffinitorio , e giudicato degno di tal passaggio da tre Esaminatori .

4. Non potranno essere instituiti Lettori , Predicatori , e Confessori de Secolari , ò de Frati se non in Capitolo , ò Congregazione Capitolare , e dopo che sono instituiti , non possono nè esercitare le cariche , nè godere del titolo di essi , se prima non saranno esaminati , e approvati da tre Esaminatori , e Ministro insieme , ò separatamente .

5. Questi Esaminatori si debbono eleggere dal Diffinitorio nel Capitolo , ò Congregazione , e dureranno per tutto il triennio , se però nella Congregazione non fossero eletti altri . L' offizio di questi è esaminare li suddetti , ed anco i Chierici , che si mandano all' Ordinario , intorno à quali debbono avvertire anco alla bontà de costumi .

6. Siano obbligati li Lettori di Teologia nello spazio di quattro anni di leggere tutte le materie , quali si contengono nelli quattro Libri delle sentenze di Scoto , non leggendo totalmente la lettera , mà cavando da essa la dottrina , la quale potranno accompagnare con quella di S. Bonaventura , ed altri approvati Scolastici , servendosi sopra tutto de Santi Padri , e Concilj , che perciò si concede loro , che per più brevità , e chiarezza possano dare gli scritti .

7. E perche leggano in utilità de Studenti , non possan da se determinar le materie , mà le conferiscano con il P. Ministro , e con il suo assenso leggano quello , che sarà ordinato . Li Lettori poi di Logica , e Filosofia siano tenuti in termine di tre anni finire il corso incominciato , cavandoli da buoni Filosofi , & ordinandoli alla Dottrina di Scoto à voce , ò in scritto .

8. Chi de suddetti Lettori mancherà à quanto si è ordinato , ò notabilmente lascierà le sue lezzioni , sia privo della Lettura dal P. Ministro , ovvero dal P. Generale , se sarà instituito da esso .

9. Sotto le medesime pene siano obbligati i Lettori dell' Arti , di Teologia , e della Morale far due volte la settimana le repetizioni , & ogni Mese sostenere le Conclusioni già discusse , e nel fine dell' anno disputare pubblicamente in Scola le Conclusioni di tutto quello , che in quell' anno averanno insegnato , invitandosi qualche Religioso Forestiero : mà non imprimendo Conclusioni con Scudi , & altre varietà non necessarie , nè permesse nella Regola , nella qual cosa chi fosse trovato trasgressore , sia punito , come proprietario .

10. Et acciò li Studenti habbiano tempo di studiare , si comanda à' Superiori , che non li mandino fuori di Casa , se non ogni quindeci giorni una volta , nè meno li manderanno accompagnati insieme , mà con altri Frati della Casa , e chi farà altrimente , sia castigato dal Superiore .

11. Si concede alli Studenti di Teologia la vacanza di Prima , e di Terza , se però in quel tempo si leggerà , & anco dal Mattino , & altre ore in quel giorno , che averanno da sostenere Conclusioni pubbliche , ò del Mese , ò annuali .

12. Siano li ragionamenti de nostri Predicatori esaminati , e casti , e spirino non vanità , e leggerezze Accademiche , ma spirito Serafico , & Apostolico , siano dirizzati alla destruzzione de vizj , & edifizio delle virtù , & non a predicar se stessi , & a piacere à gl' Uomini , fuggano le conversazioni secolaresche , & il banchettare , non che a dare scandalo , rovinando con l' opere quello , che edificano con le parole , che se (Iddio non voglia) contro qualche Predicatore , ò suo Compagno costasse , aver dato scandalo , ò menata vita secolaresca , sia privo il Predicatore perpetuamente di Predica , & anco carcerato ad arbitrio del Ministro , & il Compagno carcerato per due Mesi ; e se fusse vano nelle parole , sia amonito una , ò due volte , e la terza li sia vietato l' Offizio di Predicatore , sin che al giudizio del Padre Ministro si trovi emendato .

13. Chi procurerà Pulpito particolare per via de Secolari , senza licenza del Ministro , sia privo d' esso , e non si mandi a predicare in quel Pulpito .

14. Chi ardirà predicare contro persona particolare , ò Religione , ò Prelati della Chiesa , onde nasca scandalo , e sollevamento nel popolo , sia privo *ipso facto* della Predica , & atti legittimi , e castigato

Digitized by Google

gato più rigorosamente ad arbitrio del Diffinitorio.

15. Chi predicherà per interesse, ò nelle Prediche raccomanderà questue pecuniarie per se, ò per suoi Frati, sia castigato come proprietario. Non si proibisce però a Superiori, che possano mandar a fare qualche Predica a Terre, e Castelli, & in essa far raccomandare la Questua di qualche cosa necessaria, e concessa per la Regola.

16. Nessun possa esser dichiarato Confessore de Secolari, se non averà finiti trenta anni d' età, conforme la Constituzione Apostolica: Il Superiore che farà altrimente sia privo degl' atti legittimi, e sotto pena arbitraria al Superiore non possa esser' ammesso ad ascoltare confessioni de Frati se non averà l' età medesima.

17. Niuno averà autorità di confessare Secolari, se nella Tavola del Capitolo, ò Congregazione non sarà collocato per Confessore, sotto la privazione di dieci anni di voce attiva, e passiva, e sospeso dalla Confessione: sarà però lecito al Ministro col consenso del Diffinitorio constituire qualche Confessore trà l' anno.

18. Secolari, ò Frati giovani minori di venticinque anni non si confessino in Cella sotto la privazione del voto per tre anni anco al Frate, che si confessa.

19. Ne Confessionarj siano le lamine di rame ò latta, ò gelosie di legno tanto strette, che per esse non si vegga la faccia, mà si ascolti solamente la voce.

20. Specialmente non si ascoltino Donne fuori di tali Confessionarj: a' eccettuano li casi di sordità, di molto concorso di gente, come di Giubileo &c. di vecchiezza di Personaggio qualificato, se simili, e se alcun Confessore allargherà, ò romperà tali grate, ò che fattone instanza al Guardiano, non l' averà fatte accommodare, siano sospesi dalla Confessione, & offizio.

21. Tutti li Frati si confesseranno due volte la settimana a Confessori notificati al Guardiano, acciò sappia riconoscera le sue pecore; mà li Chierici, e Laici giovani si confesseranno dal loro Maestro, a quali il Superiore tre volte l' anno almeno darà licenza, che si confessino da altri Confessori approvati dell' Ordine nostro, perche ad altri fuori dell' Ordine non è concesso, se non in caso di necessità; l' istesso si prescrive de Frati Forestieri, che si confessino a Confessori approvati, come di sopra dal Superiore.

22. Non si possano stampare, ò pubblicare Libri, se oltre la licenza degl' Ordinarj, non vi sia quella del P. Generale, sotto le pene canoniche contro li trasgressori fulminate.

C A P. X.

Fratres, qui sunt Ministri &c.

Quanto concerne le Visite paternali, correzzioni de costumi, punizioni giudiciarie, che in questo Capitolo si toccano, comandiamo, che si osservi la prattica Criminale ultimamente composta d' ordine dell' Eminentissimo Signor Cardinale Protettore, e stampata con Decreto del Capitolo Generale del 1639.

Chronol. Seraph.

C A P. XI.

Præcipio firmiter Fratribus universis ne habeant suspecta &c.

1. Sospetto consorzio proibito nella Regola, dichiariamo essere, non solo atto, conversazione, colloquio, che suole cagionar violento stimolo di tentazione carnale, e fomento al peccato, mà eziandio qualunque cosa delle suddette, che nella mente degli astanti potesse causar sospetto, ò scandolo, quantunque non fossero fatte, ò dette con mala intenzione, il che si congettura dalla ritiratezza del luogo, dall' importunità del tempo, dalla dissolutezza de gesti, risi, approssimazione soverchia alla persona delle Donne, ò altri dell' età sospetta, ò simili altri accidenti.

2. Se alcuno dunque fusse notato di simili sospetti consorzj, sia per la prima volta caritativamente ammonito, e corretto, e non emendandosi, s' è Superiore, sia sospeso, o privo dell' offizio secondo la gravezza della colpa, s' è Suddito, sia privo delli atti legittimi per tre anni, e più gravemente punito, come sopra, ò non convenendoli questa pena, porti il segno della probazione ad arbitrio del Ministro.

3. Al che soggiaceranno li giovani, che non arrivano a venticinque anni, i quali stanno in Cella d' altri ferrata, che di fuora non si possa facilmente aprire, & anco quelli, che detti giovani Religiosi, ò Secolari terranno nelle Celle loro, come di sopra.

4. Chi è solito a sequestrarsi dal Compagno, ò parlare, ò conversare con Donne, dal che possa sorgere ragionevolmente giudizio di sospetto consorzio, sia ammonito, e non emendandosi sia castigato colle pene suddette, come reo di sospetto consorzio, e se dopo fusse convinto di recidiva, sia carcerato ad arbitrio del Diffinitorio.

5. Ordiniamo, che quando si và a confessar Donne inferme, ò trattare altri negozj, non si serri la porta di modo, che dal Compagno non possa esser veduto, nè che dopo l' *Ave Maria* si confessino Donne sotto pena arbitraria al Superiore.

6. Nelle stanze di Confessori di Monache non si possano introdurre Donne sotto pena di Carcere a' trasgressori ad arbitrio del Superiore.

7. Niuno Scongiurerà Indemoniati senza licenza del Ministro, con il consenso del Diffinitorio in *scriptis*, e trasgredendo, sia privo di voto ad arbitrio del Superiore, ò porterà la probazione.

8. Intorno alle Monache, e Confessori di esse, inviolabilmente si osservi quello, che ordinano i Statuti Generali dell' Ordine.

C A P. XII.

Quicumque Fratrum divina inspiratione &c.

1. Per quello, che concerne l' andar' à servire i Santi luoghi di Gerusalemme, & a predicare la parola di Dio a gl' Infedeli, ci rimettiamo a quanto ordineranno i Padri Generali, e gli Statuti dell' Ordine dispongono.

2. E perchè sono vane le leggi, se non si osservano, comandiamo l' osservanza de presenti Statuti a nostri Riformati sotto le pene fulminate in essi, cassando, & annullando tutti gl' altri Statuti, e Costituzioni, tanto generali, quanto particolari

fatte fino a questo giorno, conforme la disposizione Apostolica della Santità di N. S. Papa Urbano VIII. le quali ripugnassero alle presenti, & al vivere Riformato.

3. Perche in casi a ciò non repugnanti, vogliamo, che si ricorra alli Statuti generali dell' Ordine.

4. Dichiarando non obbligare a peccato, se non quanto obbligano la Legge divina, le Costituzioni Apostoliche, e la nostra Regola, e dove non intervenga il dispreggio.

5. Si dichiara anco, che quando ne' presenti Statuti si nomina il Padre Generale, s'intende tanto del Padre Ministro, quanto de Padri Vicarj, e Commissarj Generali.

6. E di più, che la pena della probazione imposta in molti casi, si possa commutare in altra pena dal Padre Provinciale ad arbitrio del Diffinitorio.

7. Comandiamo finalmente a tutti li Superiori locali, che in pubblico Refettorio facciano leggere questi Statuti ogni sei Mesi una volta, acciò nessuno possa scusarsi sotto pretesto d'ignoranza, e mancando, siano privi dei loro offiaj.

8. Perciò sotto la medesima pena siano obbligati i Ministri, che nello spazio d'un mese dopo, che i presenti Statuti saranno stampati, ne facciano prendere tanti, quanti Conventi sono nelle loro Provincie, e ne distribuiscano uno per ciascheduno di essi.

9. E per non moltiplicare tutto il giorno nuove leggi, s'ordina, che per l'avvenire, oltre questi Statuti generali compilati, & approvati, non se ne possano far' altri, mà s'osservino li presenti, conforme l'ultima Costituzione Apostolica del medesimo Santissimo N. S. Papa Urbano Ottavo.

Franciscus Card. Barberinus Protector.

Confirmat hæc Statuta pro Reformatis.

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

ALiàs pro Congregatione Generali proximè præteritis Provinciis Reformatis Fratrum Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum, quod electiones in Capitulis, & Congregationibus Capitularibus earumdem Provinciarum per secreta suffragia fiant, & in suffragiorum paritate Præsidens ipsius Capituli, seù Congregationis votum decisivum habeat, ac circa transitum eorumdem Reformatorum ad Fratres de familia, seù Observantes ejusdem Ordinis, Constitutiones fel. rec. Clementis VIII. nec non Pauli V. Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum, & nostræ desuper editæ observentur, Apostolica auctoritate statuimus, concessimus, & indulsimus, & aliàs prout in nostris desuper expeditis literis, quarum tenores præsentibus pro expressis haberi volumus, pleniùs continetur. Cùm autem sicut Dilectus Filius Commissarius Generalis eorumdem Fratrum Reformatorum Ordinis hujusmodi nobis nuper exponi fecit, Statuta Generalia omnium, & singularum Provinciarum Reformatorum Cismontanæ Familiæ dicti Ordinis à nobis approbata, & confirmata typis mandari debeant, præmissa verò concessiones, & indulta, nec non ordo in eisdem Statutis circa præcedentiam stabilitus, cùm nonnullis Constitutionibus Apostolicis non concordent. Nobis præterea idem Commissarius Generalis supplicari fecit, ut præmissa pro illorum subsistentia firmiori, Apostolicæ nostræ confirmationis patrocinio communire de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur eumdem Commissarium Generalem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium duntaxat consequendum, harum serie absolvendum, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, præfata concessiones, & indulta, Apostolica authoritate, tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos tam juris, quam facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint supplemus, & insuper quod Diffinitores secundum Ordinis antiquitatem præcedant declaramus. Quinam autem, & quomodo præcedere debeant, ut sciatur: quis Minister Provincialis, qui aliàs Ministri Generales, seù Commissarii Generales, qui tamen uni soli Superiori duntaxat actuali suberunt, ac qui Procuratores, aut Diffinitores Generales, qui propriæ Provinciæ, aut alterius Provinciæ Ministri Provinciales, qui Custodes regiminis in sua, aut aliena Custodia Reformata, qui Secretarii Generales per triennium juxta Bullam unionis, aut qui Guardiani Terræ Sanctæ fuerint, nec non Custos vocalis, & Diffinitores actuales durante officio: Provinciales actuales extra Provinciam præcedant eos, qui aliàs Ministri Provinciales fuerunt: post eosdem Ministros Provinciales actuales, in Sacra Theologia Lectores actuales, ac Guardiani in eorum Conventibus omnes, & singulos eorum Superioribus actualibus exceptis; Vicarios omnes alios (præter Ordinis, & Provinciæ Patres) præcedant; sedebunt tamen in Refectorio juxta, & propè Guardianos immediatè, & absentibus ipsis Guardianis in actionibus publicis, etiam omnes supradictos præcedant, post ipsos autem Vicarios, Sacerdotes, deinde Clerici, & post Clericos, Laici dicti Ordinis juxta antiquitatem receptionis habitus pariter præcedent. Ac ut cuivis pertubationi, quæ circa modum præcedentiæ hujusmodi oriri posset, obviam eatur, mandamus omnibus, & singulis dicti Ordinis Superioribus Reformatis hujusmodi sub suorum officiorum privationis ipso facto incurrenda pœna, ut prædictum præcedentiæ modum, & ordinem inter eosdem Fratres Reformatos, ut præfertur, stabilitum, ab omnibus, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inviolabiliter observari curent, & faciant, & ipsimet observent. Decernentes irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac Ordinis Provinciarum, & Custodiarum Reformatarum hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis Statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentur, illis aliàs in suo robore permansuris ad effectum præmissorum specialiter, & expressè derogamus, cœterisque contrariis quibuscumque. Dat. Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die 22. Decembris 1642. Pontificat. nostri anno 20.

M. A. Maraldus.

Loco ✠ Sigilli Annuli Piscatoris.

Quod

Digitized by Google

Quod Commissarii Provinciales Indiarum ad Capitula Generalia Ordinis Fratrum Minorum convenientes, suis Custodibus in labore, & præmia æquales habeantur.

VRBANVS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. ALiàs postquam in Capitulo Generali Fratrum Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum in Alma Urbe nostra de anno 1639. celebrato, inter alia Statutum fuit, restituendum esse Ministris Provincialibus Provinciarum Indiarum dicti Ordinis antiquum jus, quod habebant, mittendi Commissarios ad Capitulum Generale, in eo suffragium suo nomine laturos, habito subinde ea propter ad nos desuper recursu, per quasdam nostras in simili forma Brevis litteras de eodem anno emanatas, Ministris Provincialibus Provinciarum earumdem tunc, & pro tempore existentibus, quod ad Capitulum Generale dicti Ordinis mittere possent Commissarios dicti Ordinis Professores, qui suo nomine suffragium ferrent, Apostolica authoritate indulsimus; ea tamen lege, ut tam Commissarii, qui mitterentur, quàm etiam Custodes, forent earumdem Provinciarum respectivè Filii, vel in eis per sexennium completum antea incorporati.

§. 2. Cum autem æquum, & rationi consentaneum esse censeamus, ut quemadmodum præfati Commissarii Provinciarum Indiarum hujusmodi æquales suis Custodibus labores cùm tot, & tantis navigationum, ac viarum periculis subeunt, ita eisdem Commissariis prœmium, & remuneratio paria sint. Idcircò nos Commissariorum hujusmodi decori, quantùm cum Domino possumus, consulere volentes, motu proprio, ac ex certa scientia, maturaque deliberatione nostris, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine: Quod Commissarii Provinciarum Indiarum hujusmodi, qui ad Capitulum Generale dicti Ordinis de eodem anno 1639. celebratum, ut præfertur, venerunt, & in eo suffragium tulerunt, nec non illi Commissarii earumdem Provinciarum, qui deinceps perpetuis futuris temporibus ad futura dicti Ordinis pro tempore Capitula Generalia mittentur, postquam ad suas reversi fuerint Provincias, Diffinitorum præteritorum honore, & præcedentia gaudeant immediatè post suos Custodes, tenore præsentium statuimus, concedimus, & ordinamus.

§. 3. Decernentes præsentes litteras nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis vitio, seu intentionis nostræ, vel alio quovis defectu notari, impugnari, redargui, infringi, retractari, aut quomodolibet in jus, vel controversiam revocari posse, sed semper, & perpetuò validas firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inviolabiliter, & inconcussè observari, sicque per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, ubique judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane si quid secus super his à quoquam quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac Ordinis, & Provinciarum hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis Statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis, eisdem Ordini, & Provinciis, illorumque Superioribus, Fratribus, & Personis, & quibusvis tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliàs in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis; quibus omnibus, & singulis, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seù quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, eorum omnium, & singulorum tenorem præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad effectum præmissorum, specialiter, & expressè derogamus, cœterisque contrariis quibuscumque.

§. 5. Volumus autem, quod præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica Constitutæ munitis eadem prorsus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 22. Julii 1642. Pontific. nostri anno decimo nono.

Quod electiones Prœministrorum, Custodum, & Guardianorum Ordinis Fratrum Minorum de Observantia, ac Reformatorum Cismontanæ Familiæ extra Capitulum fiant per suffragia secreta, & ballotationes.

URBANVS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

REligiosos viros, qui abnegantes semeptisos, ut facerent voluntatem Domini, suam fregerunt, sicuti peculiaribus hujus Sanctæ Sedis favoribus, & gratiis dignos existimamus, ità ad circumspectam illius providentiam pertinere dignoscimus, ea sedulò statuere, atque ordinare, quibus Religiosi ipsi, qui in ea, quam singulari divinæ benedictionis præsidio ingressi sunt, via dignè ambulantes, amplioribus in dies coram oculis Domini proficiant incrementis.

§. 1. Hinc est, quod Nos dilectorum Filiorum Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum pro paterno, quo eos prosequimur charitatis affectu, statui, & felici gubernio consulere, eisque specialem gratiam facere volentes, supplicationibus dilecti Filii Fabii Papazzoni Commissarii Generalis Curiæ ejusdem Ordinis Nobis super hoc humiliter porrectis, inclinati, ut de cœtero omnes, & singulæ electiones, tam Prœministrorum & Custodum, quàm Guardianorum dicti Ordinis per suffragia secreta, & ballotationes fiant, & in paritate suffragiorum, Præsidens electionibus hujusmodi votum, sivè suffragium decisivum habeat.

§. 2. Præterea, ut postquam Statuta Generalia dicti Ordinis in unum volumen compilata, & typis edita, revisa, & approbata per Sedem Apostolicam fuerint, nulla alia ab inde in futurum Statuta, seu Constitutiones in Familia Cismontana ejusdem Ordinis fieri, seu condi possint, sed prædicta generalia statu-

statuta, postquam, ut præfertur, revisa, & approbata per dictam Sedem fuerint, in posterum servari debeant.

§. 3. Ad hæc, ut de cætero Fratribus de Familia nuncupati dicti Ordinis transitus ad Fratres Reformatos ejusdem Ordinis non concedatur, nisi in Capitulis, seu Congregationibus Provincialibus cum consensu utriusque Ministri Provincialis, vel Ministri Generalis, & quoad eos, qui à Fratribus Reformatis hujusmodi ad illos de Familia transire voluerint, fel. rec. Clementis VIII. & Pauli V. Rom. Pontif. Prædecess. nostrorum, ac nostrarum in simili forma Brevis hac super re aliàs emanatarum litterarum forma omninò servetur, Apostolica auctoritate, tenore præsentium statuimus, mandamus, & ordinamus.

§. 4. Demum ut Fratres ejusdem Ordinis ad audiendas Christifidelium confessiones aliàs approbati omnibus, & singulis facultatibus Pœnitentiariis Apostolicis in hac alma Urbe nostra concessis circa administrationem Sacramenti Pœnitentiæ in Ecclesia Sanctæ Mariæ Angelorum nuncupata, ejusdem Ordinis propè Assisium quotannis die secunda Augusti, qua festum solemne in dicto Ordine celebrari consuevit, duntaxat uti possint eisdem, auctoritate, & tenore concedimus.

§. 5. Decernentes præsentes litteras validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab omnibus, ad quos spectat inviolabiliter observari, sicq; & non aliter in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 6. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac Ordinis, & Familiæ hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel alis quavis firmitate roboratis Statutis, & Consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum omnium tenores, præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die 10. Novembris 1648. Pontif. nostri anno vigesimo.

De auctoritate Ministri Generalis Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia, & Commissarii generalis Ordinis Fratrum Reformatorum, super Fratribus Minoribus Reformatis, seu de strictiori Observantia.

PAULUS PAPA QUINTUS.

Ad perpetuam rei Memoriam.

POstulat Apostolici muneris ratio, quod nullis nostris exigentibus meritis divina dignatio gerere nos voluit in terris, ut inter cætera agri Dominici excolendi curas, minimè negligatur restitutio disciplinæ Ordinis regularis, qui meritò, ut flos quidam, & pretiosus lapis inter Ecclesiæ ornamenta Sanctorum Patrum præconio celebratur, ut quæ humanæ fragilitatis vitio tempore collabuntur, pastorali vigilantia, Divina aspirante gratia corrigantur.

§. 1. Ut igitur B. Francisci Fratres Minores de Observantia nuncupati, quod nomine præ se ferunt, in dies magis reipsa præstent, motu proprio, & ex certa scientia, & matura deliberatione nostra, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, tenore præsentium statuimus, & ordinamus, ut tu, & tui pro tempore successores Ministri Generales, super omnibus Reformationibus, & Fratribus Reformatis eandem Ordinariam potestatem, quam super aliis ejusdem Ordinis Fratribus habes, & exerces, similiter habere, & exercere liberè possis.

§. 2. Quodque Ministri Provinciales, qui Reformati erunt, ordinariam super Custodibus, & Reformatis similiter habeant, & exerceant potestatem.

§. 3. Qui verò ex dictis Ministris de Familia erunt, eisdem Custodibus, & Reformatis præcedant, & pro eorum Superioribus censeantur, & recognoscantur.

§. 4. Custos autem, & ejus Vocales ad Provinciale Capitulum accedant, & in eo in electione Ministrorum, & Definitorum vocem activam, & passivam habeant, ipseque Custos à vocalibus suæ Custodiæ in prædicto Capitulo eligatur, qui unà cum Discretis Guardianos constituet, & Familias in sua Custodia disponet, & ulteriùs, ut ipse Custos, quoties sibi necessarium videbitur, suam Custodiam visitare, mutare, corrigere, & punire possit.

§. 5. In casu verò appellationis, ad te, & pro tempore existentem Ministrum Generalem appellandum erit.

§. 6. Rursus quotiescumque aliquis e Fratribus Reformatis ob infirmitatem, vel aliam legitimam causam à Reformatione exire, & ad Familiam transire voluerit, in Capitulo, aut Congregatione Provinciali, de consensu Custodis, & majoris partis vocalium Custodiæ illi concedatur, & eorundem consensu, necnon Ministri Provinciæ Fratres de Familia ad reformationem poterunt migrare.

§. 7. Novitiis quoque, qui in Capitulo, aut Congregatione recipiuntur, utrum ad reformationem, vel ad Familiam ad Novitiatum agendum se conferre velint, eligere liberum erit, servata tamen felic. record. Sixti Papæ V. prædecessoris nostri Constitutione.

§. 8. Præterea circa Conventus de Familia acceptandos, quidquid à dilecto filio nostro Pompejo tit. S. Balbinæ Presbytero Cardinale Arigonio nuncupato, & à te, ac pro tempore existenti istius Ordinis Protectore, ac Generali Ministro ordinatum fuerit, observetur:

§. 9. Quocirca in virtute sanctæ obedientiæ omnibus, & singulis dicti Ordinis, & Reformationis prædictæ Superioribus, & Religiosis præcipimus, & mandamus, ut præmissa omnia, & singula inviolabiliter observent, tibique in illis promptè pareant, obediant, & assistant; alioquin sententiam, sive pœnam, quam ritè tuleris, seu statueris in rebelles, ratam habebimus, & faciemus, auctore Domino, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari.

§. 10. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon ejusdem Ordinis statutis, & consuetudinibus, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis eidem Ordini, illiusque superioribus, & personis, ac quibusvis aliis, sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis derogatoriarum derogatoriis, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & aliis de-

cretis

Digitized by Google

oretis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & approbatis. Quibus omnibus, & singulis, eorum tenores præsentibus pro expressis, & ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, harum serie specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die 4. Februarii millesimo sexcentesimo septimo, Pontificatus nostri anno secundo.

Confirmatio privilegiorum, & declaratio Statutorum pro gubernio Fratrum Discalceatorum nuncupatorum Hispaniarum, ac Indiarum.

URBANUS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Aliàs pro felici, prosperoque regimine, & gubernio, ac uniformiori Fratrum Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia Discalceatorum nuncupatorum, Provinciarum, & Custodiarum Hispaniarum, & Indiarum perfectione, & puritate à Nobis emanarunt litteræ tenoris subsequentis, videlicet. Urbanus Papa VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. Aliàs, postquam per recolendæ memoriæ Gregorium Papam XV. prædecessorem nostrum Patribus Provinciarum in Diffinitorio Generali fratrum Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum de anno 1639. in Alma Urbe nostra celebrato, de consensu dilecti Filii nostri Francisci Sancti Laurentii in Damaso Diaconi Cardinalis Barberini S. R. E. Vice-Cancellarii, nostri secundum carnem ex fratre germano nepotis, dictique Ordinis apud Nos, & Sedem Apostolicam Protectoris, statutum fuisset.

§. 2. Ut duo tantum Patres Provinciæ in singularum Provinciarum Ultramontanæ Familiæ Diffinitoria introducerentur, unus scilicet, qui in Provincia reliquis dignior esset, ille nimirum, qui inter Patres Provinciæ primum locum sibi vindicaret, qui quidem in Diffinitorio semper assisteret; alter verò qui immediatè Ministri Provincialis officium absolvisset, ut sequenti etiam Immediatè triennio duntaxat eam obtineret dignitatem, & in Diffinitorio assisteret, ea tamen lege, ut si iste ex qualibet causa deficeret, in ejus locum subrogatus eo ipso esset, qui ante ipsum Minister Provincialis extitisset, triennio autem hujusmodi transacto, alius qui Ministri Provincialis officio etiam immediatè functus fuisset, subsequeretur, & deinceps de triennio in triennium dumtaxat servaretur, ita quod nunquam hi duo Patres in dictarum Provinciarum Diffinitoriis desiderarentur, quodque, si contingeret, ut qui esset dignior, & perpetuus in Diffinitorio hujusmodi assistens alio titulo de eodem Diffinitorio existeret, sibique jus in illud ingrediendi competeret, tunc in ejus locum ipso facto subrogatus esset ille Pater Provinciæ, qui eidem dignitate proximus fuisset. Subinde nos institutionem, seu restitutionem præfatorum Patrum Provinciæ pro Diffinitoriis Provinciarum prædictarum in dicto generali Diffinitorio factam, & postmodum omnia, & singula Statuta in Capitulo generali dicti Ordinis de eodem anno celebrato edita; sine tamen præjudicio observantiæ Regularis, ac Statutorum Apostolica authoritate confirmatorum, ac ordinationum, ac Brevium Apostolicorum pro Fratribus Discalceatis dicti Ordinis Hispaniarum, & Indiarum factorum, & emanatorum confirmavimus;

§. 3. Ac demum cum nobis innotuisset, quod Institutio, seu restitutio præfatorum duorum Patrum Provinciæ, quoad eosdem Fratres Discalceatos Hispaniarum, & Indiarum dicti Ordinis, nedum eorum Statutis, ac literis Apostolicis pro ipsis emanatis adversabatur, sed etiam causa perturbationum fuisset; idcircò Nos motu proprio, ac ex certa scientia, meraque deliberatione nostris præfatos Fratres Discalceatos Hispaniarum, & Indiarum, ac eorum Provincias, & Custodias præsentes, & futuras, quoad introductionem duorum Patrum Provinciæ in singula Provinciarum suarum Diffinitoria sub præfato Diffinitorio generali hujusmodi edito, ac certis nostris literis incipientibus: *Onerosa* &c. aut quibusvis aliis dicti Ordinis Statutis, aut decretis, literisque Apostolicis circa eamdem materiam emanatis, quæ, & quas quoad hoc revocavimus, cassavimus, & annullavimus, nullatenus comprehendi, nec esse comprehensos declaravimus.

§. 4. Et insuper statuimus, & ordinamus, ut in Provinciarum Hispaniarum, & Indiarum, eorumdem Fratrum Discalceatorum Capitula, Congregationes, & Diffinitoria nullus omninò Pater Provinciæ quovis sub prætextu introducatur, sed in illis duntaxat Minister Provincialis, aut Vicarius Provincialis, & Diffinitores actuales; Custodes autem juxta usum, & morem Provinciarum, & Custodiarum admittantur. Quodque si in alicujus ex dictis Provinciis Diffinitorium præfati duo Provinciæ Patres introducti fuissent, illi ipso facto amoverentur, & electio per eos facta, sub privationis suorum officiorum, aliisque arbitrii nostri pœnis, omnibus, & singulis Superioribus, qui dictos duos Patres Provinciæ in Diffinitorium hujusmodi admisissent, nulla, & irrita existeret, ipsique Fratres Discalceati Hispaniarum, & Indiarum hujusmodi sub, eisdem pœnis per contra facientes eo ipso incurrendis juxta Statuta, & ordinationes Provinciarum hujusmos di viverent, & regerentur, ac aliàs, prout in diversi nostris in simili forma Brevis literis desuper expeditis, quarum tenores præsentibus pro expressis haberi volumus, uberiùs continetur.

§. 5. Cùm autem sicut nuper accepimus Dilecti Filii Minister, & Procurator Generalis dicti Ordinis præmissis sese opposuerint, prætextu quod aliquæ ex Provinciis eorumdem Fratrum Discalceatorum Hispaniarum, & Indiarum hujusmodi quædam generalia, seu particularia Ordinationes, & Statuta, seu privilegia habeant, juxta quæ diversimodè, & aliàs, quam in præfatis nostris literis Statutum, dispositumque fuit, gubernantur: idcircò Nos pro majori, & uniformiori eorumdem Fratrum Discalceatorum Hispaniarum, & Indiarum hujusmodi perfectione, & puritate in præmissis opportunè providere volentes, motu, scientia, ac deliberatione similibus, deque Apostolicæ potestatis plenitudine: Quod præfatæ nostræ literæ pro iisdem Fratribus Discalceatis Hispaniarum, & Indiarum emanatæ, ut præfertur, sive illorum aliquæ Provinciæ habeant aliqua Statuta, & ordinationes, seu privilegia generalia, aut particularia, sive non habeant, omninò, & inviolabiliter observentur, observarique debeant in omnibus eorumdem Fratrum Discalceatorum Provinciis, & Custodiis, nunc, & pro tempore existentibus in partibus Hispaniarum, & Indiarum hujusmodi, quodque præfatæ Provinciæ, & Custodiæ dictorum Fratrum Discalceatorum nunc, & pro tempore existentes in eisdem Hispaniarum, & Indiarum partibus per sua propria Statuta, ordinationes, & leges gubernentur, absque eo, quod generalibus totius Ordinis Statutis, & consuetudinibus subjaceant; ea tamen lege, ut ad receptionem prædictorum duorum Patrum Provinciæ nullum, sive generale, sive particulare, & pro-

primum

prium Statutum possit ipsis Fratrum Discalceatorum Provinciis, & Custodiis Hispaniarum, & Indiarum hujusmodi suffragari, sed semper literæ nostræ prædictæ inviolabiliter, & inconcussè, ac generaliter observentur, tenore præsentium decernimus, statuimus, & ordinamus.

§. 6. Si verò fortè contingat in eisdem Provinciis, & Custodiis Fratrum Discalceatorum prædictorum Hispaniarum, & Indiarum hujusmodi aliqua Capitula, Congregationes, seu actiones, in quibus præfati duo Patres Provinciæ, vel eorum aliquis intersint, & reperiantur, celebrari, eo ipso omnia, & singula, quæ inibi decreta, & constituta fuerint, irrita, & nulla, nulliterque, & invalidè gesta, & facta fuisse, & esse, ac fure declaramus.

§. 7. Dantes eisdem Fratrum Discalceatorum Provinciis, & Custodiis Hispaniarum, & Indiarum hujusmodi facultatem mittendi ex eisdem Fratribus Discalceatis suos proprios Procuratores ad Romanam Curiam, quotiescumque sese obtulerit occasio pro negotiis earumdem Provinciarum, & Custodiarum Hispaniarum, & Indiarum hujusmodi pertractandis. Volumus autem, ut salvis supradictis, dicti Fratres Discalceati Hispaniarum, & Indiarum hujusmodi in reliquis subjecti remaneant jurisdictioni, visitationi, & correctioni Ministri eorumdem Fratrum de Observantia Generalis pro tempore existentis; ita quod ipse Minister Generalis per se ipsum, vel alium, seu alius ex ipsis Discalceatis dicti Ordinis tantum possit eosdem Fratres Discalceatos corrigere, visitare, & in eos jurisdictionem exercere. Quodque si Minister Generalis prædictus absuerit, non deputatis ab eo hujusmodi Fratribus Discalceatis ad supradictum effectum, tunc omnes, & singulæ Provinciæ, atque Custodiæ prædictæ per Ministros, ac Custodes suos gubernentur juxta quasdam alias nostras in simili forma Brevis die 8. Aprilis proximè præteriti expeditas literas, quarum etiam tenores præsentibus pro expressis haberi volumus.

§. 8. Mandantes propterea omnibus, & singulis dicti Ordinis Superioribus, Fratribus, & personis, cæterisque, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, in virtute Sanctæ Obedientiæ, ac sub excommunicationis majoris, à qua non nisi à Nobis, seu Romano Pontifice pro tempore existente, præterquam in mortis articulo constituti, absolvi possint, aliisque arbitrii nostri, nec non officiorum suorum privationis, perpetuæque inhabilitatis ad illa, & alia in posterum obtinenda pœnis, ut eosdem Fratres Discalceatos Hispaniarum, & Indiarum hujusmodi præmissorum omnium commodo, & effectu frui, & gaudere sinant, & faciant.

§. 9. Decernentesque præsentes literas, & in eis contenta quæcumque de subreptionis, vel obreptionis, seu nullitatis vitio, aut intentionis nostræ, vel alio quopiam defectu, etiam quantumvis substantiali, vel formali nullatenus unquam notari, impugnari, redargui, infringi, retractari, aut in jus, vel controversiam adduci, vel revocari posse, sicque per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, & Sedis Apostolicæ Nuncios, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & diffiniri debere, ac Irritum, & inane si quid secùs super his à quoquam quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 10. Quo circa dilecto filio nostro, & Sedis Apostolicæ nunc, & pro tempore in Hispaniarum Regno existenti Nuncio per easdem præsentes, committimus, & mandamus, quatenus ipse per se, vel alium, seu alios præsentes literas, & in eis contenta quæcumque ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte eorumdem Fratrum Discalceatorum Provinciarum, & Custodiarum Hispaniarum, & Indiarum hujusmodi fuerit requisitus, solemniter publicans, eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistens, faciat authoritate nostra præfatas, & præsentes nostras literas hujusmodi debitæ, & omnimodæ executioni demandari. Non permittens eos contra earumdem prædictarum, & præsentium litterarum tenorem quomodolibet molestari, perturbari, aut inquietari; contradictores quoslibet, & rebelles per sententias, censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione postposita, compescendo, legitimisque super his habendis servatis processibus, censuras, & pœnas hujusmodi incurisse declarando, illasque, etiam iteratis vicibus, aggravando, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii Sæcularis.

§. 11. Non obstantibus fel. record. Bonifacii Papæ VIII. etiam Prædecessoris nostri de una, & in Concilio Generali edita de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas, aliquis authoritate præsentium in judicium non trahatur, nec non præfatis Ministri, & Procuratoris Generalium dicti Ordinis oppositionibus, ac quibusvis Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nec non ipsius Ordinis, ac Provinciarum, & Custodiarum hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis eisdem Ordinis, ac Provinciarum, & Custodiarum hujusmodi Superioribus, Fratribus, & personis, ipsisque Provinciis, & Custodiis, sub quibusvis verborum tenoribus, & formis ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & aliis decretis in genere, vel in specie, ac alias in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, & singulorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris ad præmissorum effectum specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus pariter, quod præsentium transumptis, etiam impressis manu alicujus notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 30. Julii 1642. Pontificatus nostri anno decimonono.

§. 12. Cum autem sicut accepimus, in præfatis Indiarum partibus, ob ingentem distantiam, & quæ inter ipsos Fratres Discalceatos cùm Observantibus ejusdem Ordinis intercedit contradictionem, expediat, ut literæ Apostolicæ, quæ eo perveniunt, maximè claræ sint, clausulasque contineant efficaces, eorumdemque litterarum executio Venerabilibus Archiepiscopis, & Episcopis illarum partium, in quibus nullus Sedis Apostolicæ Nuncius existit, committatur. Idcirco Nos, pro nostra pastorali solicitudine, in præmissis opportunè ut infrà providere volentes.

Præ-

Præinsertas nostras literas, cum omnibus in eis contentis, tenore præsentium confirmamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos tam juris, quàm facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus. Et insuper quod dicti Ordinis Fratres Discalceati hujusmodi, qui absentibus eorum Ministris Generalibus, supradictas Provincias, & Custodias Indiarum præsentes, & futuras regere, & visitare debebont, earumdem Provinciarum, & Custodiarum Indiarum, aot Hispaniarum ex Discalceatis hujusmodi Filii esse, & in illis habitum per eosdem Discalceatos gestari solitum suscepisse, & professionem per eos emitti consuetam, expressè emisisse debeant, quodque nullus ex dicti Ordinis Observantibus, præter illius Ministrum Generalem pro tempore existentem, aut qui aliàs de Observantia fuerit, etiamsi inter eosdem Fratres Discalceatos degat, & vivat, nec eosdem Fratres Discalceatos regere, nec visitare, nec in eos ullum superioritatis actum, quoquo modo exercere queat. In eventum verò, in quem Ministri Generales præmissis, aut illorum cuilibet contravenirent, præfatæ Provinciæ, & Custodiæ eorumdem Fratrum Discalceatorum Indiarum hujusmodi, juxta quasdam alias nostras in simili forma Brevis die 8. Aprilis proximè præteriti ad hunc effectum pro Provinciis eorumdem Fratrum Discalceatorum Hispaniarum concessas, & emanatas, vivere, & gubernare possint.

§. 13. Ac demum quod dictæ Provinciæ, & Custodiæ eorumdem Discalceatorum Indiarum præsentes, & futuræ quarumvis litterarum, privilegiorum, & gratiarum à Sede Apostolica Provinciis Fratrum Discalceatorum Hispaniarum, videlicet S. Josephi, S. Pauli, & S. Joannis Baptistæ concessorum, & concedendorum participes fint, statuimus, & ordinamus.

§. 14. Decernentes præsentes litteras, & in eis contenta quæcumque de subreptionis, vel obreptionis, seu nullitatis vitio, aut intentionis nostræ, vel alio quoquam defectu nollatenus nquam notari, impugnari, tedargui, infringi, retractari, in jus, vel controversiam adduci, vel revocari posse, sicque per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, Sedisque prædictæ Nuncios, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 15. Quo circa Venerabilibus Fratribus Archiepiscopis, Episcopis, & aliis locorum Ordinariis in iisdem Indiarum partibus constitutis, sive dilectis filiis eorum in spiritualibus Generalibus Vicariis, & officialibus per easdem præsentes committimus, & mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios, obi, & quando opus foerit, aut quoties pro parte eorumdem Fratrum Discalceatorum Provinciarum & Custodiarum Indiarum hujusmodi fuerint requisiti, seu aliquis eorum fuerit requisitus, solemniter publicantes, eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant authoritate nostra præinsertas & præsentes nostras literas hujusmodi debitæ, & omnimodæ executioni demandati.

§. 16. Non permittentes eos contra earumdem præinsertarum, & præsentium literarum tenorem quomodolibet molestari, perturbari, aut inquietari. Contradictores quoslibet, & rebelles per Sententias, censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione postposita, compescendo, legitimisque super his habendis, servatis processibus, censuras, & pœnas ipsas, etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc si opus fuerit, auxilio brachii Secularis. Non obstantibus omnibus, & singulis illis, quæ in iisdem præinsertis literis voluimus non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem ut præsentium transumptis etiam impressis manu alicujus notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutę munitis eadem prorsus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris, die 22. Decembris 1642. Pontificatus nostri anno vigesimo.

Erectio Provinciæ Reformatæ S. Vigilii Fratrum Minorum Sancti Francisci Strictioris Observantiæ.

URBANUS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

Pastoralis officii Nobis divinitus injuncti assidua sollicitudo nos admonet, ut omni curâ, & vigilantia ad ea semper intendamus, per quæ regularium personarum, quæ relicto sæculo, Dei obsequio se sub arctioris disciplinæ norma dedicarunt, statui consulitur, ut secundum Ordinum suorum Regularia Instituta gratum Altissimo impendentes famulatum, felicioribus in dies in via Domini proficiant incrementis.

§. 1. Cum itaque, sicut exponi Nobis nuper fecit dilectus Filius Commissarius Generalis Fratrum Minorum Ordinis S. Francisci de Observantia, & Reformatorum nuncupatorum, è re Ordinis hujusmodi apprimè futurum sit, si S. Bernardini Tridentini, ac S. Antonii de Cles, nec non S. Mariæ Gratiarum nuncupatæ de Arco, ac S. Rocchi de Roveteto, & S. Francisci de Burgo, nec non ejusdem S. Francisci de Perglae Terrarum, seu Locorum Tridentinæ, & Falitrensis respectivè Diœcesis, Domus Regulares, seu Conventus Fratrum Reformatorum Ordinis hujusmodi à Provincia Veneta, aliàs S. Antonii, ejusdem Ordinis, sub qua existunt, omnino separentur, dismembrentur, ac ex illis nova Provincia sub titulo S. Vigilii erigatur, & instituatur, nedum quia Fratres Domorum Regularium, seu Conventuum hujusmodi sunt nationis diversæ ab aliis Provinciæ Venetæ prædictæ Fratribus, sed etiam ob linguarum varietatem, Commissariorumque Ordinis hujusmodi in Germania pro tempore mittendorum commoditatem, qui ad munus Commissarii hujusmodi eò aptiores erunt, quo magis idiomate, ac moribus Italis imbuti fuerint, prout sunt Tridentini; tum etiam, quia major erit numerus illorum, qui Habitum regularem suscipient, quando propriam in illis partibus Provinciam habuerint, magno cum Animarum Christifidelium Germaniæ fructu, & consolatione.

§. 2. Nobis propterea dictus Commissarius Generalis humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur, qui cultum Divinum, & Regularem disciplinam nostris temporibus ubique augeri sincerìs desideramus affectibus, piis dicti Commissarii Generalis Votis hujusmodi, quantum cum Domino possumus, annuere volentes, hujusmodi supplicationibus inclinati,

ti, Domos Regulares, seu Conventus supranominatos, & supradictos à dicta Provincia Veneta, seu S. Antonii ejusdem Ordinis, sub qua hactenus, ut profertur, extiterunt, omninò dismembramus, & separamus, ac Domos Regulares, seu Conventus hujusmodi sic dismembratas, seu dismembratos, separatasque, seu separatos in novam Provinciam S. Vigilii nuncupandam cum omnibus, & singulis praeminentiis, praerogativis, indultis, privilegiis, & gratiis, quibus aliae Fratrum Reformatorum ejusmodi Ordinis Provinciae frui, & gaudere solent, ac possunt, & debent, Apostolica auctoritate, tenore praesentium erigimus, & instituimus.

§. 3. Decernentes praesentes literas validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac Fratribus praedictis plenissimè suffragari: Sicque per quoscumque Judices ordinarios, vel delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, irritumque, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac Ordinis, & Provinciae Venetae, seu S. Antonii hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis eisdem Provinciae Venetae, seu Sancti Antonii, ejusque Ministro Provinciali, & quibusvis aliis Superioribus, & Personis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis Decretis in genere, vel in specie, in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, & firmatis, & innovatis.

§. 5. Quibus omnibus, & singulis, etiam pro sufficienti eorum derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quaevis alia expressio ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, ac forma in illis tradita observata, exprimerentur; & interressentibus particularibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad effectum praemissorum specialiter, & expressè derogamus, coeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die 8. Januarii 1643. Pontificatus Nostri Anno vigesimo.

Quod Fratres Discalceati Ordinis Regularis Observantiae S. Francisci in Regno Hispaniae non possint commorari in Aedibus Saecularium.

VRBANVS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Pastoralis officii Nobis divinitus injuncti assidua sollicitudo Nos admonet, ut omni cura, & vigilantia ad ea semper intendamus, per quae Regularium personarum, quae relicto Saeculo, Divini Numinis obsequiis sese dedicarunt, quieti consulitur, & quae Religiosum earum propositum possunt impedire, removeantur, ut nulla re praedictae secundum Regularia suorum Ordinum Instituta, tranquillis mentibus gratum Altissimo impendere valeant famulatum.

§. 1. Cum itaque, sicut accepimus, nonnulli Fratres Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia Discalceatorum nuncupatorum Provinciarum Hispaniarum à nonnullis annis citra, & extra Clausura suarum Domorum Regularium continuo commorati fuerint, & commorentur, conviventque, & pernoctent in Aedibus Saecularium, non sine ipsorum Saecularium, & Religiosorum earumdem Provinciarum malo exemplo, & offendiculo, disciplinaeque, & observantiae Regularium perturbatione, detrimento, & relaxatione. Idcirco Nos praemissis, quantum cum Domino possumus, prospectum esse cupientes, motu proprio, & ex certa scientia, maturaque deliberatione nostris, deque Apostolicae potestatis plenitudine.

§. 2. Quod omnes, & singuli Fratres Discalceati dicti Ordinis Provinciarum Hispaniarum hujusmodi, qui extra suas Domos Regulares commorantur, convivunt, & pernoctant in Aedibus Saecularium, ut profertur, cujuscumque status, gradus, qualitatis, & conditionis existant, etiamsi desuper quascumque particulares licentias, & privilegia sibi aliàs à Sede Apostolica, vel ab ipsius Ordinis Ministris Generalibus concedi obtinuerint, & obtineant, infra octiduum à praesentium nostrarum literarum notificatione sibi facienda, coram Ministris Provincialibus earumdem Provinciarum sese sistere, & comparere debeant, ut ab eisdem Ministris Provincialibus Conventus, in quibus degant, & habitent, sibi assignentur, sub inobedientiae, & excommunicationis, nec non privationis antianitatis habitus, ac suffragiorum, & Missarum pro Fratribus Discalceatis Ordinis hujusmodi celebrari solitarum poenis eo ipso, & absque ulla alia declaratione incurrendis, earumdem tenore praesentium statuimus, & ordinamus.

§. 3. Mandantes propterea eisdem Ministris Provincialibus Provinciarum hujusmodi in virtute Sanctae Obedientiae, ac sub eisdem poenis, ut easdem praesentes literas nostras debitae, & omnimodae executioni demandari, & ab omnibus, & singulis, quos illae concernunt, inviolabiliter, & inconcussè observari curent, & faciant, ac decernentes irritum, & inane, si quid secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus praemissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac Ordinis, & Provinciarum hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis Decretis in genere, vel in specie, ac aliàs in contrarium quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quaevis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores praesentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, coeterisque contrariis quibuscumque.

§. 5. Volumus autem, ut praesentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis eadem prorsus Fides in judicio, & extra adhibeatur, quae praesentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensae.

Datum Romae apud S. Petrum, sub Annulo Piscatoris die 27. Februarii 1643. Pontificatus Nostri Anno Vigesimo.

CA-

Digitized by Google

CAPITULUM GENERALE
SEPTUAGESIMUM.

In Dei Nomine Amen.

Hæc est Tabula hujus celeberrimi Capituli Generalis, celebrati in Conventu S. Joannis Regum Toleti, die tertia mensis Junii, Anno Domini Millesimo sexcentesimo quadragesimo quinto.

Præsidente Illustrissimo, & Reverendissimo D. D. Julio Rospigliosio Archiepiscopo Tarsensi, in Regnis Hispaniarum apud Catholicum Monarcham Nuncio Apostolico.

IN primis sexennio Reverendissimi P. Fr. Joannis Merinero feliciter absoluto, Reverendissimus Pater Fr. Joannes a Neapoli, Provinciæ Terræ Laboris Pater, & Exdiffinitor Generalis, cunctorum animis, & suffragiis, summa cum libertate eligendi, ad ipsum confluentibus, incredibili omnium plausu, in totius Ordinis Ministrum Generalem cooptatus est.

In Commissarium vero Generalem Cismontanæ Familiæ.

R. P. Fr. Joannes à Palma, Provinciæ Angelorum Pater & Custos, ac Catholicæ Reginæ olim, & nunc Serenissimæ Infantissæ Hispaniarum à Confessionibus, omnibus fere suffragiis electus est.

Patres Perpetui Ordinis.

Reverendissimus Pater Joannes à Merinero Minister Generalis præteritus.

Reverendissimus Pater Frater Benignus à Genua olim Minister, & Commissarius Generalis.

Procurator Ordinis in Romana Curia.

Adm. Reverendus Pater Frater Franciscus Quaresmius Provinciæ Mediolanensis Minister.

Commissarius Ordinis in Romana Curia.

Adm. Reverendus Pater Frater Antonius de Ribera, Provinciæ Castellæ Lector Jubilatus.

Procurator in Curia Romana pro Reformatis.

Ad. Reverendus Pater Frater Innocentius à Cruce, Provinciæ Reformatæ Tusciæ Pater.

Diffinitores Generales Ultramontanæ Familiæ.

Adm. R. P. F. Hieronymus de Cilento, Provinciæ Principatus Pater, & ad præsens Custos, nec non olim Ordinis Procurator in Romana Curia.

Adm. R. P. F. Aloysius de Roma, ejusdem Provinciæ Custos.

Adm. R. P. F. Benignus à Florentia Lector Jubilatus, & Provinciæ Custos.

Adm. R. P. F. Juniperus de Neapoli, Lector, & Prædicator Generalis, & Reformatæ Provinciæ Terræ Laboris Custos.

Adm. Rev. P. F. Federicus de Monocbio, Minister.

Adm. R. P. F. Marcellinus Redaellus, Provinciæ Mediolanensis Pater, & Custos.

Diffinitores Generales Familiæ Cismontanæ.

Adm. R. P. Franciscus Andreas de la Torre, Lector Jubilatus, & Provinciæ Burgensis tertiò Minister.

Adm. R. P. F. Gaspar de Fuente, Lector Jubilatus, & Provinciæ Castellæ Minister.

Adm. R. P. F. Savinianus Lefort, magni Conventus Parisiensis Guardianus.

Adm. R. P. Fr. Dominicus Ythier, Guardianus Tolosæ, & Provinciæ Aquitaniæ Antiquioris Minister.

Adm. R. P. F. Petrus Ritz, Provinciæ Daciæ Minister.

Adm. R. P. F. Bobetius Egasus Hiberniæ Pro-Minister.

Totius Ordinis Generalis Secretarii.

Adm. R. P. F. Hieronymus à Cilento suæ Provinciæ Pater, & Generalis Diffinitor Ordinis.

Adm. R. P. F. Petrus Manero Lector Jubilatus, & Provinciæ Aragoniæ Custos.

Guardianus Sancti Montis Sion.

Adm. R. P. F. Augustinus de Padua, Provinciæ S. Antonii Exdiffinitor, & nunc Guardianus S. Francisci.

Vicarius ejusdem Conventus.

P. F. Petrus Moboul, Lector Linguæ Arabicæ in Urbe.

Guardianus Constantinopolis.

R. P. F. Bonaventura de Crema continuatur.

In Regali Conventu S. Claræ Neapolis.

R. P. F. Sanctorus à Melphi, Provinciæ Reformatæ Romanæ Pater.

In Sacra Lateranensi Pænitentiaria.

Præses ad libitum Reverendiss. P. Ministri Generalis.

FRATER JOANNES A NEAPOLI: Totius Ordinis Minorum Seraphici P. N. Francisci, Minister Generalis, & servus. Omnibus Patribus, & Fratribus ipsius Seraphicæ Religionis, nec non Venerabilibus Monialibus Sanctæ Claræ, de Annunciatione, Sanctæ Elisabeth, & Sanctissimæ Conceptionis, tam in Cismontana, quam in Ultramontana Familia sibi in Domino subjectis. Salutem, & pacem.

JAm divina Providentia (Patres, ac Fratres nostri amantissimi) altam, & promissam curam de Seraphica

phica Religione in electione nostra patefecit mirificè. Nostram exiguitatem ad tam grande munus tenemur confiteri confusi, & cælestia arcana in extollendis infimissimis veneramur attoniti. Ex insufficientia nostra poterat Minorum Religio à plerisque existimari deserta, & ex divina promissione de protegendis Minoribus, inde judicatur firmiùs communita; quia largiùs dispensat Deus de suis præsidiis, quando secretis judiciis disponit exaltare minora. Unde & si necessarium est trepidare de merito, religiosum est tamen gaudere de dono, quoniam qui nobis honoris est auctor, ipse fiet administrationis adjutor, & ne sub magnitudine gratiæ succumbat infirmus, dabit virtutem qui contulit dignitatem. Ipse, qui tot onium delegavit curam, in ipsa commissione præstabit facultatem, & vires pascendi. Quamvis ergo ad explendam nostri officii servitutem & infirmi inveniamur, & segnes, inde divina Misericordia clariùs illuxit in nobis, quæ tunc evidentiùs præeminet, quando santificatur peccator, & abjectus erigitur. Gaudeamus sanè, quod in insignem Præsulatum venimus in obsequia vestra destinati; nam ex quo cognominamur Minister, noscimus, quod adsumus, non Religioni præsidere, sed servire. Volumus igitur nunc officium incohare Ministri laudis Dominicæ obsequio; quia rationabilis est causa extollendi divinum beneficium in ministerio magnifico, quando origo officii suscepti ad laudem refertur Auctoris. Vestri quoque favoris arbitrium debita gratiarum actione concelebramus, qui tam sanctum de nostra tenuitate judicium protulistis, quod nos judicaveritis ad tantum munus idoneum. Existimatione vestra ab actionibus nostris extorquetis authoritatem vestri judicii. Sed debetis juvare votis, quem desideriis expetistis. Præstet nobis omnibus omnipotens Deus pacis bonum, qui nobis studia unanimitatis infudit. Et nos Minister Generalis, & servus in nomine Omnipotentis Dei Patris Filii, & Spiritus Sancti, ac Seraphici Patri nostri Francisci, cujus vices indignè gerimus, præstamus omnibus Patribus, ac Fratribus per omnem orbem diffusis, ac sacris Virginibus Deo dicatis in claustris paternam benedictionem, quatenus in omnibus in dies concrescat, Deo Auctore, perfectionis celsitudo; promittentes firmiter, quod dùm simus in officio nostro, cum omni fiducia, sic Dominum deprecabimur: Pater Sancte conserva eos in nomine tuo, quos dedisti mihi.

Et licèt non sit nostri propositi novis nos vinculis innodare; oportet tamen, conscientia compellente, totis viribus intendere extirpationi abusuum, quos introduxit insolentia plurimorum. Sanè cùm observatio perfecta Regulæ nostræ hactenus expectabiles, & amabiles nos mundo reddiderit, omnique favore, & reverentia dignos effecerit, ecce jam, vel segnitie subditorum, vel superiorum remissione, vitiorum quædam sentes cernuntur succrescere, quæ venerandam Religionem despicabilem reddunt, & populis molestè onerosam. Nam studium orationis (ob quanto dolore dicimus quod videmus!) non ita ferventer in Religione jam viget; evagationes frequentes onerosos nos reddunt, & miserrimè viles; avida appetentia pecuniarum scandala patitur monstruosa; & distributio officiorum fit sine attentione ad virtutes. Ex quo fit, ut sanctæ Religionis splendor præfulgidus in palloram degeneret, sanctitatis pulchritudo sordescat, & bonæ opinionis odor indies putrescat immodestia Religiosorum. Ne igitur sanguis animarum nostræ sollicitudini commissarum de manibus nostris requiratur, mandato nostro duximus excitandum Zelum vestrum, omnium scilicet Patrum Commissariorum Generalium, & præsertim Ministrorum Provincialium, nec non & aliorum superiorum, ut tota mente evigiletis ad præfatorum extirpationem festinam. Excitetur ergo cordis vestri devotio, & ardens fervor ad Zelum, & ejectis negotiatoribus de domo Patris cælestis, omnes Fratres ad sanctæ orationis studium verbo, & exemplo compellite; quoniam hæc est potissima causa, cur splendor Seraphicæ Religionis verecundia ignominiosa fœdatur, inexercitatio scilicet in virtutum stadio, & orationis, quam toties Seraphicus Pater nobis reliquit in Regula commendatam. Ametur ab omnibus Fratribus humilitas, quam Dominus Jesus Christus ab utero Matris usque ad supplicium Crucis elegit, & Seraphicus Pater voluit in sua Religione inter cæteras virtutes Humilitatem præsidere; quia elatio, & arrogantia in Minoribus est infamatio turpis professionis. Compescite vagantes ad quietem; quia ex frequenti evagatione Fratrum amici spirituales gravantur crudeliter, & iniquis Mundus scandalizatur exemplis. Penitùs à Religione nostra exterminentur proprietarii, & contrectatores pecuniarum, quoniam paupertas est nostræ Religionis prærogativa sublimis, & intolerabile est, quod nobilior, & pretiosior Margarita viliter conculcetur à Porcis. Nec vos fallat vanagloriatio quorundam, qui se professores asserunt paupertatis, & rerum penuriam pati nolunt, & interius instar divitum volunt affluere, & exterius more pauperum non pudet mendicare. Contra inobedientes, & contumaces agite insuperabili fortitudine, vel facienda, quod perpetuo maneant in præsura custodiæ, vel expellendo eos à Communitate sacri Collegii, quia nulla est portio in Religione putridior, & nulla misericordia crudelior, quàm parcere membro rebelli cum pernicie totius corporis, & integræ universitatis. Committantur officia Religionis viris, quos vitæ exemplum, morum honestas, & gravitas doctrinæ habet experientia commendatos: quia insufficiens, & indevotus Prælatus funditùs evertit disciplinam Regularem. Probentur, & examinentur etiam qui proficiunt: quia nullus est Monachus tam perfectus, ut non aliqua impugnatione pulsetur, nec tam felix capitur in agone victoria, ut non etiam post triumphos surgant rediviva certamina.

In his ergo cohortationibus (dilectissimi) ipsum vobis loqui credite, cujus vices fungimur, affectu scilicèt nos alloquimur Seraphici Patris nostri Francisci, obsecrantes vos, quòd despiciatis sæcularia, quòd concupiscatis æterna, quòd sequamini vexilla virtutum, quod una vos premat cura, non curare de terrenis. Undè hoc unum expostulamus inflammatissimis votis a cunctis nostri Ordinis Religiosis, quod in incessu exteriori, & in externa compositione membrorum tanta modestia resplendeat in Fratribus, quod ex illa possit mundus conjecturare faciliter internam ordinationem animorum, & Seraphici Patris nostri Francisci progeniem genuinam. Inde spectare possumus, quod labor vester, quo vitiis repugnatis, non solum vobis in conspectu Dei erit pretiosus, sed etiam nobis apud divinam misericordiam proficuus, quia de profectu Seraphici gregis gloriabitur cura Pastoris. Et quia nostra Minorum Religio ea est magis astricta beneficiis Principum, quò in terris degit pauperior, & animi gratitudo, quam Seraphicus Pater nobis reliquit in dotem, magis resplendet in paupere; ideò omnes inferiores nostros vehementer hortamur in Domino, quòd singulis diebus fundant preces continuò pro nostro Pontifice Maximo Innocentio Decimo, universalis Ecclesiæ generali Pastore; quatenus à divina providentia possit impetrare, quod optat, propagare fidem, reducere hæreticos, confringere rebelles, propulsare errores, & concordare fideles. Insuper, quia Minorum Religio inter omnes Gentes, & cunctis Orbis nationes benevola gratia Principum mirabiliter noscitur propagata, ideò nullus est Catholicus Princeps, qui jure eximi possit à gratitudine animi nostri. Quare

Digitized by Google

re Cæsaream Majestatem, quæ insuperabili solicitudine, ac ardentissimo Zelo tractat negotia Fidei: Philippum Hispaniarum Regem Catholicum, cujus ope tam mirè Fides in Orbe noscitur propagata, ac ejus singulari amoris benevolentia nostra Religio protegitur; Christianissimum Galliarum Regem, ac Christianissimam Reginam, quorum sublimissima virtute Catholica Religio candidissimè micat, apud sacrificia, & orationes illorum commendamus, qui superna irradiante luce intimius penetrant divina secreta. Denique ut tranquilla sint omnia, & universalis Ecclesia Dei in pacis unitate fundata, perfectam in Christo teneat disciplinam, omnes Principes, ac Reges Catholicos in precibus, & orationibus vestris jubemus habere commendatos: ne Deus inveniat in plebe, quod puniat, nec in Principe, quod reprehendat, nec in nobis, quod confundat.

Sed quia veremur, ne imperfectiones Religiosorum in monastica disciplina sint etiam in causa damnorum, quibus Catholici Principes bello hostili concutiuntur, ideo virtute præsentium præcipimus per sanctam obedientiam omnibus Prælatis supradictis, ut quæ diximus de reformatione inviolabiliter observare procurent. In quo omnibus Provinciis nostræ Religionis notificamus ingenuè, quod ad inquirendum: an hæc fiant ea fide, qua jubentur, non committetur alienæ curæ, quia ad examinandos fructus ficulneæ ipse Dominus vineæ per præsentiam corporalem venit, vel ut confunderet pigros cultores, vel ut arborem succideret, quæ pro tanta pinguedine cespitis non meruit esse fæcunda. Unde & nos, ut inquiramus de Observantia prædictorum cunctam Religionem præsentialiter, Deo favente, visitabimus, quin longa terrarum spatia, & diversa Regionum conditio possint nostrum retardare propositum. Et quia ingravescente procella nequitiæ totus Orbis mole vitiorum deturbatur, decet nos, (qui, etsi indignè, Seraphici Patris nostri Francisci sumus successores) humerum supponere precum, ne properatim Orbis veniat in ruinam. Quare omnibus inferioribus nostris utriusque sexus tam subditis, quam Prælatis præcipimus, & mandamus quod pro felici statu Ecclesiæ, pro pace communi inter Catholicos Principes, & pro publica tranquillitate Regnorum unusquisque Sacerdos dicat tres Missas, scilicet de Spiritu Sancto, de Beata Virgine, & de Beato Patre nostro Francisco. Clerici autem, & Moniales recitent ter Psalmos Pœnitentiales; laici vero tres dicent coronas de Virgine Beata.

Eja igitur (dilectissimi Fratres) invadite pœnitentia vestra nationum crimina, ut Beati Patris Francisci filii generosi. Plangite populorum delicta, quorum beneficia vivitis. Dissipentur oratione vestra aræ criminum; disrumpantur idola vitiorum; pulsetur divina misericordia gemitibus cordis vestri, ut de peccatorum cœno exiliens Orbis in pœnitentiam doloris, ad cœlum possit pennis veniæ pervolare. Doleat impia peccati dominatio à servis quondam suis tota securitate calcari; & crudelis tyrannus ingemiscat, subjectum se suarum pedibus captivorum; & ad eorum triumphum, de quibus diu triumphaverat, se veteranus hostis pervenisse deploret. Ambiatur prece vestra profundæ pacis nexibus colligata Fraternitas, quia pax est Religionis Christianæ stabile firmamentum, & concordia plebis gloria est Sacerdotum, ac Altaris divini cœlestis ornatus. Abigatur diabolus, qui concordiam scindit, pacem disrumpit, trudit charitatem. Et quia pax exigit à Deo, quod vult, & quidquid voluerit, impetrat, & quidquid petierit, sumit, pax Christi sit cum omnibus vobis, quarum orationibus nos committimus, Amen. Valete in Domino. Datum Matriti in nostro Conventu S. Francisci, die decima sexta mensis Junii, Anno Domini millesimo sexcentesimo quadragesimo quinto.

Fr. Joannes à Neapoli
Minister Generalis.

Loco ✠ Sigilli.

De mandato Reverendissimi P.

*Fr. Petrus Manero Secretarius
Generalis Ordinis.*

Fr. Joannes a Neapoli Totius Ordinis Fratrum Minorum Generalis Minister, & servus.

Dilectis nobis in Christo Patribus, ac Fratribus universis superioribus, & subditis nostræ Seraphicæ Religionis; Salutem in Domino sempiternam.

NON damus statuta nova, auctoritas enim legum in multitudine imprudenti aspernatione vilescit; pristina cupimus fideli observantia restitui. Attamen in Capitulo Generali curavimus aliquibus additamentis, expressionibus & declarationibus abigere abusus, & pravas interpretationes aliquorum; quia ad conservationem antiquarum Constitutionum necessaria sunt firma, & nova fulcimenta. Hoc in primis Cœtibus, & Congregationibus primitivæ Ecclesiæ fidelium observavit vetustas; unde dixit Tertullianus in Apologetico. cap. 39. Nihilominus Christianam disciplinam præceptorum inculcationibus densamus. *Quæ occurrebant de exhortatione ad perfectam Observantiam Regulæ nostræ, & Generalium Constitutionum, jam diximus in Epistola nostra ad omnem Religionem remissa: de cujus executione, dum omnes Provincias collustrabimus (ut speramus) severa exactione requiremus. Interim vos Patres, ac Fratres amantissimi obsecramus, & exhortamur in Domino, ut impleatis desideria nostra fideli observantia vestra, & quòd vivatis perpetuò honesta mensura, laude morum, & gloriosa emulatione virtutum. Valete.*

Fr. Joannes à Neapoli
Minister Generalis.

Constitutiones pro utraque Familia.

QUoniam SS. D. Urbanus Octavus ad liberam devotionem Universitatum reliquit eligere inter Sanctos specialem Patronum, & nostra Minorum Religio ab ipso exordio Religionis immunitatem Sanctissimæ Dei Genitricis ab originali culpa, non tam pertinaci, quàm felici, & insuperabili labore propugnaverit, & ejusdem Religionis obsequia apud sacratissimam Virginem frequentissimis beneficiis experiantur gratiosa; ideò tota Minorum Religio in Comitiis generalibus congregata Toleti B. Virginem Dei Genetricem Mariam, quatenus in ipsa Conceptione ab originali culpa confitemur, & concelebramus immunem, unanimi consensu, & felici auspicio in singularem elegit Patronam totius Ordinis Fratrum Minorum. Quare omnibus Ministris Provincialibus per obedientiam præcipitur, quod festum sacratissimæ Conceptionis ea solemnitate, & Ecclesiastico ritu jubeant celebrari, quo insignes Patroni celebrantur in Ecclesia.

1. Decernimus, quod Chronicon Illustrissimi, & Reverendissimi P. F. Francisci Gonzaga Archiepiscopi

scopi Mantuani, eadem methodo prosequatur. Quare omnibus Ministris Provincialibus per obedientiam præcipimus, sub pœna privationis officiorum, quòd ex Provinciis Cismontanis mittant Matritum ad Reverendissimum Commissarium Familiæ fundationes Conventuum, res memorabiles, &c. quæ non sunt in prædicto Chronico; at Ministri Ultramontani mittant hæc Romam ad R. P. Procuratorem Curiæ Romanæ.

2. Ad Generale Capitulum proximè celebrandum assignatur Regalis Conventus Sanctæ Mariæ *de la Nova* in Civitate Neapolis.

Pro Familia Ultramontana.

1. IN primis rationabilibus de causis Diffinitorium Generale decrevit, ut pro bona observantia disciplinæ Regularis attendantur, & executioni mandentur statuta generalia edita Vallisoleti tempore Reverendissimi Patris Calatagironensis, eo addito, quòd si quæ Constitutiones Apostolicæ aliud decreverint, vel ordinaverint, id prorsus exequatur, & eisdem nostris Constitutionibus inseratur, ac inviolabiliter observetur; qua propter, quia statuta generalia Romæ nuperrimè edita non extiterunt revisa, neque à Sede Apostolica approbata, prout in suo Brevi mandat Urbanus Octavus, nullo modo sunt observanda.

2. Præsenti etiam constitutione intendimus, quòd Diffinitores Generales habeant votum consultivum, decisivum, & electivum, tam in Capitulo Generali, quàm in Capitulis suarum Provinciarum, sicuti habent Provinciales Diffinitores.

3. Decernitur etiam, quod instituantur unum, vel plura studia generalia Artium liberalium pro tota Italia; instituendi verò modum Ministro Generali relinquimus. Similiter in unaquaque Provincia instituatur studium Provinciale Artium, in quo saltem decem Clerici sub uno Lectore proficiant.

4. Deinde statuitur, quòd in posterum in quolibet Capitulo Provinciali semper eligatur Custos, etiamsi non occurrat tempus celebrationis Comitiorum Generalium.

5. Decernitur, Provinciam Sancti Vigilii Austriæ contiguam remanere, & recenseri debere inter Italiæ Provincias, sicuti de facto recensetur.

6. Ad instantiam Serenissimi Magni Ducis Etruriæ, & præcipuorum Patrum Provinciæ Tusciæ decernitur, quòd in Conventu S. Crucis Pisarum instituatur studium generale Sacræ Theologiæ.

7. Prætereà judices assignantur ad expellendos fratres incorrigibiles juxta decretum Urbani VIII. Admodum Reverendi Patres. Procurator Romanæ Curiæ. Fr. Hieronymus à Cilento, Diffinitor Generalis, & Secretarius Ordinis. Minister Provincialis Romæ. Fr. Aloysius de Roma, Diffinitor Generalis. Minister Provincialis Romæ Reformatorum. Fr. Juniperus à Neapoli Diffinitor Generalis.

8. Unanimi consensu Diffinitorii Generalis fuit decretum, quòd Conventus Angelorum Neapolis erigatur in Collegium, quod immediatè sit subiectum Ministro Generali Ordinis; sed quia ad novam erectionem Collegii requiritur assignare qualitates, & numerum, & Nationes studentium, & Lectorum nec non facultates legendas, & stabilire statuta, quorum norma Collegium gubernetur, hæc omnia Capitulum Generale dispositioni, & judicio Reverendiss. P. Ministri Generalis præsentis reliquit.

9. Capitulum Generale præcipit, nequis imprimat Memoriale, aut Conclusiones sine expressa licentia Ministri Provincialis, quod facultas pro imprimendis libris ad Ministrum Generalem pertineat.

10. Omnes fratres cujuscumque Familiæ, qui vadunt Romam negotiorum causa, post trea dies ingressus Conventus, teneantur obedire Guardiano, cujus declarantur subditi; nec audeant exire extra domum, nisi requisita facultate Guardiani, qui nullo modo eis deneget talem licentiam, nec expellat illos à Conventu, nec molestet illos domesticorum officiorum onere.

11. Denique, quia ad aures Capituli nostri Generalis gravis rumor pervenit, quòd quidam Fratres pacis publicæ perturbatores in Curia Romana contendunt, ut electio Discretorum localium denuò in Religione excitetur; idcò Capitulum Generale obnixè rogat Reverendissimum Ministrum Generalem, quòd statim ad pedes Sanctissimi pervolutus humiliter referat, quantam stragem, & perniciem fecerit in regulari disciplina talis consuetudo dum viguit, & quanta turbatione integrum Capitulum Generale sola levia fama concussit; siquidem, larga experientia est compertum, quòd illa consuetudo fuit seminarium interminabilis odii: & quod ipsa abrogata omnia, tam in Hispania, quàm in Italia summa pace, & felici tranquillitate procedunt.

Statuta pro Custodia Terræ Sanctæ.

PRimò, Capitulum Generale statuit, quod in Conventu S. Salvatoris Hierosolymæ strictè observetur clausura, ut decet Religiosorum honestatem; prohibemus, ne mulieres possint intrare infirmariam, nec transire per Cameram, vulgò dictam *tolla panno*. Proinde etiam inhibemus, ne deinceps frater Infirmarius, seu chirurgus possit mederi, vel scindere venas infirmarum mulierum, tàm intra, quàm extra Conventum.

2. Decernitur deinde, quòd pueri filii interpretum, & alii, qui in Hierosolyma, Bethelhem, & Nazareth serviunt Monsteriis, doceantur, & instruantur in doctrina Christiana, quousque novem annos attigerint: posteà tamen suis parentibus relinquantur.

3. His verò pueris detur hora meridiana moderatum alimentum ad eorum sustentationem: in vespera tamen in domos paternas mittantur cœnaturi.

4. Præterea decretum est, quod, ut loca sacratissima redemptionis nostræ debito ordine, & tranquillitate gubernentur, instituantur Discreti Conventus Sancti Salvatoris, quorum consilio Pater Guardianus Jerosolymæ res graves disponat, & decernat. Capitulum autem Generale nominat in Discretos patrem Guardianum Jerusolymæ, & patrem Vicarium ejusdem Conventus, & patrem Procuratorem, & hi tres alios duos Religiosos honestæ conversationis, & Officiis Religionis, ac prudentia magis commendatos nominabunt in Discretos: Unum scilicet ex natione Hispaniæ, & alium ex natione Galliæ. Et ut omni dolo, & fraudi via præcludatur mandamus, quod si aliquis Discretus nationum aliqua causa fuerit absens, statim instituatur alius ejusdem nationis absentis, qui ferat vicea ejus in omni Discretorio usque ad adventum duntaxat illius, qui absens erat.

5. Deinde statuitur, quòd pater Procurator S. Salvatoris habeat rationale, seu librum, in quo fideliter, & manifestè scribat numerum omnium eleemosynarum, quæ ex Hispania, Gallia, Italia, Germania, & Flandria mittuntur; & ibi nominet expresse personam Principis, vel nobilis, qui eleemosynam concessit, simulque Patriam, & Nationem cujuscumque benefactoris. Deinde scribatur ibi nomen,

Digitized by Google

men, & natio patris Commissarii, qui eleemosynas mittit, & illius, cujus opera ad Jerosolymam remittuntur. Prædictus autem pater Procurator teneatur singulis mensibus dare rationem coram patre Guardiano, & Discretis Conventus de sumptibus, qui fiunt in subveniendis necessitatibus Fratrum, & de illis, qui fiunt ad placandos Turcas.

6. Præterea Capitulum Generale decrevit, ne Pater Guardianus Jerosolymæ possit deinceps sua absoluta libertate motare Guardianum, seu Præsidentem de uno Conventu in alium, nec facere novas Constitutiones, nec mittere Commissarios Constantinopolim, aut in Europam ad terras Christianorum, nec expellere Fratres ex locis sacris, qui per decem annos ibidem laudabiliter vixerunt, aut fratrem remittere, qui nondum impleverit ibi triennium, nisi gravi causa, adhibito prius consilio, & consensu patrum Discretorum, quorum consultatione, & deliberatione hæc omnia disponentur.

7. Mandatur etiam similiter, quod quando aliquis Religiosus veniat de novo Jerosolymam, ipse pater Procurator Conventus scribat fideliter libros, & omnem supellectilem, quem novus frater asportat, qui etiam debet subscribere; & si contingat hujusmodi fratrem exire de Terra Sancta, & reverti ad has partes, tunc dabuntur eidem fratri libri proprii usus; supellectilia verò, uempè pallium, tunica, habitus, &c. dentur ipsi meliora, non tamen plura numero, quam asportaverat, nisi cognoscatur non asportasse necessaria.

8. Habitus militares Sancti Sepulchri non dentur indiscriminatim, sed solùm personis nobilibus ad judicium Patris Guardiani simul cum Discretorio; eleemosyna autem, quæ pro ipsis offertur, reputatur sufficiens centum *Reale de ocho*, juxta monetam Hispaniæ.

9. Ulterius, Capitulum Generale decrevit, quòd ordinata, & statuta Romæ die vigesimo Martii, anno Domini millesimo sexcentesimo vigesimo octavo à Reverendissimo Patre Fratre Bernardino de Sena pro bono regimine Sacrorum locorum edita, inviolabiliter à Prælatis, & subditis observentur.

10. Et quia semper invaluit antiquissima, & laudabilis consuetudo, quòd unus fratrum Conventus S. Salvatoris Jerosolymæ vadat singulis diebus in pretiosum Sepulchrum Beatæ Virginis Mariæ celebrare ibi sacrificium Missæ; ideò præcipimus, quòd singulis diebus vadat Sacerdos in dictum locum Sacrum celebrare, nisi gravissima causa impediatur ad judicium Guardiani.

11. Postremò, quia deservire locis Sacris redemptionis nostræ, non solum apud divinam majestatem existimatur meritorium, sed etiam apud Seraphicam Religionem æquè dijudicatur gloriosum; ideò præcipimus omnibus Ministris Provincialibus, quod sua authoritate, & zelo faveant omnibus Commissariis, & Vicecommissariis Terræ Sanctæ; & si qui sint, qui fideliter longo tempore laboraverint, Diffinitorium Generale relinquit arbitrio Reverendissimi Commissarii Generalis Familiæ, quòd possit ipsis præmia proportionata destinare.

Pro Familia Cismontana.

1. IN Familia Cismontana per Breve Apostolicum Sanctissimi D. N. Urbani Octavi admissum in hoc Capitulo Generali, expeditum Romæ die 14. Septem. anno Domini 1642. Quod incipit. *Cum per quosdam nostros*. Secretariis Patris Procuratoris Generalis, & Commissarii Curiæ Romanæ, ac Commissarii Generalis Indiarum residentis in Curia Regia Catholici, non gaudent (etiam finitis officiis per triennium, vel sexennium) privilegiis, quibus gaudent, qui fuerint Diffinitores in suis Provinciis, qualiter decreto Apostolico, & Generali Constitutione anteà sancitum fuerat, quod gauderent: nisi tales Secretarii per sexennium munus Prædicatoria principalis in aliquo Conventu exercuerint, vel per completum triennium legerint Theologiam, vel per triennium officio Guardianatus laudabiliter functi fuerint. Secretarii autem illi, qui munus exercebant Secretariorum, quando præsens decretum fuit expeditum, per voluntatem Pontificis etiam non possunt gaudere tali privilegio, quousque aliquod officium prædictorum tempore præscripto exercuerint. Quæ omnia providè ordinavit Pontifex, ne ex voluntate privata indigni, seu minus idonei in Secretarios eligantur.

2. Judices assignantur ad expellendos fratres incorrigibiles de Religione juxta decretum Urbani Octavi, Reverendissimus Commissarius Generalis Familiæ, Reverendissimus Commissarius Generalis Indiarum, ambo Diffinitores Generales Nationis, Minister Provincialis Castellæ, & Guardianus Matritensis; & si quis istorum fuerit impeditus, loco illius subrogetur Guardianus Complutensis.

3. Statutum Romanum, quòd disponit, ne eligantur in Provinciales fratres inexperti in officiis Religionis, Capitulum Generale declarat, quòd illi reputandi sunt inexperti, qui per duos saltem integros annos non exercuerint laudabiliter officium Guardianatus.

4. Ad evitanda litigia decernitur, quod si Lector jubilatus, & alius Prædicator, qui in Religione est antiquior, simul electi fuerint in Diffinitores Provinciæ, Lector jubilatus, si jam habet sua approbatum jubilationis, etiam si contingat adhuc non habere suffragium, præcedat in omnibus Diffinitorem non jubilatum in Religione antiquiorem.

5. Capitulum Generale decernit, quod nullus Lector Artium possit institui sine oppositione, & si aliter quia instituatur, jubet ne talis lectura possit suffragari pro obtinenda gratia jubilationis.

6. Ne honor Religionis quotidiè exponatur contemptui, decernimus, quòd in singulis Provinciis assignentur à Diffinitorio duo Patres graves, ac docti ad examinandum Prædicatores, & Confessores, qui examinatores authoritatem habeant approbandi, & reprobandi, cum consensu tamen Ministri Provincialis.

7. Præterea decretum est, quod in subrogatione Diffinitorum Generalium serventur antiqua statuta.

8. Nullus Donatus, seu Tertiarius habitu Religionis nostræ vestiatur, nisi explorata ejus honesta conversatione per septennium, & requisita facultate à Reverendissimo Generali, vel Commissario Familiæ.

Pro Provinciis Indiarum Occidentalium.

1. CONstitutione Generali declaratum est, quod Reverendissimus Pater Commissarius Generalis Indiarum residens in Curia Regis Catholici, in omnibus, & per omnia est subditus, & subjectus Ministro Generali.

2. Eadem pariter auctoritate sancimus, & declaramus, quod nominatio, electio, missio, revocatio, visitatio, & correctio Commissariorum Generalium, qui ad Novam Hispaniam, & ad Regnum Peruanum mittuntur, pertinet privativè ad Ministrum Generalem, qui est supremum caput Religionis. Unde prædicti Commissarii debent in suis officiis perdurare, donec accedant alii missi à Ministro Generali.

3. At-

3. Attamen, ne ex tarditate recursus ad Ministrum Generalem absentem, aliqua negotia experiantur incommoda, prædictus Pater Commissarius Generalis Indiarum residens in Curia Regis Catholici, in absentia Ministri Generalis à Regnis Hispaniarum, ex authoritate ejusdem, habeat facultatem, ut ex gravi causa possit mittere Visitatores ad Indias, qui cognoscant de excessibus Commissariorum Generalium Novæ Hispaniæ, & Regni Peruani.

4. Per Breve Apostolicum SS. D. D. Urbani Octavi expeditum Romæ die 17. Junii, Anno Domini 1643. Quod incipit: *Exponi nobis nuper fecit*, admissum à Diffinitorio generali, sancitum fuit, quod dispositio Clementis Octavi, in qua decernitur, quod incorporatio Fratrum in Provinciis Indiarum debet fieri apponendo expressè, nominatim, & personaliter nomen ipsius Religiosi missi, & incorporandi; debet solùm intelligi de illis Fratribus, quos Commissarii Generales Indiarum Novæ Hispaniæ, & Regni Peruani secum deferunt; non tamen de aliis Fratribus, qui Dei zelo, & ex decreto Consilii Regis Catholici commigrant ad Provincias Indiarum; isti enim jam manent incorporati modo ordinario, & in his missionibus usitato.

5. Ulterius Capitulum Generale decrevit, quod si quis fratrum petat Indias causa agendi, vel solicitandi aliquando negotium particulare pro tempore determinato, & postea voluerit ibi remanere, non possit assumi ad officium, vel dignitatem Religionis, nec possit unquam incorporari in aliqua Provincia Indiarum.

6. Etiam decretum est, quod si aliquis Frater ex ipsa Hispania petit Indias, hinc ad particularem jam Provinciam destinatus, & ipse se divertat ad aliam Provinciam, in illa non poterit obtinere aliquod officium, seu dignitatem; quia semper reputabitur extraneus, & non incorporatus in tali Provincia.

7. Quia Custodia Sanctæ Catharinæ Fluminis Viridis penuria, & paucitate Religiosorum, non potest commode adesse conversioni Infidelium confinium, jubetur, quod iterum incorporetur eum Provincia de Mechoacam, à qua antea fuerat segregata.

8. Ut præcludatur occasio vagandi, decernimus, ne deinceps Fratres Provinciæ Sancti Antonii Charcarum possint transire ad Provinciam Duodecim Apostolorum de Lima, nec è contra, nisi mutuo consensu Ministrorum Provincialium, & observando quæ statuta disponunt de incorporatione.

9. Quia status Recollectorum in nostra Religione est nobilissima portio, oportet curare de ejus incolumitate, & augmento: quare Provinciali Sancti Antonii Charcarum in Regno Peruano, & Commissario Visitatori pro tempore existenti per obedientiam præcipimus, ne audeant in Constitutionibus Recollectorum dispensare, nec Fratres discolos illuc mittere puniendi, vel castigandi causa; imò faveant Conventibus Recollectis, & instituto.

10. Et sub pœna privationis officiorum, præcipimus eisdem Ministro Provinciali S. Antonii Charcarum, & Commissario, cui in Capitulo Provinciali contingat præsidere, quod ex tribus Conventibus Recollectorum, si tres fuerint, eligatur unus Diffinitor Recollectus, juxta Constitutiones Generales, qui in omnibus Diffinitoriis assistat cum voce, & cujus consultatione negocia Recollectorum Minister Provincialis dispenset.

11. Capitulum Generale confirmat alternativam in Provincia Sancti Josephi de Jucatan, eo modo, quo ex consensu Patrum illius Provinciæ fuit confirmata à Reverendissimo Patre Fratre Joanne Merinero, præterito Generali Ministro. Et quia immediata electio futura pertinet ad partem illam, in qua sunt simul Patres illi, qui dicuntur Filii Provinciæ, & Patres dicti Cryolli, & in præteritis electionibus factis ex hac parte electi sunt Filii Provinciæ, Diffinitorium Generale unanimi consensu decrevit, quod in futura, & immediata electione eligatur Pater Cryollus ex Patria ejusdem provinciæ originarius, & naturalis.

12. Prætereà Diffinitorium Generale declaravit, quod in Provincia Nominis Jesu de Guatimala in Nova Hispania, observetur alternativa inter Patres dictos Cryollos ex una parte, & inter Patres dictos Cachupinos, & Filios Provinciæ ex alia, & quod cœtera officia æqualiter dividantur inter prædictas duas partes.

13. Capitulum Generale disposuit, quod in Provincia Sancti Petri, & Pauli de Mechoacan observetur alternativa hoc modo, quod fratres Cachupini cum medietate filiorum Provinciæ faciant unam partem, & fratres Cryolli cum altera medietate filiorum Provinciæ faciant aliam: in cœteris observetur quod in Provincia de Xalisco.

14. Præterea sancitum fuit, quod in Provincia Sancti Francisci de Quito in Regno Peruano servetur alternativa inter Religiosos, qui dicuntur Cachupini, & Filii Provinciæ ex una parte, & inter Religiosos, dictos Cryollos ex altera: eo modo quo disposuit, & ordinavit Reverendissimus P. F. Joannes Merinero, Generalis præteritus, litteris suis, die 4. Maji, anno Domini 1641.

15. Præcipimus sub pœna privationis officiorum Commissariis Generalibus Novæ Hispaniæ, & Regni Peruani, quod nullum Fratrem laicum ad statum Clericorum assumant, quia hoc attentare, Sede Apostolica, aut Capitulo Generali non requisitis, temerarium est.

16. Et sub eadem pœna eisdem præcipimus, ne se sinant nominari à Fratribus titulo Reverendissimorum. Et omnibus subditis Indiarum sub pœna excommunicationis ipso facto incurrenda mandamus, ne deinceps audeant prædictos Commissarios tali titulo salutare, aut eis ita scribere, aut nominare.

17. Si ob mortem Commissarii Generalis Minister, seu Prælatus Provinciæ habeat sigilla defuncti (juxta Statuta nostra) declaramus, quod facta electione statim dentur sigilla Prælato noviter electo; hæc enim substitutio officium Prælaturæ sequitur, non personam.

18. Si contingat hujusmodi Prælatum, qui habuit sigilla ob mortem Commissarii Generalis, ipsum etjam obire in Provincia aliena, declaramus, sigillum pertinere ad Prælatum Provinciæ, in qua iste moritur, non tamen ad illam, in qua mortuus fuerat Commissarius Generalis.

19. Quicumque igitur Prælatus, qui ob mortem Commissarii Generalis sigillum habet, potest alienas Provincias personaliter visitare, & in Capitulis Provincialibus præsidere, servando in cœteris omnino quæ statuta Generalia disponunt.

20. Nullus Prælatus, qui ob mortem Commissarii Generalis sigillum talis officii habuerit, ob talem substitutionem privilegium aliquod, aut præeminentiam habere præsumat.

21. Si in Provinciis Indiarum contingat, quod ex involuntaria tarditate Commissarii Visitatoris, ob distantiam itineris, vel ob mortem ipsius, & ob difficilem ad Commissarium Generalem recursum, Guardianos provinciæ adimplesse tres annos supra dimidium suorum officiorum, Capitulum Generale de-

Digitized by Google

declarat, prædictos Guardianos habere vota, & suffragia legitima ad futuram electionem Ministri eligendi.

22. Decernimus pariter, quod Commissarii Generales Novæ Hispaniæ, & Regni Peruani, qui timore navigationum, vel impedimento infirmitatum voluerint in aliqua Provincia illarum remanere, gaudeant in illa præeminentia Patris Provinciæ, cæterosque Patres præcedant ob præteritum Præsulatum.

23. Decernimus, quod Secretarius Commissarii Indiarum residentis in Curia Regis Catholici, qui fuerit filius ex Provinciis Indis, si legerit Theologiam per triennium, vel sexennium exercuerit officium Predicatoris principalis in aliquo Conventu, vel per triennium functus fuerit officio Guardianatus, gaudeat (finito sexennio Secretariatus) in Provincia sua privilegiis Patrum Provinciæ; at in Provinciis Hispaniarum tali privilegio vetamus gaudere.

24. Omnes Patres Commissarii, qui ex Indiis ad Capitulum generale Romanum præteritum, & hi, qui præsens Toletanum convenerunt, ut deferrent suffragia Ministrorum Provincialium, gaudeant in suis Provinciis privilegiis, quibus gaudent, qui fuerunt Diffinitores: imposterum vero, qui primo in sua provincia per triennium non exercuerit laudabiliter Guardianatum, tali privilegio gaudere nequeat; & atque ita intellectum fuit Breve Apostolicum.

Pro Natione Gallica.

CApitulum Generale supplicat Reverendissimo Ministro Generali, ut quamcitius possit, curet Gallias adire, quia ex longa Generalium absentia, gravissima experiuntur Fratres in illis Provinciis incommoda in detrimentum Religionis, quæ in absentia Prælatorum, partibus inauditis, exterminari non possunt: quare præsentia sua existimatur necessaria ad componendas lites, ad sedandas turbationes, ad restaurandam Religionem, & ad stabiliendam pacem perpetuam.

2. Præterea, decretum est, quod acta, ordinata, & Statuta Apostolica, & Regia authoritate confirmata, & approbata circa suppressionem, & suspensionem officii Vicarii, seu Visitatoris Generalis, & circa separationem Provinciæ Sancti Francisci, & Sancti Ivonis, & disposita circa gubernationem Conventus Romani, nec non Provinciarum Tertii Ordinis de pœnitentia Seraphici Patris nostri Francisci, quæ sunt in Gallia; videlicet, Provincia Sancti Francisci, Sanctorum Ivonis, & Ludovici, & Sancti Elzearii eorundem Fratrum de pœnitentia Tertii Ordinis confirmata, & approbata maneant, & perseverent, sicut à Reverendissimo Ministro Generali præterito Patre Fratre Joanne Merinero fuerunt approbata, & confirmata Victoriæ die 29. Aprilis, Anno Domini 1644.

Pro Natione Germanica, & Belgica.

PRimò decernitur, ut Ministri Titulares non assumantur deinceps, nisi ex Patribus, qui in alterutra respective natione, in qua Provinciæ Titulares existunt professi, vel legitimè incorporati fuerint; illi verò Tituli non nisi gravioribus, & benemeritis Patribus conferantur.

2. Si ex Natione Belgica contingat non venire ad Capitulum Generale Diffinitorem Generalem legitime electum, sit subrogatum, tunc in ejus loco subflituatur Minister, vel Commissarius illius Provinciæ, ex qua fuerat Diffinitor Generalis legitime electus.

3. Statutum illud, ut nullus ad Provincialatum possit eligi, nisi qui inferiorum officiorum gradibus aptitudinis suæ ad gubernandum specimen præbuerit; Capitulum Generale declarat, id non de officiis, sed solo de Guardianatu, cui animarum cura, & species regiminis proprie annexa est, intelligi debere, ita ut in eodem, ad minus per duos completos annos; perseveraverint.

4. Patres Provinciarum, qui actualiter Diffinitorio intersunt, sicut etiam Custodes, & Diffinitores actuales provinciarum, in Guardianos non assumantur, nisi de Diffinitorii consensu, & Generalibus Prælatis requisitis, & juxta antiqua Statuta, quæ in provinciis Hispaniarum in viridi sunt observantia, illique Guardianatus tempore Diffinitorio interesse nequeant.

5. In subrogatione Diffinitorum, Patres Provinciæ, qui pro tunc Diffinitorio non intersunt, cæteris omnibus præferantur.

5. Declarat Capitulum Generale, pro singolis studiis duos esse posse Lectores jubilatos, ita ut ubi duo studia Theologiæ Scholasticæ sunt in provincia, quatuor simul sint Lectores jubilati. At Lectores jubilatos, cum à docendo cessaverint, nullatenus à sequela Chori, & communitatis excusari decernimus. Similiter ipsorum jubilationem ad plenum Capitulum pertinere dicimus, ubi de eorum diligentia in docendo, per testimonia Guardianorum in scriptis fiat disquisitio, quibus deficientibus ad jubilationem idonei non habeantur. Neque ullus quovis quæsito colore, titulum Lectoris jubilati usurpare præsumat, nisi juxta formam Statutorum duodecim annis sine interpolatione cursum Theologiæ Scholasticæ perfecerit, etiam si interpolatio fiat majorum officiorum Ordinis occupatione.

Pro Natione Hibernica.

1. CApitulum Generale consentit, quod Provincia Hiberniæ dividatur in duas provincias, quarum antiquior appelletur Provincia Hiberniæ, altera Provincia Sancti Patricii, obtenta prius facultate, & authoritate Apostolica ad arbitrium Ministri provincialis simul cum Diffinitorio, adhibitis etiam reliquis Provinciæ Patribus gravibus, quorum deliberatione omnia disponantur.

2. Provincia erigenda nominabitur Sancti Patricii in Regno Hiberniæ, cujus sigillum erit imago Sancti Patricii cum hac inscriptione: *Sigillum Provinciæ S. Patricii*. Inter has Provincias illa existimetur antiquior, cui in parte suæ divisionis habere contingat antiquiorem Conventum, à quo Provincia duxit originem.

3. Præterea ad Diffinitorium simul cùm Ministro provinciali, & prædictis Patribus remittitur facultas assignandi limites, & territorium Guardianis utriusque Provinciæ.

Petitiones, quas cura Ministri Generalis Capitulum Generale reliquit.

PRimo Capitulum Generale supplicat Reverendissimo, quod curet impetrare confirmationem pristini privilegii, ne possint Episcopi, vel eorum Vicarii extrahere Novitias à clausura ad examinandam earumdem libertatem.

Secundo, quod curet, quod Officium Sanctæ Claræ Matris nostræ recitetur in tota Ecclesia sub ritu duplici, ex præcepto Pontificis, sicut ex permissione

fuit concessum ab Urbano Octavo ; & idem supplicat pro festo S. Bernardini.

Tertio , quod in nostra Religione fiat Officium de Stigmatibus Domini nostri Jesu Christi , ut de ipso Festo recitetur , sicut de Stigmatibus Patris nostri Francisci.

Quarto , quod petat fieri Officium apud Fratres de Beata Colleta , sicut apud Moniales fit ex concessione Pontificis.

Quinto , quod curet assignare duos Patres graves in Regnis Peruano , & Novæ Hispaniæ , qui in singulis sexenniis mittant ad Capitulum Generale omnia , quæ facta sunt in conversionibus Indorum , & alia , quæ ad ædificationem possent conducere.

Sexto , quod committatur viro docto , & erudito prosecutio Chronicorum Franciscanorum , qui eadem methodo prosequatur Cronicon Illustrissimi , & Reverendissimi Domini Fratris Francisci de Gonzaga Episcopi Mantuani . Actum Matriti in Conventu nostro S. Francisci, die 9. Julii, anno 1645.

Fr. Joannes à Neapoli Minister Generalis .
Fr. Hieronymus de Cilento , Diffinitor , & Secretarius Generalis .
Fr. Aloysius Romanus , Diffinitor Generalis .
Fr. Benignus à Florentia , Diffinitor Generalis .
Fr. Federicus à Monachia , Diffinitor Generalis .
Fr. Marcellinus Redaellus , Diffinitor Generalis .
Fr. Juniperus de Neapoli , Diffinitor Generalis .
Fr. Joannes Merinero , Pater Ordinis .
Fr. Joannes de Palma , Commissarius Generalis .
Fr. Josephus Maldonado , Commissarius Generalis Indiarum .
Fr. Antonius de Ribera , Commissarius Generalis Curiæ .
Fr. Gaspar Sanchez , Procurator Generalis Præterit.
Fr. Franciscus Andreas de la Torre , Diffinitor Generalis .
Fr. Gaspar de la Fuente , Diffinitor Generalis .
Fr. Savinianus Lefort , Diffinitor Generalis .
Fr. Dominicus Ybbier , Diffinitor Generalis .
Fr. Petrus Ritz Diffinitor Generalis .
Fr. Bebetius Egonus Diffinitor Generalis .

Locus ✠ Sigilli :

De mandato Reverendissimi

Fr. Petrus Manera Secretarius Generalis Ordinis .

Confirmatio , seu innovatio Brevis Urbani octavi pro locis Terræ Sanctæ, quoad Eleemosynas quærendas .

INNOCENTIUS PAPA X.

Ad perpetuam rei memoriam .

SAlvatoris , & Domini nostri , qui pro humanæ generis Redemptione se ipsum exinanivit factus obediens usque ad mortem , vices licèt immeriti gerentes in terris , inter multiplices , gravissimasque Apostolicæ servitutis curas , in eam præcipuè pastoralis sollicitudinis vigilantiæ incumbimus , ut tanti , & tam salubris Mysterii monumenta , quæ in Civitate Hierusalem , & locis circumvicinis sunt , conserventur , & omni , qua fieri poterit , majori magnificentia recolantur.

§. 1. Cum itaque fel. record. Urbanus Papa VIII. Prædecessor noster , sibi aliàs exposito , quod Ecclesiæ , & alia loca pia in Civitate Hierusalem , & aliis locis Terræ Sanctæ existentia ferè diruta erant , & quæ adhuc ibi existebant Monasteria , ære alieno ob impiam Turcarum Hæreticorum , & Schismaticorum tyrannidem , & pro Sanctæ Fidei Catholicæ in eisdem locis conservatione contracto , admodum gravata reperiebantur ; Idem Urbanus prædecessor Patriarchis , Archiepiscopis , Episcopis , & aliis locorum Ordinariis , nec non omnibus , & singulis quorumvis Ordinum , Congregationum , & Institutorum Regularium Generalibus commisit , & mandavit , ut ad minus duabus vicibus quolibet anno , Adventus , & Quadragesimæ temporibus , tam per Verbi Dei Prædicatores in suis Sacris Concionibus , quam in actionibus , & functionibus publicis necessitates eorumdem Sacrorum monumentorum Populo proponi , & commendari curarent , & facerent , & aliàs prout in ejusdem Urbani prædecessoris literis in simili forma Brevis die 3. Februarii anno 1642. desuper expeditis , quarum tenores præsentibus pro expressis haberi volumus , uberiùs continentur .

§. 2. Cum autem , sicut Nobis nuper pro parte dilectorum Filiorum Fratris Andreæ de Arco ejusdem Terræ Sanctæ pro Italia , & aliis locis Europæ sub Superiore Cismontanæ Familiæ , ac Fratris Bernardi de Castiglio pro Hispania Commissariorum Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum professorum expositum fuit , ipsi quò præfatæ Urbani Prædecessoris literæ exactiùs observentur , illas per Nos confirmari , & innovari desiderent . Nos eorumdem Sacrorum Monumentorum conservationi , & manutentioni consulere volentes , de Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotio Propagandæ Fidei Præpositorum consilio , prædictas Urbani Prædecessoris hujusmodi literas Apostolica Authoritate , tenore præsentium confirmamus , & approbamus , illasque innovamus , & observari mandamus , salva semper authoritate Congregationis dictorum Cardinalium .

§. 3. Volumus autem , ut Patriarchæ , Archiepiscopi , & Episcopi prædicti in relatione status suarum Ecclesiarum , quando visitabunt limina Apostolorum , facienda , referant se prædictis Urbani prædecessoris , & præsentibus nostris literis paruisse ; contrariis non obstantibus quibuscumque . Volumus insuper , quod earumdem præsentium transumptis , etiam impressis , manu alicujus Notarii publici subscriptis , & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis , eadem prorsùs fides adhibeatur , quæ ipsius præsentibus adhiberetur , si forent exhibitæ , vel ostensæ .

Datum Romæ apud S Mariam Majorem , sub Annulo Piscatoris , die 19. Septembris 1645. Pontificatus nostri anno primo .

Quod Commissarii Terræ Sanctæ teneri possint unam clavem Arcæ Eleemosynarum , & alia maneat penes Syndicum , pro tutiori custodia earumdem .

INNOCENTIUS PAPA X.

Ad perpetuam rei memoriam .

CUM sicut dilecti Filii Commissarii locorum Terræ Sanctæ Nobis nuper exponi fecerunt , superioribus annis in aliquibus Italiæ Civitatibus , & novissimè in Oppido Matriti Toletanæ Diœcesis evenerit , ut certæ Eleemosynæ in multorum Scutorum millibus consistentes , per pias per-

Digitized by Google

monis erogatæ locis Terræ Sanctæ hujusmodi, ob decoctionem, aut alias culpa Syndici Apostolici, qui Eleemosynis hujusmodi indifferenter in suos peculiares usus, & interesse utebatur, amissæ fuerint, proptereaque cupiant ipsi exponentes per Nos statui, præcipique Commissariis, & Syndicis pro tempore locorum dictæ Terræ Sanctæ, ut unam Arcam cum duabus diversis Clavibus confici faciant, quarum unam Commissarius, aliam præfatus Syndicus penes se respectivè teneant, & in qua Arca omnes, & singulæ Eleemosynæ locis ejusdem Terræ Sanctæ erogatæ, intactę conserventur, ipsaque Arca nusquam referetur, præterquam occasione Eleemosynarum hujusmodi ad eadem loca Terrę Sanctę prefatæ transmittendarum.

§. 1. Idcirco Nos conservationi Eleemosynarum hujusmodi, quantum cum Domino possumus, benigne consulere, eosdemque exponentes specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatę existant, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus illorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctę Romanę Ecclesię Cardinalium negotio propagandæ Fidei præpositorum consilio, Commissariis Terræ Sanctæ, ut ipsi tuta conscientia unam ex dictis duabus clavibus penes se retinere liberè, & licitè possint, & valeant, Apostolica authoritate tenore præsentium concedimus, & indulgemus, sicque, & non aliter in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus, super his a quoquam quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus, salva semper authoritate Congregationis eorumdem Cardinalium.

§. 2. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personę in dignitate Ecclesiastica constitutę munitis eadem prorsùs fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitę, vel ostensę.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 13. Septembris 1645. Pontificatus nostri anno primo.

Congregatio Generalis Victoriensis Anno 1648.

In Dei Nomine Amen.

HÆc est Tabula Capitoli intermedii, seu Congregationis Generalis celebratæ in Alma Provincia Cantabriæ, in Conventu S. P. N. Francisci Civitatis Victoriæ die 27. Junii anno 1648. Assistente, & Præsidente Reverendiss. P. Fr. Joanne de Neapoli Ministro Generali totius Ordinis Fratrum Minorum, secundum Decretum Apostolicum Leonis X. fel. rec. in Bulla Unionis.

In primis Rev. P. Fr. Joannes a Palma, ex Refor. Provinc. Seraph. matissima Provincia Angelorum, Commissarius Generalis Familiæ, & Confessarius Reginæ Catholicę, nec non Serenissimæ Hispaniarum Infantissæ Marię Theresiæ, post felicissimam gubernationem, & exemplarem vitam, cohonestaram splendore virtutum, & eximio candore meritorum, ferè in extremo sui ministerii triennio finivit Commissariatum acerbissimo casu mortis, cum summo totius Religionis dolore, & detrimento, in cujus locum canonicè electus fuit, ferè omnium concurrentium Vocalium consensu, in Commissarium Generalem Familię Cismontanę Rev. P. Fr. Josephus Maldonadus, qui jam feliciter præerat Commissarius Generalis Indiarum.

Procurator Generalis Ordinis in Curia Romana.

Adm. R. P. Fr. Angelus Franciscus de Genua Lector Jubilatus, & Minister Provincię Genuæ.

Commissarius Generalis in Curia Romana.

Adm. R. P. F. Franciscus Suarez Lector Jubilatus, Custos, & Pater Provincię Bethicę.

Diffinitores Generales.

Adm. R. P. Ignatius Zegama, Lector Jubilatus, Custos, & Pater Provincię purissimę Conceptionis.

Adm. R. P. F. Petrus Manero, Lector Jubilatus, Secretarius Ordinis, & Provincialis Minister Provincię Aragonię.

Adm. R. P. F. Bernardus Jourdain S. Theologię Lector, Prominister, & Pater Provinciæ Aquitaniæ Antiquioris.

Adm. R. P. F. Ægidius à Bruxellis Minister Provinciæ Saxoniæ S. Joannis Baptistæ.

Adm. R. P. F. Gregorius de Zaurdy S. Theologiæ Lector, & Prominister Provinciæ purissimæ Conceptionis Recollectorum in Gallia.

Adm. R. P. F. Franciscus Galviensis Lector Jubilatus, & Minister Provinciæ Scotiæ.

Guardianus Hierosolymorum.

Adm. R. P. F. Antonius de Cajeta S. Theologiæ Lector, & Pater Provinciæ Terræ Laburiæ.

Guardianus Constantinopolit.

Relinquitur arbitrio Reverendissimi Ministri Generalis.

Constitutiones Generales pro Familia Cismontana nostræ Seraphicæ Religionis factæ in Generali Congregatione celebrata in Conventu S. P. N. Francisci Civitatis Victoriæ Almæ Provinciæ Cantabriæ die 27. Junii, anno Domini 1648.

ASsistente, & Præsidente Reverendissimo P. F. Joanne à Neapoli Ministro Generali totius Ordinis Fratrum Minorum pro tota Familia.

1. Circa jus præsidendi in Capitulis, aut Congregationibus Generalibus, Congregatio Generalis apertè declarat, quòd si Capitulo, aut Congregatione Generali convocato, contingat officium Ministri Generalis, (ad quem de jure pertinet Comitiorum præsidentia) quacumque causa vacare, protinus sine ulla dilatione Vicarius Ordinis (juxta Statuta pristina) eligatur, qui ex auctoritate officii habeat dignitatem Præsidentiæ.

2. Si verò Capitulo, aut Congregatione Generali convocato, ob quamcumque causam vacaverit officium Ministri Generalis, & propter insuperabilem difficultatem eligi non possit Vicarius Generalis Ordinis, ut jura disponunt, vel nondum vacans ob possibilem eventum, Minister Generalis absens tempore opportuno non adsit, tunc Commissarius Generalis Familiæ, qui actu est, debet habere Præsidentiam.

3. Similiter etiam si contingat, Commissarium Familiæ, aut Congregatione Generali convocatâ, morte deficere, aut vacare quacumque alia causa, tunc sine aliqua dilatione Vice-Commissarius Generalis eligendus est juxta pristinas leges Ordinis, qui in absentia Generalis Ministri habeat prærogativam præsidendi.

4. Si verò in aliquo imaginabili casu, absente Generali Ministro, mortuo Commissario, & convocata Familia, Vice-Commissarius Generalis eligi non possit, propter invincibilem impossibilitatem, vel jam electus ob possibilem casum etiam absit, tunc dignior Pater Ordinis debet præsidere.

5. Digniorem Patrem illum esse declarat, qui juxta Statuta Religionis Generalatu, aut Vicariatu Generali, aut Commissariatu, seù Vice-Commissariatu Generali Familiæ functus fuerit: post quos dignior reputandus est Commissarius Generalis Indiarum, qui actu exercet.

6. Si verò contingat eisdem, vel alia de causa prædictos Patres Ordinis abesse, tunc Præsidentia infrascriptis Patribus hac irrefragabili subordinatione debet competere. Primò præsideat actualis Procurator, aut Commissarius Romanæ Curiæ; si verò isti desiderentur, Diffinitores Generales illius nationis, ubi Capitulum, aut Congregatio Generalis celebratur, præferuntur, inter quos primùm præerit antiquior, ac si uterque Diffinitor actualis deficiat, præsidentia ad habituales Procuratores, seu Commissarios Romanæ Curiæ debet pertransire, ac denique ad habituales Diffinitores Generales, observata ad invicem respectivè antiquitate.

7. Itaque Congregatio Generalis, lege sancit, ac diffinit omnes præfatos Patres in prædicto jure præsidendi semper debere præferri Ministro Provinciali illius Provinciæ, in qua Capitulum, aut Congregatio Generalis celebratur, revocata quacumque lege, ac consuetudine in contrarium: post quos omnes duntaxat prædictus Minister Provincialis debet obtinere dignitatem Præsidentiæ.

8. His tamen decretis Congregatio Generalis nihil immutare, aut innovare prætendit circa Præsidentiam, aut jus convocandi in electione Vicarii, aut Vice-Commissarii Generalis, immò vult, ut quæ in Statutis Generalibus sunt jam dudum prædecreta, firma perseverent, & rata, etiam si eupiat, quod graduatio, seu subordinatio Patrum Ordinis clariori expositione pateścat.

9. In Diffinitoriis Generalibus, in quibus fit sindicatio Ministri, aut Commissarii Generalis, & in alii Diffinitoriis, ubi Superiores Generales non ad sint, præsidebit in posterum antiquior Pater Ordinis, qui ibidem adsit, revocata quacumque Constitutione, aut consuetudine in contrarium.

10. Congregatio Generalis unanimi consensu declaravit, quod qui possunt substitui in Generali Capitulo, aut Congregatione vice Diffinitorum Generalium absentium (qualiter in Romanis Constitutionibus disponitur) ut possint gaudere privilegio Patrum, debent esse ad minus Diffinitores actuales, vel habituales, Lectores Jubilati, vel qui per sexennium Sacram Theologiam legerint, vel in majori Conventu exercuerint officium Guardianatus; attamen Patres, qui fuerunt Provinciales, habiles jure reputavit ad substituendum.

11. Deinde decretum est, quod Pro-Ministri, & Custodes, qui in Capitulo, aut Congregatione Generali suffragavetint, ne eorum labor evadat inanis, gaudeant deinceps nudo titulo Paternitatis, absque voto, & præcedentia, si dicti Ministri sint Lectores Jubilati, aut Diffinitores actuales.

12. Nunc igitur cum pœnis stabilitum est, quod jam dudum sola animadversione fuerat ordinatum, scilicet, ne quis Fratrum cujuscumque sit conditionis audeat Typis mandare Libros, absque expressa licentia Reverendissimi P. Ministri, aut Commissarii Generalis, sub pœna excommunicationis, & aliis infligendis pro arbitrio Reverendissimorum, quibus Auctores mittere teneantur unum Librum ex impressis. Pro imprimendis autem Conclusionibus, & aliis rebus levioris momenti, unaquæque Provincia provideat, & assignet duos, vel tres Lectores Jubilatos, aut actuales, qui imprimenda discutiant, examinent, & approbent.

13. Quia in dies nostra Seraphica Religio magna expertior detrimenta in honore publico Religionis, temerariis abusibus aliquorum, qui prætextu informationum, aut vindicandi honorem proprium, Memorialia, aut Libellos imprimunt absque Superiorum facultate; proinde determinatum est sub pœna excommunicationis majoris, & privationis actuum legitimorum, ut nullus deinceps audeat, vel præsumat talia Memoralia, Informationes, aut Libellos imprimere, absque expressa licentia Generalium Superiorum. Si quæ verò deprehendantur impressa, summo Studio à Ministris recolligantur, & ad prædictos Superiores transmittantur.

14. Ministri, & Custodes, qui juxta mandata Apostolica ad Comitia Capituli, seu Congregationis Generalis nunc non venerunt, aut postea non venient, per sex Menses absolvuntur ab officiis, si non constiterit de legitimo impedimento.

15. Reverendissimus P. Minister Generalis pro sua benignitate commutavit spirituales pœnas positas in mandatis suis (si aliqua ibi est, quæ propria sit, & non apertè inserta in Generalibus Constitutionibus totius Familiæ) in pœnas temporales; ea tamen lege, quòd transgressores temporalibus ibi præfixis pœnis omninò subjaceant.

16. Ad vindicandas calumnias iniquè nostræ Seraphicæ Religioni impositas à quibusdam, provisum est, quod à Reverendissimo P. Ministro Generali deputentur aliqui viri docti, & eruditi, qui robore veritatis, & candore modestiæ dictas imposturas retundant, ne moderatissima patientia nostra, qua abutuntur, in perniciem cedat candidissimæ Religionis.

17. Præterea universali supplicatione concurrentium Vocalium provisum est, decernendo, quod quando extra officium divinum fit commemoratio de S. P. N. Francisco, semper fiat pariter de Patriarcha S. Dominico.

18. Et ut magis incalescat fervor nostræ Religionis, communi applausu nationum, decretum est, quod ex parte Generalis Congregationis Summus Pontifex exoretur, quatenus pro sua benignitate dignetur concedere pro toto Ordine Minorum, tàm Fratrum, quam Monalium facultatem recitandi Divinum officium Festi S. Dominici P. N. cum octava, tota ea solemnitate, & ritu primæ classis, quo festum Seraphici P. N. Francisci celebratur in universo Ordine, & ad regulas, seu Rubricas Breviarii Romani prætensum officium cum octava coaptetur, apud

Digitized by Google

apud eundem Sanctissimum exorandum est.

19. Diffinitorium Generale declarat, Statutum generale editum in Comitiis Generalibus ultimis Toletanis, ut Fratres hospites in Curia Romana, elapsis tribus diebus, sint subditi Patri Guardiano, non fuisse inculcatum proprio arbitratu, aut arbitrio Reverendissimi P. Generalis, sed excogitatum, & dimissum unanimi consensu, & Consilio Patrum utriusque Familiæ.

Pro Natione Hispana.

1. UT pristinæ Constitutiones Generales Segobienses, scilicet, & Romanæ aperta intelligentia percurrant, declaratum est, quod Patres, qui fuerunt Provinciales in quacumque Provincia ditionis Regis Catholici, cum ad propriam revertuntur, ubi sacrum habitum induerunt, sint ejusdem Provinciæ Patres, cum præcedentia duntaxat, titulo Paternitatis, & Socio. Præcedentia autem ista exponitur, quod sint Patres post Provinciæ Patres, qui in Provincia jure tales sunt, & ante actuales, & habituales Diffinitores. Cœterum ex ista gratia, nullum jus habere præsumant, ut possint in posterum subrogari, aut Votum in Capitulis habere.

2. Præterea stabilitum est, quod Lectores S. Theologiæ inter se præcedentiam observent, juxta tempus suæ institutionis in Lectoratu, non tamen juxta antiquitatem habitus in Religione, non obstantibus quibuscunque Constitutionibus, vel consuetudine in contrarium.

3. Dispositum etiam fuit, ut Lectores, qui sexennio Artes, vel Sacram Theologiam, vel triennio Artes, & triennio Sacram Theologiam perlegerint, gaudeant iis gratiis, quibus ex Statutis gaudere solent, qui fuerunt per sexennium Prædicatores Conventuales.

4. Ut Studia Sacrarum litterarum in Religione habeant honestum incitamentum, Congregatio Generalis decrevit, quod si quis Patrum Lectorum indefessa manu fructuosis exercitiis, plausibili splendore, & bono exemplo morum, per vigintiquatuor annos Sacram Theologiam Sholasticam perlegerit, gaudeat privilegio Patrum Provinciæ, quoad Paternitatis titulum, & præcedentiam duntaxat.

5. Decernitur deindè, ut Breve Sanctissimi Urbani VIII. quo inhibetur, duos fratres uterinos non posse eligi in Diffinitores, neque aliu titulo in eodem Diffinitorio simul convenire ad suffragandum, deinceps in Provinciis Hispaniarum observetur, quandoquidem à Generali Congregatione fuit admissum pro dictis Provinciis.

6. Prædicatores Regii Catholicæ Majestatis, qui in propriis Provinciis non fuerunt Diffinitores, aut Lectores Jubilati, aut Guardiani in insigniori Conventu, nullo modo gaudebunt honore præcedentiæ, aut titulo Paternitatis, cum sufficienter eos esse cohonestatos honore censeamus, qui Regis gratia ad eam sublimem dignitatem extolluntur.

7. Constitutio Generalis, & Apostolica, in qua præcipitur ne ullus Fratrum Confessiones Secularium audiat, nisi trigesimum annum attingat, inviolabili executione observanda est.

8. Abbatissæ Monialium, si semel præfatum officium admiserunt, & in ipso saltem per duos integros annos non permanserint, gaudere non poterunt privilegiis concessis his Præfectis, quæ fuerunt laudabiliter Abbatissæ.

In Natione Gallica.

1. INter Patres Provinciæ hic ordo servari debet, quod Patres, qui jure tales sunt, præcedant omnes alios, qui sine gubernio, & regimine Provinciarum, solum ex mera gratia, & consuetudine Patres sunt Provinciæ.

Pro Natione Germanica, & Belgica.

1. PRo Provinciis titularibus decretum est, quod nullus in posterum instituatur Minister, & Custos absque eo quod sit, aut fuerit in propria Provincia Diffinitor, aut S. Theologiæ Lector, vel in Provinciis Infidelium inservierit ad minus per triennium summa cum laude, & cum litteris testimonialibus probetur fuisse verus Missionarius Apostolicus.

2. Ob difficilem recursum Provinciarum Belgii, & Germaniæ ad Judices deputatos in hac Familia, Congregatio Generalis decrevit, quod Reverendiss. P. Minister Generalis pro sua benignitate quatuor, vel quinque P[illegible] es ejusdem Nationis Germaniæ, & Belgii p[illegible], & doctos deputet, & instituat ad expellendos incorrigibiles, juxta decretum fel. record. Urbani VIII.

3. Decernit præteres Diffinitorium Generale, ut Agentes Romæ pro Provinciis Belgicis, in omnibus, & per omnia dependeant à Procuratoribus, vel Commissariis Curiæ hujus Familiæ Cismontanæ, ità ut nullatenus aliqua possint pertractare negotia, absque expresso assensu, & consilio illius Commissarii, aut Procuratoris Curiæ.

Pro Provinciis Indiarum.

1. CUstodes Indiarum, qui proximè ad Capitulum Generale Toletanum cum voce convenerunt, & qui in posterum ad Comitia Generalia venerint cum suffragio, gaudeant nomine tantùm Patrum Provinciæ, & titulo Paternitatis, cœterosque præcedant, qui fuerunt Diffinitores, dummodo prius in Provinciis propriis officium Guardianatus laudabiliter exercuerint, vel Lectorum, aut Prædicatorum Conventualium munere functi sint cum prærogativa, & laude Provinciæ.

2. Ut Congregatio Generalis ansam præbeat augendi pretiosissimum institutum Recollectorum, unanimi consensu decrevit, quod in Provinciis Indiarum Occidentalium, ubi ad minus non fuerint tres Conventus Recollectorum cum severa observantia illius Instituti, non eligatur Diffinitor Recollectus; in his autem Provinciis, ubi tres Conventus Recollecturum inveniuntur, inviolabiliter unus ex ipsis eligatur in Diffinitorem: si vero contingat, quod Minister, aut Custos electus sit ex Recollectis, Congregatio Generalis declaravit, èo satisfactum esse Apostolicis, & Generalibus Constitutionibus, quin alius Diffinitor Recollectus denuò eligatur.

3. Commissariis Generalibus Indiarum Occidentalium inhibetur, sub pœna privationis officiorum suorum, ne deinceps audeant ad se advocare causas, quæ in prima instantia jure pertinent ad Ministros Provinciales, & Diffinitores, nec procedere per se solos, nec per Conjudices ab ipsis deputatos in causis ab ipsis immediatè actis, vel fulminatis, nisi adhibito assensu, & consensu Diffinitoriorum Provinciarum respectivè.

Fr. Joannes à Neapoli Minister Generalis.

Fr. Josephus Maldonado Commissarius Generalis Familiæ, & Indiarum.

Fr. Fran-

Fr. Franciscus Suarez Commissarius Curiæ Romanæ.
Fr. Petrus Manero Diffinitor Generalis.
Fr. Ægidius à Bruxellis Diffinitor Generalis.
Fr. Franciscus Galoiensis Diffinitor Generalis.
Fr. Ignatius Ztgama Diffinitor Generalis.
Fr. Bernardus Jeurdain Diffinitor Generalis.
Fr. Gregorius de Zaudy Diffinitor Generalis.

Locus ✠ Sigilli.

Ita est Fr. Petrus Manero Secretarius Generalis.

POst celebratam Congregationem Generalem Victoriæ anno 1648. eodem anno die 26. Septembris, Reverendissimus Pater Joannes à Neapoli è vivis sublatus, ætatis suæ sexagesimo primo, & regiminis quarto, Matriti maximo cum honore tumulari apud suos promeruit. Dolor totius Religionis pro amissione tanti Viri æquiparavit æstimationem, quâ apud Principes pollebat; nam ea fulsultua, illius negotium, atque decorem magno zelo promovebat. Ad infulas Valentinas in Hispaniis Catholici Regis munificentia jam præsentatus, ad majora prævidebatur ascensurus; sed invidente Parca, mortalitatis debitum solvit.

Delatis itaque in Italiam per Ordinis Secretarium sigillis, atque scripturis, & Congregatis Romæ ad Aram Cœli Electoribus, electus fuit in Vicarium Generalem totius Ordinis Reverendissimus P. Fr. Daniel à Dongo Provinciæ Reformatæ Mediolanensis, Theologus insignis, & à Pontifice per subsequens Breve Apostolicum confirmatus fuit.

Breve Innocentii Decimi confirmans in Vicarium Generalem Fr. Danielem à Dongo.

INNOCENTIUS PAPA X.

Dilecte Fili salutem, & Apostolicam Benedictionem.

REligionis zelus, literarum scientia, aliaque laudabilia probitatis, & virtutum merita, quibus te insignitum accepimus, promeretur, ut tibi reddamur ad gratiam liberales. Cum itaque, sicut Nobis nuper exponi fecisti, tu unanimiter cunctorum suffragiis in Vicarium Generalem Fratrum Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum electus, & in locum demortui Joannis à Neapoli, dum vixit, dicti Ordinis Ministri Generalis suffectus fueris, cum omnibus, & singulis authoritate, potestatis plenitudine, præeminentiis, præcedentiis, & privilegiis, quibus ille, juxta Statutorum, seu Constitutionum dicti Ordinis Apostolica authoritate confirmatorum dispositionem, gaudebat, & prout in eodem Ordine nunquam non observatum fuit; præmissa verò, quo firmiùs subsistant, Apostolicæ confirmationis nostræ præsidio communiri summopere desideres: Idcircò Nos electionem tuam hujusmodi, eidem Ordini maximè profuturam in Domino sperantes, teque ob tuam fidem, prudentiam, integritatem, & Doctrinam specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, &c. supplicationibus tuo nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, te in Vicarium Generalem dicti Ordinis sic electum, & in locum dicti Joannis Ministri Generalis vita functi suffectum, ut petitur, usque ad electionem novi Ministri Generalis dicti Ordinis, in illius proximè celebrando Capitulo Generali faciendam, Apostolica authoritate, tenore præsentium confirmamus. Mandantes propterea in virtute Sanctæ obedientiæ, ac sub aliis arbitrii nostri pœnis, omnibus, & singulis dicti Ordinis Superioribus, Fratribus, & personis, cœterisque, ad quos spectat, ut te in Vicarium Generalem dicti Ordinis sic electum, & per Nos confirmatum recipiant, & admittant, habeantque, & recognoscant, ibique in omnibus ad dictum Vicarii Generalis hujusmodi officium pertinentibus faveant, & assistant, tuaque salubria monita, jussa, & mandata humiliter suscipiant, & efficaciter adimplere procurent. Non obstantibus Constitutionibus &c.

Datum Romæ die 17. Aprilis 1649. Pontificatus anno quinto.

CAPITULUM GENERALE
SEPTUAGESIMUM PRIMUM.

In Dei Nomine. Amen.

Hæc est Tabula celeberrimi Capituli Generalis Ordinis Fratrum Minorum Regularis Observantiæ Seraphici Patris N. Francisci, celebrati Romæ, in Conventu S. Mariæ de Aracœli, die 27. Maji Anno Domini 1651.

Præsidente Eminentissimo, & Reverendissimo D. D. Francisco Episcopo Sabinen. Card. Barberino S. R. E. Vicecancellario, Protectore nostro, à Sanctiss. D. N. Innocentio X. specialiter delegato. In quo super unum ducenta, & sexaginta suffragia ex toto Orbe terrarum ad electionem convenerunt. Sanctiss. D. N. Innocentio X. Summo Pontifice.

Minister Generalis.

IN primis, expleto sexennio, in quo Reverendissimus Pater Fr. Joannes à Neapoli Minister Generalis præteritus, quadriennium attingens officii sui (summo dolore Religionis) è vivis sublatus est, & Reverendissimus Pater Fr. Daniel a Dongo juxta Ordinis nostri statuta, in Vicarium Generalem totius Ordinis electus, suoque munere ultra biennium feliciter absoluto, præmissa dispensatione Sanctissimi D. N. Innocentii Papæ X. ex suo motu proprio, sciensis, & deliberatione, ut, non obstantibus ordinationibus Apostolicis, & Constitutionibus Ordinis, posset eligi in Ministrum Generalem, talique promulgata priùs dispensatione Apostolica.

Reverendissimus P. Fr. Petrus Manero, Provinciæ Aragoniæ Pater, Lector Jubilatus, Qualificator supremæ Inquisitionis Hispaniarum, olim Minister Provincialis, Diffinitor, & Secretarius Generalis Ordinis, & actu existens Vicecommissarius Generalis Ordinis, Ultramontanæ Familiæ, cunctarum nationum animis, & suffragiis ad ipsum confluentibus, incredibili omnium plausu, in Ministrum Generalem totius Ordinis Fratrum Minorum, canonicè electus est.

Ge-

Digitized by Google

Commissarius Generalis Familiæ.

Reverendissimus Pater Fr. Sebastianus à Cajeta, Provinciæ Terræ Laboris Pater emeritus, fere cunctorum suffragiis, & omnium plausu, in Commissarium Generalem Familiæ Cismontanæ, canonicè electus est in absentia.

Pater utriusque Familiæ.

Reverendissimus Pater Fr. Daniel à Dongo Provinciæ Mediolanensis Reformatorum, Vicarius Generalis præteritus.

Pater Ordinis, & discretus Ultramontanæ Familiæ.

Reverendissimus Pater Fr. Joseph Maldonado Excommissarius Generalis Ultramontanæ Familiæ, & actu Commissarius Generalis Indiarum.

Procurator Ordinis in Curia Romana.

Adm. R. P. Fr. Julianus Perez Lector Jubilatus, Qualificator Inquisitionis Hispaniæ, olim Minister Provinciæ Carthaginensis, & actualis Custos, & Secretarius Ordinis.

Commissarius in eadem Curia Romana.

Adm. R. P. Fr. Fulgentius Meliorutius, Lector Jubilatus, & Vicarius Provincialis Provinciæ Sancti Francisci.

Procurator Reformatorum in Romana Curia.

Adm. R. P. Fr. Innocentius à Cruce donec officii sui tempus expleat.

Diffinitores Generales Ultramontanæ Familiæ.

Adm. R. P. Fr. Gregorius Santillan, Lector Jubilatus, supremæ Inquisitionis Hispaniæ Qualificator, Concionator Regis Catholici, & Minister Provinciæ Bethicæ.

Adm. R. P. F. Alphonsus Mendoza, Lector Jubilatus, supremæ Inquisitionis Qualificator, & Minister Provinciæ Granatæ.

Adm. R. P. F. Matthæus Ricault, Prædicator Regis Christianissimi, & Minister Provinciæ Sancti Ludovici.

Adm. R. P. F. Severinus Vannier, Minister Provinciæ Sanctæ Mariæ Magdalenæ Recollectorum in Gallia.

Adm. R. P. F. Bernardinus Vetuvys, Lector Theologiæ, & Minister Provinciæ Coloniæ.

Adm. R. P. Fr. Antonius Oudenhonem, Sacræ Theologiæ Lector Jubilatus, ac Minister Provinciæ Germaniæ Inferioris.

Diffinitores Generales Cismontanæ Familiæ.

Adm. R. P. F. Honoratus de Luca, Provinciæ Romanæ Minister.

Adm. R. P. Fr. Evangelista de Gabbiano, Prominister, & Pater Provinciæ Brixiæ.

Adm. Rev. P. Fr. Cosmas de Panormo, Lector Jubilatus, Pater, & Custos Provinciæ Vallis Mazzariæ.

Adm. R. P. F. Eusebius Velez, Minister Provinciæ Mediolanensis Reformatæ.

Adm. R. P. Fr. Angelus de Giupana, Minister Provinciæ Ragusiæ.

Adm. R. P. Fr. Franciscus Mendoza, Minister Calabriæ Reformatorum.

Guardianus, & Commissarius Terræ Sanctæ Hierosolymorum.

Adm. Rev. P. Fr. Ambrosius à Polla, Provinciæ Principatus Pater.

Vicarius R. P. Fr. Petrus Maboul, olim Lector Linguæ Arabicæ in Urbe, continuatur.

Guardianus Constantinopolitanus.

Linquitur arbitrio Reverendissimi Ministri Generalis.

Confirmatio electionis Reverendissimi Patris Fratris Petri Manero in Ministrum Generalem totius Ordinis Minorum Sancti Francisci Regularis Observantiæ.

INNOCENTIUS PAPA X.

Dilecte fili salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Cum, sicut nobis nuper exponi fecisti, tu in Capitulo Generali Fratrum Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum, in Alma Urbe nostra novissimè celebrato, in Ministrum Generalem ejusdem Ordinis canonicè electus fueris, & electionem hujusmodi, pro majori illius validitate, & subsistentia, Apostolicæ confirmationis robore communiri plurimùm desideres. Nos, sperantes electionem hujusmodi de persona tua, ut præfertur, factam, ob tuum Religionis zelum, fidem, prudentiam, integritatem, & doctrinam, eidem Ordini plurimum profuturam; teque specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, à jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existis, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus, tuo nomine Nobis super hoc humiliter porrectis, inclinati; Electionem de persona tua in Ministrum Generalem dicti Ordinis factam, Apostolica auctoritate, tenore præsentium, approbamus & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, omnesque, & singulos, tam juris, quàm facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac, quatenus opus sit, dicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel alia quavis causa, roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis, in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores, præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice duntaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub

sub Annulo Piscatoris, die 15. Junii 1651. Pontificatus Nostri Anno Septimo.

Joannes Jacobus Card. Panciroluı.

F. PETRUS MANERO MINISTER GENERALIS, & servus Totius Ordinis Fratrum Minorum Seraphici F. N. Francisci.

Dilectis nobis in Christo Patribus, ac Fratribus tam Prælatis, quàm Subditis nostræ Seraphicæ Religionis, Salutem in Domino sempiternam.

ALtissimus ille Spiritus, qui in eligendis Superioribus Regularium, perenni luce solet irradiare dictamina, hisce diebus in electione nostra in Generalem Ministrum totius Ordinis Fratrum Minorum, novo illapsu, miro arcano, etiam eligentium pulsavit, & conflagravit affectum, ut eligendus Minister, non solum à judicio mentis probaretur enixus, sed ab affectu voluntatis prodiret Seraphica proles, subditorum mentes incendii exemplo inflammatura. Unde, ut memorabilis fervor influxu charitatis vestræ, quo nos elegit in Seraphici Patris successorem, etiam in indiguo hærede non deficiat, debetis juvare precibus, quem suffragiis eximii amoris expetistis; ut consentiens fiduciæ vestræ, combustis transgressionum spinis solum observantia præcepti ardeat in Seraphico rubo, ac ferventia pectora succendat vivida flamma. Assumpti igitur in Ministrum Generalem Seraphicæ Religionis, studio unanimitatis vestræ, confidenter alloquimur charissimos filios nostros; non tam animo concelebrandi favorem arbitrii, quàm gratificandi judicii confidentiam, quo tenuitatem nostram judicavit idoneam ad discernendum inter innumerabilem multitudinem subditorum, quorum mores debemus instituere, merita ponderare, scrutari indoles, cogitationes discutere, explorare conatus, frænare motus, gressus dirigere, & voluntates incendere devotionis igne, à flagrantissimo desiderio vestro mutuato. In officio igitur Ministri Generalis tria munera conjunxit Seraphicus Pater, quando capite 8. Regulæ superiorem Generalem appellat Ministrum, Servum, & Custodem. Ut Minister, ministrare debemus necessitatibus spiritualibus, & temporalibus singulorum. Igitur quicumque Frater se sentiat aliqua tentatione pulsatum, aut corporali necessitate senectutis, vel ægritudinis oppressum, confugiat ad officium nostri ministerii certa fiducia: nam in Ipso adstabimus fugitivis asylum, tribulatis solamen, & cunctis egentibus promptissima pietatis officina. Ut servus, curabimus adimplere servorum munera. Officia autem servorum sunt, voluntatem exequi Dominorum, ipsorum honorem zelari, & eorumdem bona fideliter custodire. Igitur quicumque Fratrum voluerit uti officiis nostrorum obsequiorum, primo religiosè procuret bonas habere voluntates, scilicet sequestratus à negotiis sæculi, inter cæteros florere virtutibus, & excellere meritis pietatis; nam his voluntatibus inserviemus immensa mensura obsequii. Honorem etiam Fratrum, tanquam Dominorum Patrimonium, ardentissimo zelo protegemus: nam opinio deflorata extremum est Fratrum præcipitium, & impolluta fama est vitæ Monasticæ pretiosissima gemma, & arrha professionis. Deinde eorumdem Fratrum patrimonialia bona servabimus fideli deposito: sed enim Fratrum Minorum bona patrimonialia sint, nulla habere; tunc altissimos arbitrabimur effecisse Fratres nostros, quando in nuda paupertate, & in stricta carentia rerum continuerimus Dominos nostros, omnimoda expoliatione terrestrium. Ut Custos exquisitas vigilantiæ formas speculabimur, ut gregem nobis commissum à luporum insidiis custodiamus illibatum. Invadunt Religionem ferocissimorum malignantium externæ calumniæ, quibus abuti solet inimicus, in perniciem candoris Religionis, quæ ægrè retundi possunt industria, & vigilantia Custodis, sine devota tollerantia Monachorum, quorum virtutum exercitia his oppressionibus comprobantur: nam in grano sinapis virtus habetur occulta, si in integritate perseveret, & tunc flagrantiùs odorat, quando teritur, & vehementiùs vivificatur, quando mutescit lacessita. Alii ferociores sunt domestici hostes, qui occulta vi perniciosiùs vexant cœlestem disciplinam in claustris; nam opulentia tentat infringere paupertatem, discordia pacem trudere, singularitas communitatem scindere, otiositas hebetare studia, arrogantia confundere humilitatem, ira irritare patientiam, & superbia opprimere charitatem, crimina decolorando prætextibus. Contra hos igitur domesticos insultus præsertim procurabimus custodire Seraphica castra robore cœlestis præsidii, fovendo pauperes, amplectendo humiles, protegendo zelosos, studiosos juvando, & præferendo pacificos, ut exulet à claustris pauperum, à societate Minorum rixarum auctor, incentor ambitionis, hostis pacis. Locum non demus inimico (amantissimi Fratres) qui in tritici segete seminare zizania, & in ipsa messis maturitate vult perdere fructum vestri Monachatus flammis discordiæ. Procul rixæ, procul contentiones abigantur, quia non est murum secura custodia, ubi perpetua sunt jurgia.

Vos nunc alloquimur Superiores, præcipuè Provinciales Ministros, qui vices nostras habetis in custodia Seraphici castri; defendite priùs hostis ingressus; attendite rimas murorum; custodite abusuum ostium: nam semel porta claustri superata, omnia devastat sævus inimicus, conculcat Regulam, invertit Statuta, prostat cœremonias, opprimit disciplinam, & observantiam dilacerat irreparabili strage. Ne igitur diabolico stratagemate arx Minorum devastetur: tria Ostia debent Ministri Provinciales continua vigilantia custodire. Primum Ostium illud est, per quod è sæculo in Religionem intratur, examinando spiritus vocationum, dotes naturæ, ingenii indolem, & qualitates viventium. Nam si Religionem intrant segnes, viles, ignoti, indevoti, & non vocati cœlesti auxilio, semper manent pessimi tirones, in confusionem Militiæ Seraphicæ, & nunquam sunt fervidi, & Milites veterani. Nec vos fallat vanum desiderium multitudinis, quando Seraphicus Pater dixit: *Utinam in mea Religione essent tam rari Fratres, ut qui videret unum tanquam de novo spectaculo miraretur*. Igitur ambiamus numerum virtutum, & abigamus numerum muscarum, quæ Religionem nnn mellificant, sed conspurcant. Aliud Ostium à Ministris Provincialibus custodiendum est, scilicet perfecta Observantia Regulæ, & Statutorum, etiam in minutissimis; nam, si parvula rima ad inobservantiam patescit, tots Fabrica Religionis miserè cadet prostrata, inevitabili ruina. Debent etiam Provinciales tertium Ostium custodire, scilicet aditum conversationis sæcularis, & commercium rerum sæculi; nam nullus Religiosus potest esse in oratione integer, in Missa devotus, in Choro fervens, in Mensa parcus, in Claustro modestus, & in disciplina compositus, spiritu rerum mundanarum agitatus; nam Frater desideriis

Digitized by Google

riis sæculi irrequietus, est sæcularis spiritu, & habitu tenus phantasticus Religiosus.

Aliud in exordio officii nostri cupimus cordibus Fratrum inserere, & penetrare propositum, nè fluctuantes divinationibus subditi, priùs errent, quàm attingant genium superioris Ministri in distribuendis officiis, & impartiendis dignitatibus. Normam igitur nostræ distributionis faciet vitæ meritum. Unde qui Chorum frequentent, orationi studeant, communitates sequantur, humilitatem exerceant, paupertatem diligant, studiis vacent, & exemplis polleant virtutum; certissime obtinebunt prærogativam nostri præsidii in recessu. Sistant Fratres, quiescant in abscondito claustri, fugiant contagium favoris, & patrocinii sæcularis, toties censura Apostolica prohibiti; nam quodcumque meritum, sub extraneo favore commendatum, infallibiliter confundetur turpi, ac verecunda repulsa. Sciat igitur unusquisque Fratrum, quod evidentissimum suæ repulsæ inditium erit, externum pro sua promotione rogasse. Nec se fallant ultro vano prætextu, dicentes, se non compulsasse favores, quasi, ipsis invitis, aliena præsidia intervenisse Magnatum; quia se totis viribus non applicasse ad impediendos favores externos, erit in culpa ad repudium: officiosior enim negotiatio Fratrum debet versari in continendis postulationibus, intercessionibus, & favoribus extraneorum, in quibus latet, præter censuras Apostolicas, certissima suorum ascensuum ruina: nam non impedisse, pro fovisse interpretabimur. Denique, ut hæc pietas (charissimi) quam erga humilitatem nostram unanimiter exhibuistis, studii sui fructum consequatur; clementiam Domini Nostri Jesu Christi supplices obsecrate, ut in diebus nostri ministerii confundat scandalosos, muniat exemplares, multiplicet devotionem, augeat pacem, meque servulum suum, quem, ad ostendendum divitias potentiæ suæ, voluit tam illustri Religioni præsidere, sufficientem operi, & utilem vestro servitio, & defensioni dignetur efficere. Interim pro incolumitate Summi Pontificis, pro exaltatione Fidei, pro pace Principum Christianorum, pro victoria contra Infideles; & pro incremento nostræ Seraphicæ Religionis, fundite Deo preces, & jussa in Statutis suffragia. Et nos, in nomine Seraphici Patris nostri Francisci, damus vobis sanctam benedictionem cœlestem: præcipientes, quod prima die Dominica, post receptionem istarum litterarum, in singulis Conventibus, tam Fratrum, quàm Monialium, omnes Sacerdotes celebrent: Clerici, Laici, & Moniales communicent pro ista intentione, præmissa prius præmeditata confessione sacramentali peccatorum, ad quorum amplissimam absolutionem Sanctissimus D. Noster Summus Pontifex Innocentius Papa X. pro sua benignitate Apostolicam suam pro una vice auctoritatem indulsit. In Nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti Amen. Datis Romæ in nostro Conventu de Aracœli die 29. Junii 1651.

Fr. Petrus Manero Minister Generalis.

Loco ✠ Sigilli.

De mandato Reverendissimi P.

Fr. Franciscus Serra Secretarius Ordinis.

Chronol. Seraph.

STATUTA GENERALIA

Edita in Capitulo Generalissimo celebrato Romæ in Conventu S. Mariæ de Aracœli die 27. Maii 1651. Præsidente Eminentiss. & Reverendiss. D. D. Francisco Episcopo Sabinen. Card. Barberino S. R. E. Vicecancellario, Protectore nostro, à SS. D. N. Innocentio X. specialiter delegato, sub Reverendissimo P. F. Petro Manero Ministro Generali totius Ordinis Fratrum Minorum in eodem Capitulo Generali noviter electo.

Fr. Petrus Manero Minister Generalis, & servus totius Ordinis Minorum S. P. Francisci.

Dilectis nobis in Christo Patribus, & Fratribus, Superioribus, ac subditis ejusdem Ordinis salutem in Domino:

LEges multiplicare, omnibus semper invisum, & Nobis nimis odiosum; nam novis veteres opprimuntur. Unde his Constitutionibus, non tam leges imponimus, quàm lites exterminamus declarationibus expressissimis: eliminatis enim æquivocationibus, erit Observantia felicior. Quæ noviter sunt additæ Constitutiones, fulcimenta sunt dumtaxat ad substentaculum pristinarum. Studia observantiæ vestræ requirimus, ambimus, & deprecamur: ut incremento virtutum vestrorum felicissima probentur vota nostra. Valete.

Romæ in nostro Conventu de Aracœli, die 14. Augusti 1651.

Fr. Petrus Manero Minister Gen.

Constitutiones Generales Ordinis pro utraque Familia.

C A P U T I.

De interno, & externo Ornatu Religionis.

§. I.

De iis, quæ Capitulum Generale Superioribus Generalibus commisit.

1 IN primis integrum Capitulum Generale protestatum est se velle observare Regulam Sancti Francisci ad litteram, sine ulla dispensatione, juxta declarationes Apostolicas, quæ puritatem nostræ Regulæ declararunt.

2. Ut hoc facilius exequatur, decretum est omnium Vocalium utriusque Familiæ consensu, nemine discrepante (utroque Diffinitorio, atque Discretorio Generali per authenticum compromissum consentiente) quod Reverendissimi Patres Minister Generalis, Commissarius Generalis Familiæ actualis, & Vicarius Generalis præteritus declarent aliquas dubias Constitutiones circa electiones, renunciationes, subrogationes, jubilationes, præcedentias, vacantias officiorum, & alia, quæ conducere possint ad majorem observantiam Regulæ.

3. Proinde Capitulum Generale disponit, quòd pro Familia Ultramontana incorporentur in laudatissimis Statutis Barchinonensibus revisis Segoviæ, Bullæ, & Apostolica Decreta, necnon Constitutio-

nea Generales, quæ deinceps instituta sunt, abolendo revocata, & collocanda Constitutiones dispersas in uno Codice clara methodo.

4. Pro Familia Cismontana decernit, quòd colligantur omnia diversa Statuta ipsius Familiæ (seclusis revocatis per nova Decreta Apostolica) ex quibus fiat liber unus Statutorum, per quæ permanenter, & inviolabiliter prædicta Familia deinceps gubernetur.

§. II.

De Restitutione Observantiæ Regulæ nostræ.

1 Summa restituendi veterem splendorem Religionis hæc est, observantia pristinarum Constitutionum, Unde Capitulum Generale hoc sancit maximum, & supremum Statutum, scilicet, quòd vetera inviolabiliter observentur.

2. Ad infallibilem verò observantiam Constitutionum, hoc meditatur remedium, scilicet, quòd prius Superiores servent exemplo, quæ aliis verbo proponunt observanda.

3. Unde si universitas Fratrum videat Ministros, & Commissarios Generales, Provinciales, Custodes, Diffinitores, Guardianos, Lectores, Vicarios, & alios Officiales, suis officiis fideliter inservire, juxta tenorem Regulæ, & Constitutionum; sine dubio cœteri Fratres, aut servabunt strictè constituta, aut facilius ferent pœnam transgressionum.

4. Inter omnia, præcipuum remedium est vigilantia Commissariorum Visitatorum. Eaque propter Capitulum Generale rogat Reverendissimos Superiores Generales, ut pro sua prudentia provideant de Commissariis Visitatoribus, qui verbo, exemplo, & zelo Dei exequantur pœnas in Statutis præfixas contra transgressores respectivè.

5. Deinde nullus instituatur Minister Provincialis, nec Guardianus Conventus, qui non sequatur vitam communem, qui Chorum non frequentet, Orationi non assistat, Refectorium die, noctuque Communitatis non sequatur, ac probatissimus non inveniatur observator, & zelator Regulæ nostræ, & Constitutionum.

§. III.

De sacro Ordine Prædicatorum.

1 In primis hortamur in Domino omnes Fratres nostri Ordinis, quòd exhibeant diligenter omnia exercitia charitatis, humilitatis, & modestiæ, erga omnes personas Ecclesiasticas, scilicet Cleri, & omnium Regularium, ita ut in nostra conversatione Minorum nil aliud experiantur, quàm humilitatis indicia, officia servitutis, & reverentiam in obsequiis.

2. Cum præclarissima verò Religione Prædicatorum hoc debet habere nostra Religio commercium, quod illius sacræ Religionis progressus, & incrementa, verbo, & opere solicitemus ingenuè, quasi utrique Religioni communia, & jura innatæ fraternitatis expostulant.

3. Obsequia igitur nostræ servitutis erga sacrum Ordinem Prædicatorum non sunt collocanda in rebus, quibus abuti potest etiam injuriosus affectus; sed in illis, quæ possint sinceritatem ostendere, charitatem radicare, societatem exercere, corroborare pacem, mentes unire, placere Domino, ac ædificare sæculum.

4. Occasionem igitur discordiæ scindere cupientes, præcipimus omnibus Fratribus nostri Ordinis, sub pœna privationis officiorum, & aliis infligendis arbitrio Superiorum, ne deinceps in controversiis scholasticis, verbo, aut scripto taxent minus reverenter, notis, censuris, & exaggerationibus opiniones Angelicæ scholæ cujuscumque sint qualitatis; nam multoties inimicus ludit scholarum ludis, in præjudicium fraternæ societatis: negotia enim scholastica non sunt tractanda exasperatione puerili, sed candore mentis, modestia verborum, & pondere rationum.

5. Nostri insuper Conventus debent esse hospitia omnium Patrum Ordinis Prædicatorum, ubi tractari debent summa charitate, humanitate, & obsequio. Unde Prælati locales rogare debent transeuntes, ut ad nostros Conventus se recipiant, ne nimia modestia transeuntium divertat, aut retardet accessum.

6. Si aliquis Frater nostri Ordinis (quòd Deus avertat) tentaret scribere, aut loqui contra sacrum Ordinem Prædicatorum in particulari, vel in communi; in easdem pœnas censeatur incursus, quæ sanciuntur in nostris Constitutionibus contra turbatores pacis, & infamatores nostri Ordinis.

§. IV.

De Commissariis Generalibus delegatis pro Nationibus.

1 Circa Commissarios Generales Superioris, & Inferioris Germaniæ institutos à Ministris Generalibus, declaratur nullam aliam habere auctoritatem, quàm illam, quæ conceditur per delegationem.

2. Unde prædicti Commissarii ex vi officii non habent auctoritatem recipiendi Novitios, licentiandi Fratres ad partes extra territorium suæ Commissionis, neque advocandi ad se causas in prima instantia, nec usurpandi sibi titulum Reverendissimorum.

3. Deinde sancitum fuit, officium istorum Commissariorum non extendi ultra triennium, & quod eligendus in ipsum debet esse filius earumdem Provinciarum, quæ sunt sub obedientia talis Commissionis.

§. V.

De instituendis Archivis Generalibus pro utraque Familia.

1 Deinde, quoniam ex diminuta, aut truncata relatione, quam Ministri Provinciales adducunt ad Capitulum Generale, vix potest haberi ratio de statu Provinciarum, nedùm de statu integro Religionis; ideo Capitulum Generale mandat omnibus Provincialibus utriusque Familiæ, sub pœna privationis suorum officiorum, exequenda in ipso Capitulo Generali (etiam si Ministri Provinciales absint à Capitulo) quòd deinceps instituant dispositiones adducendas ad Capitulum Generale, sub norma infrascripta.

PROVINCIA....

1. Habet Conventus....
Habet Fratres....
Habet Conventus Monialium....
Habet Sorores....

Habet

Habet viventes Fratres ....
Habet viventes Sorores ....
Habet Prædicatores ....
Habet Lectores Jubilatos ....
Habet Patres Provinciæ ....

3. A Capitulo Generali usque modò mortui sunt Fratres ....

A Capitulo Generali usque modò mortuæ sunt Moniales ....

4. Adducantur conciso stilo Vitæ Fratrum, vel Sororum, qui mortui fuerint cum aliquo odore, & opione sanctitatis: Conventus Fratrum, & Monialium recenter fundati: Nomina, qualitates, & beneficia Fundatorum: Nomina insigniorum Benefactorum, ut Religio suis precibus habeat commendatos.

5. Informationes Fratrum morientium cum opinione sanctitatis, debent incipere hoc modo. In Provincia .... tali die, tali anno, in tali Conventu, mortuus est talis Frater, vel Monialis, cujus vita, post informationes factas ab Ordinario, adducitur fideliter scripta in hoc libello isto modo .....

6. Debent referri conversiones Infidelium, propagationes Fidei Catholicæ, miracula ibidem facta, & quodcumque mirabile opus, quod cedat in laudem Dei, & exaltationem Fidei, & honorem Religionis.

7. Hæc omnia consuta filo complicato, in libello aptè disposito, ne folia, dispergantur, Latina lingua, littera clara, & charactere Latino, sigillata Sigillo Provinciæ, & subscripta à toto Diffinitorio, debet Minister Provincialis adducere ad Capitulum Generale, ut isti libelli sub propriis titulis Provinciarum legantur in Capitulo, & serventur in Archivo Generali Religionis.

8. Ut hæ scripturæ, & aliæ pertinentes ad beneficium publicum Religionis, serventur, instituantur duo Archiva Generalia, unum Romæ in nostro Conventu de Aracœli, aliud Matriti in nostro Conventu S. Francisci, in Camera ad hunc finem destinata, spatiosa, & bene disposita, ad instar illorum, quæ sunt in Ecclesiis Cathedralibus, prout Minister Generalis meliùs arbitrabitur expedire.

9. Pro singulis Archivis præficiatur à Ministro Generali unus Archivarius, qui sit Pater gravis, doctus, expertus, & fidus Religioni, qui fideliter servet scripturas, & collocet eas proportionata distributione, ut cum registro faciliùs inveniantur.

10. Prædictis Archivariis à Ministro Generali sic institutis, plenissimam, & universalem concedimus facultatem scribendi ad omnes Provincias, præcipuè ad illas propriæ Familiæ respectivè, ut sibi transmittantur legalizata omnia instrumenta, pristina, & moderna, pertinentia ad singulas Provincias, & Conventus, ut in Archivo Generali depositentur.

11. Ministris verò Provincialibus præcipimus, ut facta omni diligentia per Fratres idoneos procurent, quod in uno codice omnia pertinentia ad Provinciam, & Conventus scribantur, summa fide, & relicta copia in Archivo, Provinciæ aliam mittat ad Archivarium subscriptam manu Diffinitorum, & sigillatam.

12. Et ut executioni mandetur sine ulla dilatione, erectio istorum Archivorum Generalium, & collectio omnium scripturarum Ordinis, per eamdem obedientiam præcipimus omnibus Ministris Provincialibus totius Ordinis, quod, sub pœna privationis suorum officiorum, intra spatium unius anni computandi à receptione præsentis Constitutionis (Indiarum Provincialibus duos annos assignamus) mittant debita securitate integras, & plenas relationes suarum Provinciarum Superioribus Generalibus respectivè; nam olim factæ, vel penitus sunt diminutæ, vel sine methodo dispositæ, vel per manus privatas transeuntes, miserè sunt deperditæ.

13. Hæc autem Generalis collectio scripturarum facienda in Provinciis industria Ministrorum Provincialium per peritos Fratres ab Ipsis deputandos infrascriptis methodo, & stilo debet fieri.

14. Primo à fundatione Provinciæ debet narrari quid actum sit in illa, exprimendo quomodo, à quo, quibus patrociniis, & privilegiis fuit fundata.

15. Deinde debent suo ordine referri fundationes omnium Conventuum Fratrum, recensitis Fundatoribus, Patronis, & Benefactoribus Communitatum. Idem agendum est de omnibus Monasteriis Monialium.

16. Præterea debent scribi omnia privilegia Apostolica, Regalia, & Municipalia, quæ habeat unusquisque Conventus, tam Fratrum, quàm Sororum; hac tamen lege servata, quod si Indultum Apostolicum, vel Regale fuerit cunctæ Religioni commune, & circumfertur jam in monumentis antiquis Ordinis, sufficiet, quod citatione notetur; si verò est aliquod Originale singulare, gratias particulares Indulgens, ad litteram apponatur.

17. Similiter scribantur Reliquiæ insignes, celebres Imagines devotionis, Bibliothecæ nobiles, maximè manuscripta veterum Virorum nostræ Religionis, qui opinione litteraria celebrantur, & cætera notabilia Conventuum, quæ afferre possint ædificationem.

18. Provinciæ Indiarum Orientalium, & Occidentalium, nec non illæ, quæ degunt inter infideles Turcas, aut Hæreticos, scribant missiones, conversiones, erectiones Doctrinarum, sive Collegiorum, & adinventiones novarum Gentium, propagationes Fidei, labores, pœnas, & mortes Ministrorum, ac mirabilia, quæ patravit Dominus ope Fratrum in confirmationem nostræ Fidei.

19. Præterea in singulis Provinciis adnotandæ sunt Vitæ illorum Fratrum, aut Sororum, qui ab exordio Provinciæ mortui sunt insigni opinione sanctitatis.

20. Demum recenseri debent viri insignes litteratura, & qui pro fide Christi, aut defensione Romanæ Sedis mortem subierunt.

21. Cæterum in his scribendis servanda est norma, quam Apostolica Sedes præfixit ingenua fidelitate, religiosa modestia, & veritate nuda, penitus abigendo omnia apocrypha, incerta, & dubia tanquam alienissima à candore nostræ sinceritatis.

22. Hæc debent fieri non raptim, sed ex professo, non procrastinando, sed statim quamprimùm fieri possit, sine ulla dilatione, non vulgari sermone, sed Latino, non charactere Germanico, aut Illyrico, sed communi Latinorum, non digressionibus fastidiosissimis, sed presso, & conciso stilo, ita ut nullum verbum in scripturis redundet: non conglomeratis, illegibilibus, & confusis characteribus; sed claris, formatis, & distinctis: margines relinquentes amplas, & limpidissimas, quæ plicata in uno, vel pluribus libris filo consuta, & membranis curiosè cooperta, remittantur ad Superiores Generales, vel ad Archivarios Familiæ.

23. Ipsi verò Archivarii nulli cujuscunque conditionis permittant videre, aut extrahere scripturas ab Archivo, nisi de licentia in scriptis Superiorum Generalium, sub pœna privationis actuum legitimorum per triennium.

24. Singulis triennis dabunt rationem Archivarii Superioribus Generalibus de incremento scripturarum, de statu Archivi, & de iis, quæ facienda sunt, ut scripturæ integrè recolligantur.

25. In fine officiorum Superiores Generales petent rationem à prædictis Archivariis, de numero scripturarum, de industria posita in acquirendis scripturis, & de Registris.

26. Habita experientia de utilitate hujus officii, Capitulum Generale futurum honores deputabit officialibus, interim Archivarius habebit in socium scribam, quo poterit uti pro scribendis Epistolis, Registris, & aliis, & ambo quoad, regularem disciplinam, Ministro Provinciali, & Guardiano Conventus subjiciantur; qui nec eos smovere poterunt à suis officiis, nec ipsos occupare in aliis, quæ hoc officii munus divertant.

§. VI.

De ordine servando inter Patres Religionis.

1. Quoniam in Constitutione Romana 1639. titulo *de Patr bus Ordinis* num. 1. dicitur: quòd perpetui Ordinis Patres, & Familiæ secundum à Superiori locum semper obtineant, ita ut ipsos tantum præcedat unus Superior, quicumque ille sit, scilicet Minister Generalis, si adsit, & hoc absente, Commissarius Generalis, & hoc absente, Minister Provincialis, & hoc absente Guardianus. Et postea in eisdem statutis, titulo de præcedentia, numer. 3. dicitur quod Patres perpetui Ordinis sedeant post Prælatos, scilicet post Ministrum, & Commissarium Generalem, post Commissarios, Visitatores, & Provinciales. Ideo Capitulum Generale declarat: hanc secundam partem Constitutionum esse intelligendam divisivè; scilicet quod si unus tantum istorum Prælatorum adsit, & absint alii, ille debet præcedere Patres perpetuos Ordinis: non verò copulativè, si omnes cohæreant simul, nam in quocumque congressu Capitulari, vel extracapitulari, unus Prælatus tantum, quicumque ille sit, debet præcedere Patres Ordinis, secundùm primam Constitutionem pro utraque Familia: idem servetur cum Patribus Familiæ absente Generali Ministro.

2. Præterea declaratur, quod præsente Generali Ministro, actualis Commissarius Generalis Familiæ, præcedit omnes Patres, qui fuerint Commissarii Generales cujuscumque Familiæ.

3. Inter Procuratorem, & Commissarium Romanæ Curiæ tam actualem, quàm habitualem, hic ordo servandus est, quòd cæteris paribus, semper, & utrobique Procurator actualis debet præcedere actualem Commissarium, & habitualis Procurator habitualem Commissarium, etiam in jure subrogandi, juxta Romanam Constitutionem.

4. Statutum Romanum quod disponit, ne eligantur in Provinciales, nisi illi, qui præbuerint specimen suæ aptitudinis ad gubernandum in gradibus inferiorum officiorum, declaratur, quod illi reputandi sunt experti, qui, vel per duos integros annos exercuerint laudabiliter Guardianatus officium, ut declaratum est Toleti; vel qui in aliis Superioribus muneribus, in obsequium Religionis exhibitis, dederint notoriam experientiam de scientia, & prudentia ad gubernandum in officiis æquivalentibus, juxta Superiorum Generalium judicium.

CAPUT. II.

De modo instituendi, & exercendi officia Ordinis.

§. I.

De Patribus Provinciæ:

1. Iterum Capitulum Generale proclamat, esse mentem expressam Domini nostri Summi Pontificis, nec non totius Religionis, non esse auctoritatem in Capitulo Generali, neque in Ministro, aut Commissario Generali, instituendi Patres Provinciæ, nisi juxta Statuta Generalia Religionis: & quòd quidquid in contrarium factum sit in Provinciis, & deinceps fiet, declarat, tamquam attentatum, & nullius valoris: & quod, si aliqui inveniantur aliter instituti, deponantur, & reducantur illico ad gradus pristinos, quos habebant in Provinciis.

2. Eaque propter Capitulum Generale declarat, facultatem stabiliendi Statuta, taxando labores, & virtutes, quæ in posterum remunerari poterunt, & titulis, & prærogativis Patrum Provinciæ juxta declarationem Constitutionis Romanæ, residere in Capitulo Generali duntaxat, servata forma Constitutionum Apostolicarum.

3. Undè nulla particularis Provincia per se in Diffinitorio, aut in Capitulo Provinciali congregata, neque una cum Ministro Generali, poterit condere Statuta, per quæ resultet aliquos institui Patres Provinciæ, alioquin Constitutiones Apostolicæ, fraude Religiosorum, omnino manerent illusæ.

4. Patres Provinciæ sunt, qui fuerunt Ministri Provinciales, qui biennio fuerunt Provinciales Vicarii, Procuratores, & Commissarii Romanæ Curiæ, Diffinitores Generales, Secretarii Generales Ordinis, qui per triennium servierunt Superioribus Generalibus canonicè electis, & Excommissarii Generales Novæ Hispaniæ, & Regni Peruani, finita cum laude residentia.

5. Hi omnes sunt Patres Provinciæ cum titulis, honoribus, & privilegiis Patrum, cum jure subrogandi, qui debent observare inter se ordinem, & præcedentiam, juxta disposita in Statutis Generalibus.

6. Patres Provinciæ, quoad titulum Paternitatis, & præcedentiam duntaxat, sine Jure subrogandi, sunt Confessores, & Prædicatores Regum, & Reginarum, (si actu exercent talia munera, non verò si nomine tenus) qui per vigintiquatuor annos jussu Provinciarum, laudabiliter legerint Theologiam Scholasticam: qui substituerunt pro Diffinitoribus Generalibus, juxta leges Constitutionis: Familia verò Cismontana gubernatur juxta suas Constitutiones.

§. II.

De Patribus antiquiori, & moderniori Provinciarum.

1. De Constitutionem Apostolicam duo Patres Provinciæ debent intrare Diffinitorium in Familia Ultramontana, scilicet dignior, seu primus Pater, & recentior, scilicet qui immediatè Provincialatum absolvit. Familia Cismontana, quæ non habet hoc indultum in negotio Patrum, & Diffinitorum, servet sua vetera Statuta.

2. Si

2. Si aliquis iſtorum, alio titulo permanenti, ſcilicet actualis Diffinitoris Generalis, aut ſimili Diffinitorium intret, loco illius alius debet aſſumi pro illo tempore, ſcilicet ille, qui ſublato antiquiori remanet dignior; vel, qui ſublato recentiori, Provincialis extiterat immediatiùs.

3. Si verò per mortem, vel aliam cauſam, hæc munera antiquioris, & modernioris Patrum vacare contingat, ſubrogatio eſt facienda, ſervata lege dignioris, & recentioris Patris.

4. Omnes qui jure Statutorum ſunt Patres Provinciæ, cum prærogativa ſubrogandi, debent etiam ſubrogare munera dignioris, & modernioris Patrum, ſervata reſpectivè præcedentia, & antiquitate, juxta Conſtitutiones.

5. Iſti duo Patres dignior, & recentior neceſſariò debent convocari ad omnes electiones, non minus ac cœteri Diffinitores, aliàs electiones nullæ erunt; tamen ſi infirmitate, vel alia cauſa, ſemel vocati, non venerint, non ſunt expectandi, ſed procedendum ad electionem, ſicut decretum eſt de aliis Diffinitoribus Provincialibus.

6. Loco illorum Patrum abſentium non ſunt alii ſubrogandi, etiam ſi abſentia larga, & diſtantiſſima ſit, intra, vel extra Provinciam; quia ſubrogatio non habet locum, niſi per vacantiam officii, ad inſtar Diffinitorum Provincialium.

7. Antiquior, vel recentior Pater, etiam extra Provinciam exiſtens, debet convocari, ſi reperiatur in diſtantia triginta leucarum computandarum ab ultimo Conventu territorii Provinciæ; ſi verò plus diſtet, non eſt convocandus, nec loco illius alius ſubſtituendus.

8. Si dignior, aut modernior Pater, propter vacantiam, vel abſentiam Miniſtri Provincialis in Diffinitorio præſideat, loco illius non eſt ſubrogandus alius Pater, quia munus illud exercet titulo dignioris, aut modernioris, & ideò non eſt vacantia Officii.

9. Præter hos Patres Provinciæ non poſſunt intrare Diffinitorium alii Patres ex vi Juris Patrum Provinciæ. Ab hac regula excipiuntur Provinciæ illæ, quæ habent leges municipales, Apoſtolica Conſtitutione firmatas; aut immemoriales conſuetudines, & tota familia Ciſmontana, ut dictum eſt.

§. III.

De Diffinitoribus Generalibus.

1. DIffinitores Generales actuales habent Jus ſuffragandi in omnibus electionibus, & functionibus diffinitorialibus propriæ Provinciæ, ac Capituli, & Congregationis Generalis.

2. Si contingat aliquem ex Diffinitoribus Generalibus vita, vel officio defungi, loco ipſius ſubrogetur alius ex eadem natione, ex iis, qui fuerunt Procuratores, vel Commiſſarii Romanæ Curiæ, vel Diffinitores Generales, ſervata ad invicem antiquitate, qui vocem habeat in Provinciis ſuis, & in comitiis Generalibus.

3. Si verò in vacantia Diffinitoris Generalis contingat, quod in Provincia propria ſit Exdiffinitor Generalis, & extra Provinciam ſit alius antiquior in jure ſubrogandi, iſte antiquior præferendus eſt, propter præcedentiam, dummodo ſit ejuſdem nationis.

4. Quoad ſubrogationes Diffinitorum Generalium, quæ debet fieri ob abſentiam actualium Diffinitorum in Capitulo Generali, juxta Conſtitutiones Romanas, declaramus, & præcipimus, quod illa ſubrogatio non eſt facienda ad arbitrium uniuſcujuſque, extra Generale Capitulum, in natione, vel Provincia Diffinitoris Generalis ire non valentis.

5. Hæc igitur ſubrogatio in ipſo Capitulo Generali debet fieri, ubi noſcitur vacare munus Diffinitoris ex Vocalibus præſentibus, qui jure Vocalium convenerunt; intra Provincias enim, vel intra nationes, ſubrogationes fiunt Diffinitorum, tam Generalium, quam Provincialium per veras vacantias officiorum dumtaxat, non tamen per abſentias.

6. Itaque quicumque Exdiffinitor Generalis tentaverit deinceps venire ad Capitulum Generale, prætextu ſubrogationis Diffinitoris Generalis actualis, non venientis, aut ſpe affectatæ ſubrogationis conſequendæ, excludatur à Capitulo tamquam illegitimus Vocalis, perdat Jus ſubrogationis per unum annum, & puniatur pœnis decretis contra illos, qui diſcedunt à Provincia ſine licentia Superiorum.

7. Deinde in ſubſtitutione Diffinitorum Generalium abſentium, hic ordo obſervandus eſt. Quod primò ſubſtituatur, qui fuerit Procurator, & Commiſſarius Romanæ Curię, Exdiffinitor Generalis nationis, ſi contingat caſu, & actu ibi adeſſe; ſi iſti abſint, ſubſtituatur Miniſter, aut Vicarius, aut Commiſſarius Provincialis Provinciæ, ex qua erat Diffinitor abſens; ſi vero iſti abſint, Cuſtos ejuſdem Provinciæ debet ſubſtitui per præſentem Conſtitutionem.

8. Subrogati iſti (qui aliàs non erant Patres Provinciæ) gaudent prærogativis Patrum, quoad Paternitatem, & præcedentiam dumtaxat (ſi habeant conditiones taxatas Victoriæ) non verò quoad Jus ſubrogationis, quod habent, qui fuerunt Provinciales, & alii Patres, neque ad alia: nam indecorum exiſtimamus ex uno actu ſubſtitutionis, qui exercetur quaſi momento, habere prærogativas Miniſtrorum Provincialium, & Procuratorum, & Secretariorum Ordinis, quæ tot laboribus acquiruntur.

§. IV.

De Cuſtodibus Provinciarum.

1. CApitulum Generale denuò intimat, quod Cuſtos non poteſt eligi in Cuſtodem, nec Diffinitor in Diffinitorem, niſi per ſexennium vacaverint. Hoc ſexennium computandum eſt à fine, ſeu ab expletione officii, juxta declarationes Sacræ Congregationis; aliter electio nulla erit, revocata quacumque Conſtitutione, & conſuetudine in contrarium.

2. Cuſtos non poteſt eligi in Diffinitorem, niſi triennio integro, hoc eſt de uno Capitulo in aliud, vacet: aliter electio erit nulla.

3. In munere ſubrogandi non eſt attendendum ad ſexennium vacantiæ: ſubrogari enim poterunt, qui non vacaverint per ſexennium.

4. Cum igitur Capitulum Generale conſpexerit, officium Cuſtodis tali arte partiri per renunciationes, & novas electiones, quod in uno triennio tres, vel quatuor privilegiati augeantur in Provinciis, voluit huic damno mederi, præcipiendo quòd amittantur privilegia Cuſtodum per voluntarias renunciationes officii, declarando Conſtitutiones Romanas modo infraſcripto.

5. Cuſtos electus extra Capitulum, ſi per duos integros annos functus ſit officio ſuo, gaudeat privilegio Cuſtodis, ſi poſtea non renunciet niſi in Capitulo.

Ca-

6. Custos, qui in Capitulo, aut Congregatione electus sit, gaudeat prærogativis Custodum, quamvis non compleat biennium, si postea non renunciet nisi in Capitulo.

7. Custos, qui in Capitulo, aut Congregatione generali suffragatus fuerit, gaudeat Jure Custodum, quamvis non expleat biennium, si non renunciet nisi in Capitulo.

8. Pater Provinciæ eligi poterit in Custodem, & privilegia Patris, & Custodis obtinebit, si non renunciet nisi in Capitulo.

9. Itaque Capitulum Generale sancit, declarat, & præcipit, quod per subsequentes renunciationes officii amittantur omnino omnia privilegia Custodum, & quod Patres Provinciæ, qui renunciaverint, indulta Patrum, & jura Custodum irremissibiliter deperdant per triennium, si Custodiatum extra Capitulum renuncient, postquam semel ipsum adsmiserunt.

10. Si tamen aliquo casu, tempore faciendi expeditionem ad Capitulum Generale, contingat, Custodem Provinciæ infirmari actualiter, vel habitualiter; tunc ne defraudetur Capitulum Generale præsentia Custodis, monendi sunt Prælati superiores super infirmitate Custodis ire non valentis.

11. Prælati autem Generales, comperta infirmitate, vel impossibilitate Custodis ad itinerandum, licentiam præstabunt renunciandi, & eligendi alium Custodem à Diffinitorio, juxta statuta Ordinis: si tamen compertiat, talem impeditum consultò fuisse electum in Custodem, ut alius eligeretur postea itinerandum; tunc declarat, electum primò jam debilem manere sine privilegio, & quod vadat denuo institutus, cum præeminentiis, si non renunciet.

§. V.

De Diffinitoribus Provinciarum.

1. Circa Diffinitores Provinciarum Capitulum Generale sanxit, debere venerari tanquam Conjudices Ministrorum Provincialium, & gaudere privilegiis in Statutis præscriptis.

2. Privilegia verò præscripta in Statutis pro Diffinitoribus, & Custodibus Provinciarum, hæc sunt, quod suffragentur in omnibus electionibus, judiciis, sententiis, & deliberationibus Provinciarum: quod præcedant omnes Fratres (etiam Lectores Jubilatos, non Diffinitores) præter Provinciæ Patres; & quod in vacantiis habeant Jus subrogationis: quæ omnia denuò Capitulum Generale confirmat.

3. Attamen per præsentem Constitutionem præcipimus, & ordinamus Diffinitores, & Custodes tàm actuales, quàm habituales non debere abuti titulis Patrum Provinciæ, atque Paternitatis, neque assumere socios destinatos, seu Tertiarios servientes; neque posse exire extra domum, sociam eligendo ad libitum, sine licentia præsentialiter petenda, & obtinenda singulis vicibus à Guardianis, neque debere abesse die, noctuque ab horis, in quibus celebratur officium Divinum in Choro, ab hora orationis mentalis, neque à Refectorio, maximè horis cœnarum, sub pœna privationis Juris substituendi, subrogandi, & præcedendi, nec non omnium privilegiorum, quæ titulo Diffinitorum possunt haberi per quinquennium.

4. Itaque Guardianus, qui in suo Conventu hos Diffinitores, & Custodes nominaverit, aut nominari permiserit titulo Paternitatis, qui non faciat eos sequi communitates Chori, orationis, & refectorii die, noctuque; qui permittat ipsos habere socios, aut servientes Tertiarios; & qui audeat licentiare ipsos, ne singulis vicibus petant licentiam ad exeundum extra domum, irremissibiliter maneat privatus officio Guardianatus per triennium, & actibus legitimis per biennium.

5. Igitur Minister Provincialis, qui in visitatione, quam facit, Provinciæ, non fecerit expressam Inquisitionem, indagando per singulos Fratres Communitatis: an præfati Diffinitores titulis prædictis abutantur, Chorum frequentent, orationi assistant, socios habeant, extra Refectorium cœnent, foras discedant sine licentia præsentialiter postulata; necnon, an Guardianus localis hæc non zelaverit, aut permiserit, & deprehensos delinquentes pœnis Constitutionis non punìverit (cum consilio Diffinitorii) ipse privatus maneat per biennium officio, & honore Provincialatus.

6. Si verò in Diffinitorio alii Diffinitores ægrè ferant suos consodales sententiare, nè videantur non servare societatem; tunc Minister Provincialis mittat informationes factas ad Superiores Generales, ut provideant.

7. Minister verò, aut Commissarius Generalis curabit tradere, tempore visitationis Provinciæ, Commissario Visitatori ipsas scripturas, nec non plenissimam instructionem, facultatem, ut assumptis tribus antiquioribus Patribus Provinciæ, unà cum Provinciali Ministro, & auditis partibus, nomine Capituli Generalis causam sententiet, pœnas Constitutionis exequatur contra transgressores, & alias arbitrarias imponat contra Diffinitores, qui recusasse noscantur Constitutionibus obedire.

8. Ipse verò Commissarius Visitator in decursu suæ visitationis denuo inquirat ex professo, an tales Diffinitores defecerint in prædictis: an Minister Provincialis, Guardiani, & Præsidentes neglexerint zelare super ista, & an Minister Provincialis exequutus fuerit pœnas contra transgressores; & quos deprehendat deliquisse assumptis in Conjudices omnibus Patribus Provinciæ, ipsos puniet, juxta merita causarum, pœnis præfatæ Constitutionis.

9. His tamen nolumus auferre subsidium infirmis, senibus, & debilibus, quibus (etsi non sint, vel fuerint Diffinitores) Minister Provincialis debet assignare socios, Infirmarios, & ministrare omnia necessaria ad levamen ægritudinis, & solatium senectutis.

10. Capitulum autem Generale solum prætendit firmare Statuta pristina, & abigere abusus, qui minutim pullulare noscuntur, contra leges Religionis, in perniciem Provinciarum, cum scandalo Fratrum, qui sequentes Communitates, quandoque videant dilaceratam monasticam disciplinam tanta multitudine privilegiatorum contra Statuta.

11. Diffinitor non potest eligi in Diffinitorem, ut dictum est, nisi sexennio, hoc est per duo Capitula Provincialia, vacaverit, neque in Custodem, nisi triennio integro vacet, aliter electio erit nulla.

§. VI.

De Lectoribus Scholasticis.

1. Lectores Artium in Familia Ultramontana duntaxat (Cismontana enim in ordinatione Lectorum servare debet sua propria statuta) non instituantur in posterum, nisi post solemnem oppositionem, & per secreta suffragia Diffinitorii, etiam si constet de sufficientia peritiæ.

2. Nullus instituatur Lector Theologiæ, nisi prius legerit Artes liberales, cum approbatione

Pro-

Provinciæ, & utilitate Discipulorum.

3. Singulis Congregationibus, & Capitulis fiat exactum examen per Ministros Provinciales, & Commissarios Visitatores, de moribus Lectorum, de exercitiis litteralibus, & sufficientia doctrinæ: & qui inveniantur non esse doctrina, seu ingenii claritate idoneos, aut moribus defecisse, puniantur, aut deponantur, aut applicentur aliis obsequiis Religionis.

4. Lectores instituere, & Lectores amovere, non pertinet ad Ministros Provinciales tantum, sed ad integrum Diffinitorium per suffragia decisiva, in Capitulo, vel Congregatione intermedia.

5. Unde, sicut instirui non debent sine maturo examine de probitate morum, & sufficientia Doctrinæ, ita nec facile amoveri debent sine gravi causa.

6. Lectores verò nullum jus habent, neque actionem ad continuandum officium legendi; & qui de suspensione Lectoratus conquerantur, possunt tanquam inobedientes puniri.

7. Nullus Lector exclusus à Lectoratu, propter insufficientiam doctrinæ, aut minorem claritatem ingenii, incurrit notam aliquam censuræ.

8. Lectores Theologiæ singulis diebus debent habere conferentias: singulis hebdomadibus Sabbatinas: singulis mensibus publicas Mensales; & singulis annis semel Conclusiones impressas; conferentiæ enim quotidianæ, & indefessa exercitia in negotio scholastico, sublimant optima ingenia, mediocria juvant.

9. Ne igitur Apostolicæ Constitutiones illegitimis interpretationibus illudantur, Capitulum Generale determinat, nullas substitutiones Lectoratus, nullas Lecturas Mysticæ, aut Moralis Theologiæ, & nulla exercitia Magistrorum scholasticorum, posse, aut debere computari inter annos requisitos ad jubilationem.

10. Minister Generalis non habet auctoritatem supplendi annorum numerum requisitum in lectura ad jubilationem, neque in his habet locum interpretatio inceptum pro completo.

11. Interpolatio nullo modo est dispensanda, nisi pro re gravi, & Religioni honorifica; quam Minister Generalis non exhibebit, nisi prius habeat informationem de causis, propter quas fuit amotus a lectura.

12. Nulla dabitur deinceps jubilatio sub conditione; neque absoluta jubilatio, nisi prius constiterit juridicè, Lectorem adimplesse conditiones.

13. Si propter gravem casum concedatur aliqua jubilatio conditionalis, antiquitas jubilationis non est computanda à die institutionis conditionalis, nisi à die, quo implentur anni requisiti ad absolutam jubilationem.

14. Inter Lectores non est computanda præcedentia à pura institutione officii, sed ab institutione simul cum annexo exercitio docendi.

15. Inter Lectores jubilatos præcedant, cæteris paribus, qui nullam habuerunt dispensationem in Lectoratus interpolatione. Inter dispensatos præcedent, qui prius finierint tempus præfixum ad jubilationem.

16. Familia Cismontana utatur suis Constitutionibus pro Lectoribus, etiam si Capitulum Generale cupiat, quod instituantur per oppositionem; cæterum Familia Ultramontana præfatis legibus subjaceat.

CAPUT III.

De modo celebrandi electiones in vacantiis officiorum.

§. I.

De Vicario Generali Ordinis.

1. SUperveniente (quacumque causa) vacantia officii Ministri Generalis, electio Vicarii Generalis illicò celebranda est juxta Constitutiones Apostolicas, & Generales.

2. Electio celebranda est in illa Familia, & per suffragia ejusdem, ex qua Minister Generalis fuit assumptus per compromissum factum in Capitulo Romano Anno 1639. revocata Constitutione Segoviensi.

3. Ultramontana igitur Familia tribus Nationibus constat, Hispanica scilicet, Gallica, & Belgica, cum Germanica. Unde electio Vicarii Generalis celebranda est in quacumque istarum Nationum, cum Vocalibus ejusdem Nationis, ex qua contingat esse assumptum Ministrum Generalem, qui vacavit respectivè.

4. Electores Vicarii Generalis debent convenire ad illum Conventum, ad quem Præses electionis ipsos convocaverit, dummodo sit in Natione Familiæ, ex qua erat Generalis Minister, qui vacavit. Cismontana verò Familia, quæ non distinguit in ea Nationes in negotio electionis celebrandæ, servare debet in hoc pristina Statuta propriæ Familiæ.

5. In Familia Ultramontana electores Vicarii Generales sunt omnes Patres Ordinis, scilicet, qui fuerunt Ministri, & Commissarii Generales Familiæ, nec non qui biennio integro extiterunt Vicarii & Vice-Commissarii Generales Familiæ, electi secundum Statuta Religionis; Commissarius Generalis Indiarum, qui actu exercet, & Diffinitores Generales actuales Nationis, in qua electio celebrari contingat, ac Diffinitores Generales Cismontanæ Familiæ, si contingat adesse. Similiter electores etiam sunt sex Ministri Provinciales, & Custodes sex Provinciarum, quæ viciniores sint Provinciæ illius Patris, cui competit habere sigilla.

6. In Familia Cismontana electores Vicarii, & Vice-Commissarii Generalis sunt, qui fuerunt Ministri, aut Commissarii Generales Familiæ, Vicarii, & Vice-Commissarii Generales, qui biennio gubernarunt, electi canonicè, juxta Constitutiones, omnes Diffinitores Generales actuales Familiæ, Procurator, & Commissarius Romanæ Curiæ, Procurator Generalis Reformatorum, ac denique Diffinitores Generales Ultramontanæ Familiæ, si contingat adesse, ubi electio celebratur: nam si absentes sint, nec sunt vocandi, nec spectandi ad electionem.

7. Hos igitur duntaxat Capitulum Generale declarat, & denuo constituit electores Vicarii, vel Vice-Commissarii Generalis pro Familia Cismontana, & non alios; non obstante quacumque consuetudine.

8. Si verò Pater, qui sigilla habet in Familia Ultramontana, non habeat Provinciam propriam in Natione, sed sit alterius Provinciæ filius, & in aliqua per habitualem domicilium, & permanentiam habitaverit per triennium, vel circa; respectu illius, ubi domicilium habet, computanda est vicinitas Provinciarum in prædicta Familia.

9. Si verò Pater dignior habeat Provinciam propriam

Digitized by Google

priam in Natione, & in ipsa incorporatus perseveret, vicinitas Provinciarum numeranda est à propria Provincia suæ filiationis, non ab aliena, in qua contingat habere diuturnum domicilium.

10. Si contingat Patrem Ordinis, vel Diffinitorem Generalem alterius Familiæ Cismontanæ adesse in Provincia, ubi fit electio, possunt in ipsa suffragari, quamvis convocari non debeant.

11. Si tamen aliqua ex sex Provinciis vicinioribus, propter bellum, vel pestem, vel aliam causam, convocari non possit; loco illius convocanda est illa, quæ post ipsam censetur vicinior. Si verò etiam illa æquali difficultate laboret, electio non est diutius differenda, sed celebrari debet cum Vocalibus aliarum Provinciarum, qui supersunt.

12. Similiter si aliquis Diffinitorum Generalium, vel alius Vocalis propter easdem causas belli, pestis &c. convocari non possit; alius, qui jure subrogationis succedat, loco illius convocari debet: si ille etiam simili difficultati subjaceat, non est convocandus alius, sed cum præsentibus electio est celebranda.

13. Si contingat etiam, officium Vicarii Generalis vacare propter easdem causas, quibus Generalis Minister, tunc procedendum est ad electionem alterius Vicarii Generalis; cum eisdem suffragiis, solemnitatibus, & ritu, quibus fuit electus primus (servatis tamen servandis) qui non dicetur Vicarius Vicarii, sed Vicarius Ministri Generalis.

14. Sed quia officium Ministri Generalis solet vacare, vel propter mortem, vel propter renunciationem, vel propter promotionem; ideo de singulis dicendum est, ne controversiæ exoriantur.

§. II.

De electione Vicarii Generalis propter mortem Generalis Ministri.

1. SI Ministri Generalis mors contingat in eadem Natione Familiæ, ex qua assumptus est, in hoc casu fiat, quod jam Statuta disponunt.

2. Si vero in eadem Familia Ultramontana, sed in diversa Natione ab illa, ex qua erat, Minister Generalis moriatur, tunc Patres Nationis, in qua mors contingat, faciant cum Natione illa, ex qua erat Generalis defunctus, omnia illa munera mittendi sigilla, & Registrum: quæ debent exercere ad invicem Familiæ, quando Minister Generalis decedit in Familia aliena, ut infra disponitur. Familia verò Cismontana servet pristina Statuta propria.

3. Si extra suam Familiam moriatur, tunc Commissarius, vel Vice-Commissarius Generalis illius Familiæ, in qua vacatio contingit, assumptis Sigillis, Scripturis, & registro mittant, cum uno, vel duobus Secretariis defuncti, ad digniorem Patrem alterius Familiæ, cui competit convocare, & præsidere.

4. Hic verò Pater, qui debet mittere sigilla, & Registra, statim moneat per Epistolas triplicatas, sigillatas, & authentico testimonio legalizatas, Patrem digniorem alterius Familiæ, cui competit convocare, & præsidere, de Morte Ministri Generalis, ut certò constet de vacantia, ut fiant preces in Ordine.

5. Quando verò dignior Pater Familiæ Generalis defuncti noscat per Epistolas authenticas mortem, & vacantiam, ac pervenerint jam sigilla, & registra, convocet electores, & electio fiat secundum Statuta Familiarum respectivè.

6. Si tamen constiterit de morte, & sigilla non advenerint, debet ulterius expectare per quatuor integros menses, ut accedant. Si verò, aliqua fraude, vel infortunio Maris, aut belli, isto tempore Secretarii cum sigillis non comparuerint, & authenticè constet de morte, tunc non debet ulteriùs expectare, sed procedere ad convocationem, & electionem, juxta Constitutiones Generales Familiarum, respectivè, cudendo prius sigillum Ordinis, ut debita solemnitate celebretur electio.

7. Si verò dignior Pater ubi, mors contingit, qui debebat mittere Secretarios, sigilla, & Epistolas monitorias de vacantia, aliqua omissione retardaverit exequi hæc officia; punietur graviter ad arbitrium Vicarii Generalis futuri.

8. Si verò fraude Secretariorum retardetur nuncium, & adventus sigillorum; per hanc Constitutionem maneant privati actibus legitimis per septennium.

§. III.

De electione Vicarii Generalis facienda propter renunciationem Ministri Generalis.

1. SI Minister Generalis voluerit extra Capitulum officio suo renunciare, vel propter infirmitates habituales, vel propter nimiam senectutem, vel propter exercitium humilitatis; non est cur prohibeamus tam arduæ humilitatis documentum in Seraphico Patre, & in aliis Ministris Generalibus toties exemplo commendatum.

2. Quapropter, si ob aliquam ex dictis causis Minister Generalis officio renunciare voluerit, cum Capitulum Generale ægrè congregari possit: ideò Capitulum Generale per uniforme compromissum, nemine discrepante, suam auctoritatem delegavit, ad hunc effectum, illis Patribus, qui jure sunt electores Vicarii Generalis respectivè, ut nomine suo examinent causas renunciationis: & si majori parte probentur esse legitimæ, poterunt illam admittere, & acceptare.

3. Itaque Minister Generalis, volens officio suo renunciare, convocet prius Patres illos, qui per Statuta sunt electores Vicarii Generalis, qui ponderabunt motiva renunciationis: & si majori parti illorum Vocalium apparuerint utilia, & proficua Religioni: tunc dignior Pater ex congressu coram aliis, & testibus admittet, & acceptabit renunciationem nomine Capituli Generalis; revocata quacumque lege, & consuetudine in contrarium.

4. Hæc renunciatio, admissio, & acceptatio debet fieri verbo, & scripto, coram testibus, & Secretario, & publicata renunciatione, & admissione, tunc officium vacat.

5. Publicata igitur vacantia officii, idem Exminister Generalis, qui renunciavit, debet convocare eosdem Patres ad electionem Vicarii Generalis, in qua ipse præsidebit cum suffragio, etiam si concurrat alius Pater Ordinis antiquior.

6. Si verò Exminister Generalis hæc munera convocandi, & præsidendi etiam renunciaverit, illa exercebit dignior Pater ex congressu.

§. IV.

Digitized by Google

§. IV.

De electione Vicarii Generalis propter promotionem Generalis Miniſtri.

1. SI Miniſter Generalic aſſumptus fuerit ad aliquam ſublimiorem dignitatem, ſimiliter eligendue eſt Vicarius Generalis Ordinis, juxta præſcripta in Statutis Generalibus Familiæ reſpectivè.

2. Si aſſumptio Miniſtri Generalis fuerit ad Epiſcopatum v. g. poſt propoſitionem factam in conſiſtorin Summi Pontificis, ſtatim habita notitia, jam nec debet, nec poteſt habere ſigilla, nec exercere aiiam juriſdictionem in Ordine; niſi aliter à Sede Apoſtolica fuerit ordinatum.

3. In hoc caſu dignior Pater Nationis debet babere ſigilla, convocare, præſidere, & ſuffragari in electione Vicarii Generalis, non minus, ac ſi vacantia fuiſſet introducta per mortem, ſervando in reliquis omnibus Statuta, oon obſtante quacumque conſuetudine in contrarium.

§. V.

De munere, quod Commiſſarius delegatur debet habere in electione Vicarli Generalis.

1. COmmiſſarius Generalis delegatus eſt, qui per Patentes literas regit unam, vel plures Nationes Familiarum io abſentia Generalis Miniſtri.

2. De his Commiſſariis jam dudum decretum eſt, & denuò diffinimus, quod tranſacta Commiſſione, remaneant in illo gradu, in quo erant ante illam, ſine ulla præeminentia, etiam ſi pluſquam biennio gubernaverint.

3. Si vero tempore, quo iſti Commiſſarii Generales delegati gubernant, ob abſentiam Generalis Miniſtri, unam, vel plures Nationes, contingat morte vacare officium Miniſtri Generalis abſentis, tunc Capitulum Georale decernit, præfatos Commiſſarios debere gubernare, auctoritate Gapituli Generalis, eaſdem Nationes ſibi à Miniſtro Generali concreditas, eo gradu facultatis, quo Miniſter Generalis delegaverit in ſuis Patentibus, uſque ad electionem Vicarii Generalis.

4. Attamen in caſu præfatæ vacantiæ, non pertinet ad Commiſſarium Generalem delegatum habere ſigilla, ſcripturas, convocare, & præſidere in electione Vicaril Generalis, etiam ſi ſit de Corpore Diffinitorii Generalis; nam hæc munera pertineot ad digniorem Patrem illius Familiæ, aut Nationis, ut ſtatuta diſponunt: delegatus enim non habet aliam auctoritatem, præter illam expreſſam in Patentibus delegationis.

5. Unde talis Commiſſorius delegatus non intrabit conclave electionis, ſi alio titulo non ſit de corpore eligentium: ſi verò alio titulo ſit elector, ſeu Vocalis, non debet nihilominus in conclavi electionis præſidere; nam hæc præſidentia pertinet ad digniorem Patrem, poſt quem ipſe Commiſſarius ſedebit in eo conſeſſu electionis ob gradum Præſulatus.

6. Cœterum in omnibus aliis actibus Communitatis, Chori, Refectorii, &c. Commiſſarius Generalie delegatus præſidebit: nam etiam dignior Pater, qui ſigilla ſervat, non habet aliam juriſdictionem, niſi in linea electionis celebrandæ Vicarii Generalis, convocando, præſidendo, & ſuffragando.

§. VI.

De Electione Vicecommiſſarii Generalis Familiæ.

1. OFficium Commiſſarii Generalis electi ſecundum Bullam Unionis poteſt etiam vacare per mortem, renunciationem, aut promotionem, & quocomque modo introducatur vacantia, debet fieri electio Vicecommiſſarii Generalis.

2. Unde Capitulum Generale, per idem compromiſſum Nationum, determinat, quòd ſi officium Commiſſarii Generalis vacet per mortem, ſine mora fiat convocatio, & electio Vicecommiſſarii Generalis, juxta Statuta Generalis.

3. Si verò electio Vicecommiſſarii eſt facienda propter renunciationem: prius Commiſſarius Generalis convocet Vocales deſtinatos ad eligendum Vicecommiſſarium, quibus proponat cauſas renunciationis: & ſi majori parti appareant urgentes, dignior Pater, coram illis, nomine Capituli Generalis, acceptabit renunciationem, ut dictum eſt de Miniſtro Generali, & publicata vacantia, ipſe Commiſſarius convocet Vocales jam præſentes, & faciat electionem juxta Statuta.

4. Si verò electio Vicecommiſſarii facienda eſt, quia officium Gommiſſarii Generalis vacavit per aſſumptionem ipſius Commiſſarii ad aliquam dignitatem; electio Vicecommiſſarli debet fieri, ſicut electio Vicarii Generalis, ſervata proportione, juxta leges Religionis.

§. VII.

De Vicariis Provincialibus.

1. SI officium Miniſtri Provincialis, morte, aut alia cauſa, vacaverit, illico debet eligi Vicarius Provinciæ ab integro Diffinitorio duntaxat, revocata quacumque lege Generali, & Provinciali, & conſuetudine in contrarium.

2. Sigilla adducet Secretarius, vel Guardianus, vel Præſes Conventus, in quo, vel in cujus territorio mors contingat, ad digniorem Patrem Provinciæ.

3. Dignior verò Pater, ſine dilatione ulla debet convocare omnes Patres, qui ſunt de corpore Diffinitorii, & non alios, ad Conventum, qui ſit in eadem Provinciæ, vel ad illum, in quo electio poſſit fieri celeriùs, revocatis jam, & denuò annullatis omnibus Conſtitutionibus, & conſuetudinibus Provincialibus, nec non & Generalibus priſtinis.

4. Si verò dignior Pater fraude retardet electionem, præſenti Conſtitutione privatur per ſexennium jure Patris Provinciæ, & omnibus prærogativis annexis illi dignitati.

5. Pater dignior, qui tenet ſigilla, debet in electione præſidere, cum voce activa, & paſſiva, ſi aliàs non eſt inhabilitatus alio jure. Loco ipſius Præſidentis non eſt ſubrogandus alius Pater, nam ipſe exercet officium dignioris.

6. Non eſt celebranda electio Vicarii Provincialis, quin priùs Superior Generalie moneatur, ſi contingat adeſſe in ſpatio trium dietarum, hoc eſt triginta leucarum, computaodarum à confinibus Provinciæ, ubi vacantia contingit: ſi verò longius diſtet, non eſt conſulendus Superior.

7. Vicarii Provinciales, qui integro biennio extiterunt, gaudent privilegiis Patrum Provinciæ, poſt omnes, qui Miniſtri Provinciales fuerunt, & eli-

eligi non poterunt in Miniſtros, niſi triennio vecaverint.

8. Qui verò minue biennio extiterunt Vicarii Provincielce, nullo privilegio Patrum geudent; eligi tamen poſſunt in Miniſtros immediatè poſt, ſine ullo interſtitio vacationis.

9. In Vicarium Provincialem eligi non poterit Miniſter proximè præteritue, nec qui per biennium extiterit Vicarius Provincialis, niſi triennio vecaverit, aliter electio erit nulla; revoceta quacumque lege, & conſuetudine in contrarium.

10. Regimen, aut officium Viceril Provincielia, nullo modo poteſt extendi ultra illud tempus, in quo Miniſter Provincialis defunctua debebet finire officium.

11. Si Miniſter Provincialis aliqua cauſe à Provincie diſceſſurus eſt, neceſſariò inſtituendus eſt Diffinitorii ſuffragiie Commiſſariua Provincialis, qui Provinciam reget.

12. Si verò in abſentia Miniſtri officium Provincialis vacet morte, vel alia cauſa, idem Commiſſarius Provincialie, ſine alia electione, cum titulo, & prærogativis Vicarii Provincialis, debet continuare officium, uſque ad celebrationem Capituli.

13. Si verò in ebſentia Miniſtri Provincialis, Commiſſariua, qui remanſerat, morietur, tunc, ſine aliqua slectione, regimen Provinciæ pertinet ad digniorem Patrem ipſius, cum auctoritate, & titulo Commiſſarii Provinciæ.

14. Si verò ſub regimine Commiſſionariatua iſtius digniorie, mors continget Miniſtri Provincialis ebſentie, tunc Pater ille dignior, qui Commiſſeriue nominebatur, cum titulo, & auctoritate Vicarii Provincialie uſque ad Capitulum gubernet.

§. VIII.

De tempore, quo durare debent Officiorum vacantiæ.

1. UT Miniſter Generalie poſſit eligi in Miniſtrum, eut Commiſſarium Generalem, debet vacare per ſexdecim annos.

2. Vicarius Generelie, qui minua biennio functus eſt officio Vicariatus, nullum privilegium habebit; eligi tamen poterit in Miniſtrum, & Commiſſarium Generalem.

3. Commiſſariua Generalis Femiliæ eligi non poteſt in Miniſtrum Generalem, niſi per ſexdecim annos vacaverit.

4. Vicecommiſſerius Generalia, ſi biennio functus eſt officio ſuo, gaudet privilegiie Patrum Ordinie, & Diſcretorum Familiæ.

5. Si verò minue biennio exercuerit officium Vicecommiſſionariatue Generalis Familiæ, nullum privilegium habebit; eligi tamen poterit in Miniſtrum, & Vicarium Generalem Ordinia.

6. Procurator, & Commiſſerius Romanæ Curiæ non poſſunt continuare in ſuo officio, nec eligi in Miniſtroe, aut Commiſſarios Generales, niſi per ſexdecim annos vacaverint.

7. Miniſtri Provincialea non poſſunt reeligi in Miniſtros, niſi per ſexennium vacent, numerandum ab expletione officii; neque in Vicarios Provincialee, niſi triennio vecaverint.

8. Sexennium hujus vacantiæ non eſt phyſicum, ſed morale; ita ut duæ electiones Miniſtri Provincielia interveniant ab abſolutione ſui officii, etiam ſi intra quinquennium fiant.

9. Diffinitoree, & Cuſtodes neceſſario debent vacare per ſexennium, ut dictum eſt, eodem modo computandum.

10. Diffinitor non poteſt eligi in Cuſtodem, nec Cuſtos in Diffinitorem, ut dictum eſt, niſi integro triennio vacaverint, aliter electio erit nulla.

11. Diffinitor ſubrogatue biennio durena, niſi ſexennio vacet, non poteſt eligi in Diffinitorem: ſi verò minus biennio ſubrogaverit, & elias ſit extra ſexennium, eligi poterit in Diffinitorem.

12. Ad ſubrogandum in vacantiis non eſt attendendum ad annos vacationis; ſubrogari enim poteſt, quin ſit impletum tempus vacantiæ.

13. Guardiani neceſſeriò vecere debent per unum annum: ſi in Capitulia creentur, durant à Capitulo in Capitulum; ſi extra Capitulum fiunt, ſolum per triennium phyſicè durant.

14. Reeligi non poſſunt Guardiani, etiam in alio Conventu, niſi vacaverint per annum, aliter electio erit nulla.

15. Non poterit Guardianus remanere Præſes in Capite ejuſdem Conventua, ubi fuit Guardianus.

16. Confeſſores, & Vicarii Monialium non poſſunt durare ultra triennium in eodem Conventu; nec denuo inſtitui poſſunt, niſi triennio vacaverint.

17. Inſervire officiis quibuſcumque prò interim, & Vicariatum gerere tam parvo tempore, quo non perveniatur ad gaudendum privilegiie officiorum, non impedit electionem ad idem, vel ſimile officium: quia ſi adminiſtratio Officii non proficit inſervienti, idem eſt parum ſerviſſe, ac nil inſerviſſe.

§. IX.

De ſuffragiis celebrandis in obitu Superiorum Generalium.

1. SI Miniſter Generalie in officio obierit, ſinguli Sacerdotea Religionis dicant pro ipſo duas Miſſas, & omnes Conventus unam ſolemnem cum Officio magno defunctorum, & ſinguli Clerici, Monialee, & Laici, tres Coronas Virginis, & duas Stationee.

2. Si Vicariue Generalis Ordinie moriatur, omnes Sacerdotea dicent unam Miſſam; omnes Conventus unam ſolemnem, cum vigilia Defunctorum, & ſinguli Clerici, & Laici duas Coronae.

3. Si Pater totius Ordinis moriatur, omnee Sacerdotea Ordinis dicent unam Miſſam, omnee Conventue eliam ſolemnem cum vigilia Defunctorum; omnee Clerici, & Laici unam Coronam Virginis, & unem Stationem.

4. Si Commiſſarius Generalis moriatur, omnee Sacerdotee Familiæ dicent unam Miſſam, omnee Conventue unam ſolemnem, cum officio magno Defunctorum omnea Clerici; Moniales verò, & Laici duas Coronas Virginie, & duae Stationes.

5. Si Vicecommiſſariue Generalie moriatur eadem fiant ſuffragia, ac pro Commiſſario Generali Familiæ.

6. Si Pater Familiæ moriatur, omnes Sacerdotea ejuſdem Familiæ dicent unam Miſſam, omnea Conventue unem ſolemnem: & omnes Clerici, & Laici unam Coronam, & Stationem.

7. Præcipimus omnibus Miniſtrie Provincialibus, quod in Conſtitutionibus Provincialibue, faciant imprimere totam iſtam Conſtitutionem de ſuffragiie pro prædictis Superioribus Generalibus, ut legetur in Communitate, cum cæterie Statutis Provinciæ.

8. Cœterum in relationibus, quaa adducunt ad Ge-

Digitized by Google

Capitulum Generale, inter alia debent adducere fidem de suffragiis solutis pro Prælatis superioribus defunctis, vel pro Patribus Ordinis, seu Familiæ.

9. Vicarius Generalis, & Vicecommissarius Generalis respectivè, litteris impressis debent monere totam Religionem, aut Familiam de transitu Superiorum, ut suffragia celeriter fiant. Cœteri verò Prælati Superiores monebunt Ordinem, seu Familiam de morte Patrum Ordinis, seu Familiæ.

Pro Familia Ultramontana.

1. PAtres Tertii Ordinis Provinciæ Sancti Jacobi remanent sub regimine Ministri Provincialis, qui tenebitur facere electionem Custodis, & Ministrorum per secreta suffragia, ut canonicè sint electi Prælati; in quibus ipse præsidebit cum plenitudine potestatis.

2. Si verò inter ipsos non appareat persona idonea litteratura, & gubernio; Minister Generalis de Provincia Betbica provideat de Custode pro hac vice, & ipse Generalis disponat Statuta, quibus debeant gubernari, ut studia introducantur.

3. Conventus Cæsaraugustanus Monialium Clarissarum Sanctæ Catharinæ Almæ Provinciæ Aragoniæ, habebit deinceps Vicarium, seu Confessorem instituendum à Diffinitorio, qui in omnibus Capitulis Provincialibus suffragetur ad instar Guardianorum; eo quod ferè omnium Monasteriorum Clarissarum Hispaniarum fundatione primus sit, & non secundus virtute meritorum.

4. Conventus Sanctæ Claræ Conimbricensis habebit Vicarium, seu Confessorem cum simili suffragio; quia Sanctam Elisabetham Reginam fundatricem viventem habuit, & mortuam possidet miraculis coruscantem.

5. Conventus Toletanus Purissimæ Conceptionis Almæ Provinciæ Castellæ, poterit habere Vicarium cum simili prærogativa; quia præter candorem virtutum, exordium, & caput est omnium Monialium gloriosæ Conceptionis.

6. Vicarii seu Confessores Monialium, qui habent suffragium in Capitulis Provincialibus, eligi possunt in Diffinitores, nec non in Guardianos, si alia ineligibilitas non obstet.

CAPUT IV.

De Provinciis Indiarum Occidentalium.

§. I.

De Commissariis Generalibus Novæ Hispaniæ, & Regni Peruani.

1. PRædicti Commissarii, licet per indultum Apostolicum possint prolongare Capitula per sex menses ultra triennium, tamen ipsi nil, aut parum possunt detrahere Ministris Provincialibus de suis trienniis.

2. Commissarii Generales non possunt limitare facultatem Diffinitoriis Provinciarum eligendi Guardianos, qui vacant per tempus triennii Provincialium; imò Ministri, inconsultis Commissariis absentibus, debent eligere, ne maneant Conventus destituti regimine.

3. Ipse, nec Commissarii Visitatores possunt servare processus ultra sex Menses, post finitam Visitationem.

4. Doctrinantes, qui suffragium habent, & qui non habuerint, sed sunt voto Diffinitorii, non possunt auferri à Commissario Generali, neque à Provinciali Ministro, nisi à Diffinitorio, præcedente causa, & sententia.

5. Nullo modo possunt institui Doctrinantes, tàm de propria, quàm de aliena Provincia, qui penitùs ignorent idioma territorii; etiamsi per alios Ministros illorum imperitia suppleatur.

6. Si tamen ista lege defraudentur aliquæ factiones, satisfiat ipsis per aliam æquivalentiam, vel instituantur Doctrinantes periti ad ipsorum satisfactionem.

7. Iidem numero Religiosi, qui exponuntur ad examen, ipsi debent destinari ad doctrinas inserviendas, sub pœna privationis officiorum Ministri Provincialis, & aliorum, qui consentiant.

8. Guardianus, qui vicem Diffinitoris subrogavit, si biennio perduret subrogando, gaudet privilegiis Diffinitorum, & eligi non poterit Diffinitor in Capitulo: si verò minus biennio, nullo privilegio gaudet, & eligi poterit in Diffinitorem.

9. Conditiones, quas Generalis Constitutio Victoriæ taxavit iis, qui in Capitulis Generalibus suffragantur, ut possent gaudere privilegiis, Capitulum Generale declarat, quod extendantur ad Proministros.

10. Commissarius Generalis, qui impediat Provinciis jus eligendi Vicarios Provinciales, juxta Constitutiones, privetur officio, & in Residentia maneat privatus actibus legitimis per decennium.

§. II.

De Vicecommissariis eligendis in Nova Hispania, & Regno Peruano.

1. SI aliquis ex dictis Commissariis moriatur, statim eligendus est Vicecommissarius, qui Provincias regat, quousque veniat Commissarius institutus ex Hispania.

2. Ad Ministrum, seu Vicarium Provincialem illius Provinciæ, in qua, vel in cujus territorio mors contingat, pertinet habere sigilla, convocare, præsidere, & suffragari in electione Vicecommissarii; Commissarius verò Visitator, si contingat adesse in illa Provincia, nullam facultatem habet in negotio electionis Vicecommissarii; imò hac Constitutione penitus manet exclusus ab electione, ac si non esset in Provincia.

3. Minister, aut Vicarius, qui habet sigilla, nullam jurisdictionem potest exercere cum illis, nisi in convocando Electores, in præsidendo, & suffragando electioni.

4. Statim, ut habuerit sigilla, debet convocare, ut fiat electio sine mora, & si fraude retardaverit convocationem, præter excommunicationem, quam incurrit, sit privatus actibus legitimis per decennium.

5. Electores convocandi, sunt Diffinitores actuales, Custos, Patres Provinciæ, qui fuerunt Ministri, & Vicarii Provinciales per biennium, duo Lectores Jubilati, qui antiquiores sint in Jubilatione, & Guardianus Conventus, in quo est celebranda electio.

6. Hæc debet celebrari in Conventu, in quo solent demorari pro majori parte Patres Provinciæ, ut citius fiat, vel in illo, qui sit caput Provinciæ.

7. Convocatis Electoribus, & proposita vacantia in ipso congressu, ante electionem, coram omnibus Electoribus, debent per tres triplicatas Epistolas subscriptas ab omnibus, & sigillatas, monere Ministrum Generalem, & Commissarium Ge-

Chron. Seraph. K 2 ne-

neralem Indiarum de vacantia officii, ut provideant.

8. Istæ Epistolæ mittendæ sunt, prima à Ministro, seu Vicario Provinciali, secunda à Diffinitorio, tertia à Guardiano Conventus, similiter singuli ex Electoribus poterunt privatim scribere monendo.

9. Semel vocati Electores ad diem præfixum cum tempore idoneo ad comparendum, si tali die non adsint, non sunt expectandi, sed procedendum ad electionem cum præsentibus.

10. Vocem passivam habebunt in hac electione omnes (si sunt ex obedientia talis Commissionis) qui fuerint Provinciales, qui Lectores Jubilati, qui Diffinitores, & Custodes Provinciarum, qui Guardiani in Insignibus Conventibus, & qui in mediocribus, cum laude, & exemplo.

11. Istorum, qui majorem partem habuerit suffragiorum, declarandus est Vicecommissarius Generalis canonicè electus, cum jurisdictione in omnes Fratres, & Moniales, usque ad adventum Commissarii.

12. Vicecommissarius electus non poterit amovere Visitatores, qui jam aderant in Provinciis, sed debet ipsos continuare cum simili potestate. Non potest per se ipsum causas decidere, nisi assumendo integrum Diffinitorium Provinciæ, in qua contigerit adesse, quorum consensu, & suffragiis debet uti, & primas instantias non poterit judicare.

13. Iste Vicecommissarius nulla celebrabit Capitula Provincialia (relinquenda enim sunt futuro Commissario) tamen si instet tempus alicujus Capituli, ita ut si non celebretur, debeat prolongari ultra triennium, & sex menses: tunc personaliter exercebit visitationem, & præsidentiam.

14. Tamen, si Capitula sunt in tali dispositione, quod si expectaretur electio Vicecommissarii protraheretur Capitulum ultra triennium, & sex menses; in tali casu, si adest in Provincia Commissarius Visitator, ipse celebrabit Capitulum, cum præsidentia & suffragio in omnibus electionibus.

15. Si verò non adest Commissarius Visitator, tunc Minister, aut Vicarius Provincialis, simul cum Diffinitorio, eligant Patrem gravem ejusdem Provinciæ, qui vel sit Lector Jubilatus, vel fuerit Minister Provincialis, vel Diffinitor, vel Guardianus, cum majori parte suffragiorum, & iste, nomine Capituli Generalis, erit Commissarius Visitator, Præses Capituli cum suffragio, & plenitudine potestatis.

16. In hac electione Visitatoris, & Præsidis Capituli, Minister, aut Vicarius Provincialis habebunt vocem activam, non verò passivam, aliter electio erit nulla.

17. Deindè instituto jam Vicecommissario Generali, si in Provinciis Sancti Jacobi de Chile, Sanctæ Fidei novæ Granatæ, & Provinciæ de Paraguay, ita instet tempus celebrandi Capitulum, ut præsentia Vicecommissarii expectari non possit, propter distantiam: in tali casu ex Provinciis eligatur Visitator, & Præses Capituli, sicut dictum est supra, & Capitula celebrentur.

18. Si verò contingat in quacunque istarum Provinciarum Vicecommissarium adesse, ipse exercebit hæc munera; ac similiter si est absens, & monitus vult præsentialiter venire.

§. III.

De Vicariis Provincialibus.

1. Si Minister Provincialis moriatur, dignior Pater Provinciæ debet habere sigilla, convocare, præsidere, & suffragari in electione Vicarii Provincialis.

2. Secretarius Provinciæ, vel Guardianus, vel Præses Conventus, in quo, vel in cujus territorio mors contingat Ministri Provincialis, sine ulla diversione, aut mora debet deferre sigillum, scripturas, & registrum digniori Patri Provinciæ, etiam si Commissarius Generalis sit præsens, aut in eodem Conventu ubi residet dignior Pater; quia Capitulum Generale non consentit, quod Patribus detrahantur sua jura.

3. Iste verò dignior Pater, qui sigilla habet, debet illa, & se ipsum præsentare Commissario Generali, si adsit in eadem Provincia, humili obsequio; si verò sit extra Provinciam intra spatium triginta dietarum, hoc est triginta leucarum, computandarum ab ultimo Conventu Provinciæ, debet ipsum monere de vacantia, & expectare ipsum ad electionem.

4. Tamen, si tempore vacantiæ Commissarius Generalis absit plusquam triginta leucis ab ultimo Conventu Provinciæ, non debet dignior Pater ipsum monere, expectare, nec differre electionem; sed illicò illam celebrare, juxta Constitutiones.

5. In electione ista vocem habent omnes Patres, qui sunt de corpore Diffinitorii duntaxat; non obstante quacumque consuetudine in contrarium.

6. Loco dignioris Patris Præsidentis, non est subrogandus alius; ipse enim præest titulo dignioris.

7. Si verò Secretarius, vel Guardianus, vel Præses, qui tenebatur portare sigilla ad digniorem Patrem, ad alias obliquas vias se divertat, etiam si affectet inquirere præsentiam Commissarii Generalis, maneat officio privatus, & actibus legitimis per decennium.

8. Pater verò dignior in hoc casu debet uti suo jure, & procedere ad electionem, etiam si non habeat sigilla, & registrum Provinciæ, convocando Electores, & præsidendo electioni, quæ, ut fiat debita solemnitate, faciet affingi sigillum Provinciæ, vel in materia ferrea, vel lignea; nam illa individua materia, & figura, quæ erat in sigillis surrogatis, non est de substantia electionis, alia enim possunt substitui.

Pro Familia Cismontana.

CAPUT I.

De Studiis Scholasticis.

§. I.

De modo, quo erigenda sunt Studia Scholastica.

1. Quoniam ex vetusta consuetudine transmittendi Lectores, & Studentes juvenes ad diversa Studia extra Provincias proprias, plura experiuntur incommoda his temporibus, contra puritatem nostræ Regulæ, in perniciem litterarum, & Professionis nostræ; ideo Capitulum Generale mandat, ne post hac studentes, gratia discendi, neque Lectores causa docendi exeant à Provincia pro-

propriis ad demorandum in aliena, nisi ex urgente necessitate.

2. Omnes Provinciæ habent facultatem instituendi pro suis Provinciis respectivè Lectores Artium, necnon Sacræ Theologiæ in Capitulo, aut Congregatione Provinciali, juxta meritum doctrinæ, & morum Fratrum instituendorum.

3. Attamen si aliqui apparerent Lectores, ita insignes moribus, & eruditione, quod in Curia Romana, vel alibi possint proficere utilitati communi, Superiores Generales poterunt assignare illos, ubi meliùs noverint profecturos.

4. Singulæ Provinciæ assignabunt duo Seminaria, seu Collegia pro Lectura Artium Liberalium, & alia duo, ad minus, pro Lectura Sacræ Theologiæ, in locis idoneis, ubi Studentes, & Lectores possint conferentiis extraneorum exerceri.

5. Pro Provinciis, quæ Magistris egent, & pro Studentibus Provinciarum, quæ degunt inter Infideles, Superiores Generales provideant.

§. II.

De modo instituendi Lectores Artium.

1. QUis incrementa studiorum in re scholastica præcipuè proveniunt ex optima instructione juventutis in Artibus Liberalibus, ideo institutio Lectorum Artium debet fieri, summa cura, & providentia.

2. Quapropter Lectores Artium instituantur deinceps per suffragia Diffinitorum, & Patrum, prævia oppositione publica, per quam certò constet de idoneitate Lectorum.

3. Hæc oppositio debet fieri à peritioribus, & probatioribus scholasticis, doctrina, & moribus: hos autem Oppositores nominabit Diffinitorium Provinciæ in Capitulo, seu Congregatione Provinciali.

4. Nullus Scholasticus, qui jam perfecerit Studia Logica, Physica, & Theologica excludendus est ab oppositione, nisi notoriè constet esse inhabilem, aut imperitia, aut morum pravitate.

5. Judices ad eligendum Lectores Artium assignantur: Minister Provincialis cum integro Diffinitorio, omnes Patres, qui fuerint Provinciales, & duo Lectores Jubilati antiquiores in Jubilatione. Oppositio celebranda est in Conventu assignando à Ministro Provinciali, ubi commodiùs possint Judices convenire.

6. Oppositoribus assignanda sunt puncta coram Judicibus, super quæ instituenda est electio oppositionis. Puncta verò assignantur aperiendo primo librum Prædicabilium Porphirii, secundò aperiendo librum metaphysicæ Aristotelis, & tertiò aperiendo librum physicorum ejusdem, & notatis punctis, quæ forte contigerunt, Oppositor eliget unum ex tribus, quod sibi magis placuerit ad explicandum, & legendum intra spatium temporis viginti quatuor horarum.

7. Oppositores hoc modo debent distribuere lectionem; quod in prima parte explicent textum, in secunda explanent dubia, quæ super ipsum occurrant, & in tertia exagitent unam quæstionem desumptam ex visceribus textus. Lectio durabit per unam horam, vel saltem per dimidiam:

8. Finita lectione unius Oppositoris, duo ex aliis sedebunt in medio consessus, & unus post alium arguet more scholastico contra illa, quæ notarunt, vel in explicatione textus, vel in resolutione quæstionis. Similia exercitia facient omnes Oppositores unus post alium, tam in legendo, quàm in arguendo.

9. Finitis, & auditis oppositionibus, Minister Provincialis congregabit prædictos Judices, qui pensatis, & ponderatis qualitatibus Lectionum in claritate, & acumine ingeniorum, exhibebunt sua suffragia secreta, & qui majorem partem habuerit, declaretur Lector Artium.

10. Judices, qui non servaverint æquitatem in eligendis Lectoribus juxta meritum doctrinæ, & morum, puniantur ad arbitrium Superiorum Generalium.

§. III.

De Lectoribus Sacræ Theologiæ.

1. LEctores Sacræ Theologiæ instituendi sunt in Capitulo, vel in Congregatione Provinciali juxta ordinationem Concilii Tridentini. Attamen nullus institui possit, nisi primò in Lectoratu Artium exhibuerit specimen suæ idoneitatis.

2. Lectores Theologiæ debent legere continuò indefessa manu, habere singulis diebus Conferentias, & singulis Mensibus Conclusiones publicas, & singulis Annis impressas.

3. Superiores Generales enixè procurent habere informationem per Commissarios Visitatores, & per alia media, de modo procedendi Lectorum circa continuationem in lectura, circa conferentias, exercitia litteraria, & circa conversationem monasticam; & si quid invenerint contra ipsos, deponant eos à Lectoratu, ne indigni habeant privilegium Jubilationis.

§. IV.

De disciplina observanda in Collegiis Studentium.

1. NUllus Studentium poterit exire extra domum, nisi ob gravem necessitatem, & vix tantùm in mense, juxta moderationem Clementis VIII. & tunc associatus à Guardiano, vel eo impedito, ab alio deputando, vel à Magistro Novitiorum. Nec Guardianus poterit ulterius mittere foras Studentes causa petendi eleemosynas.

2. Si Seminaria, seu Collegia sita sint in terris, ubi eleemosynæ ordinariæ non sufficiant ad substentandum multitudinem Studentium, & Lectorum, Ministri Provinciales ex aliis Conventibus provideant, quia præcipuus splendor sui Provincialatus erit, optima Studia eratrisse.

3. Ad curam Ministrorum Provincialium pertinebit procurare, ut nil ex necessariis deficiat Studentibus, ne habeant illicitos recursus; nec non, & assignare tempus, quo possint scholastici exercitiis vacare litterarum, & non abesse à choro.

4. Docere discipulos per nudum textum Scoti, confusissima est norma disciplinæ, tum quia ibidem quædam desiderantur, quæ recenter in scholis controvertuntur; tum quia ad instruendam juventutem non est idoneus Textus, quem versatissimi Magistri vix potuerunt penetrare.

5. Quapropter Lectores Artium docebunt deinceps, vel per scripturam dictandam, & scribendam à Discipulis, vel per librum impressum assumendum ex probatioribus Doctoribus, qui ad mentem Scoti scripserunt Cursum moderniorem.

6. Lectores verò Sacræ Theologiæ, non discedendo à methodo præscripta à sanctæ memoriæ Clementis VIII., legent Theologicas Materias, juxta methodum

dum modernorum ad aurea subtilis Magistri, vel dictando illas discipulis scribentibus, vel explicando Cursum Theologicum ex recentiori Magistro in Schola nostra versatiori.

CAPUT II.

De ordine servando inter Patres, qui officia obtinent, & obtinuerunt in Religione.

§. I.

De modo, quo intitulari debent aliqui Officiales.

1 COmmissarii Generales delegati à Ministro Generali, ut in sua absentia regant aliquas Provincias, seu integram Familiam, non nominentur deinceps Vicarii Generales, sicut hactenus factum est, sed Commissarii Generales delegati, qualiter ipsos nominat Leo X. in sua Constitutione Apostolica.

2. Similiter Prælati, qui in Provinciis instituuntur, ut in absentia Ministrorum Provinciam regant, non sunt appellandi Vicarii Provinciales, sed Commissarii Provinciæ, ut in Familia Ultramontana observatur.

3. Vicarii Generales Ordinis sunt, qui per electionem substituunt tempus Ministri Generalis, qui vacavit. Vicecommissarii Generales Familiæ sunt, qui per electionem gubernant Familiam per vacantiam Commissarii Generalis. Vicarii Provinciales intitulantur, qui per electionem gerunt vices Ministri Provincialis, qui vacavit.

4. Cum in nonnullis Provinciis nimis excreverit numerus Patrum aggregatorum, qui Exdiffinitorum prærogativis gaudent, adeò ut interdum numerum Electorum excedat; idcircò Capitulum Generale decernit, ut in posterum pro qualibet Provincia non sint plures quàm quatuor: si verò alii inveniantur instituti à quocumque Superiore Generali, ipso facto institutio nulla sit. Salvis tamen iis, qui obtinuerint, vel instituti fuerint ex Indulto Apostolico.

5. Volumus autem hujusmodi quatuor Patres aggregatos, vel aggregandos, quocumque titulo polleant, connumerandos esse inter illos, qui numerum duodecim, vel sexdecim Diffinitorum suis electionibus complent respectivè ad magnas Provincias, vel parvas.

6. Magnas Provincias appellamus, quæ triginta, aut plures habent Conventus; parvas verò, seu mediocres, quæ solum retinent infra triginta.

7. Diffinitores Generales in electione Provincialis Ministri vocem habent activam, & passivam, si cætera concurrant; in electione verò Custodis, & Diffinitoris Provinciæ activam duntaxat.

8. Omnes Patres, qui sunt de corpore Diffinitorii, vocari debent à Ministro, quando occurrat aliquid pertinens ad munus officii sui; si vocati non compareant, loco illorum subrogandi sunt alii juxta leges subrogationis.

9. Lectores Jubilati, quamvis non assumantur per electionem, tamen Jure Jubilationis poterunt deinceps subrogari.

10. Commissarii Visitatores non possint usurpare sibi sigilla majora Provinciæ, nec mittere Clericos ad ordines suscipiendos, neque recipere Novitios, neque destinare Prædicatores ad Quadragesimas, seu Adventus, neque deputare Confessores Monasteriis Monialium, nec distribuere spolia defunctorum Fratrum: quæ omnia ad Ministrum Provincialem pertinent; tamen possunt inquirere an hæc juste distributa sint.

11. Circa jura Jubilatorum, Diffinitorum Provinciarum, Patrum Provinciæ, & Patrum Ordinis nihil innovatur in præsentibus Constitutionibus *Pro utraque Familia*; nam Cismontana habet propria statuta, quibus in his debet gubernari.

De ordine servando inter Diffinitores, & Custodes Provinciarum.

1 DIffinitores electi in eodem Capitulo servent præcedentiam ab antiquitate habitus, si aliàs non habeant alios titulos, ob quos se ad invicem præcedebant, nam qui ante Diffinitoriatum præcedebant, in Diffinitorio præcedere debent.

2. Inter Diffinitores Generales habituales in posterum, qui primò electi fuerunt habebunt, cœteris paribus, præcedentiam, inter actuales verò præcedentia sumenda est, cœteris paribus, ab antiquitate habitus.

3. Custodes actuales, cœteris paribus, actuales Diffinitores præcedent in Provinciis: habituales verò Custodes præcedent habituales Diffinitores, qui in eodem Capitulo electi sunt, sicut aliàs declaratum est.

4. Actualis Custos habitualem Custodem præcedet, & actualis Diffinitor habitualem Diffinitorem.

5. Imposterum inter habituales Custodes, cœteris paribus, præcedentia sumenda est à prioritate electionis. Idem dicendum est de habitualibus Diffinitoribus inter se, non obstante quacumque consuetudine in contrarium.

6. Omnes Diffinitores Generales, & Provinciales, qui alios præcedunt sede, & ordine, eosdem etiam præcedere debent jure subrogandi.

7. Nullus Minister Provincialis potest mittere Fratres extra suam Provinciam, nisi ad contiguas, vel ad præsentiam Superiorum Generalium ob negotium arduum, & grave; salva tamen Constitutione sanctæ memoriæ Urbani VIII. quoad missionem ad Urbem.

Numerus Defunctorum à postremo Capitulo Generali.

MOrtui sunt ab ultimo Capitulo Generali celebrato Toleti Anno 1645. usque ad præsentem Annum 1651. circiter novem millia Fratrum, ex quibus plures pro Fide Christi propaganda mortem subjerunt, alii virtutibus emicarunt, de quibus suo loco.

Sequuntur Suffragia.

1 PRo Sanctissimo Domino Nostro Innocentio Papa X. & pro ejus incolumitate diuturna, à quolibet Sacerdote Ordinis tres Missæ celebrentur.

2. Pro Catholico Rege Philippo, Regina, & Regia prole à quolibet Sacerdote duæ Missæ dicantur.

3. Pro Cæsarea Majestate, & Serenissimo Rege Hungariæ, & Augusta prole duæ Missæ dicantur.

4. Pro Christianissimo Rege, & Matre Regina Gallorum, à quolibet Sacerdote duæ Missæ celebrentur.

5. Pro Eminentissima Congregatione Cardinalium, à quolibet Sacerdote una Missa dicatur.

6. Pro Eminentissimo, & Reverendissimo Domino Cardinali Francisco Barberino, Ordinis Protectore, à quolibet Sacerdote una Missa dicatur.

7. Pro

Digitized by Google

7. Pro Illustrissimis Dominis Marchionibus de Cannete, Cismontani Capituli Patronis, quorum beneficentia expensæ Capituli Generalis factæ sunt, à quolibet Sacerdote una Missa.

8. Pro felici statu nostræ Seraphicæ Religionis, à quolibet Sacerdote una Missa dicatur.

9. Pro pace Principum Christianorum, pro extirpatione hæresum, propagatione Fidei, victoria contra Infideles, ac Ecclesiastici Status prosperitate, à quolibet Sacerdote dicantur duæ Missæ.

Cardinalis Barberinus Protector, & Præsidens.

Fr. Petrus Manero Minister Generalis.
Fr. Sebastianus de Cajeta Commissarius Generalis.
Fr. Julianus Perez Procurator Generalis Ordinis.
Fr. Franciscus Suarez Excommissarius Curiæ Romanæ.
Fr. Gregorius Santillan Diffinitor Generalis.
Fr. Daniel à Dongo Pater, & Discretus Ord.
Fr. Josephus Maldonadus Commissarius Generalis Indiarum.
Fr. Fulgentius Meliorutius, Commissarius Romanæ Curiæ.
Fr. Angelus Franciscus à Genova Exprocurator Generalis.
Fr. Innocentius à Pavia Exprocurator Generalis Reformatorum.
Fr. Alphonsus Mendoza Diffinitor Generalis.
Fr. Matthæus Ricaule Diffinitor Generalis.
Fr. Severinus Vannier Diffinitor Generalis.
Fr. Bernardinus Betniz Diffinitor Generalis.
Fr. Antonius Oudebonen Diffinitor Generalis.
Fr. Honoratus de Luca Diffinitor Generalis.
Fr. Evangelista de Gabiano Diffinitor Generalis.
Fr. Cosmas de Palermo Diffinitor Generalis.
Fr. Eusebius Veles Diffinitor Generalis.
Fr. Angelus de Guipana Diffinitor Generalis.
Fr. Franciscus de Mendoza Diffinitor Generalis.

Loco ✠ Sigilli.

Ita est,
Fr. Franciscus Serra Secretarius Generalis Ordinis.

Decretum Sacræ Congregationis.

SAcra Congregatio S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, præinsertas Constitutiones pro felici gubernio, & directione Fratrum Minorum de Observantia in Capitulo Generali dicti Ordinis anno 1651. in Conventu B. Mariæ de Araceli decretas, ac nuper à P. Fratre Petro Manero totius Ordinis Ministro Generali eidem S. Congregationi pro Apostolica confirmatione porrectas, Eminentissimis Carpineo, Franciotto, & Sancto Clemente referentibus, tenore præsentis Decreti, sine tamen præjudicio Observantiæ Regularis, & Statutorum Apostolica auctoritate confirmatorum, approbavit, ac dari typis, & ab omnibus, ad quos spectat, & pro tempore spectabit in futurum inviolabiliter observare jussit, contrariis quibuscumque non obstantibus. Datum Romæ 20. Junii 1653.

M. Cardinalis Ginetti.

Locus ✠ Sigilli.

Hieron. Archiepiscopus Patracensis Secr.

Congregatio Generalis Romana Anno 1654.

TAbulæ Congregationis Generalis Romanæ Anno 1654. die 6. Junii sub Eminentissimo Domino Cardinali Barberino Episcopo Portuensi S. R. E. Vice-Cancellario, totius Ordinis Minorum Protectore &c. atque per speciale Breve Innocentii Papæ X. Præsidente delegato.

Reverendissimus P. Fr. Petrus Manero pro celebranda Congregatione Generali sequentes litteras dedit.

Fr. Petrus Minister Generalis, & Servus totius Ordinis Fratrum Minorum Seraphici P. N. S. Francisci, Reverendissimo P. Commissario, Reverendisque Adm. Patribus Commissario Curiæ Romanæ, Procuratori Reformatorum, Diffinitoribus Generalibus, Ministris, Custodibus, cœterisque Nobis subditis omnium Provinciarum, & Custodiarum totius Nostræ Ultramontanæ Familiæ salutem, & perpetuam felicitatem.

Generalem Congregationem totius nostræ Familiæ Ultramontanæ in Vigilia Pentecostes Anni 1644. in Almo nostro Conventu Beatæ Mariæ Aracœlitano de Urbe Deo favente celebraturi, id vobis omnibus, & singulis, per præsentes litteras notum facimus, indicimus, & publicamus, mandantes per sanctam obedientiam, & sub pœnis in nostris Constitutionibus Generalibus contentis, universis, ac singulis, qui ex præscripto legum tenentur, quatenus opportuno tempore ad præfatam Congregationem se transferant, & Romam tertiadecima die Mensis Maji 1654. & non ante, ingrediantur. Ut autem confusioni, quæ ex Fratrum multitudine oriri posset, occurramus; unicuique Vocalium præcipimus, ut non nisi unicum duntaxat socium secum ducat. Quos etiam in Domino monemus, ac pro nostri muneris debito exhortamur, ut tam euntes, quàm redeuntes, adeò modestos, exemplares, atque religiosos, & graves se in itinere ostendant, sicut Seraphici P. N. S. Francisci Filios Sanctæ humilitatis, altissimæque paupertatis, ac Evangelici Instituti professores decet.

Ad Congregationem, præter Patres Vocales cum suis Sociis, & eos, quibus à Nobis concessa fuerit licentia specialis, nemo sub quovis prætextu, aut quæsito colore accedere præsumat, sub pœna Apostasiæ ipso facto incurrenda. In Provinciis, donec ad eas Ministri revertantur, juxta Ordinis Statuta, nihil prorsus innovetur: quidquid autem secus factum fuerit, irritum, ac nullius valoris penitus habeatur. Provinciarum Custodes, ut sui muneris debito respondeant, juxta antiquam laudabilem Nostrorum Patrum consuetudinem, Conventuum tam Fratrum, quam Monialium, nomina, eorumque, nec non & Sanctorum, vel Beatorum, omniumque Fratrum vivorum, & defunctorum numerum, sicut etiam & notabilium quorumcumque, quæ à postremo Generali Capitulo celebrato in propria uniuscujusque Provincia respectivè, post exactam diligentiam adhibitam accidisse cognoverint, fidele testimonium, authenticamque fidem secum deferre studeant. Insuper Patribus Ministris Provincialibus ejusdem Familiæ injungimus, ut secum deferant monumenta omnia suarum Provinciarum spectantia ad Chronicon Religionis, & ad Bullarium, uti per nostras Patentes, & impressas litteras Provinciis omnibus significavimus, imponentes contrafacientibus pœnas omnes, quæ in Statutis Ge-

Digitized by Google

Generalibus imponuutur Custodibus secum non ferentibus scripturas ad se pertinentes.

Demum, ut à Deo omnium bonorum Authore, nostrarum actionum directionem, & felicem omnium agendorum successum impetrare valeamus, his nostris litteris acceptis, ac in singulis Provinciis solemniter promulgatis, preces ad Deum incessanter, ac sine intermissione effuudantur, & à Paschate Resurrectionis Domini ejusdem anni supradicti usque ad diem electionis faciendæ, qualibet quinta feria, solemni festo non impedita, in singulis Conventibus, Missa de Spiritu Sancto decantetur, ac de eodem à Sacerdotibus in Missis privatis collecta dicatur: In Choro autem, post Matutinum, Vesperas, & Missam majorem dicatur etiam Hymnus: *Veni Sancte Spiritus &c.* cum Antiphonis, & Orationibus de Spiritu Sancto, Immaculata Conceptione, & de B. Patre Nostro Francisco. Ab Ascensione Domini usque ad prædictum Festum Pentecostes processiones solemnes fiant per Ecclesias, & Claustra, ac Litaniæ decantentur. Sacerdotes celebrent, alii Sanctissimum Eucharistiam percipiant. Similiter summò mane Sacrum fiat solemniter de Spiritu Sancto, & Processio per Ecclesiam, omnesque ad Dominum recurrant, ut quæ agenda sunt, ad sui laudem, & honorem, ad nostræ Religionis incrementum, ad animarum salutem, totiusque Ecclesiæ suæ Sanctæ utilitatem, & profectum, præveniendo aspiret, & adjuvando prosequatur. Valete Patres charissimi, Deumque pro Nobis exorate. Datis in Conventu Nostro Sancti Patris Nostri Francisci Matriti die prima Maji 1653.

Fr. Petrus Manero Minister Generalis.

De mandato suæ Paternitatis Reverendiss. Fr. Michael Angelus à Neapoli Secret. Ord.

Reverendissimo Patre Generali jam post Pascha Anno 1654. frustra expectato, Pater Julianus Perez Procurator Generalis Ordinis coram Reverendissimo à Cajeta Commissario Generali Cismontano, cœterisque Ordinis Patribus litteras præsentavit Reverendissimi Patris Generalis, quibus postulabat, ut ad quindecim dies Comitia differentur, quod firmato ab omnibus supplici libello per Barberini Protectoris mediationem nullo negotio à Pontifice impetrarunt.

Interim dum plurimi, tum de Regulari, tum de strictiori Observantia pro eligendo in Commissarium Generalem aliquo Reformato efficacius elaborarent, Sanctissimus ab aliis præventus, rogante potissimum Barberino Protectore, expeditis litteris: *Cum sicut nobis innotuit* &c. Dat. Romæ die 27. Maji 1654. præfatum Sebastianum de Cajeta in Commissariatus officio confirmavit.

Tanto autem silentio hujusmodi Breve celatum fuisse legimus, ut quacumque diligentia à nemine penetrari potuerit. Unde cum in præparatoriis Congressibus Pater Perez, quamvis ex Ultramontana Familia, tamen, ut Procurator Generalis, & Ministri Generalis primarius Adminifter, vocem habere prætenderet, causa ad Eminentissimum Protectorem producta, ejusque de mandato per Illustrissimos Farnesium, & Fagnanum examinata, Protector ipse habitis eorum votis, sequens decretum expedivit.

Nos Franciscus miseratione divina Episcopus Portuensis Cardinalis Barberinus S. R. E. Vice-Cancellarius, & totius Ordinis Minorum s. Francisci Corrector, Gubernator, & Protector, In controversia inter Patrem Julianum Perez ejusdem Ordinis, & pro Ultramontana Familia Procuratorem Generalem ex una, & Patres Commissarium, & Diffinitores Generales hujus Cismontanæ Familiæ partibus ex altera, pro qua decidenda ab utraque parte ad Nos fuit habitus recursus super prætenso Voto ipsius Procuratoris Generalis in Diffinitorio Generali, & aliis functionibus Capitularibus imminentis Congregationis Generalis, partibus auditis, scripturis, ac juribus utrimque exhibitis accuratè perpensis; dicimus, pronunciamus, decernimus, atque declaramus, prænominatum Julianum Perez Procuratorem Generalem minimè habere Votum in Diffinitorio Generali, cœterisque functionibus Capitularibus imminentis Congregationis Generalis, & in hac controversia perpetuum silentium esse imponendum, prout imponimus, non tantum prædicto, sed & omni alio meliori modo. Datum Romæ &c. die 5. Junii 1654.

Franciscus Card. Barberinus Protector.

Agapitus Colertini Secretarius.

Deinde congregatis per Cardinalem Protectorem, & Præsidentem in Refectorio Vocalibus, lectum fuit de Protectoris ejusdem mandato Breve Apostolicum supracitatum, per quod Sebastianus de Cajeta, ut dictum est, in Commissariatus Generalis officio confirmatus est. Postmodum electis Diffinitoribus Generalibus, ut infrà dicetur, procurante Commissario Generali de Cajeta, & proponente Barberino Protectore per novos Diffinitores Generales, P. Lucius de Sancto Justo Provinciæ Marchiæ Minister, in Commissarium Curiæ fuit vel commendatus, vel approbatus, & per Patentes Cardinalis Protectoris institutus. Cum verò ad hujusmodi institutionem, tamquam Ministri Generalis auctoritati præjudicialem, contradicerent Julianus Perez Ex-Procurator, & Petrus de Alva Vice-Procurator Generalis, aliique nonnulli, voluit nihilominus Barberinus Protector, ut institutio à se facta subsisteret, addito præsertim titulo præsidentiæ suæ in Comitiis Generalibus, nec non exemplo Patris Brasavolæ de consensu Commissarii Generalis, & aliorum Patrum Cismontanæ Familiæ per Breve Pauli V. institutum, quamvis exemplum hoc non sit ad propositum, quoniam jam Brasavola per Vicarii Generalis litteras institutus, hoc unum difficultatis habebat, quod Cismontanorum Patrum consensus non fuisset prærequisitus. Sed de his fusiùs t. tom. dictum fuisse censemus. Itaque omnibus absolutis.

In Dei Nomine. Amen.

HÆc est Tabula celeberrimæ Congregationis Generalis Cismontanæ Familiæ nostri Ordinis Minorum nuperrimè celebratæ in Conventu Sanctæ Mariæ de Ara-Cœli Almæ Urbis die 6. Junii Anni 1654. sub Eminent. & Reverendiss. D. D. Francisco Principe Cardinali Barberino, Episcopo Portuensi, S. R. E. Vice-Cancellario, totius Ordinis Fratrum Minorum Protectore, Correctore, & Gubernatore vigilantissimo, atque per speciale Breve Sanctiss. D. N. Innocentii Papæ Decimi Præsidente delegato.

In primis triennio Commissariatus Generalis Reverendiss. Patris Sebastiani à Cajeta feliciter absolu-

tute, idem Reverendissimus Pater per Breve Sanctiss. D. N. Innocentii Papæ X. ad aliud triennium fuit confirmatus in Commissarium Generalem totius Familiæ Cismontanæ.

Pater Perpetuus dictæ Familiæ Cismontanæ.

Idem Reverendiss. P. Sebastianus à Cajeta olim Commissarius Generalis.

Procurator Generalis Ordinis in Curia Romana.

Adm. R. P. Fr. Martinus Dieft Lector Jubilatus, & Provinciæ Aragoniæ Pater.

Commissarius Generalis Curiæ Romanæ.

Adm. R. P. Fr. Lucius de Sancto Justo Lector, Prædicator Generalis, & Provinciæ Marchiæ Minister.

Procurator Generalis Reformatorum familiæ Cismontanæ.

Adm. R. P. Fr. Innocentius à Papia continuatur.

Diffinitores Generales.

Adm. R. P. Fr. Joseph Redaellus, Provinciæ Mediolanensis Lector Jubilatus, & Pater Ordinis.

Adm. R. P. Fr. Fabius Papazzonius, Provinciæ Bononiæ Minister, Lector Jubilatus, & Pater Ordinis.

Adm. R. P. Fr. Augustinus de Monte Corvino, Provinciæ Principatus Minister, & Lector Jubilatus.

Adm. R. P. Fr. Angelus de Bergomo, Provinciæ Romanæ Reformatæ Actualis Minister.

Adm. R. P. Fr. Clemens de Martina, Provinciæ Reformatæ S. Nicolai Pater, & actualis Custos.

Guardianus Terræ Sanctæ.

Rev. P. Fr. Marianus de Maleo Provinciæ Mediolanensis continuatur.

Breve confirmans Commissarium Generalem P. Fr. Sebastianum à Cajeta.

INNOCENTIVS PAPA X.

Cum sicut Nobis innotuit, dilectus Filius Sebastianus de Cajeta Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum professor, & Commissarius Generalis, Officium Commissarii Generalis hujusmodi, ad quod in novissimè celebrato ejusdem Ordinis Capitulo Generali assumptus fuit, laudabiliter exercuerit, ac proinde cum prædicti Ordinis fructu summoperè futurum censeamus, si officium Commissarii Generalis hujusmodi eidem Sebastiano ad aliud triennium, seu ad proximè celebrandum ejusdem Ordinis Capitulum Generale prorogetur: idcircò eundem Sebastianum à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, motu proprio, & ex certa scientia Nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, eidem Sebastiano officium Commissarii Generalis Ordinis hujusmodi ad aliud triennium, seu ad proximè celebrandum Ordinis hujusmodi Capitulum Generale, cum authoritate, facultatibus, præeminentiis, prærogativis, honoribus, & oneribus solitis, & consuetis, teuore præsentium prorogamus. Mandantes propterea in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub indignationis Nostræ, aliisque arbitrii nostri pœnis, dilectis filiis Ministro Generali, aliisque Superioribus, & Fratribus d. Ordinis, & præsertim Vocalibus in Congregatione Generali ejusdem Ordinis propè diem celebrandam congregatis, ne ad alterius Commissarii Generalis electionem procedant, sed prædictum in Officium Commissarii Generalis hujusmodi pacificè, & absque ullo impedimento, juxta tenorem præsentium, continuare, illud exercere sinant, & permittant, eique in omnibus, ad effectum hujusmodi pertinentibus, pareant, obediant, foveant, & assistant respectivè. Decernentes irritum, & inane, &c. Datum Romæ &c. die 27. Maii 1654. Pontificatus anno decimo.

Sacræ Theologiæ Studia Generalia juxta Constitutionem Apostolicam Clementis Papæ VIII.

In Conventibus Sanctæ Mariæ de Ara-Cœli.
- S. Mariæ Novæ Neapolis.
- S. Francisci Montis Perusiæ.
- S. Francisci Anconæ.
- S. Mariæ Novæ Fani.
- Omnium Sanctorum Florentiæ.
- S. Francisci Lucæ.
- Sanctissimæ Annunciatæ Bononiæ.
- S. Francisci Paduæ.
- S. Bernardini Veronæ.
- Sanctissimæ Annunciatæ Januæ.
- S. Mariæ Angelorum Mediolani.
- S. Didaci Neapolis.
- S. Mariæ Jesu Messanæ.
- S. Mariæ Angelorum Panormi.
- S. Mariæ Jesu Mantuæ.
- S. Antonii Licii.
- S. Bernardini Aquilæ.
- S. Joseph Brixiæ.
- S. Thomæ Taurini.
- Paradisi Viterbii.
- S. Spiritus Ferrariæ.
- S. Bernardini Alexandriæ.

Sequuntur quæ alia fuere in Congregatione Generali. In Nomine Domini.

In Diffinitorio Generali habito die 8. Junii 1654. coram Reverendissimo P. Fratre Sebastiano à Cajeta Cismontanæ Familiæ Generali Commissario, factæ fuerunt infrascriptæ declarationes.

1. Ut in Capitulis Provincialibus Custodes noviter electi, & etiam confirmati, nullum habeant suffragium respectu Diffinitorum eligendorum in eodem Capitulo: sicut nec Diffinitores, si aliquem, vel aliquos in uno scrutinio, & reliquos in alio eligi quandoque contingat.

2. Pro Provincia Reformata Brixiæ, sicut, & pro reliquis, in casu subrogationis, antiquior, qui fuit Minister, omnino in Diffinitorio subrogetur, etiam si non extiterit per integrum triennium Minister, sed Custos gubernii, ante annum 1639. per aliquod tempus ejusdem triennii.

3. Supplicetur Sacra Congregatio, ut indulgere dignetur Diffinitorio Generali, quod non obstante Statuto Generalis Capituli Anni 1651. aspicere possit ad labores, & merita Commissarii Generalis Germaniæ præsentis, & futurorum laudabiliter, qui fue-

per triennium suo officio functi, ac aliquo privilegio, titulo, favore, vel gratia prosequi, prout melius, ad merita habito respectu, judicabit expediens.

Liceat Ministro Provinciæ Reformatæ S. Antonii sigillum minus reformare, & imprimi facere juxta formam, & ad instar sigilli majoris dictæ Provinciæ, proportione, & inscriptione servatis.

5. Injungatur sub pœna privationis officii exequenda, in casu inobedientiæ, suo tempore à Commissario Visitatore, Ministro, Custode, & Diffinitoribus Provinciæ Reformatæ Corsicæ, ut statim deleant, & expurgent à Registro Provinciæ decretum temerè ab ipsis factum in evidentem jacturam auctoritatis Superioris Generalis, de non volendo, nec debendo contribuere, & succurrere sumptibus, & expensis factis, vel faciendis pro Congressibus Generalibus Ordinis.

6. Lectores supranumerarii in Studiis generalibus non describantur in Tabulis Congregationis Generalis.

7. Clerici ordinati in Sacerdotes per biennium exerceant officia Clericorum in quacumque fuerint ætate, sub pœna suspensionis Guardianis, vel Provincialibus aliter facientibus, vel disponentibus.

8. Nullus audeat deinceps aliquem edere Librum, nisi prius Romam missus judicetur ab Examinatoribus à Reverendissimo P. Generali Commissario deputandis, an sit impressione dignus, Ministris Provincialibus hujusmodi facultate ablata.

9. Supplicetur Sacra Congregatio, ut reducere, & moderari dignetur Annos Vacationis Procuratorum Ordinis, & Commissariorum Curiæ, nec non Superiorum Generalium, ut scilicet omnibus sufficiat vacasse per duplum temporis post absolutum officium.

10. Renovetur Statutum, ut in unoquoque Studio Sacræ Theologiæ, antiquior Lector legat Textum Scoti ad litteram sine scriptis, tàm in Studiis Observantium, quàm Reformatorum.

11. Libellus nominatus, *Biga duas vehens*, editus à Patre Illuminato Marono Reformato, iterum revideatur à Patribus Commissario Generali benevisis, & juxta novam correctionem permittatur Authori, ut illum reimprimere possit.

Fr. Angelus de Bergomo Diffinitor Generalis.
Fr. Jo: Baptista de Venetiis Diffinitor Generalis.
Fr. Clemens de Martina Diffinitor Generalis.
Fr. Augustinus à Monte Corvino Diffinitor Generalis.
Fr. Fabius Papazzonius Diffinitor Generalis.
Fr. Joseph Redaellus Diffinitor Generalis.
Fr. Fulgentius Miliorutius Ex-Commissarius Curiæ.
Fr. Lucius de Sancto Justo Curiæ Commissarius.
Fr. Sebastianus à Cajeta Commissarius Generalis.

Confirmamus suprascripta Decreta, eaque mandamus ab iis, ad quos spectat, inviolabiliter observari.

Locus ✠ Sigilli,

Fr. Cardinalis Barberinus Protector.

Agapitus Colortius Secretarius,

Pro Provinciis Poloniæ plurima fuerunt proposita à Ministris Provincialibus Diffinitorio Generali, & sunt, quæ sequuntur, una cum resolutionibus.

Primùm proponente, & supplicante Fr. Christophoro Steiala Minoris Poloniæ Vicario Provinciali, primò, ut Studium Theologicum in Conventu Vilnensi Sancti Francisci à Reverendissimo Patre Sebastiano à Cajeta Commissario Generali institutum, & declaratum pro Generali in ordine ad Jubilationem, authoritate Venerabilis Diffinitorii approbetur, & confirmetur, quæ approbatio, & confirmatio Statutis Generalibus hujus Congregationis inseratur.

℞. Concessum fuit.

Secundo, quia per injuriam pestis Lectores Jubilati decesserunt, supplicavit præfatus Vicarius Provincialis, ut duo Lectores Generales propinquiores ad jubilationem, sed cum interruptione Lecturæ, ad ipsam jubilationem dispensentur.

℞. Fuit negativè, quia obstant Constitutiones Apostolicæ.

Tertiò; quia eadem Provincia ratione antiquitatis erectionis, post divisionem aliarum à se Provinciarum, sigillum antiquum, cum titulo absoluto Poloniæ, absque additamento majoris, vel minoris obtinuit, ideò supplicat præfatus Vicarius Provincialis, ut eamdem absolutam nomenclaturam pro semper valeat obtinere.

℞. Nihil innovetur usque ad novam revisionem, & novum Ordinem Provinciarum in Statutis reponendum, sed citra præjudicium nominentur Provinciæ Majoris, & Minoris Poloniæ; Romæ die 10. Junii 1654.

Cum in tribus Poloniæ Provinciis Observantibus Prædicatores Generales super Lectores Generales præcedentiam prætenderent, Provinciales illarum Provinciarum pro authentica diffinitione hujus controversiæ supplicarunt in Diffinitorio Generali.

℞. Fuit, præcedant Lectores Generales, juxta Constitutiones Generales, & antiquam Ordinis consuetudinem &c. die 11. Junii 1654.

Contra consuetudinem, quæ erat in eisdem Poloniæ Provinciis, ut Fratres delinquentes per alienam manum, sæpè numero ad sanguinem usque flagellarentur, cum gravissimis exinde inconvenientibus, supplicarunt præfati Provinciales &c.

℞. Diffinitorium Generale prohibendo omninò hujusmodi modum disciplinandi, cum sit contra Canonem. Si quis &c. sed servetur modus, & consuetudo Religionis, quoad modum disciplinandi, & pœnitentiandi.

In præfata Minoris Poloniæ Provincia invaluerat abusus, ut omnes Patres olim Provincialis officio functi, Lectores Jubilati, & alii quovis titulo Paternitatis gaudentes, cum maxima Capitulorum perturbatione in Capitulis Provincialibus, & Congregationibus intermediis intervenire vellent, etiam cum voto consultivo, & electivo, supplicavit itaque &c.

℞. Fuit, serventur Constitutiones Apostolicæ sub pœnis in eisdem contentis die 13. Junii 1654.

Contra quoddam concordatum factum inter Provinciales Majoris, & Minoris Poloniæ, & Russiæ subscriptum, & sigillatum in Vienn. Conventu S. Hieronymi die 8. Julii 1651. ut videlicet, quicumque Fratrum de suis ab una Provincia ad aliam, fanatico inquietudinis spiritu agitatus, commigrare præsumpserit, is omninò, ultra pœnas in Statutis taxatas, caputio spoliatus, cum irreligioso dedecore ad suam Provinciam remitti deberet. Hoc concordatum supplicarunt unanimiter, ut confirmaretur à Diffinitorio Generali.

Sed responsum fuit, bonum esse, ut sic errantes, secundum Ordinis Statuta puniantur, non tamen

axinda

exinde Caputio spolientur, quia spectat ad formam habitus, sed hujus pœnæ loco, signa probationis apponantur. Die 10. Jnnii 1654.

Eodem die, & anno concessit Diffinitorium Generale pro præfata Majoris Poloniæ Provincia. Primò, ut Patrum, & Fratrum recollectio fiat per tres dies, ter in anno repetenda. Secundo, ut Novitiatus, ex locis Custodialibus, ad Provinciales translati, in posterum ad Custodias non transferantur, nisi servatis servandis. Tertiò, ut Chori in Ecclesiis Fratrum post Altare Majus juxta usitatiorem, & laudabiliorem consuetudinem constituantur. Romæ &c. die 10. Junii 1654.

Fr. Augustinus de Monte Corvino Diffinitor Generalis, & Secretarius Generalis Diffinitorii.

Breve Alexandri Septimi, quo Petrum Manerum Episcopum Tyrasonensem confirmat, & ut futura in Capitulo voce activa suffragari posset, concedit &c.

ALEXANDER PAPA VII.

Venerabili Fratri Camillo Patriarchæ Hierosolymitano ad Charissimum in Christo Filium nostrum Philippum Hispaniarum Regem Catholicum, & Hispaniarum Regna nostræ, & Apostolicæ Sedis cum potestate de latere Nuncio.

Venerabilis Fr. Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

CUm sicut Dilectus filius Petrus Manero Minister Generalis Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum Nobis nuper exponi fecit, ad Ecclesiam Tyrasonensem, quæ de jure patronatus charissimi in Christo filii nostri Philippi Hispaniarum Regis Catholici, ex privilegio Apostolico, cui non est hactenus in aliquo derogatum, esse dignoscitur, ad præsens pastorali solatio destitutam, dictus Philippus Rex eumdem Petrum nobis præsentaverit, seù præsentare intendat; & si ipsum Petrum à nobis dictæ Ecclesiæ ad præsentationem hujusmodi præfici contingat, Officium Ministri Generalis dicti Ordinis, quod idem Petrus obtinet, vacaturum sit, ac proinde Electio Vicarii Generalis Ordinis præfati pro complemento Sexennii, ad quod Petrus præfatus in Officio Ministri Generalis hujusmodi durare debebat, facienda sit. Ut autem omnis ea de causa perturbatio in eodem Ordine evitaretur, præfatus Petrus Minister Generalis per Nos in præmissis opportunè provideri summopere desideret. Nos eumdem Petrum specialibus favoribus, &c. per præsentes committimus, & mandamus, quatenus si, & postquam prædictum Petrum Ministrum Generalem prædictæ Ecclesiæ Tyrasonensi ad præsentationem præfatam in Episcopum, & Pastorem præficiendum duxerimus, Tu Sigilla Ordinis prædicti ab eodem Petro in manibus tuis deponenda recipias, ac illos, ad quos spectat electio Vicarii Generalis ejusdem Ordinis pro eo tempore, quod superfuerit de Sexennio, ad quod prædictus Petrus in Officio Ministri Generalis hujusmodi durare debebat, juxta Constitutiones dicti Ordinis, authoritate Apostolica confirmatas, convoces, nec non in electione Vicarii Generalis hujusmodi nostro, & Apostolicæ Sedis nomine præsideas, ipsique Petro Ministro Generali, ut vocem activam in dicta electione Vicarii Generalis una cum cæteris habeat, eadem authoritate indulgeas, ac electionem hujusmodi, si canonicè facta fuerit, authoritate prædicta confirmes, & Vicario Generali hujusmodi, ut præfertur, electo, & confirmato sigilla supradicta, prout moris est, consignes. Non obstantibus, &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub anoulo Piscatoris die 4. Decembris 1655. Pootificatua nostri anno primo.

Breve Alexandri VII., quo Capitulum Generale ad alium annum differtur, & prorogatur, remanentibus iisdem Superioribus, & Officialibus Generalibus.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

EXponi Nobis nuper fecerunt dilecti Filii Vocales Familiæ Cismontanæ Fratrum Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia, & Reformatorum nuncupatorum asserentes, se ad numerum centum, & triginta quinque Vocalium ascendere, quod dilectus Filius tunc existens dicti Ordinis Minister Generalis Capitulum Generale ejusdem Ordinis in Regno Hispaniarum, illiusque Domo regulari Civitatis Toletanæ Vigilis Pentecostes anni proximi futuri 1657. celebrandum indixit. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, ob præsentes Bellorum motus, & pestilentiæ suspicionem, itinerumque interclusionem impossibile sit, ut exponentes præfati eò se conferant, ac tempestivè perveniant: Si verò Capitulum Generale hujusmodi, in quo futurus Minister Generalis, Procurator, & Diffinitores Generales dicti Ordinis è Natione Italica, juxta alternativam, eligi debent, cum solo interventu Hispanorum Vocalium celebraretur, non modicum inde ipsi Ordini, præsertim verò illius Italiæ, Germaniæque, & Poloniæ Provinciis incommodum proveniret; Nobis propterea iidem exponentes humiliter Supplicari fecerunt, ut in præmissis opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur prospero, felicique ejusdem Ordinis statui, quantum cum Domino possumus, consultum esse cupientes, ipsosque exponentes specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendarum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, celebrationem dicti Capituli Generalis, quæ juxta regularia ejusdem Ordinis instituta, Sabbato immediate antecedente festum Pentecostes dicti anni 1657. fieri deberet, ut præfertur, ad annum inde proximum Apostolica auctoritate tenore præsentium prorogamus; nec non dilectum Filium Vicarium Generalem, ac Procuratores, & Diffinitores Generales, dicti Ordinis ad præsens existentes in eorum respectivè officiis, cum omnibus facultatibus, auctoritatibus, prærogativis, præeminentiis, honoribus, gratiis, & indultis, quibus hactenus eorumdem officiorum ratione usi, & gavisi sunt, ac uti, & gaudere potuerunt, ad annum per præsentes prorogatum hujusmodi auctoritate, & tenore præfatis confirmamus. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac dicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apostolica,

vel quavis firmitate alia roboratis, Statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut præsentium transumptis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & Sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus ubique fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 26. Septembris 1656. Pontificatus nostri Anno Secundo.

G. Gualterius

Cum autem in his Apostolicis literis nulla facta fuisset mentio confirmationis Commissarii Generalis Familiæ, Commissarii Curiæ, ac Procuratoris Generalis Reformatorum; ad præveniendas omnes, quæ inde oriri potuissent difficultates, sequens itidem emanavit Breve.

Breve Alexandri VII. quo Capitulum Generale ad Annum alium differt, & prorogat, remanentibus &c.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

NON ità pridem per dilectos filios Vocales Familiæ Cismontanæ Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia, & Reformatorum nuncupatorum, asserentes, se ad numerum centum, & trigintaquinque Vocalium ascendere, Nobis exposito, quod dilectus Filius, tunc existens dicti Ordinis Minister Generalis, Capitulum Generale dicti Ordinis in Regno Hispaniarum, illiusque domo Regulari Civitatis Toletanæ in Vigilis Pentecostes anni proximè futuri 1657. celebrandum indixerat; ob præsentes verò bellorum motus, & pestilentiæ suspicionem, itinerumque interclusionem, impossibile erat, ut exponentes prædicti eò se conferrent, & tempestivè pervenirent: si vero Capitulum hujusmodi, in quo futurus Minister Generalis, Procurator, & Diffinitores Generales dicti Ordinis è Natione Italica juxta alternativam eligi debent, cum solo interventu Vocalium dicti Ordinis Familiæ Ultramontanæ celebraretur, non modicum inde ipsi Ordini, præsertim vero illius Provinciis Italiæ, Germaniæque, & Poloniæ, incommodum proveniret. Subindè Nos celebrationem dicti Capituli generalis, quæ juxta regularia ejusdem Ordinis Statuta Sabbato immediatè antecedente Festum Pentecostes dicti Anni 1657. fieri deberet, ut præfertur, ad annum inde proximum Apostolica auctoritate prorogavimus, aliaquè fecimus, prout in nostris in simili forma Brevis desuper emanatis litteris, quorum tenores, præsentibus pro expressis haberi volumus, uberiùs continetur. Nunc autem Nos prospero, felicique ejusdem Ordinis Statui, quantum cum Domino possumus, per ampliùs consultum esse cupientes, dilectos filios Familiæ Cismontanæ Vocales eorumdem Fratrum, specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium duntaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, supplicationibus illorum nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, dilectos Filios Vicarium, necnon Commissarium, & Procuratorem Generales dicti Ordinis, ac Curiæ Commissarium, eorumdemque Reformatorum Procuratorem, ac Diffinitores Generales, & alios Officiales dicti Ordinis, in illius Capitulo Generali eligi solitos, ad præsens existentes in eorum respectivè Officiis, cum omnibus facultatibus, auctoritatibus, prærogativis, præeminentiis, honoribus, gratiis, & Indultis, quibus hactenus eorumdem officiorum ratione usi, & gavisi sunt, ac uti, & gaudere potuerunt, pro tempore, ad quod celebratio dicti Capituli Generalis per præfatas nostras litteras prorogata fuit, authoritate, & tenore præsentium confirmamus. Non obstantibus, &c.

Datum Romæ &c. die 18. Novambris 1657. Pontificatus nostri anno secundo.

Erectio Provinciæ Sancti Antonii Discalceatorum in Brasilia.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad perpetuam rei Memoriam.

EX commissi Nobis divinitùs pastoralis officii debito, ad ea propensis studiis igitur intendimus, per quæ regularium personarum, quæ relicto seculo, Dei obsequiis sub suavi arctioris Religionis jugo sese manciparunt, statui, & felici directioni consulitur, ut secundum Ordinum suorum instituta, gratum Altissimo impendentes famulatum, prosperioribus in dies in Via Domini proficiant incrementis. Nuper siquidem nomine dilectorum Filiorum Fratrum Custodiæ Brasiliæ Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia Reformatorum nuncupatorum Nobis expositum fuit, quod alias, postquam die decima quarta Augusti millesimo sexcentesimo quadragesimo septimo, pro tempore quondam Joannis de Neapoli dicti Ordinis Ministri Generalis, erat ad ejusdem Joannis instantiam Custodia prædicta Provinciæ Sancti Antonii Regni Portugalliæ ejusdem Ordinis, longissimi maritimi itineris, quo Custodia hujusmodi a Regno prædicto distat, aliisque incommodis occurrendi ergo, per quasdam literas Apostolicas in simili forma Brevis expeditas separata, & subinde intra breve tempus aliquot Conventibus aucta fuerat, in Capitulo Generali memorati Ordinis de anno millesimo sexcentesimo quinquagesimo primo, in hac Alma Urbe celebrato, stabilitum fuit, ut Custodia hujusmodi, reservato tamen hujus Sanctæ Sedis beneplacito, in novam Provinciam dicti Ordinis erigeretur; sed id propter nonnullas oppositiones, seu objectiones ad effectum deduci hactenus non potuit, quinimo a quadam privata persona aliæ literæ in forma Brevis, similiter expeditæ super reunione ejusdem Custodiæ cum Provincia prædicta, ab eadem Sede impetratæ fuerunt. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, oppositiones, seu objectiones præfatæ jam cessent, & Fratres dictæ Provinciæ S. Antonii capitulariter congregati juri, quod super Custodia præfata prætendere poterant, renunciaverint, Conventusque

ejus-

ejusdem Custodiæ, qui post ingressum hæreticorum in Brasiliam extincti fuisse prætendebantur, illis inde egressis, septemdecim numero, qui numerum Conventuum nonnullarum Provinciarum Ordinis præfati excedit, restituti fuerint. Cumque, si dicta Custodia in novam Provinciam, juxta consensum ei rei a prædicto Capitulo Generali, ut præmittitur, præstitum, erigatur, id nemini præjudicium, sed maximam prospero Conventuum ipsius Custodiæ gubernio utilitatem sit allaturum. Nobis propterea dicti exponentes humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportunè providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur specialem eisdem exponentibus gratiam facere volentes, & eorum singulares personas a quibus excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati Custodiam Brasiliæ hujusmodi, ejusque Conventus a dicta Provincia Sancti Antonii Regni præfati authoritate Apostolica, tenore præsentium perpetuo separamus, & dismembramus, ac ipsam Custodiam, & ejus Conventus prædictos sic separatos, & dismembratos in novam Provinciam Ordinis prædicti, cum omnibus, & singulis præeminentiis, prærogativis, indultis, privilegiis, & gratiis, quibus aliæ ejusdem Ordinis Provinciæ frui & gaudere solent, & possunt, ac debent, auctoritate, & tenore præfatis, ibidem perpetuo erigimus, & instituimus. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non, quatenus opus sit, Ordinis, Provinciæ Custodiæ, & Conventuum hujusmodi, aliisque quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis, aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expressè, derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die vigesima quarta Augusti millesimo sexcentesimo quinquagesimo septimo Pontificatus Nostri Anno tertio.

Breve, quod Hispaniarum Nuntium Capitulo Generali præficit &c.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

CUM, sicut accepimus, Capitulum Generale Fratrum Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia, & Reformatorum nuncupatorum in Domo Regulari S. Joannis Regum nuncupatæ dicti Ordinis Civitatis Toletanæ proximè futura Vigilia Pentecostes, benedicente Domino, celebrandum sit: Nos ut Capitulum hujusmodi rectè, & feliciter ad Dei laudem, & Fratrum prædictorum utilitatem celebretur, supplicationibus dilecti Filii Procuratoris Generalis ejusdem Ordinis Nobis sub hoc porrectis inclinati, te, de cujus fide, pietate, prudentia, integritate, & Religionis zelo plurimum in Domino confidimus, in prædicto Capitulo Generali, Nostro, & Sedis Apostolicæ nomine Præsidentem cum authoritate, facultatibus, jurisdictione, honoribus, & oneribus similibus Præsidentibus competentibus, & aliàs solitis, & consuetis, ac cum facultate, quando tu actibus Capitularibus interesse non poteris, aliquam Personam in dignitate Ecclesiastica constitutam tibi benè visam, in cujus locum ad hujusmodi Præsidentis munus obeundum cum authoritate, & facultatibus tibi per præsentes concessis substituendi Apostolica authoritate, tenore præsentium, facimus, constituimus, deputamus; teque in Domino hortamur, & monemus ut Capitulum hujusmodi feliciter regere, ac in illo omnia, quæ ad prosperum totius Ordinis hujusmodi regimen, & gubernium pertinent, decerni, statui, & ordinari cures, & facias; mandantes propterea in virtute Sanctæ Obedientiæ dilectis Filiis Ordinis præfati Superioribus quocumque nomine nuncupatis, cæterisque Fratribus, & specialiter Vocalibus in præfato Capitulo Generali congregatis, aliisque, ad quos spectat, ut Te recipiant, tibique, & per te substituendæ personæ hujusmodi in omnibus ad Præsidentis officium pertinentibus pareant, obediant, & assistant, tuaque ac ejusdem Prælati a te substituendi salubria monita, & jussa suscipiant humiliter, & efficaciter adimplere procurent. Non obstantibus constitutionibus, &c. Datum Romæ die 30. Januarii 1658. Pontificatus anno quarto.

SE-

Digitized by Google

CAPITULUM GENERALE
SEPTUAGESIMUM SECUNDUM
Toletanum Anno 1658.

OB Bellorum, & Pestis incommoda diistum fuit authoritate Apostolica per annum Capitulum Generale: Interim Petro Manero Ministro Generali in anno quinto sui Generalatus ad Insulas Tyrasonensea evecto, & Juliano Perez, qui fuerat in Vicarium Generalem electus, post annum defuncto, substitutus est in Vicarium Generalem Ordinis Fr. Joannes de Robles, qui Vocales ad Comitia convocavit.

Tabula, & Acta celeberrimi Capituli Generalis totius Ordinis Fratrum Minorum nuperrimè celebrati in Regali Conventu S. Joannis Regum Civitatis Toleti, in Vigilia Pentecostes, die 8. Junii anno Domini 1658.

Præsidente Illustrissimo, ac Reverendiss. Domino D. Camillo de Maximis, Patriarcha Hierosolymitano, Cameræ Apostolicæ Clerico, & in Regnis Hispaniarum cum potestate Legati à latere Nuntio Apostolico. In qua viginti septem supra ducenta suffragia ex toto terrarum Orbe ad electionem convenerunt, Sanctissimo Domino nostro Alexandro VII. Summo Pontifice.

Tabula Capituli Generalis.

IN primis septennio feliciter absoluto sub Generalatu Reverendissimi Patris Fr. Petri Maneri intra quinquennium officii ad Episcopatum Tyrasonensem evecti, & uno anno sub Vicariatu Generali Reverendissimi P. F. Juliani Perez in officio vita defuncti, & demum dilato per Breve Apostolicum ad alterum annum Generali Capitulo expleto: Hoc eodem anno sub Vicariatu Generali Reverendissimi P. Fr. Joannis de Robles, fere omnibus suffragiis Religionis, in Ministrum Generalem totius Ordinis cooptatus est Reverendissimus Pater Fr. Michael Angelus à Sambuca, Provinciæ Reformatæ Vallis Mazariæ Pater, Secretarius Generalis, & bis Diffinitor Generalis Ordinis.

Commissarius Generalis Familiæ Cismontanæ.

Reverendiss. P. Fr. Joannes de Robles Provinciæ Castellæ Pater, & Ex-Vicarius Generalis Ordinis.

Pater, & Diffinitor perpetuus Familiæ Ultramontanæ.

Reverendiss. Pater F. Sebastianus a Cajeta Commissarius Generalis præteritus.

Procurator Generalis Ordinis in Curia Romana.

Adm. R. P. F. Theodorus à Vicentia Lector Theologiæ, & Custos Provinciæ S. Antonii.

Commissarius Generalis Curiæ Romanæ.

Adm. R. P. Fr. Roccbus à Villarejo, Provinciæ Granaten. Ex-Diffinitor.

Procurator Generalis Reformatorum familiæ Ultramontanæ.

Adm. R. P. Fr. Ioannes à Pinarolio, Provinciæ S. Thomæ Pater.

Diffinitores Generales Ultramontanæ Familiæ.

Adm. R. P. Fr. Marcellinus Redaelii, Provinciæ Mediolanensis, & Pater Ordinis.

Adm. R. P. Fr. Bonaventura à Clusa, Provinciæ Vallis Mazariæ Pro Minister, & Pater.

Adm. R. P. Fr. Michael Angelus à Neapoli Lector Iubilatus, Provinciæ Terræ laboris Pater, & Custos Terræ Sanctæ.

Adm. R. P. Fr. Felix à Setia, Reformatæ Provinciæ Romanæ Pater.

Adm. R. P. Fr. Franciscus Mancini, Provinciæ Tusciæ Pro-Minister.

Adm. R. P. F. Franciscus Statfeldt, Provinciæ Austriæ Minister.

Diffinitores Generales Cismontanæ Familiæ.

Adm. R. P. Fr. Joannes Muniesa, Provinciæ Aragoniæ Custos, & Pater.

Adm. R. P. Fr. Joannes à Villamar, Provinciæ Conceptionis Minister, & Lector Iubilatus.

Adm. R. P. Fr. Andreas Hubercau Doctor, & Magni Conventus Parisiensis Guardianus.

Adm. R. P. Fr. Ludovicus Mauia, Minister Provinciæ Sancti Francisci Recollectorum in Gallis.

Adm. R. P. Fr. Franciscus Gend, Custos Provinciæ Germaniæ Inferioris.

Adm. R. P. F. Gerardus Ioannis, Minister Provinciæ Saxoniæ S. Crucis.

Guardianus Terræ Sanctæ.

Adm. Rev. P. Fr. Eusebius Velles, Provinciæ Mediolanensis, & Ordinis Pater.

Vicarius Conventus Sanctissimi Salvatoris.

Pater Fr. Ignatius Maurgues Provinciæ S. Dionysii Parisiensis Recollectorum.

Guardianus Constantinopolitanus.

Pater Fr. Sebastianus à Camerata, Provinciæ Vallis Mazariæ Reformatæ Pro-Minister.

Com-

Confirmatio electionis Reverendissimi P. Fr. Michaelis Angeli de Sambuca in Ministrum Generalem totius Ordinis Minorum S. Francisci.

ALEXANDER PAPA VII.
Ad perpetuam rei memoriam.

Dilecte Fili Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

CUm sicut Nobis nuper exponi fecisti, tu in Capitulo Generali Fratrum Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum in Conventu S. Joannis Regum Toletan. vigilia Pentecostes Anni 1658. celebrato in Ministrum Generalem ejusdem Ordinis canonicè electus fueris, & electionem hujusmodi pro majori illius validitate, & subsistentia Apostolicæ confirmationis robore communiri summoperè desideres. Nos sperantes electionem hujusmodi de persona tua, ut præfertur, factam, ob tuum Religionis zelum, fidem, prudentiam, integritatem, & doctrinam eidem Ordini plurimum profuturam, teque specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existis, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus tuo nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, electionem de persona tua in Ministrum Generalem dicti Ordinis, ut præfertur, factam Apostolica auctoritate, tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, omnesque, & singulos tàm juris, quàm facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus: Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit, dicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis, quibus omnibus & singulis illorum tenores pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die 8. Aprilis 1659. Pontificatus Nostri Anno quinto.

Fr. Michael Angelus à Sambuca totius Ordinis Sancti Francisci Fratrum Minorum Minister Generalis.

Dilectis plurimum in Christo Seraphicæ Nostræ Religionis Patribus, & Fratribus, Superioribus, ac subditis Salutem in Domino sempiternam.

INfinita, & verè admirabilis Dei providentia, cum parvitatem nostram in summo apice Ministeriatus Generalis dignata sit collocare, de nostri muneris debito ita nos admonet, ut quantum sumus, & quantum possumus officio nostro incumbamus. Quapropter (Patres, ac Fratres Dilectissimi) mentem nostram Franciscana sinceritate Vobis aperire conamur, quæ in alio non consistit, quàm in virtute provehenda, in abusibus extirpandis, in instituenda, & excolenda Regulæ nostræ primæva, & Apostolica observantia, in hoc absolutissimè tendimus, hoc inflexibiliter prætendimus, istud est cogitationum nostrarum pondus, cordis nostri invariabile desiderium; Cùm id Deo favente fecerimus, Ministrum Generalem agemus juxta normam S. P. N. Francisci: quis verò in hunc finem collimare nequimus, nisi in suo studio Religio progrediatur; quod primu Vobis erit omninò fugiendum, scitis esse Sæcularium favorum influxus: quemadmodum etenim Virtus, atque Religiositas Nobis ex justitia videbitur meritum, ita extraneus favor demeritum censebitur, pœna dignus, non præmio. Experientia ipsa docebit, an cor nostrum loquatur, vel lingua; vivat in Religione Frater Minor, & nullus prætendat fieri major, nisi in virtute, & observantia, & nostrum erit, nisi culpabiles ante Deum apparere velimus, de virtuoso cogitare, & Regulam observanti alios regendos tradere, ut gubernia sint in Virtutis augumentum, non in fomentum ambitionis. Ad hunc effectum consequendum aliquas Constitutiones, seu potius legum declarationes in Discretorio factas proponimus. Malitia namque hostis antiqui monet nos, ut leges, vel inobservatas restituamus, vel perperam interpretatas vero sensui donemus. Lux etenim non præsens non juvat, & umbris cooperta in suomet splendore languescit. Progrediamur itaque in viis vitæ nos hæc desideris fovendo, vos eisdem cooperando: mansuetudinem profitebimur, sed legem inulxam justitiæ rigori, & quæ nobis ex Dei gratia naturalis est placiditas, meritò acquiretur, culpa irritabitur, cùm Patrem simul, ac Judicem vobiscum agere debeamus. Hæ sunt vestri Pastoris voces, hæc Vota successoris S. P. Francisci. Satis diximus, ea cunctis infallibiliter exequuturi. Valete in Domino. Datum Matriti die 5. Julii 1658.

Constitutiones Generales Ordinis Fratrum Minorum Regularis Observantiæ, & Reformatorum Seraphici P. N. S. Francisci, editæ in Generali Capitulo celebrato Toleti, in Regali Conventu Sancti Joannis Regum sub die 8. Junii Anno 1658. per utrumque Discretorium, etiam Reformatorum.

Præsidente Illustrissimo, ac Reverendissimo Domino D. Camillo de Maximis, Patriarcha Hierosolymitano, Cameræ Apostolicæ Clerico, & in Regnis Hispaniarum cum potestate Legati à latere Nuntio Apostolico, & specialiter ad hoc deputato.

Sub Reverendissimo P. Fr. Michaele Angelo de Sambuca Ministro Generali totius Ordinis Fratrum Minorum in eodem Generali Capitulo noviter electo.

Pro Sacro Ordine Prædicatorum.

1. UT antiquus, & laudabilis fraternæ charitatis & Observantiæ nexus inter Sacrum Ordinem Prædicatorum, & nostrum, in quo nati, & educati sumus, magis in dies firmetur, & arctetur, renovamus omnia, & singula, tam antiqua, quam recentia Statuta, quæ mutuam utrorumque necessitudinem, charitatis, & pacis fœdera respiciunt, & nostra in eosdem Venerabiles Patres, & charissimos in Christo Fratres benevolentia, & servitutis officia. Si quis verò ex nostris (quod Deus avertat) deprehensus fuerit temerario ausu, vel in minimo læsisse unionem, & fraternitatem, quam, Deo inspirante, ab infantia nostræ Religionis exhibimus, in eum tamquam in optatissi-

tissi-

tiſſimæ pacis turbatorem Superiores animadvertant.

2. Et ut pientiſſimis Fratribus pro modulo noſtro vicem rependamus, cum in Divino officio perſolvendo Romanis Ritibus ex vi Regulæ ſimus adſtricti, Capitulum Generale determinat, aſſiduas ad Sedem Apoſtolicam fundere preces, quouſque Nobis liceat Sanctiſſimi Patriarchæ noſtri Dominici Natalem pari ritu celebrare, quo Seraphicum P. N. Franciſcum celebramus; utque quoties in anni decurſu contingat D. Franciſci fieri commemorationem, liceat & Symmiſtæ Dominici memoriam annectere, amboſque ſimul, & indiviſè colere, quos eadem fides, & gratia verè fecit eſſe Germanos.

3. Sed & B. Catharinam Senenſem illius, & noſtræ Religionis Venerabile decus eo ſaltem ritu celebrare, quo clariſſimi, & Religioſiſſimi Patres Claram noſtram, & ſuam dignati ſunt ſuis faſtis adſcribere.

Pro utraque Familia.

1. Præcipit Capitulum generale, ne deinceps in Capitulis, aut Congregationibus Generalibus, aut Provincialibus proponantur Theſes propugnandæ cum iconibus ære inciſis, aut laminis quomodolibet ſumptuoſis; ſed omnes typis communibus, quantumvis magno Patrono dicatæ mandentur: qui ſecus fecerit, prohibetur eaſdem Theſes defendere; privatur Lectoratu, ſi jam obtinuit; ſin minus, inhabilitatur ad obtinendum. Miniſter verò, vel Prælatus, qui contrarium fieri permiſerit, ſuſpendatur ab officio ad arbitrium Superioris.

2. Inhibetur ne Provinciarum Procuratores ad Romanam Curiam, nec ad Curiam Matritenſem, nec aliorum Principum deinceps mittantur, niſi de licentia in ſcripto obtenta Reverendiſſimi Miniſtri, aut Commiſſarii Generalis, & aliter miſſi puniantur tamquam Apoſtatæ, non audiantur, ſed ſtatim ad ſuas Provincias mittantur. Nec propterea tollitur à Miniſtris Provinciarum una cum ſuis Diffinitoriis facultas mittendi ob negotia urgentia.

3. Fratres Forenſes, qui ad Romanam Curiam acceſſerint, cujuſcumque ſint Provinciæ, vel Nationis, aut Familiæ, ſive etiam Obſervantes ſint, ſive Reformati, non poterunt deinceps exire a domo, ſub pœna Apoſtaſiæ, niſi obtenta licentia Guardiani, & etiam Procuratoris Generalis, aut Commiſſarii Curiæ reſpectivè, quod quidem obſervari debet toto tempore, quo Romæ permanere contigerit. Non tamen impediri poterunt, niſi ex legitima cauſa.

4. Ne per abſentiam Procuratoris Ordinis à Romana Curia Univerſus Ordo deſtituatur proprio, & legitimo Procuratore, ſtatuitur, ut quoties Capitulum Generale extra Urbem Romanam celebrari contigerit, Procurator Ordinis ad Capitulum profecturus eo ipſo, quod ab Urbe diſcedat, cenſeatur functus officio ſuo, & tamquam immediatus Ex-Procurator debet ad Capitulum accedere, ubi præcedentiam habebit, & Votum, etiam in Diffinitorio Generali, non ſecus ac ſi actualis Procurator exiſtat. Interim, qui inſtitutus fuerit in officio Procuratoris Ordinis non, jam Vice-Procurator erit, ſed verè, & propriè totius Ordinis Procurator, qui à Curia Romana non poterit diſcedere duraturus in officio, donec Superiores Ordinis aliter provideant.

5. Quoties in Conſtitutionibus noſtris Pater antiquior vocatur ad ſubrogandum, præſidendum, aut ſimile aliquod munus obeundum, illum eſſe antiquiorem Patrem intelligimus, & declaramus, qui tunc temporis, ſervata Statutorum ſerie, primum locum tenet, & dignior invenitur.

6. Subſidia deſignata per Statuta Ordinis, ſive ex conſuetudine diſtribuenda Procuratori, & Commiſſario Romanæ Curiæ, pro expenſis litterarum, & negotiorum expeditione, ſedulo, & opportuno tempore à Provinciis ſubminiſtrentur. Si quæ verò ad preſens uſque non ſubminiſtraverint, Reverendiſſimus Pater Miniſter, & Commiſſarius Generalis conſtringat Miniſtros Provinciales, ut his debitis ſine ulla mora ſatisfaciant.

7. In electione Prominiſtri, ſeu Cuſtodis ad generale Capitulum, ſive ad Congregationem generalem mittendi, ſi contigerit ſuffragia in Provinciis, etiam Reformatis, intra unius diei ſpatium non conformari, itaut ex diſcordia eligentium electio non ſequatur, Electio devolvatur ad Superiorem Generalem, qui non niſi ejuſdem Provinciæ Patrem emeritum nominabit.

8. Diffinitorium Generale declarat Cuſtodes omnes extra Capitulum electos, niſi per integrum biennium functi fuerint munere Cuſtodiatus; aut in generali Capitulo, aut Congregatione ſuffragium tulerint, non debere gaudere privilegiis, & honoribus cæteris Cuſtodibus conceſſis, etiam ſi in electionibus Vicarii, aut Vice-Commiſſarii Generalis, fuerint ſuffragati in ſua familia.

9. Fuit per Diffinitorium Generale declaratum, quod in futurum Procuratores, & Commiſſarii Curiæ Romanæ non gaudeant præeminentiis, & præcedentiis Procuratorum hujuſmodi, niſi per duos annos integros ejuſmodi officia exercuerint; qui verò non compleverint, poterint inſtitui denuo in eadem officia abſque vacantia; ſicuti cavetur de Vicariis Provincialibus.

10. In caſu ſubrogationis Diffinitoris Provincialis, ſi contingat in Provinciis eſſe Diffinitores Generales actuales illius Provinciæ, fiat deinceps ſubſtitutio in perſonam Patris dignioris, poſt ipſos Diffinitores Generales, & hoc pro tempore, quo Diffinitores Generales durabunt in officio; quo tamen abſoluto, ſubrogatio talis intelligitur facta in perſonam dicti Diffinitoris Generalis præteriti, & ille alius Pater antea ſubſtitutus ceſſabit ab officio Diffinitoris Provinciæ. Idem intelligendum erit de Procuratoribus Ordinis, & Commiſſariis Curiæ Romanæ.

11. Declaratum fuit quod juxta Statuta Generalia, non tantum Miniſtris Provincialibus, & Cuſtodibus, ſed etiam Diffinitoribus Generalibus ſubſidia neceſſaria pro peregrinatione ad Capitulum Generale facienda propriæ Provinciæ cura, & ſollicitudine Miniſtri præſtare teneantur.

12. Miniſtri Provinciales etiam Reformatorum expleto triennio, & ſemeſtri Miniſteriatus, ſi nullus ſit miſſus Commiſſarius, ex aliquo accidenti, teneant ſigilla, & gubernent Provincias tanquam Commiſſarii Provinciales, cùm ſuo Diffinitorio, ſed non habebunt Votum in Capitulo immediatè ſequenti, niſi ipſis omnibus concedatur à Superiore Generali, cùm conſenſu Procuratoris Generalis, & Diffinitorum Generalium, ſi præſentes fuerint; ſicut nec Guardiani, qui compleverunt triennium, & ſemeſtre Guardianatus; gubernent tamen tanquam Præſidentes.

13. Subrogationes tàm in Obſervantia, quàm apud Reformatos fiant à toto Diffinitorio, & non à ſolo Miniſtro Provinciali.

14. Qui fuerunt Miniſtri Provinciales in aliena Provincia reverſi ad proprias Provincias, in omnibus & per omnia ſint Patres illarum, ſicuti, & alii Patres, ultimum tamen locum inter Ex-Provinciales teneant, & hoc tum pro Obſervantibus, cum pro Reformatis.

15. Declaratum fuit in pleno Diffinitorio, quod in caſu cujuſcumque deciſionis, minor pars Diffinitorii

orii debet subscribere sententiam majoris partis, etiam inter Reformatos.

26. Procurator Provinciarum in quacumque Curia, & pro quavis causa non instituatur: attamen si aliquando Superiori Generali expedire videbitur per suas patentes institui, non sint nisi tantùm triennales; hujusmodi autem Procuratorea non instituantur, etiam per superiores Generales, nisi ex maxima necessitate.

27. Capitulum Generale mandat, quod Commissarii Generales nationales quotannis rationem reddant Reverendissimo Ministro Generali, de Capitulis in suis Provinciis celebratis, & de rebus præcipuis intra, & extra Capitula determinatis, & aliter facientes suspendantur ab officio ad arbitrium Superioris Generalis. Ipsique Commissarii Generalea hujusmodi in Capitulis, & Congregationibus Generalibus subjaceant sindicationi, sicuti & alii Superiores Generales.

28. Ad tollendas confusiones, difficultates, & jurgia, quæ oriri solent inter Familias, & Nationes super intelligentia Statutorum ultimi Capituli Generalis Romani, Capitulum Generale decrevit, & mandavit, quod hujusmodi Statuta per Reverendissimos Ministrum, & Commissarium Generalem revideantur, & reformentur ad normam Constitutionum Apostolicarum, & Ordinis, & unicuique Familiæ, & Nationi adaptentur.

29. Renovatur Statutum, quo cavetur, quod nullus, etiam inter Reformatos, instituatur Minister Provincialis, nec Guardianus, nec Diffinitor, aut Custos, qui non sequatur vitam communem, qui chorum non frequentet, Orationi non assistat, Refectorium Communitatis non sequatur, ac Regulæ nostræ Zelator, & Constitutionum observator non existat, & electio aliter facta sit ipso facto nulla.

Pro Familia Ultramontana.

1. Confirmatur Decretum factum in Capitulo Generali præterito, quod Provincia Romana Observantium annumeranda sit inter magnas Provincias Familiæ Ultramontanæ, ob Conventum Ara-Cœlitanum, cæterasque rationes in Decreto expressas.

2. In Provincia Brixiensi Reformata servetur alternativa inter Nationes Brixiensem, & Bergomensem juxta Constitutiones Apostolicas, & Ordinis, tam quoad electiones, quàm quoad subrogationea, quæ fieri debent ex eadem natione, in qua deficit subrogandus, dummodo nihil in contrarium obstet.

3. Juvenes professi primo anno ab emissa professione studeant intelligentiæ Regulæ, quam professi sunt, & verbatim didicerunt; ac propterea illo anno Lector, qui instruendis Clericis recenter professis præficitur, teneatur legere publicè, etiam si alii antiquiores professi adesse voluerint, Regulam, juxta declarationes Nicolai III. & Clementis V. nec possint aliter ad studia Logicæ, & Philosophiæ promoveri, nisi prius in Regulæ intelligentia profecerint.

4. Reverendissimus P. Minister Generalis provideat, ut in Provinciis etiam Reformatis pro Juvenum bona educatione instituantur certo anni tempore exercitia spiritualia decem, vel octo dierum, ad quæ peragenda Clerici, & Juvenes sint adstricti: alii autem Patres hortentur cùm regulis, & formis tradendis à Ministris Provincialibus, cum Diffinitorio, ut cùm pace Provinciarum, & Conventuum ad hoc designatorum commodè fiant.

5. Capitulum Generale, perpensis periculis, & magnis laboribus in longo itinere à Patribus Vocalibus perpessis, maturo consilio statuit, quatenus Custodes, & Proministri, etiam Reformatorum Ultramontanæ Familiæ, qui venerunt ad præsens Capitulum Generale, & postmodum venient ad Capitula Generalia in Hispanias, inter Diffinitores actuales ultimum locum, & præcedentiam habeant, nisi alius sibi locus dignior competeret. Inter Reformatos autem, Vicarios Conventus, ac Lectores Sacræ Theologiæ actuales præcedant, juxta Breve Urbani Octavi.

6. Proministri autem hujusmodi præeminentia, & præcedentia gaudebunt, si Diffinitoriatu, vel lectura S. Theologiæ per sexennium, vel Guardianatu principalioris Conventus antea decorati fuerint, vel ad minus Guardiani per trea vices in aliis conventibus, aut Prædicatores eximii extiterint.

7. Inhærendo Bullis Apostolicis, & Ordinis monumentis fuit declaratum, quod Conventus Noster Oppidi Pinaroli, & electio ipsius Guardiani spectet ad Provinciam S. Thomæ Reformatorum. Ideo mandatur, quod Provincia Lugdunensis nullum eligat Guardianum, sive Discretum in prædicto Conventu Pinaroli cum jure votandi in Capitulo. Si quid autem in contrarium fieri contigerit, ipso facto irritum sit, & inane. Guardianus autem præsens electus à Provincia Lugdunensi nullum suffragium habeat in Capitulo.

8. Ad eliminandas fraudes, & frivolas excusationes Ministrorum Provincialium non accedentium ad Comitia Generalia, juxta dispositionem Regulæ nostræ, & Ordinis Constitutionum, statuitur, quod Ministri Provinciales, etiam Reformati, non accedentes ad comitia generalia, quacumque occasione, vel causa, post expletum ministerium ultimum locum inter Ex-Provinciales præteritos, & futuros in perpetuum habeant. Qui verò absque ulla legitima causa neglexerint ad Capitulum Generale accedere, ultra hoc pœnis in Statutis Ordinis mulctentur.

9. In Provinciis Reformatis Ultramontanæ Familiæ ex defectu Patris Ordinis, & Provinciæ in vacantia Diffinitoriatus Provincialis, subrogari debent Ex-Custodes, & Ex-Diffinitorea, & in defectu istorum, Guardiani principaliurum conventuum.

10. Quo verò ad alias subrogationes in, prædictis Provinciis Reformatis serventur Statuta Generalia Reformatorum, & constitutiones Ordinis.

11. Statuitur, quod in Provinciis, etiam Reformatis, Diffinitor in eodem capitulo, in quo explet Diffinitoriatum, eligi poterit in Custodem immediatè absque ulla vacantia, sicut etiam inter Reformatos ipsos fuit semper usu receptum.

12. Prohibet capitulum Generale, quod in capitulis, & Congregationibus Reformatorum, ultra electionem Guardianorum pro quolibet Conventu, nulla fiat electio aliorum, ut dicitur (de respectu) qui in casu vacantiæ succedant, absque alia electione; & si aliqua facta sit, vel in futurum fiet, invalida, & nulla censeatur ipso facto.

13. Inter Reformatos, Discreti Conventus censendi sunt digniores officio respectivè, & ipsis deficientibus, Discreti erunt antiquiores in Religione.

14. Primus Pater Provinciæ, etiam inter Reformatos, si sit Diffinitor, & ei ob mortem, vel renunciationem Ministri Provincialis, vel quacumque ex alia causa sigilla Provinciæ succedant, non poterit renuntiare Diffinitoriatum ad effectum convocandi Electores, sed benè poterit renuntiare post electionem Vicarii Provincialis.

15. In absentia Guardiani, & Vicarii, in Conventibus etiam Reformatorum; si non adsint in Refectorio Patres Ordinis, vel Provinciæ, vel alius à Guar-

Guardiano vel Vicarius delegatus ad mensam regendam, ipsam regere debet qui alios præcedit.

16. Præcedentia antianitatis inter Reformatos attendi debet à susceptione habitus, non à professione, dummodo habitus susceptus fuerit in debita ætate illum suscipiendi.

17. Non liceat Ministro Provinciali, & Diffinitorio, etiam Reformatorum, infra annum, & extra Capitulum, & Congregationem mutare Guardianum de uno Conventu ad alium, absque renunciatione, & nova electione, nisi de consensu amborum Guardianorum, & Diffinitorii. In capitulo autem, & congregatione possunt Guardiani à Diffinitorio mutari de uno Conventu ad alium, ante publicationem electionis.

18. Declarandum fuit in pleno Diffinitorio generali, quod acceptare renunciationem Guardianatus extra Capitulum, & Congregationem, etiam inter Reformatos, spectat ad Diffinitorium Provinciæ, & non ad solum Ministrum Provincialem.

19. Pro Familia Ultramontana pluries determinatum fuit in Comitiis Generalibus, quod omnia ipsius diversa Statuta colligantur, & (ablatis revocatis per nova Decreta Apostolica) fiat ex ipsis Liber unus Statutorum, per quæ permanenter, & inviolabiter prædicta Familia deinceps gubernetur. Ideo Capitulum Generale præcipit, quòd hujusmodi Recollectio quamprimum fiat per Patres à Reverendissimo Patre Ministro Generali designandos, & typis mandetur.

Pro Terra Sancta.

1. Prohibet Capitulum Generale, ne Commissarii Terræ Sanctæ instituti, & nominati, præcipuè in partibus Germaniæ, & Italiæ, & Insularum adjacentium, instituant, nominent, aut substituant Vice-Commissarium aliquem, seu aliquos in suis restrictibus; sed per se ipsos, & socios suos, negotia Terræ Sanctæ tractent, & si qui fuit nominati, pro infectis, & nullis habeantur ipso facto. Tempore verò quæstuationis poterunt unum, vel plures Fratres ex Provinciis sui restrictus; cum beneplacito, & approbatione proprii Ministri Provincialis, assumere, & ipsis quæstuationem committere, qua peracta infra terminum aliquot mensium, & reddita ratione de eleemosynis perceptis eidem Commissario, ad suos Conventus redeant.

2. Si verò in aliqua Natione, seu residentia pro negotiis expediendis, aliquem Procuratorem Terræ Sanctæ, præter Commissarium, instituere, & nominare necesse sit, non nisi à Ministro Generali per suas litteras Patentes nominetur, & instituatur, & aliter institutus pro infecto habeatur. Commissarii Terræ Sanctæ contrafacientes officiis priventur.

3. Commissarii Terræ Sanctæ, eorumque Socii, & Fratres omnes ad servitium Terræ Sanctæ applicati recognoscant, & venerentur Guardianos, & Superiores locales Conventuum, in quibus morantur. Et ad egrediendum, benedictionem ab ipsis, secundum morem Religionis, postulent. Guardiani non denegent, imò libenter impertiantur, & hujusmodi Fratres omnibus charitatis, & benevolentiæ officiis prosequantur, nec ipsos ullatenus impediant.

Pro Familia Cismontana.

1. Diffinitorium Generale declarat renunciationes Guardianorum, quæ de jure, & consuetudine in Capitulis, & Congregationibus intermediis fiunt, non posse admitti à solo Præside Capituli, sed à majori parte Diffinitorii, nisi Præses sit Reverendissimus Superior Generalis personaliter assistens.

2. Conventus Monialium Sanctæ Claræ Discalceatorum Villæ *Chinchon*, Superiori Generali immediate subjectus, habebit Vicarium, seu Confessarium instituendum à Ministro Generali, seu Commissario Generali ex qualibet Hispaniarum Provincia, & in omnibus Capitulis propriæ Provinciæ suffragium habebit ad instar Guardiani, si Diffinitoriatus munere, vel Guardianatus alicujus principalis Conventus antea fuerit decoratus.

Pro Gallia.

1. Provincia S. Bernardini in Gallia manuteneatur in possessione suæ præcedentiæ respectu Provinciæ S. Dionysii, & ita determinatum fuit in Diffinitorio Generali auditis partibus.

2. Confessarii Monialium S. Claræ Provinciæ Sancti Francisci Recollectorum in Gallia, & aliorum Monasteriorum Ordinis in Gallia, non possunt ultra triennium continuari, nec assumi in Visitatores eorumdem Monasteriorum, nec Visitatores in Confessarios immediatos.

3. Commissarii Visitatores, & Ministri omnium Provinciarum Observantium Galliæ, assignent quam citius in suis Provinciis tres saltem Conventus pro reformatione, juxta Generalia Statuta, in quibus deinceps non instituantur Guardiani, nec alii officiales, quàm illi, qui laudabiliter per biennium integrum in reformatione vixerint, & hoc sub pœna nullitatis aliter faciendo.

4. Pro Provincia Turoniæ Pictaviensis decretum est, quod in Conventibus Reformatis ejusdem Provinciæ non debent eligi Guardiani, nisi illi, qui tunc temporis morantur in Conventibus Reformatis, & per biennium saltem proximè præcedens in eisdem laudabiliter vixerint, nec à conventibus Reformatorum amoveri valeant, nisi casu, quo fuerint apud Observantes instituti Guardiani, aut Novitiorum Magistri. Diffinitorium ejusdem Provinciæ poterit liberè eligere Guardianos pro Conventibus Reformatis, etiam non expectata postulatione Reformatorum, sed sufficit, quod eligantur in Guardianos non nisi Reformati, ut supra dictum est.

5. Minister Provincialis ejusdem Provinciæ, si non potest per se ipsum visitare Conventus Reformatorum, non mittet Visitatorem aliquem, nisi ex ipsismet Reformatis, qui suo nomine, & authoritate visitet.

6. Nec in Conventibus Reformatis hujusmodi collocari debeant, nisi Reformati, & illi, qui in victu, ac vestitu, cæterisque omnibus secundum Institutum Reformatorum vivere velint, & possint, & non aliter.

In Indiis Occidentalibus.

1. Confirmatur alternativa in Provincia nominis Jesu de Guatimala, inter Patres Criollos ex una parte, & Patres Cachupinos, & filios Provinciæ ex altera, quemadmodum in Capitulo Toletano anno 1645. celebrato instituta est, sicque servari debet sub pœna nullitatis aliter factorum.

2. Sub eadem pœna nullitatis confirmatur eadem alternativa in Provincia de Quito, quemadmodum in ejusdem Provinciæ constitutionibus, & utriusque partis concordato statuta, & admissa fuit.

3. Statutum Victoriense, quod cavet ne Ex-Provinciales aliarum Provinciarum ditionis Regis Catholici in proprias Provincias reversi gaudeant eisdem

bo-

Digitized by Google

honoribus, & jure subrogandi, quibus gauderent ubi extiterunt Ministri; declaratur, quod comprehendat eos duntaxat, qui sponte in Provincias suæ filiationis revertuntur, non verò eos, qui ejusdem Regis Catholici, aut Superiorum jussu, ob publicum Ordinis honorem, vel commodum coguntur in Provinciis suæ Filiationis domicilium habere perpetuum. Hi enim, ne pro obedientiæ merito supplicium reportare videantur, gaudebunt in Provinciis suæ Filiationis eisdem omninò honoribus, ac Juribus, quibus gauderent ubi Ministri extiterunt; hoc tantum excepto, quod inter Patres Provinciæ, qui tunc temporis sunt, aut imposterum erunt, infimum locum tenebunt in præcedentia, & in subrogatione.

4. Custodes omnes, qui ab Indiis ad Generale Capitulum accesserint, gaudeant in suis Provinciis titulo, & præcedentia, cœterisque omnibus honoribus, & exemptionibus à jure, vel consuetudine Patribus Provinciæ concessis, cum jure etiam subrogandi in Diffinitorio, non quidem pro Patribus digniori, & moderniori (quod omninò prohibetur) sed pro Diffinitoribus. Ita tamen, ut prius subrogentur isti, quàm Ex-diffinitores etiam habitu, vel electione antiquiores, atque hæc eadem per omnia, & singula conceduntur Indorum Prominiſtris, si tamen constiterit, eos in suis Provinciis Diffinitores, aut Custodes fuisse, aut Lectores Jubilatos, aut saltem alicujus Conventus ex duobus præcipuis Provinciæ, juxta seriem Tabulæ capitularis, extitisse Guardianos: & quia Patres Indiani, qui ad præsens Capitulum convenerunt, sive Custodes, sive Prominiſtri, tàm multa à Fidei hostibus perpessi sunt in via, ut non sine magno animi dolore possint audiri, Capitulum Generale declarat eos omnes, & eorum quemlibet posse, ac debere præfatis omnibus titulis, præcedentiis, ac Juribus gaudere, ac si in propriis Provinciis Diffinitoriatum, aut Jubilationem fuissent adepti: quandoquidem judicio Reverendissimi, cœterorumque Patrum, tot pressuræ, labores, ac vitæ discrimina non debent ad præmia minoris existimari, quàm cœteri gradus memorati.

Pro Indiis Orientalibus.

1. Statutum est in pleno Diffinitorio ad lites illarum Provinciarum eliminandas, quod finito triennio Commissarii, unusquisque dictarum illarum Provinciarum, Minister, videlicet, cum suo Diffinitorio, usque ad futuri Commissarii adventum à Reverendissimo Superiore Generali missi, se ipsam gubernet independenter ab alia.

2. Si aliquo accidente opportuno tempore non mitteretur Commissarius ad hujusmodi Provincias visitandas, ut moris est, & tempus Visitationis Provinciæ statutum à Constitutionibus generalibus, cum celebratione Capituli immineret, unaquæque Provincia ex se ipsa, cum consensu Patrum, eligere sibi poterit Commissarium Visitatorem, qui Provinciam visitet, cum omnimoda facultate, quam Visitatores nostri Ordinis de jure, & consuetudine exercere solent; qui quidem Commissarius Visitator celebrato Capitulo Provinciali nullam authoritatem habebit, sed Minister Provincialis electus cum suo Diffinitorio independenter Provinciam gubernet. Si tamen Commissarius fuerit expeditus, vel in itinere detentus accidentaliter, expectari debet per duos menses, & nihil in Provincia innovari. Commissariis ad hujusmodi Provincias in Indiis Orientalibus missis, possessio commissionis non conferatur, nisi prius sui officii Patentes originales exhibuerint, vel Ministro Provinciali, vel saltem Guardiano primi Conventus ubi appulerint.

3. Diffinitorium Generale Statuto Ordinis inhærendo prohibet in illis Provinciis Religiosum aliquem incorporari posse, nisi ad hoc præcedat utriusque Provincialis consensus.

4. Præcipitur Provinciis Portugalliæ, ut semper juxta Statuta Ordinis opportuno tempore indicent Reverendissimo Patri Ministro Generali, quatenus de Commissario Indiæ Orientalis ex illis partibus providere dignetur, ut si fieri possit, novus Commissarius incipiat gubernare, quando antiquus suum triennium expleverit.

Pro Anglia.

1. Commissum est Ministro Provinciali Angliæ, ut Fratres Hibernos, absque legitima causa, & litteris obedientialibus in prædicta Provincia commorantes, compellat exire authoritate Diffinitorii Generalis.

Pro Belgio.

1. Ministri Provinciales, & Custodes Provinciarum Saxoniæ, Daciæ, & Scotiæ instituti, & nominati à Ministro Generali, juxta dispositionem Apostolicarum, & Ordinis constitutionum, ac Religionis consuetudinem, erunt tantummodo Titulares, & non nisi ad suffragandum in Comitiis Generalibus; itaut, peractis electionibus, cessabit officium, & titulus.

2. Hujusmodi autem Ministri, & Custodes Titulares, non poterunt eligi in Diffinitores Generales, adstantibus PP. Vocalibus Provinciarum Germano-Belgicarum, nisi iidem titulares in dictis Provinciis Germano-Belgicis officio Provincialis, vel Custodis Custodum functi fuerint.

Pro Hibernis.

1. Patres Hiberni, qui non ex levitate animi, sed Hæreticorum potius Tyrannide in odium Catholicæ Fidei exulare coguntur, à Ministris Provincialibus nostrarum Provinciarum benignè, & charitativè recipiantur, & de Conventibus, in quibus quietè vivere, & commodè morari valeant, provideantur, si cum litteris obedientialibus Superiorum Generalium ad Provincias diverti contigerit; sin minus, detineantur in Provincia, & in ipsa expectent dispositionem Superioris Generalis, & aliter facientes tanquam Apostatæ habeantur, & recludantur. Qui verò litteras obedientiales, & collocationem obtinuerint à Reverendissimo Superiore Generali in aliqua nostrarum Provinciarum, ex ipsa Provincia exire non valeant, sine nova licentia in scriptis Reverendissimi Generalis, & aliter facientes tanquam Apostatæ puniantur.

2. Religiosi hujusmodi, si contigerit in extraneis Provinciis, in quibus morantur, ex hac vita migrare, habeantur tanquam Filii illius Provinciæ, in qua obire contigerit, quoad Missarum, cœterorumque suffragiorum participationem; itaut totidem pro quovis Religioso Defuncto celebrentur, quot de facto pro Filio Provinciæ celebrantur.

3. Diffinitorium Generale negotiis, & indigentiis PP. Hibernorum providere desiderans, statuit, quod Commissarius Curiæ Matritensis solerter, & cùm diligentia ipsorum negotiorum expeditiones tractet, tam in Curia Regis, quàm apud Superiores Generales, nec ullus Procurator nationis, pro hujus-

Digitized by Google

modi Residentia pro modo instituatur, & hoc pro bono guberno, & pace illius Nationis, & si præsens est, aboleatur.

4. Si autem pro tempore videbitur Ministro Generali expedire, ut pro aliqua urgenti causa hujusmodi Natio Procuratorem habeat particularem in Curia Matritensi, non nisi ab ipso Ministro Generali nominabitur, & per ejus litteras Patentes instituatur exemplaris Religiosus, & indifferens, duraturus non nisi ad triennium.

J U D I C E S

Ad expulsionem incorrigibilium juxta Apostolicas Constitutiones designantur.

Pro Familia Ultramontana.

Adm. R. P. F. Marcellinus Redaelli Diffinitor Generalis.

Adm. R. P. F. Bonaventura à Clusa Diffinitor Generalis.

Adm. R. P. Fr. Franciscus Statfeld Diffinitor Generalis.

Adm. R. P. Fr. Lucius à S. Justo Ordinis Pater.

Adm. R. P. Fr. Ascanius ab Assisio Ordinis Pater.

Adm. R. P. Minister Provinciæ Romanæ pro tempore.

Pro Familia Cismontana.

Adm. R. P. Fr. Joannes Munieza Diffinitor Generalis.

Adm. R. P. Fr. Jonnes à Villamar Diffinitor Generalis.

Adm. R. P. Fr. Andreas Houbercau Diffinitor Generalis.

Adm. R. P. Fr. Ludovicus Manis Diffinitor Generalis.

Adm. R. P. Fr. Franciscus Gendt Diffinitor Generalis.

R. P. F. Minister Provinciæ Castellæ pro tempore.

Conventus pro celebratione futuræ Generalis Congregationis intermediæ Reverendissimi P. Ministri Generalis dispositioni relinquitur designandus.

Numerus Fratrum Defunctorum ab ultimo Capitulo Generali.

In hoc Capitulo Generali, ex centum quadraginta, & una Provinciis Ordinis, solum centum, & septem habita fuerunt testimonia, in quibus constat ab ultimo Capitulo Generali obiisse fere sex millia Fratrum, ex quibus plures pro Christi fide peragenda mortem subierunt, & quorum Animæ requiescant in pace.

Sequuntur Suffragia.

1 PRo Sanctissimo Domino Nostro Alexandro Papa VII. & pro ejus incolumitate diuturna, à quolibet Sacerdote Ordinis tres Missæ celebrentur.

2. Pro Catholico Rege Philippo IV. Regina, Principe, & Regia prole à quolibet Sacerdote duæ Missæ dicantur.

3. Pro Cæsarea Majestate, & Serenissimo Rege Hungariæ, & Augusta prole, duæ Missæ dicantur.

4. Pro Christianissimo Rege, & Matre Regina Gallorum, à quolibet Sacerdote duæ Missæ celebrentur.

5. Pro Eminentissima Congregatione Cardinalium, à quolibet Sacerdote una Missa dicatur.

6. Pro Eminentissimo, & Reverendissimo Domino Cardinali Francisco Barberino, Ordinis Protectore, à quolibet Sacerdote una Missa dicatur.

7. Pro Excellentissimis Dominis Comitibus de *Chinchon* Capituli, & Religionis Patronis, quorum beneficentia expensæ Capituli Generalis factæ sunt, à quolibet Sacerdote una Missa dicatur.

8. Pro prospero statu Ordinis, & Seraphicæ nostræ Religionis à quolibet Sacerdote una Missa dicatur.

9. Pro felici statu Sacri Ordinis Prædicatorum à quolibet Sacerdote una Missa celebretur.

10. Pro pace Principum Christianorum, pro extirpatione hæresum, propagatione Fidei, victoria contra Infideles, ac Ecclesiastici Status prosperitate, à quolibet Sacerdote dicantur duæ Missæ.

Ego Commillus Maximus Patriarcha Jerosolymitanus Præses Capituli.

F. Michael Angelus à Sambuca Minister Generalis.

F. Theodorus à Vicentia Procurator Generalis Ordinis.

F. Ludovicus à S. Justo Commissarius Generalis Curiæ.

F. Joannes à Pinarolio Procurator Reformatorum.

F. Marcellinus Redaelli Diffinitor Generalis.

F. Bonaventura de Clusa Diffinitor Generalis.

F. Michael Angelus à Neapoli Diffinitor Generalis.

F. Joannes à Robles Commissarius Generalis.

F. Rocchus à Villarejo Commissarius Curiæ Romanæ.

Fr. Bartholomeus à Vilhalba Ex-Procurator Generalis Ordinis.

F. Ioannes à Munieza Diffinitor Generalis.

F. Joannes à Villamar Diffinitor Generalis.

F. Ludovicus Manis Diffinitor Generalis.

F. Felix à Setia Diffinitor Generalis.

F. Franciscus Mancini Diffinitor Generalis.

F. Franciscus Statfeldt Diffinitor Generalis.

Fr. Andreas Houbercau Diffinitor Generalis.

F. Franciscus Gendt Diffinitor Generalis.

F. Gerardus Joannis Diffinitor Generalis.

Confirmat Statuta edita in Capitulo Generali Toletano pro Provincia S. Thomæ Apostoli in India Orientali, Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

MIlitantis Ecclesiæ regimini per ineffabilem divinæ bonitatis abundantiam, nullo licet meritorum nostrorum suffragio præpositi, illa, quæ pro felici Christifidelium sub suavi Religionis jugo Altissimi obsequiis mancipatorum directione providè constituta esse dignoscuntur, libenter cum à Nobis petitur, Apostolico munimine roboramus, & aliàs prospero eorumdem Christifidelium regimini congruis rationibus providere studemus, prout in Domino conspicimus salubriter expedire.

§. 1. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt Dilecti Filii Minister Provincialis, & Diffinitorium Provin-

vinciæ S. Thomæ Apoſtoli in India Orientali Ordinis Fratrum Minorum Sancti Franciſci de Obſervantia nuncupatorum, quod in Capitulo Generali dicti Ordinis Toleti celebrato die 25. Iunii 1658. ſub dilecto pariter Filio, Michaele Angelo de Sambuca, ejuſdem Ordinis Minorum Generali, pro prædicta India Orientali edita fuerunt Statuta tenoris ſequentis, videlicet.

Finito triennio Commiſſarii Generalis illius Familiæ, duæ illæ Provinciæ regantur a ſuis Miniſtris, & Definitoriis independenter a quovis Commiſſario, aut Vicecommiſſario, etiam ab ipſis nominato.

In defectu Commiſſarii Generalis, inſtante tempore Viſitationis, & Capituli, Diffinitorium eligat Commiſſarium Viſitatorem ex eademmet Provincia, qui cum eadem poteſtatis plenitudine, quæ de jure, vel conſuetudine Commiſſariis Viſitatoribus debetur, viſitabit Provinciam, & præſidebit Capitulo, quo finito nullam omnino auctoritatem habebit, ſed tota reſidebit penes Miniſtrum Provinciæ recens electum uſque ad adventum novi Commiſſarii Generalis.

Commiſſarius Generalis de novo adveniens nullam auctoritatem habebit, & ſui officii poſſeſſionem accipere non permittatur, niſi priùs alicui ex Miniſtris duarum illarum Provinciarum, vel ſaltem Guardiano illius Conventus, ubi primùm appulerit, patentes literas ſuæ inſtitutionis exhibuerit, nec ſatis erit earumdem literarum copiam quantumvis authenticam, ſed neceſſe eſt ipſiſſimum authographum ſigillo Ordinis munitum, & manu propria Reverendiſſimi Generalis ſubſcriptum, exhibere, & Miniſtri, & Guardiani aliter facientes punientur ſeverè arbitrio Reverendiſſimi.

Nemini liceat in aliena Provincia incorporari, niſi prævio conſenſu utriuſque Miniſtri, quantumvis conſentiat, aut forte præcipiat Commiſſarius Generalis illarum partium.

Præcipitur Provinciali Miniſtro Provinciæ Portugalliæ, ut curet monere Reverendiſſimum Generalem de tempore opportuno, quo providere debeat de Commiſſario Generali Indiæ Orientalis, ut expleto ipſius triennio, vel morte præveniente, quamcitius nominetur Commiſſarius.

§. 2. Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, præfati exponentes, ut bono Provinciarum dicti Ordinis in India Orientali hujuſmodi eoſiſtentium regimini conſulatur, Statuta præinſerta Apoſtolicæ confirmationis noſtræ robore communiri, & opportunè a Nobis, ut infra, provideri ſummopere deſiderent: Nos ſpecialem ipſis exponentibus gratiam facere volentes, & eorum ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis Sententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, ſupplicationibus eorum nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati: De Venerabilium Fratrum noſtrorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium negotiis, & Conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium Præpoſitorum conſilio, præinſerta Statuta in prædicto Capitulo Generali Toleti celebrato pro memorata India Orientali, ſicut præmittitur edita, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium confirmamus, & approbamus, illiſque inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & ſingulos juris, & facti defectus, ſi qui deſuper quomodolibet intervenerint, ſupplemus; ſtatuentes, & ordinantes, quod in dictis Provinciis Indiæ de cætero non fiat electio Vicecommiſſarii Generalis, prout fiebat virtute Statutorum factorum in Capitulo celebrato Romæ Anno 1639. neque jungantur duo illa Definitoria, deficiente Commiſſario tranſmiſſo, ſed tali caſu Provinciæ gubernentur eo modo, quo ordinant præinſerta Statuta Toletana, quodque Miniſter Provincialis Provinciæ Portugalliæ dicti Ordinis teneatur procurere, ut mittatur Commiſſarius, ſupplicando Miniſtro Generali eiuſdem Ordinis, ut illum nominet, ac deſignando illi Religioſos in dicto officio, qui poſſint eſſe ex quinque Provinciis Portugalliæ, & ex duabus Indiæ, nempe Portugalliæ, Algarbiorum, Pietetis, Arabidæ, Sancti Antonii, Sancti Thomæ, & Matris Dei.

§. 3. Ac demùm, quod Commiſſarius tranſmiſſus ex ſupradictis quinque Provinciis Portugalliæ poſſit remanere, ſi voluerit, in aliqua ex dictis duabus Provinciis Indiæ, cum omnibus præeminentiis conceſſis a Statuto Religionis, ſi laudabiliter officium ſuum adimpleverit. Attamen ſi Commiſſarius fuerit ex duabus Provinciis Indiæ, finito officio, redeat ad ſuam Provinciam, cujus eſt Filius, & in illa gaudeat privilegiis conceſſis a Statutis, quibus non gaudebit, ſi in illa non remanſerit.

§. 4. Ut autem prædicta ſuis loco, & tempore debitum ſortiantur effectum, eorum exequutionem cum omnibus, & ſingulis facultatibus neceſſariis, ac opportunis Venerabili Fratri Archiepiſcopo Goenſi, ac dilectis Filiis adverſus hæreticam pravitatem Inquiſitoribus Apoſtolica Auctoritate deputatis, & aliis quibuſcumque perſonis in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutis, Civitatis, & Inſulæ Goæ, & eorum cuilibet in ſolidum, auctoritate, & tenore præſentium injungimus, & demandamus, ſalva ſemper in præmiſſis auctoritate Congregationis memoratorum Cardinalium.

§. 5. Decernentes eaſdem præſentes literas ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ac ab omnibus, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit, inviolabiliter obſervari, ſicque in præmiſſis per quoſcumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 6. Non obſtantibus præmiſſis, ac felicis recordationis Bonifacii Papæ VIII. Prædeceſſoris noſtri de una, & Concilii Generalis de duabus dietis, dummodo aliquis ultra tres dietas auctoritate præſentium in judicium non trahatur, & aliis Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, nec non, quatenus opus ſit, dicti Ordinis, & aliis quibuſvis, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, illorum tenores præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum, hac vice dumtaxat, ſpecialiter, & expreſſè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

§. 7. Volumus autem, ut præſentium tranſumptis manu alicujus Notarii ſubſcriptis, & ſigillo alicujus perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ præſentibus ipſis adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum in Arce Gandulphi Albanenſis Diœceſis,
ſub

sub Annulo Piscatoris die 20. Maii 1659. Pontificatus nostri Anno quinto.

Confirmatio Apostolica Constitutionum Generalium Capituli Generalis Toletani celebrati die 8. Junii 1658.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

AD eximios, uberesque fructus, quos dilecti filii Fratres Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia, tam de familia, quàm Reformati nuncupati, in vinea Domini Sabaoth, cujus curę, atque regimini superni Patris familias Providentia, meritis licèt imparibus, pręsidemus, in dies afferunt, mentis nostrę aciem convertentes, ea, quę pro feliciori eorundem Fratrum gubernio in Capitulis pręsertim generalibus statuta, & ordinata sunt, ut ab omnibus, quos illa concernunt, inviolabiliter observentur, Apostolici muniminis patrocinio libenter roboramus, prout conspicimus in domino salubriter expedire. Exponi siquidem nobis nuper fecit dilectus filius Michael Angelus à Sambuca Minister Generalis totius Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci, quod in Capitulo generali dicti Ordinis de anno 1658. in Civitate Toletana celebrato, diversæ constitutiones pro feliciori Fratrum dicti Ordinis tam de Observantia, quàm Reformatorum nuncupatorum gubernio editæ fuerunt, quas pro inviolabili earum observatione Apostolicæ confirmationis robore communiri plurimùm desiderat. Nos piis dicti Michaelis Angeli Ministri Generalis votis, quantum cum Domino possumus, annuere, illumque specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à Iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Constitutiones prædictas, in iis tantùm, quæ Sacris Canonibus, Concilii Tridentini decretis, cœterisque Constitutionibus, seu Ordinationibus, ac decretis Apostolicis, præsertim Reformationem dicti Ordinis, illiusque Fratres Reformatos, seu Recollectos, vel Discalceatos nuncupatos quomodolibet concernentibus, & quandocumque editis, non sint contrariis, Apostolica authoritate, tenore præsentium approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos tam juris, quàm facti defectus, si qui desuper quomodolibet exorti fuerint, vel intervenerint, supplemus. Mandantes propterea in virtute Sanctæ Obedientiæ, & sub arbitrii nostri, ac in Constitutionibus prædictis contentis pœnis, omnibus, & singulis Fratribus prædictis cœterisque, ad quos spectat, & pro tempore quomodolibet spectabit, ut Constitutiones prædictas, juxta præsentium litterarum nostrarum tenorem, inviolabiliter observent, decernentes irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit, Ordinis prædicti, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & Consuetudinibus, cœterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 7. Junii 1659. Pontificatus nostri anno quinto.

G. Gualterius.

Confirmatio Reformationis Provinciæ Fratrum Minorum strictioris Observantiæ Austriæ, cum declaratione, quod moderetur, sicut reliquæ Provinciæ Reformatæ ejusdem Ordinis.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

MIlitantis Ecclesiæ regimini, meritis licet imparibus, inscrutabili divinæ providentiæ arcano præsidentes, ad ea, per quæ Religiosorum Virorum, præsertim sub suavi arctioris Regulæ jugo Altissimi obsequiis mancipatorum statui & felici directioni opportune consulitur, propensis studiis incumbimus, ac in illis commissi nobis cœlitus officii partes libenter imponimus, prout in Domino conspicimus salubriter expedire.

§. 1. Aliàs siquidem felic. rec. Urbano Papæ VIII. prædecessori nostro pro parte cl. mem. Ferdinandi Romanorum dum vixit Regis in Imperatorem electi exposito, quod in Domibus Regularibus Fratrum Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia Reformatorum nuncupatorum Provinciæ Austriæ, opera Antonii a Galbiato, tunc dicti Ordinis in illis partibus Commissarii generalis, reformatio introducta fuisset, dictique Fratres uberes in vinea Domini fructus afferrent: itidem Urbanus prædecessor supplicationibus dicti Ferdinandi Regis in Imperatorem electi nomine sibi super hoc humiliter porrectis inclinatus, Reformationem in domibus Regularibus dictæ Provinciæ, Ordinis hujusmodi, ut præfertur, introductam, cum eisdem privilegiis, gratiis, & indultis, ac modo, & forma, quibus similem Reformationis introductionem in Provinciis Bavariæ, & Tirolis priùs confirmaverat, auctoritate Apostolica approbavit, & confirmavit, & aliàs prout in ipsius Urbani prædecessoris literis desuper in simili forma Brevis die 2. Decembris 1632. expeditis, quarum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis haberi volumus, uberiùs continetur.

§. 2. Cum autem, sicut dilecti Filii Franciscus Statfeldt Minister Provincialis, & Fratres prædictæ Provinciæ Austriæ nobis nuper exponi fecerunt, ipsi gratias, & privilegia, quæ memoratis Provinciis Bavariæ, & Tirolis, a supradicta Provincia Austriæ valdè remotis, per literas prædicti Urbani prædecessoris, super confirmatione introductionis Reformationis in Provinciis hujusmodi expeditas, concessa reperiuntur, eidem Provinciæ Austriæ per extensum pariter concedi summopere desideret, dilectusque pariter Filius Minister Generalis Ordinis prædicti, visis, & consideratis jussu nostro dictis privilegiis, & gratiis, eisdem exponentibus opportunè in præmissis, ut infra, a nobis provideri expedire censuerit.

§. 3. Nos specialem dictis Francisco Ministro Provinciali, & Fratribus exponentibus gratiam facere volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de Venerabilium Fratrum nostro-

nostrorum S. R. E. Cardiualium negotiis, & cousultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum aonsilio, sttentis narratis, ac audito per eosdem Cardinales prædicto Ministro Generali Ordinis hujusmodi, ut prædicta Provincis Austriæ sit reformata, aliisque Fratrom dicti Ordinis Reformatorum, Discalceatorum nuncupatorum Provinciis Regnorum Hispaniarum conformis, & ad illutum instar, ac sub omnimoda Ministri Generalis ejusdem Ordinis, & eo Italicæ nationis, & extra Italiam existente, ejus Vicarii Generalis, nec non etiam Commissarii Generalis, juxta Bullam unionis electi, non autem Commissariorum Generalium eorumdem Ordinis, & Regnorum Hispaniarum, nec Superioris, vel inferioris Germaniæ, ita quod Minister, ac Vicarius, & Commissarius Generalis prædicti juxta Bullam hujusmodi electi, Illam nonnisi per seipsos, aut Commissarios Ordinis Reformatorum prædictorum visitare valeant, jurisdictione, auctoritate, & superioritate, ac etiam sub directions Procuratoris Generalis Reformatorum in Curia Romana, quoad negotia occurrentia, ejusque Fratres, juxta declarationes rec. mem. Nicolai III. & Clementis V. Romanorum Pontificum prædecessorum pariter nostrorum, vivere debeant.

§. 4. Et cum hoc etiam quod Minister Provincialis Provinciæ Reformatæ Austriæ hujusmodi omnem jurisdictionem, facultatem, auctoritatem, tam in Fratres Ordinis prædicti sibi subditos, quam circa novarum Domorum ejusdem Instituti in eadem Provincia fundationem, seu erectionem, aut ædificationem, necnon etiam circa Novitios, & alia in literis Apostolicis piæ mem. Gregorii Papæ XIII. etiam prædecessoris nostri contenta, prout alii Ministri Provinciales aliarum Provinciarum Fratrum ejusdem Ordinis Reformatorum Discalceatorum nuncupatorum, in omnibus, & per omnia habeat, se tam ipse, quam singularum Domorum prædictæ Provinciæ Austriæ Fratrum Minorum Sancti Francisci Reformatorum Discalceatorum nuncupatorum Superiores, nec non singulares cujuslibet illorum Personæ omnibus, & singulis prærogativis, præeminentiis, privilegiis, exemptionibus, immunitatibus, indultis, concessionibus, favoribus, & gratiis spiritualibus, & temporalibus, quibus alii hujusmodi Ministri Provinciales, ac dictarum Domorum Regularium Superiores, & singulares Personæ uti, frui, & gaudere solent, & possunt, ac poterunt quomodolibet in futurum, pariter, & pariformiter, ac æquè principaliter, sine ulla prorsus differentia uti, frui, & gaudere respective possint, & valeant.

§. 5. Quodque nunc, & pro tempore existens Minister Generalis prædictus, aut Visitatores ab eo etiam pro tempore mittendi, Statuta, Constitutiones, & ordinationes ejusdem Provinciæ Reformatæ Austriæ, illiusque Domorum Regularium hujusmodi Constitutionibus generalibus Reformatorum non adversantia, nisi de consensu majoris partis Fratrum Vocalium dictæ Provinciæ Reformatæ Austriæ in eorum Capitulis Provincialibus præstando, alterare, vel immutare, aut eosdem Fratres ab eorum modo vivendi, dummodo juxta easdem declarationes vivant, disturbare, nec non quod Fratres ejusdem Ordinis S. Francisci de Observantia nuncupati infra limites ejusdem, seu alterius Provinciæ existentes collecturas, seu quæsturas ad domos regulares ejusdem Provinciæ Reformatorum Discalceatorum Austriæ spectantes, exceptis iis a Fratribus Provinciæ Austriæ hujusmodi in dicto eorum Capitulo Provinciali forsan concedendis, occupare, aut eosdem Fratres Reformatos Discalceatos Provinciæ Austriæ desuper perturbare nullo unquam tempore possint, nec valeant Apostolica authoritate, tenore, præsentium perpetuo concedimus, & indulgemus.

§. 6. Ac insuper eidem Ministro Generali, ut Ministrum Provincialem, Custodem, & Diffinitores dictæ Provinciæ Austriæ creare, & eligere, cæteraque omnia, & singula in præmissis, & circa ea necessaria, & quomodolibet opportuna, etiamsi talia sint, vel fuerint, quæ magis specialem, specificam, individuam, & expressam requirerent mentionem, facere, dicere, ordinare, & exequi liberè, & licitè possint, & valeant, plenam liberam, & amplam auctoritate, & tenore prædictis concedimus, & impartimur licentiam, & facultatem: ita tamen, ut Fratres Provinciæ hujusmodi Constitutionibus, & ordinationibus in Capitulo, sive Congregatione Generali factis, quæ Strictiori Observantiæ non adversantur, subjaceant, ad illarumque observationem omninò teneantur.

§. 7. Decernentes Provinciam Austriæ prædictam decretis, & declarationibus a nobis, & Romanis Pontificibus prædecessoribus, & successoribus nostris pro Reformationibus, & Custodiis Italiæ emanatis, seu emanaturis nullatenus subiectam, & comprehensam esse, vel fore, ac Provincialem, Custodem, & Definitores, aliosque Superiores, & Fratres Provinciæ Reformatæ Austriæ hujusmodi a quoquam quavis, etiam Archiepiscopali, aut Episcopali, vel etiam majori auctoritate fungente desuper molestari, perturbari, Inquietari, aut impediri non posse: sicque per quoscumque Judices, & Commissarios ordinarios, & delegatos, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 8. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac dicti ordinis, illiusque Provinciarum quarumvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis eisdem Ordini, & Provinciis, illiusque, & illarum Superioribus, & personis sub quibuscumque tenoribus, & formis, se cum quibusvis clausulis, & decretis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores pro plene, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 18. Martii 1659. Pontificatus nostri anno quarto.

Statuit, & decernit, ne oblati, seu servientes Fratrum Laicorum Tertii Ordinis S. Francisci Congregationis Gallicanæ in futurum ullatenus recipiantur, nisi cum biennali Novitiatu, & quarto voto de non procuranda alia conditione, ad præscriptum Constitutionum ejusdem Ordinis, & de consensu petendo a tota Communitate super contractibus.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

CUM sicut Dilecti Filii Renatus Parisiensis, & Simon Lugdunensis, Procuratores Fratrum Laicorum Provinciarum Sancti Francisci, & Sanctorum Ludovici, & Elzearii Congregationis

Gal-

Gallicanę Tertii Ordinis ejusdem S. Francisci nobis nuper exponi fecerunt, licet controversię inter prædictos Fratres Laicos ex una, nec non eorum Superiores, ac Fratres Presbyteros, & Clericos dictarum Provinciarum ex altera partibus vertentes, per quędam Decreta Congregationis Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctę Romanę Ecclesiæ Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositæ, sub die 9. Julii, ac sexta, & 20. Augusti, & prima Octobris proximè præteritorum emanata, & per quasdam nostras in simili forma Brevis literas die 13. Septembris etiam proxime præteriti desuper expeditas, respectivè confirmata, terminatæ fuerint: nihilominus dilecti etiam filii Athanasius de Villanova prædictæ Sancti Francisci, & Riccardus de Aumala Sancti Ivonis Provinciarum, Congregationis prædictæ respectivè Procuratores, diversas oppositiones, & protestationes contra Decreta, & literas nostras hujusmodi, debitam illorum exequutionem impediendi ergo facere ausi fuerint.

§. 1. Cumque prædicti exponentes propterea plurimum cupiant opportunè in præmissis a nobis provideri, ac insuper ordinari, ut consensus universitatum Conventuum dictæ Congregationis in omnibus contractibus creationis censuum activorum, & passivorum, fundationum, hypothecationum, acquisitionum, venditionum, aliarumque alienationum bonorum ad ipsos Conventus spectantium, quorum valor in capitali, seu sorte, quantum quidem ad bona stabilia, viginti quinque; quantum verò ad mobilia, & fructus respectivè pertinet, decem scutorum summam excedat, necessarius sit.

§. 2. Nos specialem ipsius Exponentibus gratiam facere volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis Sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium duntaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes: supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de memoratorum Cardinalium, qui partes abundè hinc inde Informantes audiverunt, remque diligenter, & maturè denuò discusserunt, consilio, juxta alias resoluta sub diebus 14. Novembris 1659. 9. Julii, 20. Augusti, & 1. Octobris 1660., ac nostras in forma Brevis desuper subsequutas literas, auctoritate Apostolica, tenore præsentium decernimus, & declaramus Oblatos, seu Servientes in omnibus hujusmodi Provinciis reformationis Tertii Ordinis in Regno Galliæ consistentes, nec recipi, nec ad professionem admitti posse, nisi cum biennali novitiatu, & quarto voto de non quærenda, seu procuranda alia ab hujusmodi Oblatorum, seu Servientium conditione, ad præscriptorum ejusdem Ordinis Constitutionum. Ac proindè sub pœnis privationis vocis activæ, & passivæ, nec non officiorum, & inhabilitatis ad ea, & alia quæcumque obtinenda prædicti Ordinis Superioribus, Officialibus, & aliis quibuscumque, ad quos spectat, seu spectare quomodolibet poterit in futurum, atque invaliditatis, & nullitatis secus gestorum, & gerendorum, earumdem tenore præsentium præcipimus, ac prohibemus, ne aliter, quàm modo, & forma præmissis hujusmodi Oblatos, seu Servientes exinde recipiant, nec quidquam erga, vel circa statum, & conditionem tam dictorum Servientium, quàm etiam Fratrum Laicorum, sive in Capitulis Provincialibus, sive extra ea contra prædictarum Constitutionum, & præsentium literarum formam, ac tenorem sub jamdictis pœnis attentare, seu innovare audeant, aut præsumant.

§. 3. Super contractibus verò censuum, tàm activorum, quàm passivorum, impositionum, & fundationum, bonorum, acquisitionum, permotationum, venditionum, hypothecationum, & aliarum quocumque titulo, & nomine alienationum, quando agitur de stabilibus, & censibus, si summam vigintiquinque ducatorum aureorum in sorte; de mobilibus autem, & redditibus decem similium excedant, tunc totius Communitatis; seu Capituli Conventuum, de quorum re agitur, consensum, & consensus requiri, & adhiberi pariter decernimus.

§. 4. Quo autem ad numerum Fratrum Laicorum, & Servientium prædictorum, ad dilectum Filium Ministrum Generalem, pro suo arbitrio, & prudentia providendum remittimus, eidemque præmissorum omnium, & singulorum exequutionem committimus, & demandamus: Injungimusque ut sub memoratis, ac aliis Ecclesiasticis pœnis, & Censuris juxta prædicta observari faciat, & præcipiat, contradictores, & Rebelles quoscumque prædictis, ac aliis juris remediis opportunis compescendo.

§. 5. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, & ab illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inviolabiliter observari: sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 6. Non obstantibus in contrarium allatis, nec non appellationibus, protestationibus, cœterisque oppositionibus, ac omnibus, & singulis illis, quæ in literis nostris supradictis concessimus non obstare, cœterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 2. Aprilis 1659. Pontificatus nostri Anno quinto.

Declaratio de Privilegiis, quæ Regum Confessariis & Prædicatoribus competunt.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

EXponi Nobis nuper fecit dilectus filius Minister Provincialis Provinciæ Aquitaniæ antiquioris Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum, quòd cum aliàs à fel. recor. Urbano Papa VIII. prædecessore nostro, per suas in simili forma Brevis die 23. Julii 1639. expeditas litteras, omnia privilegia personalia, quibus suis Fratribus Ordinis prædicti, exceptis Imperatoris, ac Regum Confessariis, & Concionatoribus, tam à Romanis Pontificibus, quàm à S. R. E. Cardinale ejusdem Ordinis apud Sedem Apostolicam Protectore concessa, abrogata fuissent; orta postmodum contentione, an virtute talis exceptionis competeret prædictis Imperatoris, ac Regum Confessariis, & Concionatoribus jus ingrediendi Diffinitorium, in eoque suffragandi, Capitulum Generale dicti Ordinis, Romæ de anno 1651. celebratum, ad quod res fuerat delata, decrevit, ac statuit, prædictos Confessarios, & Prædicatores Patres Provinciæ, quoad titu-

Digitized by Google

titulum Paternitatis, & præcedentiam dumtaxat, sine jure suffragandi, existere, si actu exercerent talia munera, non verò si nomine tenus. Et quia hoc non obstante nonnulli Fratres Provinciæ prædictæ in Congregatione habita Tolosæ anno proximè elapso sub prætextu, quod essent Concinnatores, seu Confessarii Charissimi in Christo Filii nostri Ludovici Francorum Regis Christianissimi, Diffinitorium ingredi, in eoque suffragium ferre prætenderint, habito per exponentem ea super re ad Venerabiles Fratres nostros S. R. E. Cardinales negotiis Episcoporum, & Regularium præpositos recursu, emanavit ab iisdem Cardinalibus Decretum tenoris sequentis, videlicet. Sacra Congregatio Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita censuit, Concionatoribus, ac Confessariis Regum hujusmodi nullum jus fuisse quæsitum per prænarratum Breve fel. rec. Urbani VIII. sed tantùm ea privilegia præservata, quæ vel vigore Constitutionum Ordinis, vel Indultorum Apostolicorum, aut Cardinalis Protectoris eisdem antea competerent. Romæ 30. Aprilis 1655. M. Cardinalis Ginettus. Cum autem ea firmiora sint, quibus Apostolicæ auctoritatis robur accedit, idcircò Nobis idem Minister Provincialis humiliter supplicari fecit, ut Decretum præinsertum confirmare de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur dictum Ministrum Provincialem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, de quibus quomodolibet innodatus extiterit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes; hujusmodi supplicationibus inclinati, præinsertum Cardinalium prædictorum Decretum Apostolica auctoritate, tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis vim, & robur adjicimus, decernentes, præsentes litteras firmas, validas, & efficaces existere, & fore, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inviolabiliter observari, sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, & causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die 29. Maji 1655. Pontificatus nostri anno primo.

Breve, quo interdicitur, ne in Familia Cismontana eligantur amplius Discreti concurrentes cum Voto ad electiones Provincialis, & Diffinitorii in Capitulis Provincialibus.

Antequam hoc Breve proponam operæ pretium duxi ad omnimodam hac de materia instructionem, quæ tantam dissidiis, & controversiis ansam diù præbuit, de Discretorum origine, quidditate, acceptione, munere, ac duratione tractare.

In triplici Classe, ut patet ex Ordinis monumentis, Discreti in Religione fuere.

1. Cùm in Regularis Observantiæ primordiis sub Vicariorum Generalium, & Provincialium regimine proprii non darentur Custodes, Provinciarum Discretis horum vices supplentibus, iisdem ad Comitia Generalia mittendis memorata Observantia ab initio usa fuit, *Chronol. Seraph.* ut in ipsis, propriæ respectivè Provinciæ nomine, in Superioris Generalis electione proprio concurrentes suffragio, de rebus ad ejusdem Provinciæ statum pertinentibus agere, necessitates referre, ac pariter quæ contra Provincialem, vel Generalem Vicarium in ipsa tunc temporis esse contingerent, coram Patribus Capitularibus possent legitima cum facultate querelas exponere, & ibidem ad hoc destinati suo munere fungi. Post verò elapsum diuturni temporis cursum, cum per Bullæ Unionis anno 1517. emanatæ declarationem constiterit, hujusmodi Provinciarum Discretos esse debere Custodes in Minorum Regula explicitos, Generalibus in Comitiis ad hæc obeunda munera destinandos, tali justa de causa, Discretorum Provincialium omnimodè nomenclaturæ, & memoriæ in Registris terminus est impositus.

2. Singulis in Conventibus pariter antiquissimo Discretorum nomine decorati Patres illi fuere, quorum numerus, & eligendi modus à Provinciarum dispositione pendebat, qui tunc temporis Guardiano ita à Consiliis assisterent, ut novarum rerum molitor, gravium patrator, nullus, ipsis inauditis, existeret, nec sibi, maximè in arduis negotiis, eos inconsultos excludere fas esse putaret. Id fane colligitur ex Segobiensibus quoque Statutis, in quibus eorum munera adamussim exponuntur, anno 1621. sub Benigno de Genua tunc Generali Ministro, ejus potissimum opera, authoritate, aeloque editis, ac publicatis. C. 7. *De Electionibus*, titulo *de Discretis Conventuum*, in quibus habentur hæc verba. In singulis nostræ Religionis Conventibus sint destinati Religiosi aliqui, qui sint, & appellentur Discreti, quorum Consilio graviores causæ decernantur a Guardiano. Numerus verò Discretorum, & modus eligendi relinquitur ad dispositionem Provinciarum. Caveant Conventus Discreti, nè in Computis, sivè Missarum, sivè eleemosynarum, præsertim ad Capitulum Provinciale mittendis, vel in Inventariis subscribant, nisi sibi constiterit certa, & vera esse omnia, quæ scripta fuerint. Secus autem facientes, ut infideles puniantur. Curabunt item Discreti Conventus quæcumque pro sui Conventus religiosa conservatione, & reformatione, ac Provinciæ statu viderint expedire, ea prudenter circumspecta, vel Ministro in visitatione, vel Capitulo Provinciali in scriptis proponere, & intimare. Hæc Discretorum in Conventibus munera ad perfectioris regiminis fulcimentum, & Religionis bonum contra Superiorum localium aliquando usurpatam libertatem, vel labefactatam quandoque curam, hucusque perseverare, ac mordicùs per ordinis Statuta defendi, abundè jam notum est.

3. In tertia postmodum classe illi inveniuntur, qui ad exponendum in Provinciali Capitulo cujuscumque respectivè Conventus necessitates, & statum, nec non contra Guardiani, Ministri, aut Custodis regimina, si fortè adessent, deferendas querelas destinabantur. Unius autem tantùm ab unoquoque Conventu Discreti electio fiebat, qui ad hæc agenda cum suo Guardiano ad Comitia conveniens, in his in Provincialis electione Ministri suum quoque votum haberet. Horum enim eò ferebatur opinio, per Fratrum omnium suffragia proprio Discreto commissa, electionem Ministri in Comitiis peractam omnibus quoque futuram esse gratiorem, hac apparenti de causa, quod cum ab unico tantùm Diffinitorio Guardianus, à singulis verò Fratribus Discretus institutus existeret, in anteacta promotione Ministri communis ferè consensus sic videretur concurrere.

In Constitutionibus Farinerii, quas Divo tribuunt

Bonaventuræ, anno 1554. Assisiensi emanatis in Synodo, de hujus agitur constitutiona Discreti; ubi quo temporis spatio in utroque Conventu a Fretribua iuidem de Familia commorantibus per eligentium suffragia, juvenibus attamen, & advenis ab electione activa, nec non passiva se[illegible]usis, & ipsa statuitur celebranda, & quando per Ministrum Provincialem, & Custodem supplenda. In Constitutionibus quoqua Sancti Joannia Capistranensis ab ipsia in Regularis Observantiæ primordiis, ubi primò Vicarios Generalea meruit habere, anno 1444. publicatis, de eodem cujuscumque Conventua Discretu ad Capitulum Provinciale mittendo, ac de forma in ipsius electione ervanda, adamussim præscribitur. Discretorum itaque hujusmodi ad Comitia destinandorum usur ad duo potissimum priscis illis temporibus prosuisse patet. Primò: ut uniuscujusque Conventua statua, necessitates, querelæ Patribus in Capitulo congregatis exponerentur, legitima cum facultate per ipsos. Secundò ut votorum in electionibua colligationi, quæ aliàs ex tenui Conveutuum numero, & per consequens Guardianorum, faciliori sanè apparebat, & tolleretur suspicio, & exhiberetur impedimentum.

4. Humana tamen malitia decursu annorum invalescente, quemadmodum in quocumque Ordine, temporum, & eventuum varietate occasionem præbente, legea sæpius augeri, innovari, derogari, & immutari, jam satia constat, cùm per varioa casua experientia innotuerit, exemplo monstrante viam, plurima, nec levia, ex hac ultima Discreturum electione, tanquam à fonte corrupto, inconvenientia emanasse, ad hujusmodi Vocales discretos penitua eliminandos, tum Proviuciis pluribua sigillatim urgentibus, tùm Religione in Communi diutinis vexata oppositionibua, inconcusso tamen animo elaborentibus, tandem anno 1600. in Comitiis Romanis sub Francisco de Sousa Generali Ministro, Clemente VIII. Pontifice annuente, nec non confirmante, subsequentia tenoria abolitionia quæsitæ decretum exiit. Cum experientia constet, nihil magia adversari Cœnobiorum paci, ac tranquillitati, quam Discretorum ad Comitia Provincialia destinandorum per Fratrum suffragia electio, illua omninò è medio tollimua in Provinciia, quæ ad minua decem habent Conventos: declarantes, electiones omnea in dictia Capitulia faciendas esse per reliquorum omnium suffragia, qui, juxta Generalia Ordinia Statuta, vel cujuscumque Provinciæ debita authoritate facta, vocem activam soliti sunt habere In dictis Capitulis.

5. Hac tamen Constitutione non obstante, ad aliquorum reclamationem pro hujua revocatione, & in pristinum usum Discretorum electionem ad remittendam indefesaè insudantium, horum votia coram Sacra Congregatione, & variis informationibus interim expositis, per decretum Visitationis Apostolicæ anno 1601. die 15. Aprilis exhibitum, In Cismontana Familia ad pristinum electionia usum ut restituerentur obtinuerç. Universis postmodum Vocalibus Italis cum cæteria Cismontania in Synodo Salmaticensi anno 1618. ad Benignum Generalem Ministrum precea, supplicationes, Instantias firmiter porrigentibus, eò communia vota tendebant, ut pro bono, & Religionia pace firmandis, hos omninò Discretoa comprobaret eliminandos. Minister Generalis supplicantium votis addictus, jamque Procuratori Ordinia ab obtinendam decreti ejusdem confirmationem Apostolicam, ut totia viribus elaboraret in Curia, cura commissa, statim ac Urbem fuit ingressus, Pauli V. Pontificia pedibua provolutus, humillimis porrectia precibus, impetrevit, ut interim imminentia aliquot per Italiam Provincialia Capitula sine discretis celebrare liceret. Ab Ipso intereà Pontifice pro discussione pleniori Cardinalibus Verallo Protectori, Millino, ac Sanctæ Susannæ causa demandata, per Cardinales eosdem soli fuit Protectori absolutè dimissa.

Hoc verò partes juridicè audire non permittente, Minister Generalia jam Urbem ingressua, illo obsistente, favorabile quidquam à Pontifice impetrare non potuit. Protector enim ab æmulis jam præventua, & aliàs de Benigno malè informatus, nec leviter offensus, adducta hac apparenti ratione, quod sublatis Discretis sibi dispoticum in Religione dominium Generalis videretur contendera: hia de causa inefficaces reddidit ipsius conatus, irritas curas. Elapso autem non longo temporis spatio in Protectoris gratiam jam restitutum, Pontificia quoque assensum tàm ardenter optatum obtinuisse sanè colligitur ex decreto anno 1621. in Segobiensi Congressu emanato per ipsum de abolendis Discretis Authoritate Apostolica. Hæc autem sunt verba ibidem hac de materia Statuti, quæ in Romania Comitiis decreto edito anno 1600. ut supre sub Frencisco de Sousa Generali, Clemente VIII. approbante, omninò consona sunt. Cum experientia constet, nihil magis adversari Cœnobiorum paci, ac tranquillitati, quam Discretorum ad Provincialia Comitia designandorum, per Fratrum suffragia electio, illoa ex speciali Indulto Apostolico omninò è medio tollimus in Provinciia, quæ ad minus decem Conventua habent, declarentes, electiones omnea in dictis Capitulis faciendaa esse per reliquorum omnium suffragia, qui juxta Generalis Ordinis Statuta, vel cujuscumque Provinciæ, debita authoritate facta, vocem activam soliti sunt habere in dictis Capitulis.

Urbanua demùm VIII. à Laicis plerisque, sub apparentis zeli titulo injustè deceptus anno 1625. die 7. Aprilis edita nova lege præfatam Capituli decisionem, & Discretorum hujusmodi omnimodam abolitionem confirmatam annullante, seu revocante, ipsos in prittinum restituendos esse decrevit. Postmodum autem ab Ordinis Patribus de veritate rei sinceriùs instructus, atque hac sua ultima concessione paritèr revocata, priorem Discretorum abolitionem tantoperè in Religione expetitam, omninò exequendam esse mandavit, ut Cœnobiorum paci consultò providens, dissidiis terminum & videretur imponere, & Cismontanam Familiam ex integro Ultramontanæ conformem reddere.

6. Attamen neque hoc inquietis animis remedium profuit, neque ad extinguendum omninò ignem hoc satia fuit, denuò enim exarsit.

Reclamantibus rursua ad Sacram Congregationem tùm de Regulari, tùm de strictiori Observantia Conversia, quorumdam Patrum, ac ipsius quoque ejusdem Congregationia Secretarii favori innixis, & Patrocinio, Sacra Congregatio, annuente Pontifice die 19. Maji 1645. expedito decreto censuit, tùm Observantibus, tùm Reformatis restituendoa esse Discretos, & mandatum exiit in crastinum, ut realia eorum restitutio Generali Ministro committeretur. Hoc autem jam ad Comitia Toletana profecto, Superiorea, qui Romæ tunc aderant, ut decretum executioni non mandaretur, prò viribua conati sunt. Obtento itaque die 27. Septembris ejusdem anni novo decreto, impetrandi meritum habuere, ut suspensis interim Provinciarum Capitulis, usque ad novi Generalis in Urbem adventum, nihil de hac re innovaretur. Tandem Generalia Ministri Romam perventi, à Sacra Congregatione, annuente Sanctissimo, instantiis concessum fuit, ut donec causa maturiùs discuteretur, ac ei diffinitiva sententia totalem finem imponaret,

Ca-

Digitized by Google

Capitulorum Provincialium celebratio posset interim sine Discretis continuari. Ac tandem de Cardinalium Ginetti, Carpinei, atque Franciotti unanimi consensu, quibus hæc causa serius examinanda commissa jam fuerat, hoc interim temporis cursu, Capitula utliqua fors sine Discretis continuanda, ipsa censuit datis decretis, uno sub die 18. Februarii, altero sub die 17. Augusti anni 1646. tertio demum sub die 24. Maii 1647.

7. Denique post diutissimam, atque gravissimam litis discussionem, ut in Archivo Aracœlitano Curiæ Ultramontanæ Registro 40. fol. 249. & in Curiæ Cismontanæ Registro Fabii Papazzonii per extensum videri potest, quæ universam Religionem spinosis curis vexaverat, summa Dei Providentia ad finalem quietem ipsius dulciter, ac mirabiliter operante, Sacra Congregatio, partibus etiam in contradictorio sæpissimè auditis, earumque juribus tota maturitate libratia, edito decreto finali die 23. Octobris 1657. dissidiis frænum; querelis terminum benignè imponere indulsit, pronunciando ac diffiniendo, nullatenus restituendos esse Discretos locales ad Comitia Provincialia destinandos, atque imposterum perpetuum Causæ silentium imponendum esse decrevit. Hæc autem omnia ad majorem validitatem, maximo Religionis bono, confirmata fuere per sequens Breve Apostolicum.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

SAcrosancti Apostolatus Nobis divinitus commissi ratio postulat, ut ad ea, per quæ controversiæ inter Religiosos viros, qui contempta Sæculi illecebris vota sua sub arctioris vitæ Regula Altissimo reddere jugiter satagunt, exortæ, perpetuò sopiantur, peculiari paternæ charitatis nostræ studio intendamus. Itaque de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum consilio, visis per eosdem Cardinales Supplicibus libellis porrectis nomine plurimorum Fratrum Minorum, tum de Observantia, tum Reformatorum nuncupatorum, Cismontanæ Familiæ Ordinis S. Francisci instantiam pro restitutione afferte consuetudinis eligendi Vocales, seu Discretos in Conventu, mittendos ad Capitula Provincialia, auditisque sæpius in particulari dictorum Cardinalium Congregationis dilectis Filiis Fratribus Commissariis Generalibus Reformatorum Ordinis prædicti, partibusque hinc inde, tàm verbo, quàm scripto informantibus, cum omnibus pro utraque earum deductis, ac postmodum toto negotio in plena prædictorum Cardinalium Congregatione (dilecto Filio nostro Joanne Baptista tit. S. Petri ad vincula ejusdem S. R. E. Presbytero Cardinali Pallotto nuncupato referente) diligenter, & maturè discusso; in Provinciis Cismontanis tàm Observantiæ, quam Reformatorum dicti Ordinis non esse locum præfatæ Discretorum electioni, authoritate Apostolica, tenore præsentium decernimus, ac proinde perpetuum silentium imponimus, salva tamen semper in præmissis authoritate Congregationis memoratorum Cardinalium. Decernentes pariter easdem præsentes literas validas, & efficaces existere, & fore, & ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Decreto fel. rec. Innocentii X. Prædecessoris nostri, & aliis Constitutionibus &c.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 27. Julii 1658. Pontificatus nostri Anno quarto.

Bulla Alexandri septimi de auctoritate Procuratoris Reformatorum.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad perpetuam rei Memoriam.

ILlius, qui charitas est, & Deus pacis (licèt immeriti) vices gerentes in terris, ad illa propensis studiis intendimus, per quæ dissidia inter Religiosos Viros in humilitatis spiritu, & sub arctioris vitæ jugo Altissimo obsequiis mancipatos, enata sopiantur, ut ipsi sub laudabili Institutorum suorum observantia quietè viventes, gratum Divino numini præstent famulatum. Cum itaque inter dilectos Filios Procuratorem Gen. Ordinis Fratrum Min. S. Francisci Strictioris Observantiæ nuncupatorum ex una, ac Ministrum Provincialem, & Diffinitores Provinciæ Romanæ, nec non Guardianum S. Francisci Trans-Tyberim de Urbe ex altera partibus, exortæ sint controversiæ: Nos eas dirimere intendentes, ut discordiarum semina tollantur, & pax inter Religiosos conservetur; de voto nonnullorum dilectorum Filiorum Romanæ Curiæ Prælatorum, quibus negotium examinandum, ac Nobis referendum commisimus, Procuratorem Gen. præfatum, nunc, & pro tempore existentem, præter Secretarium, posse habere duos socios ejusdem Ordinis professos, ad suum beneplacitum diligendos, unum scilicet Sacerdotem, qui ei deserviat pro Scriba, & alterum Conversum, qui Personæ ipsius Procuratoris curam gerat; ac eosdem socios teneri recognoscere dictum Procuratorem Gen. in eorum immediatum Superiorem, non autem Ministrum Provincialem, vel Guardianum antedictos. Ad hæc spectare ad eumdem Procuratorem Generalem retinere, vel dimittere Fratres forenses, qui ad negotia peragenda Romam veniunt, eisque obedientiam dare, quando ob tarditatem, seu dilationem negotiorum suorum, aliave de causa ad tempus in aliquo Conventu Provinciæ Romanæ commorari debent: Ministrum vero Provincialem debere hujusmodi Conventum suo arbitrio assignare, & illius Guardiano injungere, ut eos recipiat. Præterea hujusmodi forenses infrà triduum sui ingressus in Urbem subesse in omnibus eidem Procuratori Generali duntaxat: elapso autem triduo subjectos esse curæ Guardiani dicti Conventus S. Francisci in iis, quæ morum correctionem, & regularem disciplinam concernunt. Postremo Fratres Forenses hujusmodi, si quidem pro eorum propriis negotiis è dicto Conventu S. Francisci exire voluerint, ubique teneri licentiam, ac benedictionem obtinere tàm à Procuratore Gen. quam à Guardiano, ad præscriptum Decreti Capituli Gen. Toleti ultimo celebrati. Verum si Procurator Gen. uti voluerit opera ipsorum forensium pro negotiis ad officium suum spectantibus, eosque secum ducere, tunc non teneri dictam licentiam, aut benedictionem petere à Guardiano, auctoritate Apostolica, tenore præsentium declaramus. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, & ab illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit inviolabiliter observari: sicque in

præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostol. Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secùs super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus &c.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 22. Septembris 1659. Pontificatus nostri Anno quinto.

Quod Fratres Minores Discalceati S. Francisci Hispaniarum non possint transire ad aliam Religionem, nisi de licentia majoris partis Patrum Vocalium Diffinitorii.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

CUm sicut Dilecti Filii Ministri Provinciales, & Fratres Provinciarum Sanctorum Joannis Baptistæ, & Josephi Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia Discalceatorum nuncupatorum Regni Hispaniarum Nobis nuper exponi fecerunt, ipsi aliàs providè consideraverint incommoda, quæ eisdem Provinciis in dies proveniunt ex eo, quòd nonnulli earumdem Provinciarum Religiosi hujusmodi, prætextu vitæ melioris prætendant è dicto Ordine transire ad Fratres Carthusianos, petita duntaxat, licèt non obtenta, ad id suorum Superiorum licentia; Nobis propterea iidem Exponentes, ut eædem Provinciæ in eorum statu reformato, & in pacis, & quietis universalis amœnitate conserventur, humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportunè, ut infra, providere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 1. Nos igitur eosdem Exponentes specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis Sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium duntaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum consilio, attentis narratis, ad evitanda exposita inconvenientia, ac aliis justis de causis, ut in futurum nulli Ordinis hujusmodi Religioso Professo, etiam sub prætextu arctioris vitæ, seu quovis alio quæsito titulo, liceat ad quamcumque aliam Religionem quantumlibet strictiorem transire, nisi priùs in pleno Diffinitorio licentiam transeundi petierint, eamque, per majorem partem suffragiorum favorabilium, legitimè obtinuerint, ac nullum, & inane quidquid secus gestum fuerit, Apostolica auctoritate, tenore præsentium decernimus.

§. 2. Cognitionem verò causarum prætensorum gravaminum propter denegationem prædictæ licentiæ eisdem Cardinalibus, etiam privativè quoad alios quoscumque Judices, quantumvis specifica, & specialissima mentione dignos, avocamus, & reservamus.

§. 3. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac dicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores pro plenè, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice duntaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 18. Martii 1659. Pontificatus nostri Anno quarto.

Concessio Indulgentiæ plenariæ Fratribus Regularis Observantiæ S. Francisci, ac Reformatis Cismontanæ Familiæ Exercitiis Spiritualibus per octiduum vacantibus.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

CUM sicut nobis nuper exponi fecit dilectus Filius Michael Angelus à Sambuca Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci Minister Generalis in Capitulo Generali ejusdem Ordinis novissimè Toleti celebrato, inter alia decretum fuerit, ut secessus, & spiritualis mortificationis, & Orationis mentalis exercitia in omnibus Provinciis Cismontanæ Familiæ Ordinis prædicti reassumantur, & illius Fratres earumdem Provinciarum aliquoties singulis annis vacent.

§. 1. Nos, qui probè novimus quantoperè conducant exercitia hujusmodi dirigendis in viam Domini, & confirmandis in illa Christi Fidelium mentibus, devotionem Fratrum memorati Ordinis, qui de Suorum Superiorum licentia operi adeo pio, & salutari vacaverint, cœlestium Ecclesiæ thesaurorum elargitione magis excitare volentes, de Omnipotentis Dei misericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, omnibus, & singulis prædicti Ordinis Fratribus, tàm Clericis, quàm laicis, seù conversis, qui in Domibus Regularibus Provinciarum prædictarum, de Suorum Superiorum licentia, exercitia prædicta per octidui spatium quandocumque peregerint, & interea temporis verè pœnitentes, & confessi Sacro-Sanctum Eucharistiæ Sacramentum sumpserint, quoties id egerint, plenariam omnium suorum peccatorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus. Præsentibus in perpetuum valituris.

§. 2. Volumus autem, quod si pro impetratione, præsentatione, admissione, seu publicatione præsentium aliquid vel minimum detur, aut spontè oblatum recipiatur, eædem præsentes nullæ sint eo ipso. Quodque earumdem præsentium transumptis, etiam impressis manu notarii publici, vel Secretarii dicti Ordinis subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ, vel Ministri Generalis prædicti Ordinis munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 12. Junii 1659. Pontificatus nostri anno quinto.

Pro-

Pro erectione Provinciæ Beati Petri de Alcantara Discalceatorum S. Francisci, & communicatione eorum, quæ Provinciæ S. Joannis Baptistæ, & omnibus aliis Provinciis earumdem Fratrum Discalceatorum pro bono ipsarum regimine sunt concessa.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

SAcrosancti Apostolatus officium humilitati nostræ per ineffabilem divinæ bonitatis abundantiam impositum postulat, ut paternam Christi Fidelium, qui è fluctibus Sæculi in portum Regularis vitæ confugerunt, curam gerentes, eorum statui, & felici directioni opportunis rationibus consulere studeamus, prout pia Orthodoxorum Regum vota exposcunt, & Nos matura consideratione prævia conspicimus in Domino salubriter expedire.

§. 1. Nuper siquidem pro parte dilectorum Filiorum Fratrum Discalceatorum Provinciæ S. Joannis Baptistæ Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum Nobis expositum fuit, quòd eadem Provincia, vigore facultatis ædificandi, seù instituendi Conventus, seù Domos Regulares in quibusvis Hispaniæ locis ei per quasdam fel. rec. Clementis Papæ VIII. prædecessoris nostri in simili forma Brevis literas concessæ, ita (benedicente Domino) dilatata nunc reperitur, ut in Valentiæ, ac Murciæ, & Granatæ Regnis, in quibus consistit, triginta sex illius Conventus numerentur, in quibus singulis Fratres notabili numero habitant. Qui Conventus, cum per spatium trecentorum milliarium in longitudinem, & centum quinquaginta in latitudinem dispersi existant, Ministris Provincialibus Provinciæ hujusmodi pro tempore existentibus, si non impossibile, saltem difficillimum redditur ipsam Provinciam pedibus totam quotannis peragere, & visitare, sicut per Statuta dicti Ordinis præscribitur, nec ipsi, attenta itineris longitudine, eam in singulis Conventibus prefatis moram trahere valeant, quam spiritualis Religiosorum consolatio exigit.

§. 2. Cùm autem, sicut eadem expositio subjungebat, præmissa in Capitulo Provinciali dictæ Provinciæ providè perpensa, Fratres, qui eidem Capitulo interfuerunt, omnes unanimiter decrevarint, Nobis esse supplicandum, ut licentiam dividendi Provinciam prædictam concederamus, hocque decretum, non solum à tunc existente Ordinis prędicti Ministro Generali, qui Capitulo Provinciali hujusmodi præsedit, approbatum, sed etiam à Capitulo generali ejusdem Ordinis in Civitate Toletana novissimè celebrato, confirmatum fuerit. Nobis propterea, tàm charissimi in Christo Filii nostri Philippi Hispaniarum Regis Catholici nomine, quàm pro parte dictorum Exponentium humiliter supplicatum fuit, ut in pręmissis opportunè providere de benignitate Apolica dignaremur.

§. 3. Nos igitur, ejusdem Philippi Regis desiderio, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere cupientes, pręfatosque Exponentes specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & ipsorum Exponentium singulares personas à quibusvis excomnicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis ocasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existant, ad effectum pręsentium duntaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes: hujusmodi piis, & rationabilibus supplicationibus inclinati, attentis expositis, nec non etiam audito dilecto Filio Ministro Generali Ordinis hujusmodi, memoratam Provinciam S. Joannis Baptistę Fratrum Discalceatorum nuncupatorum prędicti Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia in Regnis Valentię, Murcię, & Granatę consistentem, olim Apostolica auctoritate erectam, & institutam, quę in tantum postmodum (Deo favente) se dilatavit, & excrevit, ut triginta sex jam Conventus, seu Domos Regulares cum competenti numero Fratrum comprehandat, ac proinde impossibile sit, per unum tantummodo Ministrum Provincialem propter longam distantiam, eam quotannis ad præscriptum Constitutionum, & Statutorum Ordinis prædicti visitari.

§. 4. Auctoritate Apostolica tenore præsentium dismembramus, & ex unica in duas dividimus, ita scilicet, ut viginti septem Conventus nunc existentes in Provincia Valentię, & si quos exinde in eadem erigi contingat, usque ad Civitatem Murciæ exclusivè, retento nomine Provinciæ S. Joannis Baptistæ, sub ea remanere, cœteri verò ab eadem Civitate Murciæ per præfata Regna Murciæ, & Granatæ diffusi, & in posterum pariter fundandi, ad Provinciam de novo erectam, & B. Petri de Alcantara nuncupandam pertinere intelligantur.

§. 5. Quam Provinciam B. Petri de Alcantara de novo, sicut præfertur, erectam, & institutam volumus inter Provincias prædicti Ordinis Minorum Regularis Observantiæ Auctoritate Apostolica erectas, & approbatas aggregari, & annumerari, ac aggregatam, & annumeratam esse statuimus, & decernimus, omnibusque Concessionibus, gratiis, indultis, & literis Apostolicis eidem S. Joannis Baptistæ, & aliis dicti Ordinis Provinciis Discalceatis concessis, & pro tempore concedendis frui, & gaudere, ac si eidem de novo specialiter concessa essent, & eisdem Constitutionibus, legibus, statutis, & ordinationibus, quibus dicta Provincia S. Ioannis Baptistæ utitur, & gubernatur, similiter perpetuò uti, & gubernari debere.

§. 6. In Capitulo autem Provinciali, in quo Præses ipsiusmet Capituli ad novam electionem præsideat, vel etiam in Congregatione, more Capituli Provincialis, ad hunc effectum habenda, & celebranda tempore, & loco ab ipso Ministro Provinciali Provinciæ S. Ioannis Baptistæ præscriptis, convocatisque per ipsum Diffinitoribus, & Fratribus, cunctisque omnium locorum, seu Conventuum ipsius Provinciæ Guardianis, ex omnibus ejus Fratribus, hoc est de toto corpore Provinciæ unus illorum in Ministrum Provincialem pro Provincia de novo erecta per eosdem Ministrum Provincialem, Diffinitores, & Guardianos per vota Secreta, ad præscriptum Sacri Concilii Tridentini, & deinde ex corpore Congregationis solummodo quatuor Diffinitores, & Custos, servatis servandis, & prout in hujusmodi Capitulis Provincialibus moris est, eligantur, quos omnes, scilicet Ministrum Provincialem, Diffinitores, & Custodem postquam electi fuerint, idem Minister Provincialis S. Ioannis Baptistæ, seu Præses Capituli Apostolica auctoritate confirmet.

§. 7. Decernentes Provinciam de novo, ut dicitur, erectam, tanquam veram, & legitimam ipsius Ordinis filiam sub obedientia, visitatione, & correctione Ministri Generalis illius pro tempore existentis perpetuò remanere, & in Capitulis Generalibus, sicut cœteræ ejusdem Ordinis Provinciæ, locum habere, tractari, amplecti, & debitis favoribus prosequi debere, illamque in celebrandis Capitulis Provincialibus, Congregationibus, electionibus, & aliis, patiformiter ac Provincia S. Ioannis Baptistæ pro-

Digitized by Google

procedere, & ipsas ambas Provincias suis propriis tantummodo alienis Constitutionibus, & Ordinationibus regi, & gubernari perpetuò teneri.

§. 8. Atque electionibus Ministri Provincialis, Diffinitorum, & Custodis supradicti, ut præmittitur, celebratis, & confirmatis, dictus Minister Provincialis S. Joannis Baptistæ terminum sex mensium cunctis ipsius Provinciæ Fratribus præfigat, intra quem ipsi alterutram ex ambabus Provinciis, quam maluerint, ad incolendum, & habitandum eligere possint, quo elapso, nulli eorum locum, aut Provinciam amplius mutare sine utriusque Provincialis consensu in scriptis obtento ullo modo liceat.

§. 9. Ejusdem autem novæ Provinciæ B. Petri de Alcantara limites, & confines esse debere volumus Episcopatum Carthaginensem, Comitatum in Regno Murciæ, Episcopatum Guadicensem, & Baza Episcopatum Almeriensem, Archiepiscopatum Granatensem, Adellantatum de Cazorla, Abbatiam de Alcala, & Pliego, nec non partem Episcopatus Ghiennesis, scilicet ab ipsa Civitate Ghiennensi versus Biacensem, & Ubetensem, relinquendo aliam partem, scilicet ab ipsa Civitate Ghiennensi usque ad Episcopatum Cordubensem: ita tamen, ut nec Provincia noviter erecta, nec Provincia S. Didaci possit fundare Conventum in Civitate Ghiennensi, neque in ejus districtu, sed ipsa Civitas communis sit utrique Provinciæ pro quæstuatione, prout inter partes ita conventum, & pactum extitit.

§. 10. Decernentes pariter easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, plenissimè suffragari, & ab illis respectivè inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 11. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nec non, quatenus opus sit, Ordinis, ac Provinciæ S. Ioannis Baptistæ, ejusque Conventuum hujusmodi, & aliis quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice duntaxat specialiter, & expressè derogamus, cœterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 4. Augusti 1659. Pontificatus nostri anno quinto.

Erectio Provinciæ Reformatæ Sanctæ Mariæ Ungariæ Fratrum Minorum S. Francisci strictioris Observantiæ.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

SAcrosancti Apostolatus officium humilitati nostræ divina dispositione creditum exigit, ut paterna Religiosorum virorum sub suavi arctioris vitæ jugo Altissimi obsequiis mancipatorum curam gerentes, ea, per quæ prospero, feliciqua eorum statui, & regimini consulitur, Apostolicæ confirmationis nostræ præsidio constabiliamus.

§. 1. Aliàs siquidem pro parte dilectorum filiorum Fratrum Provinciæ Sanctæ Mariæ Ungariæ Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci strictioris Observantiæ nuncupatorum, Congregationi Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositæ exposito, quod ipsi quidem prius ante sex menses, vel circiter, varias gravissimas causas, quarum intuitu Provinciam hujusmodi a jurisdictione Commissarii nationalis, ad instar diversarum aliarum Provinciarum Familiæ Cismontanæ ejusdem Ordinis, eximi desiderabant, dictæ Congregationi exposuerant, ipsis vero ab initio spem fecerat eamdem Provinciam ad exemptionem hujusmodi admitti, & privilegiis vicinarum Provinciarum gaudere non posse, nisi prius ostenderetur reformationem in illa pariter acceptatam fuisse, pro qua introducenda similes Commissarii deputari solent; quodque dicta Provincia Sanctæ Mariæ Ungariæ Constitutiones Reformatorum, & quidem uti tales a Ministro Generali Ordinis prędicti recognitas semper observasset; ipsique Exponentes credebant ex relatione dilecti pariter filii Visitatoris Generalis Austrię, & Ungarię dicti Ordinis, cui memorata Congregatio indagationem veritatis pręmissorum commiserat, ad ipsam Congregationem trasmissa constare eorum, quę exposuerant, veritatem.

§. 2. Et propterea dictę Congregationi supplicato, ut exemptionem hujusmodi prędictę Provincię concederet, illamque reformatam declararet, emanavit ab eadem Congregatione decretum tenoris, qui sequitur, videlicet: Sacra Congregatio Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium pręposita, attentis narratis, ac auditis relationibus tam Ministri Generalis Ordinis hujusmodi, quàm etiam Commissarii Visitatoris Generalis Austrię, & Ungarię, ejusque omnes Fratres, ac dicti Ordinis Religiosos jam acceptavisse, & suscepisse reformationem, ac secundum hujus instituta, leges, constitutiones, & statuta vivere, regi, & gubernari, censuit, decrevit, & declaravit eandem Provinciam tamquam reformatam haberi, ac inter reformatas Provincias statuendam, computandam, & describendam, earumque omnibus gratiis, privilegiis, & pręrogativis æquè, ac cunctæ similes aliæ Provinciæ Reformatæ utuntur, potiuntur, fruuntur, & gaudent, uti, frui, potiri, & gaudere ipsam quoque debere, ac proinde ab obligatione recipiendi de cœtero Commissarium nationalem esse eximendam, prout præsentis Decreti vigore statuitur, & computari, haberi, describi, gaudere, & eximi respectivè mandat, & præcipit, contrariis quibuscumque non obstantibus. Romæ 19. Septembris 1659.

M. Ginettus.

§. 3. Cum autem, sicut dicti Exponentes Nobis nuper exponi fecerunt, ipsi Decretum hujusmodi pro firmiori illius subsistentia, & observatione, Apostolico muniri patrocinio summopere desiderent: Nos specialem ipsis Exponentibus gratiam facere volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, supplicatio-

ni-

nibus eorum nomine Nobis super hoc porrectis humiliter inclinati: Decretum preinsertum auctoritate Apostolica, tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, salva semper in præmissis auctoritate prædictæ Congregationis Cardinalium.

§. 4. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, plenissimè suffragari; sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non, quatenus opus sit, Oratoris, & Provinciæ hujusmodi, quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, ac literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 5. Novembris 1659. Pontificatus nostri anno quinto.

Confirmat Decretum circa receptionem Oblatorum, probationem, & admissionem ad habitum in Provincia Sanctorum Ludovici, & Elzearii Congregationis Gallicanæ Tertii Ordinis S. Francisci.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

Aliàs pro parte dilectorum filiorum Ministri Provincialis, & Definitorum Provinciæ Sanctorum Ludovici, & Elzearii Congregationis Gallicanæ Tertii Ordinis S. Francisci Nobis exposito, quod Regula dicti Tertii Ordinis Cap. 11. & Concilium Tridentinum sess. 25. cap. 15. determinant unum annum probationis pro Novitiis: Constitutiones verò Generales ejusdem Tertii Ordinis ab hac Sancta Sede approbatæ determinant duos annos pro Novitiatu Fratrum Oblatorum, seu Servientium, qui emittunt tria vota solemnia Religionis, ac insuper quartum votum de non procuranda alia conditione a sua, Cap. I. §. II. *de Fratribus Oblatis*: fel. autem recor. Clemens Papa VIII. Prædecessor noster per quandam suam Constitutionem die 19. Martii 1603. emanatam ordinavit, ut unaquæque Religio sua specialia Instituta observare teneatur circa Fratrum Oblatorum receptiones.

§. 2. Et in eadem expositione subjuncto, quod pro consolatione quorumdam Fratrum Oblatorum, qui tunc in dicto Tertio Ordine existebant, Superiores ipsius Tertii Ordinis consenserunt alias, ut a recolendæ memoriæ Urbano Papa VIII. Prædecessore pariter nostro procuraretur dispensatio pro dictis Fratribus Oblatis super ipsorum quarto voto, & licentia transeundi ad statum Fratrum Conversorum, seu Laicorum, cum assumptione Caputii, sicut de facto idem Urbanus Prædecessor die 26. Augusti 1641. dispensavit cum Fratribus Oblatis, qui tunc in dicto Tertio Ordine existebant; quodque ab illo tempore in aliquibus Conventibus dictæ Congregationis Tertii Ordinis diversis, & differentibus modis factæ fuerunt receptiones dictorum Fratrum Oblatorum; siquidem aliqui superiores sibi persuadentes prædictas Constitutiones Generales Tertii Ordinis determinantes duos annos pro Novitiatu Fratrum Oblatorum esse contrarias Regulæ Tertii Ordinis, & Concilio Tridentino prædictis, requirentibus unum tantum annum probationis in Novitiis, admittunt in Ordinem Fratres Oblatos sine Caputio, cum uno tantum anno probationis.

§. 2. Et ulteriùs occasione literarum dicti Urbani Prædecessoris in simili forma Brevis super præmissis emanatarum, per quas ipse Urbanus Prædecessor dispensavit cum dictis Oblatis, qui tunc erant in Ordine, super quarto voto, eisque concessit transitum ad statum Laicalem post decem annos a sua receptione; Fratres Oblati, qui de novo recipiuntur in Ordine, quartum votum ab Oblatis emittendum non emittunt, ac post tempus aliquorum annorum assumunt Caputium sine ulla auctoritate hujus Sanctæ Sedis, & dispensatione Constitutionum Generalium dicti Tertii Ordinis, contra quas novus status, seu conditio in Religionem inducitur.

§. 3. In aliis verò Conventibus Tertii Ordinis, & Congregationis hujusmodi admittuntur dicti Fratres Oblati, seu Servientes, juxta formam Constitutionum Generalium Ordinis cum quarto voto, de non procuranda alia conditione a sua, idque eo magis, quod cum sit dispensatio, ipsa est de voto jam facto, non verò de faciendo: & prædictus Urbanus Prædecessor dispensavit cum Oblatis, qui votum emiserant, & tunc temporis in Ordine existebant; minimè vero ordinavit aliquid circa Oblatos in futurum recipiendos, aut quoad hoc Constitutiones Generales Ordinis immutavit. Istas autem diversas, & differentes Fratrum Oblatorum receptiones non minimam parere in dicta Congregatione Tertii Ordinis confusionem, & plures scrupulos, ac dubia ingerere in animos: & propterea Nobis humiliter supplicato, ut dignaremur declarare.

§. 4. Primo, An Constitutiones Generales dicti Tertii Ordinis requirentes duos annos probationis in Oblatis, seu Fratribus Servientibus, vota solemnia emitentibus, sint contrariæ tàm Regulæ ejusdem Tertii Ordinis, quàm Decreto Concilii Tridentini, unum annum probationis exigentibus in Novitiis. Secundò, An occasione relaxationis, & dispensationis factæ a memorato Urbano Prædecessore cum Fratribus Oblatis, qui tunc temporis existebant in Ordine, super ipsorum quarto voto de non procuranda alia conditione a sua, & super assumptione Caputii post decem annos, possint de novo recipi Oblati, seu Servientes cum uno anno solùm probationis, ac admitti ad Caputium, & statum Laicorum; possitque talis usus, & status novus introduci contra Generalia statuta Ordinis, sine debita auctoritate Sedis Apostolicæ. Tertiò, An Fratres Oblati, qui in tali statu novo, & non approbato a Sede prædicta fuerunt admissi in Religionem, sint verè Religiosi, & Professi. Quarto, An dicta dispositio concessa ab Urbano Prædecessore prædicto pro Oblatis, qui tunc temporis existebant in Ordine, impediat quominus recipiantur in Ordinem Fratres Oblati juxta formam Constitutionum Generalium dicti Tertii Ordinis ab eadem Sede approbatarum?

§. 5. Nos negotium hujusmodi Venerabilibus Fratribus Æmilio Camerinensi, & Carolo Clusinensi Episcopis demandavimus, a quibus emanavit Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet: Illustrissimi, ac

Reve-

Reverendissimi Domini D. de Alteriis Episcopus Cametinensis, & D. de Vecchia Episcopus Clusinensis auctoritate Apostolica sibi specialiter commissa, omnibus maturè perpensis, censuerunt, & declaraverunt, sicuti hoc præsenti decreto censent, & declarant. Primo, non obstare Concilium Tridentinum, nec Regulam Tertii Ordinis quominus Oblati, seu Servientes juxta tenorem Constitutionum Generalium dicti Ordinis debeant biennio integro probari, & eo expleto ad professionem admitti. Secundò, non posse admitti ad Caputium, seu statum Fratres Oblatos, seu Servientes, qui admissi sunt in Religionem post Breve san. mem. Urbani VIII. cum dictum Breve loquatur tantum de illis Oblatis, qui tunc existebant in Ordine. Tertiò, dictos Oblatos de novo receptos in statu novo, & non approbato a Sancta Sede, non esse veros Religiosos. Quartò, dictum Breve Urbani non impedire, quominus recipiantur in Ordinem Fratres Oblati juxta formam Constitutionum Generalium dicti Tertii Ordinis a Sancta Sede approbatatum, non obstantibus quibuscumque in contrarium. Romæ 9. Octobris 1659. E. Episcopus Camerinensis Secret. C. de Vecchis Episcopus Clusinensis S.C.C. Secret.

§. 6. Cum autem, sicut prædicti Exponentes Nobis denuò nuper exponi fecerunt, ipsi Decretum hujusmodi pro firmiori illius subsistentia, Apostolicæ confirmationis nostræ robore communiri summoperè desiderent. Nos specialem ipsis Exponentibus gratiam facere volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præinsertum auctoritate Apostolica, tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus.

§. 7. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, ac suos plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cœterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 10. Decembris 1659. Pontificatus nostri anno quinto.

Quod Fratres Minores de Observantia Sancti Francisci Provinciæ Valentiæ non possint transire ad Recollectos absque licentia Ministri Provincialis.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

ALiàs pro parte dilecti Filii Jacobi Quintana Procuratoris Provinciæ Valentiæ Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum Congregationi Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositæ exposito: quod vigore concordiæ, dudum in inter Fratres Minores de Observantia nuncupatos, ex una, & Fratres Recollectos Provinciæ, & Ordinis prædictorum ex altera partibus initæ, & a fel. record. Gregorio XIII. prædecessore nostro confirmatæ, qua cavetur, quod Fratres, qui ex domibus non Recollectis, ad Recollectas transire voluerint, consensum priùs in scriptis habeant Guardiani, & Conventus domus, ad quam transire intenderint, consensus verò hujusmodi per vota secreta exquiratur, & eo obtento, licentia humiliter petatur a Ministro Provinciali transeundi ad prædictam domum, quam ipse Minister benignè concedere teneatur: multi, non Zelo virtutis, nec ut ferventius Deo servire possent, sed per voluntatis inconstantiam, & mutabilitatem tenderent ad aliquem Conventum Recollectorum, & acciperent vota, ac licet Minister Provincialis videret talem transitum esse contra bonum regimen dictæ Provinciæ, & nullo modo convenire, ipso invito, transirent ad Recollectos, sine periculo supradictæ concordiæ, qua dicitur, quod Minister Provincialis licentiam concedere teneatur.

§. 1. Et in eadem dispositione subjuncto, hoc videri esse contra mentem dicti Gregorii prædecessoris, & Religionem, ideoque ad tales abusus evitandos dictæ Congregationi supplicato, ut declaret dictam particulam; ita scilicet, ut Minister Provincialis hujusmodi licentiam concedere teneatur, si judicaverit secundum Deum ita expedire, & non aliter, & sic de aliis affirmativis, & negativis in eadem concordia positis: emanavit ab eadem Congregatione Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet.

§. 2. Sacra Congregatio Eminentissimorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, attentis narratis, ac audito Ministro Generali Ordinis hujusmodi, circa præmissa declarandum censuit, prout præsentium tenore declarat, & decernit, ex vi precitatæ clausulæ in memorata concordia a Gregorio XIII. confirmata appositæ, Ministrum Provincialem Provinciæ prædictæ pro tempore existentem, ad concedendam licentiam ejusmodi transitus non teneri, nisi quando secundum Deum illam concedere judicaverit expedire, & sic de aliis affirmativis, & negativis in eadem concordia contentis: quibuscumque in contrarium non obstantibus. Romæ 19. Decembris 1659.

§. 3. Cum autem, sicut dictus Jacobus Nobis nuper exponi fecit, ipse Decretum hujusmodi Apostolicæ confirmationis nostræ robore communiri summoperè desideret: Nos ipsum Jacobum specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis axcommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes.

§. 4. Supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præinsertum auctoritate Apostolica, tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, salva semper in præmissis auctoritate prædictæ Congregationis Cardinalium.

§. 5. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inviolabiliter observari: sicque in præmissis per quo-

Digitized by Google

quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cœterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 22. Januarii 1660. Pontificatus nostri anno quinto.

Confirmatio primi Brevis Provinciæ Beati Petri de Alcantara Ordinis S. Francisci Patrum Discalceatorum in Hispania, cum tituliet Ministri Provincialis, & Diffinitorum ipsius Provinciæ a Sanctissimo facta.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

ALiàs Nos Charissimi in Christo filii nostri Philippi Hispaniarum Regis Catholici supplicationibus Nobis humiliter porrectis inclinati, Provinciam Sancti Joannis Baptistæ Fratrum Discalceatorum nuncupatorum, Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia in Regnis Valentiæ, Murciæ, & Granatæ consistentem, in duas, unam scilicet, quæ nomen Provinciæ S. Joannis Baptistæ retinere deberet, & alteram de novo erectam, & B. Petri de Alcantara nuncupandam, Provincias, sub certis modo, & forma tunc expressis, auctoritate Apostolica divisimus, ac inter alia voluimus, ut in Capitulo Provinciali, in quo Præses ipsiusmet Capituli ad novam electionem præsideret, vel etiam in Congregatione more Capituli Provincialis ad hunc effectum habenda, & celebranda pro tempore, & loco ab ipso Ministri Provinciali Provinciæ S. Joannis Baptistæ præscriptis, convocatisque per ipsum Diffinitoribus, & Fratribus, cunctisque omnium locorum, seu Conventuum ipsius Provinciæ Guardianis, ex omnibus ejus Fratribus, hoc est de toto corpore Provinciæ, unus illorum in Ministrum Provincialem, Diffinitores, & Guardianos, per vota Secreta ad præscriptum Sacri Concilii Tridentini, & deinde ex corpore Congregationis solummodo quatuor Diffinitores, & Custos servatis servandis, & prout in hujusmodi Capitulis Provincialibus moris est, eligerentur, quos omnes, scilicet Ministrum Provincialem, Diffinitores, & Custudem, postquam electi fuissent, idem Minister Provincialis Sancti Joannis Baptistæ, seù Præses Capituli Apostolica auctoritate confirmaret, & aliàs prout in nostris in simili forma Brevis literis die 4. Augusti 1659. desuper expeditis, quarum tenorem præsentibus pro plenè, & sufficienter expresso, & verbatim inserto haberi volumus, uberiùs continetur.

§. 1. Cùm autem, sicut Nobis nuper relatum fuit, prædicti Minister Provincialis, & Vocales voluntatem nostram hujusmodi exequutioni demandare non curaverint, nec curent; Hinc est, quod Nos prospero, felicique regimini, & gubernio prædictæ noviter erectæ Provinciæ Beati Petri de Alcantara, & commissi Nobis cœlitus pastoralis officii debito, providere volentes, ac de infra nominatorum dicti Ordinis Fratrum expressè professorum charitate, prudentia, industria, idoneitate, Religionis zelo, aliisque meritis plurimùm in domino confisi, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, interdicti, aliisque Ecclesiasticis Sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium duntaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes.

§. 2. Motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine dilectos Filios Franciscum Morales in Ministrum Provincialem, ac Christophorum Laurentium in Custodem, nec non Didacum Fernandez in primum, Bernardum Morales in secundum, Franciscum de Estevan in tertium, & Alphonsum de Segura, Fratres Ordinis prædicti, in quartum Diffinitores dictæ novæ Provinciæ B. Petri de Alcantara respectivè ad tempus, quo aliarum Provinciarum dicti Ordinis Ministri Provinciales, Custodes, & Diffinitores, juxta regularia ejusdem Ordinis instituta Apostolica auctoritare confirmata, in suis officiis durare consueverunt, tenore præsentium constituimus, & deputamus.

§. 3. Mandántes propterea in virtute Sanctæ obedientiæ, ac sub indignationis nostræ, aliisque arbitrii nostri pœnis, omnibus, & singulis memoratæ Provinciæ B. Petri de Alcantara Superioribus, Fratribus, & personis, cœterisque, ad quos quomodolibet spectat, & spectabit in futurum, ut supra nominatos Fratres ad officia eis respectivè per præsentes demandata recipiant, & admittant, illosque recognoscant, ac eis in omnibus officia hujusmodi concernentibus pareant, & obediant, ac faveant, & assistant respectivè.

§. 4. Ac decernentes easdem præsentes literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac supra nominatis Fratribus plenissimè suffragari, & ab illis, ad quos spectat, & spectabit in futurum, inviolabiliter observari: sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non, quatenus opus sit, prædicti Ordinis, ejusque Provinciarum, & Conventuum quorumcumque, & aliis quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis Statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris ad præmissorum effectum specialiter, & expressè derogamus, cœterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 9. Augusti 1660. Pontificatus nostri anno sexto.

Erectio Provinciæ Sancti Ladislai Regis in Sclavonia, Ordinis Fratrum Minorum de Observantia.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

EX commissi Nobis divinitus Pastoralis officii debito ad ea perpensis studiis jugiter intendimus, per quæ Religiosorum virorum, qui relicto Sæculo Dei obsequiis sese manciparunt, sta-

tui, & felici directioni conſulitur, ut ſecundum laudabilia Ordinum ſuorum inſtituta gratum Altiſſimo impendentes famulatum, proſperioribus in dies, benedicente Domino, proficiant incrementis.

§. 1. Aliàs ſiquidem pro parte dilecti Filii Lucii a Sancto Juſto tunc temporis Commiſſarii Generalis Curiæ Ordinis Fratrum Minorum S. Franciſci de Obſervantia nuncupatorum Nobis expoſito, quod antea, poſtquam Congregatio tunc exiſtentium Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſita, Zagabrienſem, Varaſdienſem, Ormuſdienſem, Criſienſem, Remeticenſem, Juanicenſem, Crapinenſem Conventus Ordinis prædicti in Sclavonia conſtitutos, nec non Monaſterium Sanctiſſimæ Trinitatis Zagabrienſium Monialium Ordinis S. Claræ curæ primo dicti Ordinis ſubjectum, in novam Cuſtodiam, ad præſcriptum Conſtitutionum Ordinis hujuſmodi, cum prærogativis, titulis, & præcedentiis conſuetis erigi mandaverat dilectus pariter Filius Paulus de Tauris Frater expreſsè profeſſus Provinciæ Auſtriæ dicti Ordinis, vigore mandati ſibi ſuper hoc a dilecto etiam filio Sebaſtiano a Cajeta Ciſmontanæ Familiæ prædicti Ordinis Commiſſario Generali dati, ſeptem Conventus, & Monaſterium hujuſmodi, prævia illorum ſeparatione a Provincia Ungariæ ejuſdem Ordinis, in novam Cuſtodiam ſæpè dicti Ordinis, juxta diſpoſitionem Decreti dictæ Congregationis ſuper præmiſſis emanati erexerat: Nos ſupplicationibus dicti Lucii nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, erectionem ſupradictorum ſeptem Conventuum, ac Monaſterii in novam Cuſtodiam Ordinis præfati à memorato Paulo, ſicut præfertur, factam, auctoritate Apoſtolica confirmavimus, & approbavimus, & aliàs, prout in noſtris ſimili forma Brevis literis, die 20. Junii 1656. deſuper expeditis, quarum tenorem præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſo haberi volumus, uberiùs continetur.

§. 2. Cum autem, ſicut dilecti Filii Fratres Cuſtodiæ præfatæ Nobis nuper exponi fecerunt ipſi eandem Cuſtodiam, quæ, ut aſſerunt, in novem Conventibus Fratrum, adjunctis ſcilicet ad ſupradictos ſeptem, Caproucenſi ſub titulo Sancti Antonii Patavini, & Chiaktornienſi Conventibus ſub titulo Sancti Nicolai Epiſcopi, nec non prædicto Monialium Monaſterio, ad præſens conſiſtit, pro majori illius decore, in novam dicti Ordinis Provinciam a Nobis erigi ſummopere deſiderent: Nos ſpecialem ipſis Exponentibus gratiam facere volentes, & eorum ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, ſupplicationibus eorum nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, eamdem Cuſtodiam in novam memorati Ordinis Provinciam cum omnibus, & ſingulis prærogativis, præeminentiis, privilegiis, juribus, gratiis, & indultis, quibus aliæ ejuſdem Ordinis Provinciæ de jure, uſu, & conſuetudine, & aliàs quomodolibet utuntur, fruuntur, & gaudent, ac uti, frui, & gaudere poſſunt, ac ſolent, & debent auctoritate prædicta tenore præſentium, ſine cujuſquam præjudicio, perpetuò erigimus, & inſtituimus.

§. 3. Decernentes eaſdem præſentes litteras ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit, pleniſſimè ſuffragari, ſicque in præmiſſis per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, nec non, quatenus opus ſit, prædicti Ordinis, & aliis quibuſvis, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis illorum tenores præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum, hac vice dumtaxat, ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, ſub Annulo Piſcatoris, die 16. Julii 1661. Pontificatus noſtri anno ſeptimo.

Monitorium, & Decreta SS. Congregationum amanata proximis anterioribus annis.

Monitorium A. C.

Pro Obſervantia Decretorum ad Sepulturam ſpectantium.

OCtavianus Raggius Prothonotarius Apoſtolicus, utriuſque Signaturæ S. D. N. Papæ Referendarius, necnon Curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ Auditor, Romanæque Curiæ Judex ordinarius; Sententiarum quoque, & Cenſurarum tàm in eadem Romana Curia, quàm extra eam latarum, ac litterarum Apoſtolicarum quarumcumque Univerſalis, & merus Executor ab eodem Sanctiſſimo D. N. Papa ſpecialiter electus, & deputatus.

Univerſis, & ſingulis R R. D D. Abbatibus Prioribus, Præpoſitis, Decanis, Archidiaconis, Scholaſticis, Cantoribus, Cuſtodibus, Theſaurariis, Sacriſtis, Parochialiumque, & Collegiatarum Eccleſiarum Rectoribus, ſeu locum tenentibus earum, Plebanis, Viceplebanis, Curatis, vel non Curatis, cæteriſque Presbyteris, nec non Clericis, Notariis, & Tabellionibus quibuſcumque; illique, vel illis, ad quem, vel ad quos præſentes noſtræ litteræ pervenerint, ſeu quomodolibet præſentabuntur, ſalutem in domino, & noſtris hujuſmodi, imo veriùs Apoſtolicis firmiter obedire mandatis. NOVERITIS ex parte ad inſtantiam RR. Fratrum S. Franciſci Minorum & ſtrictioris Obſervantiæ, ac quorumcumque eorumdem RR. Fratrum, Conventuum, in quibuſvis mundi partibus exiſten. principalium inſtantium, decretum Sacræ Congregationis Rituum de, & ſuper declaratione, quod officium ſuper Cadaveribus in Eccleſiis Regularium ſpectet ad ipſos Regulares, ad ſupplicationem dictorum inſtantium emanatum ſub die 27. Novembris 1638. Nobis præſentatum fuiſſe ſub infraſcripto tenore, videlicet. Sacra Rituum Congregatio juxtà aliàs reſoluta reſpondit: Officium ſuper cadaveribus in Eccleſiis Regularium ſpectare, & pertinere ad ipſos Regulares, non autem ad Curatos defunctorum, & ita in poſterum ſervari mandavit, non obſtante contraria conſuetudine die 27. Novembris 1638. C. Epiſcopus Portuen. Cardinalis Pius. Julius Cineius Secretarius. Loco ✠ Sigilli.

Nec non pariter aliud Decretum S. Congregationis Eminentiſſimorum DD. Cardinalium negotiis Epiſcoporum præpoſitæ, ad ſupplicationes pariter corumdem RR. inſtantium emanatum die 14. Januarii 1659.

de-

de & super eo, quod defunctorum cadavera sepelienda ab ædibus Defunctorum ad eorumdem Fratrum Ecclesias recto tramite deferri licite possint, monito tamen prius, & requisito, ac expectato proprio Defunctorum Parrocho, à quo benedictionem, & ultimum Vale accipere possint, quo venire expressè recusante, possint iidem Fratres, etiam ipso invito, dicta Cadavera ad suas Ecclesias transportare. Consanguinei verò talium defunctorum illis parentare in Parrochialibus, & aliis Presbyterorum etiam Cathedralibus Ecclesiis compelli nullo modo possint, si qua verò immemorabilis consuetudo in contrarium super præmissis existere prætendatur, legitimè probetur, & interim præsens Decretum ad unguem servetur, prout eadem S. Congregatio servari mandavit. Romæ die 24. Ianuarii 1639. Card. Antonius Barberinus. C. Fachenettus. Loco ✠ Sigilli. Nec non aliud Decretum Eminentissimorum DD. Cardinalium Sacri Concilii Tridentini Interpretum de, & super declaratione, quod quoties Cadavera Defunctorum, & alia, quæ in hujusmodi ministerio adhiberi solent, ab ipsismet Fratribus peragi debeant, ad instantiam eorumdemmet RR. Fratrum pariter editum die 3. Decembris 1639. Sacra Congregatio Eminentissimorum Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, censuit, quoties Cadavera defunctorum ad Ecclesias Fratrum mendicantium deferuntur, officia mortuorum, & reliqua, quæ in hujusmodi ministerio adhiberi solent, non a Canonicis, neque à Clero, sed à Fratribus obiri, & peragi debere. I. B. Cardinalis Pamphilius, Franciscus Paulutius Sacræ Congregationis Concilii Secretarius. Loco ✠ Sigilli. Nec non aliud Decretum Sacræ Congregationis Rituum sub die 14. Ianuarii 1640. ad supplicationem dictorum RR. FF. instantium emanatum sub eo, quod electio, & numerus Religiosorum pro associandis cadaveribus ad libitum hæredum defunctorum spectet, Nobis præsentarum fuisse sub infrascripto tenore, videlicet. SACRA Rituum Congregatio, juxtà alias resoluta, respondit electionem, & numerum Religiosorum pro associandis cadaveribus ad libitum hæredum defunctorum spectare, & pertinere, & ita ubique servari debere declaravit. Die 24. Ianuarii 1640. P. Cardinalis Crescentius. Iulius Cincius Secretarius. Loco ✠ Sigilli. Post quorum quidem præinsertorum Decretorum præsentationem ex parte, & ad instantiam dictorum RR. FF. instantium coram Nobis infrascripta die comparitum, & expositum extitisse, quod licet ex forma præinsertorum Decretorum, officia super cadaveribus in Ecclesiis ipsorum RR. Fratrum celebranda ad ipsos RR. Fratres spectent, & pertineant, non autem ad Curatos Defunctorum; ac etiam pariter iidemmet RR. FF. instantes possint, & valeant Defunctorum cadavera in ipsorum Ecclesiis sepelienda, ab ædibus Defunctorum ad eorumdem Fratrum Ecclesias recto tramite deferre, servata ad hoc præinserti secundi Decreti forma: ac etiam & forma tertii Decreti præinserti officia mortuorum, & reliqua, quæ in ejusmodi ministerio adhiberi solent, non à Canonicis, neque à Clero, sed à Fratribus prædictis peragi debeant: ac etiam ex forma quarti præinserti Decreti electio, & numerus Religiosorum pro associandis Cadaveribus ad libitum hæredum defunctorum spectet, & pertineat, præinsertaque Decreta inviolabiliter observari, debitæque exequutioni, absque ulla contradictione in omnibus. & per omnia, ac juxta eorum tenorem, & formam debeant; tamen ad eorum aures devenisse assertum extitit, quod nonnulli in exequutione præsentium nominan. & cognomin. nescitur, quo jure ducti, qua ratione suffulti, jactarunt, & jactant, se velle præfatos RR. FF. instantes contra formam præinsertorum Decretorum, ac in eorum contemptum, de, & super præmissis in partibus molestare, & inquietare, & forsan molestant: ideo ad Nos, ut exequutorem eorumdem Decretorum, recursum habuerunt, ut de opportuno juris remedio providere dignaremur. Nos igitur attendentes, requisitionem hujusmodi fore justam, rationique consonam. Vobis omnibus, & singulis supradictis, & vestrum cuilibet in solidum, tenore præsentium committimus, & in virtute Sanctæ Obedientiæ strictè præcipiendo mandamus, quatenus statim visis, seù receptis præsentibus, & postquam vigore præsentium fueritis requisiti, seù alter vestrum fuerit requisitus ex parte nostra, imò verius Apostolica authoritate, nec non ad omnem instantiam, quæ vobis omnibus singulis supradictis, & vestrum cuilibet fiet ex parte cujusvis Conventus dictorum Fratrum maneatis, & requiratis primo, secundo, tertio, & peremptorio termino, ac monitione canonica; prout Nos etiam monemus, & requirimus omnes, & singulos prædictos, in exequutione præsentium nominan. & cognominan. tàm conjunctim, quàm divisim, & alias omni meliori modo, quatenus infra sex dierum spatium, quorum duos pro primo, duos pro secundo, & reliquos duos pro tertio ultimo, & peremptorio termino, ac monitione canonica assignamus, & vos assignetis eisdem sub mille ducatorum auri in auro R. Cameræ Apostolicæ applican. & pro illis mandati exequutivi suspensionis à divinis, privationis beneficiorum, inhabilitatis ad illa, & alia in posterum obtinenda, ac in juris subsidium, quatenus opus sit, excommunicationis, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, si secus &c. debeant, & quilibet eorum debeat præinsertis Decretis in omnibus, & per omnia obtemperasse, dictaque præinserta Decreta fore, esse exequenda, debitæque exequutioni demandanda, ipsosque in juris subsidium excommunicandos, & declarandos fore, & esse, ob non paritionem illorum, ac nisi illis paruerint declarari vidissent, ac de omnibus damnis, expensis, & interesse præmissorum occasione quomodolibet passis, & factis, & in futurum forsan faciendis, integre satisfecisse, & in illis se condemnari vidisse, & quascumque sententias, etiam declaratorias, Decreta, seu mandata in præmissis necessaria, & opportuna, aliaque de jure quomodolibet requisita fieri, ferri, & decerni, & relaxari audivisse ad favorem præfatorum RR. FF. instantium, deducentium in præmissis omne jus, omneque remedium, prædicto, & omni alio meliori modo, sibique jus, & justitiam ministrari petentium, ac nobile officium Judicis, & beneficium juris implorantium, non solum præmisso, verùm etiam omni alio meliori modo &c. Et insuper inhibratis eisdem. pro ut Nos tenore præsentium inhibemus, & inhibendo expressè præcipimus, & mandamus, ne visis, & receptis præsentibus, sub pœnis, & censuris antedictis audeant, seù præsumant, aut aliquis ipsorum audeat, seu præsumat quidquam contra formam præinsertorum Decretorum innovare, seu attentare, aut innovari facere, sub quovis prætextu, causa, ingenio, vel quæsito colore; quod si secus factum fuerit, id totum revocare, & in pristinum statum reducere curabimus justitia mediante. ALIOQUIN prædictos sic monitos, si in præmissis se fore gravatos senserint, modo, & forma præmissis peremptoriè citetis, & citari curetis, prout Nos etiam citamus eosdem, quatenus decima quinta die post præsentium exequutionem, si dies ipsa juridica fuerit, alioquin prima die juridica ex tunc proximè immediate sequente, compareant Romæ in judicio legitimè coram Nobis, vel nostro in Civilibus causis R. P. D. Locumte-

nente infrascripto causam eorum gravaminis allegaturi, aliaque dicturi, & facturi, prout justitia suadebit, & ordo dictaverit rationis. Certificantes eosdem sic monitos, & citatos, quod sive in dicto citationis termino comparuerint, sive non: Nos nihilominus, & Locumtenens noster præfatus ad præmissa, & alia graviora juris, & facti remedia procedemus, justitia mediante, eorumdem citatorum contumacia, vel absentia in aliquo non obstan. Absolutionem verò omnium, & singulorum præmissorum, Nobis, vel Superiori nostro tantummodo reservamus. In quorum fidem &c. Datum Romæ ex Ædibus nostris anno Domini millesimo sexcentesimo quadragesimo, indictione octava, die verò sexta mensis Junii, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. P. Urbani divina providentia Papæ VIII. anno ejus 17.

Cæsar Argellus Lñs.

Locus ✠ Sigilli.

Quomodo sit eligendus Commissarius ad Comitia Generalia mittendus.

Eminentissimi, e Reverendissimi Signori. Il Ministro Provinciale de Minori Osservanti Riformati di questa Provincia Romana, humilmente supplica l'EE. VV. dichiarare à chi spetti il proporre Commissario da eleggersi, o per restare al governo della Provincia, o per andare al Capitolo Generale à portare il voto in luogo di esso Oratore, e se si possa eleggere à voti pubblici, ò per ballottazione, overo se si possa eleggere *per scedulas nemine proponente*; che il tutto &c.

Sacra Congregatio S. R. E. Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita censuit non licere procedere ad electiones Commissariorum hujusmodi, nisi per schedulas, & vota secreta, ac per pluralitatem votorum nemine proponente, & ita semper servari mandavit in omnibus Provinciis præfati Ordinis Reformatorum. Romæ 27. Januarii 1645.

M. Card. Cinettus.

Loc. ✠ Sigilli.

Quod in subrogationibus non requiratur vacatio Sexennii.

Sacra Congregatio S. R. E. negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita re maturè perpensa censuit, & declaravit vacationem Sexennii à die expleti officii statutam in Brevi San. mem. Gregorii XV. emanato sub die 22. Februarii 1622. non habere locum in subrogationibus, quæ ad præscriptum Constitutionum Ordinis fieri contingit. Datum Romæ hac die 17. Novembris 1651.

M. Card. Ginettus

Loco ✠ Sigilli

M. Albericus Secret.

Quomodo in Provinciis Strictioribus vacatio Sexennalis restringantur ad triennium.

CUM à Sacra Congregatione S. R. E. Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita sub die 2. Junii 1651. fuerit declaratum, vacationem sex annorum in officiis Ministri Provincialis, Custodis, & Diffinitoria Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia alias à Sancta mem. Gregorii XV. statutam in suo Brevi emanato sub die 22. Februarii 1622. intelligendam esse à die expleti officii; ne propterea in Provinciis strictioribus, in quibus ex Constitutionibus Ordinis duodecim duntaxat Fratres assignantur ex quibus Custos, & Diffinitores actuales sunt eligendi, electiones hujusmodi adeo arctatæ remaneant, ut sufficiens numerus minimè supersit ad eas, qua par est libertate, peragendas; eadem Sagra Congregatio, instante Commissario Generali ejusdem Ordinis, decrevit, ut quotiescumque supradictis Fratribus, aliisque altioris Ordinis, quibus vigore earumdem Constitutionum jus passivum ad electionem competit, non supersunt saltem septem, inter quos electio cadere valeat, eo casu possint eligi etiam reliqui, qui per solum triennium vacaverint. Datum Romæ 24. Januarii 1653.

M. Card. Ginettus.

Loco ✠ Sigilli.

M. Albericus Secret.

Quod Minister Provincialis, Præside non interveniente in Diffinitoriis Provincialibus, votum decisivum habeat.

Sacra Congregatio S. R. E. Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, ad evitandam paritatem suffragiorum, quæ ex numero pari sex Vocalium, quibus Diffinitoria Provincialia constant, tàm in electionibus faciendis, quàm in negotiis decidendis oriri potest; Ministris Provincialibus, deficiente Præside, in hujusmodi casibus votum decisivum concessit. Datum Romæ 13. Martii 1653.

M. Card. Ginettus.

Loco ✠ Sigilli.

H. Archiepiscopus Patracensis Secret.

Quod vacatio Sexennii ad electionem Ministri Provincialis, & Diffinitorum intelligatur de annis Capitularibus.

Eminentissimi, e Reverendiss. Signori. Per rimovere le Difficoltà, che nelle Provincie de Minori Osservanti Riformati occorrono nella reelezione de Soggetti in Ministri, Custodi, e Diffinitori, de quali in virtù d'una Constituzione della Santa memoria di Gregorio XV. che comincia *Militantis &c.* si dice *Fratres prædicti, qui officio Provincialis, Custodis, ac Diffinitoris functi fuerint, nullo modo possint reeligi, nisi sexennio translato*, & anco in vigore di due decreti della Sagra Congregazione emanati sotto li due di Giugno, e l'altro sotto li 7. Luglio 1651. Supplica umilmente l'EE. VV. il Commissario Generale del medesimo Ordine à degnarsi di dichiarare, che la prescritta vacanza s'intenda d'anni Capitolari, è non solari, come con molte ragioni rappresenta l'Oratore in un foglio separato all'EE. VV. *Quas Deus, &c.*

Sacra Congregatio S. R. E. Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita censuit præinsertam Constitutionem Gregorii XV. cum prædictis intelligendam esse de annis ca-

capitularibus, itaut tempus intercedens duo Capitula sit integra vacatio in eadem Constitutione præscripta. Romæ 9. Maji 1653.

M. Card. Ginettus.

Loco ✠ Sigilli.

H. Archiepiscopus Patracen. Secret.

Responsiones Sacræ Congregationis ad quædam dubia.

SAcra Congregatio Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Regularium præposita, visis infrascriptis dubiis per Ministrum Generalem Ordinis Minorum S. Francisci, tenoris sequentis, videlicet.

Primo: Summi Pontifices, & præcipuè Paulus IV. & Gregorius XIII. ut certius officiorum in Religione tempus stabilirent, eorum perpetuitatem penitus sustulerunt, sed frustra: Provinciales enim exacto sui ministerii triennio, si contingat successorem discedere à Provincia, vel è vivis excedere, in Commissarios, seu Vicarios Provinciales se se assumi procurant; tametsi ad sexennium a dignitatibus vacare deberent, atque adeo non desunt, qui in octo annos, & ultra Ministri, vel Vicarii, aut Commissarii Provincialis titulo Prælaturam extendunt, Constitutionum verba pro suo libito interpretantes. Quare, ut hujusmodi continuatio evitetur, supplicantur EE. VV. decernere, An, & quanto tempore vacare debent Ministri antequam in Vicarios, seu Commissarios Provinciales, Vicarii in Ministros, & Vicarii in Commissarios, seu Vicarios Provinciales eligi possint, ubi dictum munus per duos annos obierint?

Secundo: In quadam Hispaniæ Provincia, ultimus Provinciæ Pater, qui vigore Bullæ Sanct. mem. Urbani VIII. ingrediendi Diffinitorii facultatem habet, intrare tamen recusavit eum in finem, ut Patri sibi in primis charo, cujus erat in aliorum defectum subrogari, ad honorem sterneret viam. Defuncto paulo post ex Diffinitoribus uno, idem Provinciæ Pater, qui suis juribus renuntiaverat, in vacantis locum admitti præsumpsit. Queritur an is, qui renunciavit, tanquàm modernus Provinciæ Pater subintrare valeat in locum deficientis, cùm dubitari possit de collusione?

Tertiò: Nonnulli Provinciales eo dominii, & authoritatis devenerunt in suis Provinciis, ut in Diffinitores suis tantummodo factionibus adhærentes, & plerumque malæ notæ Religiosos eligendos curent. Unde consequitur, quod quando in actu visitationis errores, & defectus, sive in Ministro, sive in aliquo ex Diffinitoribus, vel eorum amicis deteguntur, ad debitas pœnas, & punitionem non procedatur, cum ipsorummet Diffinitorum sit causas judicare. Propterea EE. VV. declarare dignentur, An stante diffidentia Judicum, possit Generalis addere Diffinitorio quatuor, vel sex ejusdem, vel alterius Provinciæ approbatos Patres, qui sint Conjudices in causis taliter Inquisitorum, vel potius ad eradicandos hujusmodi abusus excludere à Voce passiva Religiosos gravissimis de causis inquisitos, quamvis nondum per sententiam damnatos? Eisdem examinatis & maturè perpensis.

Respondit ad primum. Neque Vicarium Provincialem in Ministrum, neque Ministrum in Vicarium, vel Commissarium Provincialem, neque Vicarium in Commissarium, aut Vicarium Provincialem eligi posse, nisi saltem per integrum triennium ab hujusmodi officiis vacaverit. Aliter electos cessare debere à notificatione præsentium.

Ad secundum. Cessiones, seu renunciationes fieri non posse, nisi cum expressione causæ à Diffinitorio cognoscendæ, & approbandæ. Causa autem semel admissa, eaque durante, ad hujusmodi officia neque per electionem, neque per subrogationem, aut quamcumque aliam viam resignantes, seu cedentes assumi posse, aut munia prædicta exercere.

Ad Tertium. Tam in casu suspicionis Judicum (quando est proferenda Sententia) quàm in casu publicæ diffamationis Inquisitorum, juxta cap. 4. *de Accus.* (quando causa ante electiones expedire non potest) procedendum esse secundum dispositionem Iuris communis, ubi constitutio particularis ejusdem Ordinis non provideat. Romæ 20. Novembris 1654.

M. Card. Ginettus.

Loco ✠ Sigilli.

H. Archiepiscopus Patracensis Secret.

Quod si Diffinitor possit electionibus intervenire, & tamen recusat, non est facienda subrogatio alterius in ejus locum.

EMinentiss. e Reverendiss. Signori; Il Ministro Provinciale de Minori Osservanti Riformati di Milano desiderando, che l' elezioni de' Superiori nella sua Religione si facciano sempre in conformità delle proprie Constituzioni, e de' Decreti di questa Sagra Congregazione, supplica humilmente l' EE. VV. à degnarsi dichiarare se ne casi, che alcuni Diffinitori presenti, ancorche intimati à concorrere alle elezioni, ricusino d' intervenirvi, si debbano allora in lor vece sostituire degli altri Padri della Provincia, conforme le constituzioni Riformate ordinano cap. 8. n. 51. che si faccia quando manca alcuno de' Diffinitori, che non si poss' avere per lo spazio di tre giorni; che il tutto &c.

Sacra Congregatio. Eminentissim. S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium Præposita, audito Commissario Generali Ordinis, & referente Eminentissimo Franciotto, censuit casum propositum non comprehendi sub dispositione c. 8. n. 51. Constitutionum quo ad prætensam subrogationem. Romæ 6. Augusti 1655.

M. Card. Ginettus.

Loco ✠ Sigilli.

H. Archiepiscopus Patrac. Secret.

Quod prætensæ electioni Discretorum Conventuum pro Capitulo Provinciali perpetuum silentium imponatur.

SAcra Congregatio Eminentissim. S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita visis supplicibus libellis nomine plurimorum Fratrum tum de Observantia, cum Reformatorum S. Francisci Cismontanæ Familiæ instantium pro restitutione assertæ consuetudinis eligendi Vocales, seu Discretos à Conventibus mittendos ad Capitula Provincialia, Auditisque sæpius in particulari Congregatione Patribus Commissariis Generali, & Curiæ, nec non Procuratore Generali Reformatorum, partibusque hinc inde tàm verbo, quàm

quàm scripto informantibus, cum omnibus pro utraque eorum deductis, & postmodum toto negotio in plena Congregatione, Eminentissimo Palotto referente, diligenter, & maturè discusso, censuit in Provinciis Cismontanis tàm Observantiæ, quàm Reformatorum non esse locum præfatæ Discretorum electioni, ac proinde imponendum esse desuper perpetuum silentium (facto verbo cum Sanctissimo) Decreto fel. record. Innoc. X. cæterisque contrariis non obstantibus quibuscumque. Quam sententiam Sacræ Congregationis eidem Sanctissimo D. N. relatam Sanctitas sua approbavit, eamque servari, & Decretum desuper expediri mandavit. Romæ 23. Octobris 1657.

M. Card. Ginettus.

Loco ✠ Sigilli.

E. Episcopus Camerinen. Secret.

Congregatio Generalis Vallisoletana Anno 1661.

ACta Capituli intermedii, seu Congregationis Generalis hujus nostræ Cismontanæ Familiæ celebratæ in Alma Provincia Sanctissimæ Conceptionis in Ven: Conventu S. Francisci Vallisoleti sub die 25. Junii anno Domini 1661. Præsidente in ea Reverendiss. P. Fr. Michaele Angelo de Sambuca Ministro Generali totius Ordinis Fratrum Minorum.

In primis triennio Commissariatus Generalis feliciter absoluto, in quo Reverendiss. P. Fr. Joannes Robles Commissarius Generalis biennium sui officii attingens, summo Religionis dolore, è vivis sublatus est; & Reverendiss. P. Fr. Andreas Guadaluppe in Vice-Commissarium Generalem electus, ejusque munere ultra annum feliciter absoluto; Reverendiss. P. Fr. Joannes Muniessa Provinciæ Aragoniæ Pater, supremæ Inquisitionis Qualificator, Concionator Regius, & Diffinitor Generalis, ferè omnium votis in Commissarium Generalem hujus Cismontanæ Familiæ Fratrum Minorum electus est.

Procurator Ordinis in Curia Romana.

Adm. R. P. F. Benignus à Florentia, Provinciæ Tusciæ Pater, Lector Jubilatus, & ex Diffinitor Generalis.

Commissarius in Curia Romana.

Adm. R. P. F. Petrus Roche, Provinciæ Majoricæ Pater, Lector Iubilatus, & ex Secretarius Ordinis.

Diffinitores Generales.

Adm. R. P. F. Andreas de Arriaga, Provinciæ Castellæ Custos, ex Provincialis, Lector Iubilatus, & Concionator Regis Catholici.

Adm. R. P. F. Ioannes Isquierdo, Provinciæ Carthagenæ Minister.

Adm. R. P. F. Franciscus Thouri, Provinciæ Immaculatæ Conceptionis Recollectorum in Galliis Custos.

Adm. R. P. F. Philippus Konig, Provinciæ Argentinæ Minister.

Adm. R. P. F. Felix Cuvillens, Provinciæ Aquitaniæ antiquioris Minister, & Regis Christianissimi Concionator.

Adm. R. P. F. Philippus de Mory, Provinciæ S. Andreæ in Flandria Minister.

Guardianus Hierosolymorum.

Adm. R. P. F. Eusebius Vellea, Provinciæ Reformatæ Mediolani ex Minister, & Diffinitor Generalis continuatur.

Vicarius Conventus Sanctissimi Salvatoris.

P. F. Bernardus Betuei, Provinciæ Britanniæ Recollectorum.

Guardianus Constantinopolis.

Relinquitur arbitrio Reverendissimi P. Ministri Generalis.

Constitutiones Generales editæ in Congregatione Generali pro Familia Cismontana nostræ Seraphicæ Religionis celebrata ut supra &c.

Pro tota Familia.

1. MAndat Congregatio Generalis, quod ordo recursus ab inferioribus ad Superiores inviolabiliter observetur, juxta dispositionem Apostolicarum, & Ordinis Constitutionum, videlicet à Ministro Provinciali ad Prælatos Generales respective; à Generalibus Superioribus ad Emin. Protectorem; & ab ipso ad S. Congregationem, & ad Summum Pontificem gradatim, contrafacientes non audiantur, & pœnis arbitrio Prælati Generalis puniantur.

2. Renovatur Statutum, quo prohibetur, quod nullus Frater cujusque gradus, & conditionis existat, sub pœna privationis omnium actuum legitimorum se intromittat in negotiis Curiæ Romanæ, vel procurare audeat aliquam gratiam, aut expedire aliquod negotium in Curia Romana, sine Officialium Curiæ respectivè licentia, & assensu.

3. Stabilitur, quod Missæ, & Eleemosynæ Missarum, quæ in diebus Dominicis pro Benefactoribus celebrantur, nullatenus cuipiam concedantur à Superioribus Generalibus, nisi pro gravissima causa à Diffinitorio Provinciæ probata: revocenturque omnes hujusmodi concessiones, & licentiæ cujuscumque Provinciæ, sive Prælato, aut Personæ particulari hucusque traditæ, & observetur adamussim Constitutio Generalis Segobiensis.

4. Statuitur, quod Guardiani, qui triennium Guardianatus finierint, vel Guardianatui quacumque ex causa propè triennium renunciaverint, non possunt reeligi in Guardianos, nisi per annum completum ab officio Guardianatus vacaverint, aliter electio ipso facto nulla sit.

5. Prohibet Congregatio Generalis, quod in Provinciis quocumque pretextu non multiplicentur Diffinitores ultra numerum in Statutis Generalibus taxatum, etiam quo ad titulum, aliter electio, & nominatio nulla sit, & si qui ad præsens titulares, aboleantur.

6. Renovatur Statutum Generale, quod pro Commissariis Curiæ Romanæ, & Procuratoribus Ordinis non instituantur, nisi Viri graves, prudentes, & rerum agendarum periti, & qui suis muneribus digné, & laudabiliter cum totius Ordinis honore, ac communi utilitate, satisfacere possint, nullusque

assu-

Digitized by Google

effumatur ed prædicta officia, nisi Provincia'atus officio ptimo fuoctus fuerit, & hoc indispeafabiliter.

7. Stabilitur, qood Secretarius Ordiois hujus Familiæ Cismontanæ, qui à Secretis Miuistro Generali pro tempore inservitrit, sit Miuister Proviaciæ Daciæ, & tamquam ejusdem Provinciæ Minister Suffragium ferat ad Comitia Generalia, sicut Secretarius Familiæ Ultram: pro Cultude Terræ Sanctæ suffregium ferre consuevit.

8. Declaratur, quod electores Vicerii Generelis, seu Vice-Commissarii Generalis Familiæ, sunt omnes Petres Ordiuis, scilicet, qui fuerant Mioistri, & Commissarii Genereles Familiæ, aec non, qui biennio iotegro extiterunt Vicarii, & Vice-Commissarii Generales Familiæ electi secundum Statuta Religionis, Commissarius Generalis Indiarum, qui actu exercet, & Diffinitores Generales actuales Nationis, in qua electiooem celebrari contingat, ac Diffinitores Generales Cismontauæ Familiæ, si contingat adesse: similiter electores sunt etiam sex Ministri Provinciales, & Custodes sex Provinciarum, quæ viciniores sunt Provinciæ illius Patris, cui competit hebert sigille.

9. Vicinitas sutem barum Proviociarum onmeranda est à Propria Provincie filiationis Patris digaioris, cui competit habere sigille; si verò Patter dignior diuturnum domicilium habere contingat, vel Matriti, vel alibi extre suam Provinciam, vicinitas Provinciarum denumerande est à loco, in quo habet diuturuum domicilium.

10. Et si cootiogat, Patrem digniortm noo habere Provinciam propriem in oetlone, vicinitas Proviociarum ebsolutè desumeoda est à loco sui hebitualis, & permaneutis Domicilii.

11. Diffinitorium Generale declarat, quod Commissarii Visitatores Provinciarum, postquam fuerint receptí, & in Proviociis sue Commissioois possessionem habueriut, jurisdictiouem prosequi debent propriam, usque ad celebretionem Capituli, juxta dispositionem suarum Patentium litterarum, noo obstante quod Superior Georelis, à quo fueriot missi, è vita discesserit, eisque Visitatoribus Patres omnes Provincierum sibi commissarum obedire teoeentur.

12. Super intelligentia Statuti Segobiensis circa præcedeotism ex Diffinitorum Georalium tenoris sequeotis: *Deinde, qui Diffiniteres Generales fuerant, qui si antea Ministri Provinciales fuerant, alies, qui eodem munere functi sunt, præcedent; sin minur, illes duntaxat, qui post Diffinitoriatus munus expletum ad Ministeriatum sunt promoti*, fuit per Diffinitorium Generale, juxta mandatum Emio. D. Protectoris, declaratum in buoc modum, videlicet.

13. Deinde, idest post Ex-Provinciales, sedebunt, qui Diffinitores Genereles fuerunt, qui etiam, si antea Ministri Provinciales fuerint, slios, qui eodem munere Ministerietus functi sunt præcedenti; sin minus, idest si Diffinitores Generales non fuerint antee Proviocialts, illos duotaxat præcedent, qui post Diffinitoriatus munus txpletum ad Ministeriatum sunt promoti, idest Ministros futuros.

14. Ad coercenda Apostetantium, & fugitivorum frequentiam mendat Congregatio Generslis, quod Apostatæ inviolebiliter puoiaotur pœnis taxetis in Statutis Segobieusibus, & Superiores Provinciales, qui exactè pœnas texatas Apostatis applicare neglexerint, suspendantur ab officio per tres meoses arbitrio Superiorum Georalium.

15. Stetuitur, quod Prædicatores, qui non exercent actu suum officium, die, ac noctu Cnoro cum aliis assistere dtbeant, juxta Statutum Georalt; Superioees verò, qui hujusmodi Constitutionis observantiam non zelaverint, per tres Meuses suspendantur ab Officio.

Pro Hispanis.

16. MAodat Coogregatio Generelis, quod nullatenus in posterum instituantur Lectores Jubilsti, oec Jubilationis titulus alicui detur, etiem sub conditione, oisi prius compleverint tempus in Constitutionibus texetum, & servatis singulis coorditionibus in eisdem Statutis Generalibus contentis, & hoc indispensabiliter.

17. Renovatur Statutum Segobiense, in quo prohibetur, ne Prædicatores eleemosynas suarum Concionum ullatenus recipiant, sed apud Syndicum Conventus, in quo de familia morantur, reponant, arbitrio, & dispositioni Superioris localis, & hoc sub pœois in dicto Statuto taxatis.

18. Renovstur etiem Statutum, quo cavetur, quod Lectores actuels non possint iustitui Guardiani, quio oec Secretarii Provinciarum.

19. Ad tollendsm controversiam, quæ oriri solet in institutione, seu nomioatione Fratrum hospitantium, seu, ut vulgo dicitur, *delos Hermanos*, qui io Oppidis, & Civitatibus Hispaniarum Fretres nostros hospitari soleot, fuit determinatum, quod Guardianus, sive Observantium, sive Discalceatorum Conventus proximioris Oppido, sive Civitati oominet hujusmodi hospitantem, seu, ut dicitur, Hermanum. Ut autem talis Hermanus gaudeat privilegiis Regis Catholici, omnes Religiosos, tam Observantes, quam Discalceetos hospitio recipere tentatur. Ubi verò duo sunt ed præsens Hermani oominati, quis eorum debeat privilegiis Regis gaodere, arbitrio, & declarationi Patris Reverendiss. Commissarii Generalis relinquitur.

20. Mandatur, quod Statutum Segobiense, quo cavetur, quod in unoquoque Conventu, unus tantummodo Prædicator instituatur; in magois autem Conventibus duo, & non plures institui poterunt, iovíolabiliter observetur: qui quidem, oeque præcedentis, neque alio privilegio gaudeant, nisi revera munere hujusmodi exercuerint.

21. Inviolabiliter etiam observetur Statutum, in quo decernitor, quod nullum Sacræ Theologiæ studium hebere valeat plus, quem duos Lectores, & Megistrum Scholasticorum, nisi aliter ob præcipuas causas Superiori Genereli videatur posse dispensari cum tertio in præcipuis, & principalioribus Couvtotibus tantùm.

22. Decernitur, quod Commissarius Curiæ Metritensis, postquam laudabiliter per sextonium officio functus fuerit, attentis leboribus, & ejus contiaue essistentia io Provincierum negotiis expedieodis, locum ultimum hebeat inter Diffinitores habitueles suæ Provinciæ, dummodo bis Guardianetus officium subierit cum laude.

23. Declaratur, quod Confessarius Conventus nostri Mooelium S. Cleræ Ville *Chinchon* ed boc, ut habeat suffragium in Cepitulis propriæ Provinciæ, sicut lo oovissimo Capitulo Toletano stabilitum est, sufficit, quod fuerit Conciooator, & bis, aut semel Guardianus cujuscumque Conventus.

De Patronatu Capitulorum Generalium hujus Cismontanæ Familiæ.

24. Patronatus perpetuus omnium Generalium Capitulorum in hac Cismontana Familia ubilibet celebrandorum, cujus confirmationem, excellentissimus D. D. Franciscus Faustus de Cabrera, & Bobadilla Comes de Chinchon in novissimo Capitulo Gene-

nera-

Digitized by Google

rersali Toletano sua in nostrum Ordinem singulari pietate, ac devotione dignatus est exposcere, & eleemosyna necessaria (modo tamen Nobis licito) juxta mentem suorum Majorum dotare, omnium Patrum, & totius Capituli unanimi consensu, ac cum debita gratiarum actione receptus, & confirmatus. Iterum cum eodem consensu, eademquemet gratificatione ab hac Cismontana Familia in præsenti Congregatione Generali Vallisoletana acceptatur, confirmatur, & cum iisdem conditionibus, prout in scripturis, renovatur.

Patronatus Provinciæ Cathalauniæ.

25. AD petitionem Excellentissimi D. D. Aloysii de Aragon Ducis de Cardona fuit omnium Patrum unanimi consensu acceptatus, & confirmatus Patronatus, quem Excellentissimi Duces de Cardona habent in Provincia nostra Cathalauniæ, servatis tamen conditionibus in scripturis Patronatus contentis.

Pro Gallis.

AD præcavendas turbationes, & litigia, quæ oriri solent in Provinciis occasione oppositionum, quæ à nonnullis intempestivè fiunt, contra electiones Capitulares, decernitur, quod hujusmodi oppositiones, sivè appellationes non fiant, nisi in eodem Capitulo, seu Congregatione, vel ad summum infrà quindecim dies post Capitulum, coram legitimo Superiore: quibus elapsis, tales oppositiones amplius non admittantur, sed potiùs opponentes tamquam calumniatores, & pacis turbatores habeantur, non obstantibus quibuscumque.

Stabilitur, quod in Provinciis, in quibus eleemosynæ, quæ pro Concionibus Prædicatoribus à fidelibus erogatæ pro Provinciarum necessitatibus expendi solent, à solis Provincialibus non expendantur, sed cum interventu, & assensu Diffinitorii, & indigentiis Provinciarum, vel Conventuum applicentur.

Pro evitandis Fratrum inutilibus vagationibus, per quas nucusque Provinciæ, & Conventus quamplures passi sunt molestias, & nonnullæ super his in Congregatione Generali comparuere lamentationes ex nationibus, fuit stabilitum in Diffinitorio Generali, quod Provinciales omnes, tàm Observantium, & Recollectorum, quam etiam Cordigerorum, quin etiam Guardianus Magni Conventus Parisiensis, nequeant mittere suos Religiosos extrà Galliarum limites, nisi pro casu communi Provinciæ, & Conventus, nec non cum scientia Diffinitorii, seu Discretorii respectivè.

Pro Terra Sancta.

PRo bono gubernio Terræ Sanctæ, & pro evitandis impedimentis, & difficultatibus, quæ fieri solent in Provinciis Officialibus Terræ Sanctæ, fuit stabilitum, quod Commissarii, & Vice-Commissarii Terræ Sanctæ immediatè subdantur jurisdictioni Superioris Generalis, ad quem in omnibus debeant habere recursum.

Pro Collegiis Lovaniensi, & Pragensi.

COllegium Lovaniense gubernetur secundum sua propria Statuta per Ministrum Provincialem Hiberniæ, & per ipsum, servatis servandis, eligatur Guardianus pro tempore: Collegium verò Pragense gubernio, & jurisdictioni Ministri Generalis immediatè remaneat, sicut & Romanum, regaturque ab ipso secundum propria Statuta. Guardianus itidem ejusdem Collegii ab ipsomet Superiore Generali pro tempore eligatur, juxta nominationem, seu postulationem conjunctam à Discretorio faciendam. Casu verò, quò Minister Provinciæ Hiberniæ præsens inveniatur in memorato Collegio, poterit tamquam Prælatus ordinarius & visitationem ejusdem Collegii instituere, & cœtera providere, quæ bono publico Collegii, ac necessitatibus Religiosorum convenire judicabit.

Pro Conventu Constantinopolitano.

PRo reædificando Conventu Constantinopolis novissimè igne consumpto, fuit determinatum in pleno Diffinitorio, quod possit applicari eleemosyna Terræ Sanctæ, quæ nonnullis ab hinc annis penes D. Gregorium *Droppius* Syndicum Apostolicum Religionis apud Galatas degentem, asservatur; cum hoc quod in nova ædificatione construantur aliquæ Cellulæ pro servitio Fratrum, qui Constantinopolim pro Terræ Sanctæ negotiis adire solent.

Pro Conventibus Comitatus Russilionis.

COnventus Fratrum, & Monasterium Monialium Perpiniani, ac alii Conventus nostri in Comitatu Russilionis, & Confluentis moderentur in posterum juxta dispositionem Reverendissimi Patris Ministri Generalis, cujus curæ relinquuntur, cum facultate plenaria etiam creandi Guardianos, & alios officiales, donec aliter per suam Reverendissimam Paternitatem fuerit provisum.

Pro Gallis.

INhærendo Decreto S. Congregationis declarat Diffinitorium Generale, non competere Provinciis Franciæ de jure postulationem, & nominationem Visitatorum, qui mittuntur à Prælatis Generalibus pro celebratione Capitulorum, & si quos hucusque petiere, & benignitate Superiorum Generalium obtinuerunt, non propter hoc jus aliquod; aut præscriptionem acquirere potuerunt, contra dispositionem Bullarum Pontificum, aut Statutorum Ordinis, per quæ Superiori Generali facultas destinandi Visitatores ad omnes Ordinis Provincias liberè traditur.

Numerus Fratrum Defunctorum à Capitulo Generali Toletano præterito usque ad præsens 2305. exceptis Provinciis Lusitanis, & Cordigerorum, & aliis, quæ ad Congregationem non venerunt.

Ita est.

Fr. Michael Angelus de Sambuca Minister Generalis.
Fr. Joannes à Muniessa Commissarius Generalis.
Fr. Petrus Roche Commissarius Generalis Curiæ Romanæ.
Fr. Rocchus Villarcio Ex-Commissarius Curiæ.
Fr. Andreas ab Arriaga Diffinitor Generalis.
Fr. Joannes Isquierdo Diffinitor Generalis.
Fr. Philippus Conigh Diffinitor Generalis.
Fr. Franciscus Thouri Diffinitor Generalis.
Fr. Felix Cuvillens Diffinitor Generalis.
De mandato Reverendissim. Patris nostri Ministri Generalis.
Fr. Christophorus de Claves Secretarius Generalis Ordinis.

Confir-

Confirmatio Brevium super divisione Provinciæ Sancti Joannis Baptistæ, erectionisque B. Petri de Alcantara Discalceatorum S. Francisci nuncup.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

ALiàs pro parte dilecti filii Petri Reche Commissarii Generalis Curiæ Fratrum Familiæ Ultramontanæ Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum Congregationi Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita exposito, quod juxta mandatum, & Decretum Capituli Generalis dicti Ordinis anno 1658. celebrati, ad instantiam Fratrum Provinciæ S. Joannis Baptistæ ejusdem Ordinis Nobis humiliter supplicatum fuerat, ut eamdem Provinciam in duas dividi concederemus.

§. 1. Nosque per quasdam nostras in simili forma Brevis literas, quarum initium *Sacrosancti Apostolatus officium, &c.* facultatem faciendi divisionem hujusmodi concesseramus, cum erectione novæ Provinciæ hujusmodi deputaveramus, ac per ambas literas prædictas novem Conventus assignaveramus eidem novæ Provinciæ, quæ octo Conventuum possessionem adepta fuerat: dicta verò Provincia S. Joannis Baptistæ Conventum Murciæ, qui præcipuus inter dictos novem Conventus erat, retinuerat, vigore concordati inter ambas partes facti, sed postmodùm cùm hujusmodi concordatum prædictis nostris literis præjudicaret, dicta nova Provincia Procuratorem ad Romanam Curiam miserat, ad effectum proponendi causam in prædicta Cardinalium Congregatione, quæ utriusque partis rationibus auditis sententiam dederat ad favorem prædictæ novæ Provinciæ, dictumque concordatum nullum declaraverat, ac memoratum Conventum Murciæ eidem novæ Provinciæ restitui debere decreverat: verum prædicta Provincia Sancti Joannis Baptistæ executioni Apostolicarum in simili forma Brevis literarum super præmissis emanatarum restiterat; tandem post gravissima scandala non solùm in Civitate Murciæ, sed etiam in universo Hispaniarum Regno secuta, eumdem Conventum Murciæ dictæ novæ Provinciæ consignaverat, atque ita huic Provinciæ novem Conventus assignati reperiebantur, in altera verò Provincia S. Joannis Baptistæ prædicta vigintiseptem Conventus remanserant.

§. 2. Et in eadem expositione subjuncto, quod dicta Provincia Sancti Joannis Baptistæ novas lites pro revocandis illis, quæ per ternas nostras in forma Brevis literas stabilita sunt, movere prætendebat: id verò occasionem aliarum maximarum perturbationum, & offensionum præberet, ideoque memoratæ Cardinalium Congregationi supplicato, ut perpetuum super præmissis silentium imponeret, quo & scandala Religioni periculosa cessarent, & Fratrum quieti, & tranquillitati consuleretur, emanavit ab eadem Congregatione Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet: Sacra Congregatio Eminentissimorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, ad quam Sanctissimus Dominus Noster preces hujusmodi remisit: Cum sub die 28. Aprilis proximè præteriti, causa, iterum partibus auditis, & abunde informantibus, proposita, Eminentissimo Franciotto referente, decrevit ad Provinciam S. Joannis Baptistæ spectare viginti septem Conventus, remanente Conventu Murciæ ad Provinciam B. Petri de Alcantara, juxta resolutionem jam factam, inhærendo huic declarationi, aliisque Decretis, & Brevibus Apostolicis super hac materia emanatis, ut tandem differentiis, controversiis, litibus, & discordiis quibuslibet finis imponatur, vigore præsentium strictè præcipit, sub pœnis eo ipso incurrendis excommunicationis, privationis vocum, & officiorum, aliisque arbitrio S. C. infligendis, omnibus, & singulis dictarum Provinciarum, & totius Ordinis Religiosis, tàm Superioribus, quàm Subditis, ut juxta præmissa, necnon in reliquis juxta dispositionem prædictorum Decretorum, & Brevium omninò, & absque ulla tergiversatione, etiam sub prætextu novi recursus ad hanc Sanctam Sedem, pareant, & exequantur, nec directè, vel indirectè se opponere, aut contradicere præsumant.

§. 3. Quapropter sub iisdem pœnis perpetuum desuper silentium imponit, & impositum esse declarat, appellationibus, prætensionibus, juribus, decretis quoque, ac Brevibus Apostolicis in contrarium forsan facientibus, cæterisque non obstantibus quibuscumque. Romæ 15. Septembris 1662.

§. 4. Cum autem, sicut prædictus Petrus Nobis nuper exponi fecit, ipse Decretum hujusmodi pro firmiori illius subsistentia, & observatione, Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri summoperè desiderat. Nos ipsum Petrum specialis favore gratiæ prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati.

§. 5. Decretum præinsertum auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, salva tamen semper in præmissis auctoritate prædictæ Congr. Cardinalium.

§. 6. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, plenissime suffragari, & ab illis respectivè inviolabiliter observari: sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 7. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non, quatenus opus sit, præfatorum Ordinis, & Provinciarum, etiam Murciæ, aliisque quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 21. Octobris 1662. Pontificatus nostri anno octavo.

Quod qui fuerunt Curiæ Officiales Votum habeant consultivum, decisivum, electivum, in omnibus suarum respectivè Provinciarum congressibus.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Ratio justitiæ exigit, ut illi, qui multos pro Religione labores sustinuerunt, congruis honoribus, & gratiis decorentur. Volentes igitur dilectis Filiis Procuratoribus, & Curiæ Commissariis Generalibus Fratrum M. tam de Observantia, quam Reformatorum nuncupatorum Ordinis S. Francisci, qui rerum usu tractandis, & procurandis in Romana Curia gravioribus Ordinis hujusmodi negotiis acquisito pollere noscuntur, & quorum operam proinde eorum Provinciis plurimum utilitatis allaturam esse speramus, gratiam facere specialem, eorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis Sententiis, censuris,& pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium duntaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, omnibus, & singulis Procuratoribus, & Commissariis Curiæ Generalibus Fratrum Minorum, tam de Observantia, quam Reformatorum Familiæ Cismontanæ hujusmodi, qui suaresрectivè officia triennii continui spatio hactenus gesserunt, & posthac quandocumque pari spatio gesserint, ut depositis eisdem officiis, suffragium, sive votum perpetuum consultivum, electivum, & decisivum in quibusvis Capitulis, & Congregationibus suæ quisque Provinciæ dicti Ordinis habere, & ferre, illoque uti, frui, & gaudere liberè, & licitè possint, & valeant, authoritate Apostolica, tenore præsentium concedimus, & indulgemus. Mandantes propterea in virtute S. Obedientiæ dilectis Filiis Ministris Provincialibus, & aliis Superioribus, & Fratribus dictarum Provinciarum, cæterisque, ad quos spectat, & spectabit quomodolibet in futurum, ut memoratos Procuratores, & Commissarios Curiæ Generales præsentis gratiæ commodo, & effectu pacificè frui, & gaudere sinant, & faciant, nec illos desuper à quoquam quomodolibet indebitè molestari, perturbari, vel inquietari permittant. Ac decernentes easdem præsentes Litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quomodocumque spectabit, plenissimè suffragari. Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non, quatenus opus sit, Ordinis, ac Familiæ, & Provinciæ hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus, &c. hac vice duntaxat specialiter, & expressè derogamus, cœterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem &c. Datum Romæ, &c. die 4. Decembris 1662. Pontificatus anno 8.

Quod electiones Guardianorum, Prominiſtrorum, & Custodum in Familia Ultramontana Ordinis S. Francisci per suffragia secreta, & ballotationes fiant, & in paritate suffragiorum Præsident votum decisivum habeat.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

Creditæ Nobis Cœlitus dispensationis ratio exigit, ut Paternam Religiosorum virorum, qui abnegantes semetipsos ut facerent voluntatem Domini, suam fregerunt, curam gerentes, illorum statui, & felici regimini, quantum Nobis ex alto conceditur, consulere jugiter studeamus.

§. 1. Cum itaque, sicut dilectus Filius Petrus Roche Commissarius Generalis Curiæ Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum Nobis nuper exponi fecit, in Provinciis Familiæ Ultramontanæ ejusdem Ordinis introductus sit abusus eligendi Guardianos, ac Prominiſtros, & Custodes viva voce, ac cum publica concertatione suffragantium, in grave libertatis electionum præjudicium, & non sine occasione perturbationum, & litigiorum, quæ exindè inter electores nasci solent, Nobis propterea ipse Petrus humiliter supplicari fecit, ut iu præmissis opportunè providere, & ut infrà indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 2. Nos igitur dictum Petrum specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium duntaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum consilio, ut omnes, & singulæ prædictæ electiones in Familia Ultramontana Ordinis hujusmodi deinceps per suffragia secreta, & ballotationes fiant, & in paritate suffragiorum Præsidens electionibus supradictis votum, sivè suffragium decisivum habeat, juxta dispositionem quarumdam fel. rec. Urbani Papæ VIII. prædecessoris nostri in simili forma Brevis literarum pro Familia Cismontana dicti Ordinis emanatarum, auctoritate Apostolica tenore præsentium statuimus, & ordinamus, & ita observari mandamus, ac præcipimus, salva tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium.

§. 3. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon Ordinis, & Familiæ Ultramontanæ hujusmodi, hujusque Provinciarum quarumlibet, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis

Digitized by Google

literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice duntaxat specialiter, & expressè derogamus, cœterisque contrariis quibuscumque.

§. 5. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem fides adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 18. Ianuarii 1663. Pontificatus Nostri Anno octavo.

Decretum.

SAcra Congregatio Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, attentis narratis; censuit injungendum, & præcipiendum, prout harum vigore injungit, & præcipit, ut deinceps in singulis præfatis electionibus in Familia Ultramontana Ordinis hujusmodi servetur omnino modus, & forma præscripta in Constitutionibus Generalibus Familiæ Cismontanæ, contrariis quibuscumque non obstantibus. Romæ 15. Martii 1663.

M. Card. Ginettus.

Loco ✠ Sigilli.

E. Episcopus Camerinensis Sec.

Prohibet fundationes Conventuum in Familia Ultramontana Ordinis Minorum de Observantia intra spatium quatuor, vel quinque leucarum à jam erectis, etiam aliorum Regularium.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

ALiàs pro parte dilecti Filii Petri Roche Commissarii Generalis Curiæ pro Familia Ultramontana Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum Congregationi Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositæ exposito, quod dudum fel. rec. Clemens Papa VIII. prædecessor noster considerans in Provincia Carthaginensi dicti Ordinis tam angusta, tantam multitudinem Conventuum Regularium diversorum Ordinum reperiri, ibique nihilominus adesse prætensiones novarum fundationum, ex quibus quam plurima oriebantur inconvenientia, ordinaverat, ne in posterum ædificari posset ullus Conventus intra spatium quatuor, vel quinque leucarum à jam erectis, prout in ejusdem Clementis prædecessoris literis desuper in simili forma Brevis expeditis, pleniùs dicitur contineri. Et in eadem expositione subjuncto, quod in Provincia Valentina Fratrum de Observantia, & S. Ioannis Baptistæ Fratrum Discalceatorum dicti Ordinis S. Francisci in Regno Valentiæ eadem inconvenientia sequebantur, cum intra spatium quadraginta quatuor leucarum longitudinis, & decem latitudinis viginti tres Fratrum de Observantia, ac viginti Fratrum Discalceatorum, & sexdecim Conventus Fratrum Minorum ejusdem S. Francisci Cappuccinorum nuncupatorum, Hospitalia quoque quamplurima pauperum ex eleemosynis viventium, nec non triginta Monasteria Monialium continentur, præter centum Conventus diversorum Ordinum, quorum major pars est Mendicantium, ex quibus & sæculares valdè gravantur, & quam plurimæ, ob novarum fundationum prætensiones, præsertim Fratrum Cappuccinorum, Carmelitarum, Trinitariorum, Discalceatorum, & aliorum, tàm inter Sæculares, quam inter Regulares, oriuntur discordiæ, cum maximo Regularis Disciplinæ detrimento, ac etiam Populorum scandalo.

§. 1. Ideoque Congregationi prædictæ supplicato, ut ordinaret, ne in dictis Provinciis, seu Regno ullus Conventus, Domus, sive Hospitium Fratrum Cappuccinorum, Carmelitarum, Trinitariorum, sive quorumlibet Regularium, intra spatium quatuor, vel quinque leucarum à jam fundatis erigeretur, absque expressa Sedis Apostolicæ licentia, prout in Provinciis Burgensi, Granatensi, Aragoniæ, & Majoricensi similiter ordinatum fuit.

§. 2. Sacra Congregatio Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, attentis narratis censuit, & decrevit servandam esse formam, & dispositionem memorati Brevis sanct. mem. Clementis VIII. etiam in Provinciis Valentiæ Observantium, & S. Joannis Baptistæ Discalceatorum Ordinis hujusmodi; atque ita Fratribus cujuslibet Ordinis mendicantis, novorum Conventuum, Hospitiorum, seu Domorum, & sub quovis titulo habitationum permanentium erectionem, absque Sanctæ Sedis Apostolicæ licentia, contra tenorem dicti Brevis, & Apostolicarum Constitutionum in prædictis Provinciis esse prohibendam, & interdicendam, prout harum serie prohibet, & interdicit, contrariis quibuscumque non obstantibus. Romæ 22. Junii 1663.

M. Cardinalis Ginettus.

§. 3. Cùm autem, sicut dictus Petrus Nobis nuper exponi fecit, ipse Decretum hujusmodi pro firmiori illius subsistentia, & observatione, Apostolicæ confirmationis nostræ robore communiri summopere desideret. Nos ipsum Petrum specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium duntaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præinsertum auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, salva tamen semper in præmissis auctoritate prædictæ Congregationis Cardinalium.

§. 4. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore; suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit inviolabiliter observari, sicque in præmissis per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & de-

& definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & Consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice duntaxat specialiter, & expresè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 6. Augusti 1663. Pontificatus nostri Anno nono.

Eximit Fratres, & Conventus Tertii Ordinis S. Francisci in Castellæ, ac Galliciæ, & Legionis Regnis degentes, omni jurisdictione Ministri Provincialis Minorum de Observantia Sancti Jacobi.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

NUper pro parte dilectorum filiorum Tertii Ordinis Sancti Francisci in Castellæ, ac Galliciæ, & Legionis Regnis degentium Congregationi Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositæ exposito, quod ipsi egrè ferebant eorum Ordinem in illis partibus pejorem quotidie in statum prolabi, ex eo, quod Superiores ejusdem Ordinis, & Regulæ non haberent a quibus immediate regerentur; quodque dudum fel. rec. Clemens Papa Octavus Prædecessor noster ordinaverat, ut Conventus dicti Ordinis in Lusitania, consistentes Ministro Generali Ordinis Fratrum Minorum ejusdem Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum, ac Commissario Generali Familiæ Ultramontanæ ejusdem Ordinis immediatè subjecti remanentes, proprium Ministrum Provincialem, & Deffinitores sibi eligere possent, eaque ratione multis inconvenientibus obviam itum, optimique effectus ad Dei gloriam, & Religionis incrementum inde consequuti fuerant, sicut experientia compertum erat.

§. 1. Et in eadem expositione subjuncto, quod ipsi Exponentes propterea, & eorum Conventus in Regnis supradictis constitutos ab omni jurisdictione dilecti filii Ministri Provincialis Provinciæ Sancti Jacobi dicti Ordinis Minorum de Observantia eximi, & liberari, sibique, ut dilecto filio Ministro Generali ejusdem Ordinis Minorum de Observantia immediatè subjecti remanentes, ab uno Ministro Provinciali, & quatuor Difinitoribus, seu Discretis præfati Tertii Ordinis, qui in Capitulis quolibet triennio sub præsidentia dicti Ministri Generalis, vel Commissarii Familiæ Ultramontanæ Ordinis Minorum de Observantia hujusmodi, aut alterius per eos deputandi, juxta dispositionem Constitutionum dicti Tertii Ordinis celebrandis, eligi deberent, ad instar Provinciarum Lusitaniæ, & Bethicæ, non obstantibus recolendæ memoriæ Pii Papæ V. Prædecessoris pariter nostri literis, quinto nonas Julii 1568. emanatis, quarum initium est; *Ea est officii nostri ratio*, &c. de cætero regerentur, & gubernarentur, concedi summopere desiderabant: emanavit ab eadem Congregatione Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet.

§. 2. Sacra Congregatio Eminentissimorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, ad quam Sanctissimus Dominus noster instantiam hujusmodi remisit, attentis narratis, ac audita relatione Ministri Generalis Ordinis, precibus Oratorum benigne annuens, decrevit, & mandavit eosdem Oratores, seu ipsorum Conventus in posterum a jurisdictione Ministri Provincialis Provinciæ Sancti Jacobi de Observantia exemptos, & tantummodo eidem Ministro Generali, & Commissario Generali Familiæ Ultramontanæ immediatè subjectos fore, prout harum serie eximit, ac respectivè subjicit, eidem Ministro Provinciali injungit, ne ullatenus in eorum gubernium, curam, aut quamcumque jurisdictionem se intromittat. Insuper eadem Sacra Congregatio statuit, ut deinceps prædicti Oratorum Conventus regantur per Visitatorem Provincialem, Difinitores, aliosque officiales ex eorum gremio assumendos, & eligendos, juxta Constitutiones Ordinis, & in reliquis omnibus ad instar Provinciarum Lusitaniæ, & Andalusiæ præfatarum. Pro hac autem prima vice electio præfatorum Visitatoris Provincialis, Difinitorum, & Officialium fiat a dicto Ministro Generali, unà cum suo Generali Difinitorio; & ita Sacra Congregatio præsentium vigore decernit, mandat, & statuit, & Nuncio Apostolico apud Regem Hispaniarum pro tempore degenti committit, ut, quatenus opus sit, easdem præsentes omnibus juris, & facti remediis executioni demandari faciat. Prædictis literis Apostolicis Sanctæ memoriæ Pii V., cæterisque contrariis, aliàs in suo robore permansuris, minime obstantibus. Romæ 6. Martii 1664. M. Card. Ginettus.

§. 3. Cum autem, sicut præfati Exponentes Nobis subindè exponi fecerunt, ipsi Decretum hujusmodi pro firmiori illius subsistentia, & efficacia, Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri summopere, desiderent. Nos specialem ipsis Exponentibus gratiam facere volentes, & eorum singulares Personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis Sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus ejus nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præinsertum auctoritate Apostolica, tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, salva tamen semper in præmissis auctoritate præfatæ Congregationis Cardinalium.

§. 4. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac dictis Exponentibus plenissimè suffragari, & ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, inviolabiliter observari: Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Non obstantibus præfatis Pii Prædecessoris literis, ac piæ memoriæ Bonifacii Papæ Octavi, etiam Prædecessoris nostri de una, & Concilii genera-

Digitized by Google

neralia de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate præsentium in judicium non trahatur, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non, quatenus opus sit, dictorum Ordinum, ac Provinciæ Sancti Jacobi, & Conventuum, aliisve quibuslibet, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro planè, & sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§.6. Volumus autem, ut earumdem præsentium litterarum transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur in judicio, & extra illud, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die vigesima sexta Martii millesimi sexcentesimi sexagesimi quarti, Pontificatus nostri anno nono.

Erectio Custodiæ Sancti Petri de Alcantara Fratrum Ordinis Minorum Discalceatorum in Regno Neapolitano.

Dilecto Filio nostro, & Apostolicæ Sedis in Regno Neapolitano Nuncio.

CLEMENS PAPA X.

Ad futuram rei memoriam.

Dilecte Fili salutem, & Apostolicam benedictionem.

APostolicæ servitutis officium, quod inscrutabilis Sapientiæ Dei altitudo humilitati nostræ, meritis licet, & viribus longè impari, committere dignata est, exigit, ut paternam Religiosorum virorum divinis obsequiis, sub suavi arctioris vitæ jugo mancipatorum, propriæque, & alienæ saluti laudabiliter incumbentium, curam gerentes, cœtibus illorum stabiliendis, prosperoque, & felici eorum regimini, & gubernio, peculiari charitate intendamus, ac Pastoralis muneris nostri partes desuper interponamus, sicut ad Omnipotentis Dei gloriam, Religionis incrementum, & animarum salutem expedire in Domino arbitramur. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius nobilis vir Petrus de Aragonia, Dux de Segorve, & Cardona, Regni Neapolis Prorex, quod aliàs felicis recordationis Clemens Papa IX. Prædecessor noster Conventum Sanctæ Luciæ de Monte Neapolitanum, olim Fratrum Reformatorum Ordinis Minorum Sancti Francisci Conventualium nuncupatorum, Fratribus Discalceatis Hispanis Provinciæ Sancti Petri de Alcantara, Ordinis Minorum ejusdem S. Francisci de Observantia nuncupatorum, pro eorum habitatione ad hoc, ut Missionibus ad spiritualem militum Hispanorum salutem, Neapoli degentium, prout actenùs fructuosè fecerant, operam imposterum dare possent, concessit: ac Fratribus Conventualibus Reformatis, qui in eodem Conventu reperiebantur, indulsit, ut inter Fratres Discalceatos hujusmodi incorporari possent, attento, quod reformationem eorumdem Fratrum Conventualium extinxerat, & id ipsum permisit quoque Fratribus Conventualibus Reformatis in aliis quatuor ejusdem Instituti Conventibus in Regno prædicto consistentibus, nempè Sanctæ Mariæ Gratiarum de Squinzano, Sancti Jacobi Licien. Sanctæ Catharinæ Grumi, & Sancti Joannis Baptistæ de Tripalta respectivè degentibus, qui Fratres, vigore licentiæ hujusmodi, institutum prædictorum Fratrum Discalceatorum amplexi sunt; memorato Conventu S. Luciæ, prædictæ Provinciæ Sancti Petri de Alcantara Hispaniarum, incorporato remanente. Et considerato per eumdem Clementem Prædecessorem, quod dictus Conventus, nec benè gubernari, nec sustentari poterat sine instituti sui detrimento, si solus remaneret, visum est ipsi Clementi Prædecessori, ex eodem Sanctæ Luciæ, & aliis quatuor Conventibus prædictis institui Custodiam per Custodem Provincialem gubernandam, cum Minister Provincialis dictæ Provinciæ in Hispania residens, propter locorum distantiam, Custodiæ hujusmodi curam gerere non posset. Verùm, suspensa fuit hujus intentionis dicti Clementis Prædecessoris institutio; quia Fratres Minores Conventuales allegarunt Conventus prædictos ad se spectare, quippe qui eorum expensis pro Fratribus Reformatis ejusdem Ordinis ædificari fecissent, & hujusmodi allegationis prætextu, literas Apostolicas in simili forma Brevis expeditas obtinuerunt, ad hoc, ut exclusis Fratribus Discalceatis, dicti Conventus eis consignarentur; sed hæ literæ executioni mandatæ non fuerunt, eo quod repertum fuit eosdem Conventus esse de jure Patronatus, fundatos ab Incolis ipsorum Oppidorum, eorumque Dominis, qui ingressui dictorum Fratrum Conventualium, ac egressui memoratorum Fratrum Discalceatorum in eis tunc, hodieque degentium, minimè consentiebant, & hujus Sanctæ Sedis determinationem super erectione Custodiæ hujusmodi expectandam esse censebant.

Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, prædictus Petrus Dux, & Prorex, Sanctæ Luciæ de Monte, & alios quatuor Conventus supradictos in novam Custodiam, quæ institutum, doctrinam, & cœremonias Sancti Petri de Alcantara servare debeant, ad Dei gloriam, ac tàm Hispanorum, quàm aliorum Regni prædicti Incolarum spiritualem ædificationem, bonorumque operum incrementum, a nobis erigi, & institui, ipsiusque novæ Custodiæ Custodem, & Definitores, pro hac prima vice auctoritate nostra deputari, plurimum desideret. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportunè providere, & ut infra, indulgere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur, piis ejusdem Petri Ducis, & Proregis votis hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes; hujusmodi supplicationibus inclinati, discretioni tuæ per præsentes committimus, & mandamus, ut veris existentibus narratis, & auditis illis, quorum interest, prædictos quinque Conventus Fratrum Discalceatorum Provinciæ Sancti Petri de Alcantara Hispaniarum, Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum, videlicet, Sanctæ Luciæ de Monte Neapolis, Sanctæ Mariæ Gratiarum de Squinzano,

zano, Sancti Jacobi Licien., Sanctæ Catharinæ Grumi, & Sancti Joannis Baptistæ de Tripalta, in novam Custodiam, sub prænarrata Provincia Sancti Petri de Alcantara, quæ pro tempore existentis Commissarii Generalis, vel Ministri Generalis dicti Ordinis, quando ex Familia Cismontana fuerit, quemadmodum in literis dicti Clementis Prædecessoris, circa prædictum Conventum Sanctæ Luciæ de Monte in forma Brevis emanatis, ordinatum reperitur, omnimodæ jurisdictioni, visitationi, & correctioni immediate subjaceat. Provinciam tamen Sancti Petri de Alcantara prædictam *tanquam matrem agnoscat*, ita ut reciproca suffragiorum pro Defunctis utriusque illarum communicatio fiat, juxta discretam distributionem pro numero Personarum faciendam, ipsaque Custodia deinceps, post hanc primam vicem, per unum Custodem, & quatuor Diffinitores, ac Guardianos Conventuum ex corpore ejusdem Custodiæ, juxta Constitutiones, & stylum Ordinis hujusmodi eligendos, regi, & gubernari debeat, auctoritate nostra Apostolica perpetuò erigas, & instituas, ac ejusdem Custodiæ sic erectæ, & institutæ Custodi pro tempore existenti, ut eandem in sua Custodia auctoritatem, & facultatem habeat, quæ per literas Apostolicas aliis omnibus ejusdem Ordinis Custodibus ab hac Sancta Sede concessa reperitur: ipsa verò Custodia, ac illius Superiores, & Fratres omnibus, & singulis privilegiis, prærogativis, gratiis, & indultis, quibus aliæ Custodiæ Ordinis hujusmodi, illarumque Superiores, & Fratres ex concessione dictæ Sedis utuntur, fruuntur, & gaudent, ac uti, frui, & gaudere possunt, & poterunt in futurum, pari modo, & absque ulla prorsus differentia uti, frui, & gaudere liberè, & licitè possint, & valeant, dicta auctoritate concedas, & indulgeas. Præterea eidem novæ Custodiæ de idoneis Custode, & Diffinitoribus, qui illam, coadjuvante Domino, salubriter dirigant, pro hac prima vice providere cupientes, ac de infrascriptorum Ordinis prædicti professorum fide, prudentia, charitate, vigilantia, integritate, & Religionis zelo, plurimum in Domino confisi, eidem discretioni tuæ harum serie committimus pariter, & mandamus, ut dilectos filios *Joannem de Sancto Bernardo in Custodem*, ac Bartholomæum Immaculatæ Conceptionis, aliàs de Pectorano, Andream Messiam, Carolum *delle Piaghe*, & Josephum de Robles, Fratres Discalceatos supradicti Ordinis Sacerdotes expressè professos, in Diffinitores novæ Custodiæ hujusmodi respectivè, & ad triennium tantum in officiis hujusmodi duraturos, cum omnibus, & singulis privilegiis, prærogativis, præeminentiis, auctoritate, facultatibus, gratiis, & indultis, ac honoribus, & oneribus solitis, & consuetis, eadem auctoritate deputes, atque constituas, ipsisque Custodi, & Definitoribus sic deputatis, Guardianos Conventuum dictæ Custodiæ capitulariter eligendi facultate, dicta auctoritate impertiaris. Nos enim quamcumque necessariam, & opportunam ad præmissa facultatem tibi, harum serie, auctoritate prædicta, tribuimus, & impartimur. Decernentes easdem præsentes literas, omnisque, & singula in illarum executionem a te, ut præfertur, facienda, valida, firma, & efficacis existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit in omnibus, & per omnia plenissimè suffragari, & ab eis respectivè inviolabiliter observari; sicque, & non aliter in præmissis, per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, & Sedis prædictæ Nuncios, sublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon, quatenus opus sit, Ordinis, ac Provinciæ, & Conventuum hujusmodi, aliisque quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, Statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum, quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cœterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris die trigesima Septembris, Anno Domini 1670. Pontificatus Nostri Anno primo.

Gl.

Google

CAPITULUM GENERALE
SEPTUAGESIMUM TERTIUM.

In Dei Nomine. Amen.

Hæc est Tabula Celeberrimi Capitnli Generalis Ordinis Fratrum Minorum Regularis Observantiæ, Seraphici Patris Nostri S. Francisci, Celebrati Romæ in Conventu Sanctæ Mariæ de Araceli, Die prima Junii 1664.

Præsideate Eminentissimo, ac Reverendissimo Domino D. Francisco Episcopo Portuensi Cardinali Barberino, S. R. E. Vice-Concellorio, Protectore Nostra, à Sanctissimo D. N. Alexandro VII. specialiter delegato: In qua ducento, & septuaginto quinque suffragia ex tota Orbe Terrorum ad electionem convenerunt. Sanctissimo D. N. Alexandro VII. Summo Pontifice.

Minister Generalis.

IN primis expleto sexennio, & feliciter absoluto regimine Reverendissimi Patris Michaelis Angeli de Sambuea totius Ordinis Sancti Patris Francisci Ministri Generalis præteriti, Reverendissimus Pater Ildephonsus Salizanes Lector Jubilatus, & Provinciæ Sancti Jacobi Minister Provincialis, cunctarum nationum animis, & suffragiis ad ipsum confluentibus, maximo eum plausu in Ministrum Generalem totius Ordinis Fratrum Minorum canonicè electus est.

Commissarius Generalis Familiæ.

Reverendissimus Pater Frater Bonaventura Caballus, Provinciæ Reformatæ Terræ Laboris Ex-Minister Provincialis, & Custos, Concionator Cæsarens, & Sacrorum Rituum Congregationis Consultor, ferè cunctorum suffragiis, & omnium plausu in Commissarium Generalem Familiæ Cismontanæ canonicè electus est.

Pater utriusque Familiæ.

Reverendissimus P. F. Michael Angelus à Sambuea, Provinciæ Vallis Mazariæ Minister Generalis præteritus.

Pater, & Discretus perpetuus Familiæ Cismontanæ.

Reverendiss. P. Fr. Sebastianus à Cajeta Provinciæ Observantium Terræ laboris, olim Commissarius Generalis Cismontanæ Familiæ.

Pater Ordinis, & Discretus Perpetnus Ultramontanæ Familiæ.

Reverendissimus Pater Fr. Joannes Munieza Lector Jubilatus, & Qualificator Supremæ Inquisitionis Hispaniarum, Catholicæ Majestatis Concionator, Provinciæ Aragoniæ Pater emeritus, ac Ultramontanæ Familiæ Ex-Commissarius Generalis.

Procurator Generalis Ordinis in Curia Romana.

Adm. R. P. F. Andreas de Arriaga, Supremæ Inquisitionis Hispaniarum Qualificator, Prædicator Majestatis Regis Catholici, Lector Iubilatus, Ex-Diffinitor Generalis, & Provinciæ Castellæ Pater benemeritus.

Commissarius Generalis in eadem Curia Romana.

Adm. Rev. Pater F. Carolus de Genus, Provinciæ Terræ Laboris de Observantia bis Minister Provincialis, Lector Jubilatus, & Ex-Diffinitor Generalis.

Procurator Generalis Reformatorum in Romana Curia.

Adm. R. Pater F. Clemens à Montepiloso, Provinciæ Reformatæ Terræ laboris Discretus perpetuus, donec Officii sui tempus expleat.

Diffinitores Generales Ultramontanæ Familiæ.

Adm. R. P. F. Alonsus Sorianus, Provinciæ Granatæ Minister Provincialis.

Adm. Rev. P. Frater Blasius de Beiumea Lector Iubilatus, & Provinciæ Andalusiæ Minister Provincialis.

Adm. Rev. Pater F. Philippus le Roy Doctor Parisiensis, Majestatis Christianissimæ Reginæ Matris Confessarius, & Provinciarum Franciæ, & Turoniæ Pater.

Adm. R. P. Fr. Agatangelus Resmod, Provincię Sanctissimi Sacramenti Recollectorum in Gallia Minister Provincialis.

Adm. R. P. Fr. Patritius Duffins, Provincię Scotię Minister Provincialis.

Adm. R. P. Fr. Christophorus de Roxas S. T. Lector, & Provinciç Turingię Custos.

Diffinitores Generales Cismontanæ Familiæ.

Adm. R. P. F. Franciscus de Mendoza, Provinciç Reformatę Calabrię bis Minister Provincialis, & Discretus perpetuus, ac Pater Ordinis.

Admod. Rever. Pater Fr. Clemens Dolera, bis Minister Provincialis Provinciç Genuę de Observantia.

Adm. Rev. Pater F. Franciscus de Bastia, Provinciç Observ. Sancti Francisci Ex-Minister Provincialis, & Custos.

Admod. Rev. Pater Fr. Archangelus Romanus, Provinciæ Romanę de Observantia Ex-Minister Provincialis, pluries Secretarius Generalis, & Celeberrimi Romani Aracœlitani Conventus Guardianus actualis.

Adm. Rev. P. F. Paulus Budimiz, Provinciç Bosnę & Croatiæ Minister Provincialis.

Admod. Rever. Pater Fr. Cherubinus de Sambuca, Provinciç Reformatę Vallis Mazarię Minister Provincialis, & Supremę Inquisitionis Siciliç Censor.

Guardianus, & Commissarius Terræ Sanctæ Hierosolymorum.

Reverendiss. Pater Fr. Franciscus de Politio, Provinciæ Observantiæ Vallis Mazariæ Lector Iubilatus.

Guardianus Constantinopolitanus.

P. F. Nicolaus Pesusinus Provinciæ Reformatæ Sancti Francisci.

Dilecto filio Ildephonso Salizanes Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum Ministro Generali.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Dilecte Fili salutem, & Apostolicam benedictionem.

CUM, sicut Nobis nuper exponi fecisti, tu in Capitulo Generali Fratrum Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum, in hac Alma Urbe nostra novissimè celebrato, in Ministrum Generalem ejusdem Ordinis canonicè electus fueris, electionemque hujusmodi, pro majori illius validitate, & subsistentia, Apostolicæ Confirmationis Nostræ robore communiri summopere desideres. Nos sperantes electionem hujusmodi de persona tua, ut præfertur, factam, ob tuum Religionis zelum, fidem, prudentiam, integritatem, & doctrinam, eidem Ordini plurimum profuturam, teque specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existis, ad effectum præsentium dumtaxat consequen. harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, Supplicationibus tuo nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Electionem de persona tua in Ministrum Generalem dicti Ordinis, ut præfertur, factam, Apostolica auctoritate, tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos Iuris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit, dicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cœterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 5. Iulii 1654. Pontificatus Nostri Anno Decimo.

S. Ugolinus.

FR. ILDEPHONSUS SALIZANES

Totius Ordinis Fratrum Minorum S. P. N. Francisci Minister Generalis.

Dilectis plurimum in Christo Patribus, & Fratribus, Superioribus, ac Subditis totius nostræ Seraphicæ Religionis, salutem, ac sinceram charitatem.

CUM Altissimo placuisset (Dilectissimi Fratres) Divina miseratione sic disponente, Nos, licet immeritos, ad supremæ dignitatis Generalatus Seraphici culmen per condignos Ordinis Electores evehere, quale onus impositum sit nostris humeris, & quàm grave pondus amplissimæ Religionis, quæ præ multitudine numerari non potest, sit nobis ferendum, gementes probè agnoscimus, nisi à Patre luminum, in quo omnis sufficientia est, vires, & fortitudinem accipiamus: ad hunc finem orationes, & petitiones vestræ innotescant, quatenus nobis assistere dignetur, eamque præstare virtutem, per quam possimus regere populum hunc magnum, atque in Ministerio nostro dignè ambulare, ut rationem, quæ nobis incumbit, pro animabus vestris reddere valeamus.

Summoperè desideramus vobis omnibus, omni, quo possumus, solamine, & placiditate paterna adesse; sed ubi nostra præsentia nequimus, consiliis, & admonitionibus conabimur obsequiosa nostra ministeria amanter præstare. Hoc fine aliquas Constitutiones, seu legum declarationes, vel aliquoties inobservatas, vel perperam interpretatas, vobis mittimus, ut simul progredientes in via vitæ, Nos hæc desideria fovendo, vos autem eisdem cooperando, virtutes provehamus, abusus extirpemus, & Regulæ nostræ primævam, ac Apostolicam observantiam excolamus, dum Patrem simul, & Iudicem vobiscum agemus.

Hortamur vos omnes in Domino, & obsecramus, ut sæculares favores fugiatis; sicut enim virtus, & Religiositas nobis ex justitia videtur meritum, ita externum favorem demeritum censentes, pœna potius, quàm præmio dignum: vivat itaque in Religione Frater Minor, ut nullo prætendat fieri major, nisi in virtute, & observantia, ambitionis fomite extincto.

Omnibus omninò interdicimus inutiles, & otiosos discursus, simul & vagationes, quæ spiritus fervorem extinguunt, observantiæ regulari relaxationem, claustris dedecus, Religioni ruinam, & sæculo scandala inferunt.

Porrò in omnes Religiosos hujus amplissimæ Religionis, fervida charitate ex alto prospicientes, ac pietate paterna, in nostri Ordinis Apostatas, si qui sunt, moti, dummodò ad gremium Almæ Matris Religionis infra spatium quatuor mensium ab harum publicatione contriti revertantur, pœnas ad nos spectantes contra eorum personas, & delicta misericorditer eis remittimus, & relaxamus; ea tamen conditione, quod de omnibus, & singulis quantocius nos certiores reddant; Omnibusque, & singulis totius nostri Ordinis Religiosis authoritatem nostram concedimus, ut pro una vice ab omnibus casibus, & censuris nobis reservatis, à quocumque Confessario nostræ Religionis approbato absolvi possint, & valeant.

Insuper exercitia spiritualia dierum octo, antiquitus in Religione usitata, & postmodum cum magno animarum detrimento, & tepiditate collapsa, sicut

in

in Capitulo Generali Toletano immediatè præterito, pristinæ observantiæ sunt restituta, ad renovationem spiritus, & perfectionis augmentum à Novitiis, & recenter Professis in locis, & temporibus designatis observentur pervigili Superiorum cura, quorum conscientias in hac parte oneramus.

His, & omnibus aliorum charismatum donis, & exercitiis fulfulti (fratres charissimi) consideremus omnes afflictum totius Europæ, & maximè Sacri Romani Imperii Statum, per bella, & invasiones Turcarum, & Paganorum, qui Christianitati protervè ruinam minantur. Quapropter instemus apud Altissimum, ut Invictissimo Imperatori, cæterisque Christianis Principibus in hunc finem collimantibus, vires, & fortitudinem præstet, quibus hos perfidos Christiani nominis hostes, & adversarios potenter conterere, & debellare valeant. Ad quem finem ordinamus, ut à quolibet Sacerdote totius nostri Ordinis collecta contra Paganos in Missa legatur; concedentes obedientiæ meritum omnibus, & singulis, qui pro hac nostra efficaci intentione, & Fidei Catholicæ conservatione speciale aliquod exercitium applicuerint.

Præterea, ut nostræ Religionis Seraphicæ splendor elucescat, Collegia, sive Seminaria pro Religiosa Juvenum educatione, & literaria capessenda disciplina, à nostris Prædecessoribus instituta, sive à Nobis instituenda, omnibus Superioribus Provinciarum, in quibus habentur, summoperè volumus commendata; *multitudo enim Sapientium* (uti pronunciavit Spiritus Sanctus) *sanitas est Orbis terrarum*; & copiosus numerus Fratrum benedisciplinatorum, Religionem nostram consolidabit.

Tandem obsecramus vos (charissimi Fratres) qui spontè Domino animas vestras obtulistis, ut considerantes, quia Peregrini, & Hospites estis supra terram, dignè ambuletis vocatione, qua vocati estis, cum omni humilitate satagentes, ut per bona opera certam vestram vocationem, & electionem faciatis, hisque charismatibus muniti pro nobis oretis, ut labores, & discrimina, prolixorumque itinerum tædia, quæ per vastas Europæ Provincias, eundo, & redeundo ad vos aggredimur, in Religionis augmentum adimpleamus. Fervidas postremo, ac pias jugiter ad Deum preces effundite pro utraque incolumitate Summi Pontificis, pro Ecclesiæ Catholicæ exaltatione, Hæresum, & infidelitatis extirpatione, pacis Christianorum Principum complemento, & conservatione, eorumque omnium semper recordemini, quibus jure patrocinii, aut beneficii titulo, nos, & Religio nostra obstringimur, quatenus Deus eos dirigat in viam salutis æternæ, eisque dexteram cœlestis auxilii protendat, ut, quæ illi sunt placita concupiscant, & tota virtute perficiant. Valete, & vivete in Domino. Datum Romæ in nostro Celeberrimo Aracœlitano Conventu, die vigesimo mensis Julii, Anno Domini 1664.

Fr. Ildephonsus Salizanes Minister Gen.

Loco ✠ Sigilli.

De mandato S. R. P.

Fr. Joannes Ezlenan. Secretarius Gen. Ord.

Ordinationes Pro utraque Familia.

1. Determinat Capitulum Generale, quod mortuo Ministro Provinciali, pro Superiorum Generalium arbitrio, Provinciale Capitulum anticipari poterit, dummodo finitum sit biennium ab ipsius celebratione numerandum; vel prorogari dummodò tempus à lege præscriptum non excedatur. Si in primo anno moriatur Minister Provincialis, liberum erit Superiori Generali Capitulum convocare ad electionem novi Ministri Provincialis tantum, vel cum Diffinitorio Vicarium Provincialem eligere,

2. Superior Generalis justa de causa anticipare poterit Capitulum Provinciale per sex menses, etiam vivente Ministro.

3. Si contigat quod post Capitulum Provinciale recognoscatur aliquem Diffinitorem fuisse nulliter, vel invalidè electum, deponatur ab officio; & declarat Capitulum Generale, quod in tali casu non fiat subrogatio, sed nova electio Diffinitoris per Diffinitorium Provinciale.

4. Statuitur, quod Vicarii Provinciales completo biennio sui Officii non possint in posterum eligi in Diffinitores, sicuti nec Ministri Provinciales.

5. Ministri Provinciales, qui Provincialatus officio per biennium non compleverint, Privilegiis Ministrorum Provincialium non gaudeant; secus verò si per biennium tale officium exercuerint.

6. Renovatur Statutum Capituli Generalis, quod Custodes electi in Capitulo, nisi per biennium exercuerint Officium, vel non fuerint suffragati in Capitulo, vel Congregatione Generali, Custodum privilegiis non gaudeant.

7. Si paulò antè Capitulum Provinciale moriatur Minister, vel Custos, decernitur, quod antè ipsius celebrationem, eligi debeat Vicarius Provincialis, & Custos.

8. Si Diffinitor non legitimè impeditus, & vocatus, renuerit ingredi in Diffinitorium, suo privetur officio.

9. Declarat Capitulum Generale, quod subrogatio semper debeatur digniori, dummodo Pater subrogandus non sit perpetuò impeditus.

10. Renovatur Statutum, quod omnes Guardiani in Capitulis, & Congregationibus suo renuncient officio: quod si non fecerint, ipsos tamen renunciasse censeantur.

11. Declarat Capitulum Generale, quod in electionibus Guardianorum observetur Breve Urbani VIII. *Religiosos viros* 1642. & Alexandri VII. *Credite Nobis* 1663. modus tamen eligendi erit ille, qui in Constitutionibus Cismontanæ Familiæ præscribitur: Quod si primo proposito à Præsidentibus, ut eligatur, vota fuerint æqualia: Declarat Capitulum Generale ipsi liberum fore pro proposito decidere. Si aliquis propositus fuerit in Guardianum alicujus Conventus, & per vota fuerit exclusus, non censetur pro alio Conventu excludi.

12. Ut in posterum tollatur perpetuitas in Superioribus Localibus Conventuum, statuit Capitulum Generale, quod Præses, qui ultra duos menses Conventum rexerit, non possit immediatè in Guardianum eligi.

13. Prohibet Capitulum Generale, ne in posterum instituantur Procuratores sæculares à Ministris Provincialibus, vel à quocumque alio particulari Religioso, tàm pro negotiis Provinciarum, quàm particularibus, pertractandis in Curia Romana, sub pœna privationis vocis activæ, & passivæ, talesque institutiones nullæ sint, ac invalidæ.

14. Statuitur, quod de novo revertentes ad propriam Provinciam in alia incorporati, non gaudeant præcedentia, nisi à die novæ receptionis, & incorporationis, subeantque pœnam taxatam per Constitutionem Generalem Segoviensem.

Digitized by Google

15. Decernit Capitulum Generale, quod ad pertractanda negotia Religionis, deputentur in Curiis Regiis, & Principum, scilicet Viennæ, Matriti, Parisiis, Varsaviæ in Polonia, Venetiis, in Sicilia, Neapoli, Bruxellis, Taurini, Genuæ, & Florentiæ, Agentes, seu Commissarii Reverendissimi Patris Generalis cum Socio grato, qui sint immediatè subjecti Jurisdictioni ejusdem Reverendissimi Patris Generalis, ea tamen lege, ut exeundo de Conventu petat benedictionem à Superiori locali, qui non possit eos impedire, & habeant locum post Diffinitores habituales, cæteris paribus.

Pro Ultramontana Familia.

1. LEctores Sacræ Theologiæ quamdiu tale munus exercent, nullum aliud officium obtinere poterunt cum præfato munere incompatibile, qualia sunt officia Guardiani, & Secretarii. Quod si talia exercuerint, tempus, in quo illis functi fuerint, non computabitur ad annos Jubilationis.

2. Statuitur, quod Secretarii Provinciarum non habeant locum, aut sedem, nisi post Lectores primarios Sacræ Theologiæ, & respectu aliorum observetur consuetudo Provinciarum.

3. Declaratur, quod in æqualitate Lectoratus antiquior habitu debeat præferri in habendo voto.

4. Lectoribus Provinciarum Hispaniæ, qui in hoc Capitulo Generali conclusiones sustinuerunt, interruptio à Lectura ob accessum, & regressum non debeat officere ad Jubilationem.

5. Si contingat, quod aliquis Diffinitor actualis moriatur, sive alia ratione vacaverit, ejus loco subrogetur, & pro subrogato habeatur ipso facto, qui olim fuit Diffinitor, vel Custos, & est antiquior in Diffinitionis, vel Custodiatus officio. Si verò Diffinitores, vel Custodes antiqui defuerint, subrogentur Guardiani præcipui, secundum ordinem Tabulæ.

6. Per Guardianos præcipuos declarat Capitulum Generale, intelligendos esse Guardianos Conventuum, in quibus celebratur Capitulum Provinciale, si fuerint ab aliquo dotati pro expensis Capituli; secus vero Conventus præcipui accipiantur illi, qui sunt majoris æstimationis in Provincia.

7. Decernit Capitulum Generale, quod Vocalibus Ultramontanæ Familiæ, Prominiстris, scilicet, & Custodibus, concedatur in præmium suorum laborum, quos in itinere passi sunt ad suffragandum in præsenti Capitulo Generali, quidquid Toletanum concessit Vocalibus Cismontanæ Familiæ ob similes labores, dummodò habeant qualitates requisitas à dicto Capitulo Generali.

8. Statuitur, ut deinceps versus *Veni Regina Nostra* dicatur in Choro flexis genibus, in Missis solemnibus Immaculatæ Conceptionis, eo modo, quo versus *Ave Maris Stella* dicitur in Vesperis.

9. Ad sublevandam necessitatem Provinciæ Sancti Didaci Canariensis, nec non ad tollendas intolerabiles expensas, Capitulum Generale decrevit, quod deinceps Superior Generalis, Commissarium Visitatorem eligat ad illius Visitationem, & celebrationem Capituli, unum ex tribus, aut quatuor Patribus benemeritis, & indifferentibus, ipsi à præfata Provincia propositis.

10. Pro visitatione Provinciarum Tertii Ordinis, debito tempore peragenda, designet Superior Generalis virum aliquem, qui sit ejusdem professionis, & instituti, alterius tamen Provinciæ, talem quidem, qualem Statuta Generalia decernunt. Casu verò, quo idoneus Visitator in Tertio Ordine non inveniretur, poterit assumi ex primo Ordine, ex vicinioribus tamen Provinciis.

11. Provinciæ Observantes Ultramontanæ Familiæ faciant sua Statuta, ac leges pro reformatione vivere volentibus.

12. Declaratur, quod Vicarii Provinciales biennales sint Patres immediati, & debeant ingredi Diffinitorium, tanquam si fuissent Ministri Provinciales.

Pro Gallis.

1. SAncitum fuit, ut Statuta Provinciæ Majoris Turoniæ revideantur à Patribus deputandis à Reverendissimo Patre Ministro Generali, quæ approbata observentur.

2. Statuitur, quod omnes Provinciales Galli admoneantur à Reverendissimo P. Ministro Generali, ne in posterum mittant extra Regnum Galliæ Religiosos, nisi pro causa gravi Provinciæ approbata à Diffinitorio, juxta Statuta ultima Generalia Vallisoletana.

3. Statuta Municipalia pro Gallia, quæ sunt edita ante Statuta Barchinonensia revisa Segoviæ, maneant in suo robore. Nova verò, si fuerint contra supradicta, & alias Generales Constitutiones, nullius sint valoris.

Pro Belgis.

1. DEclarat Capitulum Generale, quod Commissarius Nationalis Germano-Belgii cum sit Delegatus, quamquam habeat votum respectu omnium electionum, non possit illud committere aliis Visitatoribus, & Præsidentibus à se missis.

2. Si Congregato Capitulo moriatur Commissarius Nationalis, decernit Capitulum Generale, quod præsidere debeat Commissarius Visitator, si adsit, si verò non adsit, dignior Pater Provinciæ de corpore Capituli. Si autem tantummodo Capitulum fuerit indictum, vel convocatum, expectanda erit desuper provisio Reverendissimi P. Ministri Generalis.

3. Declarat Capitulum Generale, quod in casu subrogationis alicujus Diffinitoris Generalis, in partibus Germano-Belgicis, subrogari debeat alius ex ea parte, ex qua fuerat electus.

4. Pro sedandis differentiis Provinciarum Sancti Andreæ, & Sancti Joseph in Comitatu Flandriæ, in Capitulo Generali agitatis, sancitum est, partibus in contradictorio auditis, servari debere inter utramque Provinciam concordatum novissimè factum.

Pro Anglis.

1. QUoniam experientia constat quod ex affluentia tot externorum ad Provinciam Angliæ multa superveniunt inconvenientia, statuit Capitulum Generale, quod in posterum nullus Religiosus moretur in Anglia, Missionarii Officium exercitaturus, sine licentia Ministri Angliæ, vel speciali facultate Superiorum Generalium, prout jam alias Statutum est.

2. Anglicana Provincia expostulavit, ut reponeretur inter alias juxta tempus suæ erectionis, & Capitulum Generale decrevit ipsi competere locum præcedentiæ juxta tempus suæ erectionis, prout in Capitulo Interamnensi 1500. collocanda decernitur, salvis tamen juribus, quæ à Provinciis produci possent.

Pro

Pro Hibernis.

CApitulum Generale confirmat fundationes Conventuum Baliaafaghert in comitatu Longhforti, cum suis terminis pro quæstuatione à viginti circiter annis possessis, similiter & fundationem Conventus Sanctæ Mariæ Villæ *Jacobi*, cum assignatione limitum pro quæstuatione trium Baroniarum, scilicet de Mohil, Letrim, & Carichalin, ac tribus Parochiis adjacentibus Sennæ in Comitatu Roschoman, videlicet Kilmior, Kiltuchin, & Fumana, supprimendo litigium super præfatas fundationes, ac mandando sub pœnis, & censuris in concessionibus, ac patentibus literis Ministrorum Generalium præteritorum, & præcipuè Reverendiss. Patris Michaelis Angeli de Sambuca, contentis, ut nullus sive Superior, sive subditus præfatas fundationes, aut suos Fratres perturbare, aut molestare sudeat, vel præsumat. Quoad ea, quæ juxta aliquorum relationes, videntur præjudicare Provinciæ Hyberniæ, & continentur in actis Capitularibus, commissa sunt eximinanda Reverendissimo Patri Ministro Generali, audita desuper relatione R. P. Commissarii Nationalis Belgii.

Pro Indis Occidentalibus.

1. SI contingat, quod Commissarii Generales novæ Hispaniæ velint in aliqua ex præfatis Provinciis manere, gaudeant præcedentia supra cæteros Patres, qui digniores sunt, ob præteritum Præsulatum, & ut tales debeat Diffinitorium ingredi in prædicta Provincia.

2. Præcipit Capitulum Generale, utroque Discretorio annuente, ac etiam partibus auditis, ut deinceps ad conservandam pacem, fraternamque concordiam stabiliendam, fiat in Provinciis Peruanis alternativa, sicuti in Provinciis novæ Hispaniæ.

Pro Monasterio Sanctæ Annæ Discalceatorum sub Titulo Conceptionis Toleti.

3. Confirmat Capitulum Generale scripturas, vel instrumenta circa Patronatum præfati Monasterii, cujus Patrona est Regina Catholica, & juxta tenorem supradictorum instrumentorum, declaratur præfatum Monasterium subditum immediatè Superiori Generali. Idem declarat Diffinitorium Generale pro Conventu Monalium Sanctæ Claræ Discalceatarum Villæ de Focentayna.

Pro Monasterio Monialium Recollectarum Immaculatæ Conceptionis in Suburbio S. Germani Parisiis.

4. Ut præfatum Monasterium feliciori tegatur gubernio, nonnulla declaranda censet Capitulum Generale:

Primò non licere Ministro Provinciali, nec ulli alteri, Constitutiones, Statuta, Decreta, explicationem Regulæ dictarum Monialium concernentia conficere, nec ipsarum externum vivendi usum impedire, inconsulto Reverendiss. Ministro Generali, nec non Monialibus.

Secundò fiant Electiones Abbatissæ, & aliarum Officialium juxta Canones, & Decreta Summorum Pontificum, & juxta consuetudinem Monasterii.

Tertiò licebit Monialibus infirmis in articulo mortis petere unum Confessarium sibi gratum de licentia Abbatissæ.

Quartò licebit Monialibus alloqui parentes sæculares usq; ad quartum gradum semel in mense, cum participatione tamen Ministri Provincialis, & aliorum, ad quos spectat.

5. Ut Statutorum varietas, multiplicatio, & confusio tollatur, sancivit Capitulum Generale, ut Statuta Ultramontanæ Familiæ post Segoviensia edita, revisa, & declarata, ac reformata ad normam Constitutionum Apostolicarum, & Ordinis, per aliquos Patres, à Ministro Generali assignandos, reducantur ad unum volumen, quibus Provinciæ omnes Ultramontanæ gubernari debeant.

Pro Cismontana Familia.

1. CUM ad concordiam Fraternamque pacem confovendam inter Observantes, & Reformatos propositum fuerit in pleno Capitulo Generali, ut inter eos fieret alternativa, scilicet quod una vice eligatur Commissarius Generalis Cismontanæ Familiæ ex Reformatis, altera verò ex Observantibus, decrevit idem Capitulum Generale, unanimi consensu, utroque Discretorio, & Diffinitorio annuente, quod ad eandem pacem stabiliendam, supradicta alternativa fieret, hac tamen conditione, ut tres Diffinitores Generales eligantur ex Observantibus, & tres ex Reformatis in cunctis Congregationibus, & Capitulis Generalibus, nec non ad majorem hujus Constitutionis firmitatem, supplicetur Sanctissimus pro confirmatione hujusmodi concordati.

2. Declarat Capitulum Generale, competere Provinciæ Minoris Poloniæ præcedentiam, & locum supra Provinciam Majoris Poloniæ, juxta tempus suæ erectionis, non obstante quod in Statutis sit posita posterior, & ita observari mandavit.

3. Statuitur, quod in Provinciis Bosnæ Argentinæ, Bosnæ Croatiæ, Russiæ, Sancti Ladislai in Sclavonia, quæ non habent reformationem, deputentur duo, vel tres Conventus pro recollectione Fratrum reformatè vivere volentium, inter quos semper deputetur Conventus Novitiatus.

4. Ad conservandam pacem, & concordiam inter Provincias, decernitur observari debere terminos quæstuationis ab unaquaque Provincia, ubi sunt; ubi verò non sunt, præscribantur concorditer à Ministris Provincialibus, una cum Diffinitoriis in ordine ad inviolabilem observantiam.

5. Decernitur, quod pro multitudine negotiorum Provinciarum Reformatarum Cismontanæ familiæ assignetur Reverendiss. Patri Commissario Generali ejusdem Familiæ pro tempore existenti, alius Secretarius Reformatus, qui post elapsum triennium officii Secretariatus, gaudeat privilegiis, quibus potiuntur Secretarii Generales.

6. Sancitum est, ut in posterum Officiales Curiæ nullum præbeant consensum memorialibus, & petitionibus, quæ fiunt contra formam Statutorum Religionis, & ad hujus ordinationis firmitatem, supplicetur Sanctissimus, ne hujusmodi gratiæ concedantur, antequam habeant veridicam notitiam, & informationem à Provincils.

7. Ad conservandam libertatem Religionis disponit Capitulum Generale, quod fiat diligentia apud Clementissimum Imperatorem, ut Commissarios Visitatores, etiam non Nationales, vel subditos Cæs. Majestati Suæ, admittere dignetur; si verò hoc obtineri non possit, restituatur Commissarius Generalis Nationalis, sicuti erat prius.

8. Decrevit Generale Capitulum, ut in posterum illi, qui per sex annos completos absque interpolatione Adventus, & Quadragesimæ, Magistri Chori in Conventu celeberrimo Aracœlitano de Urbe mu-

muneris debitè, & diligenter exercuerint, in præmium suorum laborum gaudeant privilegiis, quibus potiuntur illi, qui fuerunt Diffinitures; ea tamen lege, ut inter ipsos teneant ultimum locum. Præmium verò aliorum Magistrorum Chori, relinquitur arbitrio Rev. P. Ministri Generalis.

8. Ad removendas controversias, pacemque tuendam in Provincia Bosnæ Argentinæ, statuit Capitulum generale, ut in eadem Provincia fiat alternativa, hoc videlicet modo, ut una vice eligatur Minister Provincialis cum duobus Diffinitoribus ex parte Bosnæ, & Custos cum duobus aliis Diffinitoribus ex partibus ultra, & citrà Savum, & Maritimæ; Altera verò vice eligatur Minister Provincialis cum duobus Diffinitoribus ex partibus Maritimæ ultra, & citra Savum, & Custos cum duobus aliis Diffinitoribus ex parte Bosnæ. Et interim sine ulla dilatione congregentur sigilla omnia Provinciæ, & consignentur Ministro Provinciali actuali; & ita firmiter observari mandavit.

10. Statuitur, ut in Conventu, & Civitate Anconæ, manuteneatur Commissarius Terræ Sanctæ, cum facultate quæstuandi ob necessitatem Fratrum euntium, & redeuntium de Civitate Sancta Hierusalem, & pro aliis negotiis sibi à Superiure Generali committendis.

11. Ad removenda inconvenientia, quæ oriri solent circa Commissarios Terræ Sanctæ, decernit Capitulum Generale, ut desuper observentur inviolabiliter Constitutiones Ordinis in ultimo Capitulo Generali Toletano editæ.

12. Circa Moniales confirmata, & renovata sunt Statuta Ordinis utriusque familiæ, mandantes Patres Capituli Generalis, quod inviolabiliter observentur ab omnibus, tàm Superioribus, quàm subditis respectivè; & præcipuè circa ingressum in Monasteria, volent s, quod in comitatu Superiorum, quacumque de causa ingrediantur, semper sit Vicarius, seu Confessarius Monialium, sub pœnis in eisdem Statutis contentis.

13. Ad tollendas controversias, quæ oriri solent in Provinciis Reformatis pro eligendis Commissariis, statuitur, quod exeunte Ministro Provinciali è limitibus Provinciæ, eligatur Commissarius Provincialis suffragiis Diffinitorum, juxta Statuta Ordinis, & ita Capitulum Generale observari mandavit, non obstantibus quibuscumque.

14. Declaratur, quod Vicarii Provinciales, qui per biennium completum Provincias rexerint, gaudeant præeminentiis, & privilegiis taxatis à Constitutionibus Ordinis; non possint tamen in posterum eligi in Diffinitores, nisi transacto triennio.

15 Statuitur, quod Vicarii Provinciales canonicè electi, debeant, & possint ferre suffragium in Capitulis Provincialibus, & Generalibus, tanquam Prælati Ordinarii Provinciarum, sicuti hucusque in Religione usu receptum est.

16. Instituuntur Studia Generalia Sac. Theologiæ in Conventu S. Francisci Civitatis Ragusiæ, Provinciæ Ragusiæ, & in Conventu Sanctæ Mariæ ad Nives Civitatis Pragæ, Provinciæ Bohemiæ.

17. Declarantur ordinata ad Jubilationem Studia Generalia Conventus S. Didaci Civitatis Neapolis in Provincia Principatus, & Conventus S. Francisci Civitatis Cosentiæ in Provincia Calabriæ.

18. In unoquoque Studio Generali Sac. Theologiæ non collocentur, nisi duo Lectores, exceptis iis, quæ ordinata sunt ad Jubilationem, in quibus tres poterunt collocari.

JUDICES

Ad expulsionem Incorrigibilium juxta Apostolicas Constitutiones designantur.

Pro Familia Ultramontana.

1. Adm. R. P. F. Alonsus Sorianus Diffinitor Generalis.
2. Adm. R. P. Fr. Blasius de Beinmea Diffinitor Generalis.
3. Adm. R. Pater F. Philippus le Roy Diffinitor Generalis.
4. Adm. R. P. Fr. Agatangelus Resmod Diffinitor Generalis.
5. Adm. R. P. F. Patritius Duffius Diffinitor Generalis.
6. Adm. R. P. F. Christophorus de Roxas Diffinitor Generalis.

In absentia verò alicujus ex præfatis Diffinitoribus Generalibus substituitur Adm. R. P. F. Minister Provinciæ Castellæ pro tempore..

Pro Familia Cismontana.

1. Adm. R. P. F. Franciscus da Mendoza Diffinitor Generalis.
2. Adm. R. Pater Fr. Clemens Dolera Diffinitor Generalis.
3. Adm. Rev. P. F. Franciscus de Bastia Diffinitor Generalis.
4. Adm. R. P. F. Archangelus Romanus Diffinitor Generalis.
5. Adm. Rev. P. F. Paulus Budimiz Diffinitor Generalis.
6. Adm. R. P. F. Cherubinus de Sambuca Diffinitor Generalis.

Conventus pro celebratione futuræ Congregationis Generalis intermediæ arbitrio Reverendissimi Patris Ministri Generalis relinquitur designandus.

Pro celebratione autem futuri Capituli Generalis, Conventus Sancti Joannis Regum Toletanus designatur.

Numerus Fratrum Defunctorum ab ultimo Capitulo Generali.

IN hoc Capitulo Generali per testimonia PP. Vocalium legitimè producta, inventum est, obiisse ab ultimo Capitulo Generali Toletano decem millia, octingentos, & decem Fratres. 10810.

Sorores verò, tria millia ducentas, & sexaginta. 3260.

Sequuntur Suffragia.

PRO Sanctissimo D. N. Alexandro VII. & pro ejus incolumitate diuturna, à quolibet Sacerdote Ordinis tres Missæ celebrentur.

Pro Catholico Rege Philippo IV. Regina, Principe, & Regia prole, à quolibet Sacerdote duæ Missæ dicantur.

Pro Cæsarea Majestate, & Serenifs. Rege Ungariæ, & Augusta prole, duæ Missæ dicantur.

Pro Christianissimo Rege, & Matre Regina Gallorum, à quolibet Sacerdote duæ Missæ celebrentur.

Pro Eminentissima Congregatione Cardinalium, à quolibet Sacerdote una Missa dicatur.

Pro

Pro Eminentissimo D. Cardinali Francisco Barberino, Ordinis Protectore, à quolibet Sacerdote una Missa dicatur.

Pro Excellentissimis DD. Marchionibus de Cannette Capituli, & Religionis Patronis, quorum beneficentia expensæ Capituli Generalis factæ sunt, a quolibet Sacerdote una Missa dicatur.

Pro prospero statu Ordinis, & Seraphicæ nostræ Religionis, à quolibet Sacerdote una Missa dicatur.

Pro felici statu Sacri Ordinis Prędicatorum, à quolibet Sacerdote una Missa celebretur.

Pro pace Principum Christianorum, pro extirpatione hæresum, Fidei propagatione, Victoria contra infideles, ac Ecclesiastici Status prosperitate, a quolibet Sacerdote dicantur duę Missæ.

Ego Franciscus Cardinalis Barberinus Ordinis Protector, & Præses Capituli.

Fr. Ildephonsus Salizanes Minister Generalis.
Fr. Michael Angelus de Sambuca Exminister Generalis.
Fr. Bonaventura Caballus Commissarius Generalis.
Fr. Joannes Munieza Excommissarius Generalis.
Fr. Andreas de Arriaga Procurator Generalis Ordinis.
Fr. Carolus à Genua Commissarius Generalis Curiæ.
Fr. Clemens à Monte Piluso Procurator Reformatorum.
Fr. Alfonsus Sorianus Diffinitor Generalis.
Fr. Blasius de Bejunnea Diffinitor Generalis.
Fr. Philippus le Roy Diffinitor Generalis.
Fr. Agatangelus Resmod Diffinitor Generalis.
Fr. Patritius Duffius Diffinitor Generalis.
Fr. Christophorus de Roxas Diffinitor Generalis.
Fr. Franciscus de Mendoza Diffinitor Generalis.
Fr. Clemens Dolera Diffinitor Generalis.
Fr. Franciscus de Bastia Diffinitor Generalis.
Fr. Arcangelus Romanus Diffinitor Generalis.
Fr. Paulus Budimiz Diffinitor Generalis.
Fr. Cherubinus de Sambuca Diffinitor Generalis.

Breve Alexandri VII. quod semper Procurator sivè actualis, sivè habitualis præcedat Commissarium Curiæ, etiam si posterior officio functus fuerit.

ALEXANDER PAPA VII.
Ad futuram rei memoriam.

Aliàs pro parte dilecti Filii Andreæ de Arriaga Procuratoris Gen. Ordinis Fratrum Min. S. Francisci de Observantia nuncupatorum Congregationi Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositæ exposito, quod in Capitulo Generali dicti Ordinis novissimè in Alma Urbe nostra celebrato, dilectorum pariter Filiorum Bartholomæi de Villalva, & aliorum Ex-Procuratorum Generalium Ordinis hujusmodi interesse habentium nomine, porrectus fuerat Venerabili Fratri nostro Francisco Episcopo Portuensi, ejusdem S. R. E. Cardinali Barberino nuncupato, dicti Ordinis apud Nos, & Sedem Apostolicam Protectori, supplex libellus pro obtinenda cessatione ejusdem Decreti die undecima Aprilis 1659. emanati circà præcedentiam inter Procuratores Generales, & Commissarios Curiæ Ordinis prefati, quod dilectus etiam Filius Rocchus de Villaregio tunc Commissarius Curiæ hujusmodi ab eodem Francisco Cardinale Protectore subreptitiè extorserat, eoque libello per dictum Franciscum Cardinalem Protectorem ad dilectos Filius modernos Ministrum Generalem, & Diffinitores Generales ejusdem Ordinis remisso pro informatione, & voto, ipse Franciscus Cardinalis Protector voto hujusmodi inhęrens, præfatum decretum revocaverat, & penitùs cassaverat per aliud suum speciale decretum die 30. Augusti 1664. expeditum, quod etiam die 27. Novembris subsequentis à Nobis per nostras in simili forma Brevis literas cum opportunis clausulis confirmatum fuerat. Quia vero non videbatur in hoc decreto totaliter expressa, nec declarata hęc particula, *cæteris paribus*, contenta in Statuto dicti Ordinis anno 1651. edito, cujus inviolabilis observatio per decretum hujusmodi specialiter præcipiebatur; nonnulli sub frivolis prætextibus executionem tàm Statuti, quàm decreti, & literarum hujusmodi eludere procurabant, tametsi jam dictum Decretum inniteretur informationi, & voto memoratorum Ministri Generalis, & Diffinitorum Generalium, qui expressè dixerunt, & declaraverunt, præcedentiam competere Procuratoribus Generalibus super Commissarios Curiæ, etiam si hi ante illos electi fuerint, idque ratione dignitatis majoris, & inæqualis, juxta præfatum Statutum anno 1651. editum, cui tanquam ultimo decisivo stari debet. Ac propterea per eumdem Andream Procuratorem Generalem memoratæ Cardinalium Congregationi supplicato, ut votum Diffinitorii Generalis hujusmodi approbaret, & confirmaret, & ad tollendum omnis dubietatis scrupulum, & litem, de novo declaret, præfatam particulam, *cæteris paribus*, quæ dubitandi ansam præbuit, intelligi debere conformiter voto præf. Diffinitorii Gen. quippè quæ secundum jus commune relationem dicat ad gradus, & dignitates Superiores, itaut Commissarii Curiæ, si aliquam aliam dignitatem, vel gradum majorem non habuerint, cujus respectu eis competat præcedentia super Procuratores Generales Ordinis præfati, semper, & utrobique, juxta præfatum Statutum, debeant, sive actuales, sive habituales Commissari fuerint, cedere præcedentiam Procuratoribus Generalibus Ordinis hujusmodi tàm habitualibus, quàm actualibus, non obstante prioritate, vel posterioritate electionis; injungendo pariter sub pœnis, & censuris, tàm dilectis Filiis Ministro Provinciali, & Diffinitorio Provinciæ Castellæ, quàm quibusvis aliis, ad quos spectat, seu spectare possit, cujuscumque Provinciæ dicti Ordinis sint, ut Decretum memorati Francisci Cardinalis Protectoris, nostrasque literas hujusmodi, ac ipsius Congregationis ordinationes promptè, & exactè exequantur: emanavit ab eadem Congregatione Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet. Sacra Congregatio Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, partibus auditis, Eminentissimo Brancaccio referente, censuit, & declaravit verba illa, *cæteris paribus* apposita in Decreto Capituli Romani anni 1651. circa præcedentiam servandam inter Procuratorem Generalem, & Commissarium Romanæ Curiæ, prout in actis dicti Capituli, esse intelligenda, quod sicuti sine ulla controversia Procurator Gen. actualis præcedit Commissarum Curiæ actualem, ita Procurator Gen. habitualis omninò debeat præcedere Commissarium Curiæ habitualem, non attenta etiam antiquitate electionis, aut alio simili prætextu; secus verò si Commissarius Curiæ fuisset Minister Generalis, vel Vicarius Gen. vel Commissarius Gen. Familiæ, aut obtinuisset aliquam aliam dignitatem altioris Ordinis, per quam non censeretur esse paris conditionis, nàm tunc præcederet Procuratorem, salvis in reliquis dispositis in dicto Statuto. Mandat igitur Sac. Cong. om-

omnibus, & singulis ejusdem Ordinis Superioribus, ad quos spectat, ut præfatum Breve Sanctiss. D. N. & præsentem declarationem exequi, & observari faciant, quibuscumque non obstantibus. Romæ 12. Junii 1605. M. Card. Ginettus. Cum autem, sicut dictus Andreas Procurator Generalis Nobis nuper exponi fecit, ipse Decretum hujusmodi, pro firmiori illius subsistentia, Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri summoperè desideret; Nos ipsum Andream Procuratorem Generalem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, & suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium duntaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præinsertum, auctoritate Apostolica, tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, salva tamen semper in præmissis auctoritate præfatæ Congregationis Cardinalium. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, plenissimè suffragari, & ab illis respectivè inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & diffiniri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus &c.

Datum Romæ &c. die 18. Iulii 1665. Pontificatus anno XI.

Extensio, & Communicatio Privilegiorum Fratrum Discalceatorum in Hispania Ordinis S. Francisci ad Omnes Provincias Discalceatorum Indiarum.

ALEXANDER PAPA VII.
Ad futuram rei memoriam.

EXponi Nobis nuper fecerunt dilecti Filii Fratres Provinciarum in Hispania, & Indiis consistentium Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci strictioris Observantiæ Reformatorum, seu Discalceatorum nuncupatorum, quod dudum fel. rec. Gregorius Papa XIII. prædecessor noster diversa privilegia Fratribus Reformatis Provinciarum S. Ioseph, & S. Ioannis Baptistæ in Hispania consistentibus, strictioris Observantiæ hujusmodi concessit, quæ, præsertim respectu Fratrum de Observantia, à fan. mem. Clemente VIII. & Urbano VIII. Romanis Pontificibus prædecessoribus pariter nostris confirmata fuerunt.

§. 1. Cùm autem, sicut eadem expositio subjungebat, Provinciæ Fratrum Reformatorum strictioris Observantiæ hujusmodi ad numerum duodenarium cum divini cultus augumento crevisse de præsenti reperiantur, dicti vero Exponentes privilegia prædicta omnibus Provinciis Reformatis supradictis suffragari debere, à Nobis declarari summoperè desiderent: Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportunè providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 2. Nos igitur ipsos Exponentes specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares Personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis Sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium duntaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum, qui dilectum Filium Procuratorem Generalem Ordinis hujusmodi audierunt, & præcitata privilegia, eorumque confirmationes viderunt, consilio, attenta narratis, privilegia memorata Provinciis Sancti Iosephi, & Sancti Joannis Baptistæ, ut præfertur, concessa, & confirmata, reliquas omnes Provincias Fratrum Reformatorum, seu Discalceatorum strictioris Observantiæ hujusmodi in Hispania, & Indiis consistentes comprehendere, eisque in omnibus, & per omnia suffragari debere, auctoritate Apostolica, tenore præsentium declaramus, salva tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium.

§. 3. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, inviolabiliter observari, sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si quid secus super his, à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non, quatenus opus, sit dicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice duntaxat specialiter, & expressè derogamus, cœterisque contrariis quibuscumque.

§. 5. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur in judicio, & extra, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum in Arce Gandulphi Albanen. Diœc. sub Annulo Piscatoris die 5. Novembris 1665. Pontificatus nostri anno undecimo.

Quod nulli ex Fratribus Reformatis S. Francisci Provinciæ Romanæ competit jus præcedendi, sive honorarieris loci, nisi Superioribus actualibus, & Ex-Generalibus.

ALEXANDER PAPA VII.
Ad perpetuam rei memoriam.

PAstoralis officii, quod Superni dispositione consilii gerimus, cura animum nostrum sollicitat, ut Religiosorum virorum, qui abnegantes semetipsos Altissimi obsequiis in spiritu humilitatis se se devoverunt, quieti salubriter consulere, ipsosque in laudabili eorum proposito, quantum Nobis

ex

ex alto conteditur, confovere studeamus.

§. 1. Cum itaque, sicut dilecti Filii Minister Provincialis, & Diffinitorium, ac Ex-Provinciales, & fratres graduati Provinciæ Romanæ Fratrum Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia Reformatorum nuncupatorum, Nobis nuper exponi fecerunt, licet Reformatio in Provinciam prædictam magno cum humilitatis, & religiosæ quietis, vitæque simplicitatis studio inducta, multorum annorum spatio utiliter, & laudabiliter, ac cum bono erga Sæculares exemplo viguerit: nihiluminus experientia compertum sit, post introductum in eamdem Provinciam certum præcedendi modum, illam à pristinæ humilitatis statu non parum recessisse, dicti verò Exponentes, ut antiqua Observantia in sua puritate semper floreat, omnisque ambitionis, & relaxationis occasiones maturè præcidatur, quasdam fel. rec. Urbani PP. VIII. Prædecessoris nostri literas die 22. Decembris 1642. in forma Brevis expeditas, incipientes: Aliàs pro Congregatione Generali &c. In quibus circa præcedentiam inter Fratres strictioris Observantiæ Familiæ Cismontanæ dicti Ordinis nonnulla, inter alia disponuntur, quoad prædictam Provinciam Romanam, ad terminos aliarum ejusdem Urbani Prædecessoris literarum die 23. Augusti 1634. in simili forma Brevis emanatarum, quarum initium est: Inter gravissimas &c. à Nobis reduci, & circa subrogationes, quæ deficientibus in eadem Provincia Ministro Provinciali, ac Patribus Ordinis, & Diffinitoribus interdum fieri debent, opportunè providere, ita scilicet, ut digniores, juxta dispositionem Constitutionum Generalium, subrogentur, circa incorporationes autem, ut aliarum Provinciarum Fratres, qui memoratæ Provinciæ Romanæ, obtento desuper beneplacito Diffinitorii, incorporati fuerint, a die incorporationis hujusmodi tantum præcedere debeant, quemadmodum Statuta Reformationis disponunt, statui, & ordinari summopere desiderent.

§. 2. Nos piis eorumdem exponentium votis in præmissis annuere volentes, & eorum singulares personas, à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis Sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium duntaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes.

§. 3. Supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, ac Dilectorum Romanæ Curiæ Prælatorum super negotiis Visitationis Apostolicæ Ecclesiarum, & locorum piorum Almæ Urbis nostræ à Nobis institutæ deputatorum, qui præmissa mandato nostro accuratè perpenderunt, consilio, primodictas Urbani Prædecessoris die 22. Decembris 1632. ad supplicationem tunc existentis Commissarii Generalis emanatas, quoad caput præcedentiæ inter Fratres strictioris Observantiæ Sancti Francisci Cismontanæ Familiæ hujusmodi, respectu Fratrum dictæ Provinciæ Romanæ ad terminos aliarum secundo dictarum Urbani Prædecessoris literarum motu proprio die 23. Augusti 1634. editarum, auctoritate Apostolica tenore præsentium reducimus, itaut in posterum, etiam vigore cujusvis indulti, ex quavis causa, vel occasione à Sede Apostolica, vel aliàs quomodolibet impetrati, in eadem Provincia Romana nulli Fratrum jus præcedendi, sive honoratioris loci competat, nisi Ministro, Commissario, Vicario, & Procuratori Generalibus, Ministro, Commissario, & Vicario Provincialibus: Custodi, Commissario Visitatori, Guardianis, Præsidenti, Commissario, & Vicariis localibus, qui tamen expletis eorum officiis, ad locum, & præcedentiam Ordinis redibunt; tam ii, qui ad habitum per Fratres gestari solitum susceperunt, ac de cœtero suscipient, quàm ii, qui se à Fratribus de Observantia ad Fratres Reformatos dictæ Provinciæ canonicè transtulerunt, & transferent, exceptis tamen iis, qui Ministri Generalis, seu Commissarii Generalis Cismontanæ Familiæ officio functi sunt, vel fungentur, qui post Superiores actuales immediatè locum habeant.

Quo verò ad prænarratas subrogationes digniorum, & incorporationes Religiosorum alienæ Provinciæ, Constitutiones Ordinis, & Statuta Reformationis hujusmodi servari, auctoritate, & tenore prædictis mandamus, statuimus, & ordinamus.

§. 4. Decernentes privilegia, & indulta super paternitate, & præcedentia, si quæ per Fratres antedictæ Provinciæ Romanæ à Sede Apostolica deinceps impetrari contigerit, subreptitia censeri, nisi in literis desuper expediendis de verbo ad verbum insertus fuerit totus tenor præsentium literarum: ipsas verò præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, & per omnia inviolabiliter, & inconcussè observari: sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolice Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Non obstantibus primodictis Urbani Prædecessoris literis, quæ, quoad caput præcedentiæ respectu Fratrum memoratæ Provinciæ Romanæ, volumus non obstare, perindè, ac si non emanassent, aliisque Ordinationibus, & Constitutionibus Apostolicis, nec non, quatenus opus sit, Ordinis, & Provinciæ hujusmodi, ac aliis quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice duntaxat specialiter, & expressè derogamus, cœterisque contrariis quibuscumque:

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 23. Decembris 1665. Pontificatus nostri anno undecimo.

Congregatio Generalis Romana 1667.

Convocatorias literas pro hac Congregatione Generalis die 27. Octobris 1666. Reverendissimus Pater Bonaventura Caballus Commissarius Generalis de mandato Reverendissimi Patris Ildephonsi Salizanea Ministri Generalis totius Ordinis per Provincias Cismontanas expedivit. Interea divulgato, quod Caballus in Commissariatus Generalis officio per aliud triennium, mediante Brevi ejusdem Pontificis Alexandri VII. confirmatus, vel confirmandus esset, magnæ commotionis in Familia tota Cismontana incitamentum, & ansa fuit. Cum enim in Capitulo Generali 1664. determinatum fuerit, quod in Commissariatus Generalis munere observaretur alternativa, ita ut alius ex Refor-

ma-

matis, alius ex Observantibus eligeretur, data etiam paritate Diffinitorum Generalium, ut tres ex utroque membro fierent, executioni demandato Brevi supradicto, totum corruebat. Pro manutenendo Decreto Capituli Generalis confirmato per Apostolicum Breve Alexandri VII, ut ajebant, ad supplicationes Generalis Salizanes insudabant P. Antonius à Velasco ex Procurator Ordinis, & P. Carolus de Genua Commissarius Generalis Curiæ. Caballus cum aliis resistebat apud Pontificem, maximè quia prætendebat plenum Discretorium Reformatorum in illo Capitulo reclamasse contra hoc Statutum, & dissensisse; quapropter Breve confirmatorium Pontificis subreptitium fore autumabant. Pontifex causam remisit Illustrissimis Prælatis Fagnano, Aloysio, & Ugolino, ut, ponderatis hinc inde rationibus, Sanctissimo referrent. Insistebant apud Delegatos contra Statutum, & Breve confirmatorium, solemni etiam juramento emisso, Adm. RR. PP. Fabius Papazonius Provinciæ Bon. Pater, Lector Iubilatus, & ex Procurator Gen: Archangelus de Roma, Romanæ Provinciæ Observantiæ Pater, ex Diffinitor Gen: & Archivista Gen: atque Pater Ascanius de Assisio, Provinciæ Seraphicæ Pater, & Procurator Gen. Reformatorum. Procurator actualis Ordinis Velascus, & Commissarius Gen. Curiæ Carolus de Genua contrarium mordicùs sustinebant, obtentis duabus dilationibus à Judicibus, ut attestationibus juratis attestationes contrarias repetirent, & producerent. Mors Alexandri VII. his mensibus subsecuta, dissidia inter partes pro tunc suspendit; idcircò die 18. Aprilis anni 1667. publicatum fuit Breve Alexandri VII. per quod ex motu proprio præfatum P. Caballum in officio Commissariatus Gen. usque ad futurum Gen. Capitulum confirmatum esse voluit.

Mortuo Alexandro VII. die 22. Maji anni 1667. publicatę fuerunt literę Reverendissimi Gen. Salizanes, quibus Pręsidem Congregationis Gen. constituebat Adm. R. P. Antonium à Velasco Procuratorem Gen. Ordinis. Contra hanc deputationem reclamavit Reverendissimus Caballus ex dubio legitimę facultatis; at Cardinalis Barberinus Protector Ordinis talem jurisdictionem sibi a Pontifice Urbano VIII. concessam asseverans, Breve aliàs ignotum exposuit, totamque rem composuit, & die 28. Maii vigilia Pentecostes, Patribus ad Congregationem celebrandam congregatis in Refectorio, tùm Breve Pontificis Alexandri VII. confirmantis in Commissariatu Gen. Caballum usque ad futurum proximum Capitulum Gen. tùm literas Reverendissimi Pt. Gen. Salizanes deputantis Velascum in Pręsidem legi imperavit.

Velascus statim in congressu protestatus fuit contra confirmationem Caballi in Commissarium Gen. & appellavit ad futurum Pontificem. Creato igitur Clemente IX. supplicem dedit libellum, ut deputaretur Congregatio specialis ad decidendum de validitate alterius Brevis Apostolici, aut pro confirmatione Caballi in Commissarium Gen. aut pro alternativa. Deputatis itaque Pręlatis Ugolino, de Rubeis, & Gallo, cum hac subscriptione Pontificis: *videant, attendant, considerent, & referant*. Causa tam diù invaluit Commissariatum Gen. interim exercente Caballo, donec ad Episcopatum Casertensem in Regno Neap. promotus fuerit. Tunc in Vice-Commissarios Gen. suffecti sunt Reverendissimi PP. Franciscus à Turricella Provincię Marchię ex Procurator Reformatorum pro eisdem, & pro Observantibus P. Evangelista Barzagus Provincię Brixię tunc Commissarius Curię; cui ad Archiepiscopatum Zaratensem in Dalmatia evecto, successit P. Benignus de Florentia Provincię Tuscię, in Curia Commissarius Gen. Perseverante in Commissariatu Gen. Caballo corruit alternativa, & dimidietas Diffinitorum Gen. pro Reformatis restituta fuit ad tertiam partem, ut patebit ex Capitulis subsequentibus.

Acta hujus Congregationis Generalis 1667.

In nomine Domini Amen.

TAbula, & Acta Celeberrimæ Congregationis Generalis pro Cismontana Familia nuperrimè celebratæ in hoc Almo Conventu Sanctæ Mariæ de Ara-Cœli Urbis, in Vigilia Pentecostes, die 28. Maii, anni 1667. Præsidente Reverendissimo Patre Antonio de Velasco Generali Ordinis Procuratore, loco Reverendissimi P. Ministri Generalis totius Seraphici Ordinis.

In primis triennio feliciter absoluto sub Commissariatu Reverendiss. P. Bonaventuræ Caballo, denuò sua Paternitatis Reverendissima fuit confirmata per aliud triennium à Sanctæ mem. Alexandro VII. per suum Breve de motu proprio.

Biennio non absoluto, etiam confirmatus fuit à Reverendiss. P. Ildephonso Salizanes Ministro Generali in officio Procuratoris Generalis supradictus P. Antonius de Velasco Provinciæ Sancti Jacobi lector Jubilatus, ac Sancti Officii Qualificator.

Commissarius Generalis Curiæ.

Adm. R. P. Evangelista Barzagus Cremensis, Provinciæ Brixiæ Prædicator, & Lector Generalis, suæ Provinciæ Pater, ac Sancti Officii Consultor.

Diffinitores Generales Cismontanæ Familiæ per Patres Vocales Observantium, & Reformatorum, capitulariter, ac legitimè congregatos electi anno Domini, ut supra, die verò trigesima mensis Maii, sunt, scilicet.

Adm. R. P. Antonius Stephanoniez, Provinciæ Minoris Poloniæ Ex-Minister, & Custos.

Adm. R. P. Clemens à Neapoli, Provinciæ Reformatæ Terræ laboris Ex-Minister.

Adm. R. P. Franciscus Maria de Castro Sancti Petri, Provinciæ Bononiæ lector Jubilatus, & Custos.

Adm. R. P. Antonius Cataneus, Provinciæ Mediolani, Secretarius Generalis Ordinis, & Custos.

Adm. R. P. Agnellus de Neapoli lector Jubilatus Provinciæ Terræ laboris, Secretarius Generalis Cismontanæ Familiæ.

Adm. R. P. Marcus de Luca, Provinciæ Reformatæ Romanæ, electus per Breve a Sanctissimo Domino Nostro Alexandro VII.

Summarium provisionum editarum in Generali Congregatione Fratrum Minorum Observantium, & Reformatorum.

PRimò sub die 31. Maii, anno 1667. in pleno Generali Diffinitorio ad instantiam Provinciæ Observantiæ Siciliæ, Conventus Sanctæ Mariæ de Jesu in Civitate Messanæ institutus fuit in Studium in ordine ad Iubilationem.

2. Ad instantiam Provinciæ Observantiæ Vallis Nethi deputatus fuit Conventus Sanctæ Mariæ de Jesu Civitatis Vallettæ pro Studio Generali.

3. Ad instantiam Provinciæ Observantiæ Vallis Mazariæ Conventus Sanctæ Mariæ de Iesu Civitatis de Drepano institutus fuit pro studio Generali.

Sub

Digitized by Google

Sub die prima Junii 1667.

1. In eodem pleno Diffinitorio Generali Conventus Sancti Martini de Cerigo, ad instantiam Ministri Provincialis Candiæ, instituta fuit in Conventum formalem cum dispensatione super iis, quæ ex Constitutionibus Generalibus obstarent.

2. Petitio Patrum Diffinitorum Generalium habitualium pro voto perpetuo in suis Provinciis remissa fuit ad Capitulum Generale celebrandum.

3. Petitio Provinciæ Reformatæ Minoris Poloniæ pro judicandis Causis Criminalibus à solo P. Ministro Provinciali cum Discretis loci, ponderabitur, & resolvetur secundum quod magis expedire videbitur.

4. Interdictum est Fratribus Provinciæ Candiæ, ne deinceps incorporentur in alienas Provincias, juxtà Constitutiones alias super hoc editas.

5. Ad instantiam Provinciæ Observantiæ Septem Martyrum Studium Generale Civitatis de Monte Leone institutum fuit in ordine ad Jubilationem.

Sub die 2. Junii 1667.

1. In eodem pleno Generali Diffinitorio R. P. Franciscus Maria de Palitio Provinciæ Vallis Mazariæ de Observantia Lector Jubilatus, confirmatus fuit in Guardianum Hierusalem ob insignem zelum, & prudentiam.

2. P. F. Arsenius de Mediolano deputatus fuit Guardianus Constantinopolis.

3. Determinatum est, unamquamque Provinciam teneri ad vestiendum Fratres Studentes, qui in ea commorantur, exceptis iis, qui manent in Conventu Sanctæ Mariæ de Ara-Cœli, & Sanctæ Mariæ Novæ Neapolis.

4. In Provincia Russiæ Conventus Leopolitanus Sancti Andreæ pro Studio Generali in ordine ad Jubilationem deputatus fuit.

5. Conventus Civitatis de Aversa Provinciæ Observantiæ Terræ laboris deputatus fuit pro Studio Generali.

6. Controversia de præcedentia inter ex Procuratores Generales, & Commissarios Curiæ præteritos remissa fuit Sacræ Congregationi, vel Eminentissimo Protectori.

7. Præceptum est Ministris Provincialibus tàm Observantibus, quàm Reformatis, ne in posterum in suis Provinciis admittant, vel recipiant Tertiarios, absque ipsorum respectivè Provincialium licentia.

8. Litteris Civitatis Nethi super officium S. Conradi nostri Ordinis Tertiarii responsum est, quod facta Summi Pontificis Creatione, causa adjuvabitur, prout fieri poterit.

9. Lis de præcedentia inter Provincias Observantiæ Vallis Mazariæ, & Vallis Nethi, & inter has cùm Provincia Siciliæ, remissa fuit Generali Capitulo, & interim nihil circa eam innovandum esse.

Sub die 3. Junii 1667.

1. Studium Generale Brixiæ institutum fuit in ordine ad Jubilationem.

2. Conventus Sancti Bernardini Cremæ deputatus fuit pro Studio Generali.

3. Provinciæ Observ. Basilicatæ concessum fuit Studium Generale pro Conventu Civitatis Tricariæ.

4. Concessum fuit Provinciæ Reformatæ Bohemiæ, ut reassumat antiquum Titulum, & Sigillum Provinciæ S. Wenceslai cum inscriptione Ordinis *Christ. Seraph.* Minorum Sancti Francisci Reformatorum.

4. Determinatum est, quod in causa præcedentiæ in Provincia Bohemiæ, & Provinciæ Majoris, & Minoris Poloniæ, Corsicæ, & Brixiæ servetur ordo Statutorum Generalium.

Sub die 4. Junii 1667.

1. In eodem pleno Generali Diffinitorio, primò determinatum est, quod Fratres Minoris Poloniæ, vel aliarum Provinciarum exterarum sine litteris obedientialibus Superiorum Generalium, manentes in Provincia Russiæ, remittantur ad propriam, quod intelligendum est de Fratribus, qui ibi commorantur post concordatum factum inter Provincias, & sine licentia Superiorum, & moneatur uterque Minister, ne hujusmodi ordinationem trasgrediatur sub pœnis in Statutis comminatis.

2. Resolutum est electionem Custodis mittendi ad Capitulum Generale, & electionem Commissarii relinquendi in absentia Ministri pertinere ad solum Diffinitorium.

3. Renovatur Statutum sub eisdem pœnis pro erectione Conventuum in debita distantia per Constitutiones Apostolicas declarata, & præcepta.

4. Præceptum est, ne Patres Reformati ullatenus recipiant Religiosos ex Observantia ad eos transire volentes, nisi servatis Decretis, & Ordinis Constitutionibus.

5. Deputatio Lectorum pro Studiis Generalibus relicta fuit, ut moris est, prudentiæ, & paterno zelo Reverendiss. P. Commissarii Generalis. Hisque omnibus, ac cæteris ad hujus Cismontanæ Familiæ bonum regimen spectantibus peractis, juxta pacificam, & prudentissimam directionem prænominati Reverendiss. P. Antonii de Velasco, Congregatio Generalis absoluta, & feliciter terminata fuit ad laudem, & gloriam D. O. M. sub die 4. Junii in Aracœlitano Conventu.

Fr. Antonius de Velasco Procurator Generalis, & Præses.
Fr. Bonaventura Caballus Commissarius Generalis.
Fr. Evangelista Barzagus Commissarius Generalis Curiæ.
Fr. Agnellus de Neapoli Diffinitor Generalis.
Fr. Antonius Stephanoniez Diffinitor Generalis.
Fr. Clemens à Neapoli Diffinitor Generalis.
Fr. Antonius Catanaus Diffinitor Generalis.
Fr. Franciscus Maria de Castro Sancti Petri, Diffinitor Generalis.

Confirmatio Privilegiorum omnium concessorum tam Guardiano Sacri Montis Sion, quam Fratribus, nec non locis Terræ Sanctæ.

CLEMENS PAPA IX.

Ad perpetuam rei memoriam.

Piis Christi Fidelium votis, ex quibus Sacrorum locorum venerationem, & animarum salutem provenire conspicimus, libenter annuimus, & illa, quantum Nobis ex alto conceditur, favoribus Apostolicis confovemus.

§. 1. Cum itaque, sicut dilectus Filius Ludovicus à Iustitia Frater expresse professus Provinciæ Granaten. Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum, ac Prædicator Verbi Dei, nec non Commissarius,

R

rius, ac Procurator Generalis in Romana Curia totius Familiæ Terræ Sanctæ, Nobis nuper exponi fecit ipſe, ad ejuſdem Terræ Sanctæ ſubſidium, eorumdemque Fratrum ibibi vineam Domini aſſiduè excolentium, ſacraque loca venerantium ſubſtentationem, nec non ad ſpiritualem Catholicorum in illis partibus degentium, eoque devotionis cauſa peregrinantium conſolationem, & profectum, omnia, & ſingula, gratias, privilegia, & indulgentias hucuſque ſacris ejuſdem Terræ Sanctæ locis, Apoſtolica auctoritate etiam confirmari, & approbari plurimum deſideret.

§. 2. Nos deſiderio hujuſmodi annuere, ipſumque Ludovicum ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequi volentes, & à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis à jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium duntaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, Supplicationibus illius nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, omnia, & ſingula privilegia, conceſſiones, facultates, indulta, indulgentias, cæteraſque gratias ſpirituales, & temporales eiſdem locis, & illa viſitantibus, nec non dicti Ordinis Guardiano, & Fratribus in dictis partibus degentibus, per quoſcumque Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac Sedem Apoſtolicam in genere, vel in ſpecie, aut aliàs quomodolibet conceſſa, quatenus ſint in uſu, & non ſint revocata, aut ſub aliquibus revocationibus comprehenſa exiſtant, Sacriſque Canonibus, Conſtitutionibus Apoſtolicis, ac Concilii Tridentini Decretis non adverſentur, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium confirmamus, & approbamus, ac perpetuæ inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robore communimus, ac omnes, & ſingulos, tàm juris, quam facti defectus, ſi qui deſuper in eis quomodolibet intervenerint, ſupplemus.

§. 3. Nec non inſuper omnibus, & ſingulis eorumdem Fratrum interpretibus nunc Hieroſolymis, Bethelem, & Nazareth exiſtentibus, & viventibus in cujuslibet eorum mortis articulo; ſi verè pœnitentes, & confeſſi, ac Sacra Communione refecti, vel quatenus id facere nequiverint, ſaltem contriti, nomen JESU ore, ſi potuerint, ſin minus corde devotè invocaverint, plenariam omnium peccatorum ſuorum indulgentiam, & remiſſionem miſericorditer in Domino concedimus, & elargimur.

§. 4. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub annulo Piſcatoris die 30. Septembris 1667. Pontificatus noſtri anno primo.

Literæ Clementis Noni Ildephonſo Salizanes, ut uſque ad novi Miniſtri Generalis electionem Ordinem gubernare poſſet, quamvis interim Epiſcopus electus fuiſſet &c.

CLEMENS PAPA IX.

Dilecto filio Ildephonſo Salizanes Miniſtro Generali Ordinis Fratrum Minorum S. Franciſci de Obſervantia nuncupatorum.

Dilecte fili ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Religionis zelus, vitæ, ac morum honeſtas, aliaque laudabilia probitatis, & virtutum merita, ſuper quibus apud Nos fide digno commendaris teſtimonio, Nos inducunt, ut te ſpecialibus favoribus, & gratiis proſequamur. Cum itaque evenire poſſit, ut Nos te alicui Cathedrali Eccleſiæ in partibus Hiſpaniarum conſiſtenti, nunc, ſeu pro tempore, Paſtoris ſolatio deſtitutæ, in Epiſcopum, & Paſtorem authoritate Apoſtolica præficiamus; Non pro paterno noſtro erga Ordinem Fratrum Minorum S. Franciſci de Obſervantia nuncupatorum, cujus tu Miniſter Generalis exiſtis, affectu providere volentes, ne idem Ordo interea, donec novus Miniſter Generalis eligatur, Rectore; atque Adminiſtratore careat; teque à quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, à jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtis, ad effectum præſentium duntaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes; ſupplicationibus tuo nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, Tibi, ut ſi contingat, Te, antequam tuum Generalatus Ordinis hujuſmodi officium expleveris, alicui Cathedrali Eccleſiæ in præfatis partibus Hiſpaniarum conſiſtenti, in Epiſcopum, & Paſtorem auctoritate præfata præfici, tu nihilominus, & jam poſtquam munus conſecrationis ſuſceperis, præfatum Generalatus officium, ut priùs, uſque ad Capituli Generalis dicti Ordinis proximè futuri celebrationem incluſivè proſequi, exercere, adminiſtrare, & continuare, ac in eodem Capitulo Generali vocem activam habere, nec non omnia, & ſingula, quæ nunc ratione Generalatus officii hujuſmodi, in eodem Ordine facere potes, pariformiter interea facere, mandare, & exequi liberè, & licitè poſſis, & valeas dicta auctoritate, & tenore præſentium concedimus, & indulgemus. Mandantes propterea in virtute Sanctæ Obedientiæ omnibus, & ſingulis præfati Ordinis Superioribus quocumque nomine nuncupatis, aliiſque officialibus, nec non Fratribus, Monialibus, & perſonis, ut Tibi, mandatiſque tuis, donec novi Miniſtri Generalis in Capitulo Generali hujuſmodi electio fiat, incluſivè, reverenter pareant, & obediant, alioquin ſententiam, ſive pœnam, quàm ritè tuleris, ſeu ſtatueris in rebelles, ratam habebimus, & faciemus, auctore Domino, uſque ad ſatisfactionem condignam inviolabiliter obſervari. Non obſtantibus &c.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub annulo Piſcatoris die 15. Decembris 1668. Pontificatus noſtri anno ſecundo.

Breve Clementis Noni eidem Ildephonſo, ut jam Epiſcopus Ordinem gubernare valeret uſque ad Capitulum, atque in eo votum habere &c.

CLEMENS PAPA IX.

Dilecto filio Ildephonſo Salizanes Epiſcopo Ovetenſi.

Dilecte fili ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Aliàs Nos Tibi, ut ſi contingeret, te antequam Generalatus Ordinis Fratrum Minorum S. Franciſci de Obſervantia nuncupatorum officium, quod tunc gerebas, expleviſſes, alicui Cathedrali Eccleſiæ in partibus Hiſpaniarum conſiſtenti in Epiſcopum, & Paſtorem auctoritate Apoſtolica præfici, Tu nihilominus, etiam poſtquam munus conſecrationis ſuſcepiſſes, præfatum Generalatus officium ut priùs, uſque ad Capituli Gen. dicti Ordinis, proximè futuri, celebrationem incluſivè, proſequi, exercere, adminiſtrare, & continuare, ac in eodem Capitulo Gen. vocem activam habere, nec non omnia, & ſingula, quæ tunc ratione Generalatus officii hujuſmodi in eodem Ordine facere poteras, pariformiter interea facere, mandare, & exequi liberè, & licitè, poſſes,

Digitized by Google

Posses, & valeres, dicta authoritate concessimus, & indulsimus, & aliàs, prout in nostris desuper in simili forma Brevis, die 15. Decembris proximè præteriti expeditis literis, quarum tenorem præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis haberi volumus, uberiùs continetur: & subinde Ecclesiæ Ovetensi Pastoris solatio destitutæ de persona tua, Nobis, & Venerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus, ob tuorum exigentiam meritorum, accepta, de Fratrum eorumdem consilio, authoritate præfata providimus, teque illi in Episcopum præfecimus, & Pastorem; Curam, Regimen, & administrationem ipsius Ecclesiæ Ovetensis, tibi in spiritualibus, & temporalibus plenariè committendo, prout in nostris sub plumbo desuper expeditis literis plenius continetur; nunc autem commoditati tuæ paterno affectu benignè consulere, teque amplioribus favoribus &c. Supplicationibus tuo nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Tibi tempus, intra quod, juxta sacrorum Canonum dispositionem, munus consecrationis ratione dictæ Ecclesiæ Ovetensis suscipere deberes, donec, & quousque proximè futurum Capitulum Generale Ordinis hujusmodi celebratum fuerit, eadem authoritate tenore præsentium prorogamus, extendimus, & ampliamus, decernentes easdem præsentes literas, firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac Tibi in omnibus, & per omnia plenissimè suffragari, sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus &c. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die 24. Augusti anno Domini 1669. Pontificatus nostri anno tertio.

Breve Clementis Noni, ut si Fr. Antonius de Velasco Commissarius Curiæ in Ministrum suæ Provinciæ fuisset electus, ipse ad Capitulum Generale ut Commissarius accederet, posset verò alter pro Ministro ex ipsa Provincia mitti &c.

CLEMENS PAPA IX.
Ad futuram rei memoriam.

EXponi Nobis nuper fecit dilectus filius Antonius de Velasco Fr. expressè professus, ac Lector Jubilatus, & in Romana Curia Procurator Gen. Ordin. Fratrum Min. S. Francisci de Observantia nuncupatorum, quod cum ipse in Hispaniam propè diem discessurus sit, fierique possit, ut in Ministrum Provincialem suæ Provinciæ dicti Ordinis, ante celebrationem proximè venturi Capituli Generalis ejusdem Ordinis, quod in festo Pentecostes anni proximè venturi 1670. celebrandum est, eligatur, atque ita ei ex duplici capite, nempe uti Procuratori Gen. dicti Ordinis, ac uti Ministro Provinciali Provinciæ hujusmodi jus ferendi votum, sive suffragium in dicto Capitulo Gen. competet; ipse Antonius considerans se, eo casu, unum duntaxat suffragium ferre posse, plurimum cupit à Nobis indulgeri, ut Provincia præfata Pro-Ministrum ad Capitulum Gen. hujusmodi mittendum eligere possit, qui ibidem voti, sive suffragii prærogativa gaudeat, quemadmodum servari solet, quando Minister Provincialis impeditur, quominùs Capitulo Gen. interesse possit. Nobis propterea idem Antonius humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur ipsum Antonium specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium duntaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, ut si memoratum Antonium in Ministrum Provincialem suæ Provinciæ, ante celebrationem proximè futuri Capituli Generalis hujusmodi, eligi contigerit, ipse quidem Antonius tamquam Procurator Generalis dicti Ordinis votum, sive suffragium in eodem Capitulo Generali, omnibusque illius electionibus, consultationibus, & actibus habeat, & ferat in omnibus, & per omnia, prout pro tempore existentes Procuratores Generales, juxta Apostolicas, & ipsius Ordinis constitutiones habere, & ferre consueverunt. Diffinitorium verò ejusdem Provinciæ, eo casu, aliquem Fratrem ejusdem Provinciæ, pietate, prudentia, charitate, & Religionis zelo conspicuum eligere valeat, qui dicto Capitulo Generali interesse, votumque, sive suffragium in omnibus electionibus, consultationibus, & actibus ibidem faciendis habere, & ferre possit, & debeat, prout haberet, & ferret Minister Provincialis ipsius Provinciæ, qui solo Provincialatus Officio fungeretur, authoritate Apostolica, tenore præsentium concedimus, & indulgemus. Decernentes &c.

Datum Romæ &c. die 18. Octobris 1669. Pontif. anno tertio.

CAPITULUM GENERALE SEPTUAGESIMUM QUARTUM.

Hæc est Tabula Celeberrimi Capituli Generalis Ordinis Fratrum Minorum Regularis Observantiæ, Seraphici Patris Nostri S. Francisci, Celebrati in Sacro ejusdem Conventu Vallis-Oleti, Almæ Provinciæ Immaculatæ Conceptionis, Die 24. Maji 1670.

Præsidente Illustrifs. & Reverendifs. D. D. Federico Borromeo Patriarcha Alexandrino, S. Sedis Apostolicæ in Regnis Hispaniarum apud Regem Catholicum cum potestate Legati à Latere, Nuncio &c. In quo ducenta, & sexaginta suffragia ex toto Terrarum Orbe ad electionem convenerunt. Sanctissimo Domino Nostro Clemente Decimo Summo Pontifice.

In Nomine Domini. Amen.

IN primis expleto sexennio, & non minori pace, quam cum singulari, & nunquam satis laudata prudentia, omniumque satisfactione, absoluto feliciter Ministeriatu Generali Reverendissimi Patris, & Illustrifs. D. D. Fratris Ildephonsi Salizanes, electi, & confirmati Episcopi Ovetensis, Reverendissimus Pater F. Franciscus Maria Rhini à Politio, Lector Jubilatus, Sanctæ Inquisitionis Qualificator, & Consultor, Provinciæ Vallis Mazzariæ Regularis Observantiæ Pater, Sacri Montis Syon Guardianus. Commissarius Apostolicus in Partibus Orientis, & totius Terræ Sanctæ Custos, eunctorum animis, incredibili propensione, & meritorum veneratione ad ipsum ex omni natione confluentibus, cum maximo plausu, & libentissimis suffragantium votis in Ministrum Generalem totius Ordinis Fratrum Minorum ritè, & canonicè electus est.

Commissarius Generalis Cismontanæ Familiæ.

Reverendissimus Pater Fr. Joseph Ximenez Samaniego, Lector Iubilatus, Theologus Catholicæ Majestatis pro Promotione Sac. Mysterii Immaculatæ Conceptionis, Provinciæ Burgensis olim Minister Provincialis, & Custos, omnium Vocalium votis, & communi plausu in Commissarium Generalem hujus Cismontanæ Familiæ canonicè electus est.

Pater utriusque Familiæ.

Rev. P., & Illustrifs. D. D. F. Ildephonsus Salizanes Exminister Generalis, electus, & confirmatus Episcopus Ovetensis.

Procurator Generalis Ordinis in Curia Romana.

R. A. P. Fr. Franciscus Maria à Bononia, Lector Jubilatus, Sac. Congreg. Indicis, & Rituum Consultor, Provinciæ Bononiæ Regularis Observantiæ Exminister Provincialis, & Exdiffinitor Generalis Ordinis.

Commissarius Generalis in eadem Curia.

Rev. A. P. Fr. Joseph Coppons, Lector Jubilatus, Provinciæ Cathalauniæ olim Minister Provincialis, & Custos; Sine prejudicio tamen admod. Rever. Pater Fr. Didaci de Medibil, qui cum titulo Commiss. Generalis in eadem Curia a die possessus Procuratoriatus Generalis, biennium adimplere debet.

Diffinitores Generales Ultramontanæ Familiæ.

1. Rev. A. P. Fr. Gabriel à Politio, Provinciæ Vallis Mazzariæ Regularis Observantiæ Minister Provincialis.

2. Rever. A. P. Fr. Franciscus Gattinara, Provinciæ Mediolanensis Regularis Observantiæ Custos.

3. R. A. P. F. Antonius Franciscus à Genua, Exsecretarius Generalis Ordinis, Provinciæ Jannensis Pater, & Prominister.

4. R. A. P. Fr. Hiacynthus ab Alexandria, Sacræ Theologiæ Lector, & Provinciæ Sancti Didaci Reformatorum Custos.

5. R. A. P. F. Maximilianus Alchivich, Provinciæ Sancti Ladislai Regularis Observantiæ Minister Provincialis.

6. R. A. P. F. Antonius à Melitello, Provinciæ Reformatæ Siciliæ Custos.

Diffinitores Generales Cismontanæ Familiæ.

1. R. A. P. F. Antonius de Medina, Concionator Regis Catholici, Provinciæ Sancti Jacobi olim Minister Provincialis, & Prominister.

2. R. A. P. F. Antonius Bohordo, Lector Iubilatus, Provinciæ Immac. Conceptionis Minister Provincialis.

3. R. A. P. F. Gullielmus Herinex, Lector Iubilatus, Provinciæ Germaniæ inferioris Pater, & Prominister.

4. R. A. P. Fr. Antonius le Graffe, Concionator Regis Christianissimi, Provinciæ Sancti Ludovici Regularis Observantiæ Pater, & Prominister.

5. R. A. P. Fr. Silvester Caster, Provinciæ Sanctissimi Sacramenti Recollectorum Minister Provincialis.

6. R. A. P. F. Patritius Tyrellus, sacræ Theologiæ Lector Generalis, Provinciæ Hiberniæ Pater, Exsecretarius Generalis Ordinis, & Provinciæ Daciæ Minister Provincialis.

Diffinitores Generales super additi decreto hujus Capituli Generalis.

Pro Ultramontana Familia.

1. R. A. P. F. Ioseph à Cuneo, Provinciæ Sancti Thomæ Pedemontis Regularis Observantiæ Minister Provincialis.

2. R. A. P. F. Vincentius à Bassiano, Provinciæ Romanæ Observantium Custos.

3. R. A. P. F. Bonaventura à Consentis, Provinciæ Calabriæ Reformatorum Minister Provincialis.

Pro

Fra Cismontana Familia.

1. R. A. P. F. Joannes Romanus, Lector jubilatus, Sanctæ inquisitionis Qualificator, & Provinciæ Castellæ Minister. Provincialis.

2. R. A. P. F. Ludovicus Cæsar, Lector jubilatus, Provinciæ Portugalliæ Pater, & Custos.

3. Rever. A. P. Fr. Sebastianus Girard, Doctor Parisiensis, & Provinciæ magnæ Franciæ Prominister.

4. R. A. P. F. Joannes à Sancto Bernardo, Lector jubilatus, Sanctæ Inquisitionis Qualificator, & Provinciæ Sancti Michaelis Tertii Ordinis in Bethica Minister Provincialis.

Guardianus, & Custos Terræ Sanctæ Hierosolymorum.

R. A. P. F. Theophilus à Nola, Lector jubilatus, Provinciæ Terræ Laboris Regularis Observantiæ Pater.

Guardianus Constantinapolitanus.

Relinquitur arbitrio Reverendissimi Ministri Generalis.

Confirmatio Apostolica Reverendissimi Patris Generalis.

Dilecto Filio Francisco Mariæ Rhini à Palitio Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci ac Observantia nuncupatorum Ministro Generali.

CLEMENS PAPA X.

Dilecte Fili salutem, & Apostolicam Benedictionem.

CUM, sicut Nobis nuper exponi fecisti, Tu in Capitulo Generali Fratrum Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum in Civitate Vallisoleti novissimè celebrato, in Ministrum Generalem ejusdem Ordinis canonicè electus fueris, electionemque hujusmodi pro majori illius validitate, & subsistentia Apostolicæ Confirmationis nostræ robore communiri summopere desideres. Nos sperantes electionem hujusmodi de persona tua, ut præfertur, factam, ob tuum Religionis zelum, fidem, prudentiam, integritatem, & doctrinam eidem Ordini plurimum profuturam, teque specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existis, ad effectum præsentium duntaxat consequendi, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus tuo nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati: Electionem de persona tua in Ministrum Generalem dicti Ordinis, ut præfertur, factam, Apostolica Auctoritate, tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos Juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac, quatenus opus sit, dicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alias roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice duntaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die sexta Septembris MDCLXX. Pontificatus Nostri Anno Primo.

I. G. Slusius.

Frater Franciscus Maria Rhini à Politio totius Ordinis S. Patris nostri Francisci Minister Generalis, & servus: universis in Christo Jesu dilectissimis ejusdem Ordinis Fratribus, tam Superioribus, quam subditis, salutem in Domino sempiternam.

TEnuitatis meæ conscius, gravem nimia, & molestam sentio totius Religionis Seraphicæ per Orbem diffusæ sarcinam, Imbecillitatis meæ humeris divina providentia impositam, dum Patrum Vocalium undequaque confluentium suffragiis, in vigilia Pentecostes anni præsentis, Vallis Oleti, juxta præscriptum Regulæ, electus fui in Generalem Ministrum, & servum totius Fraternitatis, atque adeo in legitimum successorem Seraphici P. N. Francisci, cujus etiam dignitas in indigno hærede non deficit.

Non Ego elegi vos, sed vos in Capitulo Religionis congregati me elegistis, & speculatorem domus Israel constituistis, nec non Custodem vineæ illius electæ, quam cœlestis Agricola plantavit in solo militantis Ecclesiæ, per alterum Angelum ascendentem ab ortu solis, habentem signum Dei vivi, B. Franciscum, quæ extendit palmites suos à mari usque ad mare, & a flumine usque ad terminos Orbis terrarum, propagines suas, imò quæ hujus hemispherii angustiis nequiens contineri, in ipsa America ingenti velocitate, & animarum fructu, mirabiliter excrevit.

Adjutorium proindè vestrum, Fratres & Filii amantissimi, instanter imploro, ut vobis auxiliantibus, onus, cui de vestro, ac (uti confido) divino beneplacito, humeros imbecilles supposui, non solum tolerabile, sed ipsi Deo in primis gloriosum, Ecclesiæ, ac Religioni Seraphicæ proficuum, mihi denique salutare fiat; ne quando sanguis animarum vestrarum, pro quibus Mercator non insipiens sanguinem suum dedit, de manibus meis requiratur, ne quando, loquam, in me verificari contingat. *Posuerunt me Custodem in vineis, vineam meam non custodivi.*

Præstabitis porrò adjutorium singuli, si non tantum vestris, quas suppliciter efflagito, orationibus, copiosum Sancti Spiritus robur à Deo mihi impetrare studeatis; verum etiam vitæ, ac Religionis Seraphicæ jugum per Christi gratiam suave, & leve, quod singuli per sanctam professionem voluntariè assumpsistis, fideliter, & perseveranter portetis; si quod professione celebratis, opere compleatis; si singuli in suis muniis seduli, & vigilantes, si sacræ Regulæ boni æmulatores effecti, in ea coram Deo, Angelis, & hominibus gloriosi fieri contenda-

datis ; ſi attendatis ad petram , undè exciſi eſtis , ad Seraphicum veſtrum Patrem , qui genuit vos ; ad Seraphicam Religionem Matrem veſtram , quæ peperit vos Chriſto ; ad pactum quod ſpopondiſtis ; ad Regulam quam coram Angelis , & Sanctia Deo voviſtis ; ad Conſtitutiones , quæ inſtar antemuralis , Regulam , ſeu vineæ Seraphicæ murum , in ſua firmitate cuſtodiunt .

Alioquin ſanè , dilectiſſimi , corda veſtra aggravantes , ſarcinam ipſam officii mei aggravabitis , imò omnino importabilem culpa veſtra reddetis , ſed offendiculum proximo veſtro præbentes , obloquentium vituperationibus fictis obnoxii . Digna enim ab ipſis ſæculi ſectatoribus repræhenſione carpemur , & noſtro vitio linguæ eorumdem in opprobrium quoque noſtræ ſe Religionis armabunt , ſi mores noſtri à Religioſæ , ac Seraphicæ vitæ inſtitutis diſcrepaverint . Si qui verò (quod Deus avertat) reperirentur , qui conſuetudinis , verius corruptelæ prætextu , adverſus Regulæ præcepta , ſeu puritatem , ſibi , aut aliis pulvillos laxitatum ſub cubitis conſuere non erubeſcerent , ſciant , quòd Sacra Religio talem conſuetudinem non admiſerit , ſed ei jugiter in Capitulis Generalibus contradixerit , ac noviſſimè in præſenti Capitulo Vallis-Oletano concorditer proteſtata fuerit , nullam in Regulæ præceptis relaxationem ſe agnoſcere , aut tolerare , quinimò omnia adamuſſim declarationum Papalium in viridi obligatione perſiſtere .

Ad omnes pertinet iſte noſter ſermo , quos cura noſtra complectitur . Omnes vos per viſcera miſericordiæ Dei noſtri , & pretioſum Sanguinem Jeſu Chriſti pro ſalute noſtra in ſacro Monte Calvariæ (quem ex ſingulari Dei bonitate quinque annorum curriculo , velut Terræ Sanctæ Præſul , licèt indignus , incolui) effuſum , obteſtor , ut memores vocationis , & profeſſionis veſtræ , ea , quæ Domino voviſtis , de die in diem reddere fideliter ſtudeatis .

In primis autem cordibus omnium inculcata maneat obſervantia Evangelicæ paupertatis , quæ noſtri Ordinis eſt fundamentum , *cui ſubſtrato primariè , ſic omnis ſtructura Religionis innititur , ut ipſius firmitate firmetur , & everſione funditus evertatur* , ipſo Patre Seraphico atteſtante , qui ad eadem nos in Regula extimulans . *Hæc eſt* (inquit) *illa celſitudo altiſſimæ paupertatis , quæ vos , chariſſimos Fratres meos hæredes , & reges Regni Cælorum inſtituit , pauperes rebus fecit , virtutibus ſublimavit . Hæc ſit portio veſtra , quæ perducit in terram viventium . Cui dilectiſſimi Fratres totaliter inhærentes , nihil aliud pro nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti in perpetuum ſub cælo habere velitis* .

Hæc ipſa in nobis , non ſolùm proprium in particulari , peſtem etiam cæteris Religioſis , ac Religionibus exitialem , excludit , ſed inſuper in communi , ad normam Papalium declarationum , quibus Religioni ſaluberrimè providetur , ut Regula ipſa hac in parte ſecurius valeat obſervari . Hæc eadem ad arctum in multis per Regulam expreſſis uſum , quoad numerum nempè tunicarum , carentiam calceamentorum , abſtinentiam ab equitando , citra manifeſtam neceſſitatem , omnimodam ab uſu pecuniæ elongationem , nos omnes graviter adſtringit . Hæc conſcientias noſtras coarctat ad veſtium vilitatem , ad uſum in aliis articulis per Regulam non expreſſis moderatum . Hæc eſt Evangelica illa margarita , quam , ſicut , relictis omnibus , ſtuduimus nobis comparare , ſic eam laboremus fideliter conſervare . Quapropter ea , quæ de vilitate , aſperitate (ſalva ſemper honeſtate) veſtimentorum , & quoad longitudinem , ac latitudinem eorumdem , in Conſtitutionibus Ordinis ſalubriter conſtituta ſunt , illibatè ſerventur , ne ipſa curioſitas , aut pompa veſtitus coarguat nos , veluti à ſpiritu Seraphico degeneres .

Pariter nobis omnibus , tam ſuperioribus , quam ſubditis , cordi ſit vitæ communis ſequela , ſive obſervantia , vitæ Religioſæ baſis , & fulcimentum , tantopere per Conſtitutiones Eccleſiæ , ac Religionis inculcata . A qua gradus eminens quarumvis perſonarum , etſi Prælaturarum præſenti , vel præterita functione fulgentium , ſic eas non eximit , ut potiùs ad officia alioquin inhabilitet , arctiuſque ad ipſam conſtringat illos , qui dati ſunt inferioribus in exemplum , quod ſequantur .

Et quoniam virulentum Religionis venenum eſt , impunis ad favores perſonarum ſæcularium , ſivè extra Ordinem conſtitutarum recurſus , quo plerumq; & obedientiæ puritas infringitur , & humilitatis Franciſcanæ ſplendor marceſcit , & juſtitiæ diſtributivæ æquitas inflectitur , ipſaque Regiminis neceſſaria authoritas , poſtpoſitis cauſarum , & perſonarum meritis , ſubindè violenter , cum Ordinis confuſione , & conſcientiarum multiplici diſpendio , ſauciantur : Declaramus nos , inhærendo Conſtitutionibus Apoſtolicis deſuper emanatis , & in Generalibus Conſtitutionibus contentis , ac noviſſimè confirmatis per felicis recordationis Urbanum Octavum (cujus Conſtitutio ad effectum præſentium fuit in hoc Capitulo denuo coram Patribus Vocalibus promulgata , ne quæſitus ex abuſu quorumdam prætextus aliquem fallat , ſeu palpet) modis omnibus contrà tranſgreſſores juxta earumdem tenorem , omni diſſimulatione poſtpoſita , proceſſuros . Quorum nihilominus conſcientias maculare non ceſſabit etiam occulta tranſgreſſio , etſi ſoli Deo perſpecta .

Cæterum reſplendeat in loquela modeſtia , in moribus honeſtas , in inceſſu maturitas , in tonſura Religioſitas , per præmiſſas Conſtitutiones patenter expreſſa , in converſatione circumſpectio ; abſit omnis ſiniſtræ ſuſpicionis occaſio , vi Regulæ , etiam dum nihil inhoneſti ſubeſt , vitanda , ut & qui exadverſo eſt , vereatur , nihil malum habens dicere de nobis : in quem finem firmiter præcipio , ut nemo ſine comite , & actionum teſte , egrediatur , aut foris maneat , ad normam Generalium Conſtitutionum .

Nec mirum , ſi dum negligentius in præmiſſis , aut aliis interdum agunt , ſivè ſuperiores , ſive ſubditi , ſqualeat , aut ruat religioſa Congregatio , locumque habeat lamentatio Hieremiæ : *Quomodo obſcuratum eſt aurum , mutatus eſt color optimus ?* Sà dum (ut idem plangit) *luxit antemurale* , Monaſticarum obſervantiarum , *murus pariter* Religionis , ſeu vineæ deſtructus , *exterminavit eam aper de ſilva , & ſingularis ferus eam depaſcatur* , uti canit Regius Vates .

Itaque , Fratres mei chariſſimi , & deſideratiſſimi gaudium meum , & corona mea , ambulemus omnes dignè vocatione , qua vocati ſumus , ſoliciti ſervare puritatem Regulæ , vigorem Conſtitutionum , unitatem denique ſpiritus in vinculo pacis . In omnibus præbeamus noſmetipſos Mundo (cui ad hoc dati ſumus , & qui reciprocè ex ſingulari , ac ſtupenda Dei benevolentia adeò liberaliter nos paſcit) exemplum bonorum operum , memores divinæ per Seraphicum Patrem ploratæ , & per me pauperculum ejus ſucceſſorem , ex animo firmatæ maledictionis contra eos , qui de ſe exempla pravitatis dantes , confundunt , ac deſtruunt , quod per ſanctos Fratres Deus in Religione ædificavit , ac jugiter ædificare non ceſſat . Sic igitur ſtemus in Domino chariſſimi . Cumque has noſtras

Digitized by Google

ſtras cohortationes auribus, ſeu mentibus veſtris adhibemus, Ipſum Seraphicum Patrem, cujus locum, quamvis immeriti, tenemus, luqui credita: quia & illius vos affectu monemus, nec aliud, quàm quod præſcripſit, & docuit, prædicamus.

Quo circa, ò dilectiſſimi Fratres, & in æternum benedicti filii, audite me, & in me vocem Patris veſtri Franciſci: *Magna promiſimus, majora promiſſa ſunt nobis; Servemus hæc, ſuſpiremus ad illa; & quicumque hæc obſervaverit, in Cælo repleatur benedictione Altiſſimi Patris cæleſtis, & in terra repleatur Benedictione dilectiſſimi Filii ſui cum Sanctiſſimo Spiritu paracleto, & omnibus virtutibus Cælorum, & omnibus Sanctis; Et ego veſter ſervus in Domino, quantumcumque poſſum, confirmo vobis intus, & foris iſtam Sanctiſſimi P. N. Franciſci, & meam benedictionem, Amen.* Valete in Chriſto Ieſu, & hanc noſtram epiſtolam in omnibus Conventibus Religionis legi curate. Datum Vallis-Oleti in Conventu noſtro Regali Sancti Franciſci, die 31. Maii 1670. ſub noſtro Chirographo, officiique ſigillo majori.

Fr. Franciſcus Maria Rhini de Politio
Miniſter Generalis.

Loco ✠ Sigilli.

Da Mandato S. Rever. P.

Fr. Stephanus à Ficcarra
Secretarius Generalis Ordinis.

CONSTITUTIONES GENERALES.

Pro Utraque Familia.

1. DEclarat in primis, & proteſtatur Capitulum Generale (prout ſæpius antea in aliis Capitulis Generalibus declaratum eſt) in nullo Regulæ præcepto hactenus nobiſcum diſpenſatum fuiſſe, nec Ordinem noſtrum ullam unquam admiſiſſe, vel admittere Diſpenſationem: ſed potius valle pro viribus, divino favente auxilio, illam pure obſervare juxta Summorum Pontificum declarationes communiter à Religione admiſſas, & ſignanter Nicolai Tertii, & Clementis Quinti, ac normam Conſtitutionum Generalium Ordinis, utriuſque reſpectivè Familiæ; Pro Ultramontana videlicet, conditarum, & tempore Generalatus Reverendiſſimi, & Illuſtriſſimi D. D. Fratris Michaelis Angeli a Sambuca recompilatarum: de novo tamen juxtà petita Diſcretorii Generalis, revidandarum, & corrigendarum. Barchinonenſium verò Segoviæ recognitarum, & bravi recompilandarum pro Ciſmontana Familia, intactis ſemper, & in robore permanentibus Municipalibus ſtatutis cujuſque Nationis, & ſtatus, Reformatorum ſcilicet Italiæ, Excalceatorum Hiſpaniæ, & Recollectorum Galliæ editis: dummodò non contrarientur Conſtitutionibus Apoſtolicis, & conducant ad ſtrictiorem ejuſdem Regulæ, antiquæ ſuæ, & laudabilis conſuetudinis obſervantiam.

2. Capitulum Generale, ob plurima, & quidem gravia motiva, cenſuit, & decrevit multiplicandos eſſe Diffinitores Generales in utraque Familia, & Ciſmontanæ addendos quatuor: unum ſcilicèt pro Excalceatis Hiſpaniæ; alium pro Gallia; tertium pro Luſitania, ejuſque Provinciis, & quartum pro Provinciis tertii Ordinis tam Galliæ, quàm Hiſpaniæ, & Luſitaniæ, ſervata inter ipſas alternativa quoad hujuſmodi Diffinitorem Generalem; ea tamen lege quod Vocales Tertii Ordinis Nationis Gallicanæ ad Comitia Generalia deinceps accedant; Ultramontanæ verò Familiæ addendos tres, unum ſcilicèt pro Reformatis, & duos pro Obſervantibus, quorum trium, unus ſemper aſſumendus eſt ex Regnis Neapolitano, & Siculo; alter, etiam in perpetuum, ex reliqua Italiæ parte, & alius per alternas vices, nunc ex dicta reliqua Italiæ parte, nunc ex ultramarinis Provinciis ejuſdem Familiæ. Hæc Diffinitorum Generalium multiplicatio, & additio in præſenti Capitulo Generali executioni demandata eſt, excepta ſolum ea parte, quæ Patres Excalceatos Hiſpaniæ concernit; Hi enim declaraverunt ſe malle habere vocem paſſivam ad tres Diffinitoriatus Generales Nationis Hiſpaniæ, quam unum tantummodo Diffinitorem Generalem pro ipſis conſignatum: quapropter relicta eſt pro hac vice electio libera à prædicta conſignatione.

3. Perpenſa ingenti negotiorum mole, ad quam cum ipſa Religione mirum in modum ita excreverant agenda, & expedienda, quod duorum duntaxat Secretariorum vires ſuperet decrevit Diffinitorium Generale tertium adjungere Secretarium Generalem, qui plurimum Idiomatum peritus Miniſtro Generali à ſecretis aſſiſtat, & negotia expediat diverſarum Nationum & linguarum; quique in præmium ſui laboris ſit particeps privilegiorum, & prærogativarum, quę per Generales Ordinis Conſtitutiones conceduntur aliis Secretariis Generalibus, cum quibus, quoad pręcedentiam, ſervabit Ordinis antiquitatem.

4. Et ne Ordo deſtituatur optato interdum regimine Fratrum, quos majori rerum ejuſdem experientia pollere dignoſcit: Determinat Diffinitorium Generale, quod exoretur Summus Pontifex pro reſtrictione temporis vacantię officiorum Procuratorum Generalium, & Commiſſariorum Romanę Curię, nec non Secretariorum Generalium, ad decennium, ut ad ulteriora Ordinis officia promoveri poſſint.

5. Ad extirpandum deteſtabilem abuſum recurſus ad favores ſęcularium pro obtinendis Pręlaturis, officiis, gratiis, aut privilegiis in Ordine, Capitulum Generale de novo admittit Breve Sanctiſſimi D. fel. rec. Urbani Papę Octavi, quod incipit: *Admonemur Paſtoralis officii*, Lectum, & publicatum in Diſcretorio Generali, proponitur univerſo Ordini exactè obſervandum; & ne ejus ignorantia ab ullo velut ſpecioſus ſuæ ambitionis pretextus allegetur, pręcipit Diffinitorium Generale univerſis, & ſingulis Superioribus localibus, & Chori Pręfectis, ut in plena communitate legatur in Ciſmontana Familia, quoties leguntur declarationes Regulę poſt ipſas, & ante Conſtitutiones Generales. In Ultramontana verò legantur pariter dictę declarationes, videlicet Nicolaii Tertii, quę incipit: *Exiit qui ſeminat*, &c. Et Clementis Quinti, quę incipit: *Exivi de Paradiſo*: & poſt ipſas dictum Breve, ter in anno: primo per menſem Januarii: ſecundo per menſem Maii: tertio per menſem Septembris. Item à Commiſſariis, vel Superioribus Provinciarum intimetur, & publicetur in ſingulis Conventibus, una cum Convocatoriis pro Capitulis, vel Congregationibus, & quoties congregatur Diffinitorium ad aliquam electionem faciendam: Secus autem facientes, pro prima vice ſuſpendantur ab officiis Superioris arbitrio, pro ſecunda duplicetur ſuſpenſio, pro tertia verò, omninò priventur, utque omnibus ſit pervium, his Conſtitutionibus ſubnectendum duxit.

6. De-

6. Declarat Diffinitorium Generale omnes, & singulos Ministros Provinciales, qui non accesserunt ad hoc Generale Capitulum, incurrisse pœnas alias impositas per Constitutiones Generales Ordinis, scilicet privationis officii, & vocis activę, & passivę per tres annos ipso facto incorrendas, nisi sufficientem excusationem exhibuerint Reverendiss. P. Ministro, vel Commissario Generali respectivè intrà spatium duorum mensium numerandorum ab hujus decreti intimatione. Illi autem ex Ultramontana Familia, qui quacumque de causa, vel occasione, adhuc licita, accedere pretermiserunt, post expletum Ministeriatus officium, ultimum habeant locum inter Provinciales preteritos.

7. Quod in aliis Capitulis Generalibus determinatum fuit, denuò per presens decernitur, scilicet, quod ut satisfiat piæ nostri Ordinis devotioni, & strictæ fraternitati erga sacrum Prædicatorum Ordinem; obnixissimè exoretur Sancta Sedes Apostolica pro licentia, Sanctissimi Patriarchæ nostri Dominici Natalem pari ritu celebrandi, quo Seraphicum Patrem nostrum Franciscum celebramus: atque quoties in anni decursu contingat Divi Francisci fieri commemorationem, liceat & P. N. Sancti Dominici memoriam annectere, ambosque simul, & indiviaè colere, quos eadem fides, & gratia verè fecit esse Germanos.

8. Sed & Beatam Catharinam Senensem illius, & nostræ Religionis venerabile decus, eo saltem ritu celebrandi, quo charissimi, & Religiosissimi Patres Prædicatores Claram nostram, & suam, dignati sunt suis fastis adscribere.

Pro Ultramontana Familia.

1. CApitulum Generale districtè præcipit Ministris Provincialibus, Commissariis Visitatoribus, ac locorum Superioribus, sub pœna privationis suorum officiorum ipso facto incurrenda, quod observent, & observari faciant Constitutiones Generales nuperrimè compilatas, *de Vestimentorum ratione, & qualitate*: & sub eadem pœna teneantur invigilare super observantiam earumdem Constitutionum, §. 10. *de tonsura, & §. 1. de divina officio, cap. 7. Sicut & reliqua, quæ præscribuntur de Disciplina Chori, de ordine psallendi, & cantandi, de pia in Ecclesia versandi ratione, de tollenda Evagatione Fratrum, ac avertendis abusibus equitandi, de servanda altissima paupertate* ad tenorem Regulæ, & juxta declarationes Summorum Pontificum admissas, ut supra.

2. Declarat insuper Diffinitorium Generale Ministros Provinciales recipientes, & retinentes Apostatas aliarum Provinciarum, incurrere pœnas impositas per Constitutiones Generales Ordinis, scilicet, privationis suorum officiorum, & sub eadem pœna dictos Ministros, & Superiores locales teneri post triduanam Apostatarum carcerationem, illos confestim ad proprias dimittere Provincias cum literis testimonialibus suæ apostasiæ.

3. Decernit prætrrea Capitulum Generale puniendos esse tanquam Apostatas omnes, & quoscumque Fratres, tam Observantes, quam Reformatos accedentes ad loca, in quibus sunt nostri Ordinis Conventus, qui non accesserint ad eorumdem Superiores, ut debitam ipsis exhibeant obedientiam, & petant Benedictionem, prout per Constitutiones Generales Ordinis *an.* 7. desuper sancitum est.

4. Declarat Diffinitorium Generale non licere Custodibus, aut Diffinitoribus Provinciarum, sive actuales sint, sive habituales, socios habere, sub pœna plectendos esse Provinciarum, & locorum Superiores aliter permittentes: siquidem obstant Apostolicæ, & Generales nostri Ordinis Constitutiones.

5. Patribus connumeratis inter eos, qui Ministri fuerunt, vel Diffinitores Provinciarum cum communicatione omnium privilegiorum, quæ per dictas Constitutiones ipsis conceduntur, declarat Diffinitorium Generale competere etiam Jus ad subrogandum; minimè tamen Pro-ministris, aut aliis, qui, quoad præcedentiam duntaxat, prædictis Patribus aggregantur.

6. Inhærendo Constitutioni fel. rec. Urbani Papæ Octavi, ac Declarationi Sacr. Congregationis Episcoporum, & Regularium, determinat Diffinitorium Generale electiones Proministrorum mittendorum ad Capitula Generalia, vel Commissariorum Provincialium, & Goardianorum debere fieri per suffragia secreta, & ballotationes.

7. Et quoties Capitulum Generale celebratur in Hispania, ut Vocalibus sufficiens, & opportunum detur accedendi tempus, præcipit Diffinitorium Generale, quod Proministri mittendi, vel Commissarii in Provinciis relinquendi, eligantur ante Nativitatem Domini: nisi post eam ita immineat tempus celebrationis Capituli Provincialis, quod, citra jacturam temporis necessarii ad iter, commodè fieri possit; in tali enim casu fiat ipsorum electio in Capitulo.

8. Decernit Diffinitorium Generale, quod qualitercumque intra dies Capitulares, seu Capitulo nondum soluto, contingat ob mortem, vel renunciationem vacantia Diffinitoris, vel Custodis noviter electi, fiat à toto Capitulo alterius Custodis, aut Diffinitoris electio; si autem contigerit dicta vacantia soluto Capitulo, etsi prorogato Diffinitorio, tunc loco Diffinitoris vacantis subrogetur ille, cui juxta statuta Generalia debetur.

9. Declarat Diffinitorium Generale, quod casu, quo Minister Provincialis absens ratione sui itineris ad Capitulum Generale, in ipso, vel ante reditum in Provinciam, renunciaverit Provincialatum: Commissarius relictus in dicta Provincia, hoc ipso, & citra novam electionem, fit Vicarius Provinciæ.

10. Declarat Diffinitorium Generale, liberum esse Ministro Provinciali, cum suo Diffinitorio, tam inter Observantes, quam inter Reformatos, mortuo alicujus Conventus Guardiano, etiam post solemnitatem Sancti P. N. Francisci, loco defuncti alium eligere Guardianum.

11. Locus Infirmariæ Conventus Sancti Nicolai Salerni, Provinciæ Principatus de Observantia, habeat deinceps peculiarem Guardianum independentem à Guardiano dicti Conventus, & vocetur Guardianus Infirmariæ.

Pro Provinciis Sancti Ladislai, Candiæ, Bosnæ Argentinæ, & Custodia Bulgariæ.

1. NE Provinciæ Sancti Ladislai, & Candiæ propriis destituantur Alumnis, præcipit Diffinitorium Generale, quod omnes utriusque Religiosi, qui à sexennio degunt in alienis Provinciis, etiam incorporati, ad dictas suæ filiationis Provincias confestim revertantur.

2. Ob justas, & rationabiles causas decernit Diffinitorium Generale, quod non mittantur Commissarii Visitatores ad Provinciam Candiæ, quod electio Mi-

Digitized by Google

Ministri Provincialis ejusdem pertineat ad Reverendissimum Ministrum Generalem.

4. Declarat Diffinitorium Generale, quod idem Minister Generalis possit, si voluerit, destinare Commissarios Visitatores ad Provinciam Bosnæ Argentinæ, & Custodiam Bulgariæ aliquos ex propriis ipsarum Alumnis.

De Studiis.

1. STudia Conventuum Sancti Thomæ Taurini, Sancti Bernardini in Alexandria, Sanctæ Annæ Varsaviæ Majoris Poloniæ, numerantur inter studia primæ Classis, & deputantur ad jubilationem.

2. Erigitur studium generale secundæ classis in Conventu Bituntino Provinciæ Sancti Nicolai de Bario Regularis Observantiæ.

3. Studium verò Conventus Sancti Francisci Zagabriæ, Provinciæ Sancti Ladislai, condecoratur titulo Studii Generalis secundæ classis.

4. Quoniam studia Sacræ Theologiæ apud Patres Reformatos, non fuerunt hactenus instituta a Capitulis, vel Congregationibus Generalibus, declaratur illa nullo modo posse appellari studia Generalia: nec Lectores in eis legentes posse sibi usurpare titulum, aut nomen Lectoris Generalis.

Pro Terra Sancta.

1. DIffinitorium Generale salubriori Regimini, & commodiori subventioni quatuor Conventuum, seu locorum nostri Ordinis, quæ dicuntur Custodiæ Constantinopolitanæ, prospiciens, decernit, & determinat illos, ut antiquitus, reuniendos, & aggregandos esse Custodiæ Terræ Sanctæ, prout vigore præsentis decreti reunit, & aggregat; præcipitque subesse in omnibus, & per omnia Gubernio, & directioni Patris Guardiani Sacri Montis Syon dictæ Terræ Sanctæ Custodis, & in partibus Orientis Commissarii Apostolici, non secus, ac subsunt reliqui sanctorum Locorum Conventus, & Hospitia.

2. Ad auferendam varietatem, & confusionem Titulorum, quibus nonnulli vocant, & nominant dictum Patrem Guardianum Montis Syon, & habita ratione muneris, quo Christi Vicarium, ejusque Sanctæ Sedis amplitudinem repræsentat, & quo reliquias fidei verbo, exemplo, cura, sollicitudine, & vigilantia conservare debet; quippè qui destinatur Custos Locorum, in quibus Religio Christiana concepta, adulta, & perfecta est; quique sensibiles Redemptionis memorias in medio nationis pravæ tuesi tenetur: qui tandem labore vigili, & præsentissimis vitæ periculis, summisque, ac incredibilibus expensis, Christiani nominis vexationes ab infestissimis hostibus redimit: Diffinitorium Generale unanimi consensu decernit, & determinat, quod deinceps ab omnibus publicè, & privatim verbo, & scripto (quoties scribi contigerit) dictus Pater Guardianus Sacri Montis Syon, in Partibus Orientis degens, titulo Reverendissimi insigniatur, nominetur, & tractetur sub pœnis Superiorum Generalium arbitratu contrafacientibus infligendis.

3. Secretarius dicti Patris Guardiani habeat Hierosolymis locum in consessu post Vicarium Conventus Sanctissimi Salvatoris, & durante suo Secretariatu, sit exemptus ab officiis Communitatis.

4. Ne præfati Vicarii Custodialis Terræ Sanctæ labor præmio careat, connumerantur inter Diffinitores habituales suarum respectivè Provinciarum, qui per integrum triennium, cum approbatione, & testimonio, desuper in scriptis Reverendissimi Patris Guardiani Hierosolymitani, quod digne, & laudabiliter se gesserint in istiusmodi Vicariatus officio.

Pro Cismontana Familia.

1. DIscretorium Generale hujus Cismontanæ Familiæ compromisit in Reverendissimos Patres Ministrum, & Commissarium Generalem desuper recompilationem Statutorum Generalium à Barchinonensibus Segoviæ recognitis, usque ad præsens Capitulum Generale inclusivè, dummodo non fiat additio legum, sed solum dicta recompilatio, explicatio, ac declaratio jam factarum, & quod omnes redactæ in unum volumen per omnes Provincias Familiæ distribuantur.

2. Exactæ satisfactioni oneris Missarum celebrandarum prospiciens Diffinitorium Generale, committit Ministris Provincialibus, ut de consilio suorum respectivè Diffinitorum, dictarum Missarum reductiones faciant, aut jam factas confirment, considerata norma, seu taxa Episcoporum, vel Synodorum, quoad Sacrorum Anniversariorum, aut aliorum onerum reducendorum stipendia, si desuper aliqua taxa facta sit.

3. Ad honestum litteratorum incitamentum, & promeritam laborum remunerationem, utque Doctorum virorum lucubrationibus utilitas simul, & splendor Religioni nostræ accrescat, declarat, & decernit Capitulum Generale, quod sexennium exercitii scribendi, & typis mandandi Theologiam Scholasticam, Expositivam, Dogmaticam, vel Moralem, sufficiat Lectoribus antea Jubilatis ad obtinendum titulum, & prærogativas bis jubilati: dummodò exarentur gravi methodo, & juxta morem Scholasticum: & sic scripta, & prælo mandata examinentur per Diffinitorium Provinciale, & hujus, ac Prælati Generalis judicio, censeantur tam in quantitate, quàm in qualitate proposito præmio digna; His etenim qualitatibus honesta Scriptorum laboritia imbuta, reputantur æquivalere labori duodennalis Lectoratus.

Pro Natione Hispanica.

1. EX duobus Provinciæ Patribus, qui Diffinitoriis Provincialibus interesse debent juxtà Decretum Urbani Octavi, & Constitutiones Generales anni 1639. casu, quo modernior Pater ante expletum triennium Patris immediati, aliqua ex causa vacet, vel alio titulo Diffinitorium ingrediatur: declarat Diffinitorium Generale, quod tunc loco ipsius, & voto succedere debeat is, qui ante ipsum immediatiùs Provincialatum absolvit: etiamsi hic antecedenter per triennium voto Patris modernioris potitus fuerit: maximè si per ingressum de novo vocantis, tempus interrupit, aut discontinuavit; etenim ille est, qui immediatiùs Provincialis extiterat, adeoque ante alios à lege vocatus ad suffragandum.

2. Diffinitorium Generale confirmat statutum editum à Provincia Portugalliæ in Capitulo suo Provinciali anno 1659. desuper concedendo voto in Capitulo, Commissario Tertii Ordinis Ulissipone; ea tamen lege, quòd istiusmodi votum non sit personale, sed annexum officio, cujus fiet electio in Capitulo, vel Congregationibus, prout moris est fieri in provisione aliorum officiorum habentium votum.

3. Considerata necessitate, quam patiuntur Moniales Excalceatæ Hispaniarum, Diffinitorium Ge-

nerale concedit facultatem singulis ipsarum Monasteriis admittendi duas laicas, seu conversas, quæ ipsis in Religionis obsequiis assistant, & inserviant, dummodò ad ipsarum receptionem præcedat consensus majoris partis Communitatis.

4. Vicarii Conventuum, seu Monasteriorum Monialium Excalcearatarum primæ Regulæ Sanctæ Claræ, sitorum in oppidis de Monforte de Lemos, & Villafranca, Provinciæ Sancti Jacobi, & Sanctæ Claræ Civitatis, & Provinciæ Majoricarum, conceditur votum in Capitulis suarum Provinciarum: Confirmatur etiam, & quatenus opus est, de novo conceditur votum Vicario Conventus Sanctæ Claræ Civitatis Burgensis in Capitulo pariter suæ Provinciæ.

Pro Provincia Castellæ.

1. CApitulum Generale restituit Lectoribus Jubilatis Provinciæ Castellæ præcedentiam, quam juxtà Constitutiones Generales Capituli Romani anni 1639. habuerunt super Commissarios Curiæ Matritensis: & quantum ad hoc particulare abrogat constitutionem Vallis-Oletanam anni 1661. num. 2.

Pro Natione Gallica.

1. REformatio Provinciarum Galliæ, & Magni Conventus Parisiensis, nec non decisio controversiarum Provinciæ Britanniæ desuper prætensa alternativa, committuntur Reverendissimo Patri Ministro Generali, & in ipsius determinationem compromittit Diffinitorium Generale: Interea autem præcipit nihil innovari.

2. Prohibet Diffinitorium Generale, ne Provincia Aquitaniæ Recentioris usurpet sibi titulum *Aquitaniæ Majoris*, potius servet proprium, scilicet *Recentioris*, juxta stilum Ordinis, sub pœna suspensionis ab officio per trimestre ipso facto incurrenda Ministro Provinciali, & reliquis, quorum interesse contigerit.

3. Declarat Diffinitorium Generale tres Conventus Recollectionis noviter assignatos in Provincia Magnæ Franciæ, nec non alios tres in Provincia Turoniæ Majoris pro Recollectione, subjici Visitationi, & Correctioni Ministrorum Provincialium earundem respectivè Provinciarum, & resistentes, pœnis, & censuris esse plectendos.

4. Quoniam omnes Galliarum Provinciæ, tam confœderatæ, seu Majores, quàm Observantium, & Recollectorum, in præsenti Capitulo declararunt, etiam scripto, se admittere velut suum legitimum Prælatum, Commissarium Generalem Cismontanæ Familiæ secundum Bullam unionis electum; propterea dictis Provinciis confœderatis cum effectu datus est unus Diffinitor Generalis, juxta statuta Generalia Barchinonensia, alius Observantibus, & tertius Recollectis.

5. Declarat Diffinitorium Generale Moniales non posse esse scrutatrices in Electionibus Abbatissarum, quia contra jus, & praxim Religionis.

Pro Natione Germano-Belgica.

1. DEclaratur non licere Ministris Provincialibus, etiam per compromissum suorum Diffinitoriorum, extra illa, Guardianos instituere.

2. Ubi Guardianorum Institutio non fit per Ballotationes, sed more antiquo, declaratur non competere digniori Patri propositionem eligendorum, etiam in conferentia, seu deliberatione prævia ad electionem eorundem; sed standum fore antiquæ consuetudini.

3. Quamvis in Natione Germano-Belgica Ex Diffinitores, qua tales, postponantur in præcedentia Lectoribus Jubilatis: casu tamen, quo occurrat subrogatio facienda loco alicujus Diffinitoris vacantis, & concurrant duo Exdiffinitores, quorum unus sit Jubilatus, alter non, antiquior tamen Jubilato in Diffinitoriatus officio; declarat Diffinitorium Generale antiquiori competere subrogationem.

4. Declaratur etiam, quod Diffinitor, etsi professione Junior, posteà tamen decursu temporis factus Jubilatus, debeat ex tunc præcedere professione antiquiores, quibus alia major dignitas non suffragatur; quia per Jubilationem fit dignior reliquis, qui præcisè antiquitate professionis antea præcedebant.

5. Præcipit Diffinitorium Generale, quod juxta Constitutiones Generales, & praxim Religionis, Ministri Provinciales Nationis Germano-Belgicæ dent liberam electionem Præfectarum, Priorissarum, vel quocumque nomine nuncupatarum in omnibus Monialium Monasteriis, idque singulis trienniis.

6. Viso per Diffinitorium Generale Rescripto Sacræ Congregationis Episcoporum, & Regularium desuper Conventibus Athensi, & Fontensi pertinentibus ad Provinciam Flandriæ: Item Insulensi, Tornacensi, Duacensi, Bircklensi, Tuteundiensi, ac Residentiis de Potes, & Rosembois pertinentibus ad Provinciam Sancti Andreæ: Item Aldeenadensi, Contracensi, Tiletano, & Hondiscotano pertinentibus ad Provinciam Sancti Joseph in Belgio, censuit, & determinavit Diffinitorium Generale, nihil circa ipsos innovandum, sed potius relinquendos in statu quo usquenunc, sub obedientia videlicet præfatarum Provinciarum Flandriæ, Sancti Andreæ, & Sancti Joseph, & quod regantur, & gubernentur per earundem respectivè Prælatos sicut hactenus: ad quorum effectum præcipit Diffinitorium Generale per Sanctam Obedientiam, in virtute Spiritus Sancti, & sub pœna Excommunicationis majoris latæ sententiæ omnibus, & singulis Religiosis cujuscumque qualitatis extiterint, ne ullo quæsito colore, aut prætextu memoratas Provincias desuper dictorum Conventuum possessione turbent, aut molestent.

Pro Provinciis Ultramarinis Cismontanæ Familiæ.

1. PErpensis laboribus, & maximis periculis, quibus se exponunt Vocales Provinciarum Ultramarinarum Cismontanæ Familiæ, videlicet Hiberniæ, Angliæ, Sancti Didaci Canariensis, & Sancti Joannis Evangelistæ in Insulis Azorum, venientes ad Capitula, vel Congregationes Generales: illis conceditur per præsens Capitulum Generale eadem gratia, quæ concessa est Vocalibus hujus Familiæ euntibus ad Capitula Generalia, quæ celebrantur in Ultramontana: & est ista: quod scilicet, inter Diffinitores actuales ultimum locum, & præcedentiam habeant, nisi alius locus dignior sibi competat. Prominiistri autem hujusmodi præeminentia, & præcedentia gaudebunt, si Diffinitoriatu, vel Lectoratu Sacræ Theologiæ per sexennium, vel Guardianatus principalioris Conventus anteà decorati fuerint, vel ad minus per tres vices Guardiani in aliis Conventibus, aut Prædicatores eximii extiterint: Custodes tamen, cæteris paribus, præcedant Prominiistros.

Pro Provincia Angliæ.

1. VIso Decreto Capituli Romani anni 1664. desuper prætensa præcedentia Provinciæ Angliæ: auditis quoque, & maturè discussis rationibus productis à partibus interesse habentibus: Decernit Diffinitorium Generale nihil innovandum, & dictam Angliæ Provinciam reliquendam esse in serie, & ordine, quibus reperitur apud Gonzagam in serie sigillorum Ordinis, & habetur in Capitulo Vallis-Oletano anni 1593. & in Congregatione Generali Segoviensi 1621. in quibus accurate observatur locus, & ordo memoratæ Provinciæ Angliæ, non secus ac reliquarum, quæ injuria temporum fuerant desolatæ.

Pro Provincia Hiberniæ.

1. NON fine maximo dolore, & proborum omnium lamentis intellexit Capitulum Generale scandala orta in Regno Hiberniæ opera Fratrum Petri Valesii, & Francisci Copingeri, ac paucorum suorum sequacium, qui Dei timore postposito, & proprii Instituti immemores, spretis suorum Superiorum salutaribus monitis, & contempta Sancta, quam solemni voto spoponderant, obedientia, citra omne fas, sacra profanis, & Monastica civilibus, dicto, & scripto, confundentes, tam dedecorosis maculis suam Nationem, Provinciam, & Religionem labefactarunt, ut sanctè viventium Fratrum lachrymis vix abstergi valeant. Quibus ut opportunum adhibeatur remedium, causa prius bene examinata, & maturè discussa, Diffinitorium Generale fraterna charitate hortatur dictos Fratres ad resipiscentiam, & transgressionum suarum pœnitentibus pollicetur & veniam: confirmat deindè censuras in dictum Fratrem Petrum Valesium, propter contumaciam in non comparendo, latas per R. P. Commissarium Generalem Nationis Germano-Belgicæ, & denuò per Sanctam Obedientiam in virtute Spiritus Sancti, & sub pœna Excommunicationis majoris latæ sententiæ ipso facto incurrenda, ac privatione perpetua Actuum legitimorum, præcipit tàm dicto Fratri Petro Valesio, quàm Fratri Francisco Copingero, ut intra spatium sex mensium ab hujus Decreti Intimatione compareant coram Reverendissimo Ministro Generali Ordinis, rationem reddituri omnium, quæ ipsis objiciuntur; cæteris verò, siqui superfuerint, eorum sequacibus, sub eisdem pœnis districtè injungit, quatenus omni tergiversatione postposita, se submittant Vicario Provinciali dictæ Provinciæ Hiberniæ, scilicet Patri Fratri Petro Geanor, cui præfatus Fr. Franciscus Copingerus, sub eisdem pœnis, teneatur sigilla, & Regesta Provinciæ tradere, & quem Diffinitorium Generale vult ab omnibus, & singulis memoratæ Provinciæ Alumnis velut suum legitimum Prælatum agnosci, sub eisdem pariter pœnis.

2. Et cum in nostra Religione extet Constitutio Generalis Victoriæ renovata, & aucta anno 1649. quæ prohibet ne ullus Fratrum cujuscumque sit conditionis audeat typis mandare libros, memorialia, informationes, aut libellos absque expressa licentia Superiorum Generalium: Intellexerit autem Diffinitorium Generale dictum Fratrem Petrum Valesium, & Fratrem Raymundum Carron jam defunctum, quosdam libros sine licentia typis mandasse: declaratur qui superstes est, scilicet præfatus Frater Petrus Valesius, subjacere pœnis impositis per dictam Constitutionem, videlicet Excommunicationis majoris, & privationis Actuum legitimorum; præcipitque Diffinitorium Generale memorato Vicario Provinciali, ac omnibus Ministris Provinciatum Ordinis, ad quos dicti libri pervenerint, aut etiam memorialia, informationes, aut libelli, quamvis sub prætextu vindicandi proprium honorem editi ab illis duobus Fratribus, scilicet Valesio, & Carron, ut illos summo studio recolligi faciant, & ad prædictum Superiorem Generalem transmitti.

3. Si quid autem dictis libris continetur bonis moribus dissonum, aut alienum ab orthodoxa fide, quam cum Sancta Matre Ecclesia Catholica, & Apostolica Romana, nostra profitetur Religio: tutum id detestatur expressè, & abhorret dicta Hiberniæ Provincia, & quotquot ipsius Alumni huic Capitulo Generali intersunt: quorum innocentiam, & diuturnam in perpessionibus constantiam exploratam habet Diffinitorium Generale, ac præsenti decreto declarat, ut ad omnium perveniat notitiam.

4. Et quoniam injuria temporum aliqui irrepsere abusus in præfatam Provinciam: illos omnino prohibet Diffinitorium Generale, & signanter expressè mandat, ne imposterum pro-Custodes mittantur ad Comitia Generalia, cum secundum Regulam, & Ordinis Generalia statuta debeat esse verus, & legitimus Custos, qui velut talis suffragium tulerit: quo, per mortem, vel renunciationem, deficiente, à Diffinitorio alium eligi canonicè, non subrogari, oportet. Inhibetur etiam, ne Diffinitores actuales fiant Guardiani.

5. Utque constet quot, & quibus constari debeat Provinciæ Diffinitorium præcipitur, quod quàm primum illud congregari poterit, per ipsum determinetur, an stare velit Provincia antiquæ consuetudini reliquarum Provinciarum Nationis Germano-Belgicæ, de admittendis videlicet omnibus Provinciæ Patribus ad suffragandum? An nullos, juxta motum proprium Gregorii Decimiquinti? An verò duos duntaxat, antiquiorem scilicet, & moderniorem, juxta Breve Urbani Octavi desuper admissum, & practicatum in Provinciis Hispaniarum?

6. Determinetur insuper per idem Diffinitorium, an per pura statuta Barchinonensia, ut a tota Cismontana Familia recepta; an verò per eadem accommodata Nationi Germano-Belgicæ, gubernari velit dicta Provincia?

7. Et ne hæc orbetur assistentia, & authoritate virorum doctorum, quibus per Dei Gratiam abundat, præcepit Diffinitorium Generale, per Sanctam obedientiam in virtute Spiritus Sancti, Patribus Lectoribus Jubilatis ejusdem Provinciæ Hiberniæ in Collegiis Sancti Antonii de Padua Lovanii, Sancti Isidori de Urbe, & Immaculatæ Conceptionis Pragæ, vel alibi extra illa non incorporatis degentibus, qui gravi infirmitate, nimia senectute, vel inexcusabili occupatione, Prælatorum Generalium judicio non fuerint detenti, vel impediti, ut præfatam suam Hiberniæ Provinciam quantocius repetant: & juxta Apostolicarum, & Generalium Ordinis Constitutionum præscriptum habeant votum in Capitulis, & cæteris paribus, promoveantur ad officia. Similiter alii ejusdem Provinciæ Fratres per alienas Provincias dispersi, nullum in eis munus exercentes, ad propriam reverti teneantur.

8. Et quoniam supradicta tria Collegia à limine suarum fundationum erecta sunt, & deputata, velut Seminaria pro educatione Juventutis, & instructione Missionariorum Apostolicorum, ut pia Fundatorum intentio debitum, optatumque consequatur effectum, & Fratres studiosi magis Idonei evadant Divini Verbi Præcones, & Catholicæ veritatis Propugnatores: Præcipit in primis Diffinitorium Generale.

Digitized by Google

tale, ut in dictis Collegiis nulli permittantur otiosi, seu consignatam non habentes occupationem; exceptis infirmis, & impeditis, quorum specialis cura Superiori locali commendatur. Deinde quod in unoquoque Collegio, ultra duos Lectores ordinarios Sacræ Theologiæ, sit semper alius ejusdem facultatis, qui servando annualem turnum, seu vicissitudinem cum reliquis Lectoribus, legat singulis diebus lectionem controversiarum fidei, non voce tantùm, sed etiam scripto; Iisque solitis sanum conscientiæ exercitiis præsideat, & theses imprimat, & propugnet, sicut reliqui Lectores; teneanturque studentes Theologi sub pœna privationis studiorum, dictam Lectionem scribere, diligenter studere, & per quadriennium, tàm huic, quàm Theologiæ speculativæ impigram simul operam dare.

9. Ne autem Collegia Lovaniense, & Pragense multitudine Lectorum graventur, decernitur quod loco unius, ex duobus Lectoribus Artium, quos habere solent, ponetur dictus Lector controversiarum fidei.

10. Teneantur insuper Discretoria dictorum Collegiorum intra spatium quatuor mensium ab hujus decreti intimatione Reverendissimum Ministrum Generalem informare de numero Fratrum, quos unumquodque Collegium sustentare potest, ut illum taxet sua Reverendissima Paternitas, juxta præscriptum Sacri Concilii Tridentini, Apostolicarum, & Generalium nostri Ordinis Constitutionum.

11. Quidquid demum pro Reformatione aliorum ebusuum, & prosperiori Regimine hujus Provinciæ, suorumque Collegiorum occurrerit, relinquitur dispositioni, & mandatis ejusdem Reverendissimi Ministri Generalis.

Pro Provinciis Indiarum Occidentalium.

1. Diffinitorium Generale prospiciens majori paci, & concordiæ Provinciarum Occidentalium Indiarum, censet necessariam observantiam alternativæ aliàs per Constitutiones Generales statutæ dictis Provinciis: adeoque ipsam confirmat, & sub pœnis taxatis per dictas Constitutiones, præcipit inviolabiliter observandam, committitque Reverendissimo Patri Commissario Generali Indiarum in Curia Regis Catholici residenti, ut maximopere invigilet super ipsius executionem in illis Provinciis, in quibus usque modo non est stabilita.

2. Declaratur Commissarium Generalem præfatum habere authoritatem, etiam commissivam, admittendi ad habitum in memoratis suæ jurisdictionis Provinciis.

3. Similiter declaratur etiam Commissarios Generales Novæ Hispaniæ, & Regni Peruani habere authoritatem ordinariam super Provincias suorum respectivè Commissionum, quantum ad ea, quæ ipsis conceduntur per statuta Generalia: In aliis verò, quæ non conceduntur, non nisi delegatam, si ipsis committatur.

4. Decernit Diffinitorium Generale, quod nullus dictarum Provinciarum Procurator, qua talis, procuret Brevie, vel Cedulas Regias absque expressa licentia earumdem respectivè Provinciarum, specifica, etiam, & individua expressione petendorum; Nullusque pro se, aut sua Provincia procuret ullum rescriptum sine prævia communicatione, & scitu memorati Reverendissimi Patris Commissarii Generalis Indiarum Matriti residentis, sub pœna privationis Actuum legitimorum.

5. Animadvertit, & declarat Diffinitorium Generale, quod conditiones requisitæ ad hoc, ut Prominiſtri Indiarum, post transactum Capitulum Generale, gaudeant privilegiis concessis, superiùs extendantur ad Custodes: siquidem hi, eo ipso, quod sint Custodes, habent requisita, ut gaudeant, sunt quippè actuales Diffinitores, ac si Pruminiſtri tales forent.

Loca, & Conventus, in quibus celebrabuntur, tam Congregatio Generalis intermedia, quam Capitulum Generale futurum, relinquenda putantur arbitrio Reverendissimi Patris nostri Ministri Generalis, juxta præceptum Regulæ.

JUDICES AD EXPELLENDOS Incorrigibiles juxta Constitutiones Apostolicas.

1. INhærendo declarationi, & concessioni Sacræ Congregationis Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum tenoris sequentis: *Sacra Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, Sanctissimo D. N. approbante, declaravit sex Patres in singulis Capitulis, vel Congregationibus Generalibus eligendos, de quorum consilio, & assensu, Generalis possit Regulares incorrigibiles à Religione ejicere, in unaquaque Provincia eligi posse; ecsdemque sic electos, si Generalis tam longè abfuerit, ut cum eis convenire non possit, debere ad eundem transmittere summarium processus, una cum eorum voto: & juxta illud Generalis possit ad sententiam expulsionis procedere. Interea tamen usque ad primum Generale Capitulum, vel Congregationem proximè celebrandam, Sua Sanctitas annuit, ut ejectio, servata in reliquis forma decreti hac de re editi, fieri possit à Generali, & idem cum consilio, & assensu sex Patrum, quos idemmet Generalis in qualibet Provincia, infra quatuor menses, elegerit. Nona Augusti 1625. S. Card. S. Susannæ.* Loco ✠ Sigilli *Prosper Fagnanus Sacræ Congreg. Sec.* Designantur in singulis Ordinis nostri Provinciis sex Patres, videlicet Minister Provincialis, & Custos: duo antiquiores, seu digniores Provinciæ Patres: duo antiquiores Lectores Jubilati; *Defectu autem dictorum duorum Provinciæ Patrum*; duo Diffinitores habituales, antiquiores in Diffinitoriatus officio: *& defectu Jubilatorum*: Guardianus principalioris Conventus, & antiquior Sacræ Theologiæ Lector actualis.

2. Et quoniam ob amplitudinem, & dilatationem Ordinis non potest Reverendissimus Pater Minister Generalis adire quamplures Provincias, præsertim Orientalium, & Occidentalium Indiarum, ac Insularum, necnon Germaniæ, & Flandriæ: eadem Sacra Congregatio indulsit supradictam facultatem Commissariis, & Visitatoribus ab eo destinandis ad dictas Provincias cum plenitudine potestatis, ut servata in reliquis forma decreti hac de re editi, ejectio fieri possit ab illis cum consilio, & assensu prædictorum sex Patrum, benignè annuente Summo Pontifice.

Numerus Fratrum Defunctorum ab ultimo Capitulo Generali, necnon Sanctimonialium.

IN hoc Capitulo Generali per testimonia authentica Patrum Vocalium, qui convenerant (defuerunt enim aliqui) inventum est obiisse ab ultimo Capitulo Generali Romano, decem mille, & septem Fratres 10007.

Moniales verò quatuor mille trecentas, & sexdecim 4316.

quorum animæ, & omnium Fidelium defunctorum requiescant in pace. Amen.

Se-

Sequuntur Suffragia.

PRO Sanctissimo D. N. Clemente Decimo, ac diuturna ipsius incolumitate, à quolibet Sacerdote tres Missæ celebrentur.

Pro Catholico Rege Carolo Secundo, ac Serenissima Regina Matre Gubernatrice, à quolibet Sacerdote Missæ duæ dicantur.

Pro Cæsareis Majestatibus Romanorum Imperatore, & Imperatrice duæ Missæ dicantur.

Pro Christianissimis Rege, & Regina Galliarum duæ Missæ dicantur.

Pro Sacra Cardinalium Congregatione una Missa dicatur.

Pro Eminentissimo D. Cardinali Francisco Barberino Ordinis Protectore, à quolibet Sacerdote una Missa dicatur.

Pro Excellentissima Domina D. Francisca de Cabrera, Castro, & Babadilla, Comitissa de Chinchon Religionis, & Capituli Patrona, cujus liberali beneficentia ejusdem Capituli Generalis expensæ auctæ, & factæ sunt, à quolibet Sacerdote una Missa dicatur.

Pro Illustrissimo D. D. Fratre Ildephonso Salizanes Exministro Generali, & Episcopo Ovetensi, qui ultra innumera beneficia impensa Religioni, Capituli Generalis expensa non mediocri subsidio munifica, & liberali manu magna ex parte supplevit, à quolibet Sacerdote una Missa dicatur.

Pro prospero statu Seraphicæ nostræ Religionis, à quolibet Sacerdote una Missa dicatur.

Pro felici statu sacri Ordinis Prædicatorum, à quolibet Sacerdote una Missa dicatur.

Pro pace Principum Christianorum, pro extirpatione hæresum, fidei propagatione, victoria contra Infideles, ac Ecclesiastici status prosperitate, à quolibet Sacerdote duæ Missæ dicantur.

Federicus Patriarcha Alexand. Nuncius, & Capituli Præses.

Fr. Franciscus Maria Rhini à Politio Minister Generalis.
Fr. Ildephonsus Salizanes Exminister Generalis.
Fr. Joseph Ximenez Samaniego Commissarius Generalis Familiæ.
Fr. Antonius Somoza Commissarius Generalis Indiarum.
Fr. Franciscus Maria à Castro Sancti Petri Procurator Generalis Ordinis.
Fr. Joseph Copona Commissarius Generalis Romanæ Curiæ.
Fr. Antonius de Velasco Exprocurator Generalis Ord.
F. Gabriel à Politio Diffinitor Generalis.
Fr. Franciscus Gattinara Diffinitor Generalis.
Fr. Antonius Franciscus à Genua Diffinitor Generalis.
Fr. Maximilianus Alchivich Diffinitor Generalis.
Fr. Hiacynthus ab Alexandria Diffinitor Generalis.
Fr. Antoninus à Militello Diffinitor Generalis.
Fr. Joseph à Cuneo Diffinitor Generalis.
Fr. Bonaventura à Consentia Diffinitor Generalis.
Fr. Vincentius à Bassiano Diffinitor Generalis.
Fr. Antonius de Medina Diffinitor Generalis.
Fr. Ludovicus Cæsar Diffinitor Generalis.
Fr. Guillelmus Henrincx Diffinitor Generalis.
Fr. Antoninus Bobordo Diffinitor Generalis.
Fr. Joannes Romanus Diffinitor Generalis.
Fr. Antonius le Greffe Diffinitor Generalis.
Fr. Silvester Castet Diffinitor Generalis.
Fr. Sebastianus Girard Diffinitor Generalis.
Fr. Joannes à Sancto Bernardo Diffinitor Generalis.
Ita est.
Fr. Patritius Tyrellus Diffinitor Generalis, & Diffinitorii Generalis Secretarius.

Loco ✠ Sigilli.

Multiplicantur Diffinitores Generales in utraque Familia.

CLEMENS PAPA X.
Ad futuram rei memoriam.

SAcrosancti Apostolatus ministerium humilitati nostræ, meritis licet, & viribus longe impari, divinitus impositum fideliter exequi, adjuvante Domino, satagentes, illa, quæ à religiosorum virorum cœtibus pro salubri eorum regimine, & directione providè, prudenterque constituta esse noscuntur, ut firma, atque inviolabilia persistant, libenter, cum id à Nobis petitur, Apostolici muniminis nostri patrocinio constabilimus. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Franciscus Maria à Bononia Procurator Generalis Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum, quod in Capitulo Generali dicti Ordinis Vallisoleti novissimè celebrato, ob varias, gravissimasque causas à Venerabili Fr. Federico Patriarcha Alexandrino tunc temporis nostro, & Apostolicæ Sedis in Regnis Hispaniarum Nuncio, qui dicto Capitulo præsidebat, approbatas, decretum fuit multiplicandos esse Diffinitores Generales in utraque familia ejusdem Ordinis, & Cismontanæ quidem, quæ in Hispania vocatur Ultramontana, tres; Ultramontanæ vero familiæ, quam itidem in Hispania Cismontanam vocant, quatuor Diffinitores Generales respectivè addendos fore, dum diversis declarationibus, & ordinationibus, prout uberius continetur in Decreto Capituli Generalis hujusmodi desuper emanato tenoris, qui sequitur, videlicet: Capitulum Generale ob plurima, & quidem gravia motiva censuit, & decrevit multiplicandos esse Diffinitores Generales in utraque familia, & Cismontanæ addendos quatuor: unum scilicet pro Excalceatis Hispaniæ: alium pro Gallia; tertium pro Lusitania, ejusque Provinciis; & quartum pro Provincia Tertii Ordinis tam Galliæ, quam Hispaniæ, & Lusitaniæ, servata inter ipsas alternativa quoad hujusmodi Diffinitorem Generalem: ea tamen lege, quod Vocales Tertii Ordinis Nationis Gallicanæ ad Comitia Generalia deinceps accedant. Ultramontanæ verò familiæ addendos tres, unum scilicet pro Reformatis, & duos pro Observantibus; quorum trium unus semper assumendus est ex Regnis Neapolitano, & Siculo, alter, etiam in perpetuum, ex reliqua Italiæ parte, & alius per alternas vices, nunc ex dicta reliqua Italiæ parte, nunc ex Ultramarinis Provinciis ejusdem familiæ. Hæc Diffinitorum Generalium multiplicatio, & additio in præsenti Capitulo Generali executioni demandata est, excepta solum ea parte, quæ Patres Exsalceatos Hispaniæ concernit: Hi enim declaraverunt se malle habere voce passivam ad tres Diffinitoriatus Generales Nationis Hispanæ, quam unum tantummodo Diffinitorem Generalem pro ipsis consignatum: quapropter relicta est pro hac vice electio libera à prædicta consignatione. Facta collatione cum suo originali de verbo ad verbum concordat. Fr. Emmanuel à Genua Secretarius generalis Curiæ.

riæ. Loco ✠ Sigilli. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, decretum hujusmodi paci, & religiosæ tranquillitati inter Fratres tot Nationum, quibus Ordo prædictus constat, maximè conducibile existat, Nobis propterea præfatus Franciscus Maria Procurator Generalis, dicti Capituli Generalis nomine, humiliter supplicari fecit, ut Decretum ipsum, quo firmius subsistat, & servetur exactius, Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communire de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur ipsum Franciscum Mariam Procuratorem Generalem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium duntaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, præinsertum Capituli Generalis decretum auctoritate Apostolica, tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus. Præterea ad servandam in Diffinitorio Generali utriusque familiæ hujusmodi consuetam paritatem, eadem auctoritate harum serie indulgemus, ut pro hac Cismontana familia dicti Ordinis, quæ in decreto præinserto Ultramontana vocatur, addatur unus Diffinitor Generalis suffragiis Capituli Generalis Ordinis hujusmodi pro tempore in futurum distribuendus. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit quandocunque in omnibus, & per omnia plenissimè suffragari, & ab illis respectivè inviolabiliter observari, sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & deffiniri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac, quatenus opus sit, dicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate aliàs roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium premissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenore pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes; illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice duntaxat specialiter, & expresse derogamus, cœterisque contrariis quibuscunque. Volumus autem ut earundem præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigilio personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides in Judicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die 26. Novembris 1670. Pontificatus Nostri anno primo.

I. G. Slusius.

Antequam compleantur hujus Capituli ordinationes observandum est Primum Statutum titulo *pro Terra Sancta* quod incipit, *Diffinitorium Generale Salubriori Regimini &c.* fuisse à Reverendissimo Generali Justis de causis abrogatum, ut patebit ex epistola infrascripta.

FR. FRANCISCUS MARIA RHINI A POLITIO totius Ordinis Fratrum Minorum Seraphici P. N. S. Francisci Minister Generalis, & servus. Dilecto nobis plurimum in Christo Patri Fratri Thomæ à S. Severino Lectori, Concionatori, Ex-Secretario, & Vice-Procuratori Generali Romanæ Curiæ, ac etiam pluries Guardiano, Provinciæ nostræ Reformatæ Marchiæ salutem in Domino sempiternam.

Licet aliàs per Diffinitorium Generale ultimi Capituli Generalis Vallisoleti celebrati 1670. decretum fuerit, quatuor Conventus, scilicet S. Mariæ Draperis Urbis Constantinopolis, Scyo, Smirnæ, & Panormi Custodiæ nostræ Constantinopolitanæ uniendos, & aggregandos Custodiæ nostræ Terræ Sanctæ, illosque in omnibus, & per omnia debere subesse directioni, & regimini A. R. P. Guardiani Sacri Montis Syon præfatæ Terræ Sanctæ Custodis, ac in partibus Orientis Commissarii Apostolici; quia tamen experientia rerum magistra compertum est, hujusmodi decretum suum non posse sortiri effectum, eo quod, ob magnam utriusque Custodiæ ab invicem distantiam, non possit præfatus Sacri Montis Syon Guardianus, & Terræ Sanctæ Custos occurrere imminentibus sæpe Fratrum, aut aliorum Christi fidelium in dictis locis degentium necessitatibus, aut etiam emergentibus ipsorum regiminis casibus providere. Hinc Nos, quibus ex debito Pastoralis officii incumbit eorumdem locorum cura, & solicitudo, authoritate, qua fungimur, dispensamus in memorato Decreto Diffinitorii Generalis, ac eo non obstante præfatos quatuor Conventus Nobis subjicimus, & absolvimus à jurisdictione, regimine, & obedientia dicti A. R. P. Guardiani Montis Syon, & cujuscunque alterius Nobis subjecti. Ne tamen immediato, & opportuno gubernio destituantur, de tuæ vitæ probitate, morum gravitate, doctrina, pietate, zelo, & prudentia plurimùm in Domino confisi, tenore præsentium, cum merito salutaris obedientiæ te instituimus, & nominamus Guardianum Conventus nostri S. Mariæ Draperis Urbis Constantinopolis, ac ejusdem, & aliorum trium Conventuum ejusdem Custodiæ Constantinopolitanæ Commissarium, cum plenitudine potestatis aliis Guardianis, & Commissariis ejusdem Custodiæ attributæ; ea tamen lege, ut dictum Conventum tanquam Superior Localis, totamque Custodiam velut Commissarius noster regas, Fratres visites, corrigas, moneas, & exhorteris, & punias, omniaque alia præstes, exequaris, & exequi facias, quæ pro recto gubernio, regularique Disciplina promovenda, & observanda opportuna judicaveris. Præcipientes per Sanctam Obedientiam, in virtute Spiritus Sancti, & sub pœna excommunicationis latæ sententiæ ipso facto incurrenda, omnibus, & singulis Patribus, & Fratribus in dictis quatuor Conventibus commorantibus, vel pro tempore commoraturis, ut te sic à Nobis institutum præfati nostri Conventus S. Mariæ Draperis Guardianum, & totius Custodiæ Commissarium, velut suum legitimum Superiorem admittant,

tent, recipiant, & recognoscant usque ad nostrum ordinem, tibique humiliter pareant, & obediant in omnibus, quæ non sunt contraria animabus suis, & Regulæ nostræ. Te demum in Domino exhortamur, ut in his muneribus obeundis, nihil aliud, quàm Deum, Fratrum pacem, mutuam charitatem, & Regularis observantiæ conservationem præ oculis habeas. Vale in Domino, nostri in orationibus memor. Datum Romæ in Conventu nostro Aracœlitano die 24. Iunii 1671. Fr. Franciscus Maria Rhini de Politio Minister Gen. Loco ✠ Sigilli. De mandato S. P. Reverendiss. Fr. Pius à Placentia Secretarius Ordinis.

Confirmatio Privilegiorum, & Indulgentiarum pro Fratribus Ordinis S. Francisci de Observantia in Terra Sancta, aliisque, qui dictam Terram incolunt, aut ob devotionis causa peregrinantur.

CLEMENS PAPA X.
Ad perpetuam rei memoriam.

Pia Christi fidelium vota, ex quibus Sacrorum locorum venerationem, & animarum salutem provenire conspicimus, libenter annuimus, & illa, quantum Nobis ex alto conceditur, favoribus Apostolicis confovemus.

§. 1. Cum itaque, sicut dilectus Filius Iacobus à Iesus Maria Frater expressè professus Provinciæ Valentinæ Ordinis Minorum de Observantia nuncupatorum, ac Commissarius, & Procurator Generalis in Romana Curia totius Familiæ Terræ Sanctæ, Nobis nuper exponi fecit, ipse ad ejusdem Terræ Sanctæ subsidium eorumdem Fratrum inibi Vineam Domini assiduè excolentium, sacraque loca venerantium obventionem, necnon ad spiritualem Catholicorum in illis partibus degentium, eoque devotionis causa peregrinantium consolationem, & profectum omnia, & singula gratias, privilegia, Indulgentias hucusque Sacris ejusdem Terræ Sanctæ locis Apostolica auctoritate concessa, & confirmata, per Nos eadem auctoritate etiam confirmari, & approbari plurimum desideret.

§. 2. Nos desiderio hujusmodi annuere, ipsumque Iacobum specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existat, ad effectum præsentium tantùm consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, Supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, omnia, & singula privilegia, concessiones, facultates, indulta, indulgentias, cœterasque gratias spirituales, & temporales eisdem locis, & illa visitantibus, necnon dicti Ordinis Guardiano, & Fratribus in dictis partibus degentibus per quoscumque Romanos Pontifices Prędecessores nostros, ac Sedem Apostolicam in genere, vel in specie, aut aliàs quomodolibet concessa, quatenus sint in usu, & non sint revocata, aut sub aliquibus revocationibus comprehensa existant, sacrisque canonibus, Constitutionibus Apostolicis, ac Concilii Tridentini decretis non adversentur, Apostolica auctoritate tenore præsentium confirmamus, & approbamus, ac perpetuę, & inviolabilis Apostolicæ firmitatis robore communimus, ac omnes, & singulos, tam juris, quam facti, si qui desuper in eis quomodolibet intervenerint, defectus supplemus.

§. 3. Nec non insuper omnibus, & singulis eorumdem Fratrum interpretibus nunc Hierosolymis, Bethlem, & Nazareth existentibus, & viventibus, in cujuslibet eorum mortis articulo, si verè pœnitentes, & confessi, ac Sacra Communione refecti, vel quatenus id facere nequiverint, saltem contriti nomen Iesu ore, si potuerint, sin minus corde devotè invocaverint, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus, & elargimur.

§. 4. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cœterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 21. Iunii 1670. Pontificatus Nostri Anno primo.

Breve Clem. X. quo Commissarium Curiæ pro Familia Ultramontana confirmat Fratrem Didacum de Mendibil.

CLEMENS PAPA X.

Dilecto Filio Fr. Didaco de Mendibil Ordinis Fratrum Min. S. Francisci de Observantia nuncupatorum Professori.

Dilecte Fili salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Religionis zelus, vitę, ac morum honestas, aliaque laudabilia probitatis, & virtutum merita, super quibus apud Nos fide digno commendaris testimonio, Nos inducunt, ut te specialibus favoribus, & gratiis prosequamur. Exponi siquidem Nobis nuper fecisti, quod cum dilectus Filius Franciscus Maria à Politio novus Minister Generalis Ordinis Fratrum Min. S. Francisci de Observantia nuncupatorum, de consilio, & assensu Fratrum dicti Ordinis, qui ultimo illius Capitulo Generali interfuerunt, te in munere Commissarii Curiæ Romanæ pro Familia Ultramontana ejusdem Ordinis continuaverit, Venerabilis Frater Noster Franciscus Episcopus Ostiensis Cardinalis Barberinus nuncupatus, Sacri Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Collegii Decanus, ac præfati Ordinis apud Nos, & Sedem Apostolicam Protector continuationem te in munere hujusmodi confirmavit per suas patentes literas desuper emanatas tenoris, qui sequitur, videlicet. Franciscus miseratione Divina Episcopus Ostiensis Cardinalis Barberinus, S. R. E. Vice-Cancellarius, Sacri Collegii Decanus, ac Ordinis S. Francisci Protector, Corrector, & Gubernator; Dilecto Nobis in Christo Reverendo Patri F. Didaco de Mendibil Lectori Iubilato Provinciæ Cantabriæ Patri, ac in Romana Curia Procuratori Generali pro Familia Ultramontana Regularis Observantiæ prædicti Ordinis Min. Salutem in Domino Sempiternam. Cum Reverendissimus Pater Frater Ildephonsus Salizanes Ex-Minister Generalis totius Ordinis Min. S. Francisci, elapso anno Te Procuratorem Generalem pro Familia Ultramontana in hac Romana Curia legitimè, juxtà Seraphici Instituti præscripta, instituerit, elegerit, & nominaverit, tuorum virtutum concentu, literarum peritia, & rerum agendarum dexteritate ad id illectus, eamdemque institutionem fel. rec. Clemens Papa IX. suo speciali Brevi confirmaverit, fideliterque, ac cum debita vigilantia per id temporis spatium eo munere sui laudabiliter functus, non mediocri dicti Ordinis ornamento; nunc verò R. P. F. Franciscus Maria à Politio novus præ-

fatæ

Digitized by Google

fatæ Religionis electus Minister Generalis te denuò in dictæ Curiæ Romanę Commissarium pro Familia Ultramontana de consensu, & consilio Patrum Ordinis, qui ultimis Comitiis Generalibus adfuere, continuaverit, prout Nobis ex literis ejusdem Ministri Generalis desuper ad te directis innotuit: Proinde Nos singularibus favoribus prosequi cupientes emeritos Viros, quorum clara in Religione Studia id exigere novimus, dictam tuam continuationem in Commissarium Curiæ Romanæ Ordinis Min. S. Francisci pro Familia Ultramontana, ut præfertur, firmam, & validam fuisse, & esse volentes, nostra auctoritate denuò confirmamus; & si opus est, Te, ob proficuos sudores prædicti Ordinis obsequio effusos, iterum eligimus, instituimus, & nominamus in Romanæ Curię Commissarium pro præfato Ordine, & Familia, cum omnibus gratiis, præeminentiis, & privilegiis, quibus dicti Commissarii uti, & frui consueverunt, Præcipientesque in virtute S. Obed. omnibus, & singulis ejusdem instituti alumnis, ut te uti verum, & legitimum Romanæ Curię Commissarium à Nobis sic institutum pro dicto Ordine agnoscant, tuoque munere pacificè uti permittant, contrariis non obstantibus quibuscumque. Datum Romæ in Cancellaria Apostolica die 6. Iulii Anno 1670. Franciscus Cardinalis Barberinus Protector. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, tu præmissa, quò firmiùs subsistant, Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri summoperè desideres, Nos te præmissorum meritorum tuorum intuitu, specialis favore gratiæ prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus tuo nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, continuationem tui in munere Commissarii Curiæ Romanæ pro Familia Ultramontana Ordinis hujusmodi, à præfato Francisco Maria Ministro Generali factam, & à memorato Francisco Cardinali, & Protectore confirmatam, ut præfertur, emanatasque desuper ipsius Francisci Cardinalis, & Protectoris literas patentes præinsertas, auctoritate Apostolica, tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus. Decernentes easdem præsentes literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac tibi plenissimè suffragari, sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus &c.

Datum Romæ &c. die 14. Julii 1670. Pontificatus nostri Anno primo.

Confirmatio Brevium Urbani VIII. & Innocentii X. quibus duobus vicibus quolibet anno mandatur Prædicatoribus Verbi Dei Commendatio locorum Terræ Sanctæ.

CLEMENS PAPA X.

Ad perpetuam rei memoriam.

Salvatoris, & Domini nostri, qui pro humani generis redemptione seipsum exinanivit factus obediens usque ad mortem, vices licet immeriti gerentes in terris, inter multiplices, gravissimasque Apostolicæ servitutis curas, in eam præcipuè pastoralis solicitudinis vigilantia incumbimus, ut tanti, & tam salubris mysterii monumenta, quæ in Civitate Hierusalem, & locis circumvicinis sunt, conserventur, & omni, qua fieri poterit, majori honorificentia recolantur.

§. 2. Cùm itaque fel. record. Urbano Papa VIII. prædecessori nostro aliàs exposito, quod Ecclesiæ, & alia loca pia in Civitate Hierusalem, & aliis locis Terræ Sanctæ existentia, fere diruta erant, & quæ adhuc ibi existebant Monasteria, ære alieno ob impiam Turcarum, Hæreticorum & Schismaticorum tyrannidem, & pro Sanctæ fidei Catholicæ in eisdem locis conservatione contracto, admodum gravata reperiebantur: idem Urbanus prædecessor, Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis locorum Ordinariis, nec non omnibus, & singulis quorumvis Ordinum, & Congregationum, & Institutorum Regularium Generalibus commiserit, & mandaverit, ut ad minus duabus vicibus quolibet anno Adventus, & quadragesimæ temporibus, tam per Verbi Dei Prædicatores in suis Sacris Concionibus, quam in actionibus, & functionibus publicis necessitates eorumdem Sacrorum Monumentorum Populo proponi, & commendari curarent, & facerent, & aliàs, prout in ejusdem Urbani prædecessoris literis in simili forma Brevis die 3. Februarii 1634. desuper expeditis, quarum tenores præsentibus pro expressis haberi volumus, uberiùs continetur.

§. 2. Et sicut pro parte dilectorum Lodovici à Justitia pro Italia, & Simonis Garciæ pro Germania, ac Andreæ à Fonte majori pro Hispania, & Petri Meron Fratrum expressè professorum Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum pro Gallis, respectivè Commissariorum ejusdem Terræ Sanctæ, Nobis nuper expositum fuit, quod ipsi quo præfatæ Urbani prædecessoris literæ, quæ à rec. mem. Innocentio Papa X. prædecessore pariter nostro confirmatæ fuerunt, exactius observentur, illas per Nos pariter confirmari, & innovari desiderent.

§. 3. Nos eorumdem Sacrorum Monumentorum conservationi, & manutentioni consulere volentes, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotio Propagandæ Fidei Præpositorum consilio, prædictas Urbani prædecessoris literas Apostolica auctoritate tenore præsentium confirmamus pariter, & approbamus, illasque innovamus, & observari mandamus, salva semper auctoritate Congregationis dictorum Cardinalium.

§. 4. Volumus autem, ut Patriarchæ, Archiepiscopi, & Episcopi prædicti in relatione status suarum Ecclesiarum, quando visitabunt limina Apostolorum, facienda, referant, se prædicti Urbani prædecessoris, & præsentibus nostris literis paruisse, contrariis non obstantibus quibuscumque.

§. 5. Volumus insuper, quod earumdem transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii public

sub-

Digitized by Google

subscriptis, & sigillo Personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 19. Junii 1671. Pontificatus nostri Anno secundo.

Statuit, quod Fratres exteri Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia Reformatorum in Conventibus S. Francisci ad Ripam Tyberis, & S. Petri in Monte Aureo de Urbe ultrà quindecim dies morari non valeant.

CLEMENS PAPA X.

Ad futuram rei memoriam.

Cum fel. record. Alexander VII. & Clemens IX. Romani Pontifices Prædecessores nostri, ut incommodis, quæ Conventus S. Francisci ad Ripam Tyberis, & S. Petri in Monte Aureo de Urbe Fratrum Minorum Ordinis S. Francisci de Observantia Reformatorum nuncupatorum, ex diuturna in eis Fratrum exterorum mansione patiebantur, occurrerent, Guardianis, seu Superioribus eorumdem Conventuum mandaverint, ut imposterum Fratres exteros dicti Ordinis ad Urbem prædictam ex devotione, vel ad negotia pertractanda accessuros, aut tunc in ea forsan degentes, non permitterent in dictis Conventibus, nec in eorum quolibet respectivè ultrà quindecim dies commorari, sub pœnis tam dictis Guardianis, & cuilibet illorum pro tempore, quàm iisdem Fratribus, si Sacerdotes forent, privationis vocis activæ, & passivæ, & officiorum ipso facto; si autem Laici, carcerationis, aliisque ipsorum Alexandri, & Clementis Prædecessorum respectivè arbitrio infligendis pœnis; Procuratori verò Generali ejusdem Ordinis, ut ab iis, qui negotia intra dictum tempus absolvere nequirent, scripturas ea concernentes sibi consignari, eademque negotia sedulo pertractari, ac expediri curaret, & sicut accepimus prænarratæ ordinationes, non ea, qua par est, cura serventur, sed illis transactis, Fratribus exteris prædictis post moram quindecim dierum in dictis Conventibus respectivè peractam, ad Conventum extra Urbem, non sine horum quoque Conventuum gravamine secedentibus, & paulo post ad eamdem Urbem redeuntibus, quasi eis non esset interdictum in Conventibus supradictis, seu eorum altero per alios quindecim dies moram trahere.

§. 1. Hinc est, quod Nos eorumdem Conventuum indemnitati, & levamento, quantum cum Domino possumus, consulere cupientes, ac memoratorum Alexandri, & Clementis Prædecessorum vestigiis inhærentes, motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ Potestatis plenitudine, ne de cætero quicumque Fratres exteri dicti Ordinis ad Urbem prædictam devotionis, vel negotiorum causa pro tempore accessuri in supradictis S. Francisci, & S. Petri in Monte Aureo Conventibus, seu eorum altero ultra quindecim dies commorari, nec ipsorum Conventuum Guardiani, seu Superiores respectivè nunc, & pro tempore existentes id permittere ullo modo audeant, seu præsumant, sub pœnis, quoad Fratres Sacerdotes, seu Clericos, ac Guardianos, seu Superiores prædictos, eorumve quemlibet, vocis activæ, & passivæ, ac officiorum per eos obtentorum ipso facto incurrendis; quoad Laicos verò, seu Conversos, carcerationis, aliisque nostro, & Romani Pontificis pro tempore existentis arbitrio infligendis, tenore præsentium prohibemus, & interdicimus.

§. 2. Præcipientes sub eisdem pœnis, ut Fratres exteri, qui in eisdem Conventibus, seu eorum altero moram quindecim dierum spatio traxisse de præsenti reperiuntur, statim atque præsentes litteræ ibidem publicatæ fuerint, inde discedant ad proprias Provincias reversuri. Quod si negotia habuerint, quæ tam citò nequeant expediri, scripturas illa concernentes consignent dilecto filio eorum Procuratori Generali, qui eadem negotia sedulo pertractari, & quamprimum fieri poterit, expediri curet.

§. 3. Porrò, si quis præfatam prohibitionem eludere tentaverit ad Conventum extra Urbem tantisper secedendo, & in eamdem Urbem regrediendo, quasi sibi in Conventibus præfatis, seu eorum altero per alios quindecim dies commorari liceat; tam ipsi, quam Guardiani, seu Superiores prædicti, qui ejusmodi elusoriis conatibus non obstiterint, pœnis supradictis omninò subjaceant.

§. 4. Decernentes easdem præsentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quod spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, inviolabiliter observari.

§. 5. Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 6. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit, Ordinis, & Conventuum hujusmodi, aliisve quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 27. Julii 1671. Pontificatus nostri Anno secundo.

Statuta Apostolica pro Custodia S. Petri de Alcantara in Regno Neapolitano.

CLEMENS PAPA X.

Ad perpetuam rei memoriam.

Ex commissi Nobis cœlitus Pastoralis officii debito, ad ea libenter intendimus, quæ felici, prosperoque Christi Fidelium Altissimi obsequiis sub suavi Religionis jugo mancipatorum regimini, & gubernio, laudabilibusque eorum studiis juvandis, & promovendis conducibilia fore in Domino speramus. Exponi siquidem nobis nuper fecit dilectus Filius nobilis Vir Petrus de Aragonia, Dux Segorbæ, & Cardonæ, Regni Neapolis Prorex, quod cum Custodia Sancti Petri de Alcantara in dicto Regno Neapolis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia Discalceatorum nuncupatorum,

rum, in executionem quarumdam noſtrarum, in ſimili forma Brevis literarum, die 30. Septembris 1670. expeditarum, perpetuo erecta, & inſtituta fuerit, eo præcipuè fine, ut illius Fratres inſtructioni, aliiſque ſpiritualibus neceſſitatibus Militum Hiſpanorum in eodem Regno pro tempore degentium operam darent: idem Petrus Dux, & Prorex nonnulla, ſine quibus finis hujuſmodi obtineri nequiret, nec Cuſtodia ipſa in ſui inſtituti rigore, & puritate conſervari poſſet, a nobis ſtatui, & indulgeri plurimum deſiderat. Nos igitur piis ipſius Petri Ducis, & Proregis votis hac in re, quantum cum Domino poſſumus, favorabiliter annuere volentes, eumque a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine, quavis occaſione vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, ſupplicationibus ejus nomine nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati. Quod ejuſdem Cuſtodiæ Cuſtos, & Conventus Sanctæ Luciæ de Monte Civitatis Neapolis ad ipſam Cuſtodiam ſpectantis Guardianus pro tempore exiſtentes, Natione Hiſpani ſemper eſſe debeant, & ſimiliter Magiſter Novitiorum dictæ Cuſtodiæ ſit ſemper Hiſpanus, vel Italus, qui in eadem Cuſtodia habitum ſuſceperit, & profeſſionem regularem emiſerit. Ex quatuor Definitoribus ipſius Cuſtodiæ, ſaltem duo, ſemper ſint Hiſpani, etiam in caſu ſubrogationis, & Superiores ejuſdem Cuſtodiæ, præter, & ultra præfatos Hiſpanos in dicto Conventu Sanctæ Luciæ, ſaltem duos Concionatores, & duos Confeſſarios, pariter Hiſpanos, pro Concionibus ad præfatos Milites Hiſpanos habendis, eorumque confeſſionibus audiendis, habere ſemper teneatur. Nec unquam in futurum in Cuſtodiam præfatam recipi poſſit ullus Frater Italus in aliis Provinciis, vel Cuſtodia profeſſus, ſed quando aliquem admitti expediens, vel neceſſe fuerit, is immediatè à ſæculo ad habitum recipi in dicta Cuſtodia, ejuſque Domo Novitiatus educari debeat, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium ſtatuimus, & ordinamus. Præterea cum in præfatis noſtris literis ordinaverimus, doctrinam, conſtitutiones, & cœremonias Sancti Petri de Alcantara ſervari; ne ulla ſuper hoc naſcatur dubietas, nec occaſio perturbationum, quas ſimilium rerum variatio in cæteris Religioſis parere ſolet, maturè præcidatur ordinationem noſtram hujuſmodi de Conſtitutionibus, doctrina, & cœremoniis, quæ in Provinciis ejuſdem Sancti Petri de Alcantara, quam dicta Cuſtodia tanquam *Matrem* agnoſcit, de præſenti ſervantur, intelligi debere, dicta auctoritate, harum ſerie declaramus, & decernimus: volentes, ut conſtitutiones, doctrina, & cœremoniæ hujuſmodi, in eadem Cuſtodia inviolabiliter ſtabiliantur, & perpetuo obſerventur: Nec ullus Superior aliquam ex illis mutare, innovare, aut quovis modo, & ſub quocumque prætextu alterare audeat, ſeu præſumat; alioquin, tam Superior, qui hujuſmodi mutationem, vel innovationem facere tentaverit, quam Definitores Cuſtodiæ hujuſmodi, qui id ei permiſerint, pœnam privationis officiorum per eos reſpectivè obtentorum ipſo facto incurrant. Quod ſi aliquid circa illas innovandum, aut mutandum, vel de novo ſtabiliendum, ſeu faciendum fuerit, id in Capitulo ipſius Cuſtodiæ, de conſenſu Diffinitorii, & Diſcretorii per vota ſecreta, juxta Conſtitutiones Apoſtolicas fieri debeat. Porrò eidem Cuſtodiæ Sancti Petri de Alcantara ejuſdem Fratribus, ut omnibus, & ſingulis gratiis, & privilegiis, quæ Reformationi Fratrum Diſcalceatorum dicti Ordinis ab hac Sancta Sede hactenus quomodolibet conceſſa fuerint, & in poſterum quandocumque concedantur, pari modo, uti, frui, & gaudere liberè, & licitè poſſint, & valeant, auctoritate, & tenore præſentium concedimus, & indulgemus. Ac quibuſcumque dicti Ordinis Superioribus majoribus, & minoribus, ad quos ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectabit, ſub privationis officiorum, & excommunicationis pœnis, dicta auctoritate, earumdem tenore præſentium præcipimus, & mandamus, ut præmiſſa omnia, & ſingula obſervent, & obſervari curent, & faciant. Decernentes ipſas præſentes literas ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectabit in omnibus, & per omnia pleniſſimè ſuffragari, & ab illis reſpectivè, inviolabiliterque obſervari; ſicque in præmiſſis per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, & etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac, quatenus opus ſit, Ordinis, & Cuſtodiæ hujuſmodi, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis illorum tenores præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum, hac vice dumtaxat, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cœteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris, die 28. Auguſti 1671. Pontificatus Noſtri Anno Secundo.

Confirmatio Decreti Diffinitorii Generalis Ordinis Fratrum Minorum Sancti Franciſci de Obſervantia Recollectarum, pro electione Præfectarum, & Prioriſſarum Monialium per Provincias Germano-Belgicas, & annexas.

CLEMENS PAPA X.

Ad perpetuam rei memoriam.

EXponi Nobis nuper fecit dilectus Filius Ludovicus Kelleri Commiſſarius Generalis Provinciarum Germano-Belgicarum, & annexarum Ordinis Fratrum Minorum Sancti Franciſci de Obſervantia Recollectorum nuncupatorum, quod in Capitulo Generali dicti Ordinis Valliſoleti noviſſime celebrato, Definitorium Generale Decretum edidit tenoris, qui ſequitur, videlicet.

§. 1. Præcipit Definitorium Generale, quod juxta Conſtitutiones Generales, & praxim Religionis, Miniſtri Provinciales Nationis Germano-Belgicæ dent liberam electionem Præfectarum, Prioriſſarum, vel quocumque nomine nuncupatarum in omnibus Monialium Monaſteriis, idque ſingulis trienniis, quod Decretum Conſtitutionibus fel. record. Leonis X., Sixti V., & Urbani VIII. Romanorum Pontificum Prædeceſſorum noſtrorum, nec non literis recol-

mem.

Clementis Papæ IX. Prædecessoris pariter nostri in simili forma Brevis die 20. Martii 1688. expeditis conforme est, eique insuper accessit Decretum, seu mandatum Venerabilis Fratris nostri Francisci Episcopi Ostiensis S. R. E. Cardinalis Barberini nuncupati, dicti Ordinis apud nos, & Sedem Apostolicam Protectoris, sub infrascripto tenore, videlicet.

§. 2. Attentis narratis, prævia revocatione supressoricæ alias a Nobis obtentæ, servari Constitutiones, & Statuta Ordinis, & Sac. Congreg. Decreta, atque ad eorum præscriptum procedi ad electionem Abbatissæ, aliarumque Præfectarum etiam decennious, & mandamus, in contrarium non obstantibus quibuscumque. In quorum &c.

Datum Romæ in Palatio Cancellariæ Apostolicæ hac die 30. Aprilis 1671. Franciscus Cardinalis Barberinus Protector: & infra, Joannes Baptista de Palagio Auditor.

§. 3. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, ut præinserta Decreta in tota Natione exactius serventur, & inviolabiliter ab omnibus observentur, & ne ullæ postmodum contentiones oriri possint, sed Decreta ipsa in omnibus Monialium, tam Clarissarum, Urbanistarum, & Colletanarum, quam quovis alio nomine nuncupatarum Monasterii Nationis præfatæ exactissime ad usum deducantur, prædictus Ludovicus Commissarius Generalis eadem Decreta Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri, ac Ministris Provincialibus, & cunctis Monialibus præfatis, ut in omnibus dictæ Nationis Conventibus, seu Monasteriis, Decretis hujusmodi se conforment, illaque executioni mandent, sub pœnis arbitrio nostro, seu Congregationis Venerabilium Fratrum nostrorum ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositæ infligendis, præcipi, utque illi soli, & non alii electionibus intersint, qui de more, & juxta usum, & gratiam Nationis præfatæ interesse consueverunt, ne ullæ insolitæ postmodum novitates, cum notabili turbatione regiminis, introduci, aut attentari possint, mandari, perpetuumque quibuscumque contradicentibus silentium imponi, summopere desideret.

§. 4. Nos ipsum Ludovicum Commissarium Generalem specialis favore gratiæ prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de memoratorum Cardinalium, qui dilectum Filium Commissarium Curiæ Ordinis præfati audiverunt, consilio, attentis narratis, enarrata Decreta Francisci Episcopi Cardinalis, & Protectoris, ac Definitorii Generalis præfatorum, ut supra petitur, auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, salva tamen semper in præmissis auctoritate præfatæ Congregationis Cardinalium.

§. 5. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit in omnibus, & per omnia inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 6. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac, quatenus opus sit, Nationis, ac Provinciarum, & Monasteriorum, seu Conventuum hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & Consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis.

§. 7. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis aliâs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 24. Novembris 1671. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

Subdit Ministro Generali Minorum de Observantia Conventum S. Bonaventuræ Lugdunensem, ab ejusdem obedientia se subtrahere tentantem.

CLEMENS PAPA X.

Ad futuram rei memoriam.

EXponi Nobis nuper fecit dilectus Filius Franciscus Maria Rhini à Politio Minister Generalis Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum, quod cum ante triennium tunc existentes Fratres Conventus S. Bonaventuræ Civitatis Lugdunensis, Provinciæ ejusdem S. Bonaventuræ dicti Ordinis, ut male ordinatæ eorum vitæ reformationem evitarent, se, dictumque Conventum jurisdictioni Ministri Generalis Ordinis Minorum ejusdem S. Francisci Conventualium nuncupatorum subjicere tentarent. Congregatio tunc existentium Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, ad quam super hujusmodi novitate recursus habitus fuerat, decrevit eumdem Conventum sub jurisdictione Ministri Generalis dicti Ordinis Minorum de Observantia, sicut antea remanere debere, idque executioni mandatum fuit, nec quidquam novi ultra tentatum: præterquam quod cum dictus Franciscus Maria Minister Generalis ad visitandas, & reformandas Galliæ Provincias dicti Ordinis, jussu nostro profectus fuisset, Fratres Conventus præfati, & cum illis unà eorum Guardianus, intercessione Venerabilis Fratris Archiepiscopi Lugdunensis litteras commendatitias à carissimo in Christo Filio nostro Ludovico Francorum Rege Christianissimo obtinuerunt ad hoc, ut eis licentia assumendi Statum sæcularem, cum eorum Conventus, seu Ecclesiæ in Collegiatam Ecclesiam erectione ab hac Sancta Sede impetraretur.

§. 1. Verùm his ad notitiam d. Francisci Mariæ Ministri Generalis deductis, ipse Franciscus Maria Minister Generalis eumdem Ludovicum Regem adiit, & ab ejus pietate obtinuit revocationem dictarum litterarum, atque ita exclusa fuit novitas Religioni perniciosa, sublataque occasio mali exempli, quo Fratres aliorum Conventuum ad similia procuranda, reformationis, quam humana fragilitas aversatur,

Digitized by Google

evitandæ causa, adduci potuissent.

§. 2. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, dilecti filii Fratres dicti Conventus Lugdunensis, pro majori eorum parte, cum dilecto pariter Filio Petro Quinton eorum Guardiano, & rebellionis antesignano uniti, ad tantam devenerint insolentiam, ut sub prætextu, seu spe litterarum Apostolicarum, per quas eorum professio annullaretur, obedientiam non solum eorum Ministro Provinciali, sed etiam Visitatori, & Commissario delegato Reformatori à nobis nominato negare præsumpserint, dictus verò Franciscus Maria Minister Generalis, ne dictus Conventus, qui ex primariis Ordinis præfati existit, & in quo Sancti Bonaventuræ Ecclesiæ Doctoris, qui ibidem Sanctæ conversationis meritis refulsit, & in Domino obdormivit, caput, ut piè creditur, asservatur, in profundum malorum descendat, ac pernicioso exemplo alios quoque ejusdem, & aliarum Franciæ Provinciarum Conventus in ruinam trahat, opportunè in præmissis à nobis provideri, & ut infra indulgeri summoperè desideret.

§. 3. Nos ipsius Francisci Mariæ Ministri Generalis votis hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, eumque à quibuscumque excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium duntaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum consilio, inhærentes Decreto alias, videlicet die 31. Maii 1669. edito, auctoritate Apostolica tenore præsentium declaramus dictum Conventum S. Bonaventuræ Lugdunensis Civitatis perseverare debere, ut antea, sub omnimoda jurisdictione Ministri Generalis dicti Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum; Ac præterea strictè mandamus Guardiano, cœterisque eidem Ministro Generali, nec non Ministro Provinciali ipsius Provinciæ, ac Visitatori, itidemque Reformatori, ad præscriptum Sacrorum Canonum, Sacri Concilii Tridentini, Apostolicarum Constitutionum, & Ordinis prædicti omninò pareant, atque obediant: Et adversus parere recusantes, prout juris fuerit, animadverti dicta authoritate harum serie præcipimus.

§. 4. Decernentes easdem præsentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissimè suffragari, sicque jus respectivè inviolabiliter observari.

§. 5. Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 6. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus Apostolicis, nec non, quatenus opus sit, Provinciæ, & Conventus, ac Ordinis præfatorum, etiam juramento, & confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores pro plenè, & sufficienter expressis, & de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice duntaxat specialiter, & expressè derogamus, cœterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 13. Februarii 1671. Pontificatus nostri anno tertio.

Benedictio Apostolica, & Indulgentia plenaria concessa Patribus Reformatis pro Missionibus.

CLEMENS PAPA X.

Universis Christi fidelibus præsentes literas inspecturis salutem, & Apostolicam benedictionem.

Cœlestium munerum thesauros, quorum dispensatores esse Nos voluit Altissimus, libenter iis impartimur, quos pro sua in Deum, & in proximus charitate, & Christianæ Religionis zelo animarum salutem omni studio procurare intelligimus; quo in genere cum Fratres Minores Ordinis S. Francisci de Observantia Reformatos nuncupatos habeamus, eosque in primis, quos dilecti filii eorumdem Fratrum Superiores ob hanc causam, hoc Ipso, & consequentibus annis in diversas Provincias Christianæ Reipublicæ mittere constituerunt: Nos sanè eorumdem Fratrum pietatem, ac operam, eorumque, ad quos illi mittendi erunt, religionem, & devotionem spiritualibus gratiis confovere, atque augere cupientes, eorumdem Superiorum precibus Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, piamque illorum deliberationem, quantum cum Domino possumus, promovere volentes; de Omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi: Omnibus, & singulis Fratribus Reformatis dicti Ordinis ad Missiones, in quibusvis locis, de Ordinariorum licentia respectivè exercendas, in futurum mittendi (ubi tamen non erunt Missionarii Congregationis de Propaganda Fide) & aliis utriusque sexus Christi fidelibus, ad quos ipsi mittendi accesserint, nostram, & Apostolicam benedictionem per præsentes impartimur. Nec non iisdem verè pœnitentibus, & confessis, ac sacra Communione refectis, qui pro S.R.E. exaltatione, Principum Christianorum unione, Infidelium conversione, hæresum extirpatione, prout unicuique suggeret devotio, pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino, auctoritate Apostolica, tenore præsentium, pro una vice duntaxat pro unaquaque Missione, de Ordinariorum locorum licentia respectivè facienda, concedimus, & elargimur. Hortantes Venerabiles Fratres Patriarchas, Primates, Archiepiscopos, Episcopos, & alios Ecclesiarum Dei Prælatos, & Rectores, ac Verbi Dei Prædicatores, ut in suis quisque Ecclesiis, cùm populus frequentior fuerit, præsentes literas, ac omnia in eis contenta publicent, & publicari faciant, ac omnem eisdem Fratribus Reformatis favorem, & auxilium in præmissis præstent. Volumus autem, quod præsentium transumptis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ obsignatis, eadem prorsùs fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Præsentibus ad septennium tantùm valituris.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub

ſub Annulo Piſcatoris die xx. Apr. MDCLXXII. Pontificatus noſtri anno ſecundo.

Confirmatio Decreti pro Cuſtodia Sancti Petri de Alcantara in Regno Neapolitano.

CLEMENS PAPA X.

Ad futuram rei memoriam.

EXponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Cuſtos, & Definitores Cuſtodiæ Sancti Petri de Alcantara Ordinis Fratrum Minorum S. Franciſci Diſcalceatorum nuncupatorum in Regno Neapolitano, auctoritate Apoſtolica erectæ, quod cum ad favorem ejuſdem Cuſtodiæ a fel. rec. Clemente Papa IX. Prædeceſſore noſtro, ac a Nobis binæ emanaverint, in ſimili forma Brevis, literæ, per quas ſtatus ipſius Cuſtodiæ rectè, prudenterque ordinatus reperitur, Venerabilis Frater noſter Franciſcus Epiſcopus Oſtienſis, & Veliternus S. R. E. Cardinalis Barberinus nuncupatus, dicti Ordinis apud Nos, & Sedem Apoſtolicam Protector, vigore facultatis ſibi ſuper hoc a Nobis attributæ, omnibus, & ſingulis modernis, & pro tempore exiſtentibus Superioribus, tàm majoribus, quàm minoribus, ac quibuſcumque Fratribus dicti Ordinis de Obſervantia, & Reformatis, aliovè quocumque nomine vocatis, aliiſque, ad quos ſpectat, ſpectareque poteſt, mandavit, & præcipit ſub pœna privationis vocis activæ, & paſſivæ ipſo facto incurrenda, aliiſque etiam gravioribus ſuo, & pro tempore exiſtentis Protectoris arbitrio, imponendis, ne adverſus eamdem Cuſtodiam, eique conceſſarum literarum prædictarum tenorem, ſive in Romana Curia, ſive extra eam, quidquam etiam minimum petere, attentare, vel facere, quovis modo audeant, niſi prius vocatis, certioribuſque redditis Cuſtode, & Definitoribus dictæ Cuſtodiæ pro tempore exiſtentibus, ac etiam Ordinis prædicti Protectore informato, & aliàs, prout pleniùs continetur in ipſius Franciſci Epiſcopi Cardinalis, & Protectoris decreto deſuper emanato, tenoris, qui ſequitur, videlicet.

Franciſcus, miſeratione Divina, Epiſcopus Oſtienſis, Cardinalis Barberinus, S. R. E. Vice-Cancellarius, Sacri Collegii Decanus, & totius Ordinis Sancti Franciſci Protector, Corrector, & Gubernator, &c. omnibus &c. Cum Sanctiſſimus Dominus noſter Clemens Papa X. Nobis remiſerit preces Sanctitati ſuæ porrectas, nomine Cuſtodiæ S. Petri de Alcantara Fratrum Minorum Diſcalceatorum Sancti Franciſci in Regno Neapolitano nuper erectæ, ſupplicantis nihil tractari, decerni, innovari, ac fieri contra eam, aut binas Apoſtolicas literas in forma Brevis, a Sanctitate ſua eidem conceſſas, primam incipien. *Apoſtolicæ ſervitutis* &c. die 30. Septembris 1673. ſecundam incipien. *Ex commiſſi Nobis*, &c. die 28. Auguſti anni 1672. expeditas, ipſa Cuſtodia prius non audita, & non citata. Nos æquum, & juſtum ab ea petitum judicantes, prædictæ ejuſdem Sanctiſſimi Domini noſtri commiſſionis, ac etiam, quo fungimur Protectoris officii, vigore, & auctoritate, omnibus, & ſingulis nunc, & pro tempore Superioribus, tàm majoribus, quam minoribus cujuſlibet qualitatis, & dignitatis, ac quibuſcumque Fratribus Ordinis Minorum Obſervantibus, & Reformatis, ſive alio quocumque nomine vocatis, omnibuſque etiam, ac ſingulis perſonis, ad quos quomodolibet ſpectat, & pertinet, ſpectareque, & pertinere poteſt, mandamus, ac ſtrictè præcipimus, ſub pœna privationis vocis activæ, & paſſivæ ipſo facto incurrenda, aliiſque etiam gravioribus noſtro, & Cardinalis pro tempore Protectoris arbitrio, imponendis, ne quomodolibet, & qualitercumque audeant adverſus prædictam Cuſtodiam, aut eidem conceſſorum prædictorum Brevium tenorem, ſive in eiſdem contentorum aliquod, quidquam, vel minimum petere, attentare, vel facere tàm judicialiter, quàm extra judicialiter, ſeu alio quovis modo intra, vel extra Romanam Curiam, directè, vel indirectè per ſeipſos, vel per alios, non vocatis prius authenticè, aut vocari factis, ac plenè de omnibus, & ſingulis, quæ contra eamdem Cuſtodiam, aut ejuſdem memorata Brevia petenda, tractanda, tentanda, aut decernenda ſunt certioratis, & in ſcriptis informatis, ut ſe defendant, aut defenſiones ſuas Apoſtolicæ Sedi exponi poſſint facere, Ipſius Cuſtodiæ pro tempore Cuſtode, & Definitoribus, ac etiam priùs de eiſdem Cardinale Ordinis pro tempore Protectore informato, cujus etiam partes erunt id ad notitiam dictorum Cuſtodis, & Definitorum deducere, ut debeant audiri, & audiantur priuſquam aliquid circa prædicta quomodolibet tractetur, petatur, tentetur, innovetur, aut fiat, ſeu decernatur, aut fieri, & decerni mandetur; & ita in omnibus obſervari mandamus, non ſolum præmiſſo, ſed etiam omni meliori modo. Datum Romæ in Cancellariæ Apoſtolicæ Palatio, die prima Aprilis 1672. F. Cardinalis Barberinus Protector. Loco ✠ Sigilli.

Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubjungebat, prædicti Exponentes præmiſſa, quo firmius ſubſiſtant, Apoſtolicæ confirmationis noſtræ patrocinio communiri ſummopere deſiderent. Nos ſpecialem ipſis Exponentibus gratiam facere volentes, & eorum ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes: ſupplicationibus eorum nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, præinſertum memorati Franciſci Epiſcopi Cardinalis, & Protectoris decretum, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & ſingulos juris, & facti defectus, ſi qui deſuper quomodolibet intervenerint, ſupplemus.

Decernentes eaſdem præſentes literas ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit, inviolabiliter obſervari; ſicque in præmiſſis, per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus præmiſſis, aliiſque Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac, quatenus opus ſit, dicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis illorum tenores præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cœteriſque contrariis quibuſcumque. Datum Romæ

apud

Digitized by Google

apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 8. Julii 1672. Pontificatus nostri anno tertio.

Indultum Apostolicum pro recto gubernio Custodiæ Sancti Petri de Alcantara in Regno Neapolitano.

CLEMENS PAPA X.

Ad perpetuam rei memoriam.

PAstoralis officii, quod authore Deo gerimus, sollicitudo nos admonet, ut paternam Christifidelium, qui e fluctibus sæculi in arctioris Religionis portum confugerunt, curam gerentes, illorum statui, & felici progressui, quantum nobis ex alto conceditur, providere studeamus. Exponi siquidem nobis nuper fecerunt dilecti filii Custos, & Fratres Custodiæ Sancti Petri de Alcantara in Regno Neapolitano, Fratrum Discalceatorum Hispaniæ Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum, quod cum eadem Custodia per literas Apostolicas, in simili forma Brevis, literas erecta, & stabilita reperiatur, ipsaque Custodia, tamquam ex Reformatione Fratrum Discalceatorum Hispaniæ, vigore concessionis, & Ordinationis Apostolicę, juxta Constitutiones, statuta, & particulares cœremonias, & usus ejusdem Reformationis gubernari debeat, ac omnibus gratiis, & privilegiis dictæ Reformationi ab Apostolica Sede concessis, & in futurum concedendis gaudeat, ipsi Exponentes nonnulla, quæ pro totali stabilimento, ac conservatione, & recto gubernio ejusdem Custodiæ necessaria esse visa sunt, à Nobis statui, & ordinari plurimum desiderant. Nos igitur, dictos Exponentes specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, audita Venerabilis Fratris nostri Francisci Episcopi Ostiensis, S. R. E. Cardinalis Barberini nuncupati, dicti Ordinis apud Nos, & Sedem Apostolicam Protectoris, ac dilecti Filii Francisci Mariæ Rhini de Politio, Ministri Generalis ejusdem Ordinis, qui preces dictorum Exponentium, utpotè veritati, ac rationi innixas, & in quibus nullum latet inconveniens, imo per quas exauditas multorum inconvenientium occasio maturè præcidetur, exaudiri posse existimarunt, relatione, ut Custodia præfata Familiæ Ultramontanæ dicti Ordinis unita, & aggregata remaneat, & eas tantùm Constitutiones Apostolicas, & Decreta Congregationum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ præfata Cardinalium, quas, & quæ Provinciæ Fratrum Discalceatorum Hispaniæ Ordinis prædicti observare tenentur, & observant, non autem illas, & illa, quæ pro Familia Cismontana Italiæ, ejusdem Ordinis dumtaxat emanarunt, quippè peculiari eorumdem Fratrum Discalceatorum vivendi modo, ac Constitutionibus, quibus ex dictæ Sedis ordinatione gubernantur, necnon privilegiis dictæ reformationi per Sedem eamdem concessis, quibus dicta Custodia fruitur, contrarias, & contraria, ad quarum, & quorum observantiam præfatæ Provinciæ Fratrum Discalceatorum non tenentur, nec illas, & illa proindè observant, & præsertim circa receptionem Novitiorum, pariformiter observare teneatur. Et consequenter, Custodia ipsa de cœtero non subjaceat Commissario Generali Italiæ, licet ita in literis ejus erectionis ordinatum fuerit, sed illius vice, quando Minister Generalis Ordinis præfati ex Familia Ultramontana electus fuerit, eadem Custodia Procuratori Generali ejusdem Ordinis Hispano, immediatè subjecta remaneat, & dùm Minister Generalis ex Familia Cismontana electus, ac extra Italiam fuerit, Commissario Generali Curiæ Ordinis præfati, itidem Hispano, subjaceat. Nec ad eamdem Custodiam miti possint Visitatores Commissarii, aut Delegati causarum ex Fratribus de Observantia, vel Reformatis, sed tantum ex Fratribus supradictę Reformationis Discalceatorum Hispanię, juxta privilegia illi concessa: ac demum, ut Custos dictę Custodię pro tempore existens, ad Congregationem Generalem intermediam dicti Ordinis, quando in Hispania, non autem quando in Italia celebrabitur, proficisci possit, & debeat, in eaque voti, sive suffragii prerogativam habeat, auctoritate Apostolica, tenore presentium statuimus, & ordinamus, ac concedimus, & indulgemus. Decernentes easdem presentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quomodocumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissimè suffragari, & ab eis respectivè inviolabiliter observari; Sicque in premissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus premissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non dicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium premissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis: Quibus omnibus, & singulis illorum tenores, presentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad premissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, & expresse derogamus, cœterisque contrariis quibuscumque. Datum Romę apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 24. Septembris 1672. Pontificatus nostri anno tertio.

Breve Clem. X. revocans, & cassans omnia, & singula privilegia Fratribus quibuscumque concessa.

CLEMENS PAPA X.

Ad perpetuam rei memoriam.

SAcrosancti Apostolatus officium, quod inscrutabilis Divinæ Sapientiæ, atquè Clementiæ altitudo humilitati nostræ, meritis licet, & viribus longè impari, committere dignata est, salubriter exequi jugi vigilantia satagentes, in eam præcipuè curam solitis studiis incumbimus, ut Christifideles Altissimi obsequiis sub suavi Religionis jugo mancipati, sublatis iis, quæ Regulari eorum Observantiæ, atque disciplinæ, detrimentum afferre noscuntur, juxtà Regularia eorum instituta prospere dirigantur, illisque firmiter insistentes, multiplicibus in dies, benedicente Domino, proficiant incrementis. Cum itaque, sicut accepimus, in Ordine Fratrum Min.

S. Fran-

S. Francisci de Observ. & Reformatorum, seù strictioris Observantiæ nuncupatorum, introductus fuerit abusus, ut passim Fratribus indulta voti perpetui, aliaque privilegia personalia concedantur, ex quo magnum relaxationi ostium aperitur, & gravissimum paupertati, & humilitati, quas dictus Ordo profitetur, nocumentum infertur: Nos, qui regularem disciplinam ubique vigere, & omnem illius relaxationis viam præcludi summopere cupimus, de opportuno remedio, quantum cum Domino possumus, providere volentes, ac fel. rec. Urbani PP. VIII. prædecessoris nostri inhærentes vestigiis, motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, omnia, & quæcumque indulta, seu privilegia personalia, quomodocumque nuncupata, quibusvis dicti Ordinis Fratribus, cujuscumque dignitatis, qualitatis, & conditionis existant (charissimorum in Christo Filiorum nostrorum Regis Romanorum in Imperatorem electi, ac aliorum Regum Concionatoribus, & Confessariis duntaxat exceptis) quocumque titulo, prætextu, causa, & occasione, & ad cujusvis instantiam, & supplicationem tam à Nobis, & Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris, ac quibusvis S. R. E. Cardinalium Congregationibus, quàm etiam à Venerabili Fratre nostro Francisco Epis. Ostiensi, ejusdem S. R. E. Cardinali Barberino nuncupato, dicti Ordinis apud Nos, & Sedem Apostolicam Protectore, aliis ejusdem Ordinis Protectoribus, & quibuslibet Ordinis hujusmodi Superioribus hactenus quoquo modo contra, & præter Regularia Ordinis prædicti instituta, & Apostolicas constitutiones concessa, harum serie perpetuò revocamus, annullamus, cassamus, abrogamus, & abolemus, illaque perpetuò revocata, cassata, abrogata, & abolita, viribusque, & effectu vacua fore, neminique ullatenùs suffragari, neque de cætero à quoquam concedi posse, sicque per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ubique judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam, quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus. Mandantes propterea in virtute Sanctæ Obedientiæ, ac sub excommunicationis, privationisque suorum officiorum, ac vocis activæ, & passivæ pœnis, eo ipso incurrendis, dilectis Filiis Ministro, ac Vicario, seu Commissario Generalibus, & Ministris Provincialibus, aliisque dicti Ordinis Superioribus, ut quamprimùm præsentes nostræ literæ ad eorum notitiam pervenerint, omnes, & singulos Patres, & Fratres Ordinis hujusmodi similia indulta, seu privilegia habentes, illis eo ipso privatos, & spoliatos esse declarent &c.

Datum Romæ apud Sancta Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 7. Octob. 1672. Pontificatus nostri anno tertio.

Congregatio Generalis Toletana Anno 1673.

In Dei nomine Amen.

Hæc est Tabula Capituli Generalis Intermedii, & Celeberrimæ Congregationis Generalis in Imperiali Conventu S. Joannis Regum Toleti, in Alma Provincia Castellæ Regularis Observantiæ, juxta Apostolicum Decretum Leonis X. felic. record. in Bulla Unionis, celebratæ in Vigilia Pentecostes die vigesima Mensis Maii, anno à partu Virgineo 1673. sub auspiciis Reverendissimi Patris nostri F. Francisci Mariæ Rhini de Politio Ministri Generalis totius Ordinis Fratrum Minorum Seraphici P. N. Sancti Francisci.

Commissarius Generalis Familiæ Cismontanæ.

IN primis, non minus prudenter, quàm laudabiliter triennio explero Commissariatus Reverendiss. P. F. Joseph Ximenez Samaniego Lectoris Jubilati, Theologi Catholicæ Majestatis pro Sacri Mysterii Immaculatæ Conceptionis promotione, Provinciæ Burgensis olim Ministri Provincialis, & Custodis: Reverendiss. P. F. Didacus Fernandez ab Angulo Lector Jubilatus, Ex-Secretarius Generalis Ordinis in Familia, Minister Provinciæ Granatensis, Prædicator Catholicæ Majestatis, Sanctæ, & Generalis Inquisitionis Qualificator, suffragiis Vocalium, communi applausu, in Commissarium Generalem hujus Cismontanæ Familiæ ritè, & canonicè electus est.

Pater Ordinis hujus Familiæ.

Reverendiss. Pater Fr. Joseph Ximenez Samaniego Commissarius Generalis Cismontanus præteritus.

Procurator Curiæ Romanæ.

Adm. R. P. Franciscus Maria à Bononia Lector Jubilatus, Provinciæ Bononiæ quondam Minister Provincialis, Sac. Congregationis Rituum Consultor, totius Ordinis ex-Diffinitor, ex speciali indulto Sanctiss. D. N. Clem. Papæ X. per Reverendissimum P. Ministrum Generalem, in dicto officio continuatur.

Commissarius Curiæ Romanæ.

Adm. R. P. F. Antonius de Lossada Enriquez, Lector Jubilatus, Provinciæ S. Jacobi Pater, supremæ Inquisitionis Qualificator, Ex-Secretarius Generalis Ordinis; ea tamen lege, ut munus hoc minimè exerceat in Curia Romana, quousque Adm. R. P. F. Joseph Cappons, Lector Jubilatus, Provinciæ Cathalauniæ olim Minister Provincialis, & Custos, biennium exercitii ibidem expleat.

Diffinitores Generales.

Adm. R. P. F. Joannes Torres Lector bis Jubilatus, Provinciæ Burgensis Minister, & Sanctæ Inquisitionis Qualificator.

Adm. R. P. F. Ludovicus Kellem, Ex-Commissarius Generalis Germano Belgicus, & Provinciæ Coloniæ Minister.

Adm. R. P. F. Joannes de Membris, Minister Provincialis Sancti Gabrielis Discalceatorum.

Adm. R. P. Fr. Michael de Avengozar Lector Iubilatus, & Provinciæ Cartaginensis Minister.

Adm. R. P. F. Dominicus à Resurrectione, Provinciæ Arrabidorum Minister.

Adm. R. P. Fr. Petrus Zorilla Angulo, Provinciæ Germaniæ inferioris Pater, & Custos, Prædicator Regis Catholici pro utraque Regali Cappella Castellæ, & Burgundiæ, ac ex-Secretarius Generalis Ordinis.

Adm. R. P. F. Io: Franciscus Scella Custos Franciæ Parisiensis.

Adm.

Adm. R. P. F. Ægidius Gilles Lector emeritus, Provinciæ S. Bernardini Recollectorum Custos.

Adm.° R. P. F. Bartholomæus à Portiuncula, Minister Provincialis Tertii Ordinis in Lusitania.

Guardianus Sacri Montis Syon, & Totius Terræ Sanctæ Custos.

Adm. R. P. F. Claudius à Lauda Lector Iubilatus, & Provinciæ Mediolanensis Regularis Observantiæ Diffinitor actualis.

Constitutiones pro tota Familia.

1. Diffinitorium Generale approbat, & acceptat compromissum Discretorii Generalis, tam in ipsum, quàm in deputandos ab eodem Diffinitorio factum, ad revidenda, explicanda, recompilanda, addenda, vel diminuenda, prout in Domino melius judicaverint, Statuta Generalia Barchinonensia Segobiæ recognita, & ab inde condita: Eaque sic revisa, explicata, recompilata, addita, vel diminuta, in unum volumen redigenda.

2. Ne imposterum negligantur notitię status Provinciarum mittendæ ex debito ad Capitulum, vel Congregationem Generalem, statuitur, ut Pro-Ministri, & Custodes, qui illas, ac etiam litteras testimoniales, ea forma, quam statuta Generalia Barchinonensia Segobiæ recognita, & Romana 1652. respectivè pręscribunt, non attulerint, in pœnam suę omissionis, & negligentiæ non admittantur ad suffragandum.

3. Pręcipit Congregatio Generalis, ut omnes electiones à Diffinitorio fiendæ, videlicet, Guardianorum, Prominiſtri ad Capitulum Generale mittendi, & Custodis, etiam extra capitulariter, quacumque de causa eligendi, Vicarii Provincialis, ac etiam Diffinitoris in casu expresso per statuta Romana 1664. n. 2. quo scilicet recognoscatur aliquem Diffinitorem fuisse nulliter, vel invalidè electum transacto Capitulo Provinciali: deinceps fiant per ballottationes, seu calculos albos, & nigros, Præside Diffinitorii proponente, juxtà Bullas Urbani VIII. *Religiosos Viros* 1642. & Alexandri VII. *Creditæ nobis* 1663. quousque succedat electio intra terminum præfixum à Jure.

4. Si verò electio Pro-Ministri ritè inchoata, intra spatium viginti quatuor horarum, minimè fuerit ab Electoribus conclusa, ex voluntaria prolixitate Præsidis Diffinitorii, declaratur devolvi ipso facto ad Reverendiss. Patrem Ministrum Generalem.

5. Electiones Pro-Ministri, & Custodis, & alia quæcumque acta Diffinitorii, absque assistentia legitimi Præsidis facta, declarantur irrita, & prorsus nulla.

6. Ne ex multiplicatione Diffinitorum Generalium maturè stabilita in Capitulo Generali Vallisoletano 1670. & per Sanctam Sedem Apostolicam approbata in casu vacantiæ, vel absentiæ alicujus ipsorum contingat dubitari, cui competat subrogari vel substitui; Declaratur ipsorum subrogationem, ac substitutionem debere fieri, servata proportione distributionis eorumdem factæ in memorato Capitulo, sic, videlicet; Ut pro Observantibus Hispaniæ non nisi Observantes Hispani. Pro Lusitano Lusitanus. Pro Excalceatis, quibus nunc specialiter datus est Diffinitor Generalis, juxta pręfata statuta Vallisoletana, Excalceatus: Pro Gallis quatuor magnarum Provinciarum de Observantia, similiter unus ex eisdem; Ac pro Recollectis, Recollectus: Pro tertio Ordine de Pœnitentia, Tertiarius; Pro Nationis Germanæ, ac Belgicæ, utraq; parte earum Alumni respectivè, servato semper Nationum, ac Institutorum jure, subrogentur, ac substituantur.

7. Si quis re ipsa fuerit dignior Provinciæ Pater, & vocari contigerit ad votum Patris immediati: Declaratur, quod hoc, & non Patris dignioris Votum debeat assumere, & potiri; in consessu tamen, & omnibus aliis muniis, prærogativis, & præeminentiis Patris dignioris gaudeat; absoluto verò termino præfixo per Breve Apostolicum Urbani VIII. de Patribus immediatis reassumat Votum Patris dignioris.

8. Ne imposterum ulla delicta Apostatarum, gravesque delinquentium excessus impuniti remaneant, ac statutum Segobiense C. 6. §. *de Apostatis* debitum sortiatur effectum: Congregatio Generalis renovat omnia ibidem ordinata, præcipitque insuper Ministris Provincialibus sub pœna suspensionis suorum muniorum per quadrimestre, quatenus omnes graves excessus, & singulas pœnitentias, secundum Ordinis Constitutiones, judicialiter delinquentibus, & excedentibus infligant, cunctasque sententias, & pœnas contra ipsos juridicè latas, & Processus factos, Regesto particulari Provinciæ pro more inscribi curent, & in Archivo Provinciæ originaliter summa diligentia serventur, ac reponantur, ut de iis culpis exigentibus, dum reproduci opus fuerit, legitimè constare possit, ac juxta Decreta Apostolica, Ordinisque Constitutiones, tam delinquentes, quam Apostatæ omni tempore ritè puniri valeant.

9. Ut Apostatæ, qui præsertim Curiam Romanam, & Catholicam accedere præsumpserint, efficacius compescantur, eorumque delicta pœna condigna plectantur: Præcipit Congregatio Generalis, ut capti carceribus mancipentur, & in illis detineantur, quousque eorum causæ, & processus a propriis Provinciis, ad quas de jure spectaverit, transmittantur, & examinentur. Ne tamen proinde Conventus Ara-Cœlitanus, & Matritensis indebitè graventur, atque hæc constitutio plenarium sortiatur effectum; Congregatio Generalis ex nunc pro tunc applicat dictis Conventibus pro Apostatæ victu, tot Missas ex dominicalibus, quot dies in carceratione effluxerunt. Has vero missas proprius cujusque Apostatæ Provincialis illicò persolvi faciat, & desuper superiores dictorum Conventuum certiores reddantur. Ad hunc autem effectum Officiales Curiæ Romanæ, & Commissarius Curiæ Regis Catholici, nec non memoratorum Conventuum Superiores locales teneantur sub juramento, & in scripto transmittendo ad dicti Apostatæ Provincialem, testari dies incarcerationis, Idemque observari præcipitur cum aliis Conventibus, in quibus de Generalium Prælatorum, vel Curiæ Romanæ Officialium authoritate tales Apostatæ carceribus fuerint detenti.

10. Maturè perpensa, nedum utilitate, verum etiam necessitate Archivi Generalis Ordinis, ejusdemque Archivarii in Conventu Matritensi: Congregatio Generalis renovat expressè Statutum Romanum 1651. cap. 1. §. 5. num. 9., & ultra ibidem disposita, statuit, ut Archivarius sit Lector Jubilatus instituendus semper à Ministro Generali; habebitque scribam gratum, & durabit per sexennium, quo absoluto, si à Capitulo, vel Congregatione Generali, aut ab ipso Reverendissimo Ministro Generali, de judicio aliquorum Patrum, suum ministerium digne, & laudabiliter obivisse comperiatur, prærogativis Patris Provinciæ, ad instar bis Jubilatorum, gaudeat. Pro victu vero ejusdem, suique Scribæ Superiores ex nunc pro tunc applicent singulis diebus duas Missas ex dominicalibus præfato Conventui Matritensi, celebrandas à Provinciis, ex quibus Archi-

chivarius, & Scriba respectivè assumpti fuerint; ipsi verò quotidianas missas pro sua intentione, & devotione dicere poterunt. Et casu, quo dictus Archivarius morte, vel alia causa intercedente defecerit, & vacaverit, ipsius loco alius substituatur à Reverendissimo Ministro Generali, si præsens; sin minus, à Reverendissimo Patre Commissario Generali Familiæ, confirmandus tamen per eumdem Reverendissimum Ministrum Generalem, si ita viderit expedire.

11. Attenta amplitudine hujus Familiæ, ac multitudine negotiorum occurrentium, concedit Congregatio Generalis Reverendissimis Patribus Commissariis Generalibus Familiæ Cismontanæ facultatem assumendi, & habendi duos Secretarios Generales, qui gaudeant privilegiis, & prærogativis Secretariis Generalibus Ordinis in Familia debitis, & quoad præcedentiam inter se, servabunt ordinis antiquitatem.

12. Cum tractu temporis, & certa experientia compertum sit, punctum de præcedentia circa præcipua Ordinis officia, post tantas declarationes, non fuisse adhuc satis, superque dilucidatum: Congregatio Generalis, quantum ex se est, volens è medio tollere omnem dubietatem, ac præcavere confusionibus, decernit, ut imposterum hæc Cathegoria, & ordo servetur, videlicet: ut deinceps Diffinitores Generales, qui Ministri in suis Provinciis antea extiterunt, subsequantur immediate Ex Commissarios Curiæ Romanæ, post hos Ex-Diffinitores Generales, qui per integrum biennium Secretarii Generales Ordinis fuerunt: deinde ex Diffinitores Generales, qui neque Provinciales, neque Secretarii Generales fuerunt: Post illos Secretarii Generales Ordinis: deinde Ex-Ministri Provinciales: postea Ex-Secretarii Generales, qui biennium suum expleverunt: deinde Ex-Commissarii novæ Hispaniæ, & *del Perù*: Hos omnes subsequentur qui fuerunt Vicarii Provinciales itidem per biennium.

13. Ut Secretarii Generales Ordinis imposterum gaudeant privilegiis, & prærogativis ipsis per statutum Generale concessis: Declaratur, illis omnino sufficere biennium completum, & triennium inceptum exercitii Secretariatus: & dum actu munere suo funguntur, tam in propriis, quàm in alienis Provinciis, post earumdem Ministros actuales, præcedant omnes illos Ex-Ministros, qui non fuerunt Diffinitores Generales. Declarat tamen Congregatio Generalis, quod per prædictam præcedentiam in propria Provincia tributam, nullo prorsus modo prærogativæ Patris antiquioris, secundum Bullam Urbani VIII. intendit præjudicare, sed præfato Patri antiquiori omnino remanere: In Comitiis verò Generalibus sedeant post Ex-Diffinitores Generales, & Ministrum Provinciæ, in qua celebratur Capitulum.

14. Ministri Provinciales actuales extra propriam Provinciam, & in alienis existentes, vel transeuntes, præcedant illos, qui fuerunt tantummodo Provinciales, sive Ex-Ministros illarum Provinciarum.

De Lectoribus.

1. Renovatur statutum Segobiense cap. 4. §. 8. num. 16. de lectoribus jubilatis: Adeoque cavet Congregatio Generalis, ne in posterum ullus jubilari valeat, aut pro Jubilato habeatur, nisi omnes, & singulas conditiones ibidem expressas adimpleverit: Districtè proinde præcipitur omnibus Provinciis hujus Familiæ, ne lectores qui artes per triennium docuerunt, ad illas denuò legendas assumant, aut in hujusmodi lectura ullo modo continuent, abrogata desuper quacumque Provinciarum consuetudine in contrarium.

2. Verum, si ob aliquam gravem, & rationabilem causam Prælati Generales dederint alicui litteras patentes Jubilationis conditionalis, nullum alium effectum in taliter Jubilato operari, nisi titulum Jubilati, & quod non possit per inferiorem à continuatione Lectoratus amoveri.

3. Statutum Victoriense de bis Jubilandis declaratur non esse intelligendum sic, ut quis continuo, & absque interruptione inter primam, & secundam Jubilationem per viginti quatuor annos scholasticam doceat Theologiam, sed sufficere, ut secundò, & iterato legat, sicut primò, juxta præscriptum Constitutionum Generalium, & hanc secundam lecturam absque ulla interpolatione, & discontinuatione prosequatur, ac compleat.

4. Statuta Victoriensia 1647. decernentia, quod Lectores Theologiæ se mutuo præcedant, juxtà tempus suæ Institutionis in lectoratu; & Romana 1651. explicantia hoc tempus computandum esse, non à nuda institutione, sed ab illa cum annexo docendi exercitio; Declaratur, sic esse intelligenda, scilicet, ut qui plures Lectoratus annos ad Iubilationem computabiles habuerint, omninò præcedere debeant, abrogata desuper quacumque consuetudine in contrarium, in cujuscumq; hujus Familiæ Conventu; unde in casu, quo quis lectorum plures annos lectoratus sic computabiles habeat, licet non tot Religionis, quot alius Lector, qui etiam est antiquior habitu Prædicatore Conventuali, declaratur, quod debeat utrumque præcedere.

5. Vetat Congregatio Generalis, ne contra antiquas nostri Ordinis rubricas Feriis quintis, vel Sabbatis Adventus, & Quadragesimæ fiat in Communitate officium de Corpore Christi, Conceptione Beatæ Mariæ Virginis, aut alia toti Ordini non concessa.

6. Item decernit, ut secundum easdem Rubricas fiant in laudibus, & vesperis suffragia communia, addatur deinceps suo loco suffragium de Sanctis Ordinis, prout in commemorationibus, seu suffragiis Ordinis expressum manet.

7. Acceptat Congregatio Generalis officium Beatæ Colletæ Virginis, Ordinis Sanctæ Claræ Reformatricis, à Sac. Congregatione Rituum approbatum, & concessum die 3. Septembris 1672. sub ritu duplici, videlicet cum oratione propria, & tribus lectionibus propriis tantum.

8. Statuitur, ut omnes Fratres, qui non sunt Sacerdotes, singulis diebus Dominicis Anni, & festivis, etiam nostri Ordinis primæ, & secundæ classis, præmissa Sacramentali confessione, Sacram sumant Synaxim; Temporibus verò Quadragesimæ, & Adventus id ipsum etiam præstent feriis quintis, festo intra hebdomadam non occurrente.

9. Statutum Generale Segobiense anno 1621. determinans nullum Capitulum Provinciale, nec Congregationem vim habentem Capituli, interim celebrari, quoad Vocales transmissi ad Comitia Generalia non fuerint regressi, declarat Congregatio Generalis, mutuata alterius Familiæ Constitutione sic debere intelligi: quod tempore Capituli, vel Congregationis Generalis nihil in Provinciis innovetur, & aliter factum, irritum sit, & inane, dummodo mora prædictorum Vocalium voluntaria, culpabilis, vel inutilis non interveniat, secundum temporis diuturnitatem, & prudentem æstimationem, vel sit impossibilis regressus.

Pro Natione Hispanica.

1. DEcernit Congregatio Generalis, ut in qualibet Provincia, quæ commodè voluerit, unum, vel saltem unum studium Theologiæ Moralis erigatur, cui præerunt duo lectores, qui solummodo materias morales, & casus conscientiæ tractabunt, omniaque exercitia, servata studii proportione, litteraria præstare tenebuntur, à lectoribus scholasticis præstari solita. Ad quod munus non eligentur, nisi qui prius legerint integrum cursum Artium, vel exercuerint per triennium Magisterium Scholasticorum Theologiæ Scholasticæ. Si quis autem sic Theologiam moralem legerit, magis congruus reputabitur ad promotionem Lecturæ Theologiæ Scholasticæ, quàm qui tantummodo Artes docuerunt.

2. Si quis tamen Jubilatus in dictis Conventibus sic docuerit Theologiam moralem per sexennium, & lectiones, annuas conclusiones, cæteraque exercitia, ut supra expressa manent, obierit; Declarat Congregatio Generalis hujusmodi tempus ipsi computandum fore ad secundam Jubilationem, & durante lectura morali, illum debere gaudere voto in Capitulis Provinciæ, non obstantibus Constitutionibus Romanis 1651.

3. Cum autem in Curia Matritensi omnes ferè Religiones, Collegia, ac studiorum scholasticorum Seminaria habeant, publicosque congressus litterarios celebrent, quos ex æquo, & debito cœteræ Religiones sua præsentia honestant: ne Conventus Matritensis tali honore destituatur: Determinat Congregatio Generalis, ut imposterum in hoc Conventu habeatur, & instituatur studium Theologiæ moralis, Lector verò assumendus sit scholastica disciplina apprimè peritus, triennium verò, quo Theologiam moralem, juxta morem supra expositum, legerit, publicisque congressibus aliarum Religionum adfuerit, & quotannis conclusiones scholasticas, vel morales modo scholastico publice defenderit; si per novennium Theologiam scholasticam, & per triennium Artes, aut per duodennium Theologiam scholasticam, juxta Ordinis Statuta, docuerit, ad annos Jubilationis triennium illud computetur, & qui taliter legerit, Iubilatum de Iustitia omnino declarat; dum verò actuali Lectura vacaverit, gaudeat præcedentia lectoribus primariis debita.

4. Statutum Victoriense pro Natione Hispanica n. 3. ann. 1648. statuens, quod lectores, qui sexennio Artes, & triennio Sacram Theologiam legerint, gaudeant iis gratiis, & præcedentiis, quibus ex Statutis gaudere solent qui fuerunt per sexennium Prædicatores Conventuales: Declarat Congregatio Generalis, quod tales Prædicatores debeant habere viginti quinque annos habitus, & duodecim prædicationis cum reali exercitio, non verò nudæ institutionis: & Concionator, qui semel his conditionibus munitus talem præcedentiam sibi acquisierit, semper, & ubique potiri debet.

5. Ad obviandum jurgiis, quæ oriuntur in Provinciis ex novis præcedentiis, statuit Congregatio Generalis, ut juxta Statuta Romana 1664. Secretarii Provinciarum imposterum sedeant post lectores primarios; deinde Commissarii Curiarum, excepto Matritensi, pro quo extat specialis dispositio; in tribus verò, aut quatuor insignioribus Conventibus infra exprimendis, in quibus aliquis Guardianus absolverit officium, habebit locum post Secretarium Provinciæ, & supra Commissarium Curiæ, si aliunde dicto Guardiano habituali non debeatur dignior locus; & inhibetur expressè omnibus Provinciis, ne possint deinceps alicui assignare præcedentiam supra lectores, & Prædicatores Conventuales: Si autem aliquam duxerint concedendam, semper sit, & assignari debeat inter præfatos lectores, & Concionatores.

6. Statuitur, ut Vice-Commissarius Indiarum Hispalensis, si antea Diffinitor, vel Custos suæ Provinciæ extiterit, vel fiat dum actualiter prædicto munere fungitur, gaudeat voto in Capitulis suæ Provinciæ; & si per octennium ita graduatus, ut dictum est, in præfata Vice-Commissaria laudabiliter perseveraverit, sit Pater suæ Provinciæ cum præcedentia immediata post Ex-Vicarios Provinciales biennales, & cum jure subrogandi pro Diffinitoriatu post memoratos Ex-Vicarios Provinciales; neque durante octennio, ab officio poterit amoveri, nisi causa relevante contra ipsum allegata, & probata.

7. Ut deinceps sciatur quis sit principalior Conventus cujuscumque Provinciæ, Declarat Congregatio Generalis esse sequentes.

Series Conventuum Principalium.

Conventus Toletanus est re ipsa primarius, & Caput Provinciæ Castellæ.

Conventus Matritensis verò, ob reverentiam Curiæ Regis Catholici, æqualis censendus, & æquè principalis, excepto, quod Jus primarii semper debetur, & pertinere debeat ad Conventum Toletanum.

Conventus Cæsar-Augustanus dictus S. Francisci, pro Aragonia.

Conventus Sancti Francisci Compostellanus, pro Sancto Jacobo.

Conventus S. Francisci Regularis Observantiæ Ulyssiponensis, pro Portugallia.

Conventus Sancti Francisci Vallis-Oleti, pro Conceptione.

Magnus Conventus S. Francisci Hispalensis, pro Bethica.

Conventus Sancti Francisci Burgensis, pro Burgensi.

Conventus Sancti Antonii Hispalensis, pro Angelorum.

Conventus S. Francisci Villæ Vitiosæ, pro Pietate Discalceatorum.

Conventus Sancti Francisci Murciæ, pro Cartaginensi.

Conventus Sancti Francisci Xabregas, Algarbiorum.

Conventus Sancti Francisci Majoricarum, ejusdem Provinciæ.

Conventus Sancti Francisci Placentinus, pro Sancti Michaelis.

Conventus Sancti Francisci Victoriensis, pro Cantabria.

Conventus Sancti Francisci Lagunæ, pro Canaria.

Conventus Sancti Petri de Sassaris, pro Sardinia.

Conventus Sancti Francisci Valentinus, pro Valentia.

Conventus Sancti Francisci Barchinonis, pro Cathalaunia.

Conventus S. Joseph juxta Ulyssiponem, Arabidorum, donec ille S. Petri de Alcantara in eadem Curia perfectus fuerit.

Conventus Regius Matritensis S. Ægidii, pro S. Joseph Castellæ Discalceatorum.

Conventus Sancti Antonii *Dos Corraises* dictus, Provinciæ Sancti Antonii Discalceatorum in Lusitania.

Con-

Conventus Sancti Joannis de Ribera, Provinciç S. Joannis Baptistæ Discalceatorum.

Conventus major S. Francisci Granatensis; Provinciæ ejusdem.

Conventus S. Didaci Vallis-Oleti, S. Pauli Discalceatorum.

Conventus S. Francisci Calaritanus, pro Sancti Saturniol.

Conventus S. Antonii Granatensis, S. Petri de Alcantara Discalceatorum.

Conventus Sanctæ Luciæ in Monte, Custodiæ Sancti Petri de Alcantara Discalceatorum Neapolis.

Pro Tertio Ordine.

Conventus Granatensis S. Antonii, pro S. Michaelis in Bethica.

Conventus Sanctæ Mariæ Jesu vulgo *De los Cardoipes*, Provinciæ Lusitaniæ.

Conventus de Mellin, Provinciæ Legionensis.

8. Quoniam Statuta Generalia pro regimine Monialium Romæ facta 1639. cap. 2. præcipiunt, juxta Concilii Tridentini sess. 25. c. 3. Decretum, & Apostolicas Constitutiones, præcipuè Pii V. *Circa Pastoralis &c.* & Gregorii XIII. *Deo Sacris &c.* eum numerum Monialium constitui in Monasterio, & imposterum conservari, qui ex propriis redditibus, vel eleemosynis consuetis commodè sustentari posset, nec non Provincialibus præcipiunt, quod, intra annum à publicatione labentem, per se, vel suos Commissarios, si personaliter nequiverint, præfati numeri taxam singulis Conventibus Monialium præfigere curent, & cuique respectivè exemplar triplex conficiatur, quorum unum in Provinciæ Archivo, alterum in Monasteriorum respectivè reponatur, & asservetur, tertium denique apud se Provincialis retineat. Similiterque cautum sit, ne ultra numerum taxatum, ullam recipere ad habitum valeant: quod si ob gravem, & relevantem causam, cum aliqua duxerint dispensandum; tunc juxta Decretum Sacrę Congregationis die 6. Septembris 1604. talis supernumeraria eleemosynam duplicatam dotalem Monasterio persolvere teneatur. Congregatio Generalis prædictarum Constitutionum Apostolicarum, Decreti Sacræ Congregationis, nec non Statutorum Generalium debitæ executioni consulens, desideransque, pro munere suo, abusus, & detrimenta ex eorum inobservantia in Monialium Monasteriis inde exorta extirpare; Renovat prædicta Statuta, districtè precipiens Provincialibus, ut, intra primum Annum a publicatione præsentium, præfata Decreta Apostolica, & Sac. Congregationis, & Constitutionem supramemoratam indispensabiliter ad litteram, uti jacent, sub pœna suspensionis suorum officiorum per trimestre, omnino exequantur, certumque reddere Reverendiss. Patrem Commissarium Generalem de supradictis teneantur, mittendo ad ipsum copias authenticas prædictarum taxarum, ut illi de præmissorum constet observantia, & executione. Cumque redditus fundi, eleemosynæ, cœteraque bona immobilia in eodem statu non permaneant: Ordinat ulterius Congregatio Generalis, ut de decennio in decennium prædicta taxa, vel numerus reformetur, augeatur, vel diminuatur; prout præfatis Provincialibus secundum Deum videbitur expedire.

9. Inhærendo ulterius Congregatio Generalis Decretis Sac. Congregationis pluries expeditis, iteratisque die 16. Augusti 1616. decernit, ut tertia germana Soror, si intra præfinitum numerum Monasterium intraverit, & habitum receperit, eleemosynam dotalem duplicatam persolvat; si vero ultra numerum taxatum supernumeraria admitti voluerit, vel admissa fuerit, triplicatam exsolvat eleemosynam dotalem; & quo ad votum activum, & passivum, ac suffragium ferendum, duæ tantum Sorores illa habere, & una suffragari possunt, remanente tertia exclusa. Hujusmodi enim determinationi, si toti, vel parti Provinciales contravenerint, sint ipso facto per trimestre suspensi.

10. Constitutio Generalis supra cap. 14. prospiciens paupertati Seraphicæ, uti nostri status Dominæ Conservatrici, interdicit, juxta Apostolicas Sanctiones Summorum Pontificum, præsertim Clementis VIII. Romani Pontificis 24. Aprilis 1606. & Decreta Concilii Tridentini, ubi supra cap. 2. ne ullus Religiosus nostri Ordinis de Monialium Monasteriorum fundis, & redditibus curam gerat, nulloque prorsus modo administrationi eorum se immiscaat, eo quod prædicta munia maxima afferant nocumenta contra Regulam nostram, in diesque experiantur non minoris notæ Scandala: Cupiens proinde illa omnia amputare, & penitus eradicare, inhibet Congregatio Generalis districtissime, ut nullus Religiosus possit, aut valeat deinceps similes administrationes exercere, aut retinere, sub nomine Administratoris, Factoris, Syndici, Coloni, Superintendentis, Villici, vel alio quovis nomine, titulo, vel colore palliatas, idque indispensabiliter: Provinciales vero, qui similes patentes deinceps dare præsumpserint, & si quas olim dederint, illico non revocarint, ab officio per trimestre ipso facto suspensi remaneant: Subditi autem contrafacientes pœnis Statutorum Ordinis adversus proprietarios latis irremissibiliter subjaceant.

11. Ob multiplices rationes statuitur, ut Confessarius Regalis Monasterii Discalceatarum Curię Matritensis deineeps gaudeat omnibus honoribus, & prærogativis Prædicatoribus Regiis per Constitutiones Generales Ordinis quomodolibet concessis; dummodo tamen conditiones requisitas, & per easdem Constitutiones præscriptas habuerit, suumque triennium laudabiliter absolverit.

12. Patri Confessario Sanctæ Claræ de Montills, & PP. Vicariis Monasteriorum Sanctæ Claræ Vallis-Oleti, & Sanctæ Claræ de Zafra, conceditur imposterum votum in Capitulis suarum respectivè Provinciarum.

13. Agens Hispalensis Reverendissimi Patris Ministri Generalis gaudeat deinceps, & habeat votum in Capitulo Provinciali.

Pro Tertio Ordine.

1. Statuitur, & districte præcipitur, ut omnes Religiosi Provinciæ Legionensis secundum propriam Regulam, & usum antiquum, panno cinericio vili absque tinctura deinceps induantur, & omnino ab usu staminea, abrogata desuper Constitutione Provinciali in contrarium, abstineant.

2. Alternativa Provinciæ Portugaliæ Tertii Ordinis à Sede Apostolica olim concessa, neque hucusque executioni demandata, relinquitur arbitrio, & dispositioni Reverendissimi Patris Commissarii Generalis Familiæ, ut desuper determinet, quod in Domino viderit expedire. Ad quem effectum tàm Congregatio Generalis, quàm Reverendissimus P. Minister Generalis totam suam ipsi, in quantum opus fuerit, concedit authoritatem.

Pro Gallia.

1. Ad instantiam Excellentissimorum Dominorum Ducis, & Ducissæ de Narmotiers, aliorumque Procuratorio nomine porrectam, Diffinitorium Generale, quantum in se est, ac servatis in reliquo servandis, concedit Provinciæ Sanctæ Mariæ Magdalenæ Recollectorum facultatem acceptandi fundationem oblatam Conventus in Insula de Narmotiers.

Pro Natione Germano-Belgica.

1. Diffinitorium Generale approbat Compromissarios propositos à Natione Germano-Belgica, ad effectum sua Statuta revidendi, disponendi, & ordinandi, & facultatem ad id impertitur; dummodo tamen hujusmodi dispositio, & ordinatio fiat juxta Generalia Ordinis Statuta, & sic ordinata, disposita, & compilata, & Nationi accommodata, ad proximum ferantur Capitulum Generale, ut sic præsentata debitè examinentur, & approbentur.

2. Lecta fuit reclamatio, & protestatio in Diffinitorio Generali, facta nomine totius Provinciæ S. Andreæ de Conventibus Aldenardæ, & Cortracensi Fratrum, ac Sororum Collettanarum Gandavi, & Clarissarum Burgensium; & licet Patres S. Josephi in Comitatu Flandriæ authoritate Apostolica in hunc postremum introducti fuerint, & Monialibus Sacramenta administrent; dictis tamen Patribus Andreanis liberum erit recurrere ad Sanctam Sedem Apostolicam, ut illam informent, & justitiam, quam prætendunt, repræsentent.

3. Negotium Conventus Embricensis inter Patres Colonienses, & Saxoniæ Sanctæ Crucis, alias Westphaliæ, Congregatio Generalis specialiter Commissario Generali Germano-Belgico committit, quatenus de eo inquirat, mentemque Domini Patroni ejusdem authenticè exponat, causamque actuet, usque ad sententiam diffinitivam exclusivè, omniaque sic actuata ad proximum transmittat Capitulum Generale. Interea tamen Patres Saxones, si ædificare voluerint, minimè prohibeantur, neque desuper molestari poterunt.

Pro Provincia Canariensi.

1. Cum juxta Breve S. D. N. D. Clementis Papæ X. die 15. Octobris 1672. arbitrio existentium pro tempore Superiorum Generalium omnino remittatur; ut non obstantibus literis Apostolicis Alexandri VII. fel. rec. Commissarios Visitatores ad Provinciam Sancti Didaci Canariensem destinare, uti ad cæteras fieri solet, possint, & valeant, quotiescumque ita in Domino pro publica pietate, quiete, & utilitate expedire judicaverint: Hinc Congregatio Generalis volens, qua par est veneratione, Apostolicum Decretum exequi, revocat, annullat, & cassat Statutum 1664. n. 9. per hoc novissimum Breve, ut patet correctum, & immutatum, mandatque, ut inviolabiliter memoratum Breve Domini Clementis X. observetur.

Pro Indiarum Provinciis.

1. Declarat Congregatio Generalis, ut si Alumnos Provinciarum Indiarum Orientalium contingat assumi ad officium Commissariatus Generalis illarum Provinciarum, quod debeant gaudere præcedentia per Statuta Segobiensia Commissariis Generalibus Indiarum Orientalium concessa, dummodo tamen suum tempus laudabiliter expleverint.

2. Statutum Segobiense cavens, ne, quando Prælati Generales interesse nolunt Congregationibus intermediis Provinciarum, ullum mittant, qui eisdem præsideat: Declaratur comprehendere etiam Commissarios Generales Indiarum, tam Orientalium, quam Occidentalium, præterquam in casibus in Statutis expressis.

3. Pro-Ministris, & Custodibus Indiarum, qui ad Capitula Generalia accesserant ante Statutum Victoriense 1648. concedens illis Paternitatem, ac Toletanum 1658. intuitu periculorum, & laborum ab ipsis tunc perpessorum, superaddens præcedentiam cum jure subrogandi &c. Cum nondum condita essent, nullo modo suffragari debent.

4. Statuta Generalia, ob rationes, & motiva, concedentia Prælatis Generalibus facultatem anticipandi, vel differendi per sex menses Capitula Provincialia: Declarat Congregatio Generalis, etiam ab Indiarum Provinciis observari debere.

5. Ut Moniales Indiarum Ordinis Jurisdictioni subjectæ ordinationum, ac Ordinis Statutorum debitam notitiam habeant, ac sciant, quidquid præcisè facere, vel omittere debeant: Præcipit Congregatio Generalis Commissario Generali novæ Hispaniæ, & Peruano pariter, ac Ministris Provincialibus, ut absque mora intimentur, & publicentur per singulos Conventus Monialium Statuta Romana de anno 1639. pro illis condita, & procurent, ut in unoquoque Monasterio prædictarum Constitutionum sufficientia exemplaria sint, & remaneant, ne ignorantiam Moniales prætendant.

Pro Terra Sancta.

1. Nullus imposterum instituatur Commissarius Terræ Sanctæ, qui prius non incoluerit, aut visitaverit prædicta Sanctuaria.

Judices ad expellendos incorrigibiles juxta Constitutiones Apostolicas hujus Familiæ Cismontanæ.

1. Inhærendo declarationi, & concessioni Sacræ Congregationis Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini interpretum, quæ, Sanctissimo D. N. approbante, declaravit, sex Patres in singulis Capitulis, vel Congregationibus Generalibus, eligendos, de quorum consilio, & assensu Generalis posset Regulares incorrigibiles à Religione ejicere, in unaquaque Provincia eligi posse; eosdem sic electos, si Generalis tàm longè ab fuerit, ut una cum eis convenire non possit, debere ad eumdem trasmittere Summarium processus, una cum eorum voto, & juxta illud Generalis possit ad sententiam expulsionis procedere: Interea tamen usque ad primum Generale Capitulum, vel Congregationem proximè celebrandam, sua Sanctitas annuit, ut ejectio, servata in reliquis forma Decreti hac de re editi, fieri possit à Generali, etiam cum Consilio, & consensu sex Patrum, quos idemmet Generalis in qualibet Provincia elegerit infra quatuor Menses 9. Augusti 1625. Card. S. Susannæ. Loco ✠ Sigilli. Prosper Fagnanus S. C. Secretarius. Designantur in singulis hujus Cismontanæ Familiæ Provinciis sex Patres, videlicet, Minister Provincialis, & Custos, duo antiquiores, seu digniores Provinciæ Patres, duo antiquiores Lectores Jubilati, defectu autem dictorum duorum Provinciæ Patrum, duo Diffinitores habituales antiquiores in Diffinitoriatus officio, & defe-

ctu

tu Jubilatorum, Guardianus principalioris Conventus, & antiquior Sacræ Theologiæ Lector actualis.

2. Quoniam verò, ob amplitudinem, & dilatationem hujus Familiæ Cismontanæ, non potest Reverendissimus Minister Generalis personaliter adire quamplures Provincias, præsertim Indiarum Orientalium, & Occidentalium, nec non Germaniæ, Belgii, dictæque Nationi annexarum. Eadem S. Congregatio indulsit supradictam facultatem Commissariis, & Visitatoribus ab eo destinandis ad dictas Provincias, cum plenitudine potestatis, ut servata in reliquis forma Decreti hac de re editi, ejectio fieri possit ab illis cum consilio, & assensu prædictorum sex Patrum, benignè annuente Summo Pontifice.

Petitiones Diffinitorii Sanctissimo factæ per Reverendiss. Ministrum Generalem.

1. Renovat Diffinitorium Generale Decretum per diversa Capitula Generalia factum, ut obnixissimè exoretur Sancta Sedes Apostolica pro licentia SS. Patriarchæ nostri Dominici Officium pari ritu celebrandi, quo Seraphicum P. N. S. Franciscum celebramus; & quoties in anni decursu contingat Divi Francisci fieri commemorationem, liceat & S. P. N. Dominici memoriam annectere, ambosque simul, & indivisè colere, quos eadem fides, & gratia verè fecit esse germanos.

2. Item, cùm Diffinitorium Generale ad Statuta anni 1639. in forma speciali a Sanctissimo confirmata, in puncto præcedentiæ non satis dilucidata, aliqua addiderit: Decernit, quatenus exoretur Sanctissimus, ut hujusmodi additiones dignetur benedictione Apostolica confirmare.

Sequuntur Suffragia.

Pro Sanctissimo D. N. D. Clemente X. quilibet Sacerdos dicat duas Missas; Clerici integrum Psalterium, Laici ducenta Pater, & Ave.

Pro Rege nostro Catholico Carolo Secundo, & Regina Matre Regnante ejus Tutrice, singuli Sacerdotes duas Missas.

Pro Rege Christianissimo, Regina, ac Prole Regia, cuncti Sacerdotes unam Missam.

Pro Rege Portugalliæ, ejusque Cermano Fratre Serenissimo Principe Domino Petro Regni Gubernatore, singuli Sacerdotes unam Missam.

Pro Eminentissimo Domino P. Francisco Card. Barberino Ordinis Protectore, omnes Sacerdotes unam Missam.

Pro Principibus Christianis, Benefactoribus nostris, exaltatione Sanctæ Matris Ecclesiæ, Hæresum extirpatione, ac felici statu Ordinis Seraphici, singuli Sacerdotes tres Missas, Clerici ter Psalmos Pœnitentiales, Laici dicant trecenta Pater, & Ave.

Pro Excellentissimo Domino Duce de Naxera, Marchione de Gannete, Ordinis Patrono munificentissimo, qui larga manu expensas hujus Congregationis subministravit, & pro ejus Excellentissima Familia, singuli Sacerdotes unam Missam.

Numerus Defunctorum ab ultimo Capitulo Generali Vallis-Oleti celebrato Anno 1670.

Iuxtà notitias, quas Patres Vocales respectivè attulerunt, ac dederunt, exceptis Provinciis Recollectorum Galliæ, ex quibus aliquæ tandum comparuerunt, demptis itidem Provinciis Indiarum, constat obiisse in hac Familia Cismontana quatuor mille, ducentos, & triginta septem Fratres; Moniales verò tres mille, & nonaginta.

Fr. Franciscus Maria Rhini de Politio, Minister Generalis.
Fr. Didacus Fernandez ab Angulo, Commissarius Generalis.
Fr. Ioseph Ximenez Samaniego, Pater Ordinis in Familia.
Fr. Antonius de Samoza, Commissarius Generalis Indiarum.
Fr. Antonius de Lossada Enriquez, Commissarius Generalis Curiæ Romanæ.
Fr. Franciscus Courtot, Diffinitor Generalis.
Fr. Joannes de Torres, Diffinitor Generalis.
Fr. Ludovicus Kellen, Diffinitor Generalis.
Fr. Joannes de Membris, Diffinitor Generalis.
Fr. Michael de Avengozar Diffinitor Generalis.
Fr. Dominicus à Resurrectione, Diffinitor Generalis.
F. Ægidius Gilles, Diffinitor Generalis.
Fr. Bartholomæus à Portiuncula, Diffinitor Generalis.

Loco ✠ Sigilli.

Fr. Petrus Torcilla Angulo Diffinitor Generalis, ejusdem Reverendissimi Diffinitorii Secretarius.

Confirmantur Ordini facultates erigendi Confraternitates Chordigerorum.

CLEMENS PAPA X.

Ad perpetuam rei memoriam.

Dudùm felicis recordationis Paulus Papa V. Prædecessor noster, qui certas unicuique Archiconfraternitati Indulgentias, & gratias spirituales, quibus in posterum fruerctur, duxerat præscribendas: omnes, & singulas Indulgentias, & peccatorum remissiones, ac pœnitentiarum relaxationes Archiconfraternitati Chordigerorum in Ecclesia domus Fratrum S. Francisci Assisiensis, Ordinis Minorum Conventualium canonicè erectæ, & illius Confratribus, per quoscumque Romanos Pontifices prædecessores suos concessas, & revocans, & anuullans, ac nullius roboris, & momenti exindè fore declarans; de Omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisus, omnibus utriusque sexus Christifidelibus, qui in memoriam ejusdem Sancti Francisci chordam benedictam ab ejusdem Ordinis Superioribus suscipientes, prædictam Archiconfraternitatem de cætero ingrederentur, die primo eorum ingressus, si vere pœnitentes, & confessi Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum sumpsissent, plenariam, ac tàm ipsis pro tempore describendis, quàm jàm descriptis, in dicta Archiconfraternitate Confratribus, & Consororibus, etiam vere pœnitentibus, & confessis, ac Sacra communione refectis, qui prædictæ Archiconfraternitatis Ecclesiam, seu Oratorium in festo principali ejusdem Archiconfraternitatis, a primis Vesperis usque ad occasum solis ejusdem festi, singulis annis, devotè visitassent, & ibi pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, & Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione, pias ad Deum preces effudissent, *etiam plenariam*: in mortis quoque articulo eisdem Confratribus, & Consororibus, qui verè pœnitentes, & confessi, ac Sacra Communione refecti, vel quatenùs id facere nequirent, saltem verè pœnitentes, nomen Jesu ore, si possent, sin minùs corde devotè invocarent *plenariam* similiter omnium peccatorum suorum *Indulgentiam*, & remissionem

nem misericorditer in Domino concessit. Nec non ipsis Confratribus, & Consororibus, qui prædictæ Archiconfraternitatis processioni, singulis mensibus fieri solitæ, interfuissent, *tres annos, & totidem quadragenas*; qui verò officio B. Mariæ Virginis ab ejusdem Archiconfraternitatis Confratribus pro tempore celebrando, & recitando, aut cuivis alteri officio pariter interfuissent, *centum dies*. Insuper eisdem, qui Sanctissimum Sacramentum, quando ad infirmos defferretur, comitati fuissent *quinque annos, & totidem quadragenas*. Qui verò pœnitentes, & confessi, ac Sacra Communione refecti aliquam ex Ecclesiis dicti Ordinis Minorum Conventualium S. Francisci, in ejusdem S. Francisci, ac S. Antonii de Padua, S. Bonaventuræ, S. Ludovici Episcopi, S. Bernardini, ac S. Claræ festivitatibus, similiter a primis Vesperis usque ad occasum solis festivitatum hujusmodi, singulis annis visitavissent, & oravissent, ut præfertur, *septem annos, & totidem quadragenas*. Quoties vero corpora defunctorum, tam Confratrum, quàm aliorum ad sepulturam comitati fuissent, aut alicui pauperi personæ in ejus necessitatibus subvenissent, aut pacem inter inimicos composuissent, toties, pro quolibet prædictorum operum, *centum dies* de injunctis eis, seu aliàs quomodolibet debitis pœnitentiis in forma Ecclesiæ consueta, relaxavit. Insuper eisdem Confratribus, & Consororibus, ut supradictas Indulgentias, & gratias spirituales consequi, & illas animabus Defunctorum per modum suffragii applicare possent, concessit, & indulsit.

Præterea, tunc, & pro tempore existenti prædicti Ordinis Minorum Conventualium Ministro Generali, ut Confraternitates laicorum utriusque sexus, sub dicta invocatione Chordigerorum Sancti Francisci in qualibet Ecclesia Fratrum sui Ordinis Minorum Conventualium S. Francisci erigere, & instituere, servata tamen forma præscripta in Constitutionibus rec. mem. Sixti Papæ V. sub dat. 13. Kal. Decembris, Pontificatus sui anno primo; & Clementis Papæ VIII. Prædecessorum suorum super hoc editis, posset, & valeret, facultatem impertitus est. Quæ quidem Confraternitates sic, & postquam erectæ, & institutæ fuissent, eidem Archiconfraternitati Sancti Francisci Assisiensis, juxta prædictam Sixti V. Constitutionem, asseut, & esse intelligerentur aggregatæ, & aliàs, prout in ipsius Pauli prædecessoris literis desuper, in simili forma Brevis, die 1. Martii 1607. expeditis, quas perpetuis futuris temporibus durare voluit, continetur.

Et subindè, cum ex concessione præfati Sixti prædecessoris Ministro Generali, & Commissario Generali Ordinis Fratrum Minorum ejusdem Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum, in Ecclesiis eorum Ordinis, in locis videlicet, in quibus Ecclesiæ, vel Conventus Fratrum Conventualium non existerent, hujusmodi Confraternitates Chordigerorum erigendi, & instituendi facultas attributa fuisset, memoratus Paulus prædecessor eisdem Ministro Generali, & Commissario Generali, & eorum cuilibet, ut in Ecclesiis eorum Ordinis, tantùm in locis, in quibus non starent Conventus, vel Ecclesiæ Ordinis Minorum Conventualium S. Francisci, Confraternitates Chordigerorum Sancti Francisci utriusque sexus erigere, & instituere, illisque sic erectis, & institutis Indulgentias, & gratias spirituales supradictas communicare libere, & licitè possent, & valerent, servata tamen forma in prædictis Constitutionibus Sixti, & Clementis prædecessorum tradita, quemadmodum in supradictis Pauli Prædecessoris literis expressum reperitur, facultatem perpetuò duraturam, auctoritate Apostolica concessit, & impertitus, est, & alias, prout in alterius ipsius Pauli prædecessoris literis, pariter in forma Brevis, die 25. Septembris ejusdem anni 1607. emanatis, quarum, & priorum ejus literarum præfatarum tenores, præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis haberi volumus, uberiùs etiam continetur.

Cum autem, sicut dilectus filius Franciscus Maria à Bononia, Procurator Generalis dicti Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum, Nobis nuper exponi fecit, quo firmiora sint ea, quæ iterato Apostolicæ Sedis patrocinio muniuntur, & aliquod dubium exortum decidatur, an dilectis pariter filiis Ministro Generali, & Commissario Generali ejusdem Ordinis, hujusmodi Chordigerorum Confraternitates in Indiis, tàm Orientalibus, quam Occidentalibus erigendi, illisque indulgentias, & gratias spirituales supradictas communicandi facultas, per posteriores Pauli prædecessoris literas præfatas, attributa reperiatur. Nobis propterea dictus Franciscus Maria Procurator Generalis, etiam eorumdem Ministri Generalis, ac Commissarii Generalis nomine humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportunè providere, & ut infra, indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

Nos igitur, ipsos Franciscum Mariam Procuratorem Generalem, ac Ministrum, & Commissarium Generales spiritualibus favoribus, & gratiis annuere volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, facultatem erigendi, & instituendi Confraternitates Chordigerorum Sancti Francisci utriusque sexus, in Ecclesiis Ordinis Fratrum Minorum ejusdem Sancti Francisci de Observantia, tantum nempè in locis, in quibus non extent Conventus, vel Ecclesiæ dicti Ordinis Minorum S. Francisci Conventualium, illisque sic erectis, & institutis, indulgentias, & gratias spirituales supradictas, sicut præmittitur, communicandi pro tempore existentibus Ministro Generali, & Commissario Generali ejusdem Ordinis Fratrum Minorum de Observantia, a memorato Paulo prædecessore concessas, ut præfertur, expeditasque desuper ipsius Pauli prædecessoris literas præfatas, cum omnibus, & singulis in eis contentis, auctoritate Apostolica, tenore præsentium perpetuò confirmamus, & approbamus, ac innovamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus. Sic ac eisdem Ministro, & Commissario Generalibus, eorumve cuilibet ejusmodi Confraternitates Chordigerorum Sancti Francisci in Ecclesiis eorum Ordinis tantum, ubicumque, etiam in Indiis tàm Orientalibus, quàm Occidentalibus consistentibus, in locis tamen ubi non sint Ecclesiæ, vel Conventus præfati Ordinis Minorum S. Francisci Conventualium, erigere, & instituere, illisque omnes, & singulas indulgentias, & peccatorum remissiones, ac pœnitentiarum relaxationes, aliasque gratias spirituales præfatas, servata tamen dictarum Constitutionum Sixti, & Clementis, ac literarum Pauli Prædecessorum præfatorum forma, & dispositione, communicare licuisse, & deinceps perpetuis futuris temporibus licere, auctoritate, & tenore prædictis declaramus.

Præterea, Confratres, & Consorores Confraternitatum hujusmodi ubicumque locorum, etiam in Indiis Orientalibus, & Occidentalibus per Ministrum

Gene-

Generalem, & Commissarium Generalem dicti Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia pro tempore existentes, seu eorum alterum, hactenùs, sicut præmittitur, erectarum, & deinceps quandocumque erigendarum, ac Christianæ pietatis opera per amplius incitare cupientes, ac de Omnipotentis Dei misericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, omnibus, & singulis earumdem Confraternitatum Confratribus, & Consororibus verè pœnitentibus, & confessis, ac Sacra Communione refectis, qui aliquam in Ecclesiis dicti Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia, in ejusdem Sancti Francisci Sacrorum Stigmatum; Sancti Didaci; Sancti Petri de Alcantara; Sanctorum Martyrum ejusdem Ordinis; Sancti Ludovici Regis Francorum, & Sanctæ Elisabethæ Reginæ Ungariæ festivitatibus, a primis Vesperis, usque ad occasum solis festivitatum hujusmodi, singulis annis devotè visitaverint, & ibi pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione, pias ad Deum preces effuderint, quo die festivitatum hujusmodi id egerint, *septem annos, & totidem quadragenas* de injunctis eis, seu aliàs quomodolibet debitis, pœnitentiis, in forma Ecclesiæ consueta, relaxamus.

Decernentes easdem præsentes literas, semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, & quatenus opus sit, nostra, & Cancellariæ Apostolicæ regula de non concedendis indulgentiis ad instar, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non omnibus, & singulis illis, quæ in præfatis Pauli prædecessoris literis concessa sunt, non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut ipsarum præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides, tam in judicio, quam extra illud habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die decima tertia Julii 1673. Pontificatus nostri anno 4.

I. G. Slusius.

POST quadriennalium sui Generalatus ad Archiepiscopatum Siracusanum promotus Reverendiss. Rhini, dum ipsius nominationem prætexens sigilla Ordinis retinere conaretur, anno 1674. Mense Octobris Generalatui cedere debuit. Patres, ad quos spectabat, pro eligendo Vicario Generali tractabant, innixi quoque protectioni Reginæ Regentis Hispaniarum, quæ per suum Oratorem Cardinalem Nitardum Pontificem supplicaverat, ut liberam Electoribus permitteret Vicarii Generalis electionem. At prævalente amore Summi Pontificis, Electores delusi fuerunt, & per Breve Apostolicum ejusdem Pontificis P. Franciscus Maria à Bononia, aliàs de Cremona, Vicarius Generalis totius Ordinis fuit nominatus. Deinde per aliud Breve, totius Ordinis Minister Generalis fuit creatus.

Statim tamen à prima electione, procurante Barberino Protectore, per alterum Breve Pontificium, super Cismontanas Reformatorum Provincias, cum plenitudine potestatis, institutus fuit Commissarius Generalis P. Iacobus Maria à Spinetulo, usque ad futurum Generale Capitulum, servata tamen ad supremum in toto Ordine Caput, scilicet ad Vicarium Generalem, debita dependentia, & appellatione.

Primum Breve, ut eruditissimè observat P. De Gubernatis in Regesto Curiæ, consulto non fuit appositum: alia duo tradam, & tertium, quo statuitur, ut prò quocumque parvo tempore Generales Officio functi fuerint, gaudeant privilegiis omnibus, quibus gaudent cœteri Ministri Generales totius Ordinis.

Breve Clementis X. Decernens Commissarium Gen. super Reformatos Cismontanæ Familiæ Fr. Jacobum Mariam de Spinetulo, &c.

CLEMENS PAPA X.

Dilecto Filio Iacobo Mariæ è Spinetulo, Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia Reformatorum nuncupatorum Professori.

Dilecte Fili salutem, & Apostolicam Benedictionem.

RELigionis zelus, vitę, ac morum honestas, aliaque laudabilis probitatis, & virtutum merita, quibus personam tuam ab omnium bonorum largitore Deo multipliciter decoratam esse accepimus, Nos adducunt, ut opera tua in rebus, quæ Nobis maximè cordi sunt, utamur, firmiter in Domino sperantes, te ea, quæ tibi commisetimus, sedulò, atque fideliter executioni mandaturum esse. Cum itaque Nos, per alias nostras in simili forma Brevis literas, dilectum filium Franciscum Mariam à Castro Sancti Petri Bononiensem, Procuratorem Generalem Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum, in Vicarium Generalem totius Ordinis præfati, quando Ministri Generalis ipsius Ordinis Officium, ante proximum futurum Capitulum Generale Ordinis hujusmodi, vacare contigerit, constituerimus, & deputaverimus, & alias, pro ut in eisdem literis, quarum tenorem præsentibus pro plenè, & sufficienter expresso, & inserto haberi volumus, uberiùs continetur. Hinc est, quod Nos Disciplinam, atque Observantiam Regularem in Provinciis Fratrum Reformatorum, nuncupatorum Familiæ Cismontanæ dicti Ordinis, quarum tu, ut pariter accepimus, Procurator Generalis de præsenti existis, sicubi exciderit, opportunis rationibus restitui, & ubi, benedicente Domino, perseverat, firmius solidari cupientes; Commissarium Generalem, qui Provincias Reformatorum hujusmodi sub dicto Francisco Maria Vicario Gen. totius Ordinis prædicti à Nobis, ut præfertur, deputato, usque ad Capitulum Generale prædictum, adiuvante Deo, salubriter regat, & gubernet, duximus deputandum. Itaque, de tua fide, prudentia, dexteritate, charitate, vigilantia, integritate, & Religionis zelo plurimum in Domino confisi, teque à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet con-

Innodatus existis, ad effectum præsentium duntaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes; Motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, te omnium, & singularum Provinciarum Fratrum Reformatorum Familiæ Cismontanæ dicti Ordinis Commissarium Generalem à die, quo memoratus Franciscus Maria Vicariatus Gen. totius Ordinis hujusmodi Officium sibi a nobis, ut præfertur, demandatum exercere inceperit, usque ad futurum proximè Capitulum Generale ejusdem Ordinis duntaxat, cum potestate regendi, & gubernandi Provincias hujusmodi, earumque Fratres, & Moniales, ac cum omnibus, & singulis facultatibus, authoritate, præeminentiis, prærogativis, privilegiis, gratiis, & indultis, ac honoribus, & oneribus solitis, & consuetis, & quæ hujusmodi Commissariis Generalibus, per Ministros Generales dicti Ordinis interdum institutis, tribui consueverunt, seu aliàs necessariis, & opportunis, sub omnimoda tamen dependentia à prædicto Francisco Maria Vicario Generali à Nobis, sicut præmittitur, constituto; ita ut tam tu, quàm omnes, & singuli Superiores, ac Fratres, & Moniales, aliæque personæ dictarum Provinciarum, nec non Provinciæ ipsæ, earum Conventus, & Monasteria quæcumque, ab eodem Francisco Maria Vicario Generali interea dependentis, eique subjactatis in omnibus, & per omnia, perinde, ac si tu in Commissarium Gen. hujusmodi ab ipsomet Francisco Maria Vicario Gen. institutus, & delegatus repereris, tenore præsentium deputamus, constituimus, & declaramus. Mandantes propterea in virtute Sanctæ obedientiæ, ac sub indignationis nostræ, aliisque arbitrii nostri pœnis, omnibus, & singulis Provinciarum Superioribus, & subditis &c. ut te, ad demandatum tibi per præsentes Commissarii Generalis Provinciarum &c. hujusmodi officium, ejusque liberum exercitium, juxta earundem tenorem præsentium, recipiant, & admittant, ac recognoscant, tibique in omnibus idem officium concernentibus pareant, & obediant, faveantque, & assistant respectivè. Ac decernentes ipsas præsentes literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac tibi in omnibus, & per omnia plenissimè suffragari, sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus &c. Datum Romæ die prima Martii 1674., Pontificat. Anno quarto.

Declaratur Pater Franciscus Maria à Castro S. Petri Vicarius Gen. Minister Gen. totius Ordinis.

CLEMENS PAPA X.

Dilecto filio Francisco Mariæ à Castro S. Petri Bononiensi, Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum professori.

Dilecte fili salutem, & Apostolicam benedictionem.

CUm Nos, ob egregia tua merita, te Vicarium Generalem totius Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum, authoritate Apostolica constituerimus, & deputaverimus, usque ad proximè futurum Capitulum Generale dicti Ordinis inclusivè, & aliàs prout in nostris desuper in simili forma Brevis expeditis literis, quarum tenorem præsentibus pro plenè, & sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, uberiùs continetur. Tuque Vicariatus Generalis hujusmodi possessionem, earundem literarum vigore, assecutus, eadem authoritate, qua Minister Generalis Ordinis prædicti pro tempore existens utitur, eodemque sigillo Ministri Gen. utaris, nec cujusquam vices in exercitio authoritatis hujusmodi geras: Hinc est, quod Nos te amplioris favore gratiæ prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existis, ad effectum præsentium duntaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus tuo nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, tibi, ut etiam titulo, & denominatione Ministri Gen. Ordinis prædicti, usque ad proximè futurum Capitulum Generale hujusmodi, uti, frui, & gaudere, teque Ministrum Generalem in quibusvis literis, decretis, aliisque scripturis inscribere libere, & licite possis, & valeas, nec non interea Minister Gen. ejusdem Ordinis in quibusvis actibus, & functionibus, tam publicis, quam privatis haberi, & reputari debeas in omnibus, & per omnia, perinde ac in Ministrum Gen. Ordinis hujusmodi, per literas nostras supradictas, deputatus repereris, authoritate prædicta, tenore præsentium concedimus, & indulgemus. Decernentes easdem præsentes literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac tibi in omnibus, & per omnia plenissimè suffragari, & ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, & spectabit in futurum, inviolabiliter observari; Sicque in præmissis, & per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus &c. Datum Romæ die 26. Octobris 1674. Pontif. anno quinto.

Cu-

Cuſtodia Sancti Petri de Alcantara in Regno Neapolitano in novam Provinciam erigitur.

CLEMENS PAPA X.

Ad perpetuam rei memoriam.

SAcroſancti Apoſtolatus officium humilitati, atque infirmitati noſtræ ab æterno Paſtore commiſſum, ſalubriter exequi, adjuvante Domino, jugiter ſatagentes, circa ſtatum Religioſorum Virorum ſub auſterioris vitæ diſciplina vota ſua Altiſſimo reddere ſatagentium, bonoque Chriſti odore de bona converſatione fragrantium, proſpere dirigendum, propenſis ſtudiis intendimus, ac muneris noſtri Paſtoralis partes, peculiari deſuper charitate interponimus, ſicut ad Omnipotentis Dei Gloriam, Religionis, & piorum operum incrementum, ac felicem progreſſum, animarumque ſalutem expedire in Domino arbitramur.

§. 1. Aliàs ſiquidem, poſtquam Cuſtodia Sancti Petri de Alcantara in Regno Neapolitano Fratrum Diſcalceatorum Hiſpaniæ Ordinis Minorum Sancti Franciſci de Obſervantia nuncupatorum, in executionem quarumdam noſtrarum, in ſimili forma Brevis, literarum auctoritate Apoſtolica erecta, & inſtituta, variiſque gratiis, & ordinationibus pro felici illius gubernio emanatis, per alias ternas pariter in forma Brevis literas noſtras decorata, atque ſtabilita fuerat, cum Cuſtodia ipſa in ſui primordio multis tam Romæ, quàm ſubinde in Hiſpania contradictionibus vexata, & per illas, tanquam aurum in fornace probata, & purificata, ac ab illis quippe inſubſiſtentibus, & ex animoſitate provenientibus, tum judicio Congregationis Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſitæ, tum chariſſimi in Chriſto Filii noſtri Caroli Hiſpaniarum Regis Catholici, qui pro eximia ſua erga nos, & Sedem Apoſtolicam reverentia, rem omnem ad ſupremum noſtrum, & dictæ Sedis judicium remiſerat, æquitate, atque pietate liberata fuiſſet: Nos ejuſdem Cuſtodiæ ſtatui, incremento providere, atque ejuſmodi perturbationis anſam in futurum præcidere cupientes, multa ad favorem ipſius Cuſtodiæ ſtatuimus, & ordinavimus, diverſaſque declarationes, & conceſſiones fecimus, ac inter alia voluimus, & ordinavimus, ut Capitulum dictæ Cuſtodiæ compromittat in perſonas quatuor Religioſorum zelo, prudentia, & virtute præditorum, qui a Venerabili Fratre noſtro Franciſco Epiſcopo Oſtienſi, ejuſdem S. R. E. Cardinale Barberino nuncupato, dicti Ordinis apud Nos, & Sedem prædictam Protectore, approbati, ſeu aliàs ab ipſo nominati eſſent, ipſique Compromiſſarii Statuta, & ordinationes, quibus eadem Cuſtodia in perpetuum regi, & gubernare deberet, ſecundum datam ſibi a Domino prudentiam conficerent, & componerent, & aliàs prout in noſtris deſuper in ſimili forma Brevis die 28. Auguſti 1673. expeditis literis uberius continetur.

§. 2. Cum autem, ſicut accepimus, Statuta, & ordinationes hujuſmodi, juxta earumdem literarum noſtrarum diſpoſitionem jam facta, atque edita reperiantur, dictaque Cuſtodia, quæ ſex Conventibus canonicè erectis, & inſtitutis conſtat, & alium Conventum erigendi facultatem a Sede prædicta obtinuit, nulli Provinciæ Ordinis prædicti ſubjaceat, ſed à proprio Cuſtode cum ſuo Diffinitorio gubernetur, ac in ea Capitula, Congregationes, & alii congreſſus, prout in Provinciis dicti Ordinis, celebrentur, ipſaque Cuſtodia propriis ſigillis majori, & minori utatur, atque prærogativis fere ad inſtar Provinciarum hujuſmodi fruatur, itaut ei nihil, niſi nomen Provinciæ, deeſſe videatur.

§. 3. Hinc eſt, quod nos firmiori, atque ſolidiori ejuſdem Cuſtodiæ ſtatui, proſperoque illius regimini, ac progreſſui, & incremento, quantum nobis ex alto conceditur, providere volentes, ac dilectorum Filiorum Cuſtodis, & Definitorum, aliorumque Fratrum Cuſtodiæ hujuſmodi ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine, quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutos fore cenſentes, nec non quinarum noſtrarum literarum prædictarum tenores, & alia quæcumque, etiam ſpecificam, & individuam mentionem, & expreſſionem requirentia, præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, motu proprio, ac ex certa ſcientia, & matura deliberatione noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, prædictam Cuſtodiam in novam Provinciam Fratrum Diſcalceatorum Hiſpaniæ dicti Ordinis, quæ Provincia Sancti Petri de Alcantara Regni Neapolis nuncupari debeat, ac Capitula Provincialia pro Miniſtri Provincialis, Cuſtodis, & Definitorum, aliorumque Officialium ipſius Provinciæ electione, ac Congregationes, alioſque congreſſus ad inſtar aliarum Provinciarum Ordinis hujuſmodi celebrare, ac omnibus, & ſingulis præeminentiis, juribus, honoribus, privilegiis, gratiis, & indultis, quibus aliæ ejuſdem Ordinis Provinciæ, tam de jure, uſu, & conſuetudine, quam alias quomodolibet utuntur, fruuntur, & gaudent, ac uti, frui, & gaudere poſſunt, & poterunt in futurum, pariformiter, & abſque ulla prorſus differentia, & ſignanter illis, quæ Provinciis Fratrum Diſcalceatorum Hiſpaniæ Ordinis prædicti, a quibuſvis Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus noſtris, ac præſertim à felicis recordationis Urbano Papa VIII. prædeceſſore pariter noſtro, per quaſdam ſuas in forma Brevis literas, quarum initium: *Cum ea &c.* die 25. Junii 1639. expeditas, conceſſa ſunt, nec non omnibus, & ſingulis indultis, privilegiis, & gratiis Cuſtodiæ prædictæ, à Nobis per quinas literas ſupradictas quomodolibet conceſſis, & quibuſvis Cuſtodia ipſa hactenus gaviſa eſt, uti, frui, potiri, & gaudere liberè, & licitè poſſit, & valeat; ita tamen, ut nova Provincia hujuſmodi facultate fundandi, & erigendi novos Conventus de ſola Ordinariorum licentia, quæ dictæ Cuſtodiæ auctoritate Apoſtolica conceſſa repetitur, non niſi in locis, in quibus Fratres de Obſervantia, vel Reformati nuncupati Ordinis prædicti non ſint, uti valeat, tenore præſentium, ſine cujuſquam præjudicio, in perpetuum erigimus, & inſtituimus.

§. 4. Præterea, Statuta, & Ordinationes pro felici, proſperoque dictæ Cuſtodiæ regimine, & gubernio, ſicut præmittitur, facta, atque edita, quæ (ut pariter accepimus) à memorato Franciſco Epiſcopo Cardinale, & Protectore examinata, & approbata fuerunt, dummodò tamen Sacris Canonibus, aut Concilii Tridentini Decretis, vel Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, aut Regularibus dicti Ordinis inſtitutis non adver-

Digitized by Google

fentur, auctoritate Apostolica harum serie perpetuo approbamus, & confirmamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac illa omnia, & singula per Superiores, Fratres, & personas quascumque dictæ novæ Provinciæ sic à Nobis erectæ, & institutæ, perpetuis futuris temporibus inviolabiliter observari debere, statuimus, ac præcipimus, & ordinamus.

§. 5. Porrò eidem novæ Provinciæ de idoneis Ministro Provinciali, & Definitoribus, quorum opera Provincia ipsa, adspirante superni favoris auxilio, salubriter dirigatur, hac prima vice providere cupientes, ac de spectata infrascriptorum Religiosorum fide, prudentia, charitate, integritate, vigilantia, & Religionis zelo plurimum in Domino confisi, dilectos Filios Joannem a S. Maria, verbi Dei Prædicatorem, qui Custos, in Ministrum Provincialem, ac Franciscum Antonium a Passione, Jacobum a S. Laurentio, Lucam a Sancto Didaco, & Joannem a Cruce, qui Difinitores actuales prædictæ Custodiæ a dicto Francisco Episcopo Cardinale, & Protectore novissimè instituti fuerunt, in Difinitores ejusdem novæ Provinciæ sic a Nobis erectæ, respectivè ad triennium proximum, cum omnibus, & singulis præeminentiis, prærogativis, facultatibus, auctoritate, privilegiis, gratiis, & indultis, ac honoribus, & oneribus solitis, & consuetis, motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine paribus, earumdem tenore præsentium constituimus, & deputamus; omnes autem Guardianos Conventuum, & reliquos officiales Custodiæ prædictæ sic in Provinciam a nobis erectæ, qui de præsenti, aut a prædicto Francisco Episcopo Cardinale, & Protectore, aut a Definitorio deputati reperiuntur, in suis respectivè muneribus, usque ad Congregationem intermediam ejusdem novæ Provinciæ proximæ celebrandam, confirmamus. Ac prædictis Ministro Provinciali, & Definitoribus a nobis, ut præmittitur, deputatis, Custodem ejusdem novæ Provinciæ, qui Capitulo Generali dicti Ordinis cum voti, sivè suffragii prærogativa interesse valeat, pro hac vice tantum, eligendi, seu deputandi facultatem impertimur. Ita tamen, ut electio, seu deputatio hujusmodi a memorato Francisco Episcopo Cardinale, & Protectore approbari, & confirmari debeat.

§. 6. Mandantes propterea in virtute Sanctæ Obedientiæ, ac sub indignationis nostræ, aliisque arbitrii nostri pœnis, omnibus, & singulis prædictorum Ordinis, & novæ Provinciæ Superioribus, Fratribus, & personis, cæterisque, ad quos spectat, & spectabit in futurum, ut eamdem novam Provinciam, sicut præmittitur, a Nobis erectam, & institutam, tamquam veram, & legitimam, canoniceq; erectam Provinciam, & sicut reliquas Fratrum Discalceatorum dicti Ordinis Provincias, in omnibus, & per omnia recognoscant, nominent, teneant, & tractent, ac Religiosos supranominatos ad officia eis respectivè per præsentes demandata, illorumque liberum exercitium, juxta earumdem tenorem præsentium recipiant, & admittant, illisque in omnibus eadem officia concernentibus faveant, & assistant, pareantque, & obediant respectivè.

§. 7. Ac decernentes ipsas præsentes literas, & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo, quod quilibet in præmissis jus, vel interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes, etiam specifica, & individua mentione, & expressione digni, illis non consenserint, nec ad ea vocati, citati, & auditi, neque causæ, propter quas præsentes emanaverint, adductæ, aut verificatæ, & justificatæ fuerint, aut ex quavis alia, etiam quantumlibet juridica, pia, & privilegiata causa, colore, prætextu, & capite, etiam in corpore juris clauso, etiam enormis, enormissimæ, & totalis læsionis, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, aut interesse habentium consensus, aliove quolibet, etiam quantumvis formali, & substantiali, individuamque expressionem requirente, defectu, notari, impugnari, infringi, retractari, in controversiam vocari, seu ad terminos juris, reduci, aut adversus illas aperitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari; seu impetrato, aut etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus concesso, vel emanato, quempiam in judicio, vel extra illud uti, seu se juvare ullo modo posse; sed ipsas præsentes literas, semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissimè suffragari, & ab eis respectivè inviolabiliter observari. Sicque, & non aliter, in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, & S. R. E. præfatæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, & Apostolicæ Sedis Nuntios, aliosve quoslibet quacumque præeminentia, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 8. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, nec non, quatenus opus sit, Ordinis, & Custodiæ hujusmodi, aliisve quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, Statutis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis, etiam dicto Ordini, ejusque Superioribus, & quibusvis aliis personis, & locis, sub quibusvis verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis Decretis in genere, vel in specie, ac aliàs in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis: ac omnibus, & singulis illis, quæ in quinis nostris literis supradictis voluimus non obstare. Quibus omnibus, & singulis, etiam pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, exprimerentur, & insererentur præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 7. Februarii 1675. Pontificatus Nostri Anno quinto.

I. G. Slusius.

Ere-

Erectio Provinciæ Immaculatæ Conceptionis Discalceatorum in Brasilia.

CLEMENS PAPA X.

Ad perpetuam rei memoriam.

PAstoralis officii, quo Catholicæ Ecclesiæ per universum terrarum Orbem diffusæ regimini, divina dispositione, præsidemus, sollicitudo Nos admonet, ut felici, prosperoque Christifidelium, qui è fluctibus sæculi in portum vitæ Religiosæ confugerunt, gubernio, atque directioni, etiam per novarum Provinciarum institutionem, providere interdum studeamus, sicut locorum, & personarum, & temporum qualitatibus maturè perpensis, ad gloriam, & Religionis incrementum, atque animarum salutem expedire in Domino arbitramur.

§. 1. Exponi siquidem nobis nuper fecit dilectus filius Joannes a Nativitate Provinciæ Sancti Antonii Brasiliensis, Fratrum Minorum Ordinis Sancti Francisci de Observantia Discalceatorum nuncupatorum, in Romana Curia specialis Procurator, quod dicta Provincia primordio suæ fundationis sub titulo Custodiæ Sancti Antonii Brasiliensis, Provinciæ ejusdem nominis in Lusitania consistenti unita fuit, usque ad felicis recordationis Alexandrum Papam Septimum prædecessorem nostrum, qui eam a dicta Provincia Lusitaniæ, tùm ob earum ab invicem distantiam, multitudinem Fratrum, & numerum Conventuum, tùm ob cœtera requisita, & ad utriusque partis instantiam separavit, ac in dictam Provinciam, relicto solum titulo S. Antonii, eum addito Brasiliensis, erexit.

§. 2. Hæc autem Provincia exinde, & antea, dum Custodia erat per vastissimum Brasiliæ Regnum ad spatium quingentarum, & amplius leucarum ita dilatata est, ut Minister Provincialis in decursu sui triennalis regiminis, & multo minùs Commissarii Visitatores a Ministris Generalibus Ordinis præfati ad canonicam tàm Fratrum, quàm Conventuum visitationem deputati, vix unquam integrè ejusdem Provinciæ visitationem obire, in grave Regularis Observantiæ detrimentum, cui, ut necessarium applicare posset remedium, omnes Provinciæ hujusmodi Fratres tunc in humanis agenti Petro Manero dicti Ordinis Ministro Generali supplicarunt, ut formam aliquam boni regiminis pro tam vasta, & extensa Provincia præscribere vellet.

§. 3. Ipse verò Petrus Minister Generalis, post maturam deliberationem, & graviorum Fratrum consultationem, disposuit omnibus dictæ Provinciæ Conventibus sitis ultra Oppidum Spiritus Sancti, & in ejus districtu, seu Capitanis fundatis ad tractum Sur nuncupatum, dari debere unum Custodem, qui assistentibus sibi duobus Definitoribus, vices, & absentias Ministri Provincialis, tàm in ordinariis Fratrum correctionibus, quàm in Conventuum visitationibus, & electionibus extra Capitulairs legitimè, & ex totius Provinciæ concordato supleret, utque dicti Conventus, cum ad numerum septem Conventuum crevissent, gaudere titulo Custodiæ; cum verò ad decem Conventus pervenissent, gaudere possent titulo Provinciæ.

§. 4. Quam formam regiminis omnes Fratres dictæ Provinciæ, tàm Definitorii, quàm Discretorii in Capitulo Provinciali die trigesima Augusti 1657. in Conventu S. Francisci Brasiliensis, unanimi consensu, & communibus omnium votis, nemine prorsus discrepante, vel contradicente, ad majus Dei obsequium, Regularis Observantiæ incrementum, solamen Fratrum, & levamen Prælatorum Provincialium, & Visitatorum personaliter visitantium, amplexi sunt, & hæc forma regiminis die vigesima secunda Junii 1670. per Venerabilem Fratrem Franciscum Mariam Rhini, Episcopum Syracusanum, tunc temporis Ministrum Generalem ejusdem Ordinis, fuit approbata, & postea omni meliori modo, & forma, qua fieri potuit, in Congregatione Capitulari dictæ Provinciæ Brasiliensis admissa, & ratificata die decima tertia Decembris ejusdem anni 1670. a dilecto Filio Joanne a Deserto Ministro Provinciali, eum communibus omnium Patrum Provinciæ, & Definitorii votis, ac suffragiis, qui omnes unanimiter cessere juri suo, ac prætensioni contra dictam Custodiam, eamque in omni libertate a jure requisita, ut in novam per se Custodiam, sub titulo Conceptionis Immaculatæ Beatissimæ Mariæ Virginis erigeretur, ac per proprios, & distinctos Superiores regeretur, constituere, & hoc ipsum confirmantes iidem Fratres Provinciæ hujusmodi in ultimo Capitulo Provinciali die vigesima secunda Augusti 1673. quantum ad erectionem in Custodiam, ac etiam ulterius progredientes spontè, & liberè supplicarunt, ut in Provinciam separatam, sub titulo jam dicto, stabiliretur.

§. 5. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, dicta Custodia ad præsens ab ultimo Capitulo hujusmodi in pacifica possessione status Custodiæ distinctæ reperiatur; præmissis verò omnibus attentis, quæ vera esse dilecto Filio nostro moderno Ministro Generali dicti Ordinis constat, concurrentibusque cœteris ab Apostolicis, & Generalibus Ordinis hujusmodi Constitutionibus, ad canonicam novæ per se Provinciæ erectionem requiruntur, præfatus Joannes Procurator Custodiam hujusmodi confirmari, ac in novam Provinciam sub titulo prædicto erigi summoperè desideret; nobis propterea, nomine dilectorum pariter filiorum Fratrum tam Provinciæ S. Antonii Brasiliensis, quam Custodiæ hujusmodi humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, & ut infra, indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 6. Nos igitur, eosdem Joannem Procuratorem, & Fratres specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibuscumque excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum dumtaxat præsentium consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes: hujusmodi supplicationibus inclinati, attentis narratis, & audito per Venerabilem Fratrem nostrum Franciscum Episcopum Ostiensem, S. R. E. Card. Barberinum nuncupatum, dicti Ordinis apud Nos, & Sedem Apostolicam Protectorem, cui hoc negotium a Congregatione Venerabilium etiam Fratrum nostrorum ejusdem S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episc., & Regul. præposita, remissum fuerat, præfato moderno Ministro Generali super veritate omnium supra expressorum informante; præfatam Custodiam Conceptionis B. M. V. Immaculatæ, illiusque Conventus, Domos, & Monasteria quæcumque, ac in eis degentes Religiosos, & Fratres quoscumque a dicta Provincia S. Antonii Brasiliensis, auctoritate Apostolica, perpetuo separamus, segregamus, & dismembramus, ac a quacumque Ministri Provincialis, aliorumque Superiorum ejusdem Provinciæ jurisdictione, superioritate, subjectione, visitatione, correctione, cura, & gubernio itidem pen-

Chronol. Seraph. X 2 pen-

Digitized by Google

petuo eximimus, & plenariè liberamus, ipsamque Custodiam, ac illius Conventus, Domos, Monasteria, Fratres, & Religiosos hujusmodi sic separatos, & dismembratos, ac separata, & dismembrata in novam dicti Ordinis Provinciam Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis Immaculatæ in Regno Brasiliæ, ad tractum Sur nuncupandam, quæ a propriis Ministro Provinciali, Custode, & Definitoribus, cœterisque Superioribus, juxta ejusdem Ordinis statuta, eligendis, nominandis, & deputandis, regi, & gubernari debeat, auctoritate, & tenore præfatis pariter perpetuo erigimus, & instituimus.

§. 7. Nec non ipsæ novæ Provinciæ sic erectæ, & institutæ, illiusque Conventibus, Domibus, Monasteriis, ac Ministro Provinciali, Custodi, Definitoribus, cœterisque Superioribus pro tempore existentibus, Fratribusque, & personis quibuslibet, ut omnibus, & singulis privilegiis, gratiis, exemptionibus, libertatibus, immunitatibus, prærogativis, indulgentiis, indultis, quibus aliæ ejusdem Ordinis Provinciæ, illarumque Conventus, Domus, Monasteria, Superiores, & Fratres, aliæque Personæ, tàm de jure, usu, & consuetudine, quàm aliàs quomodolibet utuntur, fruuntur, & gaudent, ac uti, frui, & gaudere possunt, & poterunt in futurum, pari modo, & absque ulla prorsus differentia, uti, frui, & gaudere liberè, & licitè possint, & valeant, eadem autoritate, harum serie, similiter perpetuò concedimus, & indulgemus.

§. 8. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocunque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissimè suffragari, & ab eis respectivè inviolabiliter observari: sicque in præmissis, per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, ac quatenus opus sit, nostra, & Cancellariæ Apostolicæ regula de non concedendis indulgentiis ad instar, aliisque Constitutionibus, vel ordinationibus Apostolicis, necnon Custodiæ, ac Provinciæ, & Ordinis præfatorum, aliisque quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, & expresse derogamus, cœterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die decima quinta Julii 1675. Pontificatus nostri anno sexto.

I. G. Slusius.

Breve Sanctæ memoriæ Clementis X. declarans Ex-Ministros Generales totius Ordinis gaudere privilegiis talium quocumque parvo tempore officio Ministeriatus Generalis functi sint.

CLEMENS PAPA X.

Ad perpetuam rei memoriam.

EXponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Procurator Generalis, & Commissarius Generalis Curiæ Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum, quòd cum Constitutiones Generales dicti Ordinis, circa prærogativas Fratribus, qui munera exercuerunt, debitas, expresse disponant, eosdem Fratres prærogativis hujusmodi frui non posse, nisi biennium in munerum suorum exercitio compleverint; Ubi verò de illis, qui Ministri Generalis ejusdem Ordinis munere functi sunt, loquuntur, nullum certum tempus præscribant, sed simpliciter disponant, quod Minister Generalis suo functus officio, sit Pater, Diffinitor, & Discretus perpetuus totius Ordinis, ad pro tali ab omnibus habeatur: Ipsi Exponentes, ad tollendas dubietatum, quæ suboriri possent, occasiones, de opportuna in præmissis declaratione à Nobis provideri plurimum desiderant.

Nos igitur eorumdem Exponentium votis, hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendatum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati; audita super præmissis nonnullorum Romanæ Curiæ Prælatorum, qui jussu nostro rem accurate discusserunt, relatione; Ministrum Generalem Ordinis prædicti suo functum Officio, esse Patrem, Diffinitorem, & Discretum perpetuum totius Ordinis hujusmodi, & pro tali ab omnibus habendum, cœterisque prærogativis concessis per Constitutiones ejusdem Ordinis Ministris Generalibus suo Officio functis gaudere debere, licet sexennium, biennium, vel aliud quodcumque limitatum sui Officii tempus non expleverit, auctoritate Apostolica, tenore præsentium declaramus.

Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissimè suffragari, sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non, quatenùs opus, sit dicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & in-

Digitized by Google

innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus, pro plenè, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat, specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 23. Septembris 1675. Pontificatus Nostri Anno Sexto.

I. G. Slusius.

Decreta nunnulla Sacrar. Congregat.

Eminentissimi, e Reverendissimi Signori.

F*Francescomaria di Bologna Procurator Generale dell' Ordine de' Minori Osservanti umilmente supplica l' EE. VV., che per maggior sussistenza si vogliano degnare di confermare li qui sotto notato Decreto, coll' aggiunta interpretazione datali di poi dal Ministro Generale di tutto l' Ordine Serafico, per levare ogni motivo alla differenze, che avessero potuto insorgere sopra l' intelligenza di esso Decreto, comandando, che per ben publico delle Provincie si abbia nel modo dichiarato da intendere, ed osservare come segue* -- Siquidem in novissimo Capitulo nostro Generali Vallisoleti celebrato Decretum fuit, quod si contingeret aliquem Ministrum Provincialem, ante reditum in suam Provinciam, Provincialatus sui muneri renunciare, debeat ipso facto Commissarius ad Provinciæ gubernium relictus, Vicarii Provincialis munus, ac titulum suscipere, sine alia aliqua nova electione, sicut latiùs apparet ex ipso statuto pag. 39. n. 9. (declarat Diffinitorium generale, quod casu, quo Minister Provincialis absens ratione sui itineris ad Capitulum Generale, in ipso, vel ante reditum in Provinciam, renunciaverit Provincialatum, Commissarius relictus in dicta Provincia, hoc ipso, & citra novam electionem, sit Vicarius Provincialis) ex quo ne super clausula: *hoc ipso*: dubium aliquod oriri in futurum possit, an ab ipso renunciationis hujusmodi, atque approbationis Ministri Generalis instanti intelligatur Commissarius relictus Vicarii Provincialis titulo, ac munere gaudere; itaut pro obtinendis privilegiis Vicariatus Provincialis, officio Vicarii Provincialis functo post biennium competentibus, ab illo instanti computari possit; ideo, Constitutionum Ordinis interpretatione Ministro Generali reservata existente, Nos de Consilio, & assensu Patris Procuratoris Generalis Ordinis, & quorumdam Patrum ex Diffinitorio generali, quorum præsentis commodè haberi potuit, declaramus, & definimus, fuisse, & esse sensum, atque intentionem præfati Difinitorii in eodem Generali Capitulo, quod prædicto Commissario ad Provinciæ gubernium relicto computari debeat Vicariatus sui principium ab illo instanti, quo ipse Minister Provincialis, ut præfertur, absens renunciavit, & eandem renunciationem Generalis acceptavit; ita quod ex tunc, & titulo, & privilegiis, & ordinatio gubernio Vicarii Provincialis frui pleuissime valeat, ac debeat. Quod sic imposterum intelligi, ac servari mandamus.

F. Franciscus Maria Rhini de Politio Minister Generalis.

Loco ✠ Sigilli.

DECRETUM.

SAcra Congregatio Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositis, attentis narratis, censuit, petitam suprascripti Decreti Patris Ministri Generalis confirmationem esse concedendam, prout præsentis Decreti tenore benignè concessit. Romæ 4. Decembris 1671.

F. M. Cardinalis Brancatius.

Loco ✠ Sigilli.

C. de Vech. Arch. Athen.

Proposito dubio, an in Ordine Minorum Observantiæ Precedentia computanda sit a tempore professionis, vel susceptionis habitus?

Die 28. Julii 1673. Sacra Congregatio Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum respondit, computandam esse a tempore professionis.

F. V. M. Ursinus Cardinalis Sancti Xisti Præfectus, S. Archiepisc. brucantius Episcopus Viterbien. Secret.

CAPITULUM GENERALE
SEPTUAGESIMUM QUINTUM.

Hæc eſt Tabula Capituli Generalis totius Ordinis Fratrum Minorum celebrati in hoc Conventu S. Mariæ de Aracœli Urbis, die 23. Maii, 1676.

Præſidente Eminentiſſ. ac Reverendiſſ. D. Franciſco Epiſcopo Oſtienſe Cardinali Barberino, Sacri Collegii Decano, S. R. E. Vicecancellario, Ordinis Protectore, a fel. record. Clemente X. ſpecialiter delegato.

IN primis expleto ſexennio ab electione Reverendiſs. Patris Franciſci Mariæ Rhini de Politio, qui poſt ſui Generalatus quadriennium, ad Epiſcopatum Syracuſanum aſſumptus eſt, cuique Reverendiſs. Pater Franciſcus Maria de Nicolis Cremonenſis Miniſter Generalis à Clemente X. fel. rec. motu proprio creatus, ac inſtitutus ſucceſſit, ſub cujus accurato regimine feliciter reliquum Sexennii eſt abſolutum: Reverendiſs. Pater Ioſeph Ximenez Samaniego Lector Iubilatus, Provinciæ Burgenſis Pater, Catholicæ Majeſtatis pro Immaculata Conceptione Theologus, & Ultramontanæ Familiæ olim Commiſſarius Generalis, in Miniſtrum Generalem totius Ordinis Fratrum Minorum ritè, & canonicè electus eſt.

Commiſſarius Generalis Ciſmontanæ Familiæ.

Rever. P. Franciſcus Maria de Nicolis Cremonenſis Lector Iubilatus, Provinciæ Bononiæ Pater, S. Romanæ Inquiſitionis Qualificator, Sacrarum Congregationum Indicis, & Rituum Conſultor, olim Diffinitor Generalis Ordinis, in Romana Curia Procurator, atque totius Ordinis Ex-miniſter Generalis, omnium Familiæ ſuffragiis canonicè eſt electus.

Pater totius Ordinis, & Diffinitor perpetuus utriuſque Familiæ.

Idem Rev. P. Franciſcus Maria de Nicolis Ex-Miniſter Generalis.

Pater Ordinis, & Diffinitor perpetuus Familiæ Ultramontanæ.

Reverendiſs. Pater Didacus Fernandez de Angulo Lector Jubilatus, Sanctæ Inquiſitionis Qualificator, Concionator Regius, Provinciæ Granatenſis Pater, & Commiſſarius Generalis Ultramontanus præteritus.

Procurator Generalis Ordinis in Curia Romana.

Adm. Rev. P. F. Joſeph Copona Lector Jubilatus, Provinciæ Catalonniæ Pater, Sanctæ Inquiſitionis Qualificator, & olim in eadem Curia Commiſſarius Generalis.

Commiſſarius Generalis in Curia Romana.

Adm. R. P. F. Leo Caromius de Typherno, Provinciæ S. P. N. Franciſci Exminiſter, & immediatus Exprocurator Generalis Ordinis.

Procurator Generalis Reformatorum Familiæ Ciſmontanæ.

Adm. R. P. F. Theodorus ab Aſculo, Provinciæ Marchiæ, donec Officii ſui tempus expleat.

Diffinitores Generales Ultramontanæ Familiæ.

Adm. R. P. F. Nicolaus Lozano Lector Jubilatus, Supremæ Inquiſitionis Hiſp. Qualificator, Regis Catholici Concionator, & Theologus prò Immaculata Conceptione, Miniſter Provinciæ Caſtellæ.

Adm. R. P. F. Petrus Mon Lector Iubilatus, S. Officii Qualificator, Miniſter Provinciæ Aragoniæ.

Adm. R. Pater F. Didacus Fuenſalida, Prominiſter Provinciæ S. Ioſeph Diſcalceatorum in Hiſpania.

Adm. R. P. Fr. Bernardus Coturæ, Miniſter Provinciæ Aquitaniæ Antiquioris.

Adm. R. P. F. Petrus Buiſſon Doctor Pariſienſis, & Magni Conventus Guardianus.

Adm. Rev. Pater F. Epiphanius à Ponte Emparat, Provinciæ Sancti Franciſci Recollectorum in Galliis.

Adm. R. P. F. Vvolfangus Tach, Miniſter Provinciæ Argentinæ.

Adm. R. P. F. Emanuel de Altor, Miniſter Provinciæ Pietatis in Portugallis.

Adm. R. P. F. Ignatius Broeyer, Agens Flandriæ, & Scotiæ Miniſter.

Adm. Rev. Pater F. Balthaſſar Alvarez Sac. Theologiæ Magiſter, & Provinciæ Bethicæ Tertii Ordinis Miniſter.

Diffinitores Generales Familiæ Ciſmontanæ.

Adm. R. P. F. Cherubinus de Sambuca, Provinciæ Vallis Mazariæ Reformatorum Exminiſter, Cuſtos actualis, & olim Diffinitor Generalis.

Adm. R. P. F. Ioannes Baptiſta de Fugnano Lector Iubilatus, Provinciæ Bononiæ de Obſervantia Miniſter.

Adm. R. P. F. Antonius Maria de Venetiis, publicus Patavinus Lector, Provinciæ S. Antonii de Obſervantia Miniſter.

Adm. R. P. F. Archangelus de Cilento Lector Iubilatus, Provinciæ Principatus Exminiſter, & Cuſtos actualis.

Adm. R. P. F. Leonardus de Neapoli, Provinciæ Obſ. Terræ Laboris Exminiſter, & Cuſtos actualis.

Adm. R. P. F. Ægidius de Liburno, Provinciæ Romanæ Reformatorum Theologus, & Cuſtos.

Adm. R. P. F. Hieronymus à Caſali, Provinciæ Reformatæ Mediolani Theologus, & Miniſter.

Ad. Rev. Pater F. Bernardus Sannig Provinciæ Bohemiæ ſtrictioris Obſervantiæ Theologus, & Miniſter.

Adm. R. P. F. Franciſcus de Raguſa Sac. Theologiæ in Aracœli Lector Generalis, & Provinciæ Raguſiæ Cuſtos.

Ad. R. P. Franciſcus Maria Mancinus Prædicator Clariſſimus, & Provinciæ Tuſciæ de Obſervantia olim Miniſter, Guar-

Guardianus, & Commissarius Terrę Sanctę Ierosolymorum relinquitur arbitrio Reverendiss. P. Ministri Generalis.

Dilecto filio Josepho Ximenez Samaniego Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum Ministro Generali.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Dilecte fili salutem, & Apostolicam benedictionem.

CUM sicut Nobis nuper exponi fecisti, Tu in Capitulo generali Fratrum Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia nuncupat. in Alma Urbe nostra novissimè celebrato, in Ministrum Generalem ejusdem Ordinis canonicè electus fueris, electionemque hujusmodi pro majori illius validitate, & subsistentia, Apostolicæ confirmationis nostrę robore communiri summoperè desideres: Nos, sperantes electionem hujusmodi de persona tua, ut pręfertur, factam, ob tuum Religionis zelum, fidem, prudentiam, integritatem, & doctrinam eidem Ordini plurimum profuturam, teque specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existis, ad effectum pręsentium duntaxat consequendum, barum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus tuo nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Electionem de persona tua in Ministrum Generalem dicti Ordinis, ut prefertur, factam, auctoritate Apostolica tenore pręsentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit, dicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium pręmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis: Quibus omnibus, & singulis illorum tenores, pręsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad pręmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, & expresse derogamus, cœterisque contrariis quibuscumque. Datum Romę apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 19. Octobris 1676. Pontificatus nostri anno Primo.

I. G. Slusius.

Confirmatur Decretum Ministri Generalis, & Commissarii Indiarum Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia Compromissariorum, quo stabilita fuit alternativa electionum in Provinciis Indiarum Occidentalium.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

ILlius, qui charitas est, & Deus pacis, vices, licet immeriti, gerentes in terris, illa, quæ pro stabilienda inter Religiosos viros Altissimi obsequiis sub arctioris vitæ regula mancipatos, animorum concordia, felicique eorum gubernio providè constituta esse noscuntur, ut firma, atque illibata persistant, Apostolici muniminis præsidio, cum id a Nobis petitur, libenter corroboramus.

§. 1. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii Fratres Provinciarum in Indiis Occidentalibus consistentium Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum, quod alias, postquam in Capitulo Generali dicti Ordinis anno 1664. celebrato, auditis partibus contendentibus, declarata fuerat certa alternativa in electione Ministri Provincialis, Custodis, & Definitorum in dictis Provinciis in posterum observanda, partes recursum habuerunt, una ad fel. rec. Alexandrum PP. VII. Prædecessorem nostrum pro confirmatione dictæ alternativæ, altera vero hanc impugnando, ad Congregationem S. R. E. Cardinalium tunc existentium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositam; unde una, eademque die 20. Junii dicti anni emanarunt, a dicto quidem Alexandro Prædecessore literæ in simili forma Brevis pro dicta alternativa, a præfata verò Cardinalium Congregatione, Decretum de nihil super ea innovando. Cumque in Capitulo etiam generali ejusdem Ordinis anno 1670. auditis similiter partibus, iterum statutum fuisset alternativam hujusmodi debere observari, nec tamen observatum, altera ex partibus obedire renuente; novissimè in proxime præterito Capitulo Generali Ordinis, hujusmodi causa iterum proposita, ejus resolutio a Generali Difinitorio compromittente dilectis filiis Ministro Generali dicti Ordinis, & Commissario Indiarum in Curia Matritensi residenti ejusdem Ordinis fuit commissa, & præfata Cardinalium Congregatio die 22. Junii 1676. commisit eisdem, ut, etiam auctoritate ipsius Congregationis, litibus finem imponerent, & prout, secundum Deum judicavissent, expedire providerent.

§. 2. Unde ipse Minister Generalis, & Commissarius Indiarum, vigore compromissi, & auctoritate Congregationis hujusmodi die 26. Aprilis proxime præteriti, Decretum tulerunt, cujus de Hispanico idiomate in latinum versi tenor est qui sequitur, videlicet: Nos F. Joseph Ximenez Samaniego totius Ordinis S. P. N. Francisci Minister Generalis, & F. Joannes Luengo Indiarum Commissarius Generalis Compromissarii Capituli Generalis Romæ celebrati sub festo Pentecostes anni præteriti 1676. vigore Decreti sequentis: Pro Causa Provinciæ Indiarum Occidentalium concernentibus, quæ in hoc Capitulo fuerunt propositæ, Definitorium Generale compromittit in Reverendissimum P. N. Ministrum Generalem, & Reverendissimum P. Commissarium Generalem Indiarum in Curia Regis Catholici consistentem, ut habitis notitiis, quæ in Capitulo desiderabantur, provideant, & disponant, prout in Domino magis expe-

pedire judicaverint. Pro cujus compromissi adimplemento in hoc Conventu S. Francisci Matriti convenimus ad decidendum, & determinandum dictas Causas, & id decernendum, quod Religionis bono magis expedire judicaremus. Cumque Causarum in dicto Capitulo Generali propositarum una sit stabiliendi, vel revocandi alternativam officiorum in Provinciis duodecim Apostolorum Liman., & S. Antonii *delas Charchas*, inter Religiosos ex Hispania oriundos, & Indiarum nativos; comperimus in forma sequenti processum fuisse.

§. 3. Quod in Capitulo Generali Romæ de anno 1664. ad instantiam, & exhibitionem Patrum Custodis Limani, Custodia *delas Charchas*, Prominiftri, & Custodis S. Fidei, & Prominiftri de Chile Provinciarum Peruan. die 5. Junii in Difinitorio Generali emanavit Decretum sequens - Supposita Provinciarum petitione, conceditur alternativa, sicut in nova Hispania uti solet, & quod pro parte Patris Prominiftri Limani habitus fuit recursus ad Sacram Congregationem Episcoporum, & Regularium, ut dicti Decreti executio impediretur, & citatis partem facientibus supradictis die 29. Junii ejusdem anni, & die 20. immediatè sequent., hujusmodi recursus in dicta Congregatione admissus fuit, mandatumque - Supersederi in executione præfati Decreti omnino - quodque sub eadem data 20. Junii ad instantiam dictorum Prominiftrorum, & Custodum obtentum fuit Breve ab Alexandro PP. VII, quo dictum Alternativæ Decretum confirmari, & executioni demandari injunxit. Et quod Reverendissimus P. F. Andreas Guadalupe Commissarius Generalis Indiarum visis dictis Brevi, & Decreto, per suas patentes jussit executioni quoque demandari, authenticatoque toto negotio per Regium Indiarum Consilium, actum fuit desuper in Definitorio Provinciæ Limanæ prædictæ 30. Septembris 1666., & majori votorum suffragio resolutum fuit, quod desuper fieret supplicatio, præfixo ad id per Commissarium Generalem Provinciæ biennii termino, ut exhiberentur inconvenientia allegata; subindeque in Capitulo generali Vallisoletano anno 1670., iterum stabilita fuit dicta alternativa generaliter pro Provinciis Indiarum Occidentalium, Reverendissimo Indiarum Comm. Generali dato in mandatis, ut illam ad executionem deduci procuraret in illis Provinciis, quibus effectum sortita non fuerat. Cumque in dictis Provinciis Limana, & de *Charcas* sequuta non fuisset executio pro eo, quod allegabant non adfuisse proponendorum supplicationes, & motivorum opportunitatem, in Congregatione generali Toletana anni 1673. jussum fuit, Definitoria dictarum Provinciarum suas proximo Capitulo Generali informationes exhibere, suspensa interim dictorum statutorum executione, ad cujus jussionis normam in proximo Capitulo Generali Romano 1676. exhibitæ fuerunt informationes dictorum Definitoriorum ex una, & altera partibus, cum Instrumentis facultativis Religiosorum in Hispania progenitorum, aliæ itidem allegationes, & informationes: & quia opus erat quibusdam notitiis hac in Curia procurandis, Definitorium generale fecit in nos Compromissum prout suprascripto Decreto. Tandemque, ne resolutioni obstaret Sacræ Congregationis Regularium inhibitio anni 1664. ad eandem recursum fuit, facta relatione Commissionis nobis super hac Causa a Capitulo generali proximo Delegatæ, institumq. fuit revocari dictum inhibitivum Decretum, nobisque committi Causam. Unde ab eadem Congregatione emanavit sequens Decretum - Sacra Congregatio Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, veris existentibus narratis; & prævia suprascripti Decreti ab ipsa Sacra Congregatione de anno 1664. emanati revocatione, censuit committendum, prout præsentis Decreti tenore committit P. Ministro Generali Ordinis, & P. Commiss. Generali Indiarum, ut conjunctim procedentes ad præscriptum Decreti Capituli generalis, circa jus prædictæ alternativæ, id statuant, atque decernant, quod pro eorum arbitrio, & prudentia, quieti, & beneficio præfatæ Provinciæ Limanæ in D. magis expedire censebunt. Non obstantibus quibuscumque. Romæ 12. Junii 1676.

§. 4. Quibus omnibus per nos inspectis, ex Instrumentis authenticis Nobis exhibitis, visisque partium hinc inde informantium, ponderatisque utriusque allegatis, aliisque omnibus pro firmiori resolutione considerandis, auctoritate nobis concessa, non solum ex compromisso prædicto Definitorii Capituli Generalis, verum etiam ex relato Sacræ Congregationis Regularium Decreto, ordinamus, & mandamus stabiliri, & observari in dicta Provincia duodecim Apostolorum Limana Alternativam officiorum inter illius Religiosos in Indiis procreatos, & in Hispaniis progenitos, & de facto illam stabilimus forma sequenti.

§. 5. Quod Provincialis uno triennio eligatur, & sit ex una parte, adeout si objerit, aut alia de causa durante triennio vacaverit Minister Provincialis, Vicarius usque ad celebrationem Capituli sit, & eligatur ex eadem parte, alioque triennio eligatur, & sit ex alia, servata eadem forma. Custos vero, si adfuerit, eligatur, & sit ex alia parte, ex qua non est Provincialis, in dicta forma, & ex quatuor Definitoribus duo semper ex una, & duo reliqui ex altera partibus sint, & eligantur. Quo verò ad Guardianos, & alia officia de voto, eligantur indifferenter ex utraque parte, secundum qualitatem, merita, & idoneitatem personarum, itaut Guardianus Domus principalis semper alternetur ex utraque parte de triennio in triennium, & in omni tempore (præter Provincialem, aut Custodem, & duos Definitores) eligantur, & adsint ex minori parte saltem decem cum Guardianatibus, & officiis de voto, ad hoc ut ex illis majori libertate possint eligi duo Definitores. Quo ad Lecturas autem, & alia officia tàm honoris, quàm oneris, eligantur indifferenter, servata justitia distributiva, & habito respectu majorum meritorum, & majoris idoneitatis, juxta Constitutiones generales Ordinis, super quo conscientias electorum oneramus.

§. 6. Quoad Provinciam S. Antonii *delas Charcas*, vigore ejusdem compromissi ordinamus, statuimus, & mandamus observari eamdem Alternativam inter Religiosos natos in Indiis, & natos in Hispaniis eadem forma, qua statuimus, & ordinavimus pro dicta Limana Provincia: præterquam quod, attento pauciori numero officiorum de voto, ordinamus, quod decem officia de voto, quæ pro Provincia Limana mandavimus eligi saltem ex parte minori, in Provincia *delas Charcas* sint sex, ad hoc, ut cum libertate eligantur duo Definitores ex gremio Capituli, & observetur, quantum fas erit, justitia distributiva.

§. 7. Insuper, cum altera ex causis in dicto Capitulo Generali Romano proximo propositis, & pro qua Definitorium Generale compromissum fuit in nos, fuerit, quod cum in Provincia Sancti Josephi *de Suetan* tria Religiosorum genera reperiantur, quorum alii, qui post susceptum in Hispania habitum emissarii *Cacbuplens*, alii, qui in Hispania progeniti, in ipsa Provincia Indiarum habitum susce-

fceperunt, Provinciæ Filii; alii, qui in Indiis ex Parentibus, seu Descendentibus Hispanis progeniri, *Criolles* nuncupantur. Cumque in dicta Provincia adsit alternativa stabilita, & executioni demandata, unam illius partem constituunt nuncupati *Criollos* Filii Provinciæ, quamvis soli *Criolles* Filiis Provinciæ, & *Cachupines* vocatis simul junctis numero majores existant. Unde cum ista dispositio sit minus conformis justitiæ distributivæ, institum fuit pro parte Provinciæ, ut Filii Provinciæ aggregarentur illis *Cachupines* vocatis, ad hoc, ut taliter distribuerentur officia Provinciæ in partes æquales, aut quasi æquales: quo per nos inspecto, captisque convenientibus informationibus, vigore dicti compromissi, ordinamus, statuimus, & mandamus, quatenus dicti Filii Provinciæ se aggregent Cachupinis, & ex hujusmodi aggregatione una pars constituatur, solis Criollis alteram facientibus, inter quas observetur alternativa modo, quo in dicta Provincia stabilita est, juxta Constitutiones Generales Ordinis pro Indiis Occidentalibus.

§. 8. Quas resolutiones, & Decreta per nos statuta, & ordinata mandamus in virtute S. Obedientiæ ab eis, ad quos pertinet, executioni respectivè demandari in dictis Provinciis, sub pœna nullitatis contrafaciendorum, revocantes ad hunc effectum præcise quamcumque aliam Ordinis Constitutionem, quatenus opus sit, ac mandantes, quod principium detur dictæ Alternativæ in dictis Provinciis de Lima, & *Charcas* eligendo Provincialem illius partis, ex qua actualiter (quando præsentes intimabuntur) non fuerint Provincialis actualis, qui pro tempore exterit. Ita decernimus, ordinamus, statuimus, & mandamus in supradicto Conventu Sancti Francisci Matriti 26. Mensis Aprilis 1677.

F. Joseph Ximenez Samaniego Minister Generalis.
F. Joannes Luengo Commissarius Generalis Indiarum.

§. 9. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, omnia in decreto hujusmodi contenta sint justa, & rationi consentanea, nec aliter melius, quàm per eorum observantiam, paci, ac quieti dictarum Provinciarum consuli posse credatur: Nobis propterea dicti Exponentes humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, & ut infra Indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 10. Nos igitur ipsos Exponentes specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negociis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum consilio, & attenta relatione dilecti Filii Procuratoris Generalis dicti Ordinis eisdem Cardinalibus facta, præinsertum Decretum, a dictis Ministro Generali, & Commissario Indiarum Compromissariis, auctoritate dictæ Congregationis Cardinalium factum, illiusque tenorem, & dispositionem circa electionum Alternativam, auctoritate Apostolica, tenore præsentium approbamus, & confirmamus, ac Apostolicæ auctoritatis præsidio munimus, itaut in omnibus plenarium sortiatur effectum, & ab aliis, ad quos spectat, inviolabiliter observetur.

§. 11. Irritum enim, & inane, quidquid secus attentatum fuerit, declaramus, & eos, qui Decreti firmitatem, sub quovis prætextu, infringere præsumpserint, pœnis privationis vocis activæ, & passivæ, privationis officiorum, aliisque arbitrio nostro imponendis subjicimus: salva tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium.

§. 12. Decernentes ipsas præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non Provinciarum, & Ordinis præfatarum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate aliâ roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus prò plenè, & sufficienter expressis, ac insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cœterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique locorum, tàm in judicio, quàm extra illud habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die xxvi. Junii 1677. Pontificatus nostri anno primo.

Declaratur Provinciam S. Petri de Alcantara in Regno Neapolitano Fr. Minorum Discalceatorum frui debere omnibus juribus, & Privilegiis aliarum ejusdem Ordinis Provinciarum.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Aliàs fel. record. Clemens Papa X. Prædecessor noster motu proprio, & ex certa scientia, & matura deliberatione suis, deq; Apostolicæ potestatis plenitudine, Custodiam Sancti Petri de Alcantara in Regno Neapolitano Fratrum Discalceatorum Hispaniæ Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia, quæ in executionem quarumdam ipsius Clementis Prædecessoris in simili forma Brevis literarum auctoritate Apostolica erecta, & instituta, variisque gratiis, & ordinationibus pro felici illius gubernio emanatis per alias ternas ejusdem Clementis Prædecessoris pariter in forma Brevis literas decorata, atque stabilita fuerat in novam Provinciam Fratrum Discalceatorum Hispaniæ dicti Ordinis, quæ Provincia S. Petri de Alcantara Regni Neapolis nuncupari deberet, ac Capitula Provincialia pro Ministri Provincialis, Custodis, & Definitorum, aliorumque Officialium ipsius Provinciæ electione, nec non Congregationes, aliosque congressus, ad instar aliarum Provinciarum Ordinis hujusmodi celc-

celebrare, omnibusque, & singulis prærogativis, præeminentiis, juribus, honoribus, privilegiis, gratiis, & indultis, quibus aliæ ejusdem Ordinis Provinciæ, tàm de jure, & usu, & consuetudine, quàm alias quomodolibet utebantur, fruebantur, & gaudebant, ac uti, frui, & gaudere poterant, & possent in futurum, pariformiter, & absque ulla prorsus differentia, & signanter illis, quæ Provinciis Fratrum Discalceatorum Hispaniæ Ordinis prædicti a quibusvis Romanis Pontificibus ejus Prædecessoribus, ac præsertim à recolendæ memoriæ Urbani Papæ VIII. per quasdam suas in forma Brevis literas, quarum initium, *Cum ea* &c. die 25. Junii 1639. expeditas concessa sunt; nec non omnibus, & singulis indultis, privilegiis, & gratiis Custodiæ præfatæ ab ipso Clemente Prædecessore per quinas suas literas quomodolibet concessis, & quibus Custodia ipsa eatenus gavisa erat, uti frui, potiri, & gaudere libere, & licite posset, & valeret: ita tamen, ut nova Provincia hujusmodi facultate fundandi, & erigendi novos Conventus de sola Ordinariorum licentia, quæ dictæ Custodiæ auctoritate Apostolica concessa reperiebatur, nonnisi in locis, in quibus Fratres de Observantia, vel Reformati nuncupati Ordinis prædicti non essent, uti valeret, sine cujusquam præjudicio in perpetuum erexit, & instituit, & aliàs, prout in ejusdem Clementis prædecessoris literis desuper in simili forma Brevis die 7. Februarii 1675. expeditis, quarum, & aliarum literarum præfatarum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, uberius continetur.

§. 2. Cum autem, sicut dilectus filius Ioannes a S. Maria Custos, & nuper primus Minister Provincialis dictæ Provinciæ S. Petri de Alcantara in Regno Nespolis, Nobis exponi fecit, præcipua privilegia, gratias, & indulta dictis Provinciis Hispaniæ concessa a rec. mem. Gregorio XIII. per suas, quarum initium, *Adhuc nos Dominus &c.* die 22. Novembris 1677. ad favorem Provinciæ S. Iosephi, & Clemente VIII. per suas proximè dictarum confirmatorias, quarum initium *Dudum &c.* die 25. Martii 1561. ad favorem ejusdem Provinciæ S. Iosephi, & a dicto Urbano VIII. tàm per supradictas ad favorem Provinciæ S. Ioannis Baptistæ, quàm alias suas, quarum initium, *Aliàs felicis recordationis Gregorius Papa XIII.* &c. ad favorem omnium Provinciarum Discalceatorum die 8. Aprilis 1642., ac alias, quarum initium, *Alias postquam per re. me.* die 30. Iulii 1642. ad favorem earumdem Provinciarum, & alias incipientes; *Aliàs pro felici, prosperoque regimine &c.* confirmatorias præcedentium die 22. Decembris ejusdem anni 1642. ad favorem Provinciarum hujusmodi, & alias quarum initium, *Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Gundisalvus &c.* die 7. Februarii 1643. ad favorem Provinciæ S. Gabrielis; ac alias incipientes, *Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Paulus &c.* confirmatorias præcedentium die 4. Martii ejusdem anni 1643. ad favorem omnium Provinciarum Discalceatorum, & reliquas suas, quarum initium, *Religiosorum &c.* die .... Februarii 1641. ad favorem Provinciæ S. Didaci; nec non Alexandro VII. Romanis Pontificibus etiam Prædecessoribus oostris per suas, quarum initium, *Cum sicut dilecti filii &c.* die 28. Martii 1649. ad favorem dictarum Provinciarum S. Josephi, & Sancti Ioannis Baptistæ, & alias incipientes, *Exponi nobis nuper fecerunt &c.* per quas privilegia per præfatos Gregorium XIII. Clementem VIII., & Urbanum VIII. prædecessores eisdem duabus Provinciis S. Iosephi, & S. Ioannis Baptistæ concessa, ad omnes alias Provincias Discalceatorum extendit, die 5. Novembris 1665. respectivè expeditas in simili forma Brevis literas, emanaverint.

§. 2. Et licet dubitari non possit, quin privilegia, gratiæ, & Indulta hujusmodi a memorato Clemente X. prædecessore præfatæ Provinciæ S. Petri de Alcantara in Regno Nespolis, cui ad servandam cum aliis Provinciis uniformitatem, tuendamque in ea Regularis disciplinæ, quæ in ea, benedicente Domino, viget, observantiam, atque Religiosam tranquillitatem omnino necessaria sunt, satis superque communicata fuerint, & proinde Provincia ipsa illis frui, & gaudere possit; quia tamen in præfatis Clementis X. prædecessoris literis super erectione Provinciæ hujusmodi emanatis, de præfatis prædecessoribus nostris, eorumque literis super enunciatis specifica mentio facta non fuisset, fieri possit, ut humani generis hoste super seminante zizania, eidem Provinciæ super usu, & fruitione privilegiorum, gratiarum, & indultorum hujusmodi controversia moveatur, aut impedimentum aliquod præstetur, tametsi eadem privilegia, gratiæ, & Indulta, nec in toto, nec in parte hactenus revocata reperiantur, sed plenam roboris obtineant firmitatem. Nobis propterea dictus Ioannes Custos, & Ex-Provincialis humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 3. Nos igitur eamdem Provinciam in pacis amœnitate, regularisque observantiæ vigore conservare, ac præfati Ioannis votis favorabiliter annuere volentes, eumque & omnium, & singulorum Superiorum, & Fratrum Provinciæ singulares Personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, nec non literarum præfatarum tenores, & datas etiam veriores, præsentibus itidem pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, memoratam Provinciam Sancti Petri de Alcantara in Regno Neapolis, omnesque, & singulos ejus Conventus, ac Superiores, & Fratres præsentes, & futuros omnibus, & singulis privilegiis, prærogativis, præeminentiis, favoribus, gratiis, & iodultis, quæ dictis Provinciis Hispaniæ, seu earum alicui, illarumque respectivè Superioribus, & Fratribus quibuscumque a præfatis Gregorio XIII., Clemente VIII., Urbano VIII. & Alexandro VII. prædecessoribus per eorum literas supra enunciatas respectivè quomodolibet concessa fuerunt, pariformiter, & absque ulla prorsus differentia, uti, potiri, & gaudere libere, & licite posse, & debere in omnibus, & per omnia, perinde, ac si illa omnia, & singula ipsi Provinciæ S. Petri de Alcantara in Regno Neapolis, illiusque Conventibus, ac Superioribus, & Fratribus prædictis nominatim, & in individuo per memoratum Clementem prædecessorem in suis literis super erectione Provinciæ hujusmodi emanatis concessa reperiantur, auctoritate Apostolica, tenore præsentium declaramus, atque decernimus. Et, quatenus opus sit, ipsi Provinciæ S. Petri de Alcantara in Regno Neapolis, ejusque Superioribus, & Fratribus præfatis, ut omnibus, & singulis privilegiis, prærogativis, præeminentiis, juribus, honoribus, gratiis, & indultis hujusmodi, nec non illis, quæ eis a præfato Clemente X. prædecessore, sicut præmittitur, concessa fuerunt, uti, potiri, & gaudere libere, pariter, & licitè valeant, auctoritate, & tenore prædictis de novo concedimus, & indulgemus.

§. 4.

Digitized by Google

§. 4. Decernentes easdem præsentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissimè suffragari, & ab eis respectivè inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Apostolicis, ac in universalibus, Provincialibusque Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & ordinationibus, nec non omnibus, & singulis illis, quæ in præfatorum prædecessorum nostrorum literis supradictis concessa sunt non obstare, cœterisque contrariis quibuscumque.

§. 5. Vnlumua autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides tam in judicin, quam extra illud habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 10. Julii 1679. Pontificatus nostri Anno tertio.

Proposito Sacræ Congregationi Episcoporum, & Regularium dubio super pręcedentia servanda inter ex Secretarios generales Ordinis, & ex Secretarios generales Familiæ, & instantia a Sacra Congregatione remissa Eminentissimo Cardinali Cybo Protectori, hic eam, prout sequitur, definivit.

Attenta remissione supplicis libelli per Sacram Congregationem Episcoporum, & Regularium Nobis facta, ad dirimendas in posterùm hujusmodi controversias, decernimus, & declaramus, ex-Secretarios Ministri Generalis totius Ordinis pręcedere debere ex-Secretarios Commissarii Generalis Familiæ, quamvis isti priùs illis officium sui Secretariatus expleverint; nisi tamen aliquam aliam dignitatem altioris Ordinis, cujus ratione talis præcedentia competere possit, obtineant. Atque ita ab omnibus, ad quos spectat, executioni demandari, tenore præsentium præcipimus. Romæ 15. Septembris 1679.

A. Cardinalis Cybo Protector.

Loco ✠ Sigilli.

Jannotius Sernus Secretarius.

Ex epistola Encyclica Reverendissimi P. Joseph Ximenez Samaniego totius Ordinis Generalis Ministri indicatur causa, propter quam statuta hujus Capituli non fuerint publicata. Cum enim à Clemente Decimo morte prævento non potuerint confirmari, & a successore Innocentio Undecimo non fuerint approbata, maximè quia contra Bullam Unionis Decretum fuerat Commissarium Generalem ad sexennium continuandum esse; hinc non prodierunt, etsi approbata à S. Congregatione, nisi postquam operante Samaniego fuerunt revisa, & correcta, scilicet anno 1679. quo fuerunt inserta in Brevi speciali ejusdem Pontificis Innocentii Undecimi. Epistolam Reverendissimi Generalis hic appono.

Fr. Joseph Ximenius Samaniego totius Ordinis Fratrum Minorum Generalis Minister, & Servus. Dilectis Nobis in Christo Universis Patribus, & Fratribus, Superioribus, & Subditis nostræ Seraphicæ Religionis, salutem in Domino sempiternam.

LOngè serius, quàm optaveramus, Acta ultimi Capituli Generalis Romani ad vos perveniunt; Non torpor, aut ignavia, sed rerum insuperabilis occursus in causa fuit. Cum enim in Comitiis ipsis generalibus aliqua ad Ordinis regimen congruentiùs firmandum, & Sanctæ Observantiæ candorem restituendum, præsenti rerum statu apprimè necessaria, fuerint ordinata, quæ, aut ad subsistendum Apostolica auctoritate, aut ad perdurandum speciali Rom. Sedis confirmatione indigebant, hujusce gratiæ prætensione pendente, haud consultum videbatur Acta ipsa publicare. Accedente autem primum Sa. Mem. Clementis X. obitu, pluribus deindè, post felicem Sanctissimi Domini nostri Innocentii XI. ad Summum Pontificatum assumptionem, difficultatibus emergentibus, gratiæ ipsius expeditio, aut dilata, aut certè suspensa fuit usque ad Congregationis Generalis intermediæ celebrationem. Post ipsam, ad quam ex Sanctissimi præscripto personaliter accessimus, novis interpositis instantiis, reque exactissimè examinata in Congregatione à Sanctissimo ipso ad id specialiter instituta, tandem Sistuta, quorum subsistentia, robur, & firmitas ex præfati Capituli voto exposcebatur, Apostolica authoritate ordinata, & confirmata sunt. Ipse præterea Sanctissimus Dominus noster pro sua pastorali solicitudine, & paterno in Ordinem nostrum charitatis affectu, Breve motu proprio edidit, aptissimas declarationes, & sanctiones continens, ad universum nostræ Familiæ Observantium Corpus in pura Regulæ Minorum observatione manutenendum, ac roborandum. Ea igitur omnia cum cœteria ejusdem Generalis Capituli Actis vobis intimamus, ac præsentibus literis publicamus, obsecrantes vos in Domino, ut ipsa studioso suscipiatis affectu, & fidei integritate exequamini; alioquin in transgressores severè animadversuri. Valete in Domino, & pro Nobis orate. Ex nostro S. Mariæ ad Aram Cœli Romano Conventu, die 28. Decembris ann. 1679.

Statuta Generalia à Sanctissimo

D. N. INNOCENTIO XI.

In forma speciali, & ex certa scientia, cum præinsertione ipsorum literis sequentibus confirmata.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

MIlitantis Ecclesiæ regimini per abundantiam Divinæ bonitatis, nullo licet meritorum nostrorum suffragio, præpositi, illa, quæ pro felici, prosperoque religiosorum Ordinum in Ecclesia Dei piè, sancteque institutorum, ac uberes bonorum operum fructus, adspirante superni favoris auxilio, proferre jugiter satagentium, gubernio, & progressu providè, sapienterque constituta, & ordinata esse noscuntur, ut firma semper, atque inviolata persistant, Apostolici muniminis præsidio, li-

Digitized by Google

frater constabilimus. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Josephus Ximenez de Samaniego Minister Generalis Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum, quod, pro felici ejusdem Ordinis, ejusque fratrum regimine, & directione, nonnulla Statuta in Capitulo Generali ipsius Ordinis, quod novissimè, videlicet ANNO M. D. C. LXXVI. In hac alma Urbe celebratum est, edita fuerunt, quæ cum Nobis, pro parte ipsius Josephi Ministri Generalis exhibita fuissent, Nos illa Venerabili fratri nostro Alderano Episcopo Prænestin. S. R. E. Cardinali Cybo nuncupato, Ordinis præfati apud Nos, & Sedem Apostolicam Protectori, ac nonnullis Romanæ Curiæ Prælatis revidenda, & ubi opus foret, corrigenda, & supplenda commisimus; Illi verò mandatis nostris parentes, eadem Statuta maturè, ac diligenter discusserunt, multisque correctis, emendatis, aptatis, suppletis, & additis, ac nonnullis omissis, illa redegerunt in formam tenoris, qui sequitur, videlicet.

Statuta pro utraque Familia.

AD evitandas graves, & inutiles expensas, aliaque incommoda, quæ ex celebratione Congregationum generalium intermediarum omnium Vocalium utriusque Familiæ sequuntur, decernitur, præfatas Congregationes generales ulteriùs celebrandas non esse. Cum autem, juxtà Bullam Leonis Decimi, quæ dicitur unionis, Officium Commissarii Generalis Familiæ, de qua Minister Generalis assumptus non est, per triennium tantùm durare debeat, statuitur, quod in fine triennii, convocatis per Ministrum, aut Vicarium Generalem totius Ordinis, Patribus Diffinitorii Generalis illius Familiæ, ex qua Commissarius Generalis eligendus est, per ipsum Ministrum, seu Vicarium, aut ipso legitimè impedito, per suum Commissarium, ad hoc specialiter delegatum, & per Patres, qui sunt de Corpore Diffinitorii Generalis prædictæ Familiæ, in Vigilia Pentecostes, per schedulas secretas, nullo proponente, fiat electio novi Commissarii Generalis, usque ad Capitulum Generale duraturi. Diffinitores verò Capituli Generalis præteriti præfatæ Familiæ, per sexennium usque ad Capitulum Generale immediatè sequens, durabunt, sicut Diffinitores Generales Familiæ, ex qua assumptus est Minister Generalis, durant. In Congregatione autem præfato modo celebranda, lites per sententias dirimi, declarationes dubiarum Constitutionum fieri, & decreta per triennium subsequens duratura edi valeant; leges autem, seu Statuta, aut Constitutiones in perpetuum duraturæ concedi non poterunt, nec antiquæ abrogari.

Et ut, etiam in Capitulis Generalibus, inutiles expensæ, & alia incommoda, quæ ex nimia Fratrum accedentium multitudine oriri solent, quantum fieri potest, vitentur, omninò prohibetur, sub nullitatis pœna, vota, seu suffragia Provinciarum Titularium, quæ actu non subsistunt, suppleri, aut substitui per Ministrum, aut Vicarium Generalem Ordinis: revocata quacumque consuetudine in contrarium. Statuitur duos Secretarios Generales Ordinis, qui Ministro, aut Vicario Generali prò una, & altera Familia assistere debent, ex vi officii habere imposterùm suffragium in Capitulo Generali tantùm; sublato omninò tertio Secretario Linguarum.

Item præcipitur, sub pœna privationis suffragii, quod Minister, seu Prominister, & Custos uniuscujusque Provinciæ simul ad Capitulum Generale iter faciant, cum unico tantùm Socio Religioso pro utroque, & si expensæ aliquæ in itinere ex necessitate faciendæ sint, adducant secum Tertiarium, qui Syndici Apostolici substitutus sit, & ipsius nomine expensas prædictas inevitabiles faciat. Insuper seriò Prælato Generali commendatur, ut præsidentiam Thesium, & Conciones, quæ in Capitulis Generalibus habendæ sunt, Vocalibus, quantùm cum honore Religionis stare possit, distribuat.

Ut maxima incommoda, & turbationes Religionis, quæ ex promotione Ministrorum Generalium ad dignitates Ecclesiasticas, extra Ordinem, lamentabili experimento comprobata sunt, omninò evitentur, decernitur, ut statim, ac Minister Generalis electus sit, & antequam Officium suum ullo modo exerceat, teneatur emittere in manibus Præsidis, coram toto Capitulo Generali, votum de non ambienda, procuranda, nec acceptanda dignitate Episcopali, Archiepiscopali, vel Patriarchali toto tempore sui Ministeriatus, nec ante emissum prædictum votum, censeatur in officio confirmatus.

Quod si aliquando contingat in prædicto voto dispensari, vel aliter quomodolibet fieri, statuitur, illum Ministrum Generalem acceptantem aliquam ex prædictis dignitatibus, vel præsentationem, seu nominationem ad illam, statim, ac eam acceptasse constiterit, non esse ampliùs pro Religionis Prælato agnoscendum, Religiososque Ordinis ab illius obedentia exemptos esse, nec posse ulteriùs ipsi, sub pœna excommunicationis, obedire. Porrò in illo casu Pater ille, qui servata Statutorum serie, & Familiarum concordato, dignior respectivè reperietur, Generali illo excluso, convocabit, juxtà præscriptum in Constitutionibus, Electores pro nova Vicarii Generalis electione, in qua idem Minister Generalis nec votum habere poterit, nec ullam aliam actionem, revocata quacumque Constitutione Ordinis in contrarium, & sublata omninò Electoribus facultate aliter operandi, aut permittendi, sub pœna nullitatis facti. Idemque statutum de Vicario Generali totius Ordinis factum intelligatur.

Nemini deinceps Vicariorum, aut Commissariorum delegatorum à Reverendissimo Ministro Generali ad regendam Familiam, vel Nationem, liceat sub pœna privationis suæ delegationis, sibi usurpare, vel acceptare titulum Reverendissimi: quod statutum, sub eadem respectivè pœna, extenditur ad Commissarios Generales in partibus Indiarum Occidentalis, & Orientis, ac ad Guardianum Hierosolymitanum, seu Custodem Terræ Sanctæ, revocata quoad hoc Constitutione in proximo Capitulo Generali Vallisoletano edita.

Declaratur, ad Procuratorem Generalem Ordinis spectare Instantias, quæ fieri solent in Cappella S. Sanctitatis pro actu Beatificationis, vel Canonizationis Servorum Dei ex nostra Religione, cujuscumque ipsi Servi Dei Familiæ extiterint. Deindè præcipitur omnibus Procuratoribus particularibus causarum Beatificationis, vel Canonizationis, ut nihil in ipsis agere præsumant inconsulto Procuratore, vel Commissario Curiæ respectivè; quod intelligendum est etiam de Reformatis, quoad suum Procuratorem Generalem.

In Studiis generalibus Cismontanæ Familiæ, & in gravioribus Ultramontanæ habentibus tres Theologiæ Lectores, semper sit unus Lector, qui sacram Theologiam Dogmaticam legat, ille scilicet, qui antiquior est in lectura, gaudeatque omnibus privilegiis in ordine ad jubilationem, si constiterit eum prædictam facultatem Dogmaticam continuò legisse, sicut alii speculativam; aliàs nullo privilegio gaudeat: quod etiam apud Reformatos observandum est.

Pro

Digitized by Google

Pro Familia Ultramontana.

UT inconvenientibus, ex introductione, vel concessione suffragiorum pro Capitulis Provincialibus, præter antiqua Ordinis Statuta, emergentibus occurratur, auctoritate Apostolica abrogantur vota, seu suffragia pro Capitulis Provincialibus respectivè Agentium Ministri Generalis, Commissariorum Curiarum particularium, Commissariorum Terræ Sanctæ, Visitatorum Tertii Ordinis Sæcularium, Magistrorum Novitiorum, & Confessariorum, seu Vicariorum Monialium, ne illa in suis respectivè Provinciis imposterum ferre possint; exceptis solùm Confessariis Monialium, qui sex ad minus Fratres sub se habeant, quibus ut Superiores præsint, & Commissariis Curiarum, ubi Reges, vel Principes absoluti aulam suam tenent: in quarum singulis unus tantùm Commissarius cum suffragio esse possit, à Superiore Generali, ex Provincia illius Dominii, quam maluerit, eligendus, nec imposterum Provincia possit suffragia pro suis Capitulis concedere.

Statuitur, quod in quacunque Civitate, vel Oppido Hispaniæ consistant Conventus Observantium, & Discalceatorum, quorum Communitates processionibus generalibus interesse contingat, ambæ Communitates, sub una, eademque Cruce intermixtæ incedant; ita ut semper Observantium Guardianus, sive Præses primum, seu digniorem locum teneat, & immediatè Guardianus, seu Præses Discalceatorum subsequatur, alii verò Fratres, juxta antiquitatem habitus, vel graduum qualitates, permixtim incedant, præcedente semper in eodem gradu Observante: atque ita ab omnibus, ad quos spectat, observari præcipitur, juxta antiquam, & laudabilem Ordinis nostri consuetudinem, sub pœna privationis officiorum Guardianis, aut Superioribus præfatam dispositionem innovare, vel alterare præsumentibus.

Ad evitanda gravia præjudicia, & detrimenta, quæ Provinciis Indiarum, earumque Religiosis, ex incorporationibus à Commissariis illarum partium factis, provenire solent, statuitur, ne imposterùm Commissarii Generales prædicti Indiarum Occidentalium possint, sub quovis prætexto, suos Secretarios socios, aut alios Religiosos, quos in suo comitatu assumpserint, incorporare in aliqua Provincia suæ commissionis, irritum declarando, si quid in contrarium attentetur, aut fiat.

Omninò interdicitur Ministris Provincialibus se ingerere in imminuendis Monialium dotibus, aut alimentis Secularium, educationis causa, vel alia in Monasteriis commorantium. Hinc Provincialibus ipsis, sub pœna suspensionis sui officii per semestre, Abbatissis verò, & Discretis Monasterii, sub privationis suorum officiorum pœna, præcipitur, ne præfatas dotes, aut alimenta taxata minuant, aut minui permittant; eisdemque, tùm Provincialibus, tùm Monialibus, sub eadem pœna præcipitur, ne ullam pro Moniali indotatam recipiant, sub quovis prætextu, aut titulo, nisi causa in Sacra Congregatione deducta, ab eaque licentia obtenta.

Pro Familia Cismontana.

PRo meliori Novitiorum, & recenter Professorum educatione, & ut Fratres illi, qui majori spiritus quieti, & strictiori Regulæ nostræ observantiæ incumbere desiderant, id præstare possint in propriis Provinciis, absque eo, quod hujus studii prætextu, aut ad alias transire, aut novas reformationes, & scissuras in Ordinem invehere moliantur, statuitur, quod in singulis hujus Familiæ Provinciis de Observantia instituantur tres, aut quatuor Conventus Recollectionis, qui sint primi, & secundi Novitiatus, ut simul & loca spiritualia quietis, & perfectionis Seminaria pro tota Provincia esse valeant.

Ad hunc finem eligi, & deputari debent Conventus commodiores pro Regulæ observantia, & Novitiorum educatione, quorum consignatio committitur Commissario Generali Familiæ, cum consilio Definitorii cujuscumque Provinciæ respectivè, cui Generali Commissario etiam committitur prima Guardianorum, Magistrorum Novitiorum eorumdem Conventuum institutio, cum facultate, ut si in Provincia aliqua non fuerint Religiosi pro his officiis, in nova recollectionis erectione idonei, ex aliis Provinciis, vel Observantibus, vel Reformatis, imò, & ex alia Familia possit eos adducere. Et insuper eidem committitur prima in eisdem Conventibus eorum Fratrum collocatio, qui ad formationem prædictæ Recollectionis fuerint necessarii.

§. 1. Et ut incommoda ex multiplicitate horum Conventuum aliàs experta evitentur, omninò interdicitur, ne in qualibet Provincia plures, quam quatuor, paucioresve, quàm tres Recollectionis Conventus esse possint, sublata facultate cuilibet Superiori Ordinis super hoc Statuto dispensandi. Et ut nunquam separati à Provincia possint, decernitur, ut in nullo Conventu Provinciæ, qui hujusmodi Recollectionis non fuerit, possint indui Novitii, nec probationis annum agere. Atque ita Provinciæ inseparabiliter sint incorporati, ut sine ipsis, utpotè Domus receptionis, Provincia ipsa subsistere non possit.

§. 2. Conventus autem prædicti distribuentur sic, ut in Provinciis magnis duo illorum sint primi Novitiatus; duo verò Professorii, seu Novitiatus secundi: in minoribus autem, aut unus erit primi Novitiatus, & duo secundi, aut è converso, pro commoditate Conventuum, aut Provinciæ. Et quia in nullo prædictorum Conventuum, Studium facultatis litterariæ collocandum est, aut permittendum, statuitur, quod professi, antequam ad Professoria, in quibus sunt Artium literalium studia, transmittantur, in Conventu Recollectionis secundi Novitiatus ad minùs per annum integrum collocentur, ut in spiritu in Novitiatu concepto, antequam ad studia transeant, confirmentur, & roborentur.

Forma autem vivendi in prædictis Recollectionis Conventibus sequens erit.

Primò, Officium divinum, statutis indispensabiliter horis, graviter, & devotè persolvatur, & orationi mentali, duabus horis cum dimidia, omninò vacetur, itaut post matutinum (quod indispensabiliter media nocte persolvendum est) una hora, post primam dimidia, post Completorium hora altera, in Oratione mentali persistant. Sed à Resurrectione usque ad Exaltationem Sanctæ Crucis, propter noctium brevitatem, hora post matutinum Orationis, in horam ejusdem post Sextam, & ante prandium habendam, commutetur.

Secundò, Silentium, ac lectio spiritualis in Refectorio nulla causa dispensetur. In Dormitoriis autem, Claustris, & Sacristia ita silentium observetur, ut tantùm omninò necessaria, & submissa voce fratres loquantur.

Tertiò, Seculares, nisi officiales Conventus sint, ad interiora Conventus non admittantur, sed pro rebus necessariis cum ipsis tractandis, in Claustro inferiori, camera aliqua honestè disponatur, in qua prædicta præstari possint.

Quar-

Digitized by Google

Quartò, Communitates Chori, & Refectorii omnes fratres sequantur, nec ullus ab aliqua, sine expressa Guardiani licentia, excusetur.

Quintò, Tribus diebus in hebdomada, nempè feria secunda, quarta, & sabbatu post Vesperas immediatè, assistentibus Prælato, & omnibus fratribus, lectio expositionis Regulæ, aut Theologiæ mysticæ habeatur, itaut duobus ex prædictis diebus exponatur Regula, altero verò de Theologia mystica, seu de vita spirituali tractetur. Ad hoc instituatur unus Lector, qui sit in Theologia morali, & mystica versatus, cui, ut tempus pro lectionibus conficiendis habeat, conceditur, ut à Prima, & oratione post ipsam, excusetur. Qui, post expletam expositionem Regulæ, poterit Decalogum clarè, & breviter, pro instructione Juvenum, explicare.

Sexto, Guardianus, ad minus semel in mense feria sexta post Completorium celebrabit Capitulum culparum, eo modo, quo in Constitutionibus generalibus præscribitur, habita ad fratres spirituali collatione, in qua ad perfectionem, & spiritualem profectum excitentur, & animentur.

Septimò, Paupertas nostri Status, quantum fieri potest, strictè in communi observetur. Et ut ita etiam fiat in particulari, Guardiani, de omnibus necessariis ad usum strictum Seraphicæ paupertati congruum, fratribus provideant, ita ut recursus particularium ad benefactores, aut amicos spirituales via omninò præcludatur, nullusque quidquam ad usum suum habeat sine expressa licentia Guardiani, qui usum rei, & supellectilis non necessariæ nulli concedat, aut permittat. Quod ut exactiùs observetur, nullus quidquam ad proprium usum clausum habeat, & ad cujuscumque cellam semper aditus Superiori pateat. Et tam Novitiis, quàm cœteris Religiosis usus duarum Tunicarum Talarium, quarum una erit cum Caputio, & alia sine Caputio, juxtà Regulæ præscriptum, concedatur, nec cuiquam permittatur, ut Sudaria, *Sacbetas*, aut alia quævis non concessa in Regula, sub prætextu portationis solius habitus, deferat.

Octavo, postquam præfata Recollectio per triennium firmata fuerit, nullus possit institui Guardianus in prædictis Conventibus, qui in aliquo illorum per biennium immediatè, vitam communem Recollectionis sequens, commoratus non fuerit.

Nono, Nullus Religiosus, cujuscumque qualitatis sit in Conventu Recollectionis de familia collocari possit, aut in eo commorari, qui Regulæ præcepta observare non possit: Nempè jejunia, excalceationem, duarum tantùm Tunicarum usum, peditationem, Chori die, noctuque, cœterarumque communitatum sequelam: Cum pro non valentibus adeò strictè vivere, cœteri Provinciæ Conventus expediti maneant, & tam Guardianus ipse, quàm cœteri omnes fratres hebdomadam, sine exceptione, suo ordine faciant.

Decimo, In præfatis Conventibus nullus frater criminosus, aut pro luenda pœna collocari possit, nec quisquam à quocumque Prælato missus recipi debeat, nisi de consensu Guardiani, & majoris partis Discretorum Conventus, admittendus judicetur.

Undecimo, Nullus Religiosus cujuscumque qualitatis sit, possit recreationis, aut alterius cujusque negotii causa, ad prædictos Conventus divertere; nisi quis ad exercitia spiritualia, per aliquos dies facienda, cum sequela omnium communitatum, & rigoribus vitæ Recollectæ, admitti voluerit, nec Minister Provincialis, quando ad præfatos Conventus, causa Visitationis, vel alia accesserit, possit sub pœna suspensionis sui officii per bimestre, Sæculares, aut alios fratres secum ferre, præter suum Secretarium, & Socium, cui Provinciali plurimùm in Domino commendatur, ut in Conventibus Recollectionum, in omnibus se ipsum præbeat exemplum bonorum operum, & regularis disciplinæ.

Duodecimo, Discursus fratrum extrà Conventum, quantùm fieri possit, evitentur: Et ut fratres addicti Choro, extrà Conventum non vagentur, statuitur, ut in quolibet prædictorum Conventuum, præter officiales pro interiori guberuio necessarios, collocentur fratres laici spirituales, & devoti, qui continuò, extrà Conventum, eleemosynas pro necessitatibus fratrum temporibus opportunis petant, & in hoc Deo inserviant, dum alii divinis laudibus, orationi, & spiritualis vitæ quieti incumbunt. Fratribus autem Choro addictis, raro exeundi extrà Conventum licentia concedatur, nec unquam, nisi duo extrà ipsum esse possint. Novitiis autem, & Clericis in nullo casu, nisi in communitate, exeundi à Claustro licentia concedi possit, sub pœna privationis officii eam concedenti.

Ultimò, in prædictis Conventibus, quoad reliqua ad vitam Monasticam spectantia, Constitutiones generales exactè ab omnibus observentur, ut cœteris exemplo, & ædificationi in pura observantia sint.

Curent itaque Commissarius Generalis, & Provinciarum Diffinitoria, ut prædicti Recollectionis Conventus, in prædicta vivendi forma erigantur, & componantur. Cùm enim per attestationem prædicti Commissarii Generalis, & Diffinitorii Provinciæ, & Discretorum illorum Conventuum juramento formatam, de tali erectione, & compositione constiterit, Sanctissimus Dominus noster, pro sua benignitate, licentiam induendi Novitios in illis Conventibus sic efformatis, concedet. Quod si, post primam concessionem, prædicta vivendi forma, in ipsis Recollectionis Conventibus, exactè, & rigorosè non observetur, licentia ulteriùs induendi in illa Provincia, non concedetur. Undè Provinciæ ipsæ sibi consulant, nam si medio adeò ad bonum, & stabilitatem Religionis conducente non utantur, omninò successu temporis extinguentur.

Quantùm ad Provincias Reformatas cum forma vivendi, ac regulam, & disciplinam regularem observandi in statutis pro ipsis Reformatis de anno 1642. contenta, satis stricta sit, solummodò præcipitur, ut in Conventibus Novitiatus, & Professorii (præter institutiones S. mem. Clementis VIII. pro omnibus Regularibus in decretis incip. *Cum ad Regularem*, editis die decima nona Octubris anni 1603. & ordinata in Brevi S. mem. Urbani VIII. pro Reformatis incip. *Militantis Ecclesiæ*, sub dat. die prima Octobris anni 1641. quæ omnia omninò observanda sunt, sub pœnis in eisdem literis Apostolicis contentis) prædicta Statuta, quantum ad omnia, ad strictiorem Regulæ Observantiam, regularem disciplinam, frequentiam Chori, & mentalis orationis, assistentiam omnium Communitatum, die, noctuque omninò, & indispensabiliter ab omnibus in prædictis Conventibus commorantibus observentur, ita ut in illis nullus non valens, propter infirmitatem, communem illam vitam sequi, possit collocari, & qui in prædictorum observatione defectuosus fuerit, ab ipsis expellatur. Monentur autem Provinciales, quòd, dum non constiterit indubitatis testimoniis, in prædictis Conventibus, reformationem esse in pristinum statum restitutam, & in eis prædicta omnia adamussim observari, licentiam Novitios induendi non obtinebunt.

Quia ex bona Prælatorum electione præcipuè pendet

Digitized by Google

det Religionis reformatio , districtè præcipitur , ut Guardianatus , cœteraque regiminis officia , omninò distribuantur , pro ut ratio meritorum (supposita Corporis valetudine) cujuscumque promovendi , & bonum Provinciæ exegerit , nullo habito respectu ad Patres quoscumque , qui officio functi sunt , vel funguntur , sub pœna Provinciali aliter proponenti suspensionis ab officio per semestre , Patribus autem , sive de corpore Diffinitorii , sive extra illud , exigentibus Guardianatum , aut aliud officium suæ satisfactionis , sub pœna Proprietariis præscripta . Quod ut exactiùs observetur , & contrariæ relaxationi remedium apponatu , de novo admittitur , & intimatur Constitutio san. mem. Urbani VIII. quæ incipit *Militantis Ecclesiæ* , sub data die prima Junii anni 1640. *pro restituenda candore* communiter appellata , cum omnibus facultatibus , tùm Eminentiss. Cardinali Protectori , tùm Ministro , & Commissario Generalibus , in ea , pro prædicto remedio efficaciter apponendo , concessis .

Item præcipitur omnibus , & quibuscumque Patribus , & Fratribus , cujuscumque sint conditionis , & qualitatis , sub pœna privationis actuum legitimorum per sexennium , ut nullus eorum possit habere ad suum usum , nisi unicam Cellam , nempè illius Conventus , in quo moratur de familia , sive Subditus , sive Prælatus : Guardiani autem , sub pœna privationis officii , Cellam cujuscumque Patrum in Conventu suo de familia non commorantium , alteri Religioso sibi subdito concedant , quæ omnia Minister Provincialis in suis visitationibus omnino observari faciat , sub pœna suspensionis officii per sex menses .

Item statuitur , quod nullus eligi possit in Prælatum , qui vitam communem non sequatur , hoc est , qui frequenter equitet , seu infirmitatem , quæ ab obligatione peditandi excusetur , habeat , qui Camisiis , aut lineis utatur , vel apud se , vel in lecto , qui calceatus incedat , qui jejunia Ecclesiæ , & Regulæ non observet , qui aliquando visus sit contrectare pecunias , nisi jam per triennium saltem emendatus sit , qui notabiliter sit defectuosus , in assistendo Communitatibus Chori , & Refectorii , ac aliis , pro ut sibi in Constitutionibus præscribitur . Electio autem illius , qui in omnibus præmissis vitam communem non sequatur , irritanda sit à Prælato Generali , capta informatione extra judiciali , pro sua conscientia , sine strepitu judicii : Cum consilio tantum , & assensu trium Patrum , qui Provinciales , vel adminus Diffinitores Provinciæ sint , vel fuerint , super quo eorum conscientias oneramus , ne aut ille expellatur , qui vitam communem sequitur , aut ille confirmetur , qui illam non observat .

Item , ut majori circumspectione electiones Prælatorum fiant , præcipitur Electoribus sub pœna non suffragandi , ut antequam ad electionem Ministri , Custodis , Diffinitorum , & Guardianorum procedant , sigillatim juramentum præstent , coram Venerabili Crucifixi Imagine , præsente Præside , se eum electoros in quolibet prædictorum officiorum respectivè , quem in conscientia , & omnibus æqua lance libratis , digniorem judicabunt .

Item præcipitur omnibus Prelatis localibus , ut singulis suis subditis provideant de omnibus necessariis , tam in victu , & vestito , quam in quolibet alio , juxta nostrum statum , in propria specie , sub pœna privationis Guardianis negligentibus , & de hoc puncto teneantur Provinciales , & Visitatores in suis visitationibus specialiter inquirere , & ad Diffinitorium proximum in congregatione , aut Capitulo referre , in quo , constante Guardiani negligentia , in officio continuari non possit .

Et ut frivolæ Guardianorum excusationes præcludantur , præcipitur Provincialibus Ministris , ut quamprimum hæc Statuta publicata fuerint , congregent Diffinitorium , & cum eo , juxta Sacrum Conc. Tridentinum , & Apostolicas Constitutiones , taxent numerum Fratrum , qui per consuetas eleemosynas , provisis omnibus necessariis , juxta nostrum statum , sustentari possint , & in libro Provinciæ prędictam taxam scribant , & in nullo Conventu plures Religiosos collocare possint , quam taxa præscripserit , nec possint petere licentiam induendi , nec jam obtenta uti , nisi simul transmittant testimonium Juramento firmatum , quod Provincia non habeat plures Fratres , supra numerum in prædicta taxatione præfixum . Post quod Statutum adimpletum nulla excusatio Guardianorum non providentium Subditis de necessariis admittatur , sed absolutè in prædictis Congregationibus priventur .

Cum autem , sicut eodem expositio subjungebat , præfatus Josephus Minister Generalis Statuta hujusmodi , quippè ad conservandum , & solidandum in Ordine prædicto Regularis Observantiæ vigorem eximiè conducibilia , pro firmiori illorum subsistentia , exactiorique observatione , Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio , communiri summoperè desideret : Nos ipsius Josephi Ministri Generalis votis , hac in re , quantùm cum Domino possumus , favorabiliter annuere volentes , eumque a quibusvis excommunicationis , suspensionis , & interdicti , aliisque Ecclesiasticis sententiis , censuris , & pœnis à jure , vel ab homine quavis occasione , vel causa latis , si quibus quomodolibet innodatus existit , ad effectum præsentium duntaxat consequendum , harum serie absolventes , & absolutum fore censentes , Supplicationibus ejus nomine , Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati , omnia , & singula Statuta præinserta , ac eisque contenta quæcumque , auctoritate Apostolica , tenore præsentium , perpetuò confirmamus , & approbamus , illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus , ac omnes , & singulos Juris , & facti defectus , si qui desuper quomodolibet intervenerint , seu intervenisse dici , censeri , vel prætendi possent , supplemus , & sanamus .

Decernentes easdem præsentes Literas , & Statuta præinserta , semper , & perpetuò firma , valida , & efficacia existere , & fore , suosque plenarios , & integros effectus sortiri , & obtinere , ac illis , ad quos spectat , & pro tempore quandocumque spectabit , in omnibus , & per omnia plenissimè suffragari , & ab eis respectivè inviolabiliter observari ; Sicque , & non aliter in præmissis , per quoscumque Judices ordinarios , & delegatos , etiam causarum Palatii Apostolici Auditores , ac ejusdem S. R. E. Cardinales , etiam de Latere Legatos , & Apostolicæ Sedis Nuncios , aliosve quoslibet quacumque præeminentia , & potestate fungentes , & functuros , sublata eis , & eorum cuilibet quavis aliter judicandi , & interpretandi facultate , & auctoritate , judicari , & definiri debere , ac irritum , & inane , si secus super his , à quoquam quavis auctoritate scienter , vel ignoranter contigerit attentari . Non obstantibus præmissis , ac Constitutionibus , & Ordinationibus , necnon dicti Ordinis , aliisque quibusvis , etiam juramento , confirmatione Apostolica , vel quavis firmitate alia roboratis , Statutis , & Consuetudinibus , privilegiis quoque , indultis , & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis , confirmatis , & innovatis : Quibus omnibus , & singulis illorum tenores præsentibus , pro plene , & sufficienter expressis , ac de verbo ad verbum insertis habentes , illis alias in suo robore permansuris , ad præmissorum effectum , hac vice duntaxat , specialiter , & expressè derogamus , cæterisque contrariis quibuscumque .

Ve-

Volumus autem, ut earumdem præsentium litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides, tam in Judicio, quam extra illud, ubique locorum habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die xxii. Novembris MDCLXXIX. Pontificatus Nostri Anno Quarto.

I. G. Slusius.

Præter Statuta præmissa à Sanctissimo Domino Nostro INNOCENTIO XI. ex certa scientia, & in forma speciali confirmata, aliæ ordinationes, & declarationes in eodem Capitulo Generali editæ sunt, quarum confirmatio à Sanctissimo petita non est, & ut à Capitulo Generali Ordinis emanatæ publicantur, & sunt tenoris sequentis.

Pro utraque Familia.

DEfinitorium Generale decernit, acceptandam esse, uti ea, qua par est, reverentia acceptat, declarationem fel. rec. Clementis PP. Decimi, qua statuit Ministros Generales totius Ordinis suis functos officiis, esse Patres, Diffinitores, ac Discretos perpetuos totius Ordinis, ac utriusque Familiæ, & pro talibus præcipit esse admittendos, cum omnibus prærogativis, & privilegiis Ministris Generalibus officio suo functis quomodolibet debitis, licet sexennium, triennium, biennium, vel aliud limitatum officii sui tempus non expleverint.

Declarat Definitorium Generale Commissarium Generalem respectivè secundum Bullam unionis electum, posse mittere Religiosos suæ Familiæ ad negotia absolvenda in aliam Familiam.

Præcipit Definitorium Generale, quod in singulis Provinciis instituatur à Definitorio Provinciali quamprimum Chronologus Religiosus, prudens solers, & eruditus, qui authoritate Capituli Generalis circumeat Provinciam ad colligenda omnia antiqua, & recentia Religionis monimenta, tam spectantia ad Conventuum, & Monasteriorum fundationes, historiasque fratrum, & sororum defunctarum laudabilis vitæ, & famæ, quam cetera, quæ in laudem Dei, exaltationem Fidei, honorem Religionis, & incitamentum virtutis cedere possunt. Quibus diligenter collectis, formet lingua latina, & integra fide omnium relationem, quæ a Definitorio Provinciæ approbata, & subscripta in Archivo ejusdem Provinciæ perpetuo conservanda reponetur, ac ipsius authenticum transcriptum ad Archivarium Generalem Familiæ respective transmittatur, pro Ultramontania Matriti, pro Cismontania Romæ existentem, ut in generali Archivo ibi consistente conservetur.

Monet Capitulum Generale Prælatos omnes Religionis, ut observationi puræ nostræ Regulæ omnino incumbant, juxta formam in Statutis generalibus unicuique impositam. Et ut abusus equitandi efficaciter abscindatur, innovatur Constitutio de non equitando, sine licentia in scriptis Guardiani, & Discretorum Conventus, qui de vera necessitate testimonium ferant sub ipsis literis Superioris Prælati, & qui sine prædicta licentia, & testimonio equitaverit, puniatur à Guardiano Conventus, ad quem sic accesserit, ut Apostata. Illi vero, qui necessitate equitare coguntur, sub eadem pœna teneantur ante ingressum in Civitatem, vel Oppidum, Jumentum relinquere, & pedirando incedere.

Definitorium Generale, innovando Decretum aliàs circa hoc editum, præcipit, ne quisquam frater, quæstuationis gratia terminos suo Conventui præscriptos egrediatur, neque Superior localis ad alias quascumque quæstuationes, ultra prædictos terminos, Religiosos sibi subditos mittat, sub pœna Superiori præcipienti suspensionis ab officio per semestre, & fratri pro nutu egredienti, Apostasiæ.

Pro Ultramontana Familia.

CApitulum Generale statuit, ac determinat Constitutiones Barchinonenses, Segoviæ reformatas, manere in suo robore, eliminatis iis, quæ Decretis, seu Statutis Apostolicis, post illarum reformationem emanatis, contrariantur, & castigatis iis, quæ meliori gubernio, & uniformitati, pro præsenti rerum statu, videntur adversari, reservatis tamen declarationibus in Capitulis Generalibus subsequentibus factis, & Constitutionibus in ipsis additis, in quibus si aliquæ inveniantur, non tam communi Religionis bono, quam officiis, & personis ea obtinentibus favorabiles, quæ exorbitantiam, aut excessum sapiant, vel aboleantur, vel ad jus commune, & antiqua Ordinis Statuta reducantur. Quod totum, ut felicius, & promptiùs executioni mandetur, Capitulum Generale Reverendissimo Patri Ministro Generali commendat, & committit, ut juxta sæpius ordinata, deputet Viros Religiosos, prudentia, scientia, & zelo graves, ac conspicuos, qui prædicta quamprimum exequantur, Constitutionesque Ultramontanæ Familiæ, juxta præscriptam formam, in Codice uno clara methodo dispositas collocent. Ad quæ omnia peragenda Capitulum Generale in prædictum Reverendissimum Patrem Ministrum Generalem, & Patres ab eo deputandos compromittit, ita tamen, quod non addantur novæ leges, nec infringantur quæ ad priorem observantiam Regulæ conducunt.

Declarat Definitorium Generale, Guardianos aliqua ex causa post Capitulum Provinciale electos, continuari posse in officio Guardianatus, usque ad celebrationem Capituli immediatè sequentis, etiamsi ob dilationem Capituli intra Semestre, sui officii triennium physicè expleverint.

Declarat etiam, Guardianos Conventuum Recollectionis in Hispania, debere ad singula Capitula, etiam intermedia, deferre, aut mittere rationem, & statum Conventuum, eo modo, quo fit pro aliis Conventibus ejusdem Provinciæ, in quibus non est Recollectio.

Auctoritate, & Decreto Sacræ Congregationis S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositæ stabilitur, liberum esse Ministro Generali deponere, & removere ab officio Vice-Commissarium Generalem Indiarum Hispali residentem, ad ipsius arbitrium, prout in Domino expedire cognoverit: non obstante Constitutione Toletana de Anno 1673. & aliis quibuscumque.

Triennium officii, ut Commissarii Generales in Indiis tam Occidentalibus, quàm Orientalibus consistentes, gaudere valeant privilegiis, aliàs per Statuta Ordinis præscriptis, requisitum, declarat Definitorium Generale debere intelligi de incepto, ita ut duo anni expleti, & tertius inceptus officii, sufficiant.

Pro reliquis causis Provinciis Indiarum Occidentalium concernentibus, quæ in hoc Capitulo fue-

fuerunt propositæ; Definitorium Generale compromittit in Reverendiss. P. N. Ministrum Generalem, & Reverendiss. P. Commissarium Generalem Indiarum in Curia Regis Catholici consistentem, ut habitis earum notitiis, quæ in Capitulo desiderabantur, provideant, & disponant, prout in Domino magis expedire judicaverint.

Admissa fuit Provincia Solitudinis in Regno Portugalliæ, à Provincia Pietatis distincta, utpotè legitimè auctoritate Apostolica noviter erecta.

Novam item Provinciam S. Petri de Alcantara Discalceatorum in Regno Neapolitano, utpotè à Sede Apostolica canonicè erectam, tanquàm veram, & legitimam Ordinis Nostri Seraphici Provinciam, in qua Evangelica nostra Regula strictissimè observatur, Capitulum Generale admittit, & amplectitur, nihilque contra statum, perpetuamque illius conservationem à quoquam attentari; quinimò quidquid in variis Pontificiis Diplomatibus, pro ejusdem Provinciæ bono regimine, ac felici progressu, & manutentione ordinatum reperitur, ab omnibus, tàm Superioribus, quàm Subditis, ad quos spectat, oservari præcipit, sub pœnis in eisdem Bullis contentis.

Admittit etiam, & amplectitur Provinciam Immaculatæ Conceptionis in Brasilia à Sancta Sede Apostolica similiter erectam, tanquam veram, & legitimam ejusdem Ordinis Provinciam, & quidquid pro ipsius conservatione, bono regimine, & augmento ordinatum est, observari præcipit.

Definitorium Generale præcipit Provincialibus Ministris, ac Vicariis, ut Constitutiones pro Monialibus editas 1639. circa illarum regimen, tam in spiritualibus, quam temporalibus exactissimè servent, & observari faciant, alioquin prò negligentiæ qualitate à Reverendiss. P. N. Ministro Generali punientur.

Decrevit item, ut Moniales Immaculatæ Conceptionis faciant Divinum Officium eodem ritu, & Ordine, quo in earumdem Regula à S. mem. Julio II. approbata continetur.

Denique de novo recipit, ac intimat Decretum statuens, quòd Monialis tertia Germana Soror in eodem Monasterio recepta, non possit habere Suffragium in electionibus; Declarat tamen, quod illæ, quæ jam receptæ, & in possessione suffragandi sunt, in jure suæ possessionis manuteneri debeant.

Pro Cismontana Familia.

IN celebratione Capituli, aut Congregationis Provincialis cujuscumque Provinciæ, tàm Observantiæ, quàm Reformatorum, præcipitur, ut omnium Guardianorum electio fiat, nec aliquis Conventus sine sui Guardiani institutione relinquatur.

Guardiani, qui sine interventu Discretorum Conventus, rem aliquam alicujus ponderis miserint ad alium Conventum, à Provinciali graviter puniantur; similiter qui ad singularem aliquem Patrem, vel Fratrem dona miserint, puniantur juxtà Decretum Urbani Octavi.

Declaratur, quod capitulum Culparum Conventuale, quòd aliàs juxtà Statuta Ordinis antiqua, & moderna, celebrandum est singulis sextis feriis, habeatur in Capitulo, aut Choro saltem semel in mense, convocata ad id specialiter Communitate.

Guardiani pariter singulis mensibus visitent Cellas Fratrum, & si in eis aliqua repererint adversùs statum nostri paupertatem, aut Apostolica Decreta, uti etiam libros profanos, & contra bonos mores, Religioso statui indecentes, omninò amoveant. Negligentes verò in hujus statuti executione, juxtà negligentiæ qualitatem per superiores puniantur.

Declarat Diffinitorium Generale eos duntaxat Concionatores, qui in præclarioribus Italiæ Civitatibus laudabiliter prædicaverint ad formam Constitutionum, titulo, & prærogativa Concionatoris Clarissimi frui, & uti posse, dummodo in Metropolitanis, vel insignioribus, aut principalioribus Collegiatis id præstiterint. Cæteros verò, qui aliter hujusmodi titulum usurpare præsumpserint, munere, & titulo Concionatoris privandos esse.

Lectores Jubilati, qui expleto tempore Lecturæ non habent locum inter Patres Jubilatos, vel Aggregatos, propter completum numerum, deinceps teneant locum immediatè post Diffinitores habituales.

Lectoribus generalibus conceditur Socius, de corpore tantùm studii assumendus; non tamen aliis Lectoribus habitualibus sexennalibus, sublata quacumque consuetudine in contrarium.

Studium generale Sac. Theologiæ in Conventu S. Spiritus Ferrariæ, Minorum de Observantia, Provinciæ Bononiensis, declaratur primæ Classis in ordine ad Jubilationem pro iis, qui post hæc ibi Sac. Theologiam legerint.

Studium generale S. Francisci Laudæ in Provincia Mediolanensi, declaratur studium generale secundæ Classis.

Transfertur etiam studium generale Labacense, cum eisdem privilegiis pro Jubilatione, ad Conventum S. Mariæ Tersati.

Erectio studii generalis facta auctoritate Sac. Congregationis in Conventu S. Francisci Bastiæ in Corsica, confirmatur.

Studium generale S. Antonii propè Civitatem Tricarici, transfertur ad Conventum S. Mariæ de Orsoleo.

Studium generale S. Angeli Cremonæ in Provincia Bononiensi, erigitur in studium generale secundæ Classis.

Studium generale Messanense committitur transferendum providentiæ Superioris Generalis.

Studium Zagabriense S. Ladislai de Observantia aliàs erectum in studium generale, confirmatur.

Ad tollendas dissensiones ortas causa præcedentiæ inter aliquas Provincias tam Observantes, quàm Reformatas, decrevit Diffinitorium generale, servandam esse seriem præcedentiæ, juxtà Chronicam Reverendiss. Gonzagæ; Ita ut Provinciæ noviter institutæ teneant locum juxta Ordinis antiqua Statuta, præscindendo à Constitutionibus compilatis per Reverendiss. Sambucam.

Pro conservatione Provinciæ Candiæ Minorum de Observantia, decernit, ne post hac ad habitum Religionis admittantur, nisi Nationales, qui ejusdem Provinciæ conservationi inservire possint, cùm aliàs experientia compertum sit aliarum Nationum admissione, hujus conservationis intentum defraudari.

Commissarii Visitatores imposterùm deputandi pro visitandis Provinciis hujus Familiæ, se omninò abstineant à Visitatione Monasteriorum Monialium, nisi aliter eis ex rationabili causa fuerit expressè concessum in patentibus literis suæ delegationis.

Item statuit, quod Socii Confessariorum in Monasteriis Monialium nostro Ordini subjectis, nullatenus continuari possint in servitio unius Monasterii ultra tres annos, quemadmodum ipsi Confessarii, ha-

bito etiam Sac. Congregationis Episc. & Regul. beneplacito; Et qui triennium excessisse reperientur, statim inde amoveantur.

Pro Reformatis.

Declarat Diffinitorium, Prominiftros, qui in Capitulo Generali in Hispania celebrato, suffragati sunt, debere locum, & præcedentiam tenere immediatè post Diffinitores actuales, præcedendo Vicarium Conventus. Vicarius autem ipse in absentia Guardiani, nec præcedentiam, nec primum locum teneat, nisi in casu, quo Guardianus absens fuerit à Conventu spatio unius dietæ.

Procurator Generalis pro tempore residens in Conventu S. Francisci Transtyberim, iisdem omninò honoris, & respectus prærogativis gaudeat, tàm in Refectorio, quàm in Sacristia, quibus Provincialis actualis, & Guardianus tractantur.

Patres Forenses in eodem Conventu S. Francisci Transtyberim eadem prorsus præcedentia uti, & frui debent, quæ eis per Constitut. Ordinis assignatur, itaut post Provincialem Provinciæ, & Guardianum Conventus, immediatè sint Patres actuales, & habituales Ordinis, ac Ministri aliarum Provinciarum, servata inter eos Statutorum serie.

Præcipitur, quod nullus Fratrum post hac, etiam obtentis obedientialibus à Superiore Generali, possit discedere à Provincia, nisi priùs notificet ipsas suo Provinciali, à quo debet expectare responsum, sub pœna Apostasiæ.

Tempus Orationis mentalis diurnæ servetur quale mandant Constitutiones alias editæ, videlicet post Primam.

Clerici non admittantur ad Studia quæcumque, nisi priùs per Examinatores deputandos constiterit de eorum sufficientia, Studiisque vacent in sua quilibet Provincia respectivè, nec permitatur eis transitus ad alienam, immò si qui reperiantur in alienis Provinciis, ad propriam reducantur. Sacerdotes verò, qui causa studii extra propriam Provinciam commorati fuerint, nec titulo, nec officio Concionatoris gaudeant, nisi in Provinciam propriam reversi, & examinati per Deputatos ab ipsorum Ministro Provinciali, & Diffinitorio de sufficientia, profectu, & studii complemento, idonei reperiantur.

Omnes, & singuli Lectores expleto duodecimo anno Lecturæ Theologiæ, ipso facto, & sine ulla tergiversatione desistant à lectura, & cedant locum aliis.

Lectores extra Conventum, in quo legunt, non præcedant proprium Guardianum, nec alios Guardianos Conventuum ejusdem Provinciæ.

Juxta Constitutionem Urbani VIII. quæ incipit *Militantis Ecclesiæ* editam t. Octobris 1641. in duobus, aut tribus cujuscumque Provinciæ Reformatæ Conventibus Theologiæ moralis lectio habeatur, cui omnes Fratres Sacerdotes, & Clerici bis in qualibet hebdomada intersint. In singulis verò Conventibus semel saltem in qualibet hebdomada fiat lectio Theologiæ mysticæ, & nostræ Regulæ expositio, cui omnes Fratres, etiam Laici, interesse teneantur.

Sequuntur Suffragia.

PRO Sanctiss. D. N. Papa, Imperatore, Regibus, ac Principibus Orthodoxis, Eminentiss. Card. Protectore, Exaltatione S. Matris Ecclesiæ, hæresum extirpatione, felici statu nostri Ordinis, ejusdemque Patronis, fiant suffragia eadem, quæ in ultimo Capitulo Generali Vallisoletano præscripta sunt.

Fratres Mortui.

NUmerus Fratrum nostrorum, qui à præterito Generali Capitulo usque in præsens è vita decesserunt, juxta computationem factam per testimonia ad Capitulum delata, complet septem millia, tercentos, & viginti tres, Gallia hinc exceptis, qui Regio aresto prohibiti, ad Capitulum non venerunt.

Ita est.

FRanciscus Cardinalis Barberinus Protector, & Præsidens.
Fr. Joseph Ximenez Samaniego Minister Generalis.
F. Franciscus Maria de Nicolis Exminister Generalis, & Commissarius Generalis.
F. Joseph Copons Procurator Generalis.
F. Leo Caromius Exprocurator, & Commiss. Generalis Curiæ.
F. Theodorus ab Asculo Procurator Generalis Reformatorum.
F. Nicolaus Lozano Diffi. Gen.
F. Petrus Mon Diffi. Gen.
F. Didacus de Fuensalida Diffi. Gen.
F. VVulfangus Tach Diffi. Gen.
F. Emmanuel de Altor Diffi. Gen.
F. Ignatius Broeyer Diffi. Gen.
F. Balthassar Alvarez Diffi. Gen.
F. Cherubinus de Sambuca Diffinitor Generalis.
Fr. Joannes Baptista de Fugnano Diffinitor Generalis.
F. Antonius Maria de Venetiis Diffinitor Generalis.
Fr. Archangelus de Cilento Diffi. Gen.
F. Leonardus de Neapoli Diffi. Gen.
F. Ægidius de Liburno Diffi. Gen.
Fr. Hieronymus à Casali Diffi. Gen.
F. Bernardus Sannig Diffi. Gen.
F. Franciscus de Ragusa Diffi. Gen.
F. Franciscus Maria Mancinus Diffi. Gen.

Breve Motu proprio Sanctissimi Domini nostri INNOCENTII XI. pro sustinenda pura Regulæ Fratrum Minorum observatione in toto Corpore Regularis Observantiæ ex Fratribus de Familia, Reformatis, Discalceatis, & Recollectis constante.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

SOlicitudo Pastoralis officii, quo Catholicæ Ecclesiæ per Universum Orbem diffusæ regimini, divina dispositione, præsidemus, Nos urget, atque impellit, ut religiosorum Virorum Ordines, & Omnipotentis Dei gloriam, & Animarum salutem, sapienti pietate, ab hac Sancta Sede institutos, magnifque in Ecclesiam Dei meritis fulgentes, in sanctis, & primævis eorum institutis, confovere, & conservare, ac a noxiis, quæ primigeniæ religiositatis spiritum, atque vigorem extinguere, & relaxare possent, tueri, & præmunire, felicibusque istorum, in via mandatorum Domini, pro-

progressibus consulere, quantum Nobis ex alto conceditue, studeamus. Cum itaque (sicut accepimus) in pluribus Capitulis Generalibus Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum, & novissimè in Vallisuletano, quod Anno M. D. C. LXX. celebratum fuit, unanimi omnium Fratrum vocalium consensu, declaratum, & protestatum fuerit, in nullo Regulæ eorumdem fratrum Minorum præcepto, eatenùs, cum fratribus Minoribus, de Corpore Observantiæ, sivè Observantes, sive Reformati, sivè Discalceati, sive Recollecti dicantur, dispensatum fuisse, nec ipsum Observantiæ Corpus, ullam unquam admisisse, vel admittere dispensationem in Regula, sed potius velle pro viribus, divino favente auxilio, illam purè observare, juxta Summorum Pontificum declarationes, à Fratribus Observantibus, seu de Observantia, in suis statutis generalibus recompilatis pro Cismontanis, Anno M. D. C. LXXIII. & pro Ultramontanis, Anno M. D. C. XXI. & à Reformatis, Discalceatis, & Recollectis in suis particularibus Constitutionibus respectivè admissas, & receptas.

Nos, pro majori hujus protestationis firmitate, & ut in Ordine prædicto status, & Regula Fratrum Minorum purè observetur, singulisque Fratribus prætextus eam transgrediendi præcludatur, eandem protestationem, & declarationem supra expressam, harum serie auctoritate Apostolica approbantes, & confirmantes, motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, tenore præsentium, declaramus omnes, & singulos Fratres de corpore Observantiæ dicti Ordinis, teneri in conscientia observare Regulam Fratrum Minorum Sancti Francisci, & præcepta ejus à fel. rec. Nicolao III. & Clemente V. Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris exposita, & numerata, ad formam Constitutionum prædictarum respectivè, & signanter, præter præcepta, quæ non ita frequenter occurrunt, & recitationem Divini Officii, teneri ad jejunia præcepta in Regula, nisi excuset necessitas; ad incedendum sine calceamentis, hoc est, absque aliquo, quod pedem cooperiat, cujuscumque illud materiæ sit, nisi adsit vera necessitas à Prælato approbanda; ad non equitandum, nisi infirmitas, vel necessitas, judicio Superiorum probata, excuset; ad vilitatem vestium, juxtà prædictas Constitutiones respectivè; ad non utendum pluribus vestimentis, quam illis, quæ Regula præscribit, nempe una tunica cum caputio, & alia sine caputio, chorda, & femoralibus; Nam aliud quodvis vestimenti genus, ultrà prædicta, excepto mantello, ab initio Religionis licito, ut indusia, seu camisiæ, sudariola, tunicellæ, & similia, sunt contra Regulam, nisi adsit vera necessitas excusans à præcepto, per Prælatum approbata; ac demum, teneri ad capitale præceptum Religionis Fratrum Minorum, de non recipiendis denariis, per se, vel per interpositam personam. Aliarum enim rerum necessariarum possunt Fratres Minores de corpore Observantiæ, hujusmodi habere usum, licet non dominium; denariorum autem, nec dominium, nec usum: Et proinde quævis contrectatio pecuniæ, seu denariorum, quæ non sit purè naturalis, seu quæ sit quovis modo politica, cujuscumque Domini sint denarii, seu pecunia, Fratribus Minoribus Observantibus, seu de Observantia, est omninò prohibita.

Ac propterea omnes, & singulas dispensationes, concessiones, & consuetudines, si quæ, contra præmissa in corpore Observantiæ Ordinis prædicti repe-riantue, motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine paribus earumdem, tenore præsentium revocamus, cassamus, irritamus, & annullamus, viribusque, & effectu penitus, & omninò vacuamus, ac revocatas, cassatas, irritas, & nullas, viribusque, & effectu penitus, & omninò vacuas esse, & perpetuo fore, decernimus, & declaramus.

Declarantes tamen pariter, quòd, per præmissa, non prohibentur in dicto Ordine Syndici Apostolici, cum eorum usus non sit dispensatio in Regula, sed modus a Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris provisus, pro puriori illius observatione, sive ejusmodi Syndici assumantur ad præscriptum Constitutionum Nicolai III. & Clem. V. prædecessor. prædict. sive secund. dispos. Constitut. rec. mem. Martini IV. & Martini V. ac Pauli IV. prædecessorum pariter nostrorum, prout illorum usus in singulis familiis, Congregationibus, Reformationibus, aut Provinciis Ordinis prædicti respectivè fuit receptus."

Ut autem in ingressu Religionis unusquisque de obligationibus, quas assumere vult, plenè informetur, statuimus, ut nullus recipiatur ad habitum regularem in eodem Ordine, nisi prius plenè informatus sit de prædictis præceptis Regulæ obligantibus in conscientia, & prævia hac notitia velit probationem subire; nec quisquam admittatur ad professionem regularem, nisi prius examinatus sit de intellectu Regulæ, & præceptorum ejus, juxta prædicta, & deindè immediate ante illam, coram tota Communitate fiat ei protestatio, quod ad Observantiam Regulæ cum omnibus ejus præceptis, tunc enumerandis, & exprimendis, obligetur in professione, eamque protestationem admittat, & sub ea professionem faciat.

Quia vero efficacius prædicta observandi medium, est exemplum Prælatorum, sivè Superiorum, ideò statuimus pariter, neminem eligi posse in Prælatum, sive Superiorem in Ordine prædicto, qui vitam communem Observantiæ non sequatur, hoc est, qui frequenter equitet, seu infirmitatem, quæ ab obligatione pedibus incedendi excusetur, habeat; qui indusiis, seu camisiis, aut lineis utatur, apud se, vel in lecto, qui calceatus incedat, qui jejunia Ecclesiæ; & Regulæ non observet, qui aliquando visus sit contrectare pecunias, nisi jam, per triennium saltem, emendatus sit; qui notabiliter defectuosus sit in assistendo Communitatibus Chori, Refectorii, & aliis, prout sibi in Constitutionibus præscribitue.

Porrò electio illius, qui in omnibus præmissis vitam communem non sequatur, irritanda sit à Prælato, sive Superiore Generali, capta informatione extrajudiciali, pro sua conscientia, sine strepitu judicii, cum consilio tamen, & assensu trium Fratrum, qui Ministri Provinciales, vel saltem Diffinitores Provinciæ sint, vel fuerint: Ipsorum autem conscientias, ne aut ille expellatur, qui vitam communem sequatur, aut ille confirmetur, qui eam non observet, oneramus.

Demum, ut omnis occasio transgrediendi præceptum de non contrectandis denariis, seu pecuniis, auferatur, omnibus, & singulis dicti Ordinis Prælatis, sive Superioribus, in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub pœna privationis suorum officiorum, injungimus, ut nulli Religioso ejusdem Ordinis permittant administrationem fundorum, redditunm, aut quarumcumque aliarum rerum, & bonorum mobilium, vel immobilium, cujuscumque Domini illa sint: & signanter, ut nulli Religiosorum Ordinis hujusmodi permittatur administratio bonorum temporalium alicu-

jus Monasterii Monialium, sub quovis pretextu, aut nomine, nempe Administratoris, Syndici, Factoris, Coloni, Superintendentis, Villici, aut alio quovis imaginabili.

Decernentes easdem præsentes literas, & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo, quod Superiores, & Fratres Ordinis prædicti, aliique quilibet cujuscumque status, gradus, Ordinis, præeminentiæ, vel dignitatis existant, seu aliàs specifica, & individua mentione, & expressione digni, in præmissis interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes, illis non consenserint, seu ad ea vocati, citati, & auditi, causæque, propter quas ipsæ præsentes emanarint, sufficienter adductæ, verificatæ, & justificatæ non fuerint, aut ex alia qualibet, etiam quantumvis juridica, legitima, & privilegiata causa, colore, prætextu, vel capite, etiam in corpore juris clauso, etiam enormis, enormissimæ, & totalis læsionis, nullo unquam tempore de subreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, aut interesse habentium consensus, aliove quolibet, etiam quantumvis magno, & substantiali, ac inexcogitato, & inexcogitabili, individuamque expressionem requirente defectu, notari, impugnari, infringi, retractari, modificari, redargui, in controversiam vocari, aut ad terminos juris, seu Statutorum, & Constitutionum dicti Ordinis, reduci, seu adversus illas aperitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, aut impetrato, seu etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus, concesso, vel emanato, quempiam in judicio, vel extrà illud, uti, seu se juvare, ullo modo posse; sed, easdem præsentes literas, semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, & per omnia inviolabiliter, & inconcussè observari, & adimpleri; sicque, & non aliter, in præmissis censeri, atque ita per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, & Apostolicæ Sedis Nuncios, aliosve quoslibet quacumque præeminentia, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus præmissis, ac quatenùs opus sit, nostra, & Cancellariæ Apostolicæ Regula, de jure quæsito non tollendo, aliisve Apostolicis, ac in universalibus, Provincialibusque, & Synodalibus Conciliis editis, Generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, nec non dicti Ordinis, ejusque Congregationum, Reformationum, Provinciarum, Conventuum quorumcumque, aliisque quibuslibet, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, usibus, stilis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus; privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis, eidem Ordini, ejusque Superioribus, Fratribus, & personis quibusvis, sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis in genere, vel in specie, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus, ac consistorialiter, & aliàs quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, ac quantiscumque vicibus confirmatis, approbatis, & innovatis.

Quibus omnibus singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales, idem importantes, mentio, seu quævis expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ab verbum, nihil penitùs omisso, & forma in illis tradita observata, exprimerentur, & insererentur præsentibus, pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice duntaxat specialiter, & expresè derogamus, & derogatum esse volumus, cœterisque contrariis quibuscumque.

Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsùs fides, ubique locorum, tam in Judicio, quam extrà illud habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die xx. Novembris MDCLXXIX. Pontificatus Nostri Anno Quarto.

I. G. Slusius.

Studia Generalia in Ordine ad Jubilationem.

CONVENTUS

Sanctæ Mariæ de Aracœli.
S. Francisci Perusiæ.
S. Mariæ Novæ Neapolis.
Omnium Sanctorum Florentiæ.
Sanctissimæ Annunciatæ Bononiæ.
S. Francisci Paduæ.
Sanctissimæ Annunciatæ Genuæ.
S. Angeli Mediolani.
S. Mariæ Angelorum Panormi.
S. Bernardini Aquilæ.
S. Didaci Neapolis.
S. Francisci Anconæ.
S. Francisci Lucæ.
S. Antonii Licii.
S. Francisci Cosentiæ.
S. Hieronymi Viennæ.
S. Bernardini Cracoviæ.
S. Mariæ ad Nives Pragæ.
S. Mariæ de Jesu Messanæ.
Jesu Mariæ Foggiæ.
S. Mariæ de Jesu Montis Leonis.
S. Andreæ Leopolitani.
S. Joseph Brixiæ.
S. Thomæ Taurini.
S. Bernardini Alexandriæ.
S. Annæ Varsaviæ.
S. Spiritus Ferrariæ.

Breve Innocentii Undecimi Protectorem Ordinis instituens Alderanum Cardinalem Cybo.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Dilecto Filio nostro Alderano tit. S. Laurenti in Lucina S. R. E. Presbytero Cardinali Cybo nuncupato.

Dilecte Fili Noster salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Cum Venerabilis Fr. Noster Franciscus Episcopus Ostiensis S. R. E. Cardinalis Barberinus nuncupatus, nuper Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum apud Nos, & Sedem Apostolicam Protector, munus, & Officium Protectoris hujusmodi in manibus nostris sponte, & libere dimiserit, Nosque dimissionem hujusmodi duxerimus admittendam, ac proinde Ordo præfatus Protectore destitutus remanserit: Nos, de tuæ circumspectionis singulari prudentia, doctrina, & Religionis zelo plurimum in Domino confisi, ac sperantes, quod si Ordo prædictus sub Protectione tua militaverit, ob eximias virtutes tuas plurimum commodi, & ornamenti suscepturus sit; idcirco motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione Nostra, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, te præfati Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia, illiusque Religiosorum, & Domorum, ac Locorum Regularium quorumcumque apud Nos, & Sedem prædictam Protectorem, cum omnibus facultatibus, jurisdictionibus, honoribus, & oneribus solitis, & consuetis, & quibus alii ante Te dicti Ordinis Protectores usi sunt, ac uti quomodolibet potuerunt, seu etiam debuerunt, ad tui vitam, tenore præsentium facimus, & deputamus. Volumus autem, & tibi in virtute Sanctæ Obedientiæ mandamus, ut dicti Ordinis Superiorum authoritatem, quantum fieri poterit, conservare cures, & propterea, cum ipsi Superiores eorum Officii debito satisfecerint, ac gubernio, & regimini subditorum sufficienter incubuerint, tunc in negotiis Religiosorum ejusdem Ordinis te non immisceas: quando autem, vel ab ipsis Superioribus requisitus fueris, ut in iisdem negotiis authoritatem tuam interponas, vel necesse fore cognoveris, ut eamdem authoritatem tuam in eisdem negotiis exerceas, tunc id libere facere possis: sed quoad poteris, per te ipsum, hoc facere cures, adhibito ad scribendum, quando opus fuerit, in eisdem negotiis, seu causis, loco Notarii, aliquo ex Regularibus dicti Ordinis; Mandantes propterea præfatis Superioribus, & aliis Religiosis quibuscumque dicti Ordinis, etiam virtute Sanctæ Obedientiæ, ut te in eorum Protectorem, juxta tenorem præsentium, recipientes, ea, qua debent, reverentia prosequantur, contrariis non obstantibus quibuscumque. Cœterum te in Domino hortamur, ut hujusmodi Protectoris munus ita obire studeas, ut apud Deum, bonorum operum retributorem, æternum præmium, & a Nobis condignam laudem valeas promereri.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 9. Novembris 1678. Pontificatus nostri Anno tertio.

Fr. Josepho Ximenez Generali, ut Apostolica potestate Conventus, & Monasteria quæcumque visitet & corrigat.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Dilecto Filio Joseph Ximenez Samaniego Ministro Gen. Ord. Fr. Min. S. Francisci de Observantia nuncupatorum.

Dilecte Fili salutem, & Apostolicam benedictionem.

Ex commissæ Nobis cęlitus dispensationis munere, in eam præcipue curam solicitis studiis incumbimus, ut Religiosi Ordines in Ecclesia Dei, pie, sancteque instituti, in via Domini prospere dirigantur, & sicubi à Regularis Disciplinæ tenore recesserint, ad primævum Religiositatis spiritum, atque vigorem, adjuvante superni favoris aura, redigantur. Cum itaque, sicut accepimus, in tuo Ord. Fr. Min. S. Francisci de Obs. nuncupatorum, illiusque Conventibus, & Provinciis, ac etiam Monasteriis Monialium jurisdictioni tuæ subjectorum, nonnulli excessus, seu abusus introducti reperiantur: Nos, qui eumdem Ordinem in visceribus Paternæ gerimus charitatis, excessus, seu abusus hujusmodi opportunis rationibus, quanto citius corrigi, ipsumque Ordinem ad pristini candoris serenitatem reduci cupientes, ac de tua fide, prudentia, charitate, integritate, vigilantia, ac Religionis zelo plurimum in Domino confisi, motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque potestatis plenitudine Apostolicæ, tibi per præsentes in virtute Sanctæ obedientiæ præcipimus, & injungimus, ut omnes, & singulas Provincias, Conventus, Monasteria, & alia Loca Regularia quæcumque, tam Fratrum, quam Monialium dicti Ordinis, illorumque Superiores, Fratres, Moniales, & personas quascumque, ubi opus fuerit, juxta sacros Canones, & Concilii Tridentini Decreta, ac Regulam, & Constitutiones Ordinis prædicti, omni cura, & solicitudine corrigere, & reformare, ac quoscumque excessus, & abusus in Ordine, ejusque Provinciis, Conventibus, Monasteriis, & locis Regularibus hujusmodi quomodolibet introductos, opportunis rationibus tollere, & radicitus evellere, ac emendare, dictosque Superiores, Fratres, Moniales, & personas quascumque, quos, & quas à Regulari instituti sui Observantia deviare cognoveris, ad debitum vitæ modum reducere, omniaque in pristinum Religiosæ Observantiæ candorem, & vigorem restituere, & reintegrare procures. Nos enim tibi præmissa omnia, & singula faciendi, statuendi, ordinandi, & exequendi, nec non contradictores, & rebelles quoscumque per sententias, censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione postposita, compescendi, auxiliumque brachii secularis, si opus fuerit, invocandi, plenam, & amplam facultatem, authoritate Apostolica, tenore præsentium, tribuimus, & impartimur. Mandantes propterea in virtute Sanctæ Obedientiæ, & sub indignationis nostræ, aliisque arbitrii nostri pœnis, omnibus, & singulis Superioribus, Fratribus, personis, & Monialibus prædictis, ut tibi in pręmissis promptè pareant, & efficaciter adimplere procurent, alioquin sententiam, sive pœnam, quam ritè tuleris, seu statueris in rebelles, ratam habebimus, & faciemus auctore Domino, usque ad satisfactionem condi-

Digitized by Google

dignam inviolabiliter observari. Non obstantibus Constitutionibus &c.

Datum Romæ die 20. Junii 1678. Pontificatus anno secundo.

INDULTUM SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI INNOCENTII UNDECIMI.

QUO Lectoribus Jubilatis Ordinis Minorum de Observantia conceduntur prærogativæ, præeminentiæ, privilegia, & gratiæ, quibus alii Regulares, Doctores Artium, & in Sacra Theologia Magistri fruuntur, obtentum ex speciali, & expressa licentia Reverendissimi Patris Ministri Generalis totius Ordinis Sancti Patris Francisci.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

EXponi Nobis nuper fecit Dilectus Filius Celsus Maria Billò de Senis Commissarius Generalis Curiæ Ordinis Fratrum S. Francisci de Observantia nuncupatorum, quod dudum statim atque dictus Ordo, ab Ordine Fratrum Minorum ejusdem S. Francisci Conventualium nuncupatorum, authoritate Apostolica separatus fuit, Fratres Minorum de Observantia hujusmodi, ut quidquid mundani fastus, atque ambitionis inducere posset, à se procul amoverent, ad gradus Doctoratus artium, & Magisterii in Sacra Teologia promoveri, & Doctores, ac Magistri vocari desierunt; Nihilo tamen minus ejusmodi scientiarum Studiis operam dederunt, sed qui in illis tantum progressi erant, ut alios docere possent, solo contenti fuerunt, & adhuc sunt, nomine, titulo Lectorum actualium, & habitualium, qui etiam post peractam, juxta Apostolicas, & Ordinis sui Constitutiones, saltem triennio Philosophiæ, & decennio Sacræ Theologiæ lecturam, Lectores Jubilati vocati fuerunt, & vocantur.

Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, licet ejusmodi Lectores Jubilati, quoad rem ipsam, nempè literarum scientiam, à Magistris in Sacra Theologia, & Doctoribus Artium, differre non videantur; quia tamen inter eos est nominum, titulorumque diversitas, nonnulli prætendant, ac etiam per sententias judicialiter definiant, illos Doctoribus, & Magistris hujusmodi in Ordine ad aperiendas, & executioni mandandas literas, per officium Pœnitentiariæ Apostolicæ expeditas, quæ ejusmodi Doctoribus, seu Magistris super absolutione, dispensatione, votorumque, seu aliorum obligatione, & commutatione dirigi solent, ac quoad alias prærogativas, pares non esse: Nobis propterea dictus Celsus Maria humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportunè providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

Nos igitur, Ordinis primo dicti decori, & honorificentiæ, quantum cum Domino possumus, benignè consulere, ipsumque Celsum Mariam specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, omnibus, & singulis memorati Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia Lectoribus Jubilatis præsentibus, & futuris, ut quascumque literas per officium Pœnitentiariæ Apostolicæ hujusmodi pro tempore expeditas, quæ Doctoribus Artium, seu Magistris in Sacra Theologia directæ fuerint, recipere, aperire, & juxta illarum formam, & tenorem executioni mandare, necnon, quoad alias functiones Ecclesiasticas, & literarias quaslibet, omnibus, & singulis prærogativis, præeminentiis, privilegiis, gratiis, & indultis, quibus Fratres expressè professi aliorum Ordinum, Doctores Artium, & in Sacra Theologia Magistri, tam de jure, usu, & consuetudine, quàm alias quomodolibet utuntur, fruuntur, & gaudent, ac uti, frui, & gaudere possunt, & poterunt in futurum, pari modo uti, frui, & gaudere libere licite, & valide possint, & valeant, authoritate Apostolica, tenore præsentium concedimus, & indulgemus.

Cæterum non intendimus per præsentes literas, privilegia, exemptiones, prærogativas, gratias, & indulta, quæ præfatis Lectoribus Jubilatis per Apostolicas, & Ordinis primò dicti Constitutiones, concessa sunt, ullo modo augere, vel minuere, sed illa in statu, & terminis, in quibus de præsenti reperiuntur, remanere volumus.

Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocunque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissimè suffragari, & ab eis respectivè inviolabiliter observari; sicque in præmissis, per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit, attentari.

Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non dicti Ordinis, aliisque quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus, pro plenè, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat, specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique locorum, tam in judicio, quam extra illud, habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die xxvii. Novembris MDCLXXIX, Pontificatus Nostri Anno Quarto.

I. G. Slusius.

Per-

Permittitur, ut in Provincia S. Petri de Alcantara Discalceatorum in Regno Neapolitano locum habere possint Fratres ejusdem Ordinis Provinciarum Hispaniæ.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

ALiàs felicis recordationis Clementi PP. X. Prædecessori nostro, pro parte dilecti filii nobilis viri Petri de Aragonia Lucia Segobricæ, & Cardonæ tunc Regni Neapolis Proregis, exposito, quod cum Custodia S. Petri de Alcantara in dicto Regno Neapolis Fratrum Minorum Ordinis Sancti Francisci de Observantia Discalceatorum nuncupatorum, in executionem quarumdam ipsius Clementis Prædecessoris in simili forma Brevis literarum, die 30. Septembris 1670. expeditarum, perpetuo erecta, & instituta fuisset, eo præcipue fine, ut illius Fratres instructioni, aliisque spiritualibus necessitatibus militum Hispanorum in eodem Regno pro tempore degentium operam darent, idem Petrus Dux, & Prorex nonnulla, sine quibus finis hujusmodi obtinere nequibat, nec Custodia ipsa in sui Instituti rigore, & puritate conservari potuisset, statui, & indulgere plurimum desiderabat: idem Clemens Prædecessor supplicationibus, ipsius Petri Ducis, & Proregis nomine, sibi super hoc humiliter porrectis inclinatus, quod ejusdem Custodiæ Custos, & Conventus S. Luciæ de Monte nuncupat. Civitatis Neapolitan. ad ipsam Custodiam spectantis Guardiani Natione Hispani semper esse deberent; ex quatuor verò Definitoribus ipsius Custodiæ, saltem, duo semper essent Hispani, etiam in casu subrogationis, & Superiores ejusdem Custodiæ, præter, & ultra præfatos Hispanos in dicto Conventu S. Luciæ, saltem Concionatores, & duos Confessarios pariter Hispanos pro Concionibus ad præfatos milites Hispanos habendis, eorumque Confessionibus audiendis habere semper tenerentur, nec unquam in futurum, in Custodiam præfatam recipi posset ullus Frater in alia Provincia, vel Custodia professus, sed quando aliquem admitti expediens, vel necesse fuisset, is immediate a sæculo ad habitum recipi, & in dicta Custodia, ejusque Domo Novitiatus educari deberet, auctoritate Apostolica, inter alia statuit, & ordinavit, & aliàs, prout in ipsius Clementis Prædecessoris literis desuper in simili forma Brevis die 28. Augusti 1673. emanatis, quarum tenorem præsentibus pro plene, & sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, uberius continetur. Cum autem, sicut pro parte Charissimi in Christo filii nostri Caroli Hispaniarum Regis Catholici, per dilectum filium nobilem virum Gasparem de Haro y Gusman, pro eodem Carolo Rege apud Nos, & Sedem Apostolicam Oratorem, Nobis nuper expositum fuit, quod Custodia præfata subindè in Provinciam auctoritate Apostolica erecta fuerit, & Congregatio tunc existentium S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, declaraverit Ministrum Provincialem novæ Provinciæ hujusmodi Natione Hispanum esse debere, quemadmodum de Custode in ultimo dictis Clementis prædecessoris literis statutum reperiebatur; verum si prohibitio recipiendi in dictam Custodiam, nunc Provinciam, Fratres in alia Provincia, vel Custodia professos, generaliter, etiam quo ad Fratres Discalceatos Provinciarum Hispaniæ dicti Ordinis observaretur, nec dicta nova Provincia diu conservari, nec finis, propter quem prima Custodiæ prædictæ erectio facta est, obtineri, neque supra expressæ ordinationis Clementis Prædecessoris executioni mandari valerent, & cum sperari non possit tot a sæculo in eamdem nostram Provinciam receptum iri Fratres Hispanos, quot pro adimplendis staturis, & ordinationibus hujusmodi sufficiant. Nobis propterea, ejusdem Caroli Regis nomine, per præfatum Gasparem Marchionem humiliter supplicatum fuit, ut in præmissis opportunè providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 1. Nos igitur ipsius Caroli Regis vota in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, ut Fratres Discalceati expresse professi Provinciarum Hispaniæ Ordinis prædicti, cum debitis suorum Superiorum licentiis in præfatam Provinciam S. Petri de Alcantara in Regno Neapolis, servatis servandis, recipi, & admitti, illique incorporari libere, licite, & valide possint, & valeant auctoritate Apostolica tenore præsentium concedimus, & indulgemus. Præterea, ut Minister Provincialis, ac duo saltem Definitores, & Guardianus dicti Conventus S. Luciæ ejusdem Provinciæ pro tempore existentes Natione Hispani, nempe ex utroque Parente Hispano nati, semper esse, cæteraque omnia, & singula in ultimo dictis Clementis Prædecessoris literis disposita, in Provincia hujusmodi semper observari debeant, auctoritate, & tenore præfatis statuimus, & ordinamus.

§. 2. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, ac pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Non obstantibus quo ad ea, quæ præsentibus quomodolibet adversantur præfatis Clementis Prædecessoris literis, nec non omnibus, & singulis illis, quæ in eis concessa sunt, non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 4. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis, & exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & Sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique locorum, tàm in judicio, quàm extra illud habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die xxix. Novembris 1679. Pontificatus nostri anno quarto.

Oppor-

Optantes Sanctum Missionum exercitium in Ordine nostro promoveri, duo sequentia Brevia à Sanctissimo obtinuimus, quæ Vobis in gratiam, & exemplum mandamus.

BENEDICTIO APOSTOLICA,

Et Indulgentia plenaria pro Missionibus a Fratribus Nostri Ordinis faciendis.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

UNiversis Christi fidelibus præsentes literas inspecturis salutem, & Apostolicam benedictionem. Cœlestium munerum thesauros, quorum dispensatores esse Nos voluit Altissimus, libenter iis impartimur, quos pro sua in Deum, & proximos charitate, Christianæ Religionis zelo, animarum salutem omni studio procurare intelligimus: quo in genere, cum fratres Minores Ordinis Sancti Francisci de Observantia nuncupatus habeamus, eosque in primis, quos dilecti filii eorumdem fratrum Superiores, ob hanc causam hoc ipso, & consequentibus annis in diversas Provincias christianæ Reipublicæ mittere constituerunt.

Nos sanè, eorumdem fratrum pietatem, ac operam, eorumque, ad quos illi mittendi erunt, Religionem, & devotionem spiritualibus gratiis confovere, atque augere cupientes, Supplicationibus dilecti filii Josephi Ximenez de Samaniego dicti Ordinis Ministri Generalis Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, piamque illius deliberationem, quantum cum Domino possumus, promovere volentes: De omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, Omnibus, & singulis fratribus dicti Ordinis tam Reformatis, quàm non Reformatis, Ministro Generali ejusdem Ordinis subjectis, ad missiones in quibusvis locis, de Ordinariorum licentia exercendas, in futurum mittendis (ubi tamen non erunt missionarii Congregationis de Propaganda Fide) & aliis utriusque sexus Christifidelibus, ad quos ipsi mittendi accesserint, Nostram, & Apostolicam Benedictionem per præsentes impartimur. Nec non iisdem verè pœnitentibus, & confessis, ac Sacra Communione refectis, qui pro Sanctæ Romanæ Ecclesiæ exaltatione, Principum Christianorum Unione, Infidelium conversione, hæresum extirpatione, prout unicuique suggeret devotio, pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem, misericorditer in Domino, auctoritate Apostolica, tenore præsentium, pro una vice duntaxat pro unaquaque missione, de Ordinariorum locorum licentia respectivè facienda, concedimus, & elargimur. Hortamur tea Venerabiles fratres Patriarchas, Primates, Archiepiscopos, Episcopos, & alios Ecclesiarum Dei Prælatos, & Rectores, ac Verbi Dei Predicatores, ut in suis quisque Ecclesiis, cum populus frequentior fuerit, præsentes litteras, ac omnia in eis contenta publicent, & publicari faciant, ac omnem eisdem fratribus tàm Reformatis, quàm non Reformatis favorem, & auxilium in præmissis præstent. Volumus autem, quòd præsentium transumptis, etiam Impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ obsignatis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ, Præsentibus ad septennium tantum valituris. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die 23. Decembris 1679. Pontificatus nostri anno quarto.

I. G. Slusius.

Erectio Seminarii Missionariorum in Regno Portugalliæ.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

EX injuncto Nobis divinitùs Apostolicæ servitutis munere, animarum saluti, piorumque Christianæ charitatis operum, felici progressui, & incremento, jugiter invigilantes, illis, quæ à Superioribus Regularibus consimili consilio providè, prudenterque facta, atque ordinata esse noscuntur, ut perenni stabilitate subsistant, Apostolici muniminis, cum id à Nobis petitur, libenter adjungimus firmitatem, ac alias desuper disponimus, sicut ad Omnipotentis Dei gloriam, & Animarum salutem, ac Religionis incrementum salubriter in Domino expedire arbitramur. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Antonius à Plagis Frater expressè professus Provinciæ Algarbiorum in Lusitania, Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum, quòd cum ipse multorum annorum spatio missionibus in Regno Portugalliæ operam dedisset, experientiaque cognovisset, quantum inde fructus, ad animarum salutem, benedicente Domino, proveniat, ac proindè ejusmodi Missionariorum numerum ampliari, illorumque ministerium stabiliri, & bonis legibus dirigi desideraret: Dilectus etiam filius Joseph Ximenez Samaniego, Minister Generalis dicti Ordinis, ipsi Antonio suam benedictionem, & facultatem concessit, ut Conventum Sancti Antonii de Baratoxo dictæ Provinciæ, sibi, suisque sociis, ad effectum in eo instituendi Collegium Missionariorum hujusmodi, à Sancta Sede petere valeret, ad quod obtinendum plenum consensum tribuit, & prædictæ Provinciæ Algarbiorum consensum, quantùm poterat, supplevit: hæc autem concessit sub diversis conditionibus, & ordinationibus, in prædicto Conventu omninò observandis, & aliàs, prout uberiùs continetur in ipsius Josephi Ministri Generalis Patentibus literis, desuper emanatis, tenoris, qui sequitur, videlicet. Frater Joseph Ximenez Samaniego totius Ordinis Fratrum Minorum Seraphici Patris Nostri Francisci Generalis Minister, & Servus. Dilecto Nobis in Christo Patri Fratri Antonio à Plagis, Prædicatori Provinciæ Algarbiorum Regularis Observantiæ Alumno, salutem in Domino sempiternam. Quandoquidem Noster Seraphicus, & Apostolicus Ordo Minorum ad hoc præcipuè institutus sit, ut ejusdem fratres in strictissima paupertate, austeritate rigida, profunda humilitate, Mundi contemptu, & spiritus fervore, exemplo, verboque hominibus pœnitentiam prædicarent, juxta S. mem. Innocentii Tertii oraculum, qui in prima Ordinis nostri approbatione fratres ipsos Prædicatores pœnitentiæ instituit, eisque dedit de pœnitentia prædicanda mandatum; Et nostri Seraphici Patriarchæ Francisci Exemplum, qui Spiritu Sancto ductus, Deique zelo ductus, non sibi soli vivere, sed & aliis proficere constanter statuit, & ita feliciter præstitit, ut quasi universum mun-

Google

mundum ad Deum velle convertere viderentur. Nos, qui ejusdem Seraphici Patris, licet immeriti successores, ipsius Ordinis clavum tenemus, ex nostri muneris ratione teneri judicamus, præclara ipsa pietatis opera, ad quæ vocati sumus, promovere, ac ipsa pro viribus juvare, & fratribus, qui Spiritu Dei acti, eisdem fructuosè incumbunt, de mediis opportunis ad id feliciùs, & constantiùs præstandum providere.

Dum itaque, non solum plurium virorum virtute, doctrina, ac nobilitate præstantium sincera informatione, sed etiam constanti fama, ipsaque rei notorietate Nobis plenè constet, Te animarum Deo lucrandarum zelo ferventem, cum aliis ejusdem spiritus Fratribus, quos de licentia suorum Superiorum ad id operis tecum in socios assumpsisti; per plures annos in his Portugalliæ, & Algarbiorum Regnis, officium Prædicatorum Missionariorum, nedùm annuentibus, verùm vocantibus, & poscentibus Ecclesiarum Prælatis exercuisse, discurrentes per omnes ferè eorumdem Regnorum Civitates, & Oppida; more verè Apostolico, pedites, sine calceamentis, sine pera &c. omnimoda temporalium rerum, & mundani fastus abdicatione, ex sola mendicatione parcè victitantes, pœnitentiam peccatoribus prædicando, & eorum confessiones audiendo, inimicitias sedando, rudes in Doctrina Christiana instruendo, & proficientes in via spiritus dirigendo: tanta Populi Christiani ædificatione, ac animarum fructu, ut sola Omnipotenti Dei manu, qui solus magna, & mirabilia per vilia, & abjecta Instrumenta operari consuevit, id fieri potuisse comprobetur.

Idcircò, ut exercitium adeò fidelibus proficuum, Christianæ charitati, & instituto nostro conforme, in his Regnis non solum conservetur, sed etiam radicetur, & promoveatur: Nobis, de aliquorum Patrum doctrina, & virtute præditorum consilio, opportunum, & congruentissimum medium visum est, Vobis concedere aliquem operi ipsi commodum Conventum, qui sit hujus sancti exercitii schola, & Prædicatorum Missionariorum Seminarium, in quo spiritu, & doctrina Tirones informentur, roborentur veterani, ad quem, post Missionum labores, temporibus ad ipsas non opportunis, pro viribus corporis, & spiritus reficiendis, revertantur, & ex quo obedientiæ merito, viribus corporis utcumque resumptis, & novo spiritus concepto fervore armati, iterùm in diversas plagas ad Verbum Dei disseminandum prodeant.

Et quia ad hæc omnia præstanda, Conventus S. Antonii de Baratoxo, Provinciæ Algarbiorum Regularis Observantiæ, valdè commodus visus est, tùm ob situs solitudinem, & à negociis temporalibus abstractionem, tùm ob faciliorem accessum, & recessum pro expediendis missionibus; ipsum prædicto effectui duximus consignandum. Quod ut indubitata authoritate, perpetuæque firmitate fiat, præsentium tenore tibi nostram Paternam benedictionem, & facultatem concedimus, ut tanquam Ordinis nostri honorabile negotium, prædictum Conventum S. Antonii de Baratoxo, à S. Sede Apostolica tibi, & tuis Sociis pro prædicto effectu petere valeas, nostrum consensum tribuimus, & authoritate Ministri Generalis, qua fungimur, bono communi Ordinis consulentes, prædictæ Provinciæ nostræ Algarbiorum consensum, in quantùm possumus, supplemus; hæc autem concedimus sub conditionibus, & ordinationibus sequentibus in prædicto Conventu omninò observandis, nisi aliter à prædicta S. Sede fuerit dispositum.

Prima, quòd prædictus Conventus in Seminarium erectus, nullius Provinciæ sit quantum ad regimen; sed immediatè subsit Prælato Generali ex Cismontana familia assumpto, nempè Ministro, aut Commissario Generali respectivè; habeat tamen commercium fraternitatis cum aliqua ex Provinciis in his Portugalliæ Regnis consistentibus, quantùm ad suffragia pro defunctis Fratribus, ita ut Conventus ipse, & Fratres in eo commorantes celebrent officia, & missas, juxta Statuta pro quolibet Fratre illius Provinciæ filio decedente; & vicissim à singulis Conventibus, & Fratribus Provinciæ eadem celebrentur pro quolibet Fratre prædicti Conventus Seminarii ubilibet moriente.

Secunda, ut in prædicto Seminario triginta tantùm Fratres de familia admitti possint, quin hic numerus valeat unquam augeri; Ex quibus viginti sex sint Sacerdotes Missionarii, tredecim Prædicatores, & tredecim Confessarii; quatuor reliqui sint Laici pro Conventus servitio, & eleemosynarum frequenti collectione.

Tertia, quod electio Guardiani fiat à Ministro, aut Commissario Generali respectivè ex tribus ejusdem Seminarii Patribus per secreta suffragia omnium Sacerdotum professorum Communitatis canonicè eligendis, & Prælato Generali præsentandis. Guardianus autem per triennium tantùm in officio durare poterit, & liberum erit Prælato Generali in dimidio triennii ipsum ab officio absolvere, si ipsi constiterit officio non satisfacere, habita informatione pro sua conscientia, sine strepitu judiciali, sicut fit in toto Ordine Congregationibus intermediis.

Quarta, quod in Seminario sint quatuor Discreti pro gravioribus ejus negotiis tractandis, qui semper erunt quatuor Missionarii in officio Missionis antiquiores, & in absentia cujuslibet, pro tempore absentiæ, alius prioribus in antiquitate Missionariis immediatus substituatur.

Quinta, quod à Guardiano, & Discretis unus ex Patribus Missionariis eligatur in Vicarium Conventus, seu Præsidem in communitatibus, & gubernio in absentia Guardiani, qui etiam in casu mortis Guardiani Conventum gubernabit, usque ad novi Guardiani electionem. Tenebitur tamen sub pœna privationis, ipso facto, sui officii, die octavo à morte Guardiani convocatis Patribus absentibus, qui intrà illud tempus haberi poterunt, Communitatem pro præsentatione, ut supra Generali facienda, congregare. In absentia Guardiani, & Vicarii, antiquior Discretus in Communitatibus, & Conventu præsideat.

Sexta, quod Guardianus cum consilio, assensu, & approbatione Discretorum, possit recipere de familia in prædictum Seminarium, juxta numerum præscriptum, Religiosos ex quacumque Ordinis Provincia, qui se sancto Missionum exercitio tradere cupiunt; dum tamen jam sint in suis Provinciis instituti Prædicatores, aut sæcularium confessarii, sintque bonæ famæ, & integræ vitæ, sanæ, sufficientis doctrinæ, & talis corporis valetudinis, ut peregrinationes, & labores Missionum valeant sustinere, quorum receptionem nullus inferior Prælato Generali possit impedire. Ipsi autem sic recepti non poterunt, nisi post expletum in Seminario annum, ad Missiones admitti, nec suffragium in Communitate habere; possit etiam Guardianus de consilio Discretorum recipere Fratres Laicos ex quacumque Provincia, qui sint devoti, probatæ vitæ, & omninò apti pro officiis in Seminario exercendis à Laicis, quorum receptio similiter à nullo inferiori Generalibus possit impediri.

Septima, quod Guardianus habeat facultatem re-

Digitized by Google

cipiendi Novitios, dum tamen recipiendus, præter qualirates in constitutionibus Apostolicis, & Ordinis rrquisitas, dederir probara signa specialis vocationis, habeatque supra vigesimum quartum ætatis annum, & vacaverit jam studiis, vel Philosophiæ, vel Theologiæ Scholasticæ, tali profectu, ut tuto possit Prædicator institui, vel Sacrorum Canonum, aut Theologiæ moralis, & in ea adeò profecerit, ut possit jam justam approbarionem pro confessionibus sæcularium audiendis obrinere, quod constare debet per rigidum examen Discretorum, & eorum approbarionem, sine qua Guardianus nullum possir ad habitum recipere. Novirii autem intra numerum supra præfixum Fratrum Missionariorum debent contineri: itaut eo completo Guardianus nullum nec Professum, nec Novitium possit in Seminarium admittere, quousque, aliquo deficiente, locus intra numerum vacet.

Octava, quod in dicto Seminaeio observetur purissimè Regula Fratrum Minorum, tum quantum ad paupertatem in communi, tum quanrum ad præcepta particolaris, de qualitate, & numero vestium, excalceatione, jejuniis &c. & præcipuè de providendis singulis Fratribus, tàm in ægra, quàm in sana valetudine de omnibus necessariis, juxta nostrum statum, ita ut omnes in communi vivant, & nullo casu alicui Fratri permittatur habere, nec apud Syndicum Apostolicum, nec apud amicum spiritualem, cujuscumque sit dominii, eleemosynam prenniariam pro suis particularibus necessitatibus.

Nona, quod indispensabiliter singulis diebus per duas integras boras vacent Orationi mentali, alteram post Primam, alteram post Completorium: Officium autem divinum dicant statutis horis in Choro (sine cantu tamen propter literarum studium ordinandum) cum pausa conducente ad devotionem, sine affectatione divertente, cui, & Conventuali Missæ, cœterisque commonitatibus omnes, nullo excepto, assistere, & interesse teneantur, ac omnes à Guardiano inclusivè, successivè sint hebdomadarii.

Decima, qood singulis diebos babeant per duas horas lectiones, & conferentias: per unam post Conventualem Missam de materia ad exercitium missionum conducente, vel de Theologia Mystica; per alteram post Vesperas de Theologia morali, & casibus conscientiæ; à lectionibus autem ipsis nullus possit excusari, oec à reddenda ratione de materia lectionis, si interrogetur.

Undecima, quòd Missionarii tempore, quo in Seminario commorantur, pœnitentiam publicam in Refectorio faciaot, si inventi fuerint per Conventum vagantes, aut otiosè colloquentes, cum debeat hoc recessus tempore, unusquisque in cella sua studiis suo exercitio convenientibus vacare, dùm communitatibus non adstiterit. Propterea que nulli egrediendi è Conventu licentia concedatur, nisi ad aliquod urgens pietatis opus, superiori notum, quousque ad missiones iterum mandetur.

Duodecima, quòd nulli sæculari permittatur ingressus ad interiora Conventus, sed in Claustro inferiori disponetur aliqua camera honesta, & devota cum humilibus sedibus, ubi viri sæculares quærentes aliquem ex Patribus pro sua spirituali consolatione, excipiantor, & consolentur.

Tertiadecima, quòd omnes prædicti Seminarii Patres, sine aliqua inter ipsos notabili differentia, induaot habitum exteriorem Observantium, juxta ejus Reformationem in oltima Congregatione Toletana factam, ad literam observandam, & io disciplinis, Jejuniis extra Regulam, capitulis culparum, & aliis austeritatibus, cœterisque ad Regulæ, vitæ Monasticæ, & Regularis disciplinæ observationem conducentibus, Constitutionibus Generalibus Ordinis se conforment.

Quartadecima, quod Guardianus, vel in ejus absentia, Præses temporibus opportunis, aut quando necessarium judicaverit, mittat Missionarios binos, & binos, Concionatorem cum Confessario, ut in utroque munere fructificent, consignando eis Civitates, Tractus, & Terras io quibus singuli suas missiones facere debeant, ita ut nullum maneat in prædictis Regnis Oppidum, quod hujus beneficii non fiat particeps. Relinquat tamen aliquos in Conventu, qui communitatis exercitia expleant, & hi aliis revertentibus mittaotur.

Quintadecima, quod si aliquis Missionariorum sine legitima causa à Discretis approbanda, se à missionibus, juxta præscriptum Guardiani faciendis, excusaverit, vel in eis aliquid ultra victum moderatum acceperit, vel malum aliquod exemplum dederit, aut in Seminario pacem communitatis turbaverit, aut in assistendo communitatibus, & aliis exercitiis suprapositis explendis, notabiliter defectuosus fuerit, & semel, ac iterum à Guardiano reprehensus, noo se emendaverit, Guardianus ipse cum consilio, & consensu Discretorum possit, si alicujus Provinciæ filius fuerit, eum à Seminario expellere, & ad ipsam Provinciam mittere, quæ ipsum recipere tenebitur, sub pœna privationis officii Provinciali renuenti; Si verò in Seminario professus sit, teneatur monere Prælatum Generalem cum Discretorum voto in scriptis, ut illi de Provincia, in qua moretur, provideat.

Decimasexta, quod Prælatus Generalis teneatur per se, vel per suum Commissarium ad hoc specialiter instituendum, visitare prædictum Seminarium bis in singulis trienoiis, & in singulis visitationibus inquiratur sigillatim de observatione præmissarum omnium observationum, & defectus, si qui fuerint, corrigantur, & juxta eorum qualitates possit Prælatus ipse Generalis procedere ad expulsionem missionariorum, & Guardiaoi privationem; delegatus autem ipsius possit tantum ipsum Guardianum suspendere, & adhibitis necessariis correctionibus, Generalem de majori remedio apponendo monere.

Ultima, quod si aliquo tempore Conventus ipse relaxetur, & à perfectione, ad quam instituitur, defecerit, aut non fuerit cum effectu, & exercitio missionum Seminarium, Provinciæ Algarbiorum, à qua sumitur, iterum incorporetur, ejusdemque regimini, sicut cœteri Provinciæ Conventus, subjiciatur.

Sub his igitur Ordinationibus tibi præmissas facultates, & consensus tribuimus, monemusque Te in Domino, ut ad opus Deo adeò placitum, fidelibus proficuum, & nostro instituto conforme, Te accingas, ad quod tibi, & Sociis tuis Seraphici Patris Nostri Francisci benedictionem impartimur. Datum in Conventu Nostro de Castanneæ, Provinciæ Sancti Antonii in Lusitania, Regularis, & strictioris Observantiæ, die prima Decembris r678. Fr. Joseph Minister Generalis. Loco ✠ Sigilli. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, prædictus Antonius literas Patentes hujusmodi, quò firmiùs subsistant, & serventur exactiùs, Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri, & aliàs opportunè in præmissis à Nobis provideri, summopere desideret: Nos ipsum Antonium specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium duntaxat consequendum, harum serie absol-

Digitized by Google

absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus tuo nomine Nobis super hoc humiliter porrectis, præinsertas Patentes literas cum omnibus, & singulis in eis contentis auctoritate Apostolica, tenore præsentium, confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus. Præterea eidem Antonio, ejusque Sociis Missionariis prædictis, Conventum Sancti Antonii de Baratoxo supradictum ad fines, & effectus in iisdem literis Patentibus expressos, ac conditionibus, & ordinationibus in eis contentis auctoritate, & tenore præsentium concedimus, & assignamus. Decernentes easdem præsentes literas, semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, in omnibus, & per omnia plenissimè suffragari, & ab eis respectivè in omnibus inviolabiliter observari, sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari ac definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, Constitutionibus Apostolicis, nec non Provinciæ, & Ordinis prædictorum, juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis; quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad premissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ, apud Sanctam Mariam Majorem, sub annulo Piscatoris, die vigesimatertia Novembris, 1679. Pontificatus Nostri anno quarto.

I. G. Slusius.

Decreta nonnulla Sacræ Congregationis Rituum circa officia Sanctorum in Ordine Minorum de Observantia celebranda.

Concessio officii omnium Sanctorum Ordinis.

SAcra Rituum Congregatio ad pias preces P. F. Josephi Copous, Procuratoris Generalis totius Ordinis Minorum Sancti Francisci benigne annuit, atque concessit, ut omnes, & singuli Religiosi, Fratres, & Moniales prædicti Ordinis Minorum Sancti Francisci, in quacunque Mundi parte existentes, recitare possint officium, & Missam respectivè celebrare omnium Sanctorum Ordinis Min. sub ritu duplici, die 26. Novembris quolibet anno, sicut celebratur à Fratribus ejusdem Ordinis in omnibus Provinciis Cismontanæ Familiæ, ex concessione ejusdem Sac. Congregationis sub die 24. Novembris 1676. instante Procuratore Generali Reformatorum ejusdem Ordinis Min. Sancti Francisci. Hac die 22. Januarii 1678.

Cæsar Cardinalis Fachenettus.

Bernardinus Casalius Sac. Rit. Congr. Sec.

Chronol. Seraph.

Concessio celebrandi officium Sancti Patris nostri Dominici sub ritu duplicis secundæ classis cum Octava.

SAcra Rituum Congregatio ad preces Patris Ministri Generalis Ordinis S. Francisci Min. de Observantia benignè concessit, ut imposterùm ab omnibus Fratribus, & Monialibus regimini prædicti Patris Ministri Generalis subjectis, celebrari possit die 4. Augusti festum Sancti Dominici fundatoris Ordinis Prædicatorum cum officio, & Missa, sub ritu duplici secundæ classis, & cum Octava tantùm. Hac die 2. Decembris 1679.

Cæsar Cardinalis Fachenettus,

Bernardinus Casalius Sac. Rit. Cong. Sec.

Responsiones Sacræ Congregationis circa extensionem Officiorum.

PRo parte Reverendissimi Patris Ministri Generalis Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia expositum fuit apud Sac. Rituum Congregationem, quòd in aliquibus Provinciis Hispaniarum nonnulli abusus irrepserint, circa extensionem concessionum aliqua officia recitandi, quibus licet Congregatio Generalis Ordinis, Toleti celebrata anno 1673. juxta decreta ab hac Sac. Congregatione Rituum emanata occurrit, nihilominùs aliqui Fratres Provinciarum discalceatarum, sub prætextu, quòd Constitutionibus generalibus Ordinis non obligentur, adhuc inhærent. Et cùm non solùm ex generali lege, sed speciali suæ Regulæ præcepto, Fratres Minores teneantur officium Divinum facere secundum ordinem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ; ideò, ut hoc præceptum exactiùs observetur, abusus extirpentur, & in toto corpore Religionis sibi subjecto uniformiter laudes Deo persolvantur, idem Pater Generalis pro sui muneris ratione supplicavit, quatenùs eadem Sac. Congregatio sequentia puncta dignetur declarare.

Primum. An Communicatio etiam amplissima privilegiorum unius Religionis alteri facta, se extendat ad officia Sanctorum?

Secundum. An facultas recitandi officium de aliquo sancto, concessa specialiter Minoribus Conventualibus, vel Capuccinis, vel Fratribus Tertii Ordinis Sancti Francisci, vel Monialibus Sanctæ Claræ, Sanctæ Elisabeth, Conceptionis, aut Annunciatæ, se extendat ad fratres Minores de Corpore Observantiæ, sivè de familia, sivè Reformati, sivè Excalceati, sivè Recollecti dicantur, itaut isti licitè illa uti possint?

Tertium. An facultas recitandi aliquod officium concessa specialiter fratribus Minoribus Reformatis Italiæ, sub hoc nomine se extendat ad Observantes de familia, vel Excalceatos Hispaniæ, vel Recollectos Galliæ, & è converso?

Quartum. An eadem facultas concessa specialiter fratribus Minoribus de Observantia familiæ Cismontanæ, se extendat ad fratres ejusdem Ordinis familiæ Ultramontanæ, & è converso?

Quintum. An facultas recitandi aliquod officium concessa specialiter alicui Provinciæ, se extendat ad alias Provincias ejusdem Ordinis, & instituti; aut concessa specialiter alicui Conventui, se extendat ad alios Conventus ejusdem Ordinis, vel saltem ejusdem Provinciæ?

Sextum. An concessio recitandi singulis mensibus

una die, festo novem lectionibus non impedita, officium Sanctæ Claræ à felicis recordationis Clemente X. fratribus Minoribus regularis Observantiæ absolutè facta, sit intelligenda cum moderatione, similibus officiis ab eadem Sacra Congregatione posita, nempè exceptis Quadragesima, Adventu, Quatuor temporibus, & Vigiliis; vel absolutè, ut sonat?

Et eadem Sacra Rituum Congregatio quoad Primum, Secundum, Tertium, Quartum, & Quintum, respondit negativè in omnibus. Et quo ad Sextum respondit esse intelligendum cum moderatione. Et ita declaravit, & prædicta omninò ab omnibus fratribus regularis Observantiæ, non solùm de Familia, sed etiam Reformatis, Discalceatis, Recollectis, aut alio quovis nomine nuncupatis, servari mandavit, sub pœnis præfati Patris Ministri Generalis, ejusque Successorum pro tempore imponendis contra inobedientes, non obstantibus quibuscumque. Hac die decimasexta Decembris anno millesimo Sexcentesimo septuagesimo nono.

Cæsar Cardinalis Facchenettus.

Bernardinus Casalius Sac. Rit. Congr. Sec.

Fr. Joseph Ximenez Samaniego totius Ordinis Fratrum Minorum Seraphici P. N. S. Francisci Generalis Minister, & Servus.

Universis Patribus, & Fratribus, Superioribus, & Subditis hujus nostræ Cismontanæ Familiæ plurimùm in Christo Jesu dilectis, salutem in Domino sempiternam.

EA est hominis conditio, ut nunquam in eodem statu permaneat, & cum ad malum prona sit ejus natura, ipsa mutabilitate plerumque, & a statuta perfectione deficit, & in defectus non præcautos dilabitur. Hinc eis, quibus Religiosorum hominum ad perfectionis apicem directio incumbit, ne dum utile, verùm pernecessarium est regulare leges inobservatas, renovatione instaurare, dubias declarationibus fulciri, & de novo emergentibus malis, novis statutis occurrere. Hæc omnia accuratè præstitit nuper celebrata Congregatio Generalis hujus Cismontanæ familiæ in suis juxtà morem, da re Ordinis habitis maturè sessionibus. Quæ, ut optatum sortiantur effectum, ipsa simul cum electionum serie Vobis intimamus, præcipientes omnibus Provincialibus in virtute sanctæ obedientiæ, ut singuli in singulis suæ Provinciæ Conventibus ea publicari faciant, & eorum observationi sedulò insistant; cœterisque Fratribus, tam Prælatis, quàm Subditis, ut eadem, prout unicuique competit, operæ compleant, sub pœnis ibi impositis omninò exequendis injungimus. Dat. Romæ in nostro Aracœlitano Conventu die 2. Junii 1679.

Fr. Joseph Ximenez Samaniego Minister Gen.

Locus ✠ Sigilli.

De mandato Suæ Reverendissimæ Patern.
Fr. Hieronymus Sosa Secret. Gen.

Tabula, & Constitutiones Congregationis Generalis totius Cismontanæ Familiæ Ordinis Fratrum Minorum de Observantia, & Reformatorum nuperrimè celebratæ in Conventu S. Mariæ de Aracœli Urbis, die 20. Maii Anno Domini 1679.

Sub Assistentia, & Præsidentia Reverendissimi Patris F. Joseph Ximenez Samaniego totius Ordinis Fratrum Minorum Generalis Ministri.

Commissarius Generalis.

IN primis expleto, juxta Bullam unionis Leonis X. triennio Commissariatus Generalis Patris Reverendissimi Francisci Mariæ de Nicolis Cremonensis, Ex-Ministri Generalis, Reverendissimus P. F. Antonius a Sancto Joanne, Lector Jubilatus, ac Provinciæ S. Angeli de Observ. actualis Minister Provincialis, omnium ferè Vocalium concurrentium suffragiis, in Commissarium Generalem hujus Cismontanæ familiæ, ritè, & canonicè electus est.

Pater, & Diffinitor Perpetuus totius Ordinis.

Rever. P. F. Franciscus Maria de Nicolis Cremonensis Exminister Generalis.

Procurator Generalis Ordinis in Curia Romana.

Adm. R. P. F. Petrus Esporrin, Lector Jubilatus, S. Inquisitionis Hispaniæ, & Supremæ hujus Romanæ Universalis Qualificator, Provinciæ Aragoniæ Pater, & Ordinis Exsecretarius Generalis.

Commissarius Generalis in Curia Romana.

Adm. R. P. F. Celsus Maria Billò de Senis, Prædicator Generalis, Lector Jubilatus, & Provinciæ Tusciæ de Observ. Minister actualis.

Procurator Generalis Reformatorum.

Adm. R. P. Fr. Bernardinus de Bisiniano continuatur.

Diffinitores Generales.

R. A. P. F. Hieronymus à Velitris Lector Jubilatus, & Provinciæ Romanæ de Observantia Minister actualis.

R. A. P. Fr. Joannes a Stronconio Theologus, & Provinciæ Observantiæ S. P. Francisci Minister actualis.

R. A. P. F. Bonaventura à Juliano Sacræ Theologiæ Lector, Prov. Reform. Terræ Laboris Exminist.

R. A. P. F. Cyrillus à Seniga Concionator Generalis, Provin. Observ. Brixiæ Minister actualis.

R. A. P. F. Balthassar à Messana Lector Iubilatus, Prov. Obser. Siciliæ Exminister, & in Regno Siciliæ S. Officii Consultor.

R. A. P. F. Petrus Antonius à Nereto Lector Iubilatus, & Provinciæ Obser. S. Bernardini Minister actualis.

R. A. P. F. Narcisus Hietel Lector Iubilatus, & Prov. Refor. Austriæ Exminist.

R. A. P. F. Ioannes Baptista Gherzius a Genua Lect. Theologiæ, & Prov. Ref. Ianuensis Exminist.

R. A.

R. A. P. Fr. Fortunatus Hueber Concionator Generalis, & Provinciæ Reform. Bavariæ Minister actualis.

R. A. P. Fr. Ioannes Baptista Cattanius, Lector Iubilatus Prov. Observ. Bononię, & Exsecretarius Generalis.

Guardianus Jerosolymitanus, & Terræ Sanctæ Custos.

R. A. P. Fr. Petrus Marinus Sormanni Lector Generalis, & Provinciæ Observ. Mediolanensis Pater.

Constitutiones, & Decreta hujus Congregationis.

Pro tota Familia.

1. CONgregatio Generalis statuit, ne imposterum quis in Diffinitorem Generalem eligi possit, nisi sit de corpore ipsius Capituli, idest in eo suffragium habeat, vel actu sit Secretarius Generalis Familiæ, & ultra hoc habeat conditiones in Statutis generalibus Familię præscriptas, ut habetur in nova Compil. cap. 8. §. 26. num. 7. revocata constitutione ibidem num. 9. & cum officium Diffinitoriatus Generalis sit institutum pro majoribus Religionis negociis expendendis, & Provinciarum controversiis judicandis, & dirimendis; declaratur ad hujusmodi officium assumi non posse, qui in Sacra Theologia, substantialibus Iuris, Constitutionibus Ordinis, & doctrina regulari non sit apprimè versatus.

2. Statutum Generale prohibens, ne duo ex eadem cognatione Diffinitoriis simul interesse possint, declaratur, extendi tantùm ad primum, & secundum gradum inclusivè.

3. Cum residentia Superiorum Provincialium in suis Provinciis sit juri Divino, & Canonico conformis, totiesque præcepta, cui alterius Provincię visitatio omninò opponitur, declaratur, juxta Decret. à S. Congr. Regul. die 28. Iulii Anno Domini 1645. emanatum, nullum Ministrum, aut Vicarium Provincialem actualem posse institui Commissarium Visitatorem alterius Provincię, institutionemque ipsam esse irritam, & nullam.

4. Ut supellectilia, & alia à Fratribus defunctis derelicta, congruè, ac fideliter distribuantur, pręcipit Diffinitorium Generale, ut defuncto aliquo Religioso, statim à Guardiano, & Discretis fiat inventarium omnium, quę ille ad suum usum habebat, & in loco firmiter obserato collocentur, & claudantur, usque ad adventum Provincialis, qui viso inventario, de rebus illis sequenti modo disponet. Si frater defunctus fuerit in Infirmaria, eidem applicentur omnes panni linei, seu ex tela confecti: si autem extra Infirmariam mortuus sit, applicentur Communitati Conventus, ubi defunctus de familia morabatur. Cui etiam Communitati consignabuntur omnis lanea vestimenta. Libri in ejusdem Conventus Bibliotheca reponentur. & si fortè aliquid pecuniæ reperiatur, Provincialis faciat eam deponi apud Syndicum Apostolicum Provincię, pro necessariis sumptibus, communibusque Provinciæ indigentiis, sumpto a Guardiano, & Discretis Conventus testimonio de quantitate, ut suo tempore rationem de illa tribuere possit: Et idem observetur si aliquid aliud considerabilis pretii inveniatur. Picturæ, si fortè sint, in Sacristia collocentur. Res autem minoris momenti inter Fratres ejusdem Conventus de consilio Guardiani dividantur; si autem, vel Ministri Provinciales, vel Guardiani aliter fecerint, aut de rebus defuncti aliter disposuerint, suspensionem officii ad semestre incurrant.

5. Eisdem Provincialibus strictè præcipitur, ut finito triennio, coram Præside Capituli, & novo Diffinitorio rationem reddant omnium eleemosynarum communium Provinciæ, supellectilium defunctorum, & cæterarum rerum, quarum administrationem in suo triennio habuerunt; Et si qui rationem hujusmodi non reddidisse, aut infideles reperti fuerint, privatione actuum legitimorum pro culpæ qualitate puniantur.

6. Præcipit Diffinitorium Generale sub privatione officii, ut illi, qui Lanificii Provinciarum curam habent, in quolibet Capitulo, & Congregatione, rationem de administratione facta raddant, & suos libros computuum exhibeant, ut de eorum fidelitate Diffinitorio constet. Item pręcipitur sub eadem pœna, ut Aromatarii in singulis visitationibus tam Provincialis, quàm Commissarii Visitatoris, coram ipsis, simul cum Guardiano, & Discretis Conventuum rationem reddant acceptorum, & expensarum, & status, in quo Aromataria invenitur.

7. Districtè præcipitur, ut Constitutio Generalis aliàs edita de oppositione facienda pro institutione Lectorum Artium omninò servetur, ut jacet in nova Compil Statutorum cap. 5. §. 5. per totum. Et cum illa sit forma Lectores Artium instituendi, declaratur nullum Lectorem, qui ipsa non servata imposterum instituetur, esse legitimè, & validè institutum, ac proinde lecturam aliter instituti, non posse sibi ad Iubilationem computari, nec ad gradum lecturæ sexennalis. Inter Reformatos verò, qui postmodum aliter institutus deprehendatur, lectura omninò privetur, vel à Diffinitorio Provinciæ, vel à Prælato Generali. Quo ad modum concursus, & institutionis Lectorum Artium, Reformati, apud quos non sunt studia generalia, observent contenta in prædicta Constitutione. Apud Observantes autem, ubi studia Generalia, & Provincialia habentur, fiat sub hac distinctione: Pro studiis Philosophiæ Provincialibus, fiat à Ministro Provinciali, & Iudicibus electio Lectorum eo modo, quo in Constitutione ipsa præscribitur: Pro studiis autem, seu Seminariis Generalibus, admissis ad oppositionem etiam exteris, qui studuerunt in studiis Generalibus illius Provinciæ, per vota secreta qualificentur digniores concurrentium, unusquisque in suo gradu, exclusis indignis; & qualificatio ab omnibus Iudicibus suscripta transmittatur ad Prælatum Generalem, ut sic approbatis, juxta suum gradum eligat Lectores Philosophiæ tam pro ipsis studiis, seu Seminariis Generalibus, quam pro aliis, quæ indiguerint.

8. Prohibet Diffinitorium Generale sub pœna privationis actuum legitimorum per biennium, nequis, qui prædicto modo Lector institutus non fuerit pro determinato studio, vel Seminario, Lectoris sibi nomen arroget, nec ab aliquo talis appelletur. Et revocat omnes literas patentes cujuscumque Prælati Ordinis, in quibus aliter instituti, aut nominati sint Lectores, nisi per triennium jam legerint, aut actu legant, & sub eadem pœna præcipitur, ne illi, qui actu non exercent prædicationis officium, vel illud per triennium non exercuerint, Prædicatores appellari possint, revocata etiam qualibet illorum in Prædicatores institutione.

9. Pro-

9. Prohibet Congregatio Generalis, ne quis inſtitui poſſit Lector Artium, nec Prædicator, qui ſacro Presbyteratus ordine non ſit inſignitus.

10. Ut Lectores inutiliter non multiplicentur, præcipit Diffinitorium Generale, ut ſequens numerus omnino obſervetur, excluſis ſupernumerariis, quacumque Prælatorum authoritate collocati ſint. In unoquoque Seminario, aut Philoſophiæ ſtudio unus tantum Artium Lector collocari poſſit. In ſtudiis Generalibus Theologiæ tàm primæ, quàm ſecundæ claſſis, tres tantum Lectores Theologiæ permittantur. In Provincialibus Obſervantiæ duo tantum ſint, remoto tertio, ſi adſit; Inter Reformatos autem in ſtudiis Theologiæ, ubi Studentes ad duodenarium numerum perveniunt, tres poterunt Theologiæ Lectores collocari; in quibus autem duodecim Studentes ſimul non extant, duo ſolummodo erunt Theologiæ Lectores.

11. Declaratur, quod Lectores Theologiæ in Conventibus ubi legunt, abſente Guardiano, Vicario, aut Præſide ab ipſo delegato, ſi non adſit in Conventu alius, qui jure ipſos præcedat, debent præſidere in Conventu ipſo, & ejus Communitatibus, juxta Statutum Generale Toletanum de Anno 1618. Lectores caſuum conſcientiæ, qui duobus tantum diebus in hebdomada legunt, illis tantum exempti ſint à Choro.

12. Decernit Diffinitorium Generale, quod Provinciales, ſub pœna ſuſpenſionis ſui officii per bimeſtre, non permittant ſuos Religioſos ad ſtudendum in alias Provincias pergere, niſi prius eos, cum toto, vel parte Diffinitorii, vel eo abſente cum aliquibus Lectoribus, examinaverint. Et ſi quos idoneos non repererint, eorum inſufficientiam Prælato Generali repræſentent, nec ſine novo ejuſdem ordine licentias eundi permittant: quos autem aptos invenerint, dimittant cum literis teſtimonialibus de examine, & approbatione, ſine quibus literis, aut novo, & ſpeciali Prælati Generalis ordine, Superiores Provinciarum, ad quas tranſmittuntur, non poſſint ſub eadem pœna eos recipere, ſed protinùs eos ad ſuas Provincias remittant. Pro illis autem, qui in propriis Provinciis ad Sacræ Theologiæ ſtudium promovendi ſunt, obſervetur omninò Statutum Generale cap. 5. §. 4. n. 22. De curſu Philoſophiæ, & examine facto.

13. Ut inconvenientibus ex aliis diſpoſitionibus ortis occurratur, Diffinitorium Generale determinat, ac præcipit, quod Studentibus, qui in alienis Provinciis ſtudiorum cauſa morantur, propria illorum Provincia de veſtimento, & aliis neceſſariis provideat, modo Regulæ noſtræ convenienti: Onus verò providendi ſuis Provincialibus imponitur, qui ex communibus Provinciæ eleemoſinis, ad judicium Diffinitorii colligendis, huic obligationi ſatisfacient, ſub pœnis Prælatis non providentibus ſuis ſubditis de neceſſariis in Statutis Generalibus impoſitis. Lectoribus autem actu in aliena Provincia legentibus, illa ipſa, in qua legunt, veſtimentum tribuet, uti propriis filiis facere ſolet, ſub eadem pœna Prælatis negligentibus.

14. Declaratur, quod Suggeſtus Generales, pro quibus ad Prælatus Generales de Prædicatoribus providere pertinet, ſunt ſequentes, videlicet ex Cathedralibus.

Cathedralis Florentiæ.
Cathedralis Baſtiæ in Corſica.
Cathedralis Goritiæ.

Ex Eccleſiis in Ordine.

S. Mariæ de Aracœli in Urbe.
S. Mariæ Novæ } Neapolis.
S. Didaci }
S. Franciſci de Vines Venetiarum.
Sanctiſſimæ Annunciationis Genuæ.
Viridarii Mediolani.
S. Mariæ Angelorum Panormi.
S. Franciſci Magni Patavii.
S. Thomæ Taurini.
S. Franciſci Mantuæ.
Sanctiſſimæ Annunciationis Parmæ.
S. Joſeph Brixiæ.
S. Bernardini Aquilæ.
S. Spiritus Ferrariæ.
S. Apollinaris Ravennæ.
Dominæ Noſtræ Liburni.
S. Blaſii Vicentiæ.
S. Bernardini Veronæ.
S. Franciſci de Cava.
S. Mariæ Montis Leonis.
S. Franciſci Lucæ.
S. Bartholomæi Urbis.
S. Lucæ Cremonæ.
S. Franciſci Laudæ.
S. Franciſci Viadanæ.
S. Franciſci Clavaris.

15. Prædicatio autem in prædictis ſuggeſtibus per tempus à Conſtitutione Generali præſcriptum declaratur ſufficiens pro obtinendo titulo Prædicatoris Clariſſimi, dum tamen per teſtimonia authentica conſtet, ipſam præclarè, & cum Religionis honore in effectu habitam fuiſſe, neminemque non exhibitis, & approbatis authenticis teſtimoniis prædictis, poſſe Prædicatorem Clariſſimum denunciari.

16. Decernit Diffinitorium Generale, ut nullus Concionator poſſit extra ſuam Provinciam conciones facere, niſi de licentia Superioris Generalis, cum aſſignatione loci determinati, ubi habiturus eſt conciones, aut de licentia tam ſui Provincialis, quam alterius, in cujus diſtrictu prædicaturus eſt, cum determinatione loci. Licentiam autem ſine prædicta loci determinatione conceſſam, nullus Prælatus exequi permittat, non conſulto de novo Superiore Generale.

17. Provinciales Miniſtri, ſub pœna ſuſpenſionis ſuorum officiorum per ſex menſes, mittant notitias hiſtoricas ſuarum Provinciarum, alias a Reverendiſſimo Miniſtro Generali per ſuas patentes literas requiſitas, ut in decorem Religionis ejuſdem hiſtoriæ proſequantur.

18. Ut labor in hiſtoria generali componenda, adeo Religioni noſtræ proficuus, aliquo præmio muneretur, ſtatuit Congregatio Generalis, ut Chronologus Generalis Ordinis, poſt editum opus aliquod, Reverendiſſimi P. Miniſtri Generalis judicio condignum, gaudeat titulo, & præcedentia Patris Provinciæ immediatè poſt Exprovinciales.

19. Decernitur, quod Novitius, qui non habet ultra medietatem ſuffragiorum Communitatis, ſtatim debeat expelli, ſecundum Decretum Innocentii X., neque ſit in arbitrio Miniſtri Provincialis il-

lum

Digitized by Google

lum retinere, & hoc tam pro prima, quam secunda, & tertia vice, quibus sumuntur suffragia.

20. Declaratur, quod Excustos modernior aliquo ex Desinitore, sicut hunc præcedit, ita debet etiam illi anteferri in subrogatione, vel substitutione in defectu alicujus Diffinitoris actualis.

21. Congregatio Generalis commendat Officialibus Curiæ, ut procurent apud Sacram Congregationem Rituum, pro majori Dei gloria, & honore Religionis nostræ.

Primò, ut festum Immaculatæ Conceptionis Beatissimæ Virginis Mariæ celebretur sub ritu duplicis primæ classis, ut Compatrona totius Religionis.

Secundò, ut ex Bullis Sixti IV. & V. de Canonizatione, & Doctoratu S. Bonaventuræ, addatur tertia lectio secundi nocturni Breviario Romano apponenda.

Tertiò, ut ex lectione S. Claræ existente in Breviario Romano, & ex Bulla Canonizationis ipsius componantur tres lectiones, & eidem Breviario Romano apponantur.

Quarto, ut lectiones propriæ S. Didaci, quæ in Diœcesi Toletana recitantur, cum officio ejusdem Sancti, ponantur in Breviario Romano.

Quintò, quod officium proprium Beati Guidonis Confessoris Ordinis Nostri, quod in Diœcesi Cortonensi ex induito Apostolico recitatur, extendatur universaliter ad Ordinem nostrum.

Sextò, ut officium proprium Beatæ Catharinæ, concessum Conventui SS. Corporis Christi, Bononiensi, & toti Diœcesi, extendatur ad Ordinem nostrum.

Septimò, quod concedantur etiam pro Ordine nostro lectiones secundi nocturni propriæ, referentes martyrium Beatorum Martyrum Petri, & Sociorum ejus Japonensium, quas ex historiis Religionis; & ex processibus componi procurabunt.

Octavò, quod officium Sancti Benvenuti Episcopi Auximani, quod in eadem Diœcesi recitatur, extendatur ad universum Ordinem nostrum, quem ipse Sanctus dum viveret professus est.

Nonò, quod officium Beati Luchesii Tertii Ordinis S. Francisci, quod ex indulto Apostolico Patres Tertii Ordinis recitant, ad universum Ordinem nostrum extendatur.

Decimò, ut officium Beatæ Margaritæ de Cortona, jam sub ritu semiduplici concessum ab Urbano VIII., apponatur sub ritu duplici cum lectionibus propriis in secundo nocturno.

Pro Observantibus.

22. Præcipit Diffinitorium Generale, ut omninò executioni mandetur in qualibet Provincia statutum Generale in nova compil. positum cap. 3. §. 53. numer. 11. quod Lectores Sacræ Theologiæ pro tempore, & loco, quo actu legunt, præcedant Secretarios Curiæ Romanæ, Secretarios Provinciarum, Excustodes, & Exdiffinitores, non obstante quacumque consuetudine in contrarium.

23. Studium generale S. Francisci Bastiæ in Corsica sit primæ classis. Studium S. Mariæ de Campobasso Provinciæ S. Angeli de Observ. instituitur generale secundæ classis. Studium S. Francisci Cavæ Provinciæ Observantiæ Principatus, sit generale secundæ classis. In Conventu S. Antonii Theate, Provinciæ Observantis S. Bernardini, instituitur studium generale secundæ classis. Studium Provinciale Theologiæ S. Crucis Maceratæ, sit generale secundæ classis, & studium S. Mariæ Novæ Fani, quod erat generale secundæ classis, declaratur primæ classis, ambo in Provincia Observantiæ Marchiæ.

Pro Terra Sancta.

24. Congregatio Generalis statuit, ut Commissarii Terræ Sanctæ deinceps non accedant ad Capitula, & Congregationes generales, propter rationes reddendas de eleemosynis à se collectis, & in Jerosolymam transmissis: sed rationes ipsas, seu computus producant, & legitiment coram Ministro Provinciali, & Diffinitorio Provinciæ, in qua sunt; Et deinde legitimatas, & subscriptas, clausas, ac sigillo Commissariatus munitas, Patri Custodi ejusdem Provinciæ tradant, qui eas ad Comitia Generalia transportare teneatur, ubi de novo examinabuntur, & de fidelitate, & diligentia judicium feretur, revocata quacumque consuetudine in contrarium.

25. Item prohibet Congregatio Generalis prædictis Commissariis Terræ Sanctæ, ne imposterum possint mittere Hierosolymas aliquem, vel aliquos Fratres cum eleemosynis à se collectis; sed prædicti Commissarii eas transmittant ad Syndicum Apostolicum Terræ Sanctæ, vel Liburni, vel Messanæ, vel Venetiarum, secundum uniuscujusque majorem proximitatem: Moneantque Prælatum Generalem in his partibus Cismontanis commorantem de eleemosynis à se ad prædictos Syndicos transmissis, ut ipse tempore opportuno Religiosum probum, & fidelem deputet, qui prædictas eleemosynas, ut præmissum est, collectas deferat Hierosolymas, cum scriptura declarante quænam determinata quantitas ex unoquoque Commissariatu deportetur, ut in libris Hierosolymæ scribantur, & pro Benefactoribus exoretur.

Pro Provincia Bosnæ Argentinæ.

26. Conceditur Ministro Provinciali, ut possit mittere aliquot ex suis Fratribus per omnes Romani Imperii Provincias, qui pro una vice tantùm, interventu Syndici Apostolici loci, ubi fuerint, eodem modo, quo faciunt Commissarii Terræ Sanctæ, quæstuationem pecuniarum facere possint. De eleemosynis autem collectis rationem reddere debent, primò singulis Ministris Provincialibus illarum Provinciarum, in quibus eas collegerint, & deinde Reverendissimo Patri Commissario Generali, ut distinctè appareat quantitas pecuniæ collectæ. Concessio autem hæc est ad effectum redimendi vasa sacra ejusdem Provinciæ jam oppignorata, & ad vestimentum Fratribus tribuendum, nullo verò modo pro solvendis Turcæ tributis, ac proinde Provincialis teneatur rationem reddere Commissario Generali de eleemosynis collectis, expensis pro prædictis necessitatibus.

27. Item conceditur Provinciali ejusdem Provinciæ pro tempore existenti, ut possit mittere duos Religiosos Constantinopolim ad invigilandum super quotidianas Græcorum insidias, qui tamen nullum prorsus tractatum, seu concordatum de solvendo Turcis aliquo tributo statuere possint. Guardianus autem Conventus nostri Galatæ teneatur eos admittere, ac benignè fovere.

28.

Digitized by Google

28. Denùm conceditur eidem Provinciæ, ut tempore debito mittendi Commissarium ad visitandam Provinciam, Provincialis cum majori parte Diffinitorii possit proponere tres ex gravioribus, & prudentioribus ejusdem Provinciæ Religiosis, rogans Superiorem Generalem, ut unum ex illis deputet ad prædictam visitationem, & præsidentiam Capituli. Prælatus autem Generalis unum illorum, quem maluerit, pro prædictis muneribus assignabit.

Pro Provincia Bosnæ Croatiæ.

29. Concedit Diffinitorium Generale, ut aliquando propter urgentissimam causam possit assumi unus ex corpore Diffinitorii, & fieri Guardianus; causa autem prius approbanda est à majori parte ejusdem Diffinitorii.

Promulgatur, & executioni mandatur translatio Studii Labacensis ad Conventum Tarsatensem, aliàs in Capitulo Generali decreta.

Pro Provincia Albaniæ.

30. Fratres Provinciæ Albaniæ, qui ad alienas studiorum causa pergunt, statim finitis studiis, ad propriam remitti debent à Ministris Provincialibus, ubi studuerunt, sub pœna suspensionis Provincialibus ultrà eos retinentibus.

31. Si quis Frater ejusdem Provinciæ in alia incorporetur, perpetuò privatus sit actibus legitimis, nec possit institui Lector, aut Prædicator. De his verò, qui in alienis Provinciis jam incorporati sunt, Reverendissimus Pater Commissarius Generalis informationem capiat de modo, quo fuerunt incorporati, & si ipsos non legitimè incorporatos inveniat, statim excorporatos declaret, & ad propriam Provinciam remittat. Rogat autem Diffinitorium Generale Reverendissimos Patres Ministrum, & Commissarium Generalem, ne imposterum aliquem præfatæ Provinciæ Religiosum, authoritate propria in alia incorporent, aut quoquomodo incorporari permittant, cum adrò in propria pro ejusdem conservatione, & animarum salute necessarii sint.

Pro Provincia Majoris Poloniæ.

32. Districtè præcipitur servari statutum generale, de non permittendo transitu à Provincia Reformata Majoris Poloniæ ad Observantem ejusdem tituli, vel è contra, nisi de consensu Prælati Generalis, observatis omnibus in Constitutionibus Apostolicis, & Ordinis, pro simili transitu ordinatis. Provincialis autem, qui aliquem Religiosum aliter admiserit, a suo officio per semestre suspendatur; Et si aliquis alio modo deinceps incorporetur, vel etiam de præterito incorporatus sit, statim ad propriam Provinciam remittatur.

Ita est

Fr. Joseph, Minister Generalis.
Fr. Antonius à S. Joanne, Commissarius Generalis.
Fr. Celsus Maria Billò, Commissarius Generalis Curiæ.
Fr. Bernardinus à Bisignano, Procurator Generalis Reformatorum.
Fr. Hieronymus à Velitris, Diffinitor Generalis.
Fr. Joannes à Stronconio, Diffinitor Generalis.
Fr. Bonaventura à Juliano, Diffinitor Generalis.
Fr. Cyrillus à Seniga, Diffinitor Generalis.
Fr. Balthassar à Messana, Diffinitor Generalis.
Fr. Petrus Antonius à Neretu, Diffinitor Generalis.
Fr. Narcisus Hietel, Diffinitor Generalis.
Fr. Joannes Baptista Gherzius, Diffinitor Generalis.
Fr. Fortunatus Hueber, Diffinitor Generalis.
Fr. Joannes Baptista Cattaneus, Diffinitor Generalis.

DECLARATIO

Reverendiss. Patris Fr. Joseph Ximenii Samaniego totius Ordinis Fratrum Minorum Ministri Generalis circa Jurisdictionem ordinariam immediatam Procuratoris, & Commissarii Curiæ Romanæ in Fratres Forenses utriusque Familiæ respectivè.

Quia materia de Jurisdictione, & auctoritate ordinaria immediata Officialium Romanæ Curiæ in Patres Forenses suæ respectivè Familiæ pluries agitata est, & ob varios successus, & resolutiones hinc indè controversiis exposita, ut ipsis, quantùm fieri potest, occurratur, operæ pretium duximus, præmissis omnibus, quæ circa eam acta inveniuntur, de opportunis declarationibus providere.

Dum familia Regularis Observantiæ Conventualitati unita à duobus Vicariis Generalibus, altero Cismontano, & alio Ultramontano omninò ad invicem independentibus regeretur, præter Procuratorem Generalem Ordinis, qui erat Conventualis, sicut, & totius Ordinis Generalis Minister, duo etiam erant pro Familia Observantiæ in Curia Romana Officiales, qui Commissarii Curiæ dicebantur; Alter Cismontanus, alter Ultramontanus, quorum quisque erat Officialis sui Vicarii Generalis, non solum inter se independentes, sed etiam Officialis, seù Commissarii unius Vicarii independens à Vicario Generali alterius, & unusquisque illorum habebat auctoritatem super negotia, & fratres suæ familiæ Romam advenientes, secundum quod à suo Vicario Generali, & Constitutionibus suæ respectivè Familiæ Cismontanæ, aut Ultramontanæ sibi concedebatur.

Anno autem 1517 dum sa. me. Leonis X. omnes Fratres Minores Regulam in sua puritate observantes, in unum Ordinis corpus uniret à Conventualibus separatum, ipsisque Observantibus sigillum totius Ordinis traderet, in eosque Officium Ministri Generalis transferret, sub unitate unius corporis, & capitis, reliquit illam distinctionem duarum familiarum, Cismontanæ scilicet, & Ultramontanæ, statuens alternativam Generalibus inter utramque, disponensque, ut quando ex alterutra Familia esset Minister Generalis, obligeretur ex altera Commissarius Generalis Ministro secundum Bullam subdito, ut videre est in Bulla, *Ite & vos*, quæ communiter dicitur Unionis; Tunc, sicut Dignitas Ministri Generalis, etiam translatum est officium Procuratoris totius Ordinis Generalis in Romana Curia ad Observantes, & in illo Generalissimo Capitulo electus est Procurator Generalis ex Cismontanis, relicto Ultramontanis Commissario Curiæ.

In Capitulo Generali Lugdunensi celebrato anno 1518. immediate sequenti statutum fuit, quod ex duobus Commissariis Curiæ, qui ante unionem eligebantur, alter esset Procurator Ordinis cum omnibus facultatibus specialibus Officio huic competentibus, & alter retineret nomen Commissarii Curiæ: Alter ex una Familia, & alter ex altera. Et ex hoc tempore usus obtinuit, ut etiam officium Procurato-

toris Ordinis alternaret, & Procurator ipse eligeretur ex Familia, ex qua electus esset Minister Generalis, & ex altera Commissarius Curiæ, qui usus transiv it deinde in legem: ut videre est in Statut. Salmantin. de anno 1553. *cap.* 8. Ne autem æstimaretur, quod propter institutionem Procuratoris, diminueretur auctoritas Commissarii in res suæ Familiæ, addidit Statutum Lugdunense - *Qui quidem Commissarius cum omnimoda auctoritate, quam hactenus habuit, quoad partes, pro quibus erit, remanebit* - Hæc est prima confirmatio auctoritatis Officialium Curiæ Romanæ post unionem Corporis Observantiæ, & separationem ejus à Conventualibus.

Quæ autem verò esset ista auctoritas, licet quoad negotia satis constaret ex ipsa horum Officialium institutione, nempè Cismontani, pro negotiis agendis in Curia ad Familiam Cismontanam pertinentibus; & Ultramontani, pro spectantibus ad Ultramontanam: tamen quantum ad Personas, propter diversas Familiarum ordinationes ante unionem, non erat ita clara.

Quare in Capitulo Generali Messanensi anno 1538. celebrato, concordi Familiarum sensu declarata, & stabilita est his verbis - *Declaravit totum Capitulum Generale, omnibus ferè vocibus in hoc convenientibus, quod Fratres Forenses alienarum Provinciarum à Provincia Romana venientes ad Curiam Romanam sub quovis prætextu, aut causa negotiorum aditandorum in Curia, aut Causa devotionis, seu visitationis Ecclesiarum, aut aliter quomodocumque venerint, immediatè sint subditi, & subjecti Procuratori Ordinis, aut Commissario Curiæ Romanæ respectivè, & nullo quovis pacto Guardianus Aracœli, aut alius cujusvis loci Guardianus, ubi Curia residebit, nec quisquam alius Frater, præter Patrem Procuratorem Ordinis, aut Commissarium ejusdem Curiæ Romanæ respectivè, possit se intromittere de ipsis Forensibus in aliquo quovis modo, nec mittendo intra Urbem, nec aliter, nisi in corrigendo ipsos, si fuerint defectuosi, & scandalosi in suis rebus agendis, tam intra domum, quam extra.*

Ex hac declaratione, & statuto duo habentur: Primum est Procuratorem, & Commissarium Curiæ, unumquemque respectu Fratrum suæ Familiæ, habere Jurisdictionem immediatam ordinariam in omnes Fratres aliarum Provinciarum à Romana advenientes Romam, quomodocumque venerint, ut in suos immediatos subditos, privativè ad Guardianum Aracœlitanum, in reliquis omnibus, nisi in casu defectus scandalosi ab ipsis, dum in Conventu de Aracœli commorantur, commissi, sivè intra, sivè extra Conventum. Secundum est: Guardianum Aracœlitanum in casu præmisso habere auctoritatem ipsos corrigendi. Modo videndum est, an ista duo sint hodie in sua vi, an variata, aut revocata.

Pro quo advertendum, quod Forenses advenientes Romam possunt advenire, vel cum licentia legitima suorum Superiorum, vel sine illa, ut Apostatæ, & fugitivi; & tam in illos, quam in hos tribuit statutum Jurisdictionem ordinariam prædictis Officialibus Curiæ, ut constat ex clausula, *vel aliter quomodocumque venerint*.

Quantum itaque ad Jurisdictionem ordinariam Procuratoris, & Commissarii Curiæ in Apostatas, & fugitivos aliarum Provinciarum Romam advenientes, certissimum est nunquam fuisse revocatam, aut diminutam, sed in pluribus Capitulis Generalibus roboratam, & auctam. In Mantuano de anno 1541. *Chronol. fol.* 268. *statuitur, quod quando Apostatæ recurrunt ad Officiales Curiæ, & ab iis puniuntur, punitio illa pro Apostasia illa dumtaxat sibi inflicta fuisse intelligatur*: In Salmanticensi de anno 1553. *cap.* 2. *Chronol. fol.* 287. idem statutum confirmatur, *Et cap.* 8. *tit. de Procuratore, & Commissario Curiæ in fine fol.* 304. injungitur ipsismet Curiæ Officialibus, ut Apostatas omnes ad suas remittant Provincias, utique ut ipsorum ibi Superioribus. In Neapolitano de anno 1590. *cap.* 21. *fol.* 353. *eisdem præcipitur, ut eos, qui sine legitima facultate Romam accesserint, ab Apostasiæ censura ritè absolutos, & statuta pæna salubriter emendatos, mox ad proprias remittant*. In Vallisoletano de anno 1593. præmissa omnia confirmantur, & innovantur: ut videri potest in *Chronol. fol.* 378. *&* 393. Eamdem auctoritatem supponit Romanum de anno 1612. *tit. de Correctione Fratrum fol.* 540. Nec in duabus ultimis compilationibus Roman. de anno 1642. & Sambuc. 1663. invenitur hæc jurisdictio specialis Officialium Curiæ in Apostatas immutata, sed supposita, sicut invariata praxi ad præsens observatur.

Quantum verò ad Jurisdictionem, & auctoritatem eorumdem Officialium Romanæ Curiæ in Fratres Forenses cum legitima licentia Romam advenientes, varias mutationes in sequentibus Capitulis, & Decretis factas fuisse conspicimus: In Salmantin. enim de anno 1553. *cap.* 8. *in Chronol. fol.* 304. licet Procuratoris, & Commissarii Curiæ, in Fratres forenses legitimè Romam accedentes, Jurisdictio ordinaria supponatur; ipsorum tamen limitatur potestas: Primo quod ad nullam aliam Provinciam, quam ad Romanam possint prædictos Forenses destinare: Secundo quod in ipsa Provincia Romana eos retinere non possint, nisi dum eorum negotia expediuntur: Tertio quod nec per hoc tempus possint eos in Conventu Aracœli retinere; ordinatur enim, ut prædicti Forenses, expositis suis negotiis Procuratori, vel Commissario Curiæ respectivè, post tres dies recedant, relinquentes negotia per ipsius Curiæ Officiales expedienda.

Cœterum, quia fortè præmissæ limitationes minùs opportunæ pro Forensium negotiis expediendis experientia comprobatæ fuerunt; In Congregatione Generali Neapolitana de anno 1590. *cap.* 21. *Chronolog. fol.* 353. immutatæ sunt, pluribus circa hanc materiam editis statutis. Primò enim Jurisdictionem Officialium Curiæ in Forenses legitimè Romam accedentes roborat, & extendit sequenti ordinatione - *Cum ad Sanctam Urbem, multis sanè de causis, undequaque, Superiorum concessu, Fratres quotidie confluant; Idcirco, ad omnem dubitationem tollendam, & cavendum inconvenientia permulta, circumspecta providentia opportunè quoque decernimus, ut quo primum appulerint, statim ad Conventum nostrum Sanctæ Mariæ de Aracœli rectà quidem properent, & coram Procuratore, vel Commissario Curiæ, ad præscriptum, usque receptum utriusque Familiæ morem, illicò se præsentent, & si quæ habeant negotia Romæ pertractanda, cum eo sincerè, & fideliter conferant, & quidquid ipse desuper decreverit, inviolate quidem, atque omninò ad unguem, exequantur, eique in omnibus, & per omnia, tamquam vero, & legitimo eorum Prælato, subjiciantur, & mandata servent* - Ubi, dum prædicti Forenses in omnibus, & per omnia subjiciuntur Procuratori, aut Commissario Curiæ respectivè, tamquam suo vero, & legitimo Prælato immediato, videtur abrogatum statutum Messanense, quoad illam partem de potestate Guardiani Aracœlitani corrigendi ipsos in casu defectus scandalosi, cum adsit Prælatus immediatus, cui hæc correctio vi rei istius legis omninò competit.

Secundò eorumdem Forensium subjectionem ipsis Curiæ Officialibus, etiam quoad egressum è Conventu, urget subdens - *Nec cuiquam eorum quovis prætextu*,

tatu, vel quacumque de causa, Sanctas etiam Ecclesias invisendi, absque expressa ejusdem Procuratoris, vel Commissarii respectivè licentia, de Conventu egredi liceat, sub Apostasiæ nota ipso facto incurrenda ; & addit. — *Eorum Nemo Roma discedat, nisi recessum antea eidem significet.*

Tertiò tempus eisdem Forensibus commorandi Romæ præscriptum, tandem eorumdem Curiæ Officialium arbitrio extendendum, remittit dicens — *Qui piæ devotionis gratia Romam contenderint, his in ea commorandi trium dierum terminum præscribimus: Negotiorum verò causa eo proficiscentibus dierum octo spatium statutum sit; quem tamen commorandi terminum liberum sit Procuratori, vel Commissario Curiæ respectivè producere, vel contrahere, ut pro rei qualitate necessarium ipse judicaverit.*

Tandem, quia gubernium hoc extraordinarium est, nempè quod in eodem Conventu sint tres Prælati immediati, quisque diversorum fratrum, sed eisdem Communitatibus simul assistensium, nempe Guardianus Aracœlitanus Fratrum in Conventu de familia commorantium, & Hospitum Provinciæ Romanæ; Officialis Curiæ Cismontanus Forensium ejusdem Familiæ aliarum Provinciarum; & Ultramontanus Forensium Ultramontanorum; Cum hoc Judicatum fuerit omninò necessarium pro Conventu totius Ordinis singularissimo, existente in Curia Summi Pontificia, & consignato pro hospitio Fratrum universi Ordinis ad Sanctissimum Ecclesiæ caput confluentium, ne, in puniendis a quovis Superiore culpis suorum inferiorum, inordinatio aliqua esset, sequens statutum additum est — *Ut nullus prætereà in audiendis, puniendisve culpis, aut muneris in eodem genere obeundi causa confusioni locus sit, statutos Capitularis audientiæ dies singulis Officialibus in eo Conventu residentibus præscribendos operæ pretium duximus, prout præsenti constitutione præscribimus. Guardiano itaque Conventus pro suæ curæ fratribus commissis, secundam, quartam, & sextam feriam, solemni festo non impeditam, assignamus; Pro Cismontanis autem tertiam, & quintam feriam — Pro Ultramontanis diem Sabbati similiter non impeditam Procuratori, Commissariove respectivè attribuimus* — Ubi etiam plenè supponitur nullam relictam fuisse Guardiano facultatem puniendi, culpas Forensium Cismontanorum, vel Ultramontanorū.

Præmissa quatuor statuta ad litteram innovata, & confirmata fuere in Capitulo generali Vallisoletano de anno 1593. tit. *de Fratribus quavis de causa Romam confluentibus*, & de iis, quæ Procuratori, & Commissario Curiæ Romanæ hoc circa præstanda sunt in *Chronol. fol.* 392. Hæc sunt, quæ Religio in præcedenti sæculo circa præsentem materiam statuit, & observavit.

In fine ejusdem, translato Conventu *Sanctæ* Mariæ de Aracœli ab immediato Regimine Generalis ad Gubernium Provinciæ Romanæ, ipsique incorporato lites incœperunt, ægre ferentibus Guardianis aliam Superioritatem immediatam à sua in Conventu suæ curæ omninò quoad temporalia commisso. Cum itaque sa. me. Clemens Octavus, sedulo ad Reformationem Religionum incumbens, Congregationem reformationis instituisset, Guardianus tunc temporis Aracœlitanus, hanc occasionem nactus pro Conventus reformatione à RR. DD. Reformatoribus petiit, ut præmissa Neapolitana statuta, Jurisdictionem Officialium Curiæ stabilientia, revocarent, statuerentque, ut Forenses, post primos tres dies sui accessus ad Romam, ipsius Guardiani immediatæ Jurisdictioni omninò essent subjecti, causando hoc fuisse antiquum Salmaticense statutum de anno 1553. Cùm tamen in hoc falleretur, quia ibi tantùm dicitur, quod Forenses post tres dies è Conventu Aracœlitano recedant, non tamen, quod inibi manentes Guardiano subjiciantur, pro hoc statuto obtinendo, allegatum est primo: Gravamen Conventus insopportabilis tot hospitum onere; Secundo inobservantia Forensium in assistendo divinis officiis, & aliis Communitatibus; Tertiò facilis, & incauta egrediendi è Conventu licentia ipsis Forensibus concessa.

Expositis his malis occurrit Sacra Visitationis Apostolicæ Congregatio sequenti Decreto — *De mandato Sacræ Congregationis, in virtute Sanctæ Obedientiæ præcipitur omnibus, & singulis fratribus, cujuscumque gradus, conditionisque sint, non habitantibus de familia in Monasterio de Aracœli, ut debeant discedere, & ad proprias infra triduum, exceptis Infirmis, & qui licentiam expressam habent a Sua Sanctitate, vel ab Illustrissimo, & Reverendissimo Domino Cardinali Matthæio Ordinis Protectore, vel à Prælatis Congregationis Apostolicæ Visitationis, quam tenentur in præfato termino exhibere, & præsentare tenentur. Et contra inobedientes, & contumaces procedatur ad pœnas in Decreto Sanctissimi contentas, Carceris scilicet, & privationis vocis activæ, & passivæ — Vult, & mandat deinde Sua Sanctitas, quod omnes Fratres forenses, qui de licentia, ut supra, moram trahunt in dicto Conventu, teneantur, & debeant interesse in Choro divinis officiis nocturnis, & diurnis, Missas celebrare, & alias functiones facere, prout fratres Locales, & de familia tenentur, sub pœnis in dicto Decreto contentis — Vult etiam, & præcipit Sanctissimus in Christo Pater, quod deinde nullus e Monasterio egredi valeat, nisi ex causa, & cum socio, impetrata singulis vicibus licentia, ac benedictione à Superiore, qui non aliter eam concedat, nisi causa probata, sociumque exituro adjungat, non petentis rogatu, sed arbitrio suo, neque eumdem sæpius; licentia verò generalis exeundi nulli concedatur: qui secus fecerit Superior, voce activa privetur; subditus verò puniatur ut Apostata. Datum in Conventu Sanctæ Mariæ de Aracœli die 4. Novembris anni 1596. — Habetur in regesto ejusdem Conventus de Aracœli incipiente ab anno 1587. usque ad 1602. fol. 175.*

In hoc Decreto malis medela apposita est, sed Jurisdictio Officialium Curiæ servata. Ipse Guardianus non satisfactus, apud Dominos Reformatores institit, ut Jurisdictio immediata in Forenses ad ipsum transferretur. Propendebant jam Reformatores in edendum petitum decretum, cùm Procurator, & Commissarius Curiæ, de periculo moniti, Illustrissimo Domino Cardinali Matthæio Ordinis Protectori obtulerunt supplicem libellum, nervosè probantem ex pretenso Decreto nullum emolumentum sequendum, sed plura scandala oritura, urgentemque graviter verti in non leve Ordinis dedecus, si statuta, adeò constanter in tot generalibus Capitulis stabilita, absque urgentissima causa everterentur. Illustrissimus igitur Protector, re cùm Reformatoribus communicata, attentisque omnibus occurrentibus circumstantiis, sequens edidit decretum, in quo, quantum Religionis antiqua statuta sint veneranda, satis demonstrat.

NOS HIERONYMUS MATTHÆJUS, miseratione Divina S. R. E. tituli S. Pancratii Presbyter Cardinalis, ac totius Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia Protector, Corrector, & Gubernator. Non aliquam Religionis constitutionem infringere, seu suspendere volentes, sed omnem imposterum dubitationem tollere, inconvenientia permulta cavere, & de opportuno remedio circa Fratres, qui ex alienis Provinciis ad hanc Curiam confluunt, providere desiderantes, volumus, & statuimus, ut omnia, quæ sequuntur, inviolabiliter observentur.

Pri-

Primò, ut omnes Fratres alienigenæ, cum primum ad Conventum S. Mariæ de Aracœli accesserint, & Procuratori, Commissariove Generali respectivè Curiæ, tamquam veris, & legitimis eorum Prælatis, se præsentaverint, ut eorum obedientias recognoscant, a Guardiano prædicti Conventus Benedictionem accipere teneantur, ut etiam ipse notitiam saltem habeat numeri Fratrum, qui in Conventu suo existunt, & temporis, quo advenerint. Secundo, quod omnes alienigenæ sint Guardiano subjecti, quantum ad hoc, ut possit illos, quando domi sunt, ad Chorum sequendum, ad Missas in Conventu suo celebrandas, & ut Processionibus, Defunctisque intra, vel extra Domum sepeliendis, intersint, obligare, & illos, si opus fuerit, reprehendere, & arguere. Tertio, quod nullus prædictorum Fratrum de Conventu egredi, quovis prætextu, vel quocumque de causa præsumat, absque expressa licentia Procuratoris, vel Commissarii, sine Apostasiæ nota ipso facto incurrenda; socius vero semper erit à Guardiano assignandus ex Familia sua, nisi Procurator, vel Commissarius respectivè, aut eorum socii velint alienigenas sociare, & ipsi alienigenæ voluerint cum illis accedere. Quarto, quando Guardianus alienigenis jam à Procuratore, vel Commissario respectivè licentiatis socium non assignaverit, tunc si qualitas, & magnitudo negotii, ac temporis maximè urgens, vel gravitas, vel religiositas Personæ id requirere videatur, liceat prædictis Curiæ Officialibus socium ex suis subditis assignare. Quinto, quod ne Conventui injustum fiat gravamen, observentur etiam statuta ipsius Religionis circa temporis spatium fratribus huc concurrentibus præfixum, nimirum, ut si pro negotiorum expeditione accesserint, per octo dierum spatium valeant commorari; Si autem devotionis causa Romam contenderint, finitis primis tribus diebus, discedere teneantur, sub pœna carceris, & privationis vocis activæ, & passivæ, & tempus prædictum ab inferioribus eis nulla modo prorogari valeat. Datum Romæ in Ædibus nostris, die 18. Junii 1597.– Hieronymus Cardinalis Matthæjus Protector. Habetur in Regesto Curiæ Ultram. vol. 2. fol. 13.

Quamvis præmissum decretum Jurisdictionem Officialium Curiæ in Forenses in substantia conservaret; quia tamen eam in pluribus accidentibus restringebat, ejusque observatio non parum impedimentum expeditioni negotiorum Forensium Ultramontanorum, ex valde plerumque distantibus regionibus advenientium, inferret; P. Fr. Joannes de Cepeda, tunc temporis Commissarius Curiæ Ultramontanus, iterum, antequam publicaretur, supplicavit pro nil innovando, saltem circa suus: Re tamen cum Dominis Reformatoribus primum, & demum cum fa. me. Clemente VIII. communicata, tandem resolutum est, ut Decretum publicaretur cum declaratione verbali, quod Ultramontanos non comprehenderet. Ità in Communitate Conventus Aracœlitani lectum est præmissum Decretum; antea autem, quam legaretur, Illustrissimus Dominus Protector declaravit Decretum ipsum, justissimis de causis, de Cismontanis dumtaxat esse intelligendum, non vero de Ultramontanis, quales sunt Hispani, Galli &c. respectu quorum Neapolitanum Statutum, in quo omnimoda, & totalis Jurisdictio circa Forenses Procuratori, Commissariove Curiæ respectivè conceditur, in suo robore, & absque ulla mutatione, additione, vel diminutione, relinquebatur: quæ declaratio in Regesto Ultramontano, citato loco, posita fuit.

Post annum 1600. idem Illustrissimus Protector Matthæjus, forte, quia præmissum ejus Decretum, ob ejus difficultatem, nec à Cismontanis observabatur, aliud edidit, ordinans, ut omnes alienigenæ post tres dies Guardiano Aracœlitano subjicerentur: Noluit tamen, ut comprehenderentur sub eo Ultramontani, de quo Illustrissimus Dominus Joannes Rada Episcopus Patensis Testimonium manu propria scripsit, quod in Regesto Ultramontano citato originale est. Sed nec hoc Decretum effectum habuit, ut constat ex sequentibus.

Ab hac lite per plures sequentes annos Ministri Generales in literis suis patentibus, quibus Procuratorem, vel Commissarium Curiæ instituebant, non solum clausulis generalibus, ut antea moris erat, sed particulari, & expressa clausula præmissam Jurisdictionem expresserunt. Primum exemplar invenitur in Regesto Cismontano ab anno 1603. *fol.* 18. ubi in litteris Prędecessoris nostri Reverendissimi Francisci a Sosa instituentis Commissarium Curiæ P. Bernardinum de Palumbaria, sub datis anno 1603. inter alia dicitur – *Ad quam Curiam venientes absque tua licentia Domum exire non audeant, sed quamdiu Romæ commorabuntur, tuæ prorsus subditi sint Jurisdictioni*. Idem & alii plures Prędecessores nostri fecerunt, quos longum esset recensere.

Reverendissimus vero Archangelus à Messana, qui forte non plene informatus, Decretum minus favorabile Jurisdictioni Officialium Curię dederat, ipsius revocatione, illustrius, robustiusque eamdem Jurisdictionem firmavit, cujus patentes hac de re literas, quia loco declarationis haberi possunt, hic ex Regesto Cismontano proximè citato *fol.* 108. transcribere placuit. Sunt autem tenoris sequentis.

Fr. Archangelus à Messana totius Ordinis Sancti Francisci Minister Generalis, & Servus. Quoniam in hac Alma Urbe Officiales nostri, Procurator videlicet, & Commissarius Romanæ Curiæ, vicem nostram in exequendis, & gerendis Ordinis negotiis gerentes, continuò laborant, insudantque diligenter, ut Religionis nostræ cunctæ Provinciæ & quietentur, & protegantur, nostræ curæ est, ut circa ipsos, quomodocumque possumus, & gratitudinem, & benevolentiam exhibeamus, curemusque, ut in hac præcipuè domo, in qua resident, omnia, & singula, quæ hucusque hujusmodi Curialibus, seu implicitè, seu explicitè concessa fuisse cognovimus, & concessa, & rata faciamus, ad hoc ut ipsi majori affectu ad Religionis servitium inflammentur. Quocirca, non obstante ullo quocumque ordine, seu decreta per nos, sive per alios confecta, volumus, & decernimus, ut supradicti Patres, circa Fratres suæ familiæ respectivè Romam accedentes, omnimodam, & absolutam habeant Jurisdictionem, ita ut eo tempore, quo Romæ degent, nihil sine ipsorum licentia agere possint, nec de domo exire, nec aliud aliquid exequi. Convenit enim, ut si ipsi confinentium fratrum negotia sciunt, & tractant, ab ipsis etiam in omnibus dependeant. Illud tamen & hortamur, & volumus, & præcipimus, ut hujus domus necessitates prævidentes, quam citiùs poterunt, fratres expediant, & si acciderit alicujus negotii longitudo, in aliquem Conventum extra Romam ad detinendum eos, mittant, & hoc cum suis obedientiis immediatè, sicut in constitutionibus nostris statuitur. Volumus insuper, ut Procurator, & Commissarius, sive illorum Secretarii, nulli suorum fratrum exeundi licentiam tribuant, nisi celebrato Sacro, sive in Ecclesia hac, sivè in alia, ad quam missi iverint celebrationis causa. Et quoniam fratres omnes de paupertate hujus Conventus vivunt, & debent etiam omnes fratres ipsi in aliqua parte adjumento esse; unde si occurreret Defunctus sociare, sive Processiones facere, sive aliam aliquam rem Divino cultui concernentem efficere, debent Fratres Hos-

Digitized by Google

Hospites à prædictis Patribus, non tantum hortari, verum compelli ad illa omnia exequenda. Et in hoc Pater Guardianus Conventus, & ipsi S. Charitate certabunt, ut Deo optimo maximo, & Divinis Officiis ab omnibus serviatur, & sit inter illos tantæ unionis, & benevolentiæ vinculum, ut ex ipsis, tamquam capitibus, & fontibus, cætera membra, rivulique, qui sunt fratres alii, omne perfectum charitatis exemplum percipiant. Quod, ut extrinsecus etiam dignoscatur, præcipiet Pater Guardianus omnibus suæ domus Officialibus, ut prædictis Patribus ex Officiis suis omnia illa hilariter exhibeant, quæ ad victum, & necessitatem ipsorum erunt necessaria, & sunt ordinaria. Et si acciderit, ut prædicti Patres, sive ipsorum socij, propter aliquod negocium expediendum, sive aliquod aliud impedimentum, non possint ad Communitatis concursum accedere, debeat & Coquinarius, & Canevarius ipsis quocumque tempore succurrere, & providere, & si velint in suis Cellis comedere, eam provisionem, quam in Refectorio ipsis præberent, quo volunt, mittant: Et denique in Sacristia, aliisque locis, ubi fuerint, ita pertractentur, sicut eorum ætas, gravitas, dignitas, & labor requirit. Datum Romæ 23. Maii 1608.

Fr. Archangelus à Messana, qui supra, manu propria.

Post hæc Reverendiss. Pater Fr. Benignus à Genua, electus Minister Generalis anno 1618. licet patentes litteras institutionis P. Bernardini à Moncalvo in Procuratorem Gen. Ordinis expediverit cum clausula illa jam consueta -- *Ad quam Romanam Curiam venientes absque tua licentia domum exire non audeant, sed quamdiu Romæ commorabuntur tuæ prorsus subditi sint Jurisdictioni*, ut habetur in regesto Cismontano ab anno 1618. fol. 61. tamen circa finem mensis Aprilis anni 1613. ad instantiam P. Provincialis, & Guardiani Conventus de Aracœli, expedivit suas patentes litteras præcipiendo, ut juxta secundum decretum Illustriss. Cardinalis Matthæii Fratres Forenses, post tres primos sui accessus dies, Guardiano ipsi subjicerentur. Cæterum P. Antonius Daza, tunc Commissarius Curiæ Ultramontanus, cum debita submissione jura suæ Familiæ conservare studens, primum Reverendiss. P. Generali exceptiones Ultramontanorum ab ipsomet Cardinali Matthæio suis decretis appositas præsentavit; deinde ad Illustriss. Cardinalem Fabritium Varallum, tunc temporis Protectorem, recurrit: Ipse autem Protector præcepit exceptiones Ultramontanorum, à suo Prædecessore factas, observari, nihilque circa ipsos innovandum, sed manutenendos in dispositionis possessione Neapolitanæ. Generalis autem maluit suas litteras omninò executione carere, quam ut dimidiatam reciperent; unde quoad utramque Familiam res in eodem, quem habebant, statu remansere.

Ut similibus controversiis finis imponeretur, Capitulum Toletanum de anno 1633. antiquis Constitutionibus inhærens, sequens declaratorium statutum edidit -- *Declaratur, quod Fratres, qui ex utraque Familia Romam venerint negotiorum causa, immediatè sint subditi Prælatis Curiæ, non verò Ministro, aut Guardiano Conventus Aracœli*. Ita habetur in Chronol. fol. 699. Sub hoc statuto pax conservata est toto tempore Reverendiss. P. F. Io. Baptistæ a Campanea Generalatus.

Verùm, ipso expleto anno 1639., & novo Ministro Generali Joanne Merinero in Hispanias profecto, iterùm lites motæ sunt: Guardianus enim Aracœlitanus ad Eminentiss. Cardinalem Franciscum Barberinum, jam Ordinis nostri Protectorem, accessit, eidemque tot, tantaque exposuit de Conventus gravamine, Forensium inobservantia, & licentia, atque adeò exemplaribus prænarratis (tacitis turbationibus veris, & revocationibus secutis) rem facilem supposuit, ut Cardinalis ipse, Partibus inauditis, solemne ediderit Decretum præcipiens, *ut in futurum Religiosi Forenses utriusque Familiæ, quibus Romam, quacumque ex causa, adire contigerit, de cætero, transactis primis decem diebus sui Adventus, nullum alium Superiorem agnoscant, præter ipsum Guardianum pro tempore Conventus Aracœli, eique, tamquam legitimo Prælato, obediant, & obtemperent in omnibus, & per omnia, tamquàm ejus subditi, sicut cæteri Fratres ejusdem collocationis, & Familiæ: sub data die ultima anni 1639.* Ab hoc decreto, uti subreptitiè, & obreptitiè obtento, statim Procurator, & Commissarius Curiæ supplicavere, & evolutis antiquis Religionis monumentis, inconcussam Ordinis praxim ejusdem Legibus fundatam, & ipsius continuationem, regimini Ordinis in Curia Romana, fundatam, nedùm perutilem, verùm & necessariam suæ Eminentiæ demonstraverunt. Quibus maturè discussis, Eminentiss. Protector conquestus est de fallacia Guardiani, decretum revocavit, *decrevit, ut statuta servarentur, ut priùs*. Habentur hæc omnia in Regesto Cismontano incipiente ab anno 1639. nu. 47. & in Ultramon. vol. 4. fol. 146.

Servatam sic Officialium Curiæ jurisdictionem firmiùs stabilivit Congregatio Generalis Romana de anno 1642. dum in statutis Generalibus à se dispositis, & approbatis *cap.* 3. §. 7. *num.* 1. istud apposuit -- *Statuimus, ut cum Fratres Romam appulerint, statim ad locum Sanctæ Mariæ de Aracœli rectò properent, & coram Procuratore, vel Commissario Curiæ illicò se præsentent, & negotia, quæ pertractanda habuerint, cum eis fideliter conferant, & quidquid ipsi decreverint, inviolatè exequantur, eisque in omnibus, tamquam legitimis Superioribus eorum, ut Prælatis subjiciantur, non verò Ministro, aut Guardiano Conventus Aracœli*. Nec tamen his omnibus conquieverunt Guardiani Aracœlitani.

Anno siquidem 1643. Guardianus tunc temporis Romanus, quasi segnitiei suos Prædecessores incusans, altiorem viam aggressus est, obtinuit enim à san. me. Urbano VIII. sub data 19. Octobris ejusdem anni Breve, quo præcipiebatur, ut Fratres Forenses, post tres dies sui ad Romam accessus, subjicerentur Guardiano Aracœlitano, quod in Conventus Communitate fecit publicari. Statim autem Curiæ Officiales se opposuerunt libellis supplicibus, per medium Eminentissimi Protectoris, Sanctissimo suam justitiam, Ordinis statuta, & praxim, ac omnium Provinciarum apud Sanctam Sedem negotia habentium, exindè oritura gravamina, & insubsistentiam propositorum à Guardiano, exponentes, supplicantesque, ut Brevis executio suspenderetur, quousque in materia adeò gravi, Partibus auditis, causa examinaretur; Eminentiss. verò Protector, re cum Sanctissimo communicata, ob causæ gravitatem, trium Prælatorum Congregationem instituit, nempè Cœlii Bichii, Marci Aurelii Maraldi, & Francisci Paulutii, quibus causæ examen, & resolutionem commisit.

Igitur Illustrissimi isti Domini Prælati, Partibus hinc indè allegantibus auditis, causaque seria maturitate discussa, sequentia decreta dederunt.

In causa Romana Jurisdictionis Fratrum Forensium Conventus Aracœli, Die 26. Octobris 1643. habita Congregatione particulari de ordine Eminentissimi Card. Barberini Protectoris, cui interfuerunt Reverendissimi

Bi-

Digitized by Google

Bichius, Maraldus, & Paulutius, fuit resolutum, suspendendam esse executionem Brevis obtenti à Patre Guardiano Conventus Aracœli; sed posse audiri Partes super abusibus, & perturbationibus allegatis, ut opportunè provideatur. Die 30. ejusdem, habita alia Congregatione particulari de ordine ejusdem Eminentissimi, cum interventu eorumdem, audita ad satietatem utraque Parte, fuit unanimiter resolutum — *Standum esse in decretis, executionem Brevis, tamquam subreptitii, esse impediendam, & inconvenientibus, & perturbationibus providendum, ut sequitur.*

P. Commissarius Generalis in licentiis pro accessu ad Curiam non excedat notabiliter tempus præfixum à Statutis Religionis. Forenses ad dispositionem Guardiani, sive Vicarii celebrent quotidiè in Ecclesia, vel extra, & pariter accedant ad funera, & processiones, prout hactenus servatum fuit: frequentent Chorum de nocte, ac etiam de die, dum non erunt occupati pro negotiis, ad quæ missi fuerunt, arbitrio Procuratoris Generalis, & Commissarii respectivè: Pariter assistant Orationi, etiam quadraginta horarum, & disciplinæ, prout alii non Forenses. Procurator Generalis, & Commissarius invigilent, & provideant, ne Forenses bibant, aut edant in cauponis, nec exeant de nocte, & multo minus pernoctent extra Conventum, aut quoscumque alios excessus committant; & si Forenses deliquerint, puniantur juxta regulas, & Constitutiones à Procuratore, & Commissario. Forenses non exeant de Conventu, nisi de licentia Procuratoris Generalis, & Commissarii, & dum hi erunt in Conventu, nec Secretarius, nec alius possit hujusmodi licentias impertiri. Procurator Generalis, & Commissarius moneant Forenses, ut abstineant à negotiis sæcularibus.

Cœlius Bichius Deputatus.
Marcus Aurelius Maraldus Deputatus.
Franciscus Paulutius Deputatus.

Habentur hæc omnia *in Regesto Ultram. vol. 5. à fol. 43. ad 59. & in Cism. incip. ab anno 1642.*

Hæc cum congruè, ac cum Religionis honore resoluta sint, non possumus non mirari, quod in Capitulo Generali immediatè sequente, celebrato Toleti anno 1645. prodierit Statutum istud. *Omnes Fratres cujuscumque Familiæ, qui vadunt Romam negotiorum causa, post tres dies ingressus Conventus, teneantur obedire Guardiano, cujus declarantur Subditi, nec audeant exire extra domum, nisi requisita facultate Guardianorum, qui nullo modo possit negare talem licentiam, nec expellere illos è Conventu, nec molestare illos domesticorum officiorum onere, sed tractare humaniter, sicut decet Patres, qui filiorum consolationem procurant.* Fuerunt qui præmissum statutum intrusum inter acta Capituli fuerint suspicati. Tum, quia contra constantes Ordinis Leges ab unione Observantium ex abrupto prodiens. Tum, quia deficiens à Religionis decore, cum militet contrà immediatè Romæ prolatam in favorem Ordinis sententiam proximè relatam. Tum, quia inter statuta hujus familiæ, cum ad utramque pertineat, quasi latenter collocatum. Tum etiam, quia à statutis reformationis, in qua familia non sunt, usurpatum inconcinnè. Tum denique, quia minus decens regulari disciplinæ, cum tot diversi genii, & morum Forensibus statuat non posse à suo unico immediato Prælato licentiam egrediendi è Conventu negari.

Nos autem rem serius considerantes invenimus statutum in Diffinitorio Generali hujus Familiæ tantum (quæ respectu loci celebrationis Capituli dicebatur Ultramontana) admissum fuisse, in quo nec adfuit P. Gaspar Sanchez immediatus ex-Procurator Ordinis, utpotè alterius Familiæ, nec P. Flavius Paparozzius ex Commissarius immediatus Curiæ, qui Capitulo ipsi non interfuit. Unde in ea sumus opinione, ut aliquis illius Diffinitorii (aderat Diffinitor Generalis ex Provincia Romana electus) referret Patribus expeditum, & publicatum fuisse Breve Apostolicum, quo Forenses, post tres dies accessus Romam, Guardiano Aracœli subjiciebantur, tacita sententia declaratoria subreptionis ejusdem: cumque ibi non adessent prænominati Officiales Curiæ, qui sententiam ipsam obtinuerunt, facile Patres, visa forte copia authentica Brevis, vitiumque ignorantes, ejusdem Brevis dispositionem inter statuta inseruerunt. Incredibile enim est, quod Familia hæc Cismontana ex se sola statutum in præjudicium Ultramontanæ conderet, nec magis creditu facile, quod Procurator Gaspar Sanchez, qui magna constantia, & efficacia fecit Decretum Eminentiss. Barberini revocari, & obtinuit, ut Breve Urbani VIII. subreptitium declararetur, si scivisset insertionem, tacuisset Ultramontanis, & quod isti assentirentur, cognoscentes quid Romæ circa materiam actum fuisset.

Nihilominus Reverendiss. P. Joannes à Neapoli Minister Generalis Romam post suam electionem adveniens, voluit, sicut cœtera Statuta in Capitulo Generali, in quo ipse electus est, edita, ut præmissum Decretum inter ipsa collocatum executioni demandaretur. Obstiterunt Officiales Curiæ, allegantes Decretum illud, nedum sine Capituli Generalis consensu, verum absque ulla ipsius notitia actis Capitularibus intrusum. Cumque res Romæ ageretur, & in ancipiti versaretur resolutio, eò fervor Generalis devenit, ut ea de causa (mirabile dictu) se in Guardianum Conventus Aracœlitani eligi fecerit, ne ullus in Conventu ipso degens à Guardiani Jurisdictione exemptus esset. Habetur *in Reg. Cismon. incip. ab ann. 1648. fol. 6. relat. in memor. Sac. Congr. Regul. exposit. & in Ultramont. vol. 6. fol. 105. in libell. porrect. san. mem. Innocentio X.* Cesserunt Officiales facto; non enim judicarunt ipsis præjudicare, quod Forenses subderentur Ministro Generali, quamvis simul esset Conventus Aracœli Guardianus.

Cœterum anno sequenti 1647. discedente à Romana Curia Ministro Generali, alioque electo Guardiano Aracœli, Officiales Curiæ suæ Jurisdictionis exercitium reassumpserunt in Forenses respectivè; Guardianus autem ad Sac. Congregat. Regul. & Episcopor. recurrit, exposcens prædicti Statuti asserti Toletani executionem, quorumdamque Decretorum ejusdem Sac Congregationis, pro exoneratione Conventus ab Hospitibus, intimationem. Sacra Congregatio libellum Guardiani Officialibus Curiæ, ut responderent, remisit: Procurator, & Commissarius Curiæ volentes his litibus finem imponere, ad san. mem. Innocentii XI. pedes accesserunt, libellum supplicem porrigentes Suæ Beatitudini, in quo, inter alia exposita, petebant, ne permitteret, ut à possessione centum, & triginta annorum suæ ordinariæ Jurisdictionis deturbarentur. Summus Pontifex libellum Eminentissimo Cardinali Justiniano tunc Comprotectori remisit, ut de contentis in eo se informaret, & referret. Cardinalis sumpta plena informatione, & habito verbo cum Sanctissimo, sequens vivæ vocis oraculum promulgavit — *De mandato Sanctissimi Domini Nostri Papæ: Retuli Sanctitati Suæ, auditis Partibus, statum præscriptæ controversiæ sub infrascripta die, & Sanctitas Sua vivæ vocis oraculo mandavit, nihil prorsus desuper innovari.* In quo-

quorum fidem &c. Die 19. Septembris 1647.

Horatius Cardinalis Iustinianus.

Loco ✠ Sigilli.

Habetur in Regesto Vltram. vol. 5. fol. 361. atque ita evacuatum est assertum Statutum Toletanum, & Officiales Curiæ in possessione suæ Iurisdictionis remanserunt.

Reversus Romam Minister Generalis, ut hinc iter in Hispaniam assumeret ad celebrandam Congregationem Generalem Familiæ Ultramontanæ, ægrè tulit obtentum vivæ vocis oraculum, sed præcipuè doluit, quod in quadam allegatione ab Officialibus Curiæ porrecta diceretur, quod Generalis ipse, proprio motu, absque Capituli consensu, aut consilio, præfatum Toletanum assertum statutum ediderit. Quid circa hoc tunc Romæ gesserit, ex regestis Ordinis non constat: Tunc enim Procurator, & Commissarius Curiæ officia sua terminabant, & Commissario, ut ad Congregationem Generalem proficisceretur, præceptum est. Tantum in Regesto Ultramontano incipiente ab anno 1648. fol. 6. refertur, quod accedens ad Curiam Romanam Procurator Generalis, de novo in Congregatione Generali Victoriæ electus, repererit, quod Fratres Forenses, post dies octo eorum Adventus Romam, Guardiano Araeceli subjiciebantur; quodque Procurator ipse adventum Commissarii Curiæ noviter electi expectabat, ut ambo simul huic novitati opponerentur.

Quid autem prædictus Generalis circa rem ipsam, in Congregatione Generali Victoriæ in Hispania celebrata, egerit, constat ex actis ipsius Congregationis; ibi enim sequentia habentur: Diffinitorium Generale declarat statutum Generale editum in Comitiis generalibus ultimis Toletanis, ut Fratres Hospites in Curia Romana, elapsis tribus diebus, sint Subditi Patri Guardiano, non fuisse inculcatum proprio arbitratu, aut nixu Reverendissimi P. Generalis, sed excogitatum, & admissum unanimi consensu, & Consilio Patrum utriusque Familiæ. An autem hæc declaratio vulnus sanaverit, sub lite est: Ex omnibus enim Patribus Diffinitorii Generalis, qui subscripserunt huic declarationi, solus Reverendissimus Joseph à Maldonado, tunc electus Commissarius Generalis Familiæ, astitit Diffinitorio Capituli Generalis Toletani: Unde meritò dubitari potest, quo spiritu cœteri Patres præmissam declarationem non Juris, sed facti facere potuerint, maximè cum Congregationi ipsi interesset Diffinitorium Generale Ultramontanum Capituli Toletani immediatì, cui competebat hæc facti declaratio, seu potius testificatio de suo Toleti præstito consensu, & de consensu etiam omninò requisito, pro nova lege tot antiquatum derogatoria, Discretorii Capituli Generalis sub Testimonio authentico Præfidis Diffinitorio præsentato.

Post Congregationem Victorianam celebratam, Reverendissimus Minister Generalis Joannes à Neapoli obiit Matriti die 27. mensis Septembris ejusdem anni 1648. Commissarius verò Curiæ, simul cum Secretario Generali portante Ordinis sigilla, accessit Romam die 25. Martii 1649., & convocatis Electoribus die 10. Aprilis, electus est in Vicarium Generalem Reverendissimus Pater Daniel Dongo. Ex tunc Commissarius ipse Curiæ suam Jurisdictionem in Forenses assumpsit, reassumpsitque propriam Procurator Ordinis, reluctante tamen Guardiano Araeceli. Quarè ambo Curiæ Officiales libellum san: mem: Innocentio X. porrigendum scripserunt, fatia efficaciter ostendentes convenientiam statutorum ordinantium, quod ipsi Forenses subjicerentur, & petentes, ut tot perturbationibus à Guardiano motis ultimum remedium apponeretur. Habetur in *Regesto Vltram. vol. 6. à fol. 404.*. Libellus autem Pontifici non est oblatus, forte, quia Guardianus cessit: Ab illo tempore enim usque ad Capitulum Generale Toletanum de anno 1658. Officiales Curiæ in suæ Jurisdictionis pacifica possessione permansisse constat.

In hoc autem ultimo Toletano Capitulo prodiit sequens statutum — *Fratres Forenses, qui ad Romanam Curiam accesserint, cujuscumque sint Provinciæ, vel Nationis, aut familiæ, sive etiam Observantes sint, sive Reformati, non poterunt deinceps exire è Domo, sub pœna Apostasiæ, nisi obtenta licentia Guardiani, & etiam Procuratoris Generalis, aut Commissarii Curiæ respectivè; quod quidem observari debet toto tempore, quo Romæ permanere contigerit, non tamen impediri poterunt, nisi ex legitima causa* — Hoc statutum supponit Jurisdictionem immediatam Officialium Curiæ in Forenses toto tempore, quo isti Romæ manserint, cum statuat non posse istos sine illorum licentia ordinaria è Domo exire. Supponit etiam Jurisdictionem immediatam Guardiani in ipsos toto illo tempore; cum idem statuat — *de licentia Guardiani* — Undè si sumeretur, ut sonat ibidem, Forenses duos immediatos Prælatos in Conventu eodem haberent. Deindè si sumatur, ut sonat, non videtur rationi satis consonum. Si enim cœteris fratribus nulla negotia habentibus sufficit licentia solius unius Prælati, ut è Conventu exeant, qua ratione Forenses, negotiorum causa è longinquis regionibus venientes ad Curiam, sæpe ipsis negotiis urgentibus, cogentur, non solum ab uno, sed ab uno, & altero Prælato licentiam obtinere, ut è Domo pro urgentiis expediendis egrediantur? Videtur voluisse componere Litigantes de superioritate, onerando subditos duplici subjectione totali. Plenè informati sumus statutum hoc nunquam fuisse usu receptum, eo quod, ut sonat, visum est inobservabile; fortè alia fuit mens statuentium.

Tandem in Compilatione statutorum Cismontanæ Familiæ facta ex decreto Capituli Generalis Toletani de anno 1658., & Commissione Reverendissimi P. Michaelis Angeli de Sambuca *cap. 3. §. 8. n. 3.* loquendo de Forensibus Romam accedentibus dicitur — *Coram Procuratore, & Commissario Curiæ illicò se præsentent, ac negotia, quæ pertractanda habuerint, cum eis fideliter conferant, & quidquid illi decreverint, inviolatè exequantur, eruntque eis subjecti, sed post octo dies, sub gubernio Guardiani Araceli permanebunt: attamen de domo exire non poterunt, sub pœna Apostasiæ, nisi obtenta licentia Guardiani, ac etiam Procuratoris, aut Commissarii Curiæ respectivè, quod quidem observari debet toto tempore, quo Romæ eos permanere contigerit* — Quod Reverendissimus Sambuca rem gravissimam Religionis, qualis certè est statutorum, quibus integra familia gubernanda est, Compilatio, commiserit hominibus adeò in rebus Ordinis imperitis, vel segniter commissum adimplentibus, ut subsecutum Capitulum Generale Vallisuletanum de anno 1670. instante Discretorio, decreverit Compilationem ipsam revidendam, & corrigendam, idemque in Capitulo Generali Romano de anno 1706., & in Congregatione Generali proxima proclamatum sit.

In præmissis itaque Compilationis verbis subsistentia circa materiam statuta omittuntur: quod numquam in Religione statutum fuit, intruditur, & nova nomquam admissa indigestè copulantur. Omittuntur enim omnia, quæ de Jurisdictione immedia-

ta

ta Officialium Curiæ in Forenses, & de istorum illis in omnibus, & per omnia subjectione in tot Generalibus Capitulis ordinata sunt, quæ nullis umquam impugnationibus potuerunt infringi, aut infirmari, ut patet ex prænarratis: Intruditur statutum, quod Forenses, post octo dies, sub gubernio Guardiani Aracœli permaneant. At hoc numquam statutum invenitur: Assertum enim decretum Toletanum de anno 1648. *post tres dies* dicebat, & ipsum per vivæ vocis oraculum Innocentii Decimi effectu caruit. Allegat Compilator in margine Breve Urbani Octavi; sed præterquam quod illud etiam *post tres dies* ajebat, debebat scire fuisse declaratum subreptitium, ut authenticè constat ex regestis Ordinis, quæ, ad intrudendam rem numquam admissam, examinanda erant. Allegat etiam in margine decretum Sac. Congregationis de anno 1648., sed ubi tale decretum sit, ignoratur. Certè in Regestis Ordinis non est, si forte in illo suprarelato interregno Officialium Curiæ, propriis Officialibus absentibus, & substitutis dissimulantibus, aliquod decretum subreptitiè obtentum est, ipsum Religioni non fuit intimatum; alioquin in Regestis Ordinis inveniretur. Deindè, quod Forenses sint subjecti Officialibus Curiæ, & quod post octo dies permaneant sub gubernio Guardiani, & quod toto tempore, quo Romæ permanserint, teneantur petere licentiam à Guardiano, & etiam ab Officiali Curiæ, indigesta sunt, & malè composita: si enim toto tempore, quo Romæ permanent, utramque licentiam pro egressu domus sine nota Apostasiæ obtinere tenentur, toto illo tempore erunt & Guardiano, & Officiali Curiæ immediatè subjecti. Quorsum ergo illa, *sed post octo dies sub gubernio Guardiani permanebunt?* aut quousque extenditur illud -- *eruntque iis* (idest Officialibus Curiæ) *subjecti?* His prænotatis, procedimus ad declarandum, quod in præsenti ex subsistentibus statutis, & decretis tenendum, & observandum est.

Sequuntur declarationes.

I. Declaramus igitur sequentia: Primum Officiales Curiæ Romanæ, nempè Procuratorem, & Commissarium respectivè habere Iurisdictionem immediatam, privativè ad Provincialem Romanum, & Guardianum Aracœli, in omnes fratres Apostatas aliarum Provinciarum à Romana, & Reformatis Cismontanis, Romam advenientes, à tempore, quo se præsentaverint, vel Romæ capti fuerint, ita ut ad prædictos Officiales respectivè pertineat ipsos incarcerare, absolvere, & correptos ad suas Provincias mittere. Ità habetur in omnibus statutis generalibus supracitatis, quod sine contradictione ab immemorabili observatum est. Tenentur autem prædicti Officiales quam primum, post aliquam incarcerationem (quæ in praxi est trium dierum, nisi aliter gravitas Apostasiæ, aut de novo commissa culpa exposcat) ipsos cum litteris obedientialibus ad proprias Provincias mittere, nec possunt ad alias eosdem destinare, nec in Conventu Aracœlitano retinere quovis prætextu, cum ista omnia in ipsis statutis sint illis prohibita.

II. Secundum Officiales Curiæ posse, & debere Apostatas prædictos suæ Familiæ respectivè absolvere solemniter in communitate Refectorii primæ, aut secundæ mensæ, pro suo libito, etiamsi Guardianus Conventus, aut etiam Provincialis eidem Communitati intersit. Constat, quia ex prædictis statutis ipsismet Officialibus, ut immediatè Prælatis, committitur absolutio præfatorum Apostatarum. At ex eisdem statutis tit. *de Apostatis*, cum redeunt ad Ordinem, seu obedientiam, Apostatæ debent in Communitate fratrum solemniter absolvi, & sine Caputio in publico Refectorio in pane, & aqua jejunare. Possunt igitur, & debent hoc præstare Officiales Curiæ quibuscumque præsentibus. Nec per hoc tollitur aliqua auctoritas Provinciali, aut Guardiano, quia ipsi nullam habent in Apostatas prædictos: & sicut Guardianus exercet suam jurisdictionem in fratres suæ familiæ coràm Forensibus, & Officialibus Curiæ, qui non sunt subditi sui, ita Officiales possunt exercere suam in Apostatas coràm Guardiano, & fratribus suæ familiæ, & si ipsis non subjiciantur. Hoc planè supposuerunt statuta Neapolitana de anno 1690. cum singulis Prælatis, in fratres in Conventu Aracœli commorantes, immediatam jurisdictionem habentibus, dies, pro corrigendis suis respectivè subditis, distribuit, & consignavit.

III. Tertium, Officiales Curiæ respectivè habere Jurisdictionem ordinariam immediatam in omnes fratres Forenses aliarum Provinciarum ab Observante Romana, & Reformatis Cismontanis, Romam accedentes cum legitima licentia, privativè ad Provincialem Romanum, & Guardianum Aracœli, pro toto tempore, quo prædicti Forenses Romæ permanserint. Hæc enim est Jurisdictio, quæ ab unione Observantium ortum habens, in Congregatione Generali Neapolitana de anno 1642. confirmata, per tot contradictiones prænarratas, ad præsens usque tempus in sua possessione permansit. Eam enim supposuerunt finalia in litibus decreta, sivè Protectorum, sivè Congregationum, ut ex ipsis patet. Assertum autem statutum Toletanum de anno 1645. præter ipsi oppositas nullitates, per vivæ vocis oraculum sa: mem: Innocentii X. omninò effectu est evacuatum.

IV. Quartum, ad Officiales Curiæ respectivè pertinere, adhuc privativè ad Provincialem Romanum, & Guardianum Aracœli, corrigere prædictos Forenses pro excessibus, & defectibus, quos Romæ commiserint, sivè in Conventu, sivè extrà illum. Constat ex Constitutionibus Generalibus subsistentibus. Nam licet Messanensibus de anno 1532. hæc facultas etiam concedatur Guardiano Aracœli, tamen quoad hoc punctum in Neapolitanis de anno 1590., Vallisolet. de anno 1593. Tolet. de anno 1633. Roman. de anno 1642. Messan. revocata fuit, dum tota Jurisdictio in Forenses in omnibus, & per omnia conceditur Officialibus Curiæ, excludendo in ultimis expressè Provincialem, & Guardianum Aracœli. Advertendum tamen est, quod si forte aliquis Forensis Romæ committeret aliquod grave crimen, propter quod gravi pœna per Sententiam puniendus esset, tunc Officialis Curiæ respectivè tantùm posset instruere Processum, & recludere Reum, si timeretur fuga; non tamen Sententiam ferre, sed hæc deberet remitti proferenda Reverendissimo Prælato Generali in Familia Cismontana existenti: quia cum in nostris Constitutionibus similes Sententiæ, nec Provincialibus committantur, sed integro Diffinitorio reserventur, consequens est idem servandum esse ab Officialibus Curiæ; & cum Diffinitorium non habeant, ad Prælatum Generalem Sententiam esse remittendam.

V. Quintum, omnes Forenses Sacerdotes teneri celebrare Missæ Sacrificium singulis diebus pro intentione Guardiani Aracœli in Ecclesia Conventus, vel in aliis, prout sibi ab ipso Guardiano, vel Præside Conventus fuerit ordinatum: Teneri etiam ad Funera, & Processiones accedere ad præscriptum ejus. Ità enim usu receptum est, & omninò observandum; ut in decretis suprapositis fuit declaratum. Estque valdè rationi congruum, ut quandoquidem

Elec-

Digitized by Google

Eleemosynis Conventus alantur, eidem suis Ministeriis pro ipsis acquirendis inserviant. Advertendum etiam, quod si aliquis Apostata, vel graviter Delinquens ex Ultramontanis (exposcente id culpa) notabiliter plus solito detineatur in Carcere, Procurator, vel Commissarius Ultramontanus tenetur monere suum Provincialem, ut juxta Congregationis Generalis Toletanæ Constitutionem de anno 1673. tot Missas pro intentione Guardiani Aracœli applicet, quot diebus in Carcere ultrà solitum detentus fuit. Et idem fieri convenit, si aliquis Laicus pro negotiis Provinciæ alicujus, ad Romanam Curiam fuerit missus.

VI. Sextum, teneri prædictos Forenses assistere Choro, & cæteris Communitatibus die, noctuque, prout expeditio negotiorum permiserit, juxtà judicium Procuratoris, aut Commissarii respectivè. Isti enim cum sciant negotia, propter quæ singuli Forenses Romæ assistunt, cum debeant ipsis communicari, juxtà statuta, possunt judicium hoc congruè formare, & secundum illud quemlibet eorum de sua obligatione monere. Hæc enim obligatio constat ex omnibus Ordinis statutis, quibus Hospitibus injungitur, ut post tres dies sui accessus, Communitates omnes Conventus, in quo hospitantur, sequantur.

VII. Septimum, teneri omnes Forenses, sub pœna Apostasiæ, non egredi ex Conventu sine licentia petita, & obtenta à Procuratore, vel Commissario Curiæ respectivè. Officiales autem ipsi tenentur assignare illis Socium ex eisdemmet Forensibus, juxtà qualitatem unius, & alterius pro boni exempli securitate. Quod si Officiales non invenerint ex Forensibus Socium assignandum, ut oportet, possint mittere ad Guardianum Conventus, ut ab eo petant Socium ex sua Familia. Et in hoc sensu declaramus observandum statutum Toletanum de anno 1658., ut non possint Forenses egredi è Conventu sine licentia utriusque, nempè Officialis Curiæ, & Guardiani, scilicet quando Forenses egressuri sunt cum Fratre Socio de Familia Conventus.

VIII. Octavum, Officiales Curiæ teneri in Conscientia non retinere in Curia Forenses Fratres ultra tempus præscriptum. Hoc tempus potest esse, vel assignatum à Prælato Generali in literis licentiæ, vel concessum ab aliquo Tribunali Curiæ, vel Eminentissimo Protectore, vel illud, quod Constitutiones Generales Ordinis concedunt, nempè tres dies pro advenientibus devotionis causa, octo pro advenientibus ad negotia, cum facultate extendendi hunc terminum pro negotii qualitate. Juxtà has itaque temporis præscriptiones debent Officiales prudenti judicio Forenses emittere Roma, imò & compellere, ut egrediantur, quia in hoc Executores sunt ordinum Superiorum, & Constitutionum, nec possunt ultrà id, quod sibi præscribitur, licentias extendere.

IX. Nonum, Officiales Curiæ teneri in Conscientia invigilare supra modum Regularem vivendi omnium Forensium sibi subjectorum. V. G. si aliquod scandalum tribuant, si pecunias manibus propriis contrectant, si in Cauponas, aut Domos suspectas, aut indecentes ingrediantur, si sint defectuosi in assistendo Choro, & Communitatibus, juxtà quod ipsis est præscriptum, si Missas secundum priùs dicta celebrent; & circa hoc informari tum ab aliis Patribus suæ confidentiæ, tum à Guardiano, & Vicario Conventus, & pariter teneri defectuosos, juxtà qualitatem culpæ, corrigere, & punire. Hoc manifestè constat ex ratione Prælaturæ, quam habent in Forenses; Si enim sunt Prælati immediati prædictorum Fratrum, de illorum vita, & moribus exterioribus rationem habere, & reddere tenentur. Sanè indecorum esset, si viri adeo graves, pro majoribus Ordinis negotiis electi, & selecti in cura Animarum sibi creditarum deficerent.

Decimum, Prælatos Generales, quorum prædicti Officiales Curiæ sunt Subditi, teneri in Visitationibus Conventus Aracœlitani inquirere specialiter de modo, quo Officiales ipsi se gerunt, in gubernandis Forensibus, & eos corrigere, si in præmissis defectuosos invenerint. Et hinc Guardiani Aracœlitani debent cessare à tot scandalosis litibus tum intrà, tùm extra Religionem, super hac Jurisdictione. Si enim ex zelo honoris, & boni Religionis moventur, medium, ac remedium facile, & certè efficax erit, Prælatum Generalem monere, ut ipse compellat Officiales ad sui muneris, & obligationis plenam observantiam, sicut fit, quando alii Prælati inferiores à sua obligatione deficiunt.

Quæ omnia, ut præmissa sunt, juxtà ordinis statuta declaramus, atque adeò ab omnibus, ad quos spectat, observanda præcipimus. Datum Romæ in nostro Conventu Aracœli, die 23. Januarii anno 1680.

Fr. Joseph Minister Generalis.

Loco ✠ Sigilli.

De mandato Reverendissimæ Paternitatis Suæ.
Fr. Hieronymus Sos. Secretarius Gen. Ordinis.

Concordat cum suo originali: In cujus fidem &c.
Fr. Petrus Argenao Secretarius Generalis Curiæ &c.

Archiepiscopus Neapolitanus proposuit Sacr. Congr. Concilii sequentia dubia super Monasteriis Monialium, quæ subsunt Regularium Iurisdictioni.

1. „ AN electionibus Abbatissarum, una cum „ Vicario Generali, interesse possit etiam „ Notarius Archiepiscopalis?

2. „ An dicta electio facta absque interessentia „ Vicarii, & Notarii, sit contr. Const. præfatam, „ ac propterea nulla?

Ad utrumque Sac. Congr. &c. sub die 4. Maji 1675. respondit *Negativè*.

Eadem dubia proposita quoque fuerunt memoratæ Congr. Concilii in *Tyburtina* 26. Aprilis 1727., super quibus responsum ut supra. Addito verò tertio Dubio, scilicet: *An saltem dictus Cancellarius durante scrutinio permanere possit intra Ecclesiam, in casu &c.*? Responsum fuit: *Nec Cancellarium, nec Fratres, exceptis superiore, & scrutatoribus permanere posse intra Ecclesiam.*

Pro parte Procuratoris Generalis Min. Observ. Sancti Francisci expositum fuit apud Sacr. Rituum Congregationem, quod in nonnullis Conventibus suæ Religionis vigent lites inter Parochos, & suos Religiosos, occasione associandi cadavera defunctorum, ideoque ad evitandas dissensiones, & scandala, quæ in futurum oriri possent, idem Procurator supplicavit pro extensione resolutionum super infrascriptis dubiis emanatarum, in una Senogallien. die 12. Junii proximi præteriti, etiam ad prædictos suos Conventus: Et eadem Sacr. Congregatio petitam extensionem benignè concessit, & dubia resoluta sunt, ut infra, videlicet:

I. „ An hæredes Defunctorum sint cogendi ad „ retinendum domi cadavera usque ad tempus illa „ sepelienda? An vero eisdem hæredibus liceat pro „ libito asportare dicta Cadavera e propriis domibus ad quamcumque aliam Ecclesiam, per modum „ depositi, usque ad horam illa tumulandi, etiamsi

se-

Digitized by Google

,, sepelienda essent in Ecclesiis Regularium, non ob-
,, stante dissensu Parochi, seu prohibitione ab eodem
,, facta, uti Vicario Foraneo?
II. ,, An illatis cadaveribus private ab hæredibus
,, ad aliquam tertiam Ecclesiam per modum depo-
,, siti, Regulares convenire, & congregari debeant
,, in dicta tertia Ecclesia, aut in Parochiali, ad ef-
,, fectum illa associandi ad Ecclesiam, ubi sunt tu-
,, mulanda.
III. ,, An Cadavera sepelienda in Ecclesiis Regula-
,, rium, antequam ad eorum Ecclesiam deferantur,
,, debeant priùs asportari ad Parochialem, & in ea
,, permanere per aliquod tempus?
IV. ,, An Regulares possint cogi ad associanda
,, cadavera in eorum Ecclesiis tumulanda? An verò
,, possint expectare in dictis propriis eorum Eccle-
,, siis? Et, an in casu, quo Regulares non acce-
,, dant ad associandum dicta Cadavera, emittere de-
,, beant intortitia, uti Parochus prætendit?
V. ,, An Parochus teneatur associare cadavera in
,, Ecclesiis Regularium sepelienda, usque ad Januas
,, ejusdem Ecclesiæ, etiam ipsis Regularibus non
,, associantibus? Et an Parocho associanti liceat in-
,, gredi Ecclesias Regularium cum Stola, & Cruce?
VI. ,, An si Parochus requisitus, intervenire re-
,, cuset funeralibus defunctorum in Ecclesiis Regu-
,, larium sepeliendorum, possint hæredes, imo, &
,, ipsi Regulares asportare cadavera ad Ecclesiam
,, Sepulturæ electæ, Parocho non interveniente, ac
,, prædicti Regulares eadem Cadavera sepulturæ tra-
,, dere? Et an Parochus in funeralibus dictorum
,, defunctorum majorem eleemosynam solito præ-
,, tendere possit?

Ad primum. ,, Sacra Congregatio respondit:
,, quoad tempus humationis cadaverum servandam
,, esse Synodum. Et in reliquis petita, & etiam
,, non obtenta licentia, posse Cadavera deponi ar-
,, bitrio hæredum in qualibet Ecclesia, usque ad tem-
,, pus illa Processionaliter deferendi ad Ecclesiam
,, sepulturæ.

Ad secundum. ,, Sacra Congregatio inhærendo
,, aliis decretis respondit; Regulares debere con-
,, gregari in illa Ecclesia tertia, ubi Cadaver fuit
,, depositum, ut supra.

Ad tertium. Sacra Congregatio respondit nega-
,, tivè.

Ad quartum. Sacra Congregatio respondit, Re-
,, gulares non posse cogi ad exeundum a propriis
,, Ecclesiis, ad effectum associandi cadavera in eisdem
,, sepelienda, sed sufficere, quod illa expectent ad
,, Januas; Quo verò ad Intortitia remisit Causam
,, ad Judices suos.

Ad quintum. Sacra Congregatio respondit Pa-
,, rochum teneri associare cadavera in Ecclesiis Re-
,, gularium sepelienda; Quo verò ad ingressum Pa-
,, rochi cum Stola, & Cruce, distulit resolutionem.

Ad sextum. Sacra Congregatio respondit, vo-
,, cato Parocho, & ipso renuente intervenire, vel
,, alterum mittere, tunc Regularibus licere absque
,, Parocho deferre cadavera in eorum Ecclesiis se-
,, pelienda; quo verò ad emolumenta per Parochum
,, prætensa, nihil dandum ultra solitum. Et ita
,, denuo declaravit, & servari mandavit. Hac die 23.
,, Julii 1675.

Decretum Sac. Congr. Indulgent.

,, Cum a Sacra Cong. Indulgentiis, sacrisque
,, Reliquiis præposita, Cameracensis Archiepiscopus
,, quæsivisset, quæ vis, & sententia clausulæ, quæ
,, hodie Brevibus Indulgentiarum apponi solet, *Vo-*
,, *lumus autem, ut si aliis Christifidelibus dictam*
,, *Ecclesiam qualibet anni die visitantibus aliqua*
,, *alia Indulgentia perpetua, vel ad tempus nondum*
,, *elapsum, duratura, concessa fuerit, præsentes*
,, *litteræ nullæ sint:* - Sacra Congr. re diligentius
,, examinata, Clausulam sic explicandam censuit, si
,, videbitur Sanctiss. D. Nostro. - Ea minime con-
,, tineri Altaria Privilegiata pro Defunctis, neque
,, Indulgentias aut certo personarum generi conces-
,, sas, ut Confraternitati, Regularibus, & Capitulo:
,, aut certum pium opus in ipsa Ecclesia peragenti-
,, bus, ut Litanias, aliasque hujusmodi preces reci-
,, tantibus; ac iis, qui Christiana Doctrina eru-
,, diuntur, vel alios erudiunt, & qui Sanctis Eu-
,, charistiæ Sacramenti expositioni cum Oratione
,, quadraginta horarum intersunt; neque Stationum
,, Urbis, & septem Altarium Indulgentias, instar
,, septem Altarium Basilicæ Vaticanæ concessas; ne-
,, que demùm quæ pro unica vice conceduntur.
,, Cæterum si alia Indulgentia, sive plenaria, sive
,, non plenaria, in perpetuum, vel ad tempus, tum
,, ab eodem, tum ab alio Romano Pontifice, ge-
,, neratim Christifidelibus Ecclesiam, vel aliquod
,, ejus Altare, seu Cappellam visitantibus, eodem
,, anni die, vel diverso, concessa fuerit, de qua
,, non fiat in literis Apostolicis mentio, has literas,
,, ob adjectam Clausulam, esse prorsus irritas, ac
,, nullas. Datum die 23. Junii 1676.
,, De his autem facta relatione ad Sanctiss. D. N.
,, die 16. Martii 1677. sententiam Congregationis
,, approbavit.

Card. Maximus. Michaelangelus Riccus Secretar.

Decernitur, quod ad recipiendum Conventum suppres-
sum alterius Religionis, debeant audiri
Regulares in loco præexistentes.

FRatres Reformati Ordinis S. Francisci Provinciæ Tusciæ obtinuerunt ex benignitate Eminentissimi Cardinalis Commendatarii Abbatiæ Sancti Joannis Baptistæ, Conventum, & Ecclesiam, aliàs Congregationis Fratrum Jesuatorum suppressæ, intra mœnia Civitatis Florentiæ existentem, cum obligatione tamen adimplendi omnia onera Missarum, & Anniversariorum, eidem Ecclesiæ annexa; In quem Conventum iidem Fratres Reformati eorum antiquum Hospitium transferre, seu potiùs novum Conventum erigere intendebant: Contradicentibus ad id cæteris Mendicantibus, qui ex hujusmodi translatione, seu novi Conventus erectione, non leve sibi præjudicium inferri præsumebant; quare delata hujusmodi controversia ad Sac. Congregationem negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositam.

,, Eadem Congregatio, utriusque Partis rationibus
,, mature examinatis, referente Eminentissimo Card.
,, Columna, declaravit, atque decrevit, non esse
,, locum hujusmodi translationi, seu novi Conven-
,, tus erectioni; & dictos Fratres Reformatos di-
,, mittere debere præfatum Conventum noviter acqui-
,, situm, & ad eorum antiquum Hospitium redire,
,, in eoque permanere, servata ejusdem Hospitii
,, forma: Quæ omnia, ut executioni fideliter de-
,, mandentur, censuit remittendum, prout præsen-
,, tis Decreti tenore, remittit Eminentis. Arch. Flo-
,, rentino, ut cum facultatibus ejusdem Sac. Con-
,, greg. dictos Fratres Reformatos ad eorum obser-
,, vantiam compellat, contrariis quibuscumque non
,, obstantibus, &c. Romæ 26. Martii 1677.

Dubia proposita Sac. Congreg. Concilii.

Primo. ,, An Regularibus missis ad crates Monia-

Digitized by Google

„ lium pro munere prædicationis obeundo, prohibi- „ tum sit sub peccato mortali, censuris, & pœ- „ nis &c. immediatè post cum ipsis Monialibus, „ absque expressa licentia ad colloquendum, immi- „ scere sermones cum quæstionibus, vel dubiis spi- „ ritualibus, aut materiis ipsius Concionis?

Secundo. „ An talis prohibitio intelligatur, „ tam de collocutione cum aliquibus Monialibus, „ quam cum una tantum (omnibus tamen aliis au- „ dientibus) immediate post Concionem? Die 21. „ Maii 1678. Sac. Congreg. ad utrumq. respondit „ *Affirmativè*.

Ampurien. Præcedentia.

CUm in Sardiniæ Regno in Oppido Nullui Ampuriens diœc. Patres Cappuccini, ex eo, quod paulò antiquiorem haberent in loco Conventum, præcedentiam super Observantes sibi deberi prætenderent, causa ad Sac. Rit. Congregationem deducta, diuque, & acriter disputata, Partibus, & verbo, & scripto vividè Informantibus, ex motivis in decreto videndis, ad favorem Observantium fuit decisa: non tamen, ut pro illo solo controversiæ loco, sed generaliter, ut pro universo Observantiæ Corpore decisio ipsa deserviret; unde plurimis, quæ ex pari causa possent oriri, litibus finis imponatur. Decreti tenorem exhibeo.

Decretum Sacræ Congregationis Rituum super controversiam causæ Ampuriensis præcedentiæ in Processionibus inter Fratres Minores Observantes, & Cappucinos. Ampuriensis Præcedentiæ.

FActa relatione per Eminentissimum Dominum Cardinalem Sabellum Ponentem causæ Ampuriensis Præcedentiæ in Sacra Rituum Congregatione de controversia super præcedentia in Processionibus vertente inter Fratres Minores Observantes ex una, & Cappucinos Parte ex altera, habentes ambos Conventum in Oppido *de Nullui* in Sardinia Ampuriensis Diœcesis, & eadem Sacra Congregatio, auditis hinc inde Partibus in voce, & in scriptis pluries informantibus, & præcipuè pro parte Minorum Observantium, declaravit, præcedentiam deberi Fratribus Observantibus Minorum, ex quo Observantes sunt priores in ordine qualitatis, & approbationis Apostolicæ, & Cappucini, licet priores in fundatione per quatuor annos in eodem loco, sunt tamen filiales ex eadem Religione Observantium, & longè posteriores in approbatione Apostolica, quo casu non intrat Bulla Gregoriana de anterioritate Conventus in eodem loco: & ita decrevit, & servari mandavit, die 26. Nov. 1678.

G. Cardinalis Carpineus.

Locus ✠ Sigilli.

Bernardinus Casalius Sac. Rit. Cong. Secret.

CUm ad Universum Observantiæ Corpus hæc causa pertineat, optimum censuit Pater Joseph Copons Procurator Generalis Ordinis in Curia, ut præfatum Sac. Rit. Congregationis Decretum Apostolico Brevi confirmaretur; quod & obtinuit, ut sequitur.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

NUper à Congregatione Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus præpositorum emanavit Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet. Facta relatione per Eminentissimum Dominum Cardinalem Sabellum Ponentem Causæ Ampuriensis præcedentiæ in Sacra Rituum Congregatione de controversia super præcedentia in Processionibus vertente inter Fratres Minores Observantes ex una, & Cappucinos Parte ex altera habentes ambos Conventum in Oppido *de Nullui* in Sardinia Ampuriensis Diœcesis, & eadem Sacra Congregatio, auditis hinc inde partibus in voce, & in scriptis pluries informantibus, & præcipue pro parte Minorum Observantium, declaravit, præcedentiam deberi Fratribus Minoribus Observantibus, ex quo Observantes sunt priores in ordine qualitatis, & Approbationis Apostolicæ, & Cappucini licet priores in fundatione per quatuor annos in eodem loco, sunt tamen filiales ex eadem Religione Observantium, & longè posteriores in approbatione Apostolica, quo casu non intrat Bulla Gregoriana de anterioritate Conventus in eodem loco, & ita decrevit, & servari mandavit. Die 26. Nov. 1678.

G. Cardinalis Capineus.

Locus ✠ Sigilli.

Bernardinus Casalius Sac. Rit. Congr. Sec.

CUm autem, sicut dilectus Filius Josephus de Copons Procurator Generalis Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum, Nobis subinde exponi fecit, ipsum Decretum hujusmodi, quo firmius subsistat, Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri summoperè desideret. Nos ipsum Iosephum Procuratorem Generalem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium duntaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præinsertum auctoritate Apostolica, tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, salva tamen semper in præmissis auctoritate memoratæ Congregationis Cardinalium; Decernentes, easdem præsentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere; ac illos, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, in omnibus, & per omnia plenissimè suffragari, sicque in præmissis per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum &c. Romæ apud

San-

Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die 16. Ianuarii 1679. Pontificatus nostri anno tertio.

Loco ✠ Sigilli.

I. G. Slusius.

Cum verò Patres Cappucini decisioni antedictæ non acquiescerent, allegantes, se ad sufficientiam in causæ disputatione non fuisse auditos, evicerunt tandem, ut ad alleganda potiora, si quæ in sui favorem haberent, jura, iterum proposita causa, possent in Sacra Congregatione audiri. Scripserunt ad eorum defensionem applicatione tota, summoque studio, ac subtilitate præcipui ex Urbe Jurisperiti. Scripserunt etiam pro suorum conservatione Jurium Observantes, cum hæc materia potissimum ex pleniori nostræ Religionis historiarum cognitione dependeret, ut in Regesto 9. Curiæ Ultramontanæ potest ex integro videri. Tandem Eminentissimi Patres de omnibus ab utraque Parte plenissimè informati, prænotatam sententiam novo Decreto censuerunt esse confirmandam, ut sequitur.

Decretum Sac. Rituum Congregationis.

Iterum per Eminentissimum, & Reverendissimum Dominum Cardinalem Sabellum proposita causa Ampuriensis Præcedentiæ ad instantiam Patrum Cappucinorum Oppidi *Nului* in Sardinia, contra Patres Minores Observantes de Familia ejusdem loci: Sacra Rituum Congregatio, audita utraque Parte in voce, & in scriptis plene informante, visisque Juribus hinc indè deductis, illisque maturè discussis, censuit standum esse in decisis, Sub die 26. Novembris 1678. nempè præcedentiam deberi Fratribus Minoribus Observantibus, & ita decrevit die 24. Februarii 1680.

Cæsar Cardinalis Fachenettus.

Locus ✠ Sigilli.

Bernardinus Casalius Sac. Rit. Congr. Sec.

Confirmantur quædam Decreta Capitulorum Fratrum S. Francisci strictioris Observantiæ, Provinciæ Sancti Petri de Alcantara, in Hispania, a Sacra Congregatione approbata, nec non aliud Card. Protectoris pro eorum Decretorum executione.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Nuper pro parte dilecti Filii Ferdinandi de Villadiego, & Peralta Fratris expresse professi, & in Romana Curia Procuratoris Provinciæ Sancti Petri de Alcantara in Hispania Fratrum Minorum Ordinis Sancti Francisci strictioris Observantiæ, sive Discalceatorum nuncupatorum, nomine dictæ Provinciæ Congregationi Ven. Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositæ exposito, quod in quodam libro Actorum, & Decretorum Capitulorum Provincialium, Congregationum intermediarum, & coaduuationum particularium Deffinitorii præfatæ Provinciæ, aderat Decretum Capituli Provincialis in Conventu Granaten. S. Antonii Patavini, die 20. Octobris 1663. celebrati fol. 7. appositum, tenoris, qui sequitur, videlicet. Item totum Capitulum Provinciale decrevit, quod rescripta, seu Instrumenta authentica capitulationum, pactorum, seu concordiarum obtenta, vel futura cum Ecclesiasticis, sive cum Sæcularibus, ut robur, consistentiam, & firmitatem habeant, totius Definitorii auctoritate, & consensu exhibeantur coram Testibus, & sub Tabellionis publici, vel Notarii Apostolici subscriptione: quælibet autem Instrumenta, quæ cum eadem solemnitate, & per solum Ministrum Provincialem fuerint exhibita, etiamsi ipse Minister Provincialis testetur se ad hoc habuisse consensum unanimem totius Definitorii, nullius roboris, validitatis, & subsistentiæ sint - Frater Gaspar Garcia Minister Provincialis - F. Franciscus de Morales Pater, & Definitor - F. Andreas de Alarcon Custos - F. Ildephonsus de Monte Allegre Definitor - F. Salvator de Roblas Definitor - F. Didacus Perez Definitor. Ac similiter in præfato libro fol. 160. reperiebatur aliud Decretum, die 27. Februarii 1680. editum, tenoris sequentis, videlicet: In ipsa supra relata die 23. Februarii 1680. finas Definitorium conferens Capitulares Sessiones, in hac novissima, subsequens Decretum, seu statutum condidit. Cum ex libro Capitulari hujus Provinciæ pag. 17. constet, quod Capitulum Provinciale in hoc Granatensi Conventu D Antonii Patavini, die 20. Octobris 1663. celebratum, decrevisset, quod Patentes, & authenticæ literæ Capitulorum, vel concordiarum, sive cum Ecclesiasticis, sive cum Sæcularibus, ut firmitatem, & subsistentiam habeant, Diffinitorio pleno, nemine discrepante, & unanimiter consentiente, firmentur, & cum solemnitate Juris authentice subscribantur; si autem Instrumenta præfata, quantumvis authentica, solum Ministri Provincialis placito, juramento, & subscriptione afficiantur, licet ipse testetur totum Definitorium erga prædicta suum Consensum præstasse, irrita sint, & invalida: quare Instrumenta hujusmodi, ne unquam valeant obstare nostræ juri Provinciæ, cujus præsens, & antiqua Sanctio, seu Constitutio recta, idoneaque videtur ad Inconvenientia, quæ ex opposito possunt oriri, procul releganda, & ita peroptans Definitorium prædictum hanc rectam, idoneamque constitutionem, seu determinationem, omnimoda subsistere firmitate, ne unquam illa pacta Concordiæ, seu Capitulationes præfatæ absque matura, & necessaria deliberatione, consilioque sufficienti solemniter, & authentice fiant, decrevit, quod tam hujus sanctionis, seu determinationis a præsenti Definitorio factæ, quam alterius a toto Capitulo Provinciali exhibitæ, demandentur exempla, seu integra transumpta, & a Tabellione publico, vel Notario Apostolico subscripta, & ita præsentari coram Sac. Episcoporum, & Regularium Congregatione, ipsius confirmationem efflagitando; qua obtenta, exponatur suppliciter cum præmissis Sanctæ Sedi Apostolicæ, ad roborationis effectum obtinendæ, ut omnia præmissa communita patrocinio Apostolicæ Confirmationis subsistant firmius, & serventur exactius, quo tam hæc ultima sessio, quam hujus reliquæ intermedii Capituli finitæ fuere, ac propriis subscriptæ manibus eodem die, mense, & anno ut supra - F. Petrus de Cordova Lector Sacræ Theologiæ, Minister Provincialis - F. Ildefonsus de Segura Pater, & Definitor - F. Salvator Aguayo Pater, & Definitor - F. Franciscus Lopez Custos, & Sacræ Theologiæ Lector - F. Antonius Albertus Definitor - F. Antonius de Matamoros, Definitor.

§. 1. Et proinde, pro parte d. Ferdinandi Procuratoris præfatæ Congregationi Cardinalium supplicato,

to, ut Decreta Provincialia hujusmodi confirmaret: eadem Congregatio Cardinalium per suum Decretum die vi. Septembris proxime præteriti emanatum, attenta super præmissis relatione Ven. Fratris nostri Alderani Episcopi Tusculan. ejusdem S. R. E. Cardinalis Cybo nuncupati, Ordinis præfati apud Nos, & Sedem Apostolicam Protectoris, petitam confirmationem Provinciæ prædictæ benignè concessit, illiusque executionem, & observantiam arbitrio, & prudentiæ ejusdem Alderani Episcopi Cardinalis, & Protectori remisit; qui subinde auctoritate sibi per prædictam Congregationem Cardinalium attributa, Decretum edidit tenoris, qui sequitur, videlicet: Alderanus Episcopus Tusculanus S. R. E. Cardinalis Cybo, Seraphici Ordinis S. Francisci apud Sanctam Sedem Protector. Ex quo Sacræ Congregationi Episcoporum, & Regularium placuit retroscripta Decreta Provincialia approbare, & confirmare, eorumque executionem, & observantiam Protectioni nostræ committere: Nos ejusdem Sacræ Congregationis auctoritate modernis, & pro tempore existentibus Superioribus præfatæ Provinciæ districtè præcipimus, & mandamus, quatenus supradicta Decreta, illorumque tenorem perpetuis futuris temporibus fideliter observent, & exequantur, ac ab omnibus aliis observari, & exequi faciant, nec illa sub quocumque prætextu infringere, mutare, aut etiam diversimode interpretari, Nobis, & pro tempore existente Ordinis Protectore inconsultis, audeant, & præsumant, seu ab aliis mutari, infringi, aut diversa interpretatione retorqueri permittant; sub pœnis, adversus contra facientes, privationis officiorum, vocis activæ, & passivæ, aliisque arbitrio nostro, & pro tempore existentis Protectoris infligendis; non obstantibus quibuscumque &c. Romæ die 11. Septembris 1680.

A. Cardinalis Cybo Protector.

Jo. Baptista Rusca &c.

§. 2. Cum autem, sicut præfatus Ferdinandus Procurator Nobis postmodum exponi fecit, ipse præmissa, quo firmius subsistant, & serventur exactius, Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri summoperè desideret: Nos ipsius Ferdinandi Procuratoris votis hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, præinserta duo Decreta Provincialia a memorata Cardinalium Congregatione, ut præfertur, confirmata, nec non, pro eorum executione, & observantia, emanatum à præfato Alderano Episcopo, & Protectore Decretum itidem præinsertum, auctoritate Apostolica, tenore præsentium, approbamus, & confirmamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus.

§. 3. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit quandocumque, plenissime suffragari, & ab illis respectivè inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit, Provinciæ, & Ordinis præfatorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene; & sufficienter expressis, ac insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die xxv. Octobris 1680. Pontificatus nostri anno quinto.

Conceduntur Fratribus Oblatis Tertii Ordinis S. Francisci Provinciæ Franciæ, post decennium a Professione, jura omnia antiquorum Fratrum Laicorum.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

EXponi Nobis nuper fecerunt dilecti Filii Superiores Provinciæ Franciæ Tertii Ordinis Sancti Francisci, quod dudum fel. rec. Clem. PP. X. prædecessor noster, per quasdam suas in simili forma Brevis anno 1672. emanatas literas, pro bono Regimine Fratrum Oblatorum, seu Servientium, & Fratrum Laicorum Congregationis Gallicanæ dicti Ordinis, inter alia statuit, ut Fratres præfati tàm Oblati, quàm alii, qui ad statum Laicalem assumerentur, nullo unquam tempore suffragiorum jure gauderent, nisi in receptione Novitiorum ad professionem ejusdem cum eis status: verum earumdem literarum executio suspensa fuit per tres annos, quibus elapsis, Superiores dictæ Provinciæ Franciæ recursum ad eumdem Clementem Prædecessorem habuerunt, & ab eo alias pariter in forma Brevis die 28. Maii 1675. expeditas literas obtinuerunt, per quas omnibus Fratribus Oblatis, seu Servientibus, qui in eadem Provincia habitum Religionis, ante emanationem primodictarum literarum susceperant, juribus Fratrum Laicorum, juxta Ordinis prædicti Constitutiones, gaudendi privilegium indultum fuit, dummodo tamen per decennium in statu Oblatorum hujusmodi permanerent, & alias, prout in binis literis prædictis uberiùs dicitur contineri. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, Superiores prædicti, per hoc temporis spatium usque ad præsens, maximam in dicta Provincia tranquillitatem, & pacem ex concessione præfati indulti, illiusque observantia animadverterint, & hujusmodi praxim, pro conservanda inter Fratres quiete, observare peroptent: nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 1. Nos igitur eorumdem Superiorum votis, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt,

Digitized by Google

ftunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum consilio, ut omnes Fratres Oblati præfatæ Provinciæ Franciæ, tam de præsenti existentes, quam in posterum in eadem Provincia recipiendi, postquam tamen, completo novitiatus anno in suo Oblatorum statu per decennium remanserint, juribus antiquorum Fratrum Laicorum Congregationis Gallicanæ, & Ordinis præfatorum gaudere possint, auctoritate Apostolica, tenore præsentium statuimus, ac concedimus, & indulgemus.

§. 2. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari: sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus primodictis Clementis Prædecessoris literis, aliisque Ordinationibus, & Constitutionibus Apostolicis, & quatenus opus sit, Provinciæ præfatæ, & aliis quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis.

§. 3. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die xxvii. Augusti 1681. Pontificatus nostri anno quinto.

Pro erectione novi Seminarii Missionum in India.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

SAcrosancti Apostolatus Officium, quod inscrutabilis divinæ Sapientiæ, atque bonitatis altitudo humilitati nostræ, nullo licet meritorum nostrorum suffragio, imponere dignata est, salubriter exequi, adjuvante Domino, jugiter satagentes, illa, quæ è Superioribus Regularibus ad promovenda Religiosæ Observantiæ studia, procurandamque Infidelium ad veritatem Christianæ Religionis conversionem, ac ad salutarem fidelium in via Domini directionem piè, prudenterque constituta, atque ordinata esse noscuntur, ut firma semper, atque inviolata persistant, Apostolici roboris præsidio, cum id à Nobis petitur, libenter communimus, & aliàs desuper disponimus, sicut Personarum, locorum, & temporum qualitatibus maturè consideratis, ad Omnipotentis Dei gloriam, & animarum salutem, ac Religionis incrementum, conspicimus in Domino salubriter expedire. Exponi siquidem Nobis nuper fecit Dilectus filius Angelus de Zevallos Procurator Gen. Ord. Frat. Min. S. Franc. de Obs. nuncupatorum, quod dilectus etiam filius Josephus Ximenez Samaniego Minister Gen. Ord. prædicti Collegium, sive Seminarium Fratrum Missionariorum ejusdem Ord. in Indiis Occidentalibus, ad fidei Catholicæ dilatationem, instituendum esse existimans, de nonnullorum Fratrum doctrina, & virtute prædictorum consilio, Conventum Sanctæ Crucis de Gueretaro Provinciæ de Mechoacam in nova Hispania Ord. prædicti, ei rei duxit destinandum, ac proinde Dilecto Filio Antonio Linaz ejusdem Ord. professori suam Benedictionem, & facultatem concessit, ut eumdem Conventum sibi, suisque sociis, ad effectum in eo instituendi Collegium Missionariorum hujusmodi ab hac Sancta Sede petere valeret; & ad id suum consensum tribuit, ac sui Generalatus auctoritate prædictę Provincię de Mechoacam consensum, quantum poterat, supplevit, cum diversis conditionibus, & Ordinationibus, & aliàs prout plenius continetur in ipsius Iosephi Ministri Gen. literis patentibus desuper emanatis, tenoris, qui sequitur, videlicet.

Fr. Joseph Ximenez Samaniego totius Ord. Seraph. Patr. nostri Fran. Minister Gen. & Servus.

Dilecto Nobis in Christo Pr. Fr. Antonio Linaz ejusdem Ord. Sacrę Theologię Lectori Jubilato, & Sancti Officii Qualificatori, Provinciæ nostræ Sancti Petri, & Pauli de Mechoacam Custodi, Provinciæ verò nostræ Majoricensis alumno, salutem in Domino sempiternam.

CUm per Patres Promioistros, & Custodes ex Provinciis nostris Indiarum Occidentalium ad suffragandum in Capitulo Generali proximè celebrando, accedentes, ac præcipuè per te nobis innotuerit, messem adhuc multam apud Indos extare, Operarios autem paucos; atque idcirco Dominum messis deprecari oportere, ut mittat operarios in messem suam: Nos considerantes, Religionem nostram Fratrum Minorum, secundum gratiam Seraphico Institutori ex alto concessam, ob id potissimum ad vineam Domini vocatam, ut Apostolorum vestigia sequentes, euntes in mundum universum prædicarent Evangelium omni Creaturæ, fidelibus scilicet, ad morum reformationem, infidelibus verò, per sacrum regenerationis lavacrum ad veritatis Catholicæ agnitionem, & salutarem S. R. E. extra quam salus non est, obedientiam præstandam, sicuti per multa sæcula, Deo donante, in omni loco, & tempore, copioso per hujus Ord. Fratres profuso sanguine, optimo experimento didicimus, dolentesque nimium, quod Ingens adeo Indorum multitudo, etsi pretioso Christi Sanguine redempta, ex penuria tamen Ministrorum Evangelica luce orbata, ac infidelitatis tenebris obruta, beneficio tanto incassum accepto, per momenta singula miserabiliter pereat. Facultatem tibi concessimus, quatenus ex nostris Hispaniæ Provinciis viginti quatuor Religiosos seligeres morum integritate, literarum scientia, & salutis animarum zelo pollentes, qui hujusmodi iter tecum aggredi, & in pio adeo, atque proficuo Ministerio exerceri optarent. Legatum te eorumdem, Prælatum, & Commissarium nostrum Delegatum cum opportuna, & necessaria facultate constituentes, sicut in literis per Nos super hac re expeditis latius continetur, idcirco, ut exercitium hoc animarum saluti summè necessarium, Christianæ charitati, & institutioni conforme, in partibus Indiarum non solum inducatur, sed etiam radicetur, & promoveatur; Nobis, de aliquorum Patrum doctrina, & virtute præditorum consilio, opportunum, & congruentissimum

Digitized by Google

ssimum medium visum est, vobis concedere aliquem operi ipsi commodum Conventum, qui sit hujus sancti exercitii Schola, & Prædicatorum Missionariorum Seminarium, in quo spiritu, & doctrina Tyrones informentur, roborentur Veterani. Ad quem, post Missionum labores, temporibus ad ipsas non opportunis, pro viribus corporis, & spiritus reficiendis revertantur, & ex quo, obedientiæ merito, viribus corporis utcumque reassumptis, & novo spiritus fervore accepto, armati iterum in diversas plagas ad verbum Dei disseminandum prodeant. Et quia ad hæc omnia præstanda Conventus noster Sanctæ Crucis de Queretaro, Provinciæ de Mechoacam Regularis Observantiæ in nova Hispania, valdè commodus visus est, tum ob situs solitudinem, & à negotiis secularibus abstractionem, tum ob ipsius cum Infidelibus, quorum intuitu præcipuè erigitur, propinquitatem, ipsum prædicto effectui duximus consignandum; quod, ut indubitata authoritate, perpetua firmitate fiat, præsentium tenore tibi nostram paternam benedictionem, & facultatem concedimus, ut tamquam Ordinis nostri honorabile negotium, prædictum Conventum Sanctæ Crucis de Queretaro a Sancta Sede Apostolica tibi, & Fratribus sociis, pro prædicto effectu, petere valeas, ad quod nostrum tibi consensum tribuimus; & authoritate Ministri Gen. qua fungimur, bono communi Ordinis consulentes, prædictæ Provinciæ de Mechoacam consensum, in quantum possumus, supplemus. Hæc autem concedimus sub conditionibus, & ordinationibus sequentibus in prædicto Seminario omnino observandis, nisi aliter à prædicta Sancta Sede fuerit ordinatum.

Prima Conditio.

Quod prædictus Conventus in Seminarium erectus nullius Provinciæ sit, quantum ad regimen, & immediatè subsit Commissario Generali novæ Hispaniæ pro tempore existenti, habeatque commercium fraternitatis cum eadem nostra Provincia de Mechoacam, quantum ad suffragia pro defunctis Fratribus; ita ut Conventus ipse, & Fratres in eo commorantes, celebrent officia, & Missas, juxta Statuta Generalia, pro quolibet Fratre ejusdem Provinciæ Filio decedente, & vicissim à singulis Conventibus, & Fratribus Provinciæ eadem celebrentur pro quolibet Fratre prædicti Seminarii ubilibet moriente.

Secunda.

Ut in prædicto Seminario triginta tantum Fratres de Familia admitti possint, quin hic numerus valeat unquam augeri, ex quibus viginti sex sint Sacerdotes Missionarii, quatuor Religiosi sint Laici, pro Conventus servitio, & eleemosynarum collectione.

Tertia.

Quod electio Guardiani fiat à Commissario Generali novæ Hispaniæ, ax tribus ejusdem Seminarii Patribus, per secreta suffragia omnium Sacerdotum Professorum Communitatis, canonicè eligendis, & prædicto Commissario præsentandis. Guardianus autem per triennium tantum in officio durare poterit, & liberum erit Commissario præfato in dimidio triennii ipsum ab officio absolvere, si ipsi constiterit officio non satisfacere, habita informatione pro conscientia, sine strepitu judiciali, sicut fit in toto Ordine in Congregationibus intermediis.

Quarta.

Quòd in Seminario sint quatuor Discreti pro gravioribus ejus negotiis tractandis, qui semper erunt quatuor Missionarii in officio Missionis antiquiores, & in absentia cujuslibet, pro tempore absentiæ, alius prioribus, in antiquitate Missionarii immediatus, substituatur.

Quinta.

Quòd ex Guardiano, & Discretis unus ex Patribus Missionariis eligatur in Vicarium Seminarii, seu Præsidem in Communitatibus, & guberniο in absentia Guardiani, qui etiam, in casu mortis Guardiani, Conventum gubernabit usqua ad novi Guardiani electionem: tenebitur tamen, sub pœna privationis ipso facto sui officii, die octava à morte Guardiani, convocatis Patribus absentibus, qui intra illud tempus haberi poterunt, Communitatem pro præsentatione, ut supra, Commissario Generali novæ Hispaniæ facienda, congregare. In absentia Guardiani, & Vicarii antiquior Discretus in Communitatibus, & Seminario præsideat.

Sexta.

Quòd Guardianus cum consilio, assensu, & approbatione Discretorum possit recipere de Familia in prædictum Seminarium, juxta numerum præscriptum, Religiosos ex quacumque Indiarum Occidentalium Provincia, qui se Sancto Missionum exercitio tradere cupiant, dum tamen sint bonæ famæ, & integræ vitæ, sanæ, sufficientisque doctrinæ, & talis corporis valetudinis, ut peregrinationes, & labores Missionum valeant sustinere, quorum receptionem nullus inferior præfato Commissario Generali possit impedire. Ipsi autem sic recepti non poterunt, nisi post expletum in Seminario annum, ad Missiones admitti, nec suffragium in Communitatibus habere. Possit etiam Guardianus, de consilio Discretorum recipere, Fratres Laicos ex quacumque Provincia, qui sint devoti, probatę vitę, & omninò apti pro officiis in Seminario exercendis à Laicis, quorum pariter receptio à nullo alio inferiore præfato Commissario valeat impediri, sicut nec quòd in Hispaniam mittat pro Fratribus da novo aggregandis.

Septima.

Quòd Guardianus habeat facultatem recipiendi Novitios, dum tamen recipiendus, prꝫter qualitates in constitutionibus Apostolicis, & Ordinis requisitas, dederit probata signa specialis vocationis, habeatque supra vigesimum quartum ætatis annum, & talem litteraturam, ut accedentibus exercitiis Seminarii, in Missionum ministerio proficere possit, & valeat: quod constare debet per rigidum Discretorum examen, & eorum approbationem per suffragia secreta, sine qua Guardianus nullum possit ad habitum recipere. Novitii autem, intra numerum supra præfixum Fratrum Missionariorum, debent contineri; ita ut, eo completo, Guardianus nullum, nec professum, nec Novitium possit in Seminario admittere, quousqua, alio deficiente, locus intra numerum vacet.

Octa-

Octava .

Quod in dicto Seminario obſervetur puriſſime Regula Fratrum Minorum , tum quantum ad paupertatem in Communi , tum quantum ad pręcepta particularia de qualitate , & de numeeo veſtium, excalceatione , & jejunio , &c. & præcipuè de providendo neceſſitatibus Fratrum , tam in ægra , quam in ſana valetudine, juxta noſtrum ſtatum ; ita ut , omnes in Communi vivant , & nullo caſu alicui Fratri permittatur habere , nec apud Syndicum Apoſtolicum , nec apud amicum ſpiritualem , cujuſcumque ſit Dominii , eleemoſynam pecuniariam pro ſuix particularibus neceſſitatibus .

Nona .

Quod indiſpenſabiliter ſingulis diebus per duas integras horas vacent Orationi mentali ; alteram poſt Primam , alteram poſt Completorium . Officium autem Divinum dicant ſtatutis horis in Choro , ſine cantu tamen, propter ſtudium ordinarium, cum pauſa conducente ad devotionem , ſine affectatione divertente , cui , & Conventuali Miſſæ , cœteriſque Communitatibus omnes , nullo excepto , aſſiſtere , & intereſſe tenentur , & omnes à Guardiano incluſivè ſint ſucceſſivè Hebdomadarii .

Decima .

Quod ſingulis diebus habeant per duas horas lectiones , & Conferentias : per unam , poſt Conventualem Miſſam, de Idiomate Indorum , ad quos debent fieri Miſſiones ; per alteram, poſt Veſperas, de modo convertendi , cathechizandi , & inſtruendi Converſos . A lectionibus autem ipſis nullus poſſit excuſari , nec à reddenda ratione de materia lectionis , ſi interrogetur .

Undecima :

Quod Miſſionarii, tempore , quo in Seminario commorantur , pœnitentiam publicam in Refectorio faciant, ſi inventi fuerint per Conventum vagantes ; aut otiosè colloquentes , cum debeat hoc receſſus tempore, unuſquiſque in Cella Sua , ſtudiis ſuo exercitio convenientibus, vacare , dum communitatibus non aſtiterint , proptereaque nulli egrediendi è Conventu licentia concedatur , niſi ad aliquod urgens pietatis opus Superiori notum , quouſque ad Miſſiones iterum emandetur .

Duodecima .

Quòd nulli Sæculari permittatur ingreſſus ad interiora Conventus , ſed in Claoſtro inferiori diſponatur aliqua Camera honeſta , & devota , cum humilibus ſedibus , ubi viri ſæculares quærentes aliquem ex Patribus pro ſua ſpirituali conſolatione excipiantur , & conſolentur .

Tertiadecima .

Quòd omnes prædicti Seminarii Patres, ſine aliqua inter ipſos notabili differentia, induant habitum exteriorem Obſervantium, juxta ejus reformationem in ultima Congregatione Toletana factam, ad litteram obſervandam , & in diſciplinis , jejuniis extra Regulam , capitulis culparum , & aliis auſteritatibus , cœteriſque ad Regulæ vitæ Monaſticæ , & regularis diſciplinæ obſervationem conducentibus , Conſtitutionibus Generalibux Ordinis ſe conforment .

Quartadecima .

Quòd Guardianus , vel in ejus abſentia Præſes, temporibus opportunis , aut quando neceſſarium judicaverit , mittat Miſſionarios binos , & binos , aut in majori numero , prout converſionum neceſſitati viderit expedire , conſignando eis oppida , tractus, & terrax , in quibus ſinguli ſuas Miſſiones facere debent . Relinquant tamen aliquos in Seminario , qui Communitatix exercitia expleant , & hi, aliis revertentibus, mittantur .

Quintadecima .

Quòd ſi aliquis Miſſionariorum, ſine legitima cauſa à Diſcretis approbanda, ſe à Miſſionibus, juxta præſcriptum Guardiani faciendis, excuſaverit , vel in eis aliquid ultra victum moderatum acceperit , vel malum aliquod exemplum dederit , aut in Seminario pacem Communitatis turbaverit , aut in aſſiſtendo Communitatibus , & aliis exercitiis ſuprapoſitis explendis notabiliter defectuoſus fuerit , & ſemel , ac iterum à Guardiano reprehenſus non ſe emendaverit, Guardianus ipſe, cum conſilio , & conſenſu Diſcretorum, poſſit , ſi alicujus Provinciæ filius fuerit , eum de Seminario expellere , & ad ſuam Provinciam mittere , quæ ipſum recipere tenebitur , ſub pœna privationis Officii Provinciali renuenti . Si verò in Seminario profeſſus ſit , teneatur monere Commiſſarium Gen. novæ Hiſpaniæ, cum voto Diſcretorum in ſcriptis , ut illi de Provincia , in qua moretur , provideat .

Sextadecima .

Quòd prædictus Commiſſarius Gen. teneatur per ſe , vel per ſuum Commiſſarium ad hoc ſpecialiter inſtitutum, viſitare prædictum Seminarium in ſingulis trienniis , & in ſingulis viſitationibus inquiratur ſigillatim de Obſervantia præmiſſarum omnium conditionum , & defectus , ſi qui fuerint , corrigantur , & juxta eorum qualitates, poſſit Commiſſarius ipſe Gen. procedere ad expulſionem Miſſionariorum , & Guardiani privationem . Delegatus autem ipſius poſſit tantum Guardianum ſuſpendere , & adhibitis neceſſariis correctionibus, Commiſſarium Gen. de majori remedio apponendo monere . Et quia ſperamus , quod Dei aſpirante gratia, per hos ſui verbi Miniſtros, plures Gentilium populi ad fidem ſint convertendi , quorum Neophytos in accepta fide conſervare , eiſque Sacramenta miniſtrare neceſſarium eſt ; ordinatur , ut in converſis populis aliqui ex præfatis Miſſionariis ad prædicta obeunda neceſſarii remaneant : Monito Guardiano Seminarii , & ab eo licentia obtenta , qui ſemper ejuſdem Guardiani ſubditi remanebunt , & ejus correctioni , ut ſupra, ſubjecti : manentes autem in oppidis converſis non computabuntur in numero aſſignato Miſſionariorum Seminarii , ſed eorum loco alii in Seminario poſſint recipi . In cura autem animarum ſic converſarum ad fidem, tamdiu ſolummodo poterunt remanere, quoad uſque Epiſcopo , ad quem terra pertinet, vel impoſterum pertinebit , placuerit Preſbyteros Sæculares , quibus animarum curam committat , deſtinare . Quamdiù verò prædicti Miſſionarii in prædicta cura remanſerint , nihil ex titulo Curatorum , vel doctrinarum poſſint accipere , ſed precisè ex mendicatis eleemoſynis , vel altrè obla-

tia

Digitized by Google

tis vivere debent. Poterunt tamen stabilita nostra fide, & Curatis sæcularibus inibi manentibus, in oppidis magnis, aut capacibus, de licentia Episcopi, & præfati Commissarii Gen., Regio etiam consensu accedente, Conventus nostri Ordinis fundare, in quibus, juxta Regulam, & Statuta, ex eleemosynis sub regulari disciplina, Fratres Conventus vivere possint, & Conventus illi Guardiano præfati principalis Seminarii erunt subjecti, quousque ex illa Custodia possit formari, vel aliter in Capitulo Gen. de illis provideri.

Ultima.

Quòd si aliquando Conventus relaxetur, & à perfectione, ad quam institutitur, defecerit, aut non fuerit cum effectu, aut exercitio Missionum, Seminarium eidem Provinciæ de Mechoacam, à qua sumitur, iterum incorporetur, ejusdemque regimini, sicut cæteri ejusdem Conventus, subjiciatur. Sub his igitur conditionibus, & ordinationibus præmissas tibi facultates tribuimus, monemusque te in Domino, ut ad opus Deo adeo placitum, fidelibus proficuum, & nostro instituto conforme, te accingas, ad quod tibi, & sociis tuis Seraphici Patris nostri Francisci benedictionem impartimur. Datum in Conventu nostro S. Francisci Matriti die 22. Martii Anno Domino 1682. Fr. Joseph Minister Gen. Loco ✠ Sigilli. De mandato Reverend. Patern. suæ Fr. Hieronymus de Sosa Secretarius Gen. Ordinis.

Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, præfatus Angelus Procurator Gen. literas patentes hujusmodi, quò firmius subsistant, & serventur exactius, Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri plurimum desideret. Nobis propterea, etiam memoratorum Josephi Ministri Gen., & Antonii Linaz, ejusque sociorum Missionariorum nomine humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportunè providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur illos specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium duntaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, præinsertas præfati Josephi Min. Gen. patentes literas cum omnibus, & singulis in eis contentis, auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus; ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus. Præterea præfatis Antonio Linaz, ejusque sociis Missionariis supradictum Conventum Sanctæ Crucis de Queretaro ad fines, & effectus in eisdem literis patenter expressos, ac cum conditionibus, & ordinationibus in eis contentis eadem auctoritate harum serie assignamus, decernentes, ipsas præsentes literas efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere; ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, in omnibus, & per omnia plenissimè suffragari, sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari: non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon Provinciæ, & Conventus, ac Ordinis præfatorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis, quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum, hac vice duntaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die 8. Maji 1682. Pontificatus Nostri Anno, Sexto.

Post obtentum Breve supradictum fuit supplicatum Sanctissimo per libellum supplicem, ut dignaretur talibus Missionariis privilegia, & Indulgentias, quæ solent concedi Missionariis de Propaganda Fide & fuit subsequens Libellus supplex.

Fr. Angelus de Zevallos Procurator Gen. Ord. Min. de Obs. & humilis Orator exponit, quod Conventus Sanctæ Crucis de Queretaro, Provinciæ Mechoacam in Indis Occidentali, fuit à Ministro Gen. ejusdem Ord. erectus, & deputatus pro Seminario Missionariorum, de aliquorum Patrum Ord. consilio, quam erectionem S. V. approbavit, & confirmavit per Breve *Sacrosancti Apostolatus officii* sub die VIII. Maji currentis anni, & similiter institutionem Fr. Antonii Linaz in Commissarium viginti quatuor Fratrum ex Hispaniæ Provinciis selectorum, qui salutis animarum zelo pollentes, ad conversionem Gentilium, quorum magna copia est in illis partibus, se accinxerunt, ut eos de tenebrarum erroribus, atque cæcitate ad fidei lumen, superno adjutorio, trahentes, per prædicationem Evangelii S. M. E. gremio jungant, gloriam Omnipotentis, & animarum salutem unicè præ oculis habentes. Ut autem operarii isti Evangelici finem optatum possint adipisci, plurimum interesse videtur, privilegiis, & indulgentiis, quibus Gentiles ipsi alliciantur, & quæ eorumdem conversionem concernunt, adjuvare. Quapropter Orator ad pedes S. V. humillimè supplicat, quatenus pro solita benignitate dignetur concedere Missionariis prædicti Seminarii privilegia, & Indulgentias, quæ concedi solent Missionariis de Propaganda Fide, quandoquidem idem existit eorum occupatio, & exercitium. Ob quam &c.

Decretum S. Congregationis de Propaganda Fide habitæ sub die XV. Junii 1682.

Referente Eminent. Domino Cardinali Casanate S. Congregatio Præfectum Missionum in Indiis Occidentalibus ad septennium declaravit P. Antonium Linaz Ord. Fr. Min. de Obs. Superiorem Conventus S. Crucis loci de Queretaro, Provinciæ Mechoacam in nova Hispania, cum solitis facultatibus, & potestate eas communicandi Fratribus ejusdem Conventus S. Crucis, & ad formam Brevis Sanctissimi Domini Nostri Innoc. Papæ XI. emanati sub die VIII. Maji 1682. Datum Romæ die XV. Junii 1682.

Cardinalis de Alteriis Præfectus.

Archiep. Seleuciæ Secret.

Facultates concessæ à Sanctiss. Domino nostro D. Innocentio Divina Providentia Papa XI. Fr. Antonio Lin-

Linæ Ord. Fr. Min. de ·ibs. Præfecto Missionum in Indiis Occidentalibus, Superiori Conventus S. Crucis loci de Queretaro Provinciæ Mechoacam in nova Hispania.

Prima.

Dispensandi in quibuscumque irregularitatibus, exceptis illis, quæ ex bigamia vera, vel ex homicidio voluntario proveniunt, & in his duobus casibus etiam, si præcise necessitas operariorum ibi fuerit, si tamen, quoad homicidium voluntarium, ex hujusmodi dispensatione scandalum non oriatur.

Secunda.

Dispensandi, & commutandi vota simplicia, etiam Castitatis, ex rationabili causa in alia pia opera, non tamen Religionis.

Tertia.

Absolvendi, & dispensandi in quacumque Simonia, & in reali, dimissis beneficiis, & super fructibus malè perceptis, injuncta aliqua eleemosyna, vel pœnitentia salutari arbitrio dispensantis; vel etiam retentis beneficiis, si fuerint Parochialia, & non sint qui Parochiis præfici possint.

Quarta.

Dispensandi in 3. & 4. consanguinitatis, & affinitatis simplici, & mixto tantum; & in 2. 3. & 4. mixtis; non tamen in 2. solo, quoad futura Matrimonia: quo verò ad præterita etiam in 2. solo, dummodo nullo modo attingat primum gradum cum iis, qui ab hæresi, vel infidelitate convertuntur ad fidem Catholicam, & in prædictis casibus prolem susceptam declarandi legitimam.

Quinta.

Dispensandi super impedimento publicæ honestatis, justitia ex sponsalibus proveniente.

Sexta.

Dispensandi super impedimento criminis, neutro tamen Conjugum machinante, ac restituendi jus petendi amissum.

Septima.

Dispensandi in impedimentis cognationis spiritualis, præterquam inter levantem, & levatum.

Octava.

Hæ verò dispensationes matrimoniales, ut 4. 5. 6. & Septima, non concedantur, nisi cum clausula: dummodo mulier rapta non fuerit, vel si rapta fuerit, in potestatem Raptoris non existat, neque in utroque foro, ubi erunt Episcopi; sed in foro conscientiæ tantum, & in illis expediendis tenor hujusmodi facultatum in dispensationibus inseratur, cum expressione temporis, ad quod fuerint concessæ.

Nona.

Dispensandi cum Gentilibus, & Infidelibus plures uxores habentibus, ut post conversionem, & Baptismum, quam maluerint ex illis, si etiam fidelis fiat, retinere possint, nisi prima voluerit converti.

Decima.

Absolvendi ab hæresi, & Apostasia à fide, & à Schismate quoscumque, etiam Ecclesiasticos, tam Sæculares, quàm Regulares, non tamen eos, qui ex locis fuerint, in quibus Sanctum Officium exercetur, nisi in locis Missionum, in quibus impunè grassantur hæreses, deliquerint: neque illos, qui judicialiter abjuraverint; nisi isti nati sint ubi impunè grassantur hæreses, & post judicialem abjurationem, illuc reversi, in hæresim fuerint relapsi, & hos in foro conscientiæ tantùm.

Undecima.

Absolvendi ab omnibus casibus Sedi Apostolicæ reservatis, etiam in Bulla Cœnæ Domini contentis.

Duodecima.

Benedicendi paramenta, & alia utensilia ad Sacrificium Missæ.

Tertiadecima.

Reconciliandi Ecclesias pollutas aqua ab Episcopo benedicta, & in casu necessitatis, etiam aqua non benedicta ab Episcopo, & hujusmodi facultatem communicandi simplicibus Sacerdotibus.

Quartadecima.

Consecrandi Calices, patenas, & altaria portatilia cum oleis ab Episcopo benedictis, ubi non erunt Episcopi, vel distent per duas Dietas, vel sedes vacet.

Quintadecima.

Dispensandi, quando expedire videbitur, super esu Carnium, Ovorum, & Lacticiniorum tempore jejuniorum, & præsertim Quadragesimæ.

Sextadecima.

Celebrandi bis in die, si necessitas urget; ita tamen, ut in prima Missa non sumpserit ablutionem, per unam horam ante auroram, & aliam post meridiem in altari portatili, sine Ministro subdito, & sub terra, in loco tamen decenti; etiamsi altare sit fractum, vel sine reliquiis Sanctorum, & præsentibus Hæreticis, Schismaticis, Infidelibus, & excommunicatis, dummodo Minister non sit Hæreticus, aut excommunicatus, ac aliter celebrari non possit.

Hujusmodi autem facultate celebrandi bis in die nullis uti liceat, nisi rarissimè, & ex gravissimis, & urgentissimis causis, in quo graviter ejus conscientia oneratur: quod si ad præsens, aut imposterum quandocumque, aderit Episcopus, aut Vicarius Gen. aut Capitularis, sive Apostolicus, ad cujus Diœcesim, seu administrationem pertineant loca, ubi secundò celebrari contingat, præfata facultas bis celebrandi nullius prorsus sit roboris, ac momenti, nisi priùs prædicto Episcopo, aut, eo absente, ipsius Vicario Gen. aut respectivè Capitulari, aut Vicario Apostolico fuerit exhibita, ab eoque examinatæ, & approbatæ fuerint in scriptis causæ ea utendi, nec aliter concessa intelligatur, quàm juxta moderationem ab ipso apponendam, & non aliàs. Cujus Episcopi, seu

Vicarii conscientia oneratur, & non nisi ex urgentissimis causis, ut supra dictum est, & ad breve tempus pluries, & eadem servata forma, prorogare intra tempus in hac facultate à Sancta Sede concessum, & non ultrà; idipsum autem prorsùs servetur ab iis, quibus hæc eadem facultas celebrandi bis in die, juxtà potestatem inferiùs apponendam, communicata fuerit, adeo ut nemo ex ipsis, nisi juxta moderationem ab Episcopo, vel ejus Vicario Gen. vel Capitulari, seu Vicario Apostolico, ut dictum est, apponendam, hujusmodi facultate uti valeat, injuncta eorumdem Episcoporum, seu Vicariorum conscientia, ut ultra superiùs dicta, non omnibus indifferenter, quibus fuerit communicata, sed paucis duntaxat, iisque maturioris prudentiæ, ac zeli, & qui absolutè necessarii sunt, nec pro quolibet loco, sed ubi gravis necessitas tulerit, & ad breve tempus, ut dictum est, facultatem, quoad hoc communicatam, approbet.

Decimaseptima.

Concedendi Indulgentiam plenariam primò conversis ab hæresi, atque etiam fidelibus quibuscumque, in articulo mortis, saltem contritis, si confiteri non poterunt.

Decimaoctava.

Concedendi Indulgentiam plenariam in oratione quadraginta horarum, ter in anno indicenda diebus benè visis, contritis, & confessis, ac Sacra Communione refectis, si tamen ex concursu populi, & expositione Sanctissimi Sacramenti nulla probabilis suspicio sit sacrilegii ab hæreticis, seu infidelibus, vel Magistratum offensum iri.

Decimanona.

Lucrandi sibi easdem Indulgentias.

Vigesima.

Singulis secundis feriis non impeditis festis novem lectionum, vel eis impeditis, die immediata sequenti, celebrando Missam de Requiem in quocumque Altari, etiam portatili, liberandi animam, secundùm ejus intentionem, à Purgatorii pœnis per modum suffragii.

Vigesimaprima.

Deferendi Sanctissimum Sacramentum occultè ad infirmos sine lumine, illudque sine eodem retinendi pro eisdem infirmis, in loco tamen decenti, si ab hæreticis, aut infidelibus sit periculum sacrilegii.

Vigesimasecunda.

Induendi vestibus sæcularibus, si aliter, vel transire, vel permanere non poterit in locis Missionum.

Vigesimatertia.

Recitandi Rosarium, vel alias preces, si Breviarium secum deferre non poterit, vel Divinum Officium, ob aliquod legitimum impedimentum, recitare non valeat.

Vigesimaquarta.

Tenendi, & legendi, non tamen aliis concedendi, libros hæreticorum, vel infidelium de rebus Religionis tractantium, ad effectum eos impugnandi, & alios quomodolibet prohibitos; præter opera Caroli Molinæi, Nicolai Machiavelli, ac libros de Astrologia judiciaria principaliter, aut incidenter, vel aliàs quovis modo de ea tractantes; ita tamen, ut libri ex illis Provinciis non efferantur.

Vigesimaquinta.

Administrandi omnia Sacramenta, etiam Parochialia, Ordine, & Confirmatione exceptis, & quod Sacramenta Parochialia in Diœcesibus, ubi non erunt Episcopi, vel Ordinarii, aut eorum Vicarii, vel in Parochiis, ubi non erunt Parochi, vel ubi erunt, de eorum licentia.

Vigesimasexta.

Communicandi has facultates in toto, vel in parte Fratribus Conventus Sanctæ Crucis loci de Queretaro Provinciæ Mechoacam in nova Hispania, & ad formam Brevis Sanctissimi D. N. Innoc. Papæ XI. tàm pro omnibus locis in ea missione contentis, quam pro aliquibus eorum, & ad tempus sibi bene visum, pro ut magis in Domino expedire judicaverit, nec non easdem, quatenus opus fuerit, revocandi, sive etiam moderandi tàm circa illarum usum, quàm circa loca, & tempus easdem exercendi, quod etiam, eo absente, Vice præfecto concessum intelligatur, ita ut nec eidem Vice præfecto, nec ipsorum cuilibet liceat eisdem, si in missione præsens fuerit, hanc eamdem Præfecti facultatem alteri communicare, si verò fuerit absens, hoc ipsum V. Præfecto tempore obitus ipsius V. Præfecti concessum intelligatur, ut sit qui interim possit supplere, donec Sedes Apostolica certior facta, quod quam primùm fieri debebit, per Delegatum alio modo provideat.

Vigesimaseptima.

Et prædictæ facultates gratis, & sine ulla mercede exerceantur, & ad annos septem tantùm concessæ intelligantur.

Feria quinta die 16. Julii 1682.

In Congregatione Gen. S. R. & Universalis Inquisitionis Sanctis. D. N. Innoc. Papa XI. concessit supradictas facultates præfato Fr. Antonio Linaz Ord. Fr. Min. de Obs. Præfecto Missionis in Indiis Occidentalibus, Superiori Conventus S. Crucis loci de Queretaro, Provinciæ Mechoacam in nova Hispania, ad septennium proximè futurum.

Cæsar Cardinalis Facchenettus.

Franciscus Riuardus S. R. & Univ. Inquis. Not.

De-

Decreta nonnulla Sacrarum Congregationum,

Reverendissimorumque Patrum Ministri, & Commissarii Generalis, pro felici, & pacifico Cismontanæ hujus familiæ guberaio emanata.

Decretum Reverendissimi Patris Ministri Generalis

Declarans, & determinans Religiosos, qui in Principaliori Provinciæ Conventu Guardianatus officio functi sunt, habere præcedentiam ab antiquis in Religione.

Florentina Præcedentiæ.

IN causa controversiæ inter PP. F. Antonium à Terri..cs, Prædicatorem, Theologum, & F. Cherubinum Valorium Concionatorem Generalem, atque Theologum Provinciæ Observantis Tusciæ Alumnos, quorum primus ratione majoris antiquitatis, utpotè quinqusgenarius ætate, qui supra triginta Religionis annos explevit, secundus titulo Guardianatus Principalioris Provinciæ Conventus jam præhabiti, mutuo se præcedere prætendunt.

Reverendissimus Pater Fr. Joseph Ximenez Samaniego Minister Generalis totius Ordinis S. Patris Francisci, partibus hinc inde informantibus, visis videndis, & consideratis considerandis, ut præsentem, & alias lites, quæ in hac materia, ex minus clara Constitutionum Ordinis dispositione, oriri possunt, dirimat, authoritate, suo officio, tum ex Apostolicis, tum ex Religionis Constitutionibus concessa, sequentia puncta declaravit.

Primum. Religiosum, qui in principaliori Provinciæ Conventu Guardianatus officio functus est, debere præcedere omnes Sacerdotes, etiam habitu antiquiores, qui trigesimum annum Religionis non compleverint, aut, qui illum, incœpto quinquagesimo ætatis anno, non attigerint. Hoc enim manifestè colligitur ex Constitutione Generali, consignante præcedentiam Lectoribus Artium, & casuum conscientiæ in nova stat. compil. cap. 8. §. 5. num. 20., nam dum præfatis Lectoribus conceditur præcedentia super omnes Sacerdotes, qui trigesimum Religionis annum non compleverunt, aut qui Guardianatus officio in principaliori Provinciæ Conventu functi non fuit; manifestum est prædictos habituales Guardianos principalioris domus in eodem præcedentiæ gradu poni, quo fuit illi, qui trigesimum Religionis annum compleverunt, aut illum cum quinquagesimo ætatis attigerunt.

Secundum. Prædictis habitualibus Guardianis principalioris Conventus nullam aliam præcedentiam majorem deberi, ex hoc capite præhabiti Guardianatus, quia nullibi ipsis conceditur, & ubi non datur exceptio, generali legi de præcedentia Fratrum, juxta Religionis antiquitatem, standum est.

Tertium. Prædictam præcedentiam supra Sacerdotes, qui trigesimum Religionis annum compleverunt, non deberi præfatis Guardianis, nisi per integrum biennium officio Guardianatus principalioris Conventus functi fuerint. Nulla enim præcedentia, ex vi sola præhabiti officii, conceditur in Constitutionibus Generalibus, nisi illis, qui per biennium integrum in ipso officio servierunt, ut patet discurrendo per singula; in tantum, ut ad exceptuandum ab hac generali regula officium Ministri Generalis, ratione dignitatis capitis totius Religionis, necessaria fuerit declaratio Papæ Clementis X. per Breve in ultimo Capitulo Generali admissum.

Quartum. Illum Sacerdotem, qui prius complevit trigesimum Religionis annum, quàm Guardianus principalioris Conventus biennium prædicti Guardianatus, debere præcedere prædictum Guardianum post absolutum officium, & idem est si simul expleat. Quia Guardianus ipse per expletionem sui biennii Guardianatus, ponitur in antiquitate triginta annorum Religionis, per exceptionem legis generalis de præcedentis Fratrum, juxtà tempus sui ingressus in Religionem, & qu.si ex quodam privilegio: Ille autem, qui trigesimum Religionis annum explevit, habet illam antiquitatem, & præcedentiam, ex vi legis generalis statuentis Fratres sese præcedere, juxta tempus sui ingressus in Religionem, & cœteris paribus, præcedere debet ille, qui ex generali lege, illum, qui per exceptionem, & quasi privilegium in eodem gradu constituitur, maximè cum exceptiones, & privilegia sint odiosa, ac proinde restringenda.

Quintum. Guardianum principalioris Conventus, qui biennium prædicti Guardianatus explevit, debere præcedere omnes Sacerdotes, qui tempore, quo ipse explevit biennium Guardianatus, non expleverant trigesimum annum Religionis, etiam postquam deinde illum compleverint. Tum quia semel acquisita præcedentia ex ratione, seu titulo aliquo permanenti, manentibus subjectis in eodem officiorum gradu, non amittitur per solum temporis successionem; Tum, & maximè, quia Guardianus per expletum biennium Guardianatus principalioris, ponitur in antiquitate triginta annorum Religionis; ac proinde, quando Sacerdos ille successu temporis pervenit ad trigesimum Religionis annum, jam Guardianus habitualis habet præter trigesimum annum antiquitatis sibi concessum, reliquum tempus majoris antiquitatis, quod successit post biennium Guardianatus expletum, & sic semper habet majorem antiquitatem, cui præcedentia debetur.

Sextum. Præcedentiam, qua potiuntur Guardiani ratione Conventus principalioris, cui per biennium integrum præfuerunt, extendendam esse ad omnes suæ Provinciæ Conventus, ita ut in singulis, & non tantùm in principaliori, æquale jus habeant ad præcedendum: Tum quia Lectores Artium actuales, quos Guardiani principalioris Conventus absolutè præcedere debent, leguut etiam in aliis Conventibus, & non solùm in principaliori; Tum quia, ut supra exposuimus, Guardianus idem mox, ut explevit biennium sui Guardianatus, ponitur in antiquitate triginta annorum Religionis. Igitur in quocumque Conventu intra limites suæ Provinciæ debet posse uti jure hujusmodi præcedentiæ sibi, quamvis per exceptionem legis, & velut ex privilegio, concessæ.

Has autem declarationes præcipit Sua Reverendissima Paternitas in omnibus Observantiæ Provinciis hujus Cismontanæ familiæ observari, sub pœna imposita pacis perturbatoribus, & juxtà illas ab omnibus Prælatis sibi subditis judicari, & definiri in similibus controversiis debere. Et præsens publicum instrumentum expediri mandavit in Conventu Aracœlitano die 10. Septembris 1679.

F. Joseph Minister Generalis.

Locus ✠ Sigilli.

De mandato Suæ Reverendissimæ Paternitatis

Fr. Petrus Antonius Crassus à Canturio Secret. Generalis Ord.

Die 13. Januarii 1680. Reverendissimus Samaniego inter alia declaravit, statutum prohibens, ne duo ex eadem cognatione Definitoriis simul intersint, comprehendere omnes, quotquot in Definitoriis Provinciarum vocem activam habent; sive sint Definitores actuales electi, vel subrogati, sive Custos actualis, sive Provincialis, sive Definitores Generales actuales, sive Procuratores, aut Commissarii Curiæ actuales, vel habituales, sive Patres Ordinis, exceptis tantummodo Prælatis Generalibus actualibus, & eorum Delegatis; deinde sequentia adjunxit.

Circa nostram declarationem aliqua, pro praxi valde necessaria, sunt notanda: primum, statutum Vallisoletanum 1593. *de duobus Cognatis Definitorium simul non ingredientibus*, moderatum fuisse in Congregatione Romana 1679., usque ad secundum gradum inclusivè. 2. Ipsum esse dispensabile a Prælato generali, prout exprimitur in statutis 1593. 3. Extare aliud statutum Roman. de anno 1639., *quod simul in Definitoris duo ex eadem cognatione eligi non possint*, & hoc est confirmatum a Summo Pontifice in forma speciali, & ex certa scientia, & hinc est Apostolicum, ac proinde, secundum communiorem opinionem, in ipso Prælatus generalis dispensare non poterit, nisi specialem facultatem dispensandi in statutis Apostolicis habeat. 4. Notandum est, quod si ex duobus Fratribus ejusdem cognationis in primo, aut secundo gradu, unus sit actu Definitor Provinciæ, aut Custos, aut Provincialis, hoc non impedit, quin alter postea, durante officio prioris, eligi possit in Procuratorem Ordinis, Commissarium Curiæ, vel Definitorem generalem; quia in hoc casu primus, qui erat in possessione, debet solus intrare in Definitorium, & secundus excludi pro tempore, quo primi officium durabit, quod non est inconveniens, cum Procurator, Commissarius, & Definitor generalis non sint per se de corpore Definitorii Provinciæ, quorum absentia suplenda sit per subrogationem, aut substitutionem, sed solum per accidens, & accessorie; & idem, propter eamdem rationem, dicendum de electione subsecuta secundi in Custodem, ex ratione mittendi eum ad Capitulum generale, habet enim suum munus distinctum ab ingressu in Definitorium Provinciæ, & ejus absentia non suppletur per substitutionem: si autem unus ex illis sit prius Procurator, aut Commissarius Curiæ, aut Definitor Generalis, durante hujus officio, alter eligi non potest in Provincialem, nec Definitorem Provinciæ; isti enim per se sunt de corpore Definitorii, ut caput, & omninò necessaria membra ejus in absentia supplenda, ac proinde, cum primus sit jam in actuali jure intrandi in Definitorium, secundus sanè eligeretur a suo munere exclusus. Quæ ratio non habet locum in Custode ad Capitulum Generale mittendo, ut supra notavimus. Bene verum est, quod si Procurator, aut Commissarius Curiæ, aut Definitor generalis actualis, velit suo juri intrandi in Definitorium Provinciæ renunciare (ex ratione, quod suus Consanguineus ob sua merita honoretur) pro tempore, quo iste fuerit Provincialis, aut Definitor; admissa hac renunciatione, poterit iste eligi, & ille, post hujus officium expletum, iterum in Definitorium admitti. *Hæc Samaniego tom. 25. Reg. Cism. pag 235.*

Declaravit etiam ibidem statutum, *quod duo Fratres Germani in Provincialatu sibi sucedere non possint*, tantum requirere, quod inter expletionem Provincialatus primi, & electionem secundi in Provincialem, interveniat electio alterius in Ministrum Provincialem facta in Capitulo Provinciali: hæc enim non est vacantia respectu unius personæ, ut ad communes leges vacantiæ, ad minus biennii, reducatur, sed ablatio cujusdam successionis, quæ cum simus in odiosis, non est amplianda. Diximus autem intervenire debere electionem alterius in Ministrum Provincialem, ut occurreremus fraudi, quæ alias huic legi posset afferri: exempli gratia, si Provincialis prope finem sui Provincialatus renunciaret ipsum, & curaret aligi pro illo parvo tempore alium in Vicarium Provincialem, ut in Capitulo immediato, cum suffragiis sibi addictis, eligeret suum germanum fratrem in Ministrum Provincialem; quam fraudem oportuit declaratione ad mentem legis excludere.

Decretum, quo Reverendissimus Commissarius Generalis determinat Eleemosynas Confessariorum Monialium pertinere ad Conventum, in quo Confessarii sunt de familia.

Lucana Congruæ.

Quoniam Eminentiss. ac Reverendissimus Dominus S. R. E. Card. Julius Spinula, Episcopus Lucanus, & Comes Imperialis, de speciali mandato Sacræ Congregationis, negociis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositæ, juxtà decreta ab eadem Sacra Congregatione pluries emanata, & novissimè de anno 1678. Die 16. mensis Decembris, à Sanctissimo D. N. Innocentio XI. sub die 18. Januarii anni 1679. vivæ vocis oraculo approbata, loco victus vetiti recipi dierim à Monialibus exemptis, taxavit respectivè ad Confessarios, eorumque socios, Sanctimonialium Monasterii S. Michaelis Lucæ, non comprehensis sacrorum eleemosynis, congruam centum duodecim scutorum annorum, per medietatem singulis quibusque sex mensibus solvendorum Syndico Apostolico Conventus S. Francisci præfatæ Civitatis Lucæ, in quo dicti Monasterii Sanctimonialium Confessarii, & socii, tum ordinarii, tum extraordinarii morari solent.

Nos F. Antonius de S. Joanne Ord. Min. de Observ. in hac Cismontana Familia, tam Observantium, quàm Reformatorum Commissarius Generalis, omnibus difficultatibus, & controversiis, quæ super his quomodolibet, inter Superiores locales, Confessarios præfatos, ac socios oriri possent, de paterna nostra solicitudine occurrere volentes, neve occasio ulla dari possit, vel debeat eisdem, à promissa Deo altissima paupertate errandi, inhærendo allegatis Sacræ Congregationis Decretis, necnon Seraphicæ nostræ Regulæ præceptis, declarationibus, Ordinisque Statutis, facto etiam verbo cum eodem Domino Nostro Papa Innocentio XI. ipsoque benignè annuente, ut retulit Illustriss. de Luca ejus Auditor: Præcipimus, declaramus, & volumus, dictam eleemosynarum quantitatem, illis quoque Sacrorum inclusis, ex integro debere esse ad favorem memorati Conventus S. Francisci, ac totam, & totaliter cum cœteris propè Syndicum Apostolicum deponendam, incorporandamve fore, pro communibus Fratrum ejusdem Conventus necessitatibus, ut nihil penitus talium eleemosynarum prætendi possit, aut debeat; quocumque titulo a præfatis Confessariis, & sociis, seu eorum aliquo, sub pœnis proprietariis assignata, aliisque arbitrio nostro servatis, & ita inviolabiliter observari jubemus, non solum in recensito Lucensi loco, sed ubique hujus nostræ Cismontanæ Familiæ, mandantes per Sanctam obedientiam, atque in virtute Spiritus Sancti, nec non sub

pœna

pœna suspensionis ab eorum officiis, per sex menses pro prima vice, & privationis pro secunda, omnibus, & singulis Superioribus Provincialibus, & localibus, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, ut hanc nostram declarationem, seu decretum omninò servent, & servari faciant, cum onere tamen providendi promptè, & caritativè prædictis Patribus Confessariis, eorumque sociis necessaria omnia, non tantum, quemadmodum intra limites altissimæ nostræ paupertatis tenentur quoad omnes suos subditos, sed speciali quadam pia ratione, ob graves, multosque continuos ipsorum Confessariorum labores, prout sedulò, ac benignè facturos, in Domino speramus, atque injungimus, nisi justi judicii Dei, nostræve rationabilis indignationis, nec non comminatarum supra pœnarum rei esse velint. Datum Romæ die 19. Septembris 1679.

F. Antonius à S. Joanne Commissarius Generalis.

Locus ✠ Sigilli.

De mandato Suæ Reverendissimæ Paternitatis
Fr. Ludovicus ab Aquis Secret. Generalis.

Decretum, quo Reverendissimus Pater Commissarius Generalis declarat, ac determinat, proventus, qui ex Custodia Salariæ proveniunt, pertinere ad Conventum Aracœlitanum, & determinate pro Communitate pannorum lineorum.

Romana Salariæ.

CUM Eminentissimus, & Reverendissimus Dominus S. R. E. pro tempore Cardinalis Camerarius, de Apostolica Summorum Pontificum benignitate, dignetur ministerio Officii Salariæ in Urbe aliquem Ordinis nostri Religiosum deputare, cui, ob assistentiam, & labores, quædam certæ, incertæque eleemosynæ erogari consueverunt.

Nos Fr. Antonius de S. Joanne Ordinis Minorum de Obser. in hac Cismontana Familia, tam Obser. quàm Reform. Commissarius Generalis, ne hinc præfatus Religiosus occasionem sumere debeat, vel possit, quidquam dictarum eleemosynarum sibimetipsi appropriandi, Apostolicis inhærendo multorum Summorum Pontificum sanctionibus, Sacrarum Congreg. Decretis, atque Ordinis Statutis, pluries hac de re emanatis; facto etiam verbo cum Sanctiss. D. N. Innocentio XI., ipsoque benignè annuente, ut retulit Illustrissimus de Luca ejus Auditor; præcipimus per Sanctam Obedientiam, & sub pœnis in proprietarios latis, nec non privationis officiorum Ordinis per sexennium, ne ullo quæsito colore, aut prætextu, audeat per seipsum tales eleemosynas recipere, seu quomodolibet de illis disponere, sed integre, ac fideliter à Domino Syndico Apostolico hujus Almi Conventus Aracœlitani recipi curet, vel illi solvi faciat, qui eas incorporabit cum aliis eleemosynis, in beneficium signanter Communitatis pannorum lineorum, & cœterorum, quæ ex eadem Communitate usibus pauperum Fratrum necessaria sunt, cum onere Patri Guardiano præfati Conventus Aracœlitani injuncto, sub pœna privationis sui officii, providendi sedulo, & prompte omnia religiosè occurrentia prædicto Patri Deputato Salariæ, atque ei pie ferendi omnem illam opem, quam vera charitas, & Seraphica fraternitas tot perpensis laboribus dictaverit in Domino.

Quia verò militat eadem ratio de reliquis, quæ in Urbe, & alibi hujus nostræ Cismontanæ Familiæ consequi solent a Fratribus, titulo moderandi Horologia, Organa, Gymnasia, Cappellanias, Confraternitates, & id generis, vel diversi, volumus omnino, & sub iisdem pœnis, & formis mandamus, hoc nostrum Decretum ad omnes, & omnia extendi, atque inviolabiliter ubique locorum observari, onerantes conscientias Superiorum Provincialium, & localium, cum expressa intimatione nostræ justæ indignationis, suspensionisve ab eorum officiis ad arbitrium, si minus quam par est diligentes super his à nobis fuerint quomodolibet inventi, & etiam si contigerit eos non subministrare sollicitè, ac charitative præ aliis, cuncta necessaria Fratribus, qui speciali labore præfatis muneribus incumbunt, quemadmodum intra præscriptum nostræ altissimæ paupertatis de Deputato Salariæ injunximus. Dat. Romæ die 20. Novembris 1679.

F. Antonius de S. Joanne Commissarius Gen.

Locus ✠ Sigilli.

De mandato Suæ Reverendissimæ Paternitatis
Fr. Ludovicus ab Aquis Secret. Gen.

Decretum Sacræ Congregat. Episcoporum, & Regularium, prohibens Fratribus Superioribus, & subditis, ne retineant sæculares in Conventibus.

Ordinis Min. Observ. S. Francisci.

SAcra Congregatio Eminentissimorum DD. S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, religiosæ quieti, & tranquillitati Fratrum Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia benignè consulens, injungendum censuit, prout præsentis decreti tenore injungit omnibus, & singulis dicti Ordinis Superioribus Provincialibus, localibus, eorumque subditis, sub pœna privationis officiorum Ordinis immediatè incurrenda, ne ullo unquam tempore, quovis prætextu, vel quæsito colore permittant, aut consentiant, sæculares quoscumque ingredi septa suorum Conventuum, deferendo per sylvas, hortos, & prata sclopos ad venandum, seu alia armorum genera, vel illa apud Fratres tam Superiores, quàm subditos deponere, pariterque ludere quomodolibet per claustra, aliaque loca publica, vel privata ipsorum Conventuum, & convivere, ac pernoctare in eis ultra triduum, tantùm piæ hospitalitatis titulo; Et sic servari mandat. Non obstan. &c. Romæ 1. Decembris 1679.

G. Cardinalis Carpineus.

Locus ✠ Sigilli.

Jo. Baptista Archiep. Jan. Secret.

NOtandum hujus Decreti occasione A. R. P. Jo: Baptistam Atinensem Procuratorem Generalem Ordinis eidem Sac. Congreg. supplicasse ne in illo Sindici Apostolici comprehenderentur, quæ ita rescripsit: *Sacra Congregatio audita P. Ministro Generali Ordinis, & attentis narratis, censuit, ac declaravit præfatos Sindicos Apostolicos Conventuum*

ejus-

ejusdem Ordinis non comprehendi in enunciato Decreto. Romæ 4. Decembris 1699.

G. Card. Carpineus.

Loco ✠ Sigilli.

Joseph Emygdius Ferrus Pro-Secretarius.

Concessio recitandi Officium B. Catharinæ de Bononia.

Ordinis Min. Observ. S. Francisci.

SAcra Rituum Congregatio ad pias preces Eminentissimi, & Reverendissimi D. Cardinalis Ludovisii S. R. E. Majoris Pœnitentiarii, porrectas, pro Rev. Ministro Generali Ordinis Minorum Observ. S. Francisci, benignè annuens, gratiam extendendo, concessit, ut imposterum omnes, & singuli Fratres, & Moniales in quacumque Mundi parte existentes, & militantes sub jurisdictione prædicti Patris Ministri Generalis licitè, & liberè recitare possint, & valeant officium proprium B. Catharinæ à Bononia Ordinis S. Claræ, eo modo, quo recitatur à Monialibus Corporis Christi Ferrariæ, & Bononiæ. Hac die 24. Februarii 1680.

Cæsar Card. Fachenettus.

Locus ✠ Sigilli.

Bernardinus Casalius Sac. Rit. Congreg. Secret.

Decretum Sacræ Congregationis Episcoporum, & Regularium, quo prohibetur Fratribus de Observantia, ne ullo pacto mutuas dare possint supellectiles, cæteraque ad eorum Ecclesias spectantia.

Ordinis Min. Observ. S. Francisci.

SAcra Congregatio Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, spectabili cultui, & decoro ornatui Ecclesiarum Fratrum Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia providè consulens, injungendum censuit, prout præsentis Decreti tenore injungit omnibus, & singulis dicti Ordinis Superioribus Provincialibus, localibus, eorumque subditis, sub pœna privationis officiorum Ordinis immediatè incurrenda, ne ullo unquam tempore, quavis occasione, vel prætextu, ad instantiam, & preces cujusvis, indulgeant, aut consentiant supellectiles, vasa, ornamenta, vestes, atque omnis generis res, spectantes aliquo modo ad præfatas eorum Ecclesias, Capellas, Altaria, Oratoria, Sacristias, extra illa, ad usum, vel officium cœterorum distrahi, asportari, seu aliis, ab ipsis Minoribus Observantibus, commodari, quin prius accesserit consensus saltem ultra duas partes totius Capituli cujuslibet respectivè Conventus, per secreta suffragia singulis vicibus præstandus, nec non à P. Ministro Provinciæ authenticè confirmandus: & ita servari mandat. Non obstantibus &c. Romæ 14. Martii 1680.

G. Card. Carpineus.

Locus ✠ Sigilli.

Jo. Baptista Archiep. Januen. Sec.

Decretum, quo Sacra Rituum Congregatio concedit Fratribus, & Monialibus Minorum Observ. ut celebrare possint die 4. Septembris festum S. Rosæ Viterbiensis sub ritu duplicis secundæ classis cum octava.

Ordinis Min. Observ. S. Francisci.

SUpplicante P. Celso Maria Billò de Senis Commissario Generali Romanæ Curiæ Minorum Observantium, quatenùs Sacra Rituum Congregatio dignaretur concedere, ut in festo Sanctæ Rosæ Virginis Viterbiensis Tertii Ordinis S. Francisci, quod celebratur die quarta Septembris, fieri possit officium ejusdem Sanctæ sub ritu duplicis secundæ classis, cum octava in tota Religione Franciscana. Eadem Sacra Congregatio gratiam desuper petitam benignè concessit pro Fratribus, & Monialibus Minorum Observantium tantùm. Hac die 6. Aprilis 1680.

Pro Eminentiss. C. Cardinali Fachenetto Præfecto
Nicolaus Cardinalis Ludovisius.

Locus ✠ Sigilli.

Bernardinus Casalius Sac. Rit. Congreg. Secret.

CA-

CAPITULUM GENERALE
SEPTUAGESIMUM SEXTUM.

In Dei Nomine Amen.

Hæc eſt Tabula Celeberrimi Capituli Generalis totius Ordinis Fratrum Minorum Seraphici P. N. S. Franciſci, in hoc Conventu S. Joannis Regum Imperialis Civitatis Toletanæ, in Vigilia Pentecoſtes die 16. Menſis Maii, Anno 1682. celebrati.

Præſidente in eo Eminentiſſimo, ac Reverendiſſimo D. D. Ludovico Archiepiſcopo Toletano S. R. E. Cardinali Portocarrero authoritate Apoſtolica deſtinato.

IN primis, ſexennio Reverendiſſimi P. Fr. Joſeph Ximenez Samaniego, magna cum laude completo: Reverendiſſimus P. Fr. Petrus Marinus Sormanus à Mediolano, Lector Jubilatus, Sanctæ Inquiſitionis Conſultor, Provinciæ Mediolanenſis Regularis Obſervantiæ Pater; Guardianus Jeroſolymitanus, Commiſſarius Apoſtolicus in Partibus Orientis, Totius Terræ Sanctæ Cuſtos, Miſſionum Ægypti Præfectus, ac Reſponſalis Sacræ Congregationis de Propaganda Fide, cunctorum animis, incredibili applauſu, meritorum veneratione, atque ad ipſum affectu, plenis Patrum Vocalium ex toto Terrarum Orbe concurrentium ſuffragiis, in Miniſtrum Generalem Univerſi Ordinis Fratrum Minorum, ritè, & canonicè electus eſt, ac à Sanctiſſimo D. N. Innocentio XI. viva voce, & Breve confirmatus.

Commiſſarius Generalis Ciſmontanæ familiæ.

Reverendiſſimus Pater Fr. Marcus Zarzoſa, Lector Jubilatus, Provinciæ Bethicæ Miniſter Provincialis, ſimiliter canonicè electus eſt in Commiſſarium Generalem hujus Ciſmontanæ Familiæ.

Pater utriuſque Familiæ.

Reverendiſſimus Pater Fr. Joſeph Ximenez Samaniego, Lector Jubilatus, Catholicæ Majeſtatis pro Immaculata Conceptione Theologus, hujus Ciſmontanæ familiæ olim Commiſſarius Generalis, ac totius Ordinis Fratrum Minorum Miniſter Generalis præteritus.

Pater familiæ Ultramontanæ.

Reverendiſſimus P. Fr. Antonius à Sancto Joanne Lector Jubilatus, Provinciæ Sancti Angeli Regularis Obſervantiæ Cuſtos habitualis, Miniſterque Provincialis, ac Ex-Commiſſarius Generalis Ultramontanæ familiæ.

Procurator Generalis Ordinis in Romana Curia.

Ex ſpeciali mandato Sanctiſſimi D. N. Innocentii Papæ XI. ab Eminentiſſimo D. Cardinali Cybo noſtri Ordinis Protectore deputatus fuit, ad ſuæ Beatitudinis diſpoſitionem, R. A. P. Fr. Antonius Palumbus à Campobaſſo Theologus, Concionator Clariſſimus, Provinciæ Sancti Angeli bis Ex-Miniſter Provincialis, ac immediatus dictæ Curiæ Vice-Commiſſarius.

Commiſſarius Generalis in eadem Curia Romana.

R. A. P. Fr. Angelus Zeballos, Lector Jubilatus, Sanctæ Inquiſitionis Qualificator, Provinciæ Immaculatæ Conceptionis Pater, & immediatus Ex-Procurator Ordinis, donec biennium expleat.

Diffinitores Generales Ultramontanæ Familiæ.

R. A. P. Celſus Maria Billò Lector Jubilatus, Provinciæ Regularis Obſervantiæ Tuſciæ Ex-Miniſter Provincialis, ac in Romana Curia Ex-Commiſſarius Generalis immediatus.

R. A. P. Fr. Franciſcus Gattinara Theologus, olim Diffinitor Generalis, & Provinciæ Mediolanenſis Regularis Obſervantiæ Miniſter Provincialis.

R. A. P. Fr. Antonius de Cartoceto Lector Jubilatus, Provinciæ Regularis Obſervantiæ Marchiæ Miniſter Provincialis.

R. A. P. Fr. Angelicus à Genua, Lector Jubilatus, Prædicator Clariſſimus, S. Officii Conſultor, Provinciæ Januenſis Cuſtos.

R. A. P. Fr. Ludovicus Ruberti, Lector Jubilatus, Ordinis Ex-Secretarius Generalis, Provinciæ Regularis Obſervantiæ Principatus Ex-Provincialis.

R. A. P. Fr. Fauſtinus de Chiari, Lector Jubilatus, & Provinciæ Obſervantiæ Brixiæ Cuſtos.

R. A. P. Fr. Paſchalis de Tropea Theologus, Ordinis Ex-Secretarius Generalis, Provinciæ Reformatæ Sanctorum Septem Martyrum olim Provincialis.

R. A. P. Fr. Franciſcus de Bagnara Theologus, & Provinciæ Reformatæ S. Bernardini Cuſtos.

R. A. P. Fr. Antonius de Monte Buſo Theologus, Provinciæ Reformatæ Seraphicæ Vicarius Provincialis.

R. A. P. Fr. Adrianus Hueppher Theologus, Provinciæ Tyrolis.

Diffinitores Generales hujus Ciſmontanæ Familiæ.

R. A. P. Fr. Joannes de Guevara, Lector Jubilatus, & Provinciæ Carthaginenſis Miniſter Provincialis: ob cujus mortem, de Conſilio Patrum ſubrogatus fuit R. A. P. Fr. Antonius de Velaſco Lector Jubilatus, ſupremæ Hiſpaniarum Inquiſitionis Qualificator, Provinciæ Divi Jacobi olim Miniſter Provincialis, ac Ex-Procurator Generalis Ordinis.

R. A. P. Fr. Ferdinandus de Guzman, Sacræ Theologiæ Lector, Majeſtatis Catholicæ Concionator, Ordinis Ex-Secretarius Generalis, Provinciæque Angelorum in Bethica Pater, ac Cuſtos.

R. A. P. Fr. Bonifacius Maes, Provinciæ S. Joſeph in Comitatu Flandriæ Ex-Provincialis, & Actualis Pro-Miniſter.

R. A. P. Fr. Martinus Sneps Lector Jubilatus, Provinciæ S. Eliſabeth in Thuringia Provincialis.

R. A. P. Fr. Balthaſar à Regibus, Sereniſſimi Portugalliæ Principis Concionator, ſemel, ac iterum Provinciæ Algarbiorum Provincialis Miniſter.

R. A. P. Fr. Claudius Fraſſen, bis Jubilatus, Sorbonæ

Digitized by Google

bonæ Doctor, & Magni Conventus Parisiensis Guardianus.

R. A. P. Fr. Christophorus à Sancta Maria, Provinciæ S. Didaci Discalceatorum in Bethica Ex-Provincialis, & actualis Minister.

R. A. P. Fr. Honoratus de Balleur, Theologus Provinciæ S. Mariæ Magdalenæ Recollectorum Ex-Minister Provincialis, & actualis Pro-Minister.

R. A. P. Fr. Petrus Miron Lector Jubilatus, Provinciæ Legionensis Tertii Ordinis Ex-Provincialis, & actualis Pro-Minister &c.

Guardianus, & Custos Terræ Sanctæ Jerosolymorum.

R. A. P. Fr. Petrus Antonius à Canturio, Lector Jubilatus, Provinciæ Mediolanensis Pater, & Ordinis Ex-Secretarius Generalis.

Guardianus Constantinopolitanus.

Relinquitur arbitrio Reverendissimi Patris Ministri Generalis.

Epistola encyclica Reverendissimi P. Ministri Generalis de sua electione ad universum Ordinem.

F. Petrus Marinus Sormanus a Mediolano, totius Ordinis Fratrum Minorum Seraphici P. N. Francisci Minister Generalis, & humilis Servus.

Universis in Christo Jesu dilectissimis ejusdem Ordinis Fratribus, tam Superioribus, quam Subditis, salutem, pacem, & benedictionem a Domino sempiternam.

SOlicitudo Pastoris, & Amor Patris, quibus æqualiter angimur, & movemur, ut ea concredito Nobis Gregi, partisque filiis monita demus, efflagitant, quæ nostri ergo eos amoris indubia pericula dignoscantur. Jam nostræ electionis notitiam ad vos devenisse supponimus, minoribus placuisse jam membris, quod summo capiti non displicuit arbitramur, pusillitati jam nostræ a vestra collatum aliquid charitate non dubitamus, cui tantum contulit Deus, deponens de Sede potentes, exaltans humiles, ut ex tot Isaaci natis minorem natu, ex tot maximis Viris ab Orbe utroque coadunatis in unum, pro Seraphicæ Navis guberaio, pro Franciscanæ Religionis regimine, plenis suffragiis, eligere minimum sit dignatus. Et vere, vel prorsus ignorare divina, vel humana non capere censeretur, qui nostram a Deo electionem omnimode non fuisse contenderet; siquidem nos adhuc Hierosolymis adorantes, & Sanctioribus perenntis quadragesimæ terminis ordinantes Christo passo in loco passionis suæ Epicedia degebamus, cum aggregandi Vocales jam tunc in Hispaniam appulissent, & ipsa loci Capitularis confinia perlustrassent. Frustrandum lugebant super Nos iter arreptum consem Palæstinæ, Navigii desperabant occursum, quo in Italiam trajicere donaretur; cum & Navis in promptu reperta est, & brevissimum naufragio iter in Galliam felici infelicitate nos compulit, & contumacia pestilentiæ persoluta, Toletum pervenimus præter votum, quando investigata jam vota, nec locum nostræ relinquebant parvitati. Sed vix nostri rumor adventus effusus est, cum omnium in nos fixæ acies delati stupores, ora simul, & corda conversa, factusque est ipsius Oraculo Christi, primus novissimus, novissimus primus. Quis ergo nostram a Deo fuisse electionem succenseat? Quamobrem si grates illi reddendæ pro beneficio quovis per hominum manus avaras porrecto, quid tribuendum non erit, quando divinissimas suas tornatiles, plenasque hiacynthis ipsemet insinira, vel non petenti, liberalitate protendit? Sanè ad hoc spectabile documentum, Regius Nobis exhibet Psaltes, dum sua redditurum se vota pro laudabili gratiarum actione commemorat; siquidem meliori id modo peragere, quam in Regulæ promissæ observantia Religiosus non potest, per quod, & gratia abundè redditur, & a largitore munifico in dies profusior obtinetur.

Non sussim, nec cogitaverim, Patres, novum vobis imponere jugum, non aggravare vetustum: sicut enim Sanctissimæ Regulæ, quæ a Deo Optimo Maximo data est, piaculum esset adimere; ita esset impietas addere. Satis, superque præstabit eam fideliter servans, cum Summorum Pontificum testimonio, ipsam servantibus ad præscriptum, martyrii laurea debeatur.

Primum vitæ istiusmodi fundamentum obedientia est, qua præstita, nihil amplius in Religioso expetendum, qua sine, ad nominis usque jacturam, Religio tota deperditur. Et quia Generali Ministro, ex Regulæ nostræ præcepto, & Legislatoris exemplo, obedientia primum præstanda est, ne dubitent Fratres, cui obedire in posterum teneantur, omnes Prædecessorum nostrum licentias, obedientias, collationes, comissiones Prædicationum, & lecturarum Patentes, ac Dimissorias, quarum collatio ad nos pertinet, revocamus, abolemus, cassamus, annullamus, ac pro revocatis, cassatis, & annullatis haberi a cunctis volumus, nisi a Nobis, vel a Commissario nostro Generali in hac, & pro hac Cismontana Familia, vel confirmatæ fuerint, vel emanatæ.

Licentias exeundi a Conventibus perpetuas, quas sive officiorum prætextu, inferioribus, sive gravioribus Patribus, aut amicis, ratione urbanitatis, solent concedere Guardiani, nullam socii assignationem a jure non habentibus, ipsam prætermissionem benedictionis sumendæ in reditu ad Monasterium toties quoties, esse nedum contra legem, ac Pontificia Diplomata, sed contra nostram intentionem, certo sciant. Qua propter, si id concesserint, aut toleraverint Guardiani, a Nobis rigorosissime punientur, sciantque quod sibi arrogaverint subditi peccato inobedientiæ se committere, quo nullum in Religioso deterius. Obedientiam igitur, non solum Nobismetipsis, sed quibuscumque Prælatis præstari a subdito volumus, ut omnes ad imperandum sint apti, dum in obediendo sunt prompti: nam solum in placitis obedire, complacentia potius, quam obedientia est.

Paupertatem Evangelicam, quæ nostri Seraphici Patris sponsa amantissima fuit, nostræque est Regulæ fundamentum, ac Religionis Ærarium, ita volo nos prosequi, ut assequamur; ita diligere, ut præ divitiis eligamus, qua simus Filii Patris nostri, de Matre enim egena, ac P. Mendico filium nasci divitem, nimium suspecta res est, ac redolens illegitimitatem. Hanc tamen adipisci non sperrt, qui in incessu, in vestitu, in commestione, in Cellarum, domorumque apparatu, non præseferat penuriam in omnibus patentem: non enim vera paupertas est, cui non desunt ex necessariis plurima; non voluntaria est, quæ propriis relictis, nimia solertia emendicat aliena; quinimo sponte oblata non respuit. Ab hac tamen, ut religiosa videatur, in communitatibus præcipuè, & in Ecclesiis, ac Sacristiis omninò disjungi volumus immunditiam, quia etiam sanctissimis

mis nostræ Regulæ observatoribus paupertas placuit semper, sed sordes nunquam.

Obedientiam, & paupertatem rite servantibus, superfluum videtur studium præcipere Castitatis; nihilominus, quia, his non obstantibus, a N. SS. Patre nil hoc ordinatur efficacius, nil demandatur ardentius, illius verbis vos alloquar: *mulierum familiaritates, colloquia, & aspectum, quæ multis occasio sunt ruinæ, eo sollicitiùs evitare debemus, Fratres charissimi, quo sepius per hujusmodi videmus debilem frangi, & fortem spiritu infirmari.*

Harum contagionem evadere conversantem cum eis, nisi probatissimum virum, tam facile judico, quam, juxta scripturam, in igne ambulare, & non comburere plantas. Dulce venenum mulier, magnificos prostravit a sæculi principio, quis modo tutus erit? Sit igitur nostrum negotium, cum eis non habere negotium, ne pereamus: qui enim amat periculum, peribit in illo. Nostra cum eis conversatio sit ex eorum profectu spirituali, & ea brevissima, non ex curiositate, sed charitate, Seraphicum P. Franciscum, Ludovicum Episcopum, ac Petrum de Alcantara semper habentes præ oculis, qui ad quantumvis propinquas mulieres levare nunquam oculos audebant, scientes quod intrat mors per fenestras, & oculi sunt in amore duces.

Ob hoc, & ob nostri decentiam status, ob murmura Fratrum tollenda, ob alias plurimas causas, eo vel maxime, quia dicit nobis Spiritus Sanctus. *Væ soli, quia cum ceciderit non habet sublevantem se*: Incedere solos per Urbes, Castella, vel Pagos, solos vagari sine socio, solos in prædiis, aut domibus Sæcularium degere, Religiosis Nobis subjectis, cujuscumque sint gradus, ætatis, aut conditionis, rigorose interdicimus, præcipientes Guardianis, aliisque Prælatis, sub pœna divinæ vindictæ, ut nullis sic eundi, aut morandi licentiam tribuant; & si quos ita invenerint ambulantes, puniant, & juxta nostras Constitutiones castigent.

Ad Monasteria autem Monialium, etiam Nobis subjectarum, neminem accedere volumus, nisi eos, quibus à Sede Apostolica concessa est licentia specialis, neminem habere cum eis correspondentias, nemimem dare, aut recipere munera, quamtumvis parva: nihil enim largiri est licitum, vel possidere, & de parvo ad magnum sine difficultate fit transitus. Si qui ista contemnent, erunt apud Nos contemptibiles, sine honore, & ab omni officio, vel gradu Religionis exclusi.

Quæ ad Dei servitium pertinent, ita ab omnibus præstari volumus, ut Deum præ oculis, Deum in ore, Deum in corde, semper habere videamur. In Ecclesiis exterioribus nulli moras, nulli deambulationes, nulli colloquia, præsertim cum mulieribus habeant, nulli, nisi ratione confessionis, inhabitent, cui Religiosos Discretos exprofesso insistere præoptamus, ut spirituale alimentum per Nos semper fidelibus ministretur, qui nobis de temporali succurrere non desistunt. In Choro, cum omni compositione, & modestia, cum omni gravitate, & decore, non incumbentes subseliis, non sedentes, nisi ordinatè, sine risu, sine nugis, sine confabulationibus, omnes exactè consistant, memores subitaneæ mortis, & improvisæ, qua sunt percussi a veneranda nostri Servatoris imagine, torvè aspecti Fratres quidam de nostris, qui tempore Completorii nugabantur. A Matutinis media nocte recitandis numquam Superiores dispensent. Missas, Vesperas, Completoria, quotidie in cantu persolvant, reliquas horas, secundum solemnitates, aut numerum Patrum Choristarum degentium; ita tamen, ut nunquam submissa voce, festinanter, aut sine notabili pausa in fine, ac medio versiculorum, nec in Conventibus parvis dicere liceat. A Chori servitio nullus censeatur exemptus, præter eos, quos Statuta secernunt, aut celebrium librorum scriptores egregios, quos Lectorum Generalium privilegiis, exemptionibus, honoribus, præmiis, & si fieri poterit, majoribus, tum inter Observantes, tum inter Reformatos, quocumque vocentur nomine, debere frui declaramus. Cæteros, nec Chori, nec Ecclesiastici cantus unquam pigeat, scientes, quod sese divino mancipavere servitio, & de Choro Religiosorum in terria, ad Choros Angelorum in Cœlis felici sorte transitur.

Ab oratione autem mentali bis in die facienda (nisi sint infirmorum servitia, quibus Superiores omnes, totos, atque totaliter debitos esse jubemus) nullus, vel studii majoris prætextu, se eximat, memor Seraphicæ mentis Divino Antonio Patavino detectæ *Placet Studium cum pietate*. Festivis vero diebus eam, non modo prætermitti non volumus, sed augeri; sanctificare etenim festa sicut tenemur, meliore non possumus pacto, quam meditando, & orando.

Ante Divinum Altare cum omni timore, tremore, ac reverentia stent Sacerdotes: Divina tractent ea puritate, qua decet. Attentè repetant cum Chrysostomo, quo non oportet esse puriorem talia Ministrum Sacrificii? Quo solari radio non splendidiorem manum carnem hanc dividentem? Os, quod igne spiritali repletur? Linguam quæ tremendo nimis sanguine quotidie rubescit? Ue sic a Missis indevote, oscitanter, & cum præcipitatione celebrandis abstineant, ut hominibus indevotis non placeant, sed Deo, ut Nobis non objiciatur, quod scriptum est: *Nullum majus, quam a Sacerdotibus suis, detrimentum patitur Deus*. Hoc tamen omnibus notum facimus, quod si quis ad nostrum Tribunal in hoc culpabilis deferetur, pœna suspensionis perpetuæ, & inhabilitatis ad omnia Religionis officia irremissibiliter punietur.

Cum autem lege divina, scientia Sacerdotio sit annexa, in Ordine maxime nostro, qui primus omnium ad salutem Animarum procurandam institutus est, nedum otiositati vitandæ, sed implendo vocationis nostræ muneri, studium, usumque Librorum esse necessarium certo scitur. Quamobrem in omnibus Religionis nostræ Conventibus, Capitulo Generali annuente, jubemus, ubi Bibliothecæ non sunt, ipsas institui; ubi sunt, augeri, coordinari, & qua opus fuerit, innovari, ut ansa tam sæpe exeundi de parvis Conventibus, otiosis Patribus auferatur, & qui nostræ invident sorti, sine armis milites non vocent. Libros morientium Fratrum iis assignamus Conventibus, in quibus decedunt, sine arbitrio Provincialibus, ac quibusvis Nobis subjectis aliter dispensandi; Eleemosynas pecuniarias, & liberas, quæ in aliis minus fructuosè expendi possent, & a necessariis supersunt, in iis expendi mandamus. Et quia quandoque contingit a Guardianis, vel aliis indiscreti zelantibus, de uno ad alium Conventum librorum quantitates deferri, & applicari, ne libri inutiliter (ut ajebant) in Bibliothecis non formalibus remanerent, periculoque subreptionis expositi, omnem, & quamvis librorum multitudinem Conventus cujusvis servitio dedicatam, Bibliothecam formalem esse decernimus, & sic transferentes sine licentia, excommunicationis nobismetipsis reservatæ, a qua absolvi nulli licentiam dare in generalibus intendimus, obnoxios esse decernimus, quousque ablata restituantur. Quomodo enim magnæ nunc essent Bi-

Chronol. Seraph.

bibliothecæ inter nos, si parve antea non fuissent? Et magna flumina a parvis fontibus ortum habent, maxima facere subito, aut brevi tempore, Regum est, non pauperum.

Communitates &. pro majoribus vestimentis, & pro minoribus pannis, aliisque necessitati Religiosorum requisitis, nbilibet fieri præcipimus, ubi non sunt; ubi vero sunt, conservari, & manuteneri, ita ut de omnibus necessariis, ac Seraphico statui convenientibus, subditis a Superioribus provideatur, & eos apud Dominum non incusent, dum se excusare prætendunt, impii proprietatis amantes. Guardiani, qui se minus idoneos ad hæc præstanda cognoverint, officiu renuncient, nullique eligantur inpostetum, qui ad hæc se obligare renuerint. Conquærentibus apud Nos justè subditis, non erit admissa excusatio Prælatorum, aut ratio paupertatis, penuriæque: nihil enim habentes, omnia Dei ope tenemus, & qui nobis præcepit, vadant pro eleemosyna confidenter, sciebat ex alio maximum divinæ largitatis Ærrarium, indefectibile nobis futurum in providendo, si non defecissemus nos in amando, ac fideliter serviendo.

Cum autem a recta juvenum educatione dependeat ut plurimom Sanctitas provectorum, juxta illud Vatis: *Qualiter est imbuta recens servabit odorem testa diu*; sciamusque quantum ad illud conduxerint domus Recollectionis in Hispania, Gallia, Italia, Polonia, Germania, Flandria, & alibi erectæ, eas pro tanto fovere, & si possibile fuerit, adaugere, nostri esse propositi declaramus. Experientia quippe diutina edocti sumus hujusmodi Recollectiones, seminaria semper fuisse virtutum, & sanctitatis, stimulos, emulationes illorum mores, quorum incitamentis, non modo de rictibus demonis, ac vanitatibus mundi, sæculares plurimi erepti; sed ipsimet, qui humanæ pondere infirmitatis a spirituali prugressu retardabantur, ad religiosæ solitudinis, & vitæ interioris perfectionem, suaviter sunt redacti. Propterea Ministros omnes Provinciales ex Ultramontana Familia admonuemus, eisque per Sanctam obedientiam præcipimus, ut antiquas, tum intra Italiam, tum extra eam, Recollectiones patrocinentur, erectas noviter augeant, erigendasque, ubi desunt, proponant, & plenam a nobis gratiam, & uberrimam a Christo mercedem recepturi.

Spiritualia similiter octo dierum exercitia, non sine notabili animarum fructu in nostra Religione usitata, & cum non exiguo detrimento in quibusdam Provinciis exoleta, omnimode restitui volumus, & tempore ordinationum a Clericis, & semel in anno ab omnibus observari, a Provinciæ Patribus incipiendo, quorum exempla imitari, & dociliures studebunt, & Segniores effugere verebuntur.

Postremo tandem ea, quæ nostri sunt muneris, non bene impleviste videremur, si loca Sanctissima Palestinæ, a quorum regimine ad universæ Religionis gubernium evecti sumus, non vobis cordintimè commendaremus. Hæc, Patres, illa sunt Loca, quæ prætiosissimo Servatoris nostri sanguine consecrata, ab ipsis Barbaris venerantur, & in sui adorationem ex ultimis Terræ finibus fideles omnes compellunt, hæc sunt Filiorum Francisci singularissima decora plurimorum nostri Ordinis Martyrum nobilitata Coronis: Hæc sunt nostræ hæreditatis antiqua jura, nobis ab ipsismet Ethnicis, Sultano Ægypti, videlicet, consignata; Hæc sunt primogenita nostra, quæ a trecentis quadraginta, & insuper, annis, viriliter a Nobis defensa, & in medio Tygridum, atque Draconum sarta, tecta, servata, nimiæ nos vilitatis arguerent, si minus accuratè, ac solerter a Nobis in posterum servarentur. Hæc, a quibus initia sua Catholica sumpsit Ecclesia, non more Castrorum custodienda sunt, armis, sed orationibus; non ferro, sed auro; non viribus, sed virtutibus. Quamobrem nullus post hac destinari ad illa poterit, qnin Provinciæ suæ Definitorii testimonio sit probatus quietus animo, ingenio docilis, purgatis moribus, & sufficienti doctrina ad illas gentes, Verbo Dei, Fideique dogmatibus imbuendas, si sit Sacerdos; Laicus vero moribus, & conscientia purus, robustus corpore, & in aliqua arte mecanica bene versatus; qui omnes per sexennium integrum inibi commorari se obligent, ut inutiles vitentur expensæ, ut possit quilibet Sanctis Locis æquè, & Hospitiis, & Missionibus deservire, & ex Accademiis linguarum, ibi per nos institutis, bene eruditi prosiliant exercendi.

Fratres vero ad ea loca, præter hos, mittere nullus audebit, nisi nostris, aut Guardiani Hierosolymitani Patentibus nominatos, nec prætestu eleemosynarum deferendarum, quas Commissarii Terræ Sanctæ, juxta Regulæ nostræ puritatem colligi facient, collectasque in manu Sindici Generalis unici, fideliterque servari, donec per Fratres, a Nobis de summa, & quantitate commonitis, deputandos, Hierosolymæ in manu Apostolici Sindici Montis Syon deponantur.

Ad utriuslibet Indiarum Apostolicas Missiones, si qui Dei spiritu ducti, & Zelo fidei dilatandæ, sanctoque amore succensi ire voluerint, petant a Nobis, aut a Patre Commissario Generali Indiarum, licentias cum spe non frustatæ petitionis, si ad Evangelicum opus necessaria in iis aptitudo reperiatur. Hinc ad eas destinatos, & destinandos profusè, enixeque rogamus, ut sedulo agant, quod agunt, nihilque, præter Deum, respiciant, sut animarum salutem, ne incuria Pastorum perditæ, sanguis earum de terra, vocesque ab inferis contra ipsas ad vindictam eternam reclament.

Paterna Vos demum hortamur solicitudine, & charitate, o dilectissimi Fratres, & in æternum benedicti Filii, ut supra omnia, vitetis scandalum, per quod ira Dei descendit in populum confidentiæ, per quod, non modo vestrarum, sed plebis totius culparum eruat a vobis Altissimo rationes reddendę, ut a sæcularibus, vanis, immodestisque colloquiis abstineatis, per quæ, in medio sic loquentium Christus non habitat, sed Diabolus, ad omnia deteriora perducens, dicente Bernardo: *non longe distat a tactu, qui solitus est delinquere in verbo*; sed vestra, maxime cum extraneis, bis prius ad limam, quàm semel ad linguam, verba deveniant. A vestro nunquam recedat animo Doctorum æmulatio, imitatioque Sanctorum: his enim gressibus ad arcem gloriæ properatur, & bisce firmata columnis, sanctitate videlicet, ac doctrina, Religio nostra consistit.

Recursum ad Sæculares quantumvis magnos, quantumvis Principes, quantumvis de Nobis optimè meritos, pro gradibus, ac dignitatibus in Religione obtinendis, nullus apud nos audeat nominare, si ad ipsas voluerit nominari, si Deum timet, si justitiam nostram veretur: Sit rarus de Monasterio vester exitus, nulla vestra per Urbes vagatio, ac domus Sæcularium cursitatio, sit gravis incessus, sit seriosa modestia, decens vestitus, frugalis victus, constans humilitas, religiosa conversatio, sine fictione, sine hypocrisi, sine aviditatis suspicione, sine importuna eleemosynarum quæstuationa, qualem vere Francicanorum opus est esse, ut verestur, qui ex adverso est, nihil habens malum dicere de nobis.

Turgentibus denique lacrymis, erumpentibus ab ore

ore suspiriis, ac corde charitatis lancea vulnerato, hortamur insuper nostros Discolos, & Apostatas omnes, qui sui immemores, Religioni rebelles, Deoque inimici, ut Prodigi hucusque filii extra domum paternam vixerunt, ut confidenter ad ipsam, sinumque Patris recurrant, humanissime a Nobis excipiendi, ac cum remissione pœnarum ad nos privasive expectantium, si, infra quatuor mensium spatium a præsentium publicatione, id efficiant, hoc solo pacto, ut de omnibus excessibus suis, & reditu, tam ipsi, quam Prælati, ac Discreti, quibus sese præsentaverint, reddant nos illico certiores.

Tandem, cum numerosa Minorum Familia eo magis adstricta sit Principum beneficiis, quo in terris degit pauperior, animique gratitudo ab Apostolo præscripta magis in paupertate initescat; hinc omnes subditos nostros, per totum Orbem diffusos, vehementer hortamur in Domino, ut diebus singulis, particulares, ac ferventissimas ad Dominum misericordiarum preces effundant, pro felicissimo S. R. E. Statu, pro utraque incolumitate Sanctissimi Domini Nostri Innocentii Papæ XI., universalis Ecclesiæ Dei Pastoris, atque Rectoris, ut divina clementia ei concedat quod optat, propagationem, scilicet, Sanctæ Fidei, Hæreticorum reductionem, Principum concordiam, vitiorum extirpationem, Religionis augumentum, & quæ sunt bona nutriat, ac pietatis studio, quæ sunt nutrita custodiat.

Pro Sacra Cæsarea Majestate Imperatoria nostri Leopoldi, qui gloriosa solicitudine præliatur prælia Domini, ut eum Deus cum Serenissima Augusta, & felicissima Prole conservet, hostium victorem efficiat, & ab adversitatibus tueatur. Pro Serenissimo nostro Carulo Secundo Catholico, ut ejus ardentissimum Zelum, hæreditarium affectum, ac profusam in nobis liberalitatem, divina illi pietas Cœlestium charismatum copiosa largitione remuneret. Pro pientissima Regina nostra Catholica, ut ejus pia vota, totiusque Hispanicæ Monarchiæ desideria, intercedente B. P. N. Francisco, Deus adimpleat. Pro Christianissimo Rege Galliarum Ludovico decimoquarto, ac Augustissima Regina, quorum virtute, fortitudine, ac justitia, Religio tota Catholica florentissime sustinetur. Pro Eminentissimo, ac Reverendissimo Domino Aldirano Card. Cybo, ferventissimo Ordinis nostri Protectore; ac universo DD. S. R. E. Cardinalium Cœtu. Pro omnibus denique Rebuspublicis, atque Principibus Orthodoxis; pro Benefactoribus cunctis, quibus jure Patrocinii, aut beneficii titulo adstringimur, quatenus bonorum omnium largitor, pro temporalibus, ipsis æterna retribuat, & dicerata concedat. Pro Nobis vero metipsis, vestra vos charitas adhortetur, ut ea, quæ ad Sancte Nobis vivendum, vosque in salutis, & gloriæ semitas deducendos, sunt necessaria, vestris orationibus impetremus, nihilque operetur a Nobis, quod vestræ incolumitati, Deique honori non conferat. Valete Fratres, valete filii charissimi, & Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritus Sanctus vos benedicat, & ab omni culpa defendat. Immaculata Deipara Virgo Maria, Ordinis nostri Protectrix, vos numquam deserat, & Seraphicus Pater Franciscus nunc, & semper, a me benedictos pro suis Filiis vos agnoscat.

Ne vero ullus in posterum ignorantiam hujus nostræ Pastoralis, & paternalis visitationis, admonitionis, & ordinationis adducat, volumus, ut præsentes impressæ, ac nostro majori sigillo firmatæ, ad omnes totius Orbis Provincias mittantur, ac per earumdem Superiores, de Conventu in Conventum, in quibus publice lectæ, & servatæ, nostræ integritatis, & zeli, ac erga vos ardentissimi amoris indubia apud Deum, & homines testimonia semper existant. Datum Matriti, die 24. Julii 1682.

Fr. Petrus Marinus Minister Generalis.

De mandato sua Reverendissimæ

F. Sebastianus de Arrojo
Secret. Generalis Ordinis.

Declaratur contra Archiepiscopum Mechliniensem non teneri Regulares exemptos ad præstandam obedientiam in eorum Ordinatione.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

ALiàs, cum inter Venerabilem Fratrem modernum Archiepiscopum Mechliniensem ex una, ac dilectos filios Regularium Ordinum Professores Civitatis, & Diœcesis Mechliniensis, ab ordinaria jurisdictione exemptos, ex altera partibus, nonnullæ controversiæ exortæ, & in particulari Congregatione desuper a Nobis deputata pluries ventilatæ fuissent, ipsæ verò partes Paternæ Charitati nostræ ad concordiam inter eos stabiliendam benignè propensi, humili obsequio morem gerentes, de controversiis ejusmodi inter se amicabiliter convenissent, nobisque humiliter supplicassent, ut opportune desuper providere de benignitate Apostolica dignaremur: Nos specialem ipsis, Archiepiscopo, & Regularibus gratiam facere volentes, & controversias prædictas ad Nos avocantes, omnemque litem super illis, seu earum occasione enatam, extinguentes, auctoritate Apostolica inter alia statuimus, & ordinavimus, ut inposterum D. Archiepiscopus non posset exigere a Præfatis Regularibus exemptis, & Apostolicæ Sedi immediatè subjectis, in eorum promotione ad Ordines, in benedictione Abbatum, & in licentiis prædicandi, & Confessiones audiendi, ac in alia quacumque occasione, obedientiam cum juramento fidelitatis, sed tàm ab Archiepiscopo, quàm a Regularibus deberet accurate in similibus, ac omnibus observari forma, & dispositio Pontificalis Romani in alma Urbe nostra novissime impressi, & aliàs, prout in nostris desuper in simili forma Brevis die 20. Maji proxime præteriti expeditis literis, quarum tenorem præsentibus pro plene, & sufficienter expresso, & inserto haberi volumus, ubetius continetur. Cum autem, sicut pro parte Regularium exemptorum præfat. Nobis nuper expositum fuit, memoratus Archiepiscopus nihilominus pergat ab ipsis Exponentibus exigere obedientiam, nec quemquam eorum velit ad Sacrum Presbyteratus Ordinem promovere, nisi illam sibi promittat, quinimò nec examinare pro aliis Ordinibus, & approbatione ad Confessiones audiendas, & ad conciones, nisi in literis præsentatoriis Superiorum salutetur ea verborum forma, quæ exhibitionem, sivè professionem obedientiæ significet, hoc prætextu, quod cum per literas nostras prædictas tantum prohibeatur exigere obedientiam cum juramento fidelitatis, illi remaneat Jus exigendi simplicem obedientiam, & sine ejusmodi Juramento fidelitatis. Quam id satis refellatur, ex supradictarum literarum parte, qua tam ab Archiepiscopo, quam a Regularibus prædictis in similibus actibus accuratè observandam esse statuitur formam, & dispositionem dicti Pontificalis Romani, ubi cavetur expresse, quod

si Regularis sit exemptus, non debeat promittere obedientiam Episcopo ordinanti, sed suo Prælato; Abbas vero benedicendus, si pariter exemptus fuerit, fidelitatem, subjectionem, & obedientiam, non Episcopo, sed Sanctæ Sedi Apostolicæ promittere debeat. Nobis propterea dicti Exponentes humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportunè providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur dictos Exponentes specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares Personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, eosdem Regulares exemptos, nec obedientiam, nec juramentum fidelitatis præfato Archiepiscopo, in susceptione Sacri Presbyteratus Ordinis, aut in benedictione Abbatum, aliave quacumque occasione, promittere debere, nec ipsum Archiepiscopum illam & dictis Regularibus exemptis ullo modo exigere posse, nec eorumdem Regularium Superiores in quibusvis literis præsentatoriis suorum Subditorum pro suceptione Ordinum, approbatione ad Confessiones audiendas, aut ad prædicandum Verbum Dei, vel alia qualibet occasione, Archiepiscopum eundem verbo obedientiæ exhibitionem, sive professionem significante salutare debere, sed tam ab Archiepiscopo, quam a Regularibus prædictis in similibus actibus formam, ac dispositionem supradicti Pontificalis Romani in Urbe novissime impressi, ut præfertur, servandam esse, auctoritate præfata, tenore præsentium declaramus, decernentes ipsas præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, ac integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, inviolabiliter observari, sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nec omnibus, & singulis illis, quæ in literis supradictis concessimus non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque.

Volumus autem, ut earundem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides, tàm in judicio, quam extra illud, ubique locorum, habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si exhibitæ forent, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die vi. Februarii 1683. Pont. nost. an. 7.

I. G. Slusius.

Cum Conventus suppressi, & postea restituti, in quibus non degunt de Familia duodecim Religiosi, sint vigore Decreti, *Ut in parvis* Inn. X. subjecti visitationi, correctioni, & ordinariæ jurisdictioni Ordinariorum locorum, contigit dubitari: An Religiosi Confessores, & non Parochi in hujusmodi Conventibus degentes, compelli possint ab iisdem Ordinariis, ut accedant ad conferentias casuum conscientiæ?

„ Proposito hoc dubio in Sacra Congregatione „ super statu Regularium, habita in Palatio Vaticano, die 23. Januarii 1682. Em. PP. censuerunt, „ Ordinarios locorum posse quidem hortari, non „ autem compellere Religiosos Confessores non „ Parochos, ad accedendum ad conferentiam casuum „ conscientiæ.

Confirmatio electionis Reverendissimi Patris Fratris Petri Marini Sormanni de Mediolano in Ministrum Generalem totius Ordinis Minorum S. Francisci.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Dilecte Fili salutem, & Apostolicam Benedictionem. Cum, sicut Nobis nuper expositum fecisti, Tu in Capitulo Generali Fratrum Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum, in Civitate Toletana novissimè celebrato, in Ministrum Generalem ejusdem Ordinis, canonicè electus fueris, electionemque hujusmodi pro majori illius validitate, & subsistentia, Apostolicæ confirmationis nostræ robore communiri summopere desideres. Nos sperantes electionem hujusmodi de persona tua, ut præfertur, factam, ob tuum Religionis zelum, fidem, prudentiam, integritatem, & doctrinam, eidem Ordini plurimum profuturam, Teque specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, & pœnis, à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existis, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus tuo nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, electionem de persona tua in Ministrum Generalem dicti Ordinis, ut præfertur, factam Apostolica Auctoritate, tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos Juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, & quatenus opus sit, dicti Ordinis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, Statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis, quibus omnibus, & singulis illorum tenores, præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 10. Junii 1683. Pontificatus Nostri Anno Septimo.

I. G. Slusius.

FR.

FR. PETRUS MARINUS SORMANNUS A MEDIOLANO.

Ex-Guardianus Jerosolymitanus, Totius Ordinis Seraphici P. N. S. Francisci Minister Generalis, & Servus &c.

Universis in Christo Jesu dilectissimis Patribus, ac Fratribus ejusdem Ordinis, tam Superioribus, quàm subditis, Salutem in Domino sempiternam.

AD gravissimum, & Angelicis humeris formidandum Seraphicæ Religionis ministerium, meritis licet imparibus, ex mera Dei providentia evecti, nihil ardentius habuimus in votis, quàm, ut universos filios, & Dominos meos in Christo Jesu coram invisere, ac consolari liceret; quod cum hucusque præ grandibus in nostro ab Hispaniis ad Urbem accessu, pro muneris nostri debito, negotiis detenti obtinere nequiverimus, ecce jam secundo, & tertio venimus ad vos, dilectissimi fratres, & filii, vos omnes, & singulos, ad æmulanda charismata meliora, & insectanda vivido conatu Seraphici Patris nostri vestigia excitaturi: per aspersionem sanguinis Jesu Christi Crucifixi, & per stigmata Passionis ejus, quæ in Sacro Patris Nostri corpore indubitabili claritate fulserunt, adjuramus vos omnes, *Attendite ad Petram, unde excisi estis*. Mementote quotidie, vos esse Fratres Minores, ad hoc in Mundo positos, ut per Mundi contemptum, sanctamque humilitatem, ac vitæ exemplaritatem, simus in lucem gentium. Hoc Christus à Nobis districto examine perquiret. Seraphicæ nostræ Regulæ, ac Generalium Ordinis Statutorum, integram observantiam vobis ad hoc impensè commendamus; quæ, donec diligenti examine, juxtà novissimi Generalis Capituli decretum, fuerint recognita, & emendata, novas ejusdem Capituli Constitutiones illis inserendas, non novarum legum gravamen, sed antiquarum, dubiorumque inde per dies emanantium declarationes vobis transmittimus, quatenus, ad earum præscripta, vitam vero Minorita dignam in omnibus componere debeatis. Dum verò Religionis nostræ quotidia nam defectum attendimus, ac non sinè lachrymis consideramus, hæc præ cœteris cum Seraphico Doct re, Sanctissimo Antecessore nostro, defectionis causa, & ruinarum origo Nobis videtur, quòd ea, quæ provida cura per totius Ordinis providentiam in Generali Capitulo statuuntur, parvipenduntur a fratribus, nec transgressiones hujusmodi debita disciplina castigantur. Hoc itaque potissimum coram Deo, quia me judicaturus est, obtestor, quod sicuti veri Sancti Francisci filii, legumque observatores, me benegnissimum Patrem, & servum invenient; ita inobedientes, ac exleges inflexiblem judicem habebunt. Prælatos desides in primis (quorum ex negligentia, & sopore universa ruina diminant) ad inevitabile Christi tribunal provocamus, ubi de Ovibus sibi creditis, eorumque culpa pereuntibus, de Religionis jactora, quam inferunt, rationem sint reddituri. Nos nihilominùs ad hæc à Deo constituti contrà ipsos speciali rigore processuri; Zelatores e contrà in Charitatis visceribus amplexuri. Hæ sunt vestri Pastoris voces, hæc vota successoris S. Francisci.

Statuta Generalia

Pro Ultramontana Familia.

1. CAPITULUM Generale renovat statutum, quod revideantur, & corrigantur Constitutiones Generales recompilatæ tempore Generalatus Reverendissimi Patris Michaelis Angeli à Sambuca, per Patres deputandos à Diffinitorio Generali, a quo deputati sunt A. RR. PP. Celsus Maria Billò de Senis, Prædicator Generalis, Lector Jubilatus, Provinciæ Tusciæ olim Minister, Ex-Commissarius Generalis Curiæ Romanæ, ac Diffinitor Generalis actualis, & Joannes Baptista à Burgo Collinæ, prædicator generalis, Lector Jubilatus, Ex-Secretarius Generalis, & Ex Minister Provincialis Tusciæ ex Observantibus; Ex Reformatis autem, Pasqualis à Tropea Prædicator Generalis, Lector Theologus Provinciæ SS. septem Martyrum, Ex Minister Provincialis, Ex-Secretarius Generalis, & Diffinitor Generalis actualis, & Franciscus Maria à Bugnara Lector Theologus, Provinciæ S. Bernardini Custos, & Diffinitor Generalis actualis; ea tamen conditione, & lege, ut nihil proprio marte illis addere, ab eisque diminuere audeant ex iis, quæ in legitimis, & veris Constitutionum prædictarum exemplaribus reperiuntur, sed tantum addere in suis quibusque locis Constitutiones Apostolicas, & Ordinis, quæ deesse dignoscuntur.

2. Decrevit Capitulum Generale, ut præfata Statutorum correctione peracta, si deinceps aliquid pro bono Religionis providendum fuerit, fiat per modum decreti, & constante per cursum duorum Capitulorum Generalium necessitate, vel utilitate hujusmodi provisionis, in tertio Capitulo generali proponatur, & habeatur tanquam Statutum perpetuò valiturum.

3. Perpendens idem Generale Capitulum maxima inconvenientia, quæ Religioni provenire possent, ex non accurrata observantia eorum, quæ in Constitutionibus Ordinis cap. 2. §. 1. à nu. 1. ad 6. inclusivè de sæcularibus ad Religionis habitum admittendis, salubriter instituta sunt; præcipit, sub pœna privationis officiorum ipso facto, & irremissibiliter incurrenda Superioribus, tùm localibus, tùm Provincialibus, & Diffinitorio, ut ea omnino exequantur, & exequi respectivè faciant.

4. Eisdem pœnis respectivè subjaceant Superiores locorum, in quibus Novitii ad habitum recipiuntur, qui, non modo protestationes in prædicto num. 6. expressas, ante habitus susceptionem, singulis vestiendis non fecerint, sed etiam in libro ad hunc usum deputato, cum ipsorum, & Discretorum subscriptionibus, non denotaverint dictas protestationes, quarum virtute, vel ad professionem non admittantur, vel jam facta professio, nulla declarari possit, secundùm formam in dicto num. 6. expressam.

5. Circa ætatem Magistri Novitiorum, & Guardiani Conventus, tùm Novitiatus, tùm Professorii, Capitulum Generale declarat, sufficere, si sint constituti in quinto supra trigesimum annum, juxta decreta Clementis VIII. non obstante Statuto præscribente saltem trigesimum quintum completum. Hoc autem in casu necessitatis tantùm à Superiore Generali approbandæ.

6. Si contigerit Magistrum Novitiorum exercuisse officium cùm interpolatione, non proveniente ex mera voluntate, & commodo ipsius, sed ex Provinciæ beneficio, Capitulum Generale statuit, ipsum posse nihilominus aggregari inter Ex-Diffinitores, dum-

dummodò per octo annos integros solares in eo munere laudabiliter se gesserint.

7. Similiter, si quis ex Custodibus, vel Diffinitoribus, sive actualibus, sive habitualibus, sive ex Patribus quibuscumque aggregatis, gaudentibus privilegiis Patrum, laudabiliter exercuerit officium Magistri Novitiorum, vel Professorii, seu lecturæ mysticæ per sex annos integros, & continuos Capitulares in prædictis domibus, præcedat imposterùm, unusquisque in ordine suo respectivè, alios Patres, etiam antiquiores, qui hujusmodi munera non exercuerint; inter sese autem præcedant juxta antiquitatem electionis inter Diffinitores, & Custodes, vel institutionis inter aggregatos.

8. Quoad difficultates super titulis, & legibus sancitis novissimè in Capitulo Generali Romano de anno 1676. circa Conventus Recollectionis, quas experientia ducti proposuerunt Patres Capitulares, ne illæ frustrentur, sed omni procul absurdo competenter servari valeant, Diffinitorium Generale unanimi consensu compromittit in Reverendissimum P. Ministrum Generalem, quatenùs pro suo zelo, & prudentia, expositis opportunè iisdem difficultatibus Sanctissimo domino Nostro, de beneplacito, & approbatione Sanctitatis suæ, providere dignetur quidquid pro bono Religionis magis in Domino expedire cognoverit.

9. Ad removenda nonnulla, eaque gravia inconvenientia, decernitur, nullum prò Tertiario posse ad servitium Religionis admitti, etiam inter Reformatos, nisi, præter alias conditiones requisitas, produxerit testimonia authentica, quòd alibi non fuerit receptus, & à Religione, ob patratos à se defectus, expulsus. Quique ad servitium unius Conventus, seu Provinciæ sunt destinati, non admittantur ad servitium alterius, absque obedientia, & facultate Provincialis, vel saltem testimonialibus Superioris localis, sub pœna privationis officii contrafacientibus, & expulsione ipsius admissi. Ut autem prædicti Tertiarii religiosè, ac piè educentur, mandatur eisdem Superioribus, sub eadem pœna, quatenus illis, saltem per triennium post eorum admissionem, assignent aliquem Patrem spiritualem, qui cæremonias Ordinis, Doctrinam Christianam, & quæcumque ad perfectionem vitæ, & sæculi ædificationem conducunt, eos instruat.

10. Obtinentes literas obedientiales à quibuscumque Superioribus majoribus, illas exequi nequeant, nisi post responsum acceptum à Prælato Provinciæ, sub pœna Apostasiæ, sicut aliàs pro Reformatis proficuè statutum fuit; excipitur tamen utrobique casus urgentis necessitatis, quæ judicio Superioris localis, & Discretorum, dilationem non patitur, de quo judicio, ante discessum è Conventu, eundem Superiorem Provincialem certiorem faciant.

11. Capitulum Generale declarat, & quatenus opus sit, etiam decernit, quòd Provinciales possint mittere suos subditos ad quæcumque loca Provinciarum contiguarum, seu viciniorum, publicæ, vel gravis necessitatis intuitu; non tamen ad quæstuandum, nisi de consensu interesse habentium. Si vero acciderit, fratres missos debere in contigua Provincia ultrà mensem immorari, certiorem faciant Provincialem, qui nequeat eos mittere ultrà limites propriæ Provinciæ. Visitatores autem ab hujusmodi obedientialibus concedendis omninò abstineant, sub pœna privationis vocis activæ, & passivæ per triennium, & gravis Apostasiæ subditis; occurrente tamen casu urgentis necessitatis, vel publicæ utilitatis, ut supra, tempore visitationum, Provinciales, de eorundem Visitatorum consensu, illas concedere valeant.

12. Diffinitorium Generale mandat servari Statutum, quoad Religiosos euntes, & redeuntes à Terra Sancta, qui Romam appulerint, quod scilicet subdantur Procuratori Ordinis, vel Commissario Curiæ respectivè, circa benedictionem petendam in egressu è Conventu, & regressu ad eundem, sicut cœteri Forenses.

13. Circa studia linguarum ad mentem Sacræ Congregationis de Propaganda Fide, in unaquaque Natione erigenda, Diffinitorium Generale solicitudini, experientiæ, ac zelo Reverendissimi Patris Ministri Generalis innixum, relinquit eidem providere, prout magis in Domino expedire animadverterit.

14. Diffinitorium Generale declarat Statutum de Diffinitoribus adhibendis pro judicibus in Institutione, & examine lectorum, intelligendum esse, quatenus iidem Diffinitores, ac cœteri, qui ad idem judicium vocantur, sint periti, scilicet, quòd Philosophiam, & Theologiam legerint, seu docuerint, alioquin Superiores Generales, vel Provinciales, cum consilio, & assensu duorum saltem digniorum Provinciæ Patrum, deputare debent peritos.

15. Renovatur, & confirmatur Statutum, quòd Superiores locales provideant suis subditis de omnibus necessariis, sub pœnis ibidem latis, pro quarum omnimoda executione, in casu negligentiæ, Capitulum Generale subjicit superiores Provinciales privationi suorum officiorum.

16. Capitulum Generale statuit, in quibuscumque Conventibus deputandos esse Præfectos Communitatibus pro vestibus laneis, & lineis, qui si recusaverint hujusmodi onus obire vel minus, quàm sedulò, & charitativè illud exercuerint, privationem incurrant officiorum Ordinis per sexennium, si fuerint Sacerdotes; si verò Laici, per idem tempus nequeant applicari ulli ministerio, tanquam capita, neque fieri socii Confessariorum Monialium, & ultimum locum teneant in suo ordine: Superiores verò Provinciales, & locales, si in præfata deputatione, & executione pœnarum desides fuerint, suis officiis privati censeantur.

17. Innovatur, & confirmatur Statutum de reddendis singulis quibusque mensibus per Superiores Locales, coram Fratribus capitulariter congregatis, eleemosynarum receptarum, & expensarum computis, superaddendo privationem officii Provincialibus, qui contra negligentes taxatas pœnas non exegerint.

18. Capitulum Generale statuit, ut in nova Statutorum compilatione facienda, ubi in delictis pœnæ correspondentes taxatæ non fuerint, taxentur per Patres Revisores, vel ex antiquis Ordinis Constitutionibus, vel ex praxi Criminali Sanctorii de Melfi, vel ex jure communi, vel ex doctrina Doctorum Classicorum.

19. Decernit Capitulum Generale, exequendas esse omninò pœnas à Constitutionibus Neapolitanis de Anno 1590. cap. 37. inflictas, contra non observantes ordinem in appellatione, & recursu, juxta formam Decreti Sacræ Congregationis Regularium sub Sixto V. nempè à gravamine Superioris localis ad Provincialem, à Provinciali ad Generalem, à Generali ad Protectorem, à Protectore ad Sanctam Sedem.

20. Statutum, quo subrogatis, seu substitutis in Diffinitorio Generali conceduntur prærogativæ Patrum, quoad Paternitatem, & præcedentiam dumtaxat, declaratur intelligendum esse de Patribus propriè, & rigorosè sumptis, de iis scilicet, qui connumerantur inter eos, qui fuerunt Ministri Provinciales, prout sunt Guardiani Jerusalem, Ex-Secretarii Generales, & Lectores Jubilati, post quos prædictis substitutis præcedentia debetur apud Observantes;

apud

Digitized by Google

apud Reformatos ante post prædictos Ex-Secretarios Generales , absque jure subrogandi .

21. Quo ad præcedentiam Custodum , & Prominiftrorum , qui in Capitulo Generali Hispaniarum legitimè suffragati sunt , declaratur standum esse Statuto Taletano de anno 1658. nempè quod non præcedant lectoribus Sac. Theologiæ apud Reformatos , non obstante Statuto Romano 1676. bene vero apud Observantes . Inter sese autem utrobique cœteris paribus , præcedentiam competere Custodibus supra Prominiftros . Quo ad conditionem vero præscriptam de Guardianatu per tres vices adminus , ipsam fore intelligendam primi , vel secundi novitiatus : Cœterum ob præcisam itineris rationem non deberi ipsis jus subrogandi , sed tantummodo memoratos locum , & præcedentiam , ac proinde Ex-Custodem antiquiorem , licet non fuerit suffragatus in Hispaniis , præferendum esse .

22. Declaratur item Custodibus , completo officio , deberi præcedentiam supra quoscumque Ex-Diffinitores , etiam antiquiores in electione , quod pariter intelligendum est inter Reformatos quo ad jus subrogandi .

23. Statutum in Cap. 8. §. 54. n. 1. de ordine servando inter Diffinitores electos in eodem Capitulo , quod scilicet servent præcedentiam inter se ab antiquitate habitus , si alias non habeant alios titulos , ob quos se ad invicem præcedebant , declaratur esse intelligendum de titulis , ob quos debebatur eis præcedentia supra Diffinitores .

24. Confirmatur etiam Statutum , quo lectoribus Jubilatis , ob defectum vacantiæ , non gaudentibus prærogativa jubilationis , conceditur præcedentia immediatè post Diffinitores habituales , ac ideò declaratur eisdem competere præcedentiam supra lectores sexenaales , cœterosque Patres aggregatos .

25. Renovatur , & confirmatur Decretum penultimi Capituli Generalis de anno 1676. pro tollendis dissensionibus ortis causa præcedentiæ inter nonnullas Provincias , tam Observantes , quam Reformatas , quod scilicet servetur series præcedentiæ juxta Chronicam Reverendissimi Gonzagæ , præscindendo à Constitutionibus Compilatis per Reverendissimum Sambucam , itaut Provinciæ noviter institutæ teneant locum post antiquas .

26. Statutum disponens subrogationem non deberi Patri digniori , nisi à præcedenti subrogatione per biennium integrum vacaverit , declaratur intelligendum esse de eo , qui in dicta præcedenti subrogatione duobus etiam annis physicis duraverit .

27. Si contigerit in aliqua Provincia quintum Diffinitorem reperiri , ipso quomodocumque vacante , vel absente , declaratur , non esse faciendam subrogationem , nec substitutionem , secus verò in vacantia , vel absentia cujusquam ex quatuor , etiam præsente , & non vacante quinto .

28. Statuta disponentia , quod Diffinitores actuales esse non possint Guardiani , & quod Diffinitor eo tempore , quo fuerit Guardianus , de corpore Diffinitorii esse non possit , declaratur esse intelligenda de Diffinitoribus Provincialibus electis , vel jam subrogatis , seu substitutis , non vero de subrogandis ; ac propterea non obstantibus prædictis Statutis , Pater dignior potest , imò debet subrogari , etiam si tempore subrogationis faciendæ reperiretur actu Guardianus , qui hujusmodi Guardianatus munus exercere potest usque ad novam electionem Guardianorum Congregationis immediatæ , vel Capituli Provincialis , sicut alias fuit dispositum .

29. Declaratur insuper Secretariatus Provinciæ , & Guardianatus officia simul , & semel ab eodem exerceri non posse , ac proinde , si Secretarius eligatur in Guardianum , eo ipso censetur absolutus à Secretariatu , & pari modo , si Guardianus assumatur in Secretarium .

30. Quotiescumque in Constitutionibus Ordinis fit mentio de annis vacationum , declaratur intelligendos esse de annis Capitularibus , non de solaribus , nisi secùs exprimatur ; præfati autem anni Capitulares , non debent esse minores decem , vel undecim mensium , excepto casu imminentis Capituli Generalis , vel alio rationabili ad judicium Superioris Generalis .

31. Diffinitorium Generale declarat , quod quemadmodum Guardiani in Capitulis electi continuare possunt in officio ad triennium , & semestre , absque ulla dispensatione Superioris Generalis , ita etiam ubi electi extra Capitulum , ex speciali tamen ejusdem Generalis dispensatione .

32. Si in electione Vicarii Provincialis contigerit electum , ante captam possessionem , renunciare , declaratur , Patrem digniorem , qui præfuit illius electioni , posse , imo debere omnino , nulla interposita mora , iterum convocare Patres , si fuerint absentes , & legitimam agnoscentes renunciationis causam , ad electionem alterius Vicarii Provincialis devenire , absque alia facultate Generalis , licet infra spatium trium dietarum reperiretur . Quod etiam intelligendum est , cœteris paribus , si prędictus Vicarius statim è vita discederet . Interim vero regimen Provinciæ in iis , quæ dilationem non patiuntur , spectat ad eundem Patrem digniorem .

33. Si contigerit mors Visitatoris , capta officii possessione , declaratur Provinciali competere regimen Provinciæ , usque ad novi Visitatoris deputationem , in iis tantum , quæ dilationem non patiuntur . Unde visitare , processus formare de præteritis delictis , causas terminare , & similia facere non potest . Demortui autem Visitatoris Secretarius coram Superiore , ac Discretis Conventus , Visitationes , cœterasque scripturas , ad præfati Visitatoris officium pertinentes , in Inventarium referat , ac minori sigillo Provinciæ munitas conservet apud se , usque ad novum Generalis mandatum .

34. Decernitur , & statuitur , Commissarios Visitatores debere inter cœtera diligenter inquirere de suorum immediatè prædecessorum , atque sociorum , officio , moribus , & vita ; si verò peracta Visitatione insurgat fama publica contra aliquem ex præfatis Visitatoribus , vel sociis , possit Generalis , non expectato tempore mittendi successorem , destinare statim Delegatum specialem , ad finem opportunè providendi , prout de jure .

35. Promotionem Procuratoris Ordinis , & Commissarii Curiæ Romanæ , & Guardiani Jerusalem , Diffinitorium Generale declarat faciendam esse ad tenorem Statuti relati sub cap. 8. § 61. num. 1. nempè de consilio , & assensu Diffinitorii Generalis , quemadmodum ab immemorabili usu receptum est , non obstante quacumque alia Constitutione Ordinis in contrarium .

36. Diffinitorium Generale declarat votum decisivum competere Prędidi in electionibus , quæ per ballotationes tantum , ipso proponente , non autem in illis , quæ per schedulas , nemine proponente , fiunt , neque eo uti posse , nisi post tres vices vota fuerint æqualia .

37. Renovantur , & confirmantur Statuta pro Bibliothecarum conservatione cap. 6. §. 2. nec non cap. 8. §. 33. sub pœna privationis Superioribus Provincialibus , & localibus , qui sub eadem pœna teneantur de hujusmodi observantia testimoniales deferre ,

seu

Digitized by Google

fcu mittere in singulis Congregationibus, & Capitulis, ac omnino rationem reddere: quod non solum intelligendum est de Bibliothecis magnis, seu formalibus, sed etiam de aliis quantumcumque parvis.

38. Pro omnimoda executione Statuti præcipientis restitutionem vestimenti veteris post novum acceptum, sub pœnis in proprietarios istis, Capitulum Generale decernit, ipso facto privandos esse Superiores locales, & Provinciales si secus permiserint, vel taxatas pœnas non exegerint.

39. Confirmatur etiam, & innovatur Statutum in cap. 8. §. 1. num. 17. interdicens Patribus Reformatis petitionem eleemosynarum intra limites Conventuum Patrum Observantiæ, nisi prius ejusdem Observantiæ Ministri Provincialis obtineatur facultas in scriptis, & viceversa Patribus Observantibus, absque Ministri Provincialis Reformati consensu, etiam in scriptis, obtento, sub pœna gravis Apostasiæ, & exilii Quæstoribus ab illo Conventu, nec non privationis officii Guardianis mittentibus, & suspensionis per semestre Provincialibus, qui hujusmodi Statuti observantiam, & pœnarum executionem neglexerint: Ac proinde utrique sub iisdem pœnis, in petitione eleemosynarum, stare debent limitibus antiquitus præscriptis, vel de novo ab utroque Diffinitorio simul in unaquaque Provincia præscribendis, ubi præscripti adhuc non sunt. Quæ dispositio est pro locis, in quibus non sunt simul Conventus Reformatorum, & Observantium, sed alterutrius ipsorum: ubi verò sunt Conventus utrorumque, quæstuationes sint indistinctæ intra limites.

40. Exequatur omninò Statutum de reddendis singulis quibusque Mensibus, per Superiores locales, coram fratribus capitulariter Congregatis, eleemosynarum acceptarum, & expensarum computis; Et Provinciales, si, contra negligentes, taxatas pœnas non exegerint, eo ipso privationem officii incurrant.

41. Præter ea, quæ novissimè Congregatio Generalis Romana commendavit Officialibus Curiæ Romanæ procuranda, apud Sacram Congregationem Rituum, ad majorem Dei Gloriam, & nostræ religionis honorem, & Diffinitorium Generale præsentis Capituli commendat successoribus ejusdem Curiæ promotionem Caufarum Beatificationis Servorum Dei Fratris Laurentii de Rivello, Fratris Antonii de Stronconio, & Fratris Ægidii de Laurenzana; nec non, ut procurent orationem pro suffragiis in commemoratione Sanctorum Nostri Ordinis, quæ Sanctos Tertii Ordinis Pœnitentium comprehendat &c.

Pro Reformatis.

Capitulum Generale perpendens, multos præmio magis, quam pœna ad virtutes excitari, omnium Vocalium strictioris Observantiæ unanimi consensu, ac nemine penitus discrepante, statuit eos, qui integrum Philosophiæ Cursum, & Sacram Theologiam per duodecim annos laudabiliter docuerunt, vel imposterum docebunt, ultimum locum, & præcedentiam obtinere inter eos, qui Ministri, aut Vicarii Provinciales per biennium, vel Guardiani Jerusalem, vel Secretarii Generales fuerunt. Qui verò totidem annis in Cathedralibus, vel in suggestis conspicuis, vel Generalibus, in Verbi Dei promulgatione præclarè se gesserunt, vel post hac se gerent, immediatè post Diffinitores actuales; Et qui Magistri Novitiorum per octo annos fuerunt, vel erunt, post Ex-Custodes, & Pro-Ministros, qui in Capitulo Generali Hispaniarum legitimè suffragati sunt, locum habeant; ea tamen lege, ut unus ex Lectoribus, unusque ex Concionatoribus, & unus ex præfatis, antiquior in suo quolibet munere expleto, præstita respectivè præcedentia, & loco, atque jure subrogandi eodem tempore gaudere possit. Præfati autem Lectores teneantur imposterùm exercitia scholastica facere ad præscriptum Constitutionum Generalium.

2. Ad experiendam Superiorum localium, & Syndicorum Apostolicorum fidelitatem, atque ad obturanda obloquentium ora, injungitur eisdem Superioribus, sub pœna privationis officii ipso facto incurrenda, quatenus intrà spatium unius Mensis, connumerandi à die publicationis præsentium, conficiant librum magnum, qui ad plures annos inservire valeat, in cujus altera parte notentur eleemosynæ pecuniariæ de die in diem distinctè, tam quæ proveniunt ex laboritiis, quàm ex mera liberalitate, cum expressione nominis Benefactoris (si nominari voluerit), sin autem sub nomine N. & finis, propter quem elarginntur, nempè pro fabrica, pro libris, pro pitantia, & similibus. In altera vero parte ejusdem libri registrentur expensæ quotidianæ singillatim, & distinctè, non autem in confuso, cum specificatione causæ, propter quam factæ sunt. Eodem pari modo conficiatur alius liber, in cujus altera parte describantur onera Missarum, quæ in dies adveniunt, cum specificatione nominis offerentis, & qualitatis earum, an scilicet sint *de Requiem*, vel *Votivæ*, vel *de Tempore*; & in altera ejusdem libri parte adnotentur satisfactiones earundem, quæ celebrantur in dies, cum eadem specificatione Benefactoris, ad cujus intentionem celebratæ sunt; Et constito de aliqua expensa facta, vel eleemosyna tributa, quæ notatæ non sint, procedatur in præfatos Superiores, tamquàm in defraudatores, & dilapidatores; ac propterea singulis quibusque Mensibus, sub eadem privatione irremissibiliter exequenda, teneantur reddere computa coram tribus saltem Discretis Conventus, quorum Conscientia seriosius oneratur, nec non & Syndico Apostolico, tanquàm dantium Sobstituto. Casu verò, quo præfatus Syndicus, rationabilibus ex causis, in prædicta computorum redditione adesse nequiverit, non propterea excusantur Superiores locales, quin ipsa reddant coram memoratis Discretis. Superiores autem Provinciales, si pœnas contra negligentes inflictas non exegerint, ut complices pari pœna plectantur.

3. Quandoquidem ex incuria Superiorum localium non asservantium monumenta, seu scripturas ad Conventus pertinentes, complura, eaque non levia, detrimenta eisdem Conventibus obvenerunt, injungitur dictis Superioribus, quatenus intra bimestre ab harum publicatione, colligant scripturas prædictas in unum, easque reponant in aliqua capsula, vel Archivo, in quo benè custodiri, & asservari valeant, unà cùm inventario, seu libro, in quo distinctè notentur omnia in eisdem scripturis contenta, prout sunt fundationes, legata, instrumenta, Privilegia, indulta, & similia.

Pro Provinciis Poloniæ:

1. Circa dubia proposita à Ministro Provinciali, & Diffinitorio Observantium Majoris Poloniæ, Diffinitorium Generale primò respondit, Guardianos, post resignationem realem Guardianatos, acceptatam a majori parte Diffinitorii Provinciæ, esse jam absolutos ab officio, & durante causa renunciationis, non posse reeligi.

2. Quod

2. Quoad Domos Recollectionis observandas esse Constitutiones à Sanctissimo Domino confirmatas, si quæ tamen circumstantiæ, seu conditiones, ratione locorum, essent moraliter inobservabiles, notificentur Reverendissimo, cujus erit ab eodem Sanctissimo modificationem postulare.

3. Usum duorum Caputiorum nullo modo permitti in Regula nostra; Quoad Calepodia verò, & sandalia standum esse consuetudini.

4. Circa incessum Patrùm Reformatorum sub eadem, vel sub diversa Cruce cum Observantibus in Processionibus, servandam esse etiam locorum consuetudinem.

5. Quantum ad præcedentiam, quam ipsa Provincia Majoris Poloniæ prætendit à Minori, in pœnam negligentiæ Vocalium ejusdem accedendi ad Capitulum Generale: Diffinitorium Generale respondit, non constare de culpa totius Provinciæ, & consequenter non esse adhuc dignam tali pœna.

6. Nec fratribus Reformatis, ubi sunt Conventus Observantium, nec Observantibus, ubi sunt Conventus Reformatorum, licere in domibus sæcularium pernoctare, juxta Constitutiones Generales Ordinis.

7. Quoad titulum tandem Provinciæ Minoris Poloniæ, servandum esse solitum.

Pro Familia Cismontana Statuta.

1. UT in electione Diffinitorum Generalium Justitia distributiva exactius servetur, Statuitur, ut deinceps ex Provincia, cujus filius electus fuit Deffinitor Generalis in Capitulo immediatè præcedenti, non possit eligi in Diffinitorem Generalem in Capitulo immediatè sequenti alius ejusdem Provinciæ filius, etiamsi Vocalis sit pro jure alterius Provinciæ, aut Conventus, & aliter electio facta sit irrita, & nulla.

2. Circa statuta compilanda, decretum est, ut perficiatur compilatio statutorum hujus Familiæ, juxtà compromissum Capituli Generalis Romani an. 1676. quod compromissum in Reverendissimum Patrem Ministrum Generalem præsentem transiisse Diffinitorium Generale declarat. Compilatione autem perfecta, sequentia in præsenti Capitulo Generali statuta omninò observentur.

3. Ad evitanda imposterum incommoda, quæ ex multiplici legum constitutione, antiquarum abrogatione, novarum inductione, & receptarum mutatione, oriri expertum est, & ut consultiùs, si quid de novo statuendum est, aut mutandum, procedatur præsens Capitulum Generale sequentia perpetuò observanda statuit.

4. Nempè, ut si aliquod Statutum generale de novo condendum sit, aut antiquum abrogandum, primùm proponatur in Discretorio generali, ibique discutiatur, suffragiisque singulorum acceptis, si majori parti videatur necessarium, ad Diffinitorium Generale deferatur, & si ibi re de novo discussa approbetur, in actis Capituli scribatur, non ut Statutum factum, sed ut Provinciis propositum ad ipsius convenientiam, vel inconvenientiam explorandam.

5. Proposito autem sic Provinciis Statuto, & usque ad convocationem sequentis Capituli Generalis, communi probatiorum Religiosorum circà illud sensu perspecto, Diffinitorium cujuscumque Provinciæ suum votum de illo admittendo, vel non admittendo, prout in Domino viderit expedire, scripto formet, & à Provinciali, cœterisque Diffinitoril Patribus subscriptum, ac majori sigillo Provinciæ munitum, per manus Custodis, cum cœteris Provinciæ scripturis ad Capitulum Generale deferendis, transmittatur.

6. In Capitulo verò Generali, visis præfatis Provinciarum votis, si major pars Provinciarum statuto condendo suffragetur, & iterùm ibi in Discretorio, & Diffinitorio discussum, à majori parte utriusque probetur, Statutum ipsum factum intelligatur, & inter leges Religionis perpetuò servandum collocetur; Statuta autem aliter facta imposterùm irrita sint, & nulla.

7. Nec per hoc necessitati Ordinis minùs consulitur; cùm expertum sit multiplicitatem, & variationem Statutorum, Ordinem potiùs pervertere, quàm reformare: & sanè in sancitis hucusque Constitutionibus, ad conservandam regularem disciplinam, ordinationes plenissimè sufficientes inveniuntur; accidentalibus verò casibus per decreta, deformationi per præcepta applicationis pœnarum, & difficultatibus circa Statuta, per eorum declarationes, provideri potest.

Decreta, & Declarationes pro eadem familia.

8. UT Decretis aliàs à Sede Apostolica emanatis, & à Sacra Congregatione de Propaganda Fide de novo injunctis, debita obedientia præstetur, Diffinitorium Generale præcipit, ut, cùm primum fieri possit, cum effectu constituantur studia linguarum Hebraicæ, Græcæ, & Arabicæ in Conventibus principaliorum Academiarum nostræ familiæ, nempè Parisiensi, Tolosano, Salmanticensi, Complutensi, Conimbricensi, & Valentino, enixèque commandat Reverendissimo Patri Ministro Generali, ut Lectores, qui præfatas linguas docere possint, sedulò quærat, & ad præfata studia transmittat.

9. Attenta intentione Ordinis in assignandis diebus disciplinæ habendæ, ac nova multiplicatione festorum sub ritu duplicis majoris: Declarat Diffinitorium Generale, exceptiones à disciplina in diebus festivis statutas, debere intelligi præcisè in diebus primæ, & secundæ Classis, & in festis servandis, ac in festivitatibus duplicibus majoribus Christi Domini, & Sanctissimæ ejus Matris, nec non in Octavis per Constitutionem Segoviensem assignatis, nec ultra extendendas fore, intelligique de diebus ipsis præfatis, non verò de eorum vigiliis, seu diebus immediatè antecedentibus.

10. Declarat item Diffinitorium Generale, nomine socii grati in literis patentibus apponi solito, intelligi debere Religiosum probatæ vitæ, officio superioritatis, aut necessariæ assistentiæ non occupatum, nisi aliter in casu alicujus negotii communis pro bono Provinciæ, aut Ordinis peragendi, expedire judicaverit aut Superior Generalis, aut Minister Provincialis.

11. Declarat insuper, quòd si aliquis Lector Theologiæ à Provincia institutus, ex dispositione seu ordinatione Deffinitorii ejusdemmet Provinciæ, Theologiam Scholasticam legerit in aliquo Collegio Sæculari, aut alterius Religionis Conventu, hujusmodi lectura, inter annos ad Jubilationem requisitos, ipsi computari debeat, dummodò singulis annis septem continuos lectoratus menses expleat, cœteraque exercitia literaria in Constitutionibus, nostris lectoribus Theologiæ injuncta, compleat.

12. Attenta ingenti devotione, & piissima munificentia, quibus supra consignatam eleemosynam Excellentissimus Dominus N. Comes de Chincon præsenti Capitulo Generali astitit a Diffinitorium

Generale utriusque Familiæ (exposcente Excellentissima Comitissa conjuge, Ordinis Patrona,) concessit, ut casu, quo præfata Excellentissima Patrona, è vivis ante prædictum Excellentissimum Dominum abeat, & ob id ipse tempore propriæ mortis Patronus actu non existat, fiant in toto Ordine pro ipso suffragia eo penitùs modo, quo fierent, si tempore obitus sui actu Religionis Patronus esset.

13. Diffinitorium Generale confirmat, & innovat decretum Congregationis Generalis Toletanæ de die vigesima Septembris anni Domini millesimi sexcentesimi septuagesimi tertii, quo declaratur, fratres nostræ Regularis Observantiæ, esse capaces recipiendi gradus scholasticos, usque ad lauream doctoralem in quavis universitate, & obtinendi Cathedras in ea, sub conditione, ut Universitas ipsa velit fratres nostros ad prædictos gradus sine expensis admittere, & quòd fratres propinas, aut aliud quodvis emolumentum ab aliis graduandis vicissim non accipiant, ac Cathedras sine stipendiis regant; quandoquidem sub his conditionibus possint profectui doctrinæ communis inservire, & paupertas Evangelica, quam professi sunt, nullatenùs violetur.

Pro Gallis, & Germano-Belgicis.

14. Compilationem Statutorum Magni Conventus Parisiensis, ex ordinationibus, & Decretis antiquis, & modernis Ministrorum Generalium, per quæ semper præfatus magnus Conventus gubernatus est, compositam à Patribus, quibus Reverendissimus Pater Fr. Joseph Ximenez Samaniego, tùm Minister Generalis commisit, & in Discretorio ejusdem Magni Conventus revisam, & probatam, atque Diffinitorio Generali præsentatam, ex ejusdem commissione iterum revisam, & probatam, præfatum Diffinitorium approbat, & confirmat, & ab omnibus, ad quos spectat, observari præcipit sub pœnis in ipsis Statutis contentis.

15. Cum autem ex instrumentis authenticis Diffinitorio Generali constiterit, præfatum magnum Conventum Parisiensem optatæ, ac requisitæ reformationi restitutum esse, in eoque observantiam regularem vigere, & eidem Diffinitorio exhibitum fuerit Breve Apostolicum Sanctissimi Domini nostri Clementis Decimi, Regiis Patentibus munitum, restituens Provinciæ Aquitaniæ Antiquioris jus suum habendi in dicto magno Conventu Discretum, & Studentes, cum derogatione cujusvis oppositi, quæ tantùm desiderabantur, ut juxtà Christianissimi Regis Arresta, & Ministrorum Generalium præcedentium decreta, restitutio in præfatum Jus executioni mandaretur: Diffinitorium ipsum Generale, præsenti decreto, Provinciam prædictam Aquitaniæ antiquioris, in præfatum jus cum effectu restituit, ac constituit, atque Guardiano, & Discretorio ipsius magni Conventus executionem imponit, sub pœna nullitatis actorum ex opposito sequentium.

16. Quia verò præfato magno Conventui Parisiensi, & Instituto nostro de Secularium spirituali profectu procurando, haud sufficienter provisum est: Concedit Diffinitorium Generale, ut duo, aut tres Lectores in eodem Conventu Jubilati, à Discretorio ejusdem Ministro Generali præsentati, si ab ipso litteras obedientiales obtinuerint, in eodem Magno Conventu de Familia manere possint, ut Confessionibus Benefactorum, & Infirmorum visitationibus, Magnatum, & Nobilium Consolationi spirituali vacent; & tandiù in eo maneant, quamdiù præfatis operibus sedulam dent operam; cum hac tamen expressa conditione, ut nunquam Discretorium ingrediantur, nec activam in electionibus, nec consultivam in rebus agendis, vocem habeant.

17. Quantum ad prærogativas Ex-Guardianorum Parisiensium, decrevit Diffinitorium Generale, standum esse statutis nationalibus Galliæ à Reverendissimo P. Francisco Maria Rhini tunc Ministro Generali, & Commissario Apostolico, in Congressu Parisiensi pro natione factis.

18. Ne ex his, quæ pro majori profectu Religiosorum instituta sunt, plures divisiones oriantur: Diffinitorium Generale prohibet, ne in unaquaque Galliarum Provincia ampliùs, quam tres Conventus recessus spiritualis instituti valeant, qui nullis aliis legibus, quàm statutis Generalibus pro Recollectis Hispaniæ ordinatis, possint gubernari, in quorum uno Novitiatus institui poterit.

19. Declarat Diffinitorium Generale, quòd in Provinciis Recollectorum Galliæ Clerici professi, etiam sacris Ordinibus non initiati, debeant præcedere fratres omnes Laicos in quibuscumque functionibus, tàm publicis, quàm privatis, juxta motum proprium Sanctissimæ memoriæ Urbani Octavi de die 16. Novembris 1642.

20. Decretum etiam fuit, ut in instituendis Agentibus in Curia Romana pro Natione Gallica, aut pro Germano-Belgica, servetur distributio inter Provincias, itaut ex eadem Provincia unus post alterum non instituatur, sed totæ omnes, quæ ad Nationem, pro qua est Procurator, pertinent, quantum fieri poterit alternetur. Nec aliquis instituatur, nisi à Diffinitorio Provinciæ, ex qua eligendus est, maturo examine præhabito, testimonium bonum habeat de moribus, sufficientia, doctrina, & habilitate, pro præfato munere exequendo &c.

Judices pro expellendis Incorrigibilibus.

1. Juxta declarationem, & concessionem Sac. Congregationis Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium Sacrosancti Concilii Tridentini Interpretum, tenoris sequentis, videlicet. Sacra Congregatio Concilii Tridentini Interpretum, Sanctissimo approbante, declaravit, sex Patres in singulis Capitulis, vel Congregationibus Generalibus eligendos, de quorum consilio, & assensu, Generalis potest Regulares incorrigibiles à Religione ejicere, in unaquaque Provincia eligi posse; eosdemque sic electos, si Generalis tam longè abfuerit, ut cum eis convenire non possit, debere ad eundem transmittere Summarium processus, una cùm eorum voto, & juxta illud Generalis possit ad sententiam expulsionis procedere. Interea tamen, usque ad primum Generale Capitulum, vel Congregationem proximè celebrandam, Sanctitas Sua annuit, ut ejectio, servata in reliquis forma decreti hac de re editi, possit fieri à Generali, cum consilio, & assensu sex Patrum, quos idemmet Generalis in qualibet Provincia infra quatuor menses eligeret. Die 9. Augusti 1625. S. Cardinalis S. Susannæ. Loco ✠ Sigilli. Prosper Fagnanus Sac. Congregationis Secretarius. Designantur in singulis Ordinis nostri Provinciis, itam pro Observantibus, quàm pro Reformatis sex Patres, videlicet, Minister Provincialis, & Custos, duo Antiquiores, seu Digniores Provinciæ Patres, duo Antiquiores Lectores Jubilati apud Observantes, apud Reformatos autem, & ubi non sunt Jubilati, duo Lectores Sacræ Theologiæ, sive habituales, dummodò sint antiquiores: defectu verò duorum Provinciæ Patrum, duo Ex-Custodes, seu Diffinitores antiquiores in officio.

2. Et quoniam ob amplitudinem, & dilatationem Ordinis, non potest Reverendissimus Pater Generalis

ris adire quamplures Provincias, præsertim Orientalium, & Occidentalium Indiarum, ac Insularum, nec non Germaniæ, & Flandriæ; eadem Sacra Congregatio indulsit supradictam facultatem Commissariis Visitatoribus ab eo destinandis ad dictas Provincias, cum amplitudine potestatis, ut servata in reliquis forma Decreti hac de re editi, ejectio fieri possit ab illis, cum consilio, & assensu prædictorum sex Patrum, benigne annuente Summo Pontifice &c.

Sequuntur Suffragia.

PRo Sanctissimo D. N. Innocentio XI. Summo Pontifice, Imperatore, Regibus, & Principibus Orthodoxis, Eminentissimo Cardinali Protectore, Exaltatione Sanctæ Matris Ecclesiæ, Hæresum extirpatione, felici statu Ordinis nostri, ejusdemque Patronis, fiant assueta, & injuncta in anterioribus Capitulis Generalibus præscripta suffragia.

Numerus Fratrum ab ultimo Capitulo Generali defunctorum.

MOrtui sunt ab ultimo Capitulo Generali Romę celebrato anno 1676. usque ad præsens Capitulum Generale Toletanum ferè septem millia, juxta computationem factam per testimonia ad dictum Capitulum delata, quorum animæ orationibus Fratrum subveniendæ commendantur.

Pro his verò omnibus, qui in accessu, & recessu à præsenti Capitulo Generali obierunt, a quolibet Sacerdote unam Missam celebrari, à Clericis vigiliam unam Defunctorum, & a Laicis centum Pater noster, & centum Ave Maris recitari, juxta Constitutionem Generalem, præcipitur.

ITA EST

Ludovicus Cardinalis Portocarrero Archiep. Tolet. Capituli Præsidens.
Fr. Petrus Marinus Surmanus Minister Generalis.
Fr. Joseph Ximenez Samaniego Ex-Minister Generalis immediatus.
Fr. Franciscus Maria de Cremona Ex-Minister Generalis.
Fr. Marcus Zarzosa Commissarius Generalis.
Fr. Antonius a Sancto Joanne Ex-Commissarius Generalis.
Fr. Christophorus *del Viso* Commissarius Generalis Indiarum.
Fr. Celsus Maria Billò Ex-Commissarius Curiæ Rom. & Diffinitor Generalis.
Fr. Franciscus Gattinara, Diffinitor Generalis.
Fr. Angelicus a Genua Diffinitor Generalis, & Secretarius Ordinis.
Fr. Antonius a Cartoceto Diffinitor Generalis.
Fr. Adrianus Huepphez Diffinitor Generalis.
Fr. Ludovicus ab Aquis Diffinitor Generalis.
Fr. Paschalis de Tropea Diffinitor Generalis.
Fr. Antonius de Montebuso, Diffinitor Generalis.
Fr. Franciscus Maria de Bugniara Diffinitor Generalis.
Fr. Balthasar à Regibus Diffinitor Generalis.
Fr. Joannes de Guevara, Diffinitor Generalis.
Fr. Christophorus à Sancta Maria, Diffinitor Generalis.
Fr. Martinus Snaps, Diffinitor Generalis.
Fr. Bonifacius Maes, Diffinitor Generalis.
Fr. Honoratus *Le Balleur*, Diffinitor Generalis.
Fr. Claudius Frassen, Diffinitor Generalis.
Fr. Ferdinandus Guzman, Diffinitor Generalis.
Fr. Stephanus Perrier, Diffinitor Generalis.
Fr. Petrus Miron, Diffinitor Generalis.
Chronol. Seraph.

Confirmatur Decretum Cardinalis Protectoris circa abrogationem Commissariorum Generalium pro Provinciis Indiarum Orientalium Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

EX debito Pastoralis officii, quod Inscrutabilis Divinæ Sapientiæ altitudo humilitati nostræ, viribus licet, & meritis longe impari, imponere dignata est, paternam Christifidelium, qui è fluctibus Sæculi in Portum Vitæ Religiosæ confugerunt, curam, peculiari Charitate assiduè gerentes, ea, quæ pro felici, prosperoque illorum regimine, & gubernio provide constituta, atque ordinata esse noscuntur, ut firma, & illibata persistant, Apostolici muniminis præsidio, cum id a Nobis petitur, libenter corroboramus.

§. 1. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus Filius Ambrosius ab Assumptione Frater expresse professus, ac Procurator Provinciarum Sancti Thomæ Apostoli, & Matris Dei in Indiis Orientalibus, Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum, quod Venerabilis Frater Noster Alderanus Episcopus Tusculanus S. R. E. Cardinalis Cybo nuncupatus, dicti Ordinis apud Nos, & Sedem Apostolicam Protector, inhærendo quibusdam patentibus literis a Dilecto Filio Petro Marino Sormano Generali ejusdem Ordinis die 21. Maji proximè præteriti emanatis, easque opportune declarando, & quæ deerant supplendo, decrevit, & mandavit, ne de cætero Commissarii Generales ad dictas Provincias amplius deputentur; variasque ordinationes fecit, tam circa deputationem Præsidum, & Conjudicum, qui causas appellationum in eisdem Provinciis cognoscant, & fine debito prout justia fuerit terminent, quam circa Commissarios ad visitandas Provincias hujusmodi, celebrandaque illorum Capitula Provincialia deputari solitos, nec non circa præcedentiam dictis Præsidentibus decernendam, & alias, prout uberius continetur in ipsius Alderani Episcopi Cardinalis, & Protectoris literis patentibus desuper expeditis tenoris, qui sequitur videlicet.

§. 2. Alderanus Episcopus Tusculanus S. R. E. Cardinalis Cybo Seraphici Ordinis S. Francisci apud S. Sedem Protector.

§. 3. Dilectis Nobis in Christo Patribus Provincialibus, Provinciæ Patribus, Custodi, Definitoribus, cæterisque aliis Patribus, & Fratribus Provinciarum nuncupatarum S. Thomæ Apostoli, & Matris Dei in Indiis Orientalibus salutem, & Divinorum Chrismatum Incrementum. Fr. Ambrosius ab Assumptione Provinciæ Matris Dei Pater, & Commissarius Generalis Terræ Sanctæ, quem procuratorio nomine ad Capitulum Generale, & ad Romanam Curiam, pro utriusque vestræ Provinciæ negotiis, ablegastis, exhibuit Nobis quasdam literas patentes Patris Petri Marini Sormani Moderni Ministri Generalis totius Ordinis S. Francisci datas in Conventu S. Joannis Regum Toleti sub die 21. Maii 1682. quarum tenor est, quod attenta petitione per dictum Procuratorem nomine vestro ei oblata, visis, & prævia consultatione nonnullorum Patrum graviorum mature perpensis rationibus, per vos, Procuratoremque vestrum præfatum exhibitis, ne imposterum, ob maximam paupertatem, & angustiam, qua vestræ

 Pro-

Provinciæ premuntur , Commissarii Generales ad easdem Provincias deputentur , præfatus Minister Generalis , tum ad evitandos maximos sumptus in deputatione , & missione dictorum Commissariorum fieri consuetos , tum etiam , ut electiones vestræ majori cum pace , ac sine alicujus præpotentia perfici possent , statuit, atque decrevit dictas Provincias vestras ab hujusmodi onere , & dispendiis eximere , ac proinde sales Commissarios Generales non amplius deputare, nec ab aliis impostetum deputandos fore , prout in dictis literis patentibus expressè , & latius continetur . Cumque idem F. Ambrosius ab Assumptione easdem literas patentes auctoritatis , protectionisque nostræ robore muniri , & confirmari humiliter postulaverit : Nos firmo permanente ipsarum literarum tenore , quem hic pro inserto habere volumus , aliquibus tantummodo pro majori claritate , & faciliori executione immutatis , atque ordinatis , decernimus pariter , & mandamus præfatos Commissarios Generales ad dictas Provincias non amplius deputari debere , & præsentem determinationem a moderno , & pro tempore existente Ministro Generali inviolabiliter observandam fore . Ne autem earumdem Provinciarum Religiosi , quoties a proprio Provinciali , vel Definitorio per sententiam se injuste gravari sentirent , appellationis beneficio careant , inhærentes dispositioni dictarum literarum patentium , volumus , & præsentium tenore præcipimus , ut in Capitulis utriusque Provinciæ , per Definitorium noviter electum, deputetur unus ex maturioribus, & Doctioribus Provinciæ Patribus , qui tanquam Preses appellationum, insimul cum aliis duobus Patribus graduatis ejusdem suæ Provinciæ , qui Religioso appellanti non sint legitimè suspecti , ab ipso Præsidente , quoties opus fuerit , eligendis , & deputandis tanquam Conjudicibus possit , & debeat diffinitive judicare , & sententiare in causis appellationum, cui ad hunc effectum plenam concedimus auctoritatem , servatis omnibus , quæ fuerint de jure servanda , ejusque Præsidentis , & dictorum Conjudicum conscientiam in administratione recti judicii gravissime oneramus . Hoc autem ita volumus executioni demandari , ut Præses cum suis Conjudicibus audiat , & judicet causas non illius Provinciæ , ex qua ille est , sed alterius, ita ut qui est ex Provincia S. Thomæ inserviat pro Provincia Matris Dei , & è contra . Quod si contigerit dictum Præsidentem , vel per mortem , vel per discessum , vel aliam quamcumque causam deficere , Provincialis , & Definitores illius Provinciæ , qui eum elegerunt , ad alterius Præsidentis electionem , etiam extra Capitulum , & Congregationem devenire possint, & debeant. Quo autem ad Commissarios, qui ad visitandas Provincias , ac celebranda Capitula deputari debent (cum hoc hucusque variè practicatum fuerit) volentes rem hanc ad certam , stabilem , ac magis congruam methodum redigere , decernimus , ut imposterum debeant assumi , non ex illa Provincia , ubi Capitulum est celebrandum , sed ex altera , ne rebus propriis , & amicorum solummodo incumbentes , leges confundant , ac munus tanti momenti , vel injuste, vel violenter exerceant. De cætero leges , & consuetudines antiquæ observentur , ut scilicet Provincialis cum Definitorio, & PP. Provinciæ , Ministro Generali , & Commissario Generali Familiæ , ad quos pro tempore spectabit , proponant, seu nominent tres Religiosos alterius præfatæ Provinciæ huic muneri idoneos , ex quibus unum eligere possint . Hanc tamen propositionem , seu nominationem volumus ad Generalem mitti per primam post Capitulum opportunitatem alicujus Navis , quæ Europam versus dirigetur. In quo si Provincialis , vel alii negligentes reperti fuerint , ejusdem Generalis arbitrio graviter puniantur. Quod si ob naufragium , nimiam distantiam , vel aliud inevitabile impedimentum, non habeatur a Ministro Generali responsum quatuor Mensibus ante tempus præfixum , & consuetum Capituli celebrandi , tunc possit Provincialis cum Definitorio , e Patribus Provinciæ unum ex tribus jam propositis tanquam Commissarium Visitatorem advocare , qui omnia , & singula præstare possit , & valeat , quæ missi , & deputati a Generali Ministro præstare solent, ita , & taliter , quod etiam superveniente postea deputatione facta a præfatis Ministro Generali , vel Commissario , talis deputatio nullum sortiatur effectum , ac si facta non fuisset : ut autem contentiones , quæ ex defectu declarationis præcedentiæ, quam habere debent dicti Præsidentes, tàm in propria, quàm in aliena Provincia, oriri possunt, dirimantur, facultatem concedimus Definitoriis utrinsque Provinciæ decernendi eam in propria respectivè Provincia præcedentiam , quam rationi , & æquitati consentaneam judicaverint futuris temporibus perpetuo valituram . Ac tandem præcipimus vobis in virtute Sanctæ Obedientiæ , & sub pœnis arbitrio nostro infligendis, ut hæc omnia a vobis petita , & à Nobis , & Ministro Generali respective in utilitatem , & quietem publicam concessa , deinceps acurate servetis , & ab aliis omnino servari faciatis . Valete , nosque Deo assiduo commendate. Romæ 27. Decembris 1681. A. Cardinalis Cybo Protector. Joannes Baptista Rusca .

§. 4. Cum autem , sicut eadem expositio subjungebat, præfatus Ambrosius præmissa , quo firmius subsistant , & serventur exactius , Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri summopere desideret ; nos ipsum Ambrosium specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes , & a quibusvis excommunicationis, suspensionis , & interdicti , aliisque Ecclesiasticis sententiis , censuris , & pœnis a jure , vel ab homine quavis occasione , vel causa latis , si quibus quomodolibet innodatus existit , ad effectum præsentium dumtaxat consequendum , harum serie absolventes , & absolutum fore censentes , supplicationibus ejus nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati , præinsertas memorati Alderani Episcopi Cardinalis , & Protectoris Patentes literas , omniaque , & singula in eis contenta , & expressa , auctoritate Apostulica , tenore præsentium confirmamus , & approbamus , illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus , ac omnes , & singulos juris , & facti defectus , si qui desuper quomodolibet intervenerint , supplemus .

§. 5. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas , validas , & efficaces existere , & fore , suosque plenarios, & integros effectus sortiri , & obtinere , ac illis, ad quos spectat , & pro tempore spectabit , in omnibus , & per omnia plenissime suffragari , & ab illis respectivè inviolabiliter observari ; sicque in premissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos , etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores , judicari , & definiri debere , ac irritum , & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis , ac Constitutionibus , & Ordinationibus Apostolicis , nec non Provinciarum , & Ordinis præfatorum , aliisque quibusvis, etiam juramento , confirmatione Apostolica , vel quavis firmitate alia roboratis statutis , & Consuetudinibus , privilegiis quoque , Indultis , & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis , confirmatis , & innovatis . Quibus omnibus , & singulis , illorum tenores præsentibus pro plene , & sufficienter expressis , ac ad verbum infer-

infertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cœterisque contrariis quibuscumque.

§. 6. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique locorum tam in judicio, quàm extra illud habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die xxiii. Decembris 1682. Pontificatus nostri anno septimo.

Confirmatur Decretum Ministri Generalis Ordinis S. Francisci de Observantia circa abrogationem Commissariorum Europæorum, & Judices appellationum pro Provinciis S. Antonii, & Conceptionis B. M. V. in Brasilia.

INNOCENTIUS PAPA XI.
Ad futuram rei memoriam.

ADmonet nos suscepti cura regiminis Catholicæ Ecclesiæ per Universum Terrarum Orbem diffusæ, ut paternam Christifidelium Altissimi obsequiis sub suavi Religionis jugo mancipatorum curam gerentes, ea, quæ pro felici prosperoque illorum regimine, & guberno, ac religiosa quiete ab eorum Superioribus Regularibus provide, prudenterque ordinata esse noscuntur, ut firma semper, atque illibata persistant, Apostolici muniminis præsidio corroboremus.

§. 1. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti Filii Fratres Provinciarum S. Antonii in Brasilia, & Conceptionis B. M. V. Immaculatæ ad flumen Januarium Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum, quod dilectus etiam Filius Petrus Marinus Sormanus Minister Generalis dicti Ordinis, ut incommodis, gravissimisque molestiis, quæ ex deputatione Commissariorum Europæorum ad visitandas Provincias præfatas, illarumque Capitulis præsidendum mitti solitorum, simulque vagationibus Fratrum, qui propter causas appellationum longissimis itineribus se committere cogebantur, opportunis rationibus occurreret, nonnullas ordinationes in dictis Provinciis servandas fecit, per quasdam suas patentes literas desuper expeditas, tenoris qui sequitur, videlicet.

§. 2. *F. Petrus Marinus Sormanus a Mediolano totius Ordinis Seraphici Patris nostri Sancti Francisci Minister Generalis, & Servus.* Muneris nostri debitum indesinenter exposcit, ut commissorum sollicitudini nostræ Religiosorum quieti, consolationi, & commodo, quantum in Domino possumus, sedulo consulamus: quapropter cum certam habuerimus notitiam ex deputatione Commissariorum Visitatorum Europæorum ad visitationes, & Capitulorum celebrationes Provinciarum nostrarum S. Antonii in Brasilia, & Sanctissimæ Conceptionis ad flumen Januarium (vulgo de Rio de Janeiro) multa incommoda, molestias, gravissimasque expensas provenire. Nos tot, tantisque malis pro viribus obviare volentes, præsentium virtute censemus, atque decernimus, hujusmodi Commissarios Visitatores in posterum ex Europa non mittere, neque mittendos esse, sed ex eisdem Provinciis assumi debere sequenti modo. In quolibet Capitulo Provinciali Provinciæ S. Antonii a Definitorio noviter electo designentur tres Patres ex Provincia Conceptionis, qui habeant conditiones per Statuta generalia requisita, ad hoc, ut possint visitare præfatam S. Antonii Provinciam, quorum quidem trium Patrum nominatio mittatur ad Ministrum Generalem per primam Navium in Europam venientium opportunitatem, in quo, si vel Provincialis, vel alii negligentes reperti fuerint, puniantur suspensione a suis Officiis per annum, aliisque pœnis arbitrio Ministri Generalis infligendis. In Provincia quoque Conceptionis similis designatio, & nominatio fiat trium Patrum Provinciæ S. Antonii, ita ut Visitator unius Provinciæ ex altera semper desumatur. Minister autem Generalis, habita hujusmodi nominatione, unum ex tribus illis eligat, quem maluerit, ejusque electionem, quantocitius potuerit, Provinciæ visitandæ significet, quod si, vel ob locorum distantiam, vel naufragium, aliudve impedimentum, Patentes Ministri Generalis non comparuerint uno anno ante tempus Capituli celebrandi, tunc Definitorium Provinciæ illius, quæ visitari debet, possit sibi eligere unum ex tribus jam nominatis, qui Provinciam visitabit, & Capitulo præsidebit, cum voto, & omnibus aliis, quæ præstare soleret, & deberet ille, qui a Ministro Generali deputaretur, quod etiam intelligendum est, si ille, quem Minister Generalis elegisset, jam esset defunctus; tunc enim Definitorium poterit alterum ex duobus reliquis ad visitationem præfatam vocare. Casu vero, quo postquam Definitorium Visitatorem advocaverit, perveniant Patentes Ministri Generalis, si jam ille, qui vocatus fuit a Definitorio, Provinciam fuerit ingressus, prosequatur munus suum, & Capitulum celebret, ut supra: si verò nondum in Provinciam intraverit, omninò abstineat, & Deputatus à Ministro Generali officium suum assumat: dummodo tempus suppetat, ut possit ad Provinciam visitandam accedere quinque integris mensibus ante Capitulum. Et quia ad navigandum ex una in alteram Provinciam quibusdam tantumodo mensibus venti spirant secundi, huic etiam tum Provinciarum, tum Visitatorum commoditati consulere volentes, statuimus tempus præfigere pro Capitulorum celebratione, quod quidem nullo modo prorogari debeat, absque speciali, & expressa Ministri Generalis facultate. Capitulum igitur Provinciæ S. Antonii non differatur ultra diem Sabbati præcedentis Festum Sancti Patris nostri Francisci. Et Capitulum Provinciæ Conceptionis non trasgrediatur Sabbatum immediatum post Festum Ascensionis Domini. Denique Visitatores non ingrediantur Provincias visitandas, nisi quinque mensibus ante Capituli celebrationem, & post illam statim ad propriam redire debeant: quod si facere non potuerint post viginti a tali celebratione dies, Ministro Provinciali electo sigilla omnia renuncient, & Provinciæ gubernio nullatenus se immisceant, cum tali tempore, ex statutis Ordinis Generalibus, eorum auctoritas omnino spiret. Aliud quoque eisdem Provinciis provisione dignum Nobis visum est, nempe, ut evitentur incommoda, & vagationes Fratrum, qui vel causa, vel prætextu appellationis, maximis cum periculis, ac expensis, longissimis se itineribus exponunt: quapropter præsentium nostrarum virtute in unaquaque prædictarum Provinciarum deputamus, & deputatos esse volumus tres Patres digniores extra Definitorium, qui appellationum Judices sint, & ad quos appellantes a sententia sui Definitorii licite, ac libere recurrere possint, petita prius a proprio Provinciali facultate; ita tamen, ut illi, qui sunt ex Provincia S. Antonii judicent causas Provinciæ Conceptionis, & è contra. Ille autem, qui cœteros præcedit, erit illorum Præses, ut illos con-

Digitized by Google

convocet, & congreget quando opus fuerit, uno vero ex istis, per mortem, vel aliam legitimam causam, deficiente, alius Pater, secundum ordinem praecedentiae, intelligatur ipso facto substitutus, duraturque in eodem officio per triennium, idest de Capitulo ad Capitulum, & super appellationes praefatas definitive, & terminativè intra Ordinem nostrum auctoritate nostra, secundum Religionis praxim, & leges judicabunt, & sententiabunt: omnia verò supradicta, scilicet nominatio Visitatorum, nominationis transmissio ad Ministrum Generalem, ejusque responsio, seu Patentes, & Judicum appellationum ingressus ad officium, secundum tempus, quo contigerint, in libro actuum Provinciae fideliter notentur. Praecipimus tandem in virtute S. Obedientiae omnibus, & singulis Provinciarum praedictarum Patribus, & Fratribus, Superioribus, & subditis, quatenus praefatis nostris ordinationibus, & Decretis pro bono, pace, & quiete eorumdem factis, nullatenus se opponere audeant, sed ea, qua par est, promptitudine pareant, & obediant.

Datum in Conventu nostro S. Francisci Matriti die 19. Mensis Julii 1682.

F. Petrus Marinus Min. Generalis.

De mandato suae Reverendissimae
F. Sebastianus de Arrojo Secretarius Generalis Ordinis.

§. 6. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, dicti Exponentes praemissa, quo firmius subsistant, & serventur exactius, Apostolicae confirmationis nostrae patrocinio communiri summopere desiderent: Nos specialem ipsis Exponentibus gratiam facere volentes, & eorum singulares Personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus, eorum nomine Nobis humiliter porrectis, inclinati, praeinsertas memorati Petri Marini Ministri Generalis patentes literas, cum omnibus, & singulis in eis contentis auctoritate Apostolica, tenore praesentium confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adiicimus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus.

§. 7. Mandantes propterea in virtute S. Obedientiae, & sub indignationis nostrae, aliisque nostro, seu pro tempore existentis Romani Pontificis arbitrio imponendis poenis, omnibus, & singulis dictorum Ordinis, & Provinciae Superioribus, Fratribus, & personis, caeterisque, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, ut easdem praesentes literas, & in eis contenta quaecumque fideliter executioni demandent, seu demandari curent, & faciant; Ac decernentes ipsas praesentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere; ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respectivè inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus praemissis, ac Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nec non Provinciarum, & Ordinis praefatorum, aliisve quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die xiii. Maii 1683. Pontificatus nostri anno septimo.

Pro erectione Custodiae in Insula Madera.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Nuper pro parte dilectorum Filiorum Senatus Insulae de Madera Nobis expositum fuit, quod Dilectus etiam Filius Petrus Marinus Sormanus Minister Gen. Ord. Fr. Min. S. Francisci de Obs. nuncupatorum, maturè discussis rationibus, quae Conventus dicti Ordinis in Insula praedicta existentes, à Provincia Portugalliae ejusdem Ordinis dismembrandos, ac in Custodiam erigendos esse, suadent, adhibitoque gravium Religiosorum consilio, Decretum edidit tenoris, qui sequitur, videlicet: Frater Petrus Marinus Sormanus à Mediolano Ex-Guardianus Jerosolymitanus, ac totius Seraphici P. nostri Sancti Francisci Minister Gen., & Servus: Visis Patrum de Ordine nostro consultatorum Votis, super negotio dismembrationis Conventuum *Insulae de la Madera* à Provincia Portugalliae, & erectionis eorum in Custodiam, ad nos per Eminentiss. D. D. Cardinalem Cybo nostri Ordinis Protectorem transmisso, discussisque coram Nobis illorum fundamentis, nec non instrumentorum omnium exhibitorum viribus maturè perpensis, omnibusque emergentibus hinc inde debita perscrutatione collatis, supradictorum Patrum judicio inhaerentes, dismembrationem praefatam, tamquam opportunam, & bono Religionis, Deique servitio utilem approbamus, ad cujus executionem, beneplacito Sanctissimi impetrato, quod necessarium credimus, caetera ex nostri muneris parte requisita, protinus expedire curabimus. Datum in Conventu nostro Sanctae Mariae apud Aram Coeli Romano, die 5. Julii Anni 1683. Fr. Petrus Marinus Minister Gen. Locus ✠ Sigilli. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, dicti Exponentes Decretum hujusmodi, quo firmius subsistat, Apostolicae nostrae confirmationis patrocinio communiri, & alias opportunè in praemissis à Nobis provideri plurimum desiderent: Nos ipsorum Exponentium votis hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium tantum consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes; Supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum praeinsertum à memorato Petro Ma-

Digitized by Google

Marino Ministro Gen. editum, ut prædicitur, authoritate Apostolica, tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus. Præterea eidem Petro Marino Ministro Gen., omnia, & singula, quæ pro præinserti Decreti executione quomodolibet necessaria, & opportuna fuerint, secundum datam sibi à Domino prudentiam faciendi, ac decernendi, & ordinandi, quamcumque necessariam, & opportunam facultatem, authoritate, & tenore prædictis tribuimus, & impartimur. Decernentes easdem præsentes literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque planarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, plenissimè suffragari, sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis authoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari; non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit, Ordinis, & Provinciæ, ac Conventuum prædictorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 30. Junii 1683. Pontificatus Nostri Anno septimo.

Confirmatur Decretum Congregationis Episcoporum, & Regularium approbans alternativam inter Hispanos, & Criollos Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia in Indiis Occidentalibus.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Petrus Marinus Sormanus Minister Generalis Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum, quod cum causa Alternativæ inter Fratres nativos Hispanos Provinciarum Limanæ, & *delas Charcas* in Indiis Occidentalibus dicti Ordinis ex una, & Fratres Criollos nuncupatos earumdem Provinciarum ex altera partibus, jamdudum vertens, a Congregatione Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita acerrime discussa fuisset, emanavit desuper ab eadem Congregatione Cardinalium Decretum tenoris, qui sequitur videlicet. In causa Peruana Alternativæ vertente inter Patres nativos Hispanos professos Provinciarum Sanctorum duodecim Apostolorum Limæ, & S. Antonii Charcar. Ordinis Minorum Observantium S. Francisci in Indiis Occidentalibus ex una, & Patres Criollos nuncupatos professos earumdem respective Provinciarum Partibus ex altera, de, & super validitate, & respective confirmatione, ac executione Decreti prædictæ Alternativæ emanati in Capitulo generali anni 1664. & per hanc S. Congregationem, & Breve san. mem. Alexandri VII., ac per subsequens Capitulum Generale anni 1670. confirmati, rebusque aliis &c. - Sacra Congregatio Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium præposita, Partibus hinc inde, in binis causæ propositionibus, pluries informantibus, eeque mature discussis, referente Eminentissimo Columna, declaravit, atque decrevit, præfatam alternativam esse confirmandam, prout præsentis Decreti tenore confirmavit, omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui intervenerint, sanando. Contrariis quibuscumque minime obstantibus &c. Romæ 9. Julii 1683. - G. Card. Carpineus. B. Panciaticus Secretarius.

§. 1. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, præfatus Petrus Marinus Minister Generalis Decretum hujusmodi, quo promptius executioni mandetur, atque ita multis incommodia, inquietudinibus, & relaxationibus, quibus duæ Provinciæ prædictæ, occasione diutinæ ventilationis causæ hujusmodi, quæ multis annis, tam in Capitulis Generalibus Ordinis præfati, quam in Romana Curia agitata fuit, multipliciter vexantur, finis tandem imponatur, Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri plurimum desideret. Nos ipsius Petri Marini Ministri Generalis votis hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præmissorum dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præinsertum auctoritate Apostolica, tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, salva tamen semper in præmissis auctoritate memoratæ Congregationis Cardinalium.

§. 2. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit, Provinciarum, & Ordinis præfatorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumq. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die vii. Septembris 1683., Pontificatus nostri anno septimo.

Con-

Digitized by Google

Confirmantur Literæ Patentes Ministri Generalis Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia, & Decretum Cardinalis Protectoris circa executionem alternativæ in Provinciis Limana, & de los Charcas.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

EXponi Nobis nuper fecit dilectus filius Petrus Marinus Sormanus Minister Generalis Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum, quod cum Nos, per quasdam nostras in simili forma Brevis literas, Decretum in causa Alternativæ inter Fratres nativos Hispanos, & Fratres Criollos nuncupatos Provinciarum Limanæ, & *de los Charcas* in Indiis Occidentalibus dicti Ordinis vertente, a Congregatione Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, emanatum confirmavissemus, ipse Petrus Marinus Minister Generalis executionem Alternativæ, ac Decreti, & literarum nostrarum hujusmodi, dilectis etiam filiis Commissariis suis Generalibus, tàm Indiarum in Curia Charissimi in Christo filii nostri Caroli Hispaniarum Regis Catholici residenti, quàm Provinciarum Peruanarum Ordinis prædicti cum nonnullis preceptis, & Ordinationibus demandavit, per quasdam suas patentes literas desuper expeditas, tenoris, qui sequitur, videlicet.

§. 1. *F. Petrus Marinus Sormanus a Mediolano, ex-Guardianus Hierosolymitanus, ac totius Ordinis Seraphici Patris Nostri Francisci Minister Generalis, & Servus, &c.*

§. 2. Exigit a Nobis muneris nostri debitum ut quæ pro felici concreditæ Nobis Religionis Seraphicæ gubernio, vel a Prædecessoribus nostris, vel a Capitulis Generalibus, sive etiam ab Apostolica Sede sancita sunt; omnimodam sortiantur executionem, & observantiam, eaque præ cœteris, quæ pro eliminandis discordiis, & concordia, ac pace inter Religiosos tuenda, ac manutenenda ordinata sunt. Hujus præcipue finis intuitu in Capitulo Generali hic Romæ celebrato mense Junii 1664. instantibus Custodibus, & Prominstris septem nostrarum Observantiæ Provinciarum Regni Peruani in Indiis Occidentalibus, utroque annuente Definitorio, partibusque auditis, fuit Decretum sub die 5. ejusdem mensis, ut in ipsis fieret Alternativa inter Religiosos Hispanos dictarum Provinciarum filios, & Religiosos nationales vulgo Criollos nuncupatos, eo modo, quo introducta fuerit in Provinciis Mexicanis, seu novæ Hispaniæ. Huic Decreto annuentibus cœteris, solum se opposuit Limanæ Provinciæ Prominister, qui cum auditus ab eodem Capitulo Generali, nihil relevans deduxisset, prodiit secundum dicti Capituli Decretum, quo præcipiebatur dictam Alternativam omnino stabiliri, ac successive iidem Custodes, & Prominstri, non solum sub die 6. ejusdem mensis obtinuerunt a Sacra Congregatione super Episcopos, & Regulares præposita præfati Capituli Generalis Decreti approbationem, & confirmationem, cum executionis mandato; sed etiam, pro majori sancitæ legis firmitate, a SS. D. N. Alexandro PP. VII. Apostolica auctoritate muniri, ac roborari supplicaverunt, & obtinuerunt per Breve datum die 20. ejusdem mensis Junii 1664. Verum dicto Decreto, una cum præfatis confirmationibus, nec non schedula Majestatis Regiæ nostri Catholici in Limanæ Provinciæ Definitorio exhibitis, parere renuentibus Religiosis Criollis, iterum fuit habitus recursus ad Capitulum Generale anno 1670. Vallisoleti celebratum, in quo, iterum partibus auditis, perpensaque dictæ Alternativæ necessitate, ipsam confirmavit novo Decreto, cujus executionem, & observantiam Reverendissimo Patri Commissario Generali Indiarum in Curia Catholicæ Majestatis residenti serio inculcavit. Cum autem Criolli dictæ Provinciæ Limanæ, quibus tunc primum adhæsit Charcarum Provincia, iterum opposuissent, se hactenus opportune non potuisse contra præfatum Decretum rationes pro ipsis facientes adducere, Congregatio Generalis Toletana de anno 1673., ad quam dicti Criolli provocaverant, mandavit, ut dictarum Provinciarum Definitoria in proximo Capitulo Generali desuper informarent, suspensa interim Alternativæ executione: Capitulum igitur Generale anno 1676. Romæ Congregatum, ut omnem imposterum controversiarum præcideret occasionem, hujusmodi causam in Reverendissimos Patres tunc temporis Ministrum Generalem prædecessorem nostrum, ac Commissarium pariter Generalem prædecessorem nostrum, ac Commissarium pariter Generalem Indiarum in Curia Catholicæ Majestatis residentem compromisit, ut Matriti, habitis eorum, quæ desiderabantur notitiis, providerent, ac disponerent, prout in Domino magis censuissent expedire. Quo quidem compromisso a Partibus acceptato, ne contingeret de illius validitate aliquando dubitari, quasi obstaret Decretum suspensivum, quod præfato anno 1664. ex recursu solius Prominstri Provinciæ Limanæ, ab hac Sacra Congregatione prodierat, proinde Criolli utriusque Provinciæ Limanæ scilicet, & Charcarum unitim, eidem Sacræ Congregationi supplicaverunt, quatenus hoc Decreto de medio sublato, totius negotii Alternativæ decisionem prædictis Patribus Compromissariis remittere dignaretur; annuitque eorum votis Sacra Congregatio per suum Decretum expeditum die 12. Junii 1676. Hujus Decreti vigore, & præfati compromissi per Capitulum Generale facti, iidem Reverendissimi Patres Compromissarii, auditis in Curia Matritensi partibus hinc inde informantibus, per quasi unius anni spatium, ponderatisque utrinsque allegatis, ordinaverunt, & statuerunt, non solum in utraque Provincia stabiliendam, ac servandam esse Alternativam inter Religiosos natos in Indiis, & natos in Hispaniis; sed etiam formam ipsam practicandam in Limana Provincia decreverunt, ut scilicet Provincialis uno Triennio eligatur ex una parte, adeo ut si obierit, vel alia de causa, durante Triennio, vacaverit Minister, Vicarius Provincialis usque ad celebrationem Capituli sit, & eligatur ex eadem parte: Alio verò triennio eligatur, & sit ex altera, servata eadem forma: Custos verò si adfuerit, eligatur, & sit ex illa parte, ex qua non est Provincialis, in dicta forma: Et ex quatuor Definitoribus, duo semper ex una, & duo reliqui ex altera parte sint, & eligantur. Quo vero ad Guardianos, & alia officia de voto, eligantur indifferenter, & ex utraque parte, secundum qualitatem meritorum, & idoneitatem Personarum, itaut Guardianus Domus principalis semper alternetur ex utraque parte de triennio in triennium, & omni tempore (præter Provincialem, aut Custodem, & duos Definitores) eligantur, & adsint ex minori parte saltem decem ad Guardianatus, & officia de voto, ad hoc, ut ex illis, majori libertate, possint eligi duo Definitores. Quoad lecturas autem, & alia officia tàm honoris, quam oneris, eligantur indifferenter,

ser-

servata justitia distributiva, & habito respectu majorum meritorum, & majoris idoneitatis juxta Constitutiones Generales Ordinis, onerantes in hoc Electorum conscientias. Idem pariter decreverunt pro Provincia S. Antonii *de las Charcas*, cum hac sola differentia, quod attento minori numero officiorum de voto, quæ pro Provincia Limana mandarunt dari minori parti in Provincia *de las Charcas*, dentur tantum sex, ut latius in decreto per dictos Patres Compromissarios dato, & publicato in Conventu Sancti Francisci Matriti, die 26. Aprilis 1677. Quod quidem Decretum, ut firmius subsisteret, ac citius mandaretur executioni, Religiosi Hispani duplex Breve a SS. D. N Innocentio XI. impetrarunt, alterum sub die 26. Junii 1677. præfati Decreti confirmativum, alterum vero sub die 6. Julii ejusdem anni, in quo committitur Archiepiscopo Limano, ut ad proxime recensiti Brevis confirmativi executionem procederet, procedique faceret, atque inobedientes, & refractarios, non solum censuris, verum etiam invocato brachii Sæcularis auxilio compesceret, & ad parendum compelleret. His omnibus Religionis, Summi Pontificis, imo etiam & Regiis mandatis, ac dispositionibus quomodo restiterint dictarum Provinciarum Religiosi Criolli, sicut dolentes accepimus, ita modestè, uti notorium, reticemus. Obtinuerunt tandem Mense Januarii præteriti anni 1682. ab hac Sacra Congregatione mandatum, ut hujusmodi negotium totics discussum, ac diffinitum, iterum proponeretur in Capitulo Generali, quod in mense Maii ejusdem anni Toleti congregandum erat, pro voto consultivo tantum; ad cujus mandati executionem partibus pluries auditis, emanavit votum, quod dicta Alternativa, non solum conducat, imo sit omninò necessaria, ex rationibus in eo productis. Comparuerunt demùm in hac Romana Curia dilecti filii nostri P. F. Antonius Fernandez, & P. F. Martinus Moreno, cum procurationis mandato ex parte Criollorum utriusque Provinciæ Limanæ, & *de las Charcas*, pro causæ terminatione, apud Sacram Congregationem EE. RR. S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum, in qua auditis in Causa propositionibus, partibus pluries informantibus, emanavit tandem Decretum pro dictæ Alternativæ confirmatione, quod Sanctissimus D. N. Innocentius PP. XI. confirmavit suis literis in forma Brevis expeditis, tenoris sequentis videlicet -- Innocentius Papa XI. Ad futuram rei memoriam. Exponi Nobis (*reliqua vide suo loco*). Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 7. Septembris 1683. Pontificatus nostri anno septimo.

§. 2. Nos igitur ex præfatæ Apostolicæ confirmationis Decreti, in pleno Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium congressu facti, lectura, considerantes attente, nullum dilectis filiis nostris dictarum Provinciarum Limæ, & *de las Charcas* Religiosis Criollis relinqui subterfugium, ad prompte non obediendum Religionis determinationibus, Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium, & Apostolicis Decretis, necnon Majestatis Regis nostri Catholici piæ voluntati in dicta Alternativa admittenda, & exequenda; eo vel maxime, cum omnes juris, & facti defectus, si qui forte in præfatis sanctionibus irrepserint, fuerint per Sacram Congregationem, & Apostolicam auctoritatem in præinserto Decreto, & Brevi sanati, ac contrariis quibuscumque non obstantibus, dicta Alternativa confirmata: cupientes propterea utriusq. antedictæ Provinciæ quieti, ac paci consulere, ac dissensiones, & discordias ex hujusmodi causa exortas, de medio tollere, & prædictæ Alternativæ executione, ac stabilitate, omnibus scandalorum occasionibus obviare: Hinc plurimum Nobis dilectis Reverendissimo P. Commissario Generali Indiarum in Curia Majestatis Catholicæ residenti, ac Commissario pariter Generali in Provinciis *de el Peru* (qui pro tempore fuerit) per præsentes committimus, ac serio inculcamus, ut dictam Alternativam modo, quo supra, expressam in præfatis Provinciis Sanctorum duodecim Apostolorum Limæ, & Sancti Antonii *de las Charcas* in executionem Religionis, imo & Apostolicorum Decretorum, omnibus juris, & facti remediis adhibitis, introduci, acceptari, practicari, ac imposterum formiter servari mandent, & pro viribus satagant, prout Nos, præsentium vigore, & officii nostri auctoritate, introduci, acceptari, practicari, ac imposterum formiter servari mandamus, ac districte præcipimus, dilectos filios nostros utriusque Provinciæ Religiosos Criollos, uti Servus rogantes, uti Frater hortantes, uti Pater commonentes, ac uti Superior, & legitimus (licet indignus) S. P. N. Francisci successor ipsis, in virtute Spiritus Sancti, ac sub districto præcipientes S. Obedientiæ merito, & sub pœnis contra inobedientes sancitis, ut dictæ Alternativæ tandem acquiescentes, nec non Religionis, S. Sedis, Majestatis Regis nostri Catholici, ac nostris obtemperantes mandatis, se veros, ac legitimos S. P. N. Francisci filios ostendant. Datum Romæ in Conventu nostro Sanctæ Mariæ apud Aram-Cœli die 10. Septembris anno 1683. F. Petrus Marinus Minister Generalis &c. De mandato suæ Reverendissimæ F. Sebastianus de Arrojo Secretarius Generalis Ordinis.

§. 4. Et subinde Venerabilis Frater noster Alderanus Episcopus Portuen. ejusdem S. R. E. Cardinalis Cybo nuncupatus, dicti Ordinis apud Nos, & Sedem Apostolicam Protector, memoratis Commissariis Generalibus commisit, ut præinsertas patentes literas fideliter exequerentur, & observari facerent, cum facultate procedendi adversus inobedientes, & rebelles ad censuras Ecclesiasticas, aliasque pœnas in statutis Ordinis præscriptas, etiam appellatione remota, & alias, prout plenius continetur in ipsius Alderani Episcopi Cardinalis, & Protectoris Decreto desuper edito, tenoris sequentis, videlicet. *Alderanus Episcopus Portuensis S. R. E. Cardinalis Cybo, Seraphici Ordinis Sancti Francisci apud Sanctam Sedem Protector*. Attenta narratorum veritate, quæ ex documentis Sacræ Congregationi exhibitis Nobis constat, cupientes, tam perniciosæ liti finem, & perpetuum imponere silentium, præfatis PP. Commissario Generali Indiarum in Curia Matritensi, & Commissario generali Indiarum in Provinciis Peruanis respectivè residentibus, committimus, & districta mandamus, ut suprascriptas literas patentes P. Ministri Generalis, quarum tenorem præsenti nostro Decreto approbamus, & confirmamus, fideliter exequantur, & ab omnibus, ad quos spectat, in obsequium prædictæ Sacræ Congregationis exequi, & inviolabiliter observari faciant, cum facultate procedendi adversus inobedientes, & Rebelles ad Censuras Ecclesiasticas, aliasque pœnas in Statutis Ordinis præscriptas, nulla eis suffragante appellatione, quam pariter, in obsequium ejusdem Sacræ Congregationis, ab ejus Decreti executione, juxta formam in dictis literis patentibus expressam, ex nunc interdicimus, cassamus, & annullamus. Non obstantibus in contrarium quibuscumque. Romæ die 18. Septembris 1683. A. Cardinalis Cybo Protector. Jo. Baptista Rusca.

§. 5. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat,

Digitized by Google

gebat, præfatus Petrus Marinus Minister Generalis, præmissa, quo firmius subsistant, & serventur exactius, Apostolicæ confirmationis nostræ munimine corroborari summopere desideret: Nos specialem ipsi Petro Marino Ministro Generali gratiam facere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, patentes ejusdem Petri Marini Ministri Generalis literas, & memorati Alderani Episcopi Cardinalis, & Protectoris Decretum præinserta, cum omnibus, & singulis in eis respectivè contentis, auctoritate Apostolica, tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus.

§. 6. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, & spectabit in futurum, inviolabiliter observari: sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac, quatenus opus sit, præfatorum Ordinis, & Provinciarum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 4. Octobris 1683. Pontificatus Nostri Anno Octavo.

Confirmantur Conventiones initæ inter Fratres Minores de Observantia, & Conventuales Ordinis Sancti Francisci circa primatum in Processionibus, aliisque functionibus.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Exponi Nobis nuper fecit Dilectus Filius Modernus Minister Generalis Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci Conventualium nuncupatorum, quod cum in Civitate Aversan. ejus Patria Fratres Minores Ordinum ejusdem Sancti Francisci tam de Observantia, quam Conventuales nuncupati, in publicis Processionibus insimul, uno quidem Fratre de Observantia ad dexteram, altero vero Conventuali ad sinistram, incedere solerent, isque incedendi modus nonnullis incommodis, sive inordinationibus causam præbuisset, ipse Minister Generalis dilectum pariter Filium Moderaum Ministrum Generalem Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum amicabiliter requisivit, ut incommodis hujusmodi opportuna aliqua provisione occurrere vellet, unde cum approbatione, & consensu amborum Ministrorum Generalium præfatorum, dilecti etiam Filii Procuratores Generales dictorum Ordinum respective, ad amicabilem inter se conventionem devenerunt, ut de cœtero in processionibus hujusmodi, quæ in d. Civitate Aversan. sive intra, sive extra illius muros fient, & quibus Fratres amborum Ordinum præfatorum interesse debebunt, utrinsque Ordinis hujusmodi Fratres non amplius conjunctim, sed seorsum, quilibet sub propria Cruce incedant, & quoad præcedentiam servetur inter eos alternativa, itaut uno quidem anno Fratres de Observantia sub propria Cruce, altero autem Fratres Conventuales itidem sub propria Cruce respective præcedant, hicque ordo præcedentiæ, servari etiam debeat in associatione Cadaverum ad Ecclesias, ad quas processionaliter portabuntur. Si autem aliquod Cadaver in Ecclesia Fratrum alicujus ex dictis Ordinibus sepeliendum fuerit, honor præcedentiæ Fratribus exteris tribuatur, in omnibus vero aliis functionibus, quæ formam processionis non habeat, & quibus Fratres utriusque Ordinis non processionaliter, sed alio titulo interfuerint, sive publicæ, sive privatæ fuerint, Fratres Conventuales primum locum Fratribus de Observantia semper dare teneantur, adjecta declaratione, quod hæ Conventiones alibi in exemplum, seu pro lege adduci nequeant, nec per eas ulli ex præfatis Ordinibus, sive in commune, sive in particulari, ullum præjudicium illarum intelligatur, & alias, prout uberius continetur in Syngrapha desuper Italico vulgari idiomate confecta, ac ab omnibus Procuratoribus Generalibus prædictis subscripta, tenoris, qui sequitur, videlicet.

Nel Nome del Signore. Nella Città d' Aversa Provincia di Napoli, o sia Terra di Lavoro li PP. Minori Osservanti, e Conventuali costumano di andare uniti nelle publiche Processioni, cioè la Croce de' PP. Conventuoli ed un Religioso Osservante alla destra d' un Conventuale; E perche si è veduto, che dall' essere li PP. Osservanti sempre in maggior numero, è convenuto alli PP. Conventuali graduati li più delle volte accompagnarsi, o con i Laici, o con Giovani Professi Osservanti, questo modo di andare ha dato occasione a molti disordini nel publico, e preciso al Secolo d' interrompere la divozione, ed apporgliervi qualche vilipendio. Questi inconvenienti rappresentati dal P. Rmo Generale de' Conventuali nativo di quella Patria, al P. Rmo Generale degli Osservanti con amichevoli istanze per qualche provedimento, con l' approvazione, e consenso de medesimi PP. Reverendissimi Generali sono venuti li PP. Procuratori Generali dell' una, e l' altra Religione ad un' amichevole convenzione nella forma, che segue.

1. *Primieramente dichiarano, e concordano, che in tutte le Processioni da farsi nella Città di Aversa dentro, e fuori le mura di essa, o siano d' obligo, o di divozione, nelle quali doveranno intervenire le due Religioni, si osservi l' alternativa di precedere un' Anno li Padri Osservanti, ed un' Anno li Padri Conventuali, cioè, che un' Anno vadino li Padri Osservanti uniti sotto la propria Croce nel primo luogo, e li Padri Conventuoli sotto la loro Croce nel secondo luogo, e l' anno seguente vadano li Padri Conventuoli nel primo luogo, e li Padri Osservanti nel secondo luogo, ciascheduna Religione sotto la propria Croce respettivamente, con que-sto*

sto però, che li Padri Osservanti debbano prima cominciare l'Anno della loro precedenza, che dovrà principiare dal giorno di San Marco dell'Anno corrente 1684. e li Padri Conventuali doveranno cominciare l'anno della loro precedenza nel giorno di San Marco dell'Anno 1685. così successivamente in futurum.

2. *Che lo stesso ordine di precedenza debba osservarsi ancora nell'associazione de' Cadaveri alle Chiese, dove si portano processionalmente, ed in caso, che uno si dovesse seppellire in una delle Chiese delle due Religioni, si dia l'onore della precedenza dentro la propria Chiesa alla Religione forastiera.*

3. *Che in tutte le altre Funzioni, che non hanno forma di Processione, e non v'intervengano le due Religioni processionalmente, ma* alio titulo *sono tenuti li Padri Conventuali nelle dette funzioni, o siano publiche, o private, dare sempre il primo luogo alli Padri Osservanti.*

4. *Si dichiara in oltre, che queste convenzioni non si fanno per riparare, o sfuggire alcuna lite, che sia stata mossa dall'una, o dall'altra Religione sopra tal'affare, ma semplicemente per li motivi detti di sopra, e per il mutuo amore, e religiosa corrispondenza, che passa trà li Reverendissimi Padri Generali di ambe le Religioni, e per il desiderio di compiacere l'uno, e l'altro. Onde questa concordata non potrà portarsi per esempio, o per Legge in altri luoghi, fuori di quello di Aversa, nè per esso s'intende fatto minimo pregiudizio ad alcuna delle due Religioni, nè in commune, nè in particolare, cedendo in questo sol caso l'una all'altra ogni jus, e pretensione, che potesse avere in contrario.*

5. *E così dichiarano, e si obligano gli sudetti Procuratori Generali di osservare, e far osservare respettivamente da loro Religiosi di detti Conventi d'Aversa esistenti adesso, ed in futuro. E per maggior corroborazione di detto amichevole accordato hanno fatta la presente Scrittura, quale vogliono, che abbia lo stesso vigore, e forza di astringere l'una, e l'altra parte, come se fosse publico Istrumento d'accordata fatto con le clausule giuridiche, ed obliganti. Promettendo parimente detti Padri Procuratori Generali di mandare ciascheduno un'originale di questa publica Scrittura, e concordato al Convento de' suoi Religiosi in Aversa, con incaricare loro la puntuale osservanza, e così dichiarano, concordano, e promettono,* etiam medio juramento, *d'osservare in questa, ed in ogn'altra forma più giuridica, e obbligante. Data in Roma li 18. Marzo 1684.*

F. Antonio di Campobasso Proc. Generale dell'Ordine, Min. Osservante.

Locus ✠ Sigilli.

Fr. Vincenzo Maria di Bari Procurator Generale dell'Ordine Minore Conventuale.

Locus ✠ Sigilli.

§. 8. CUM autem, sicut eadem expositio subjungebat, dictus Minister Generalis exponens, præmissa, quo firmius subsistant, & serventur exactius, Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri plurimum desideret: Nos ipsius Ministri Generalis exponentis votis hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, præinsertas conventiones, confectamque desuper Syngrapham præinsertam, cum omnibus, & singulis in ea contentis, & expressis, auctoritate Apostolica, tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus.

§. 2. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari: sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon, quatenus opus sit, Ordinum præfatorum, aliisve quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die xiv. Aprilis 1684. Pontificatus nostri anno octavo.

Reformatur Alternativa in Provincia Sancti Jacobi in Hispania Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

CIrcumspecta Romani Pontificis providentia Christifidelium, qui è fluctibus seculi, in portum vitæ Religiosæ confugerunt, quieti, & felici directioni jugiter invigilans, ea, quæ justis ex causis statuit, si quid inde exoriri novit incommodi, interdum reformat in melius, sicut æquitatis, & Justitiæ rationi consentaneum esse in Domino arbitratur.

§. 1. Alias siquidem Nos, supplicationibus tunc existentis Procuratoris Generalis Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum nomine, Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, ut in Provincia S. Jacobi in Hispania dicti Ordinis, Alternativa circa electionis ad Ministri Provincialis, Custodis, & Definitorum Provinciæ hujusmodi officia, inter ejusdem Provinciæ Fratres Gallæcos ex una, & Fratres Legionenses, Asturienses, & Castellanos Castellæ Veteris ex altera partibus, servari deberet, auctoritate Apostolica sub certis modo, & forma tunc expressis, statuimus, & ordinavimus, prout plenius continetur in nostris, desuper in simili forma Brevis, expeditis literis tenoris, qui sequitur, videlicet.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

§. 2. PAstoralis officii, quod auctore Deo gerimus, cura animum nostrum solicitat ad ea, peculiari paternæ charitatis studio, statuenda, per quæ Christifidelium Divinis obsequiis, sub suavi Religionis jugo, mancipatorum quieti, & felici regimini opportunis rationibus salubriter consulatur. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Procurator generalis Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum, quod cum Provincia S. Jacobi in Hispania dicti Ordinis quadraginta tribus constet Conventibus, quorum viginti duo in Regno Gallæciæ consistunt, & a Fratribus Gallæcis obtinentur, reliqui vero viginti (unus enim tempore bellorum Lusitanicorum destructus fuit) in Regno Legionis, ac Principatu Asturiarum, & Castellæ veteris positi sunt, & proinde ad Fratres ex his statibus oriundos pertinent, itaut ex omnibus simul formentur duo Corpora, unum quidem ex Fratribus Legionensibus, Asturiensibus, & Castellanis; alterum vero ex Gallæcis, qui religiositate, observantia, literatura, & numero non cedunt dictis Fratribus Legionensibus, Asturiensibus, & Castellanis, sed illis saltem pares sunt. His tamen non obstantibus Fratres Gallæci prædicti à multis, & quidem saltem viginti quatuor annis, excluduntur ab honore Provincialatus, & Vicariatus Provincialis dictæ Provinciæ, quinimo frequenter ad minora officia ægre perveniunt; unde, & Justitia distributiva læditur, & Personarum meritum offenditur, & vitiosa personarum acceptio inducitur, cum inter eosdem Fratres Gallæcos multi floruerint, & etiam nunc floreant, probitate, doctrina, & gubernandi artibus insignes, qui poterant, & possunt officia majora, & minora æque bene exercere, ac Fratres Legionenses, Asturienses, & Castellani prædicti illa sustinuerint, & sustineant de præsenti. Quia vero, propter exclusionem hujusmodi, inter duo corpora præfata graves contentiones, odia, & scandala frequenter, & præsertim occasione celebrationis Capitulorum, & Congregationum dictæ Provinciæ oriuntur, non sine notabilissimo religiosæ disciplinæ, fraternæque charitatis detrimento; Ideo dilectus filius modernus Minister Generalis Ordinis prædicti, qui in multis Capitulis, & Congregationibus hujusmodi inordinationes pluries animadvertere potuit, animi sui sensum protulit, ad occurrendum hujusmodi incommodis, expedire, ut Alternativa in electionibus dictæ Provinciæ stabiliatur, ita scilicet, ut uno quidem triennio Minister Provincialis, & duo Definitores ex corpore Fratrum Gallæcorum, ac Custos, & alii duo Definitores ex altero corpore; subsequenti autem triennio e converso, Minister Provincialis, & duo Definitores ex corpore Fratrum Legionensium, Asturiensium, & Castellanorum, ac Custos, & alii duo Definitores ex corpore Fratrum Gallæcorum hujusmodi respective eligantur: Guardianatus autem, Lectoratus, & alia officia totius Provinciæ prædictæ, in singulis illius Capitulis, & Congregationibus pro æquis portionibus inter Fratres utriusque corporis, nempè Gallæcos ex una parte, & Legionenses, Asturienses, & Castellanos, ex altera, distribuantur, atque ita de triennio in triennium servetur; quod quidem eo facilius procedere poterit, quod per alternativam, & æqualem distributionem officiorum hujusmodi, nullum libertati electorum præjudicium inferetur, cum unumquodque ex præfatis duobus corporibus adeo amplum sit, ut ex se solo valeat Provinciam constituere majorem multis, quæ in Ordine prædicto reperiuntur. Quare dictus Procurator Generalis Nobis humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportunè providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur ipsius Procuratoris Generalis votis hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, eumque à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium duntaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de nonnullorum ex Venerabilibus Fratribus S. R. E. Cardinalibus ad suprascriptas preces examinandas specialiter deputatorum consilio, ut in posterum in præfata Provincia S. Jacobi Alternativa supra narrata fideliter observetur, itaut uno triennio Minister Provincialis, & duo Definitores eligantur ex Fratribus Gallæcis; Custos, & alii duo Definitores ex aliis: altero vero subsequenti triennio e converso, Minister Provincialis, & Custos eligantur: Guardianatus autem per partes æquales inter Gallæcos ex una, & alios ex altera partibus, in singulis Capitulis, & Congregationibus dictæ Provinciæ, prout etiam Lectoratus, aliaque officia, eadem omnino paritate, servata tamen semper canonicæ electionis forma, distribuantur, auctoritate Apostolica, tenore præsentium statuimus, & mandamus. Mandantes propterea, & districtè præcipientes omnibus modernis, & pro tempore existentibus Superioribus, & Commissariis Visitatoribus præfatæ Provinciæ, ut prædictam Alternativam executioni demandent, & ab iis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, observari faciant, sub pœnis privationis officiorum, ac vocis activæ, & passivæ, & perpetuæ inhabilitatis, nec non nullitatis omnium actuum Capitularium, quos contra præfatam dispositionem fieri contigerit, aliisque arbitrio Venerabilis Fratris Alderani Episcopi Tusculan. ejus S. R. E. Cardinalis Cybi nuncupati, moderni, & pro tempore existentis dicti Ordinis apud Nos, & Sedem Apostolicam Protectoris, adversus contrafacientes, & contradictores infligendis. Ac decernentes ipsas præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari: sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non Provinciæ, & Ordinis præfatorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, Statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis, quibus omnibus, & singulis illorum tenores, præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, ac insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice duntaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die 2. Maii 1681. anno quinto.

§. 3. Cum

§. 3. Cum autem, sicut dilectus filius Petrus Marinus Sormanus Minister Generalis dicti Ordinis Nobis nuper exponi fecit, Fratres quidem ambarum partium præfatarum publicationi, & stabilimento Alternativæ hujusmodi consenserint; contra vero protestati sint ejusdem Provinciæ Fratres ex aliis Hispaniarum Regnis, nempè Castellæ novæ, Aragoniæ, Navarræ, Bethicæ, Extremaduræ, aliisque Regionibus respective oriundi, quippe quorum, in distributione officiorum Provinciæ hujusmodi, nulla ratio haberetur, tametsi præteritis temporibus ex his Regnis, & Regionibus exteris, orti fuerint ii Fratres, qui eamdem Provinciam maxime illustrarunt, & adhuc de præsenti multi reperiantur Fratres exteri, qui habitum Regularem in dicta Provincia susceperunt, idemque posthac quoque futurum esse merito existimari potest, cum ex omnibus Regnis, & Regionibus exteris, hujusmodi adolescentes, studiorum causa, ad celeberrimam Hispaniæ Universitatem Salmanticen. confluant, ubi Religionis statutum, Deo vocante, in præfata S. Jacobi amplectuntur: Ac proinde idem Petrus Marinus Minister Generalis, cui, præter dictam protestationem ex subscriptionibus graviorum Fratrum, quas penes se habet, vere constat Fratres exteros prædictos in honorum distributione defraudatos reperiri, æquum, ac quieti, bonoque publico ejusdem Provinciæ conducibile fore existimat, si ipsi quoque, pro eorum meritis, & laboribus, quos in obsequium Religionis sustinent, eorumdem honorum præmia pariter consequantur. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur ipsius Petri Marini Ministri Generalis, de Religiosa subditorum suorum tranquillitate, animarumque servitute, soliciti, desiderio favorabilem assensum hac in re, quantum cum Domino possumus, præbere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, exquisita super præmissis sententia memorati Alderani Episcopi nunc Portuen. Cardinalis, & Protectoris, cui dictus Petrus Marinus Minister Generalis, & dilectus filius Commissarius Generalis Curiæ dicti Ordinis desuper consulti, ex documentis authenticis constare fecerunt, præfatam S. Jacobi Provinciam componi, non solum ex prædictis duabus Nationibus Fratrum Gallæcorum ex una, & Fratrum Legionensium, Asturiensium, & Castellæ Veteris, ex altera; sed etiam pro altera tertia parte, ex Fratribus Forensibus (nempe ex cœteris Hispaniarum, Portogalliæ, & Hiberniæ Regnis) religiositate, doctrina, & meritis cœteris non imparibus. Attentis his omnibus pro bono pacis, & tranquillitatis ejusdem Provinciæ, auctoritate Apostolica tenore præsentium statuimus pariter, ac decernimus, & ordinamus, ut in ipsa Provincia Alternativa, & distributio officiorum fieri debeat æqualiter in tres partes, scilicet, ut uno triennio Minister Provincialis, & unus Definitor ex corpore Fratrum Gallæcorum, Custos, & alius Definitor ex corpore Fratrum Legionensium, Asturiensium, & Castellæ veteris, & cœteri duo Definitores ex corpore Fratrum Forensium: sequenti triennio Minister Provincialis, & unus Definitor ex corpore Legionensium, Asturiensium, & Castellæ veteris, Custos, & alius Definitor ex corpore Forensium, & reliqui duo Definitores ex corpore Gallæcorum: Altero v... ...ennio Minister Provincialis, & unus Definitor ex corpore Forensium, Custos, & alter Definitor ex corpore Gallæcorum, reliqui duo Definitores ex corpore Legionensium, Asturiensium, & Castellæ veteris respective eligantur. Guardianatus autem, Lectoratus, & alia officia totius Provinciæ prædictæ in singulis Capitulis, & Congregationibus pro æquis portionibus inter dictas tres partes distribuantur, atque ita de triennio in triennium servetur, servata tamen in reliquis omnibus canonicæ electionis forma.

§. 4. Quapropter harum serie mandamus, & districte præcipimus omnibus, & singulis modernis, & pro tempore existentibus Superioribus, & Commissariis Visitatoribus prædictæ Provinciæ, ut Alternativam, & distributionem officiorum hujusmodi sic per præsentes a Nobis stabilitas, executioni demandent, & ab illis, ad quos spectabit, observari faciant, sub pœnis privationis officiorum, ac vocis activæ, & passivæ, & perpetuæ ad illa inhabilitatis, nec non nullitatis omnium actuum Capitularium, quos contra earumdem præsentium dispositionem fieri contigerit, aliisque arbitrio præfati Alderani Episcopi, & Cardinalis moderni, & pro tempore existentis dicti Ordinis Protectoris, adversus contra facientes, & contradictores infligendis.

§. 5. Decernentes similiter easdem præsentes literas semper firmas validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari, sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus literis nostris præinsertis, aliisque ordinationibus, & Constitutionibus Apostolicis, nec non omnibus, & singulis illis, quæ in eisdem literis concessimus non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die 20. Aprilis 1684. Pontificatus nostri anno octavo.

Statuitur, ut in Provincia Lugdunensi Fratrum Congregationis Gallicanæ Tertii Ordinis S. Francisci exequutioni mandetur Breve Clementis X. circa Fratres Oblatos, seu Servientes.

INNOCENTIVS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

DUdum fel. rec. Clemens PP. X. Prædecessor noster, supplicationibus tunc existentium Superiorum Congregationis Gallicanæ Fratrum Tertii Ordinis Sancti Francisci nomine sibi super hoc humiliter porrectis inclinatus, circa Fratres Oblatos, seu Servientes, ac Fratres Laicos dictæ Congregationis nonnulla concessit, & statuit, prout continetur in ipsius Clementis Prædecessoris literis desuper in simili forma Brevis expeditis, tenoris, qui sequitur videlicet. *Clemens Papa X. Ad perpetuam rei memoriam. Injuncti Nobis (reliqua vide infra pag. 250.)* Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris, die 12. Maii 1672. Pontificatus nostri anno tertio.

§. 1. Cum autem, sicut dilecti filii Nicolaus Lugdunensis Provincialis, aliique Superiores, & Fratres Provinciæ Sancti Ludovici, seu Lugdunen. præ-

fatæ

Digitized by Google

fatæ Congregationis Gallicanæ Nobis nuper exponi fecerunt, præinsertarum executio in eadem Provincia hactenus suspensa fuerit, quia perpauci in ea reperiebantur Fratres Oblati, seu Servientes, qui haberent conditiones requisitas, ad hoc, ut ad statum Fratrum Laicorum admitterentur, qui vero eas habebant, suo statu contenti, in eoque permanere velle videbantur: verum modo Fratres Oblati, seu servitores dictæ Provinciæ hujusmodi sint inquieti, & ad statum Fratrum laicorum præfatorum admitti plurimum desiderent. Nobis propterea dicti Exponentes, de eorumdem Fratrum Oblatorum, seu Servientium quiete soliciti, humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportûne providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 2. Nos igitur ipsos Exponentes specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præmissorum dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctæ R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum, qui dilectum filium Ministrum Generalem Ordinis præfati audiverunt, consilio, præinsertas Clementis Prædecessoris literas, tametsi earum executio suspensa fuerit, ut præfertur, nihilominus deinceps in supradicta Provincia Sancti Ludovici, seu Lugdunen. executioni mandari, ac perpetuis futuris temporibus in omnibus, & per omnia posse, & debere, auctoritate Apostolica, tenore præsentium, statuimus, & ordinamus.

§. 3. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit plenissime suffragari: sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere: ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon omnibus, & singulis illis, quæ in præmissis Clementis Prædecessoris literis concessa sunt non obstare, cœterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris, die 20. Maii 1684. Pontificatus nostri anno octavo.

Confirmatur Statutum Capituli Provincialis Fratrum Tertii Ordinis Sancti Francisci in Gallia de Regula servanda in morte Provincialis, & vacatione Definitoriatus.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

EXponi Nobis nuper fecit dilectus filius Benedictus Parisinus Frater expresse professus, ac Procurator Provinciæ Franciæ, seu S. Francisci Tertii Ordinis ejusdem S. Francisci strictioris Observantiæ in Gallia, quod cum in statutis, seu Constitutionibus dicti Ordinis à Sede Apostolica approbatis, non fuisset sufficienter provisum in eventu, quo mors Ministri Provincialis, ac mors pariter, seu vacatio Definitoris Provinciæ hujusmodi, antequam sua respective officia explevissent, accideret; ideo, ad tollenda quælibet inconvenientia, quæ exinde oriri possent, propositum fuit, & a toto Capitulo Provinciæ præfatæ unanimi consensu receptum, & admissum statutum tenoris, qui sequitur, videlicet.

§. 1. Si Provincialem Ministrum in officio suo mori contigerit, Guardianus Conventus, in quo, vel propior loci, ubi obierit, & Secretarius Defuncti scripturas quascumque ad Provinciam, & ejus, sive totius Ordinis negocia, & interesse quovis modo spectantes, illas non legendo, minoribus Provinciæ, & Conventus sigillis bene munitas, ad Provincialem ultimo absolutum, vel eo deficiente, ad antiquiorem in Religione Patrem, qui Provincialatus, vel eo deficiente, qui Vicariatus Provinciæ, vel utriusque defectu, qui Definitoriatus officium functus fuerit, una cum Sigillis Provinciæ deferant, & consignent. Prædicta autem, qui receperit, statim Ministrum Generalem de tali obitu admonebit, qui si intra trium dierum itinerationis spatium, consulendus erit supra electione Vicarii Provincialis, & ejus responsio expectanda, velit an per se ipsum præesse, nec ne; si autem longiùs absit, eo inconsulto intra quinque hebdomadarum spatium ad summum, & citius, si fieri potest, is, ad quem prædictæ scripturæ delatæ fuerint, convocabit Definitorium ex omnibus omnino Definitoribus tam actualibus, quam absolutis, nec non ex quibuscumque Ex-Provincialibus componendum. Si autem casu evenerit, ut hi omnes ad decem votorum numerum non accederent, tunc antiquiores ex actualibus Guardianis subrogarentur usque ad præfixum hunc decem votorum numerum, sicque ad dictam Vicarii Provincialis electionem procederent. In qua quidem electione præfati omnes hujusmodi Definitorii convocati votum activum habent, passivum vero omnes, qui juxta eadem statuta ad Provincialatum habent. Si tamen residuum tempus celebrandi, septem mensium spatium non excedat, tum Ex-Provincialis, vel alius, in cujus manibus consignatæ fuissent dictæ Scripturæ cum Sigillis Provinciæ, Vicarius Provincialis ipso facto censeretur, & sub hoc titulo Provinciam cum omnimoda, & ordinaria Provincialatus auctoritate gubernaret. In Capitulo autem proxime sequenti, si Vicarius Provincialis electus biennio integro, seu in duobus Definitoriis consecutivis, Provinciæ Vicariatus officio functus fuerit, ad Provincialatum eligi minime poterit, sed toto triennio integro sequenti Exprovincialatus juribus gaudebit; si vero infra biennium rexerit, tunc ad Provincialatum, aut alia quæcumque officia eligi poterit, nullo proinde Ex-Provincialis jure gaudens. Si quis autem Definitor actualis moriatur, aut alia ratione juridica vacaverit, ejus loco subrogetur, & pro subrogato habeatur ipso facto in Provincia antiquior Pater, qui Provincialatus, vel ejus defectu, Vicariatus Provincialis, & utriusque defectu, qui Definitoriatus munere alias functi sunt. Si vero hi omnes defuerint, suffragetur antiquior in religione Guardianus actualis. Sic autem quivis subrogatus ultimum locum in consessu habeat inter reliquos Definitores: in Capitulo proxime sequenti ad Definitorium minime assumi valeat, si biennio integro exercuerit, sin autem minus, ad omnia officia poterit assumi.

§. 2. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, dictus Benedictus Procurator statutum hujusmodi, quo firmius subsistat, & servetur exactius, Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri plurimum desideret. Nos ipsum Benedictum Procuratorem spe-

Digitized by Google

specialia favore gratiæ prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum consilio, præinsertum statutum auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus.

§. 3. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, pleuissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari: Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit, prædictorum Ordinis, & Provinciæ, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo, ac verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris, die 21. Junii 1684. Pontificatus nostri anno octavo.

Confirmantur Privilegia, Indulgentiæ, & Gratiæ locis Terræ Sanctæ concessa, & Fratribus Minoribus Sancti Francisci de Observantia Interpretibus Indulgentia plenaria conceditur.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Piis Christifidelium votis, ex quibus Sacrorum locorum venerationem, & animarum salutem provenire conspicimus, libenter annuimus, & illa, quantum nobis ex alto conceditur, favoribus Apostolicis confovemus.

§. 2. Cum itaque, sicut dilectus filius Ioannes Maria de Canvizarii Frater expresse professus Provinciæ Granaten. Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum, ac Commissarius Generalis in Romana Curia totius Familiæ. Terræ Sanctæ, Nobis nuper exponi fecit, ipse ad ejusdem Terræ Sanctæ subsidium, eorumdemque Fratrum inibi vineam Domini assidue excolentium, sacraque loca venerantium subventionem, necnon ad spiritualem Catholicorum in illis partibus degentium, eoque devotionis causa peregrinantium, consolationem, & profectum, omnia, & singula, gratias, privilegia, & indulgentias hucusque Sacris ejusdem Terræ locis Apostolica auctoritate concessa, & confirmata, per Nos eadem auctoritate etiam confirmari, & approbari plurimum desideret: Nos desiderio hujusmodi annuere, ipsumque Joannem Mariam specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, omnia, & singula privilegia, concessiones, facultates, Indulta, Indulgentias, cæterasque gratias spirituales, & temporales eisdem locis, & illa visitantibus, nec non dicti Ordinis Guardiano, & Fratribus in dictis partibus degentibus, per quoscumque Romanos Pontifices Prædecessores nostros, ac Sedem Apostolicam in genere, vel in specie, aut alias quomodolibet concessa, quatenus sint in usu, & non sint revocata, aut sub aliquibus revocationibus comprehensa existant, sacrisque Canonibus, Constitutionibus Apostolicis, ac Concilii Tridentini Decretis non adversentur, Apostolica auctoritate tenore præsentium confirmamus, & approbamus, ac perpetuæ, & inviolabilis Apostolicæ firmitatis robore communimus, omnes, & singulos tàm juris, quàm facti defectus, si qui desuper quomodolibet in eis intervenerint, supplemus. Nec non insuper omnibus, & singulis eorumdem Fratrum Interpretibus nunc Hierosolymis, Bethlem, & Nazareth existentibus, & viventibus in cujuslibet eorum mortis articulo, si vere pœnitentes, & confessi, ac Sacra Communione refecti, vel quatenus id facere nequiverint, saltem contriti nomen Jesu ore, si potuerint, sin autem corde devote invocaverint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus, & elargimur. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris, die 22. Junii 1684. Pontificatus nostri anno octavo.

Ordinationes sequentes pro Conventibus Novitiatus, & Novitiis Min. Obs. factas à supradicto Reverendissimo P. Sormani Ministro Generali, utilissimum censui typis edere; Cum enim Eminentissimus Cybo Protector illas multum approbasset, voluit quod, mutatis aliquibus mutandis, ad Reformatos quoque transmitterentur. Eas ut prodierunt idiomate Italico ita evulgo.

Era

Fra Pietro Marino Sormoni Ministro Generale di tutto l' Ordine Minore del Nostro Padre San Francesco.

Alli molto amati in Cristo Fratelli Superiori, a Sudditi delle Provincia Osservanti Cismontane, salute, e vera pace nel Signore,

Conoscendo Noi per esperienza quanta difficoltà s' incontra in questa Corte Romana in ottenere il poter vestire Novizj per quelle Provincie, che non l' hanno avuto ancora, ed il pericolo in che sono di perderlo quelle, che l' hanno già conseguito, e ciò par la poca applicatione che si vede in alcune di esse all' osservanza delle Constituzioni Apostoliche, e dell' Ordine circa la recezzione de Novizj, ed essecutione delle Regole stabilite per li Conventi di Recollezzione, di modo che ogni volta, che abbiamo l' onore di essere ammessi e baciar i piedi di Nostro Signore, quasi sempre riceviamo dal sommo zelo della Santità sua nove doglianze, e ricordi circa queste materie, come anche ci vengono inculcate spesso, a con pari zelo dal nostro Eminentissimo Protettore. Abbiamo perciò risoluto di dare per mezzo di questa alcuni ricordi, così a Superiori Provinciali, e loro Diffinitorj, come anco a medesimi Religiosi respettivamente sopra questi punti così essentiali, cavati da Statuti Generali della Religione, da decreti della Sagra Congregazione fatti nel 1665. di ordine d' Innocenzo X. dalle Constituzioni del Capitolo Generale del 1676. confermate dal Sommo Pontefice Regnante Innocenzo XI. e dal *motu proprio* del medesimo, che comincia: *Solicitudo &c.* senza aggiungervi altro del nostro, che alcune regole, ed instruzioni per la loro puntual osservanza.

§. I.

Per la recezzione, ed approvazione de Novizj.

(a) 1. Ordiniamo dunque primieramente, che dovendosi fare la recezzione de Novizj, habbia cura il Superior Provinciale di notificarla anticipatamente con lettera Circolare per tutta la Provincia, incaricando non solo à Superiori, mà a tutti li Religiosi di ciaschedun Convento, che nel ristretto della questuazione di esso facciano diligenza, se vi siano Giovani, che vogliano riceversi, acciò l' indrizzino al luogo, dove à da farsi la recezzione per il giorno, che sarà notificato in detta Circolare.

(b) 2. Ricevuto detto avviso, dovranno li Superiori locali, e gl' altri Religiosi fare esattamente detta diligenza, e trovando alcuno, che voglia riceversi da Chierico, procurino di sapere, se habbia buona intelligenza di Grammatica, se sia di età sufficiente, e se habbia l' altre condizioni requisite, acciò non faccia il viaggio invano. L' instruiscano parimente nell' attestazioni, o fedi, che ha da porter seco per presentarle in Diffinitorio, cioè quella del battesimo, quella della Cresima, o Confirmazione, e quella *de vita, & moribus*, nella quale anche si ha da specificare, com' egli è di stato libero, nè inquisito, che non ha debiti da sodisfare, nè conti di amministrazione da dare, e che non ha Padre, o Madre poveri, che non possano vivere senza di lui. E questa Fede dovrà farsi dalla Communità, s' egli è Secolare, o dalla Corte Ecclesiastica, s' egli è Prete. E tutte le sudette attestazioni debbano essere autenticate, e legalizate. Le medesime diligenze facciano per quelli, che vogliano essere ricevuti per Laici; eccetto che in vece della Dottrina, osservino se siano abili alla fatiche.

(c) 3. Sarebbe anche molto à proposito, che il Superior Provinciale in occasione di mandare tali Circolari scrivesse anche lettere private al Superior locale, o ad altro Religioso grave di ciaschedun Convento, con incaricargli ad informarsi segretamente della qualità della nascita di quelli, che vengono di la per riceversi, e de costumi d' ogn' uno di essi, e della qualità della vita menata nel Secolo, e se sia portato da vero spirito nella Religione, o pure da necessità, o da altro humano rispetto, e con lettera segreta ne dia relatione à detto Superior Provinciale, quale dovrà poi communicarle col Diffinitorio, acciò non siano ingannati in una materia così grave, per il beneficio, e decoro della Religione.

4. In somma usino tanto il Provinciale, quanto il Diffinitorio tutte le diligenze possibili, così publiche, come segrete, per sapere le qualità di coloro, che vengono à riceversi, e particolarmente la condizione della nascita di ciascheduno, e le qualità de suoi Genitori, e Parentato, che non vi siano frà essi, o Donne di poco buona fama, o huomini facinorosi, o banditi, o notati di qualche infamia, o che esercitino uffizj, e mestieri così vili, che ne ricava anche intacco il decoro della Religione. (d) Assicurando tutti, che venendosi à notizia, che in questa materia non siano usate tutte le diligenze necessarie, saranno irremissibilmente li transgressori dichiarati incorsi nelle pene tassate ne' decreti di Clemente VIII., e confermate in quelli d' Innocenzo X. che sono la privazione degl' Uffizj, che attualmente esercitano, ed altre pene più gravi, secondo la qualità della colpa, e negligenza usata in materia di tanto rilievo.

5. Congregati dunque li Giovani nel luogo stabilito per la recezzione, dovrà chiamarsi ciascuno di essi in pleno Diffinitorio, quale dovrà primieramente considerare con diligente applicazione le Fedi accennete sopra, che presenterà il giovane da riceversi, e vedere se sono fatte in forme autentica, e nel modo sopra espresso; Riflettendo anche se il giovane à l' età sufficiente per esser ammesso all' habito, (e) cioè se per Chierico, habbia compiti li quindici anni, e se per Laico, che habbia compiti li venti, e che non ecceda li trenta. Osserverà parimente se le fedi prodotte concordino con le relazioni segrete procurata, come nel n. 3.

(f) 6. Qualificate in questo modo le Fedi, osservino anche la persona del giovane, che non habbia nel corpo qualche mancamento, o deformità notabile, o infermità habitnale; E se ha da riceversi per Laico, che sia di corpo, e complessione habile alle fatiche.

7. S'

(a) *Innoc. X. 1655. §. 1.*
(b) *Innoc. X. §. 1. Const. gen. par. 34. n. 1. 2.*
(c) *Innoc. X. §. 2.*
(d) *Inn. X. §. 9. Cantus. verb. Novitius n. 6.*
(e) *Inn. X. §. 1. Const. gen. par. 33. n. 1. & port. 38. n. 2.*
(f) *Inn. X. cit. Const. gen. par. 34. n. 4.*

7. S' interroghi poi diligentemente il giovane delle causa, motivo, che l' hanno indotto ad eleggere lo stato Religioso, (a) ed usino ogni diligenza per discernere, se la vocazione sia da Dio, e se sia portato da vero spirito, o da altro motivo non buono;

8. Fatte tutte queste diligenze, si sottoponga all' esame, quale non dovrà essere perfuntorio, o per semplice cerimonia, ma fatto con ogni esatta diligenza, e particolarmente se ha da riceversi per Chierico, si vegga se almeno intenda perfettamente la lingua latina, (b) considerando anco l' indole, e disposizione ad avvanzarsi nelle scienze, à proporzione dell' età, e se sarà de ricevere pea Laico, si esamini sopra i Misterj della nostra Santa Fede.

9. Terminato l' esame, e licenziato il giovane, se vi sarà trovato impedimento, per il quale non si possa, o non si debba ammettere, si mandi via senaa farvi altro. (c) E quando non vi sia impedimento, si ptendano per la di lui accettazione li voti segreti, ed avendone la maggior parte inclusivi, s' intenda ammesso, e se la maggior parte esclusivi, s' intenda riprovato.

10. Incarichiamo strettamente la coscienza di detti Esaminatori (oltre le pene temporali, alle quali dovranno soggiacere li trasgressori,) che in detto esame si portino con ogni indifferenza, e rettitudine, havendo avanti gl' occhi della considerazione solamente il servizio di Dio, ed il beneficio, e decoro della Religione.

(d) 11. Compita così la recezzione, dovrà mandarsi à Noi detto esame, e scrutiolo scritto in un foglio, e sottoscritto da tutti gl' Esaminatori, confirmato col loro giuramento, e signato col sigillo delle Provincie, acciò Noi, col consiglio de Padri à ciò stabiliti, possiemo approvare quelli, che in coscienza giudicheremo doversi ammettere.

12. E perche alcune Provincie ci mandano dette attestazioni così diminuite, che non è possibile il farne un positivo giudizio per l' approvazione, o esclusione de ricevuti, avvertano, che Noi non ammetteremo tali attesteaioni, nè approveremo dette recezzioni, se in esse, di ciascheduno de ricevuti non ci specificheranno il giorno, e l' anno del battesimo, e parimente della Cresima, (e) la qualità della nascita, e de suoi Genitori, e Parentato; l' indole, la sufficienza, e come si sia portato bene nell' esame, se sia ricevuto per Chierico, e se oltre la Grammatica abbia studiato altre scienae, specificando la sufficienza di ciascheduno co' termini di buono, migliore, ed ottimo.

13. Questa recezzione dovrà farsi opportunamente prima del tempo, che la Provincia havrà à fare la vestizione di quei Novizj, che le saranno conceduti dalla Sagra Congregazione, e se ne mandi à Noi la sudetta attestazione, con tal anticipazione, che habbiamo tempo di fare in ordine ad essa le diligenze segrete, che ci vengono imposte ne citati decreti, fatti d' ordine d' Innocenzo X. (f) senza le le quali non manderemo l' approvazione de ricevuti.

14. Doppo fatta la recezzioee, come sopra, li giovani ritrovati idonei, dovranno licenziarsi per le loro Case, di dove poi saranno chiamati dal Superior Provinciale, ricevuta che averà la nostra approvazione, e mandato al luogo, dove averanno da vestirsi, e fare il Noviziato.

§. II.

Della vestizione de' Novizj, e loro professione.

15. PErvenuta la nostra approvazione nelle mani del Superior Provinciale, dovrà questo far il computo, se dentro il numero de conceduti fino a quel tempo alle Provincia dalla Sagra Congregazione, possano entrare tutti li giovani ricevuti ed approvati, e quando non vi sia luogo per tutti, incarichiamo, che ne luoghi, che sono vuoti, siano sempre preferiti ad entrarvi li più degni, (g) avuta considerazione all' indole, costumi, fervor di spirito, acutezza d' ingegno, ed alla condizione de natali di ciascheduno. Questi dunque li mandi al luogo, dove hanno da essere ammessi all' abito, spedendone à quel Guardiano l' ordine *in scriptis* colla specificazione delle cose, che dal medesimo dovranno notarsi nel libro, come sotto n. 20.

16. Arrivati detti Giovani al luogo destinato per il Noviziato, non dovrà il Superior locale ammetterli subito all' abito, ma in essecuzione del motu proprio di Nostro Signore Innocenzo XI. *Sollicitudo &c.* inserito ne Statuti Generali del 1676. (h) dovranno almeno per due, o tre giorni essere informati appieno de precetti della Regola, quali obbligano in coscienza, acciò con questa previa cognizione possano risolvere, se vogliono prender l' Abito, o nò. E quando stiano costanti nella risoluzione di prenderlo, si esortino à fare una Confessione Generale, non solo à fine di guadagnare l' Indulgenza plenaria nel giorno che si vestono, ma anche per godere l' amplissimo privilegio dell' assoluzione di tutte le censure, pene, ed irregolarità. (i)

17. In oltre prima di ammettersi all' Abito dovranno farsi a ciascuno le seguenti proteste. (k) Prima. Che se sia infetto di lebra, morbo gallico, o caduco, o di altra contagiosa infermità, e l' averà celato prima di vestirsi, o prima di professare; la sua recezzione, ed anche la professione saranno nulle. (l) Seconda, che se si scoprirà mancargli alcune delle condizioni necessarie per essere ammesso all' abito, o sarà trovato inabile, sarà subito discacciato, ed in niun conto sarà ammesso alle professione. Quali proteste dovranno farsi dal Superior locale alla presenza de Discreti del Convento, e registrarsi poi nel Libro, come sotto nel n. 20.

18. Fatte le suddette diligenze, dovranno li giovani ammettersi solennemente all' abito in Chiesa avanti l' Altar Maggiore, dove si conserva il Santissimo Sagramento, e non in altro luogo, se non per causa d' approvarsi dal Superior Generale, o Provinciale. (m) Et in detta funzione s' osservi la forma solita della nostra Religione inserita nel fine della compilazione de Statoti Generali pag. 375. e con le cerimonie ivi notate.

19. In ciascheduno Convento di Noviziato [dove non vi sia] si faccia subito un Libro grande di carta

(a) *Innoc. X. cit.*
(b) *Inn. X. cit. Const. gen. par. 35. n. 12*
(c) *Innoc. X. §. 2.*
(d) *Innoc. X. §. 6.*
(e) *Innoc. X. §. 1.*
(f) *Innoc. X. §. 3.*
(g) *Inn. X. §. 3.* (h) *Stat. Gen. par. 34. n. 5.*
(h) *Stat. 1676. p. 26. §. ut autem.*
(i) *Paul. V. 1606. Stat. Gen. p. 35. n. 13.*
(k) *Stat. Gen. pa. 34. n. 6.*
(l) *Tolet. 1682. pa. 22. n. 4.*
(m) *Stat. Gen. pa. 34. n. 8.*

ta bianca in foglio per registrarvi la vestizione, raccoglimento di Voti, e Professione di ciascun Novizio, che perciò per ogn' uno di essi dovrà assignarsi in detto Libro una carta intiera di due facciete in bianco, per registrarsi successivamente le sudette cose per ciascheduno, come adesso si dirà.

Formola per registrare la vestizione.

(*a*) 20. Hoggi....del Mese N. anno....giorno di N. ad hora....Io Frà N. N. Guardiano di questo Convento con licenza *in scriptis* del P. N. N. Ministro (o Vicario) Provinciale, avanti l'Altar Maggiore di questa nostra Chiesa ho ammesso solennemente all'ebito della nostra Religione, in qualità di Chierico, o Laico il devoto Giovane N. N. battezzato à....del mese N. anno....cresimato da Monsignor Vescovo N. N. à....del mese N. anno....Ricevuto dal Padre Provinciale, e Diffinitorio di questa Provincia nel Convento N. N. à....del mese N. dell' anno corrente.... Approvato dal P. Reverendiss. Superior Generale in Roma (ò altrove) à....del mese N. e sa gli è posto nome Frà N. di Santo N.

(*b*) Al qual Novizio prima di vestirsi, in conformità del *motu proprio* d' Innocenzo XI. si è data piena informazione de precetti della nostra Regola obliganti in coscienza. Ed alla presenza de Discreti gli sono state fatte le proteste comandate de Statuti Generali del Ordine cap. 2. §. 1. n. 6. & in fede &c.

Sottoscrizzioni.

Io Fra N. N. Guardiano so fede, come di sopra.

Io Fra N. N. Novizio Chierico (o Laico) chiamato nel secolo N. N. attesto di essere stato ammesso all' abito di queste Religione dal sudetto P. Guardiano, dal quale mi sono state fatte le proteste sopraccennate, & in fede faccio questo attestato di propria mano. E se è Laico, che non sappia scrivere, si dirà: ed in fede, per non saper scrivere, faccio il segno della ✠.

Io Fra N. N. Maestro de Novizj, e Discreto sono stato presente à quanto di sopra.

Io Fra N. N. Discreto sono stato presente.

21. Se si troverà presente il Superior Provinciale, e vorrà far egli la funzione, si registri nella medesime forma *mutatis mutandis*. Così anche, se la commissione di tal funzione si darà ad altro Padre in assenza del Guardiano. Avvertasi però, nello scrivere le cose in detto Libro, secondo le formole suddette, e seguenti, li giorni, e gl' anni non si dovranno registrare con figure di Abaco, ma scriversi *per extensum*, per evitare ogni pericolo di falsificazione. E benche si vestano più Novizj nello stesso tempo, non si averanno da registrare tutti insieme in confuso nel Libro, ma separatamente ciascheduno nella sua carta assegnata, come di sopra num. 19.

(*c*) 22. Delle suddette attestazioni se ne mandino subito copie al Superior Provinciale, acciò le faccia registrare nel Libro à ciò deputato da conservarsi nell' Archivio della Provincia.

(*d*) 23. Per ciascheduno Novizio nell' anno della provazione dovranno raccogliere li Voti segreti ogni quattro Mesi, quali dovranno dare tutti li Religiosi professi di quel Convento dove fà il Noviziato, eccettuati pero quelli, che non vi saranno stati di Famiglie, almeno per lo spazio di due Mesi.

(*e*) 24. E se per la prima volta il Novizio delle quattro parti de Voti non habbia le tre favorevoli: E se nella seconda volta non ne habbia due delle tre parti, senz' altro ricorso, o dilazione sia privo dell' habito della Religione, a mandato via. E se la terza volte gli mancherà la terza parte de Voti, non si ammetta, alla Professione, finchè cerzioratone il Superior Provinciale, sia da questo presa la risoluzione che stimerà più conveniente la di lui pietà, e prudenza, nel che potrà regolarsi colle Dottrina apportate dal Padre Santoro nel Comento dello Statuto 20. del cap. 2. Ma se al Novizio per la terza volta mancherà la maggior parte de Voti, si mandi subito via senz' altra dichiarazione.

25. Avvertano però (*f*) detti Religiosi professi, quali debbono dare simili Voti, che siccome si pecca, e si offende gravemente la Religione dandosi il Voto all' indegno, così si pecca mortalmente contro la carità, e contro la giustizia, negandosi al meritevole. Che perciò miri bene ciascheduno per la sua coscienza, ed in simile occasione si spogli affatto d' ogni humana passione d' odio, ò d' amore, e si vesta solamente di zelo, e carità verso la Religione, e verso il Novizio.

26. Raccolti in tal forma li Voti, se ne registri l' atto nel suddeto Libro nella medesima carta assegnata per quel Novizio nella forma seguente.

Formola per registrar li Voti.

Hoggi....del mese N. anno.... In piena Communità capitolarmente convocata di tutti li Religiosi Professi di questo Convento in numero di.... si sono raccolti li primi Voti segreti per il sudetto Novizio, & ne ha havuti....esclusivi, a....inclusivi, & in fede &c.

Poi vi sottoscrivano il Guardiano, e due altri Discreti, e la stessa formola si usi anche nel raccoglimento de secondi, e terzi Voti, registrandosi successivamente nella medesima carta assegnata.

27. Non si ammetta il Novizio alla professione, (*g*) se prima in presenza di tutti li Religiosi non haverà recitato à mente li rudimenti della Dottrina Cristiana, la Regola, gli precetti, gli equipollenti, e quelli che hanno forza di precetto, l' ammonizioni, e libertà della Regola, registrati nel principio de Statuti Generali, ed anche sappia ordinare bene l' Uffizio divino, e recitarlo da se solo, sopra di che dovrà essere esaminato da tre Esaminatori almeno, che ne dovranno fare le attestazioni *in scriptis*.

28. Se poi il Novizio sarà Laico, che non sappia leggere (*h*) dovrà recitare almeno la Dottrina Cristiana, e li precetti della Regola, altrimente non si ammetta alla professione, ma si differisca questa fino à tanto, che habbia imparato le dette cose. Ricordando à tutti, che chi contraviene à questo Statuto, resta soggetto alla privazione dell' Uffizio, ed il Maestro in ciò negligente, inabile a tutti gl' uffizj della Religione.

29. Li terzi Voti per il Novizio si potranno racco-

(a) *Stat. gen. p. 35. n. 14.*
(b) *Inn. XI. in citat. motu prop.*
(c) *Stat. gen. p. 35. n. 14.*
(d) *Inn. X. §. 3. Stat. gen. p. 35. n. 35.*
(e) *Stat. gen. p. 35. n. 16. & p. 44. n. 2. & 3.*
(f) *Santor. cit.*
(g) *Inn. XI. in cit. mot. prop. Statut. gener. p. 21. & seg.*
(h) *Stat. gener. p. 46. c. 11.*

cogliere da nove, o dieci giorni prima, che compisca l' anno della provazione, (a) ed essendo accertato, e sapendo bene le cose accennate ne numeri precedenti, di modo che non vi sia impedimento alcuno per essere ammesso alla professione, si faccia ritirare per otto giorni à fare gl' esercizj spirituali, e disporsi opportunamente ad una funzione così rilevante, & ad una esatta Confessione per il conseguimento dell' Indulgenza Plenaria. (b)

30. Arrivato dunque il giorno della professione, il Superior locale chiami il Novizio, (c) ed alla presenza di tutta la Communità gli protesti, che nella Professione si ha da obbligare alla stretta, e pura osservanza della Regola, e de suoi precetti, non ostante qualsisia più rilasciata consuetudine, o più tosto corrottela introdotta contro la nostra Regola.

(d) 31. Fatta tal protesta, e risposto dal Novizio, che si obbliga in coscienza, e vuole sotto tale formalità, e di sua spontanea volontà fare la Professione, si faccia la solenne funzione di essa in Chiesa, nella forma solita inserita nel fine de Statuti generali.

32. Terminata la funzione, si registri l' atto della Professione nel Libro detto di sopra nel fine della carta assegnata, nella seguente forma.

Formola per registrare la Professione.

Hoggi . . . . del mese N. N. anno . . . . giorno di N. ad hore . . . . avanti l' Altar Maggiore di questa nostra Chiesa, con licenza del Padre Superior Provinciale, (o Generale) Io Fra N. N. ho ammesso alla Professione solenne della nostra Religione il suddetto Novizio Fra N. N. al quale prima habbiamo protestato in presenza di tutta la Communità, che in detta Professione si haveva da obbligare alla pura, e perfetta osservanza della nostra Regola, non ostante qualsisia rilasciata consuetudine, ò più tosto corrottela introdotta contro di essa, ed accettata da lui tal condizione, è stato ammesso alla Professione, & in fede &c.

Io Fra N. N. Guardiano confermo quanto di sopra.

Io Fra N. N. dico essermi stata fatta la suddetta protesta, e con tal' obbligo, e condizione haver fatta la mia professione solenne nelle mani del sudetto Padre Guardiano, di mia spontanea, e libera volontà. E in fede ho fatto questo attestato di mia propria mano.

Io Fra N. N. Maestro de Novizj, e Discreto fui presente.

Io Fra N. N. Discreto fui presente.

33. Oltre le cose ordinate di sopra, si doveranno anco osservare pontualmente tutte le altre Constituzioni non espresse qui, ma registrate in detta compilazione de Statuti generali ne §. 1. 2. e 3. del cap. 2. sotto le pene in esse tassate, ed altre à Nostro arbitrio.

§. III.

Delle Regole da osservarsi ne Conventi di Recollezione.

34. TRalasciamo qui per brevità d' assegnare il modo, con che si debbono educare i Novizj, le condizioni, che debbono havere li Superiori locali, e Maestri de Conventi di primo, o secondo Noviziato, e le cose, che negl' uni, e negl' altri si hanno da osservare, essendo tutte chiaramente specificate nella compilazione de Statuti Generali ne §. 1. 3. 4. e 5. del cap. 2. e ne citati Decreti fatti d' ordine d' Innocenzo X. nel 1654. ed in altri Statuti Generali fatti dopo la compilazione suddetta, quali doveranno tutti pontualmente osservarsi sotto le pene in essi respettivamente tassate.

35. E benche le Regole assegnate per li Conventi di Recollezzione di primo, e secondo Noviziato siano sufficientemente espresse ne Statuti del Capitolo Generale del 1676. nelle pagine 15. e seguenti; in ogni modo habbiamo stimato bene di compendiarle qui in volgare, acciò siano ben capite da tutti, ed esattamente osservate.

36. Primieramente dunque l' Uffizio divino indispensabilmente si reciti nelle hore stabilite, (e) e con molta gravità, pausa, e divozione, ed il Matutino infallibilmente dovrà recitarsi à mezza notte.

37. Ogni giorno si faccia l' orazione per lo spazio di due hore, e mezza, (f) cioè un' hora dopo il Matutino, mezz' ora dopo Prima, & un hora dopo Compieta. Ma da Pasqua di Resurrezzione fino all' Esaltazione della S. Croce, per la brevità delle notti, l' hora d' orazione da farsi dopo Matutino, si faccia dopo Sesta avanti pranzo.

38. Per qualsisia causa non si dispensi in Refettorio il silenzio, ne la lezzione spirituale: (g) e ne Dormitorj, Chiostri, e Sagrestia si osservi il silenzio in tal modo, che si parli sempre con voce sommessa, e solamente di cose necessarie.

39. Gli Secolari (quando non siano però Officiali del Convento) non si ammettano nelle parti interiori di esso; (h) ma per le cose, che per necessità si hanno da trattare con essi, si faccia in una Camera, à questo fine honestamente accomodata nel Chiostro inferiore.

40. Tutti li Religiosi convengano alle Communità del Choro, e del Refettorio, (i) e niuno si esenti da alcuna di esse, se per legittima causa non ne haverà espressa licenza dal Guardiano.

41. In tre giorni della settimana, (k) cioè nel Lunedì, Mercordì, e Sabbato immediatamente dopo Vespero, coll' assistenza de Superiori, e di tutti li Frati, si faccia la lezzione dell' esposizione della Regola, o della Teologia Mistica, in modo però, che di dette tre lezzioni, due siano dell' esposizione della Regola, & una della Teologia Mistica, o vita spirituale.

42. A questo fine in ciascheduno di detti Conventi dovrà instituirsi un Lettore, (l) quale sia versato nella Teologia morale, e nella mistica. Ed acciò questa habbia il tempo di fare le sue lezzioni, se gli conceda l' esenzione da Prima, e dell' orazione da farsi dopo di essa.

43. Lo stesso Lettore compita l' esposizione della Regola, (m) potrà spiegare il Decalogo con chiarezza, e brevità per instruzzione de Giovani.

44. Almeno una volta al mese, in una feria sesta dopo Compieta, il Guardiano faccia il Capitolo delle colpe in quel modo, che si prescrive dalle Constituzioni generali; (n) facendo alli Frati una prattica spirituale, colla quale siano eccitati, ed animati

(a) *Stat. gen. p. 46. n. 12. Paul. V. 1606.*
(b) *Inn. XI. in cit. mot. prop.*
(c) *Inn. X. §. 3. Stat. gen. p. 36. n. 21.*
(d) *Stat. gen. p. 385.*

(e) *P. 16. n. 1.* (f) *eod. n. 1.* (g) *Ibid. n. 2.*
(h) *Ibid. n. 3.* (i) *Ibid. n. 4.* (k) *Ibid. n. 5.*
(l) *Eod. n. 5.* (m) *Eod. n. 5.*
(n) *P. 17. n. 6. Stat. gen. p. 88. §. 3.*

alla perfezzione, e profitto spirituale.

45. Si osservi al possibile la stretta povertà del nostro stato commune (a). Ed acciò si faccia lo stesso anco nel particolare, dovranno li Guardiani provedere li Frati delle cose necessarie all'uso stretto, e congruo della povertà Serafica, in modo che non habbiano li Religiosi necessità per lo necessario di ricorrere alli Benefattori, o Amici spirituali.

46. Niun Frate possa tenere cosa alcuna per suo uso, senza espressa licenza del Guardiano, (b) il quale non dovrà concedere ad alcuno l'uso di suppellettile, o di cosa non necessaria, o superflua. E per l'esatta osservanza di questo, niuno conservi sotto chiave, o nascosta qualsisia cosa conceduttagli per uso, e le Celle di tutti stiano in modo, che il Superiore possa entrarvi sempre, che gli piaccia.

(c) 47. Così à Religiosi professi, come à Novizj non si conceda altro, che due Toniche talari con un sol Capuccio, secondo prescrive la nostra Regola. Ed à niuno si permetta l'uso de' Sudarj, pezze di lana, o di altra sorte di vestimento non conceduto dalla Regola, ne anche sotto pretesto che non porti più che un habito.

48. Doppo, che in un Convento sarà stabilita la Recolleazione, per tre anni, (d) niuno possa esservi eletto Guardiano, se non sarà stato prima almeno per due anni in quello, o in altro Convento di Recollezzione, in perfetta osservanza delle regole della medesima.

(e) 49. Niun Religioso di qualsisia qualità possa essere collocato di Famiglia, o dimorare sotto altro pretesto ne Conventi di Recullezzione, che non possa osservare li precetti della Regola, cioè li digiuni, l'andar scalzo, l'uso di due sole Toniche, caminar à piedi, seguitar di notte, e di giorno le Communità del Coro, ed altre, mentre quelli, che non possono vivere con tal strettezza, possono collocarsi negl'altri Conventi della Provincia.

(f) 50. Tanto il Guardiano, quanto tutti gl'altri Sacerdoti, senza eccezzione alcuna, facciano ciaschedduno la sua eddomada, secondo l'ordine della precedenza.

(g) 51. In detti Conventi di Recollezzione non possa esservi collocato alcun Frate delinquente, ne anche con pretesto di esequire ivi la pena impostagli. Nè alcuno possa essere ammesso in detti Conventi, benche con Ubbidienza di qualsisia Superiore, se col consenso del Guardiano, e della maggior parte de Discreti di quel Convento, non sarà stimato opportuno di essere ammesso.

(h) 52. Niun Religioso di qualsisia condizione possa andare à divertirsi in alcuno di detti Conventi, nè per ricreazione, nè per causa di qualsivoglia negozio. Se però alcuno volesse ivi ritirarsi per pochi giorni à fare gli esercizj spirituali, possa esservi ammesso, con condizione però, che siegua tutte le Communità, ed osservi per quel tempo la vita, e Regola della Recollezione.

(i) 53. Occorrendo, che vada in uno di detti Conventi il Superior Provinciale in occasione di visita, o per altra causa, non possa condurre seco Secolari, o altri Religiosi, eccettuatone solamente il suo Segretario, e Compagno, sotto pena della sospensione dell'Ufficio per due mesi: incarica però strettamente à detto Provinciale, che ne Conventi di Recollezzione in ogni sua azzione dia à tutti in se stesso un perfetto esemplare di opere buone, e regolar disciplina.

(h) 54. Si eviti al possibile l'andar vagando detti Frati di Recollezzione fuori del Convento. Ed acciò si levi tal'occasione à quelli, che sono dedicati al Serviaio del Coro, s'incarica, che in ciascuno di detti Conventi, oltre gl'officiali necessarj per il governo di dentro, vi si collochino altri Fratelli Laici spirituali, i quali vadano continuamente ne tempi opportuni fuori del Convento, chiedendo le limosine per le necessità de Religiosi.

(i) 55. A quei Religiosi, che sono applicati al serviaio del Coro, rare volte si conceda licenza di uscir fuori di Convento. Alli Novizj però, e Chierici in niun modo si conceda licenza di uscire da Chiostri, se non che in Communità, sotto pena della privazione dell'ufficio à chi altrimente concede detta licenaa.

(k) 56. Per tutte l'altre cose spettanti alla vita Monastica, si osservino in detti Conventi con ogni esattezza le Costituzioni generali della Religione, in modo che i Religiosi in essi dimoranti riescano à gl'altri di esempio, e divozione con una pura osservanaa.

(l) 57. Per ultimo preghiamo nelle viscere del Signore così li Superiori Provinciali, come tutti gl'altri Religiosi à ponderare molto bene ciò, che si soggiunge nel medesimo Statuto Generale nella stesse pagina nel §. *curent &c.* acciò non habbiano occasione di lamentarsi, se non di se stessi, se succede alla loro Provincia la disgrazia ivi minacciata, cioè di estinguersi in progresso di tempo, se in essa non si osservino, o non si osserveranno in futuro con ogni esattezza, e rigore le regole sopra prescritte.

58. Noi in tanto con ogni più premurosa efficacia incarichiamo di nuovo la pontual osservanza di quanto in questa nostra Pastorale habbiamo ordinato, o più tosto ricordato, non solo per l'adempimento della nostra obbligazione, ma anco per impulso de' Superiori supremi. E preghiamo tutti à credere fermamente, che contro i trasgressori procederemo irremissibilmente alle pene tassate nelle Costituzioni così Apostoliche, come della Religione citate respettivamente ne proprj luoghi; e dove non vi sono pene determinate, si daranno à nostro arbitrio. Ed oltre le diligenze, che di ordine nostro doveranno fare li Commissarj Visitatori sopra l'osservanza di questa nostra Pastorale, non mancheremo di farne anche in altri tempi segrete inquisizioni, e contro gli trasgressori procederemo con ogni giusto rigore.

59. Ed acciò questa nostra Circolare venga à notizia di tutti, ordiniamo a' Superiori Provinciali, che subito ricevuta, la facciano pubblicare in ciaschedun Convento della Provincia in piena Communità. E poi se ne lasci una copia per ogni Convento di Recollezaione, nel quale dovrà leggersi alla presenza di tutt'i Religiosi ogni quattro mesi, sotto pena della sospensione dell'Uffizio al Superior locale, che mancherà di farlo. Un'altra copia se ne conservi appresso il Superior Provinciale, o in Archivio, ed ogni volta, che si ha da fare la recezzione de Novizj, si debba leggere in pieno Diffinitorio il primo paragrafo di questa Pastorale, ed anco il primo, e secondo paragrafo del cap. 2. della compi-

(a) *Ibid. n. 7.*
(b) *Eod. p. 7.*
(c) *Eod. n. 7.*
(d) *Ibid. n. 8.*
(e) *Ibid. n. 9.*
(f) *Eod. n. 9.*
(g) *P. 18. n. 10.*
(h) *Ibid. n. 11.*
(i) *Eod. n. 13.*
(k) *Ibid. n. 12.*
(l) *Eod. n. 11.*
(m) *P. 19. n. ult.*
(n) *Eod. p. 1[illegible]*

pilazione de Statuti Generali, acciò la recezzione si faccia nel modo dovuto: e ciò si osservi inviolabilmente sotto pene à Noi arbitrarie.

E qui per fine preghiamo à tutti celesti benedizioni. Data in Roma nel nostro Convento di Araceli li 14. Aprile 1684.

Fra Pietro Marino Ministro Generale.

Confirmantur Conventiones initæ inter Fratres Minores de Observantia, & Conventuales Ordinis Sancti Francisci circa primatum in Processionibus, aliisque functionibus Civitatis Isernien.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

EXponi Nobis nuper fecerunt dilecti Filii Moderni Procuratores Generales Ordinum Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia, & Conventualium nuncupatorum, quod cum inter Fratres Minores de Observantia Conventus S. Mariæ Gratiarum, ex una, & Fratres Minores Conventuales Conventus S. Francisci Civitatis Isernien. ex altera partibus, nonnullæ controversiæ super præcedentia exortæ, & per multos annos cum modica Sæcularium ædificatione, ac cum pacis fraternæ, quæ inter Religiosos regnare deberet, detrimento, agitatæ fuissent; ipsi Exponentes, ut incommodis hujusmodi occurrerent, de suorum respectivè Ministrorum Generalium mandato, seu consensu, ad concordiam, sive conventionem super præmissis interse devenerunt, ut Fratribus Minoribus Conventualibus uno anno, & Fratribus Minoribus de Observantia Conventuum prædictorum respectivè altero, atque ita successive alternis annis, præcedentia tam in processionibus publicis, quam in associationibus funerum tribuatur, ita tamen, quod si aliquod Cadaver ad alterorum Ecclesiam Sepulturæ mandandum portetur, illi in propria Ecclesia, alteris exteris ibi præsentibus, præcedentiæ honorem concedere debeant, & alias, prout uberius continetur in scriptura desuper vulgari Italico idiomate confecta, tenoris, qui sequitur, videlicet.

1. *Al Nome del Signore. Essendo insorta lite trà Padri Osservanti, e Conventuali della Città d' Isernia, Provincia di S. Angiolo, per la precedenza nelle Processioni, & essendone sortiti periciò molti sconcerti, con ammirazione del Secolo, e disaperi de moderni Religiosi: Per ovviare a simili inconvenienti, anno risoluto li Padri Procuratori Generali di dette due Religioni venire fra di loro ad un amichevole concordato d' un' alternativa annuale in perpetuo, cioè che in tutte le Processioni pubbliche, che si hanno da fare in* futurum *in detta Città, a sono di obbligo, o di divozione, debba precedere un' anno una Religione, e per un' altro l' altra, alternativamente, andando ciascheduna sotto la propria Croce: con questo, che li FF. Conventuali debbano primo cominciare l' anno della loro precedenza, qual' Anno dovrà principiare dal giorno delli 27. di Settembre dell' anno corrente 1684. sin' alla stesso giorno del 1685. exclusive, nel quale doveranno poi principiare la loro precedenza li Padri Osservanti per un' anno susseguente, nella medesima forma practicata dalli Padri Conventuali, e così alternativamente, e successivamente* in futurum.

2. *Che lo stess' ordine di precedenza debba osservarsi anco nell' associazione de' Cadaveri alla Chiesa, ove si portano processionalmente: ed in caso, che alcuno si portasse a seppellire in una Chiesa delle due Religioni, si dia l' onore della precedenza dentro la propria Chiesa alla Religione forestiera.*

3. *Dichiarando in oltre, che per questo concordato non s' intenda fatto minimo pregiudizio ad alcuna delle due Religioni, ne in commune, ne in particolare, cedendo in questo caso l' una all' altra ogni jus, e pretensione, che potesse avere in contrario.*

4. *E così dichiarano, e concordano detti Padri Procuratori Generali, anche col consentimento de Padri Reverendissimi Generali di ambe le Religioni, e promettono di osservare, e far osservare da loro Religiosi di detti Conventi d' Isernia, esistenti ivi adesso, ed in futuro; e per maggior corroborazione di detto amichevole concordato hanno fatta la presente Scrittura, quale vogliono, che abbia lo stesso vigore, e forza di astringere l' una, e l' altra parte, come fosse pubblico istrumento di accordato, fatto con tutte le clausule giuridiche, ed obbliganti; promettendo parimente detti Padri Procuratori Generali di mandarne ciascheduno un' Originale di questa pubblica scrittura, e concordato al Convento de' suoi Religiosi in Isernia, con incaricarne loro la osservanza: così dichiarano, concordano, e promettono* etiam medio juramento *di osservare, in questa, & in ogn' altra forma più giuridica, ed obbligante. Data in Roma, primo Settembre 1684.*

F. Antonio di Campobasso Procurator Generale de' Minori Osservanti.

Loco ✠ Sigilli.

F. Vincenzomaria di Bari Procurator Generale de' Minori Conventuali.

Loco ✠ Sigilli.

§. 1. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, dicti Exponentes præmissa quo firmius subsistant, & serventur exactius, Apostolicæ confirmationis nostræ robore communiri plurimum desiderent: nos specialem ipsis Exponentibus gratiam facere volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis Sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, concordiam, sive conventionem inter memoratos Procuratores Generales initam, ut præfertur, confectamque desuper scripturam præinsertam, cum omnibus, & singulis in ea contentis, Auctoritate Apostolica, tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus.

§. 2. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, plenissime suffragari, & ab eis respectivè inviolabiliter observari: sicq. in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac,

qua-

Digitized by Google

quatenus opus sit, Conventuum, & Ordinum præfatorum, aliisque quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice duntaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 24. Januarii 1685. Pontificatus nostri Anno Nono.

Confirmatur Decretum Congregationis Episcoporum, & Regularium super electione præcipuorum Officialium pro Fratribus Recollectis Ordinis Minorum Sancti Francisci in Hispania.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

EManavit nuper a Congregatione Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, super quibusdam dubiis, pro parte dilectorum Filiorum Fratrum tam Recollectorum, quam de Observantia nuncupatorum, Provinciarum Hispaniæ Ordinis Minorum Sancti Francisci Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet -- Sacra Congregatio Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita ad infrascripta dubia, referente Eminentissimo Casanate, tam ex parte Patrum Recollectorum, quam Minorum Observantium Sancti Francisci, Provinciarum in Regnis Hispaniarum, proposita.

Primum videlicet, An virtute Constitutionum unum Definitorem Recollectioni praescribentium, Patres Recollecti exclusi maneant in voce passiva ad Provincialatum, & Custodiatum?

Secundum, utrum Provinciali, seu Custode, sua utroque ex Recollectis assumpto, vel ob convenientiam totius Provinciæ, vel ex qualitate Personæ electo, debeat nihilominus Recollectioni dati suus Definitor in prædictis Constitutionibus præscriptus? Ad primum respondit -- *Negative*. Ad secundum *Affirmative*: Romæ 23. Februarii 1685.

G. Card. Carpineus;
B. Panciaticus Secretarius.

§. 1. Cum autem, sicut pro parte præfatorum Fratrum Recollectorum Nobis subinde expositum fuit, ipsi Decretum hujusmodi, quo firmius subsistat, & servetur exactius, Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri plurimum desiderent: Nos specialem ipsis Exponentibus gratiam facere volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis Sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præinsertum auctoritate Apostolica, tenore præsentium, confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus: salva tamen semper in præmissis auctoritate memoratæ Congregationis Cardinalium.

§. 2. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, plenissime suffragari, & ab illis respective inviolabiliter observari: sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, & quatenus opus sit, præfatorum Ordinis, Provinciarum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 16. Aprilis 1685. Pontificatus nostri anno nono.

Acta celeberrimæ Congregationis Generalis totius Familiæ Cismontanæ Ordinis Fratrum Minorum in hoc Conventu S. P. N. Francisci Matritensi Provinciæ Castellæ, Anno Domini 1685.

Præsente, & in ea Præsidente Rev. Adm. P. Fr. Didaco Rhoas à Mediolano, Lectore jubilato, Concionatore Clarissimo, Sanctæ Inquisitionis Qualificatore, ac Provinciæ Mediolanensis de Observantia Ministro Provinciale, à Rmo P. nostro Generali Ministro specialiter Deputato.

IN primis, in die quinta Junii Anni supra dicti, horis Vespertinis, convocato Diffinitorio Generali dictæ familiæ, per Rev. Patr. Commissarium ejusdem mota fuit controversia circa Reverendum Adm. Patrem Fratrem Antonium de Velasco Diffinitorem Generalem subrogatum, an ei deberetur inter Diffinitores generales prima Sedes, ex eo, quod aliquando fuerit Procurator generalis Ordinis, an ultima, quia subrogatus est? ipse vero R. A. P. Velasco cum omnium plausu, pro pacis bono, cessit juri, (si quod sibi competeret) sedit ultimus; attamen protestatus est so nolle, nec posse præjudicare juri suo, aliorumque præsentium, & futurorum Exprocuratorum (si quod sit) in simili eventu post electionem examinandum, & per præsentem Congregationem Generalem declarandum: Postea lectæ fuerunt patentes litteræ Rmi Patris Nostri Ministri Generalis delegationis R. A. P. Ft. Didaci Rhoas, ad effectum præsidendi huic Congregationi generali, tenoris, qui sequitur.

Fr. Petrus Marinus Sormanus à Mediolano, Sanctæ Theologiæ lector Jubilatus, Ex-Guardianus Hierosolymitanus, ac totius Ordinis Fratrum Minorum Mini-

Minister Generalis, & Servus. Dilecto nobis in Christo Patri Fr. Didaco Rhoas à Mediolano, lectori Jubilato, Concionatori Clarissimo, Sanctæ Inquisitionis Qualificatori, ac nostræ Provinciæ Observantis Mediolanensis Provinciali actuali, salutem.

In citatoriis literis à nobis sub die septima Mensis Septembris Anni 1684. expeditis pro indicenda Congregatione Generali nostræ Ultramontanæ Familiæ, in Vigilia Pentecostes currentis Anni 1685. in Conventu S. Francisci Matritensi in Hispania, Deo favente, celebranda, propensis animis nostris dictæ Congreg. præsentia essendi, & assistendi satis expressimus, & cum cordi nihil erat majus, quàm nostrum hoc exequi desiderium; divina tamen Providentia (cujus nutu regimur) disponente, votis nostris obstiterunt, & obstant alia gravissima Religionis negotia, quæ ab hujusmodi accessu, & assistentia præpediunt. Ut autem præsentia nostra omni meliori, quo potest, modo, suppleatur, dictæ Congregationi Generali de necessario, & opportuno Præsidente providere cupientes; Tibi præfato, de cujus fide, pietate, & prudentia, integritate, ac Religionis Zelo, ejusdemque rerum usu, & experientia plurimum in Domino confidimus, vices nostras duximus committendas, prout auctoritate officio nostro per Generales Ordinis Constitutiones attributa, & Prædecessorum nostrorum exemplo practicata, Te dictæ Congregationis Generalis Præsidentem, cum authoritate, facultatibus, jurisdictione, honoribus, & oneribus similibus Præsidentibus competentibus, & alias solitis, & consuetis, tenore præsentis, quàm plenariè possumus, facimus, instituimus, & destinamus, quatenus nomine, voto, & Authoritate nostris, eidem Congregationi Generali præsidere, omniaque in ea facienda, ad majorem Dei gloriam, & Religionis profectum dirigere valeas, & debeas. Si autem contingat à SS. Domino nostro Pontifice præfatæ generali Congregationi ad præsidendum destinari suum Nuntium Apostolicum, etiam tu in electione, & cæteris faciendis assistas, cum eodem, quo nos, (si interessemus) voto; præcipientes insuper per Sanctam Obedientiam, & in virtute Spiritus Sancti, nec non sub pœnis contra Inobedientes sancitis, & aliis arbitrio nostro infligendis, omnibus, & singulis nostris inferioribus, cujusvis gradus, & dignitatis existentibus, & specialiter Vocalibus ad dictam Congregationem Generalem congregandis, & congregatis, aliisque, ad quos spectat, ut Te tanquam legitimum ejusdem Congregationis Generalis Præsidentem per nos institutum, missum, & deputatum recipiant, & recognoscant, tibique in omnibus, ad hujusmodi officium pertinentibus, promptè pareant, obediant, & assistant; In quorum fidem præsentes manu nostra signatas, ac majori nostri officii Sigillo munitas dedimus, ac expedire mandavimus, hoc, & meliori modo, quo validius, & efficacius fieri poterit. Vale in Domino, qui Tibi in itinere, ac ubique semper assistat, eumdemque Nobis precare propitium. Datis Romæ in celeberrimo nostro S. Mariæ ad Aram-Cœli Conventu 2. Februarii, prænumerato à Nativitate Domini Anno 1685.

Fr. Petrus Marinus Minister Generalis.

Loco ✠ Sigilli.

De mandato Suæ Rev. Paternitatis
Fr. Clemens Caprettus à Mediolano lect.
Jub. & Secretarius Gen. Ordinis.

Quibus auditis, omnes Diffinitorii Patres, ea, qua par est, reverentia, unanimi submissione, & obedientia prædictas receperunt patentes literas, præfatumque R. A. P. Fr. Didacum Rhoas Præsidem, Commissariumque delegatum, ad effectum, de quo supra, agnoverunt, & admiserunt, & ut locum sibi competentem in Congressu assumeret, supplicaverunt. Denique Diffinitorium Generale primam futuram sessionem habendam esse die Mercurii, quæ est sexta Junii, horis matutinis, decrevit.

Sessio Prima.

Hac die Mercurii, sexta Junii, horis Matutinis congregato Generali Definitorio, Præsidente in eo R. A. P. Fr. Didaco Rhoas Commissario delegato, Præsidentibus RR. PP. Marco Zarzosa Gener. Commissario Familiæ, & Juliano Chumillas Gener. Commiss. Indiarum; nec non RR. Adm. PP. Sebastiano de Arrojo Commissario Generali Curiæ Romanæ, Christophoro à Sancta Maria, Bonifacio Maes, Honorato de Balleur, Martino Sneps, Ferdinando de Guzman, Stephano Perier, Petro Miron, & Antonio Velasco Diffinitoribus Generalibus. Non comparentibus autem RR. Adm. PP. Balthassarre *de los Reyes* & Claudio Frassen, Diffinitoribus etiam Generalibus, lecta fuerunt coram congressu Diffinitorii Generalis acta præcedentis ratificata, & signo Secretarii munita.

Postea [illegible] Rev. Commissario Generali Familiæ lectæ, & explicatæ sunt Provinciarum Sindicationes, ex quarum omnium [illegible] nihil quidquam Censuræ, aut querimoniæ apparuit contra ipsum, immo potius, quot Sindicationes, tot fuere testimonia laudandi eum in æternum, ac proinde advocato ipso Commissario Rev., & ad consessum accedente, debitas, & immortales gratias egit generale Definitorium.

Deinde processum fuit ad sindicandum R. A. P. Commissarium Curiæ Romanæ, contra quem nulla fuit præsentata Sindicatio, sed lectæ duæ Epistolæ Eminentissimi Domini nostri Protectoris, & Rmi Patris Fr. Ministri Generalis, in testimonium officii sui laudabiliter gesti. Tandem Diffinitorium Generale futuram sessionem eodem die, hora quinta indicavit.

Sessio Secunda.

Eodem die, ut supra, Congregato Generali Diffinitorio, Præsidente in eo R. A. P. Commissario Generali Delegato, lectis Sessionis matutinæ actis ratificatis, & sigillo Secretarii munitis, lecta fuit epistola R. A. P. Claudii Frassen Diffinitoris generalis, continens causam, & impedimenta, quibus detentus non potest comparere, & Congregationi Generali adesse, quibus à Diffinitorii Patribus ponderatis, approbata fuerunt tanquam legitima.

Proposita, & lecta fuit etiam supplicatio Patris Fr. Hyacinti Fernandez lectoris Jubilati, & Deffinitoris Provinciæ Aragoniæ, super quam censuit Generale Diffinitorium informandum esse Reveren. Commissarium Familiæ, & Diffinitorium dictæ Provinciæ, qui provideant.

Visa quoque, & lecta fuit supplicatio Collegii Sancti Didaci Urbis Cæsar-Augustanæ, & respondit Diffinitorium Generale, habendam prius esse de contentis in ea informationem.

Proximam futuram Sessionem habendam die Jovis horis matutinis indicavit Generale Diffinitorium.

Sessio

Sessio Tertia.

Hac die Jovis, septima Junii, congregato Generali Diffinitorio, Præsidente in eo R. A. P. Commiss. Delegato, lectis actis Sessionis præcedentis, ratificatis, & sigillo Secretarii munitis, lecta fuit supplicatio Diffinitorii Provinciæ Carthaginensis repræsentantis momenta, & motiva, quæ habuit, ut executionem Decreti emanati ab Eminentissimo Cardinale Protectore, a Sanctiss. Domino nostro Innoc. XI. confirmati. Fratribus laicis Provinciarum Hispaniæ absentibus, quo illis conceditur Reverentiæ titulus, nec non, & præcedere clericos, Sacris nondum initiatos, suspenderet. Censuit Diffinitorium videndum esse, & legendum dictum Decretum, & Breve illius confirmativum.

Censuit etiam Generale Diffinitorium, & annuit, ut nomine suo, & totius Ordinis, R. A. P. Commissarius Curiæ Romanæ postulet a SS. Domino nostro Papa, ut dignetur nobis concedere Indulgentiam plenariam, atque perpetuam in die Conceptionis Immaculatæ Virginis, & plenariam Indulgentiam etiam elargiri dignetur pro tempore Comitiorum Provincialium, & Congregationis nostræ, in Conventibus ubi celebratur, lucrandam. Demumque postulet R. A. P. Commissarius Curiæ à Sanctiss. ut dignetur annuere pro singulis Ecclesiis nostris unum altare privilegiatum. Denique signata fuit hora tertia pro sequenti Sessione habenda.

Sessio Quarta.

Hac die, ut supra, horis vespertinis, convocato, & congregato Generali Diffinitorio, Præsidente in eo R. A. P. Commiss. Delegato, lectis actis sessionis præcedentis ratificati, & sigillo Secretarii munitis; lectum fuit testimonium P. Guardiani S. Francisci de Monte Mor, Discretorumque ejusdem Conventus, ac eorum attestatione, qua constitit R. A. P. Balthassarem *de las Reyes* Provinciæ Algarbiorum Ex-Provincialem, atque Generalem Diffinitorem accedentem ad hanc Congregationem, in dicto Conventu morbo jacere, pro cujus gravitate, non licet ei è lecto surgere, quo viso decrevit Generale Diffinitorium dictum R. A. P. Balthassarem *de las Reyes* legitimè excusatum. Discussa sunt etiam quædam dubia Diffinitorio præposita, quæ censuit satis superque in Constitutionibus nostris esse declarata: futuram denique sessionem habendam esse die Veneris sequentis, horis vespertinis.

Sessio Quinta.

Hac die Veneris 8. Junii, horis vespertinis, congregato Generali Diffinitorio, Præsidente in eo R. A. P. Commiss. Delegato, lectis præcedentis sessionis actis, ratificatis, & sigillo Secretarii munitis, lectæ sunt epistolæ tum Em. Cardinalis nostri Protectoris, tum Rev. Patris nostri Ministri Generalis ad Diffinitorium Generale directæ, quibus prompta benignitate, zelo, & paterna providentia Vocales exhortantur, ut in futura sessione celebranda, Deum præ oculis habeant, bonum Religionis, Sæcularium ædificationem, & ut inter digniores, dignissimum eligant, sive ex numero eorum, quos in suis indicant epistolis, sive ex aliis Familiæ benemeritis Viris: quibus visis Epistolis, & debita reverentia auditis, agnoscit se devinctissimum Diffinitorium, & pro paterno affectu gratias immortales ipsis censuit rependendas. Postea R. A. P. Commiss. Delegatus indicavit horam Sabbati sequentis pro celebrando Solemni Spiritus Sancti Sacro, ad implorandam divinam ejus lucem, & gratiam pro felici electionis exitu.

HAc die Sabbati 9. Junii 1685. convocato, & congregato Gener. Diffinitorio, post celebratum Solemne Sacrificium de Spiritu Sancto, habita quoque ad Rev., & RR. Adm. PP. Electores exhortatoria per R. A. P. Præsidem, cunctisque, tum de more, tum de consuetudine, peractis requisitis, facta est electio novi Commissarii Generalis Familiæ hujus per Rev., & RR. PP. Electores, & publicata in forma tenoris sequentis.

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti Amen.

Hæc est electio Rev. Patris Commissarii Generalis hujus Familiæ Reg. Obs. S. P. N. Francisci, ritè, ac canonicè celebrata per PP. Familiæ legitimè congregatos in hoc Conventu S. P. N. Francisci Matritensi, die nona Junii 1685. Præsidente in ea R. P. Fr. Didaco Rhoas à Mediolano lect. Jubilato, Præd. Clarissimo, Sancti Officii Qualificatore, & Provinciæ Mediolanensi Ministro Provinciali; in qua electione astiterunt duodecim Suffragia in hunc modum distributa.

R. A. P. Petrus Muñoz lect. Theologiæ, Provinciæ Carthaginensis Provincialis, habuit votum unum.

Rev. autem P. Fr. Julianus Chumillas lect. Jubilatus, Carthaginensis Pater, Indiarumque Commissarius Generalis, habuit vota undecim.

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti Amen.

Ego Fr. Stephanus Perier Diffinitor Generalis, & ejusdem Congregationis Generalis unus ex Disquisitoribus, & compromissariis, virtute compromissi limitati in me, & in socios meos facti, nomine meo, & nomine omnium vestrum, qui mecum in dicta electione consensistis, nomino, & eligo in Commissarium Generalem hujus Familiæ Cismontanæ Rev. P. Fr. Julianum Chumillas lect. Jubilatum, Provinciæ Carthaginensis Patrem, & Commissarium Generalem Indiarum, in quem omnia vota eligentium canonicè, & ritè consenserunt, & sic electum enuntio.

Ita est F. Didacus Rhoas a Mediolano Præsidens Congregationis Generalis.

Ita est Fr. Martinus Sneps Disquisitor.

Ita est Fr. Stephanus Perier Disquisitor, & Secretarius.

Ita est Fr. Ferdinandus de Guzman Disquisitor.

Peracta dicta electione, publicata, servatisque consuetis solemnitatibus, fuit confirmatus dictus Rev. P. Fr. Julianus Chumillas in Commissarium Generalem Familiæ à R. A. P. Fr. Didaco Rhoas à Mediolano Præside, & præmunita fuere ab eodem Religionis Sigillo.

Sessio Sexta.

Hac die Lunæ, undecima Junii, horis matutinis, congregato Generali Diffinitorio, Præsidente in eo R. A. P. Commiss. delegato, lectis, quæ peracta sunt in electione Commissarii Generalis celebrata die 9. hujus mensis, ratificatis, & sigillo Secretarii munitis, præsentatæ sunt Generali Diffinitorio literæ patentes Rev. Patris nostri Ministri Generalis, quarum tenore facultatem, & auctoritatem concedit R. A. P. Congregationis Generalis Præsidi, quatenus revisores

res nominet, & instituat, qui compilationem Statutorum Generalium pro hac Cismontana Familia a R. P. Fr. Josepho Samaniego Ex-Ministro Generali, nunc Ill. Placentinæ Ecclesiæ Episcopo, perlustrent, examinent, eique manum ultimam, quàm citiùs fieri poterit, apponant, quatenus exactè revisa, purgataque a mendis, si quæ sint, apta reddantur, quæ proximè futuro Generali Capitulo probanda, publicanda, & acceptanda præsententur, quarum litterarum virtute dictus R. A. P. Præses, de consilio Reverendissimorum, ac RR. P. Diffinitorii generalis, nominavit, & instituit sequentes Revisores.

Pro Hispaniis.

R. A. P. Fr. Antonius de Velasco lect. Jubil. Provinciæ S. Jacobi Pater, Qualificator S. Inquisitionis, Ex-Procurator, ac Diffinitor Generalis Ordinis.

R. A. P. Fr. Bernardinus de Rus lect. Jubil., Qualificator S. Inquisitionis, Ex-Commiss. Generalis novæ Hispaniæ, Provinciæ Immaculatæ Conceptionis Pater.

R. A. P. Fr. Nicolaus Lozano lect. Jubilatus, Qualificator S. Inquisitionis, Theologus Regius in Congregatione Immaculatæ Conceptionis, Prædicator, & Confessarius Regius, Ex-diffinitor Generalis Ord. & Provinciæ Castellæ actualis Minister.

R. A. P. Fr. Hieronymus de Soza lect. Jub. Ex-secret. Generalis Ord. & Provinciæ Castellæ Custos, & Pater.

R. A. P. Fr. Josephus Navarez lect. Jub. Qualificator S. Inquisitionis, & Ex-Provincialis Provinciæ Bethicæ.

R. A. P. Fr. Bartholomæus Bulgarin lect. Jub. Qualificator S. Inquisitionis, & Ex-Provincialis Provinciæ Angelorum.

R. A. P. Fr. Emmanuel à S. Jacobo, lect. Jub. Ex-Provincialis Provinciæ Portugalliæ, ac Examinator Fratrum Ord. Militarium.

R. A. P. Fr. Antonius Navarro Prædicator Generalis, & Provinciæ Carthaginensis antiquior Pater.

R. A. P. Fr. Joannes Aluin lector Jubilatus, Sanctæ Inquisitionis Qualificator, Ex-Secretarius Generalis, & Provinciæ S. Michaelis Ex-Provincialis.

R. A. P. Fr. Gundisalvus Alhenovo lect. Jubil. Provinciæ Limanæ Pater pro Iodianis.

R. A. P. Fr. Joannes à S. Bernardino lect. Jub. Qualificator S. Inquisitionis, Ex-Provincialis Provinciæ S. Michaelis Tertii Ord. in Bethica, Diffinitor Generalis.

R. A. P. Fr. Joannes à S. Antonio lect. Theologiæ, & Provincialis Provinciæ S. Joseph Discalceatorum in Castella.

Pro Galliis.

R. A. P. Fr. Claudius Frassen lect. bis Jub. Ordinis Scriptor, Ex-Guardianus Parisiensis, Doctor Sorbonicus, & Diffinitor Generalis.

R. A. P. Fr. Honoratus le Balleur, Theologus Provinciæ S. Mariæ Magdalenæ, Ex-Provincialis, & Diffinitor Generalis pro Recollectis Galliæ.

R. A. P. Fr. Stephanus Perier lect. Theologiæ, Provinciæ Turoniæ Pictavien. Pater, & Diffinitor Generalis.

R. A. P. Fr. Hyacinthus Lefenure, Provinciæ Sancti Dionysii Recollectorum in Gallia Minister Provincialis.

R. A. P. Fr. Minister Provincialis Tertii Ordinis Provinciæ Pictaviensis.

Pro Germano-Belgicis.

R. A. P. Fr. Bonifacius Maes, Provinciæ Comitatus Flandriæ S. Joseph Pater, actualis Vicarius Provincialis, & Definitor Generalis.

R. A. P. Fr. Martinus Sueps lect. Jubil. Provinciæ Turingiæ S. Elisabeth Ex-Provincialis, Diffinitor Generalis.

Præterea compromisit Diffinitorium Generale in Reverendissimum P. Commissarium Generalem Familiæ, ut deficiente quacumque ex causa aliquo ex prænominatis Revisoribus, alium sufficere, & supplere possit. Compromisit quoque in eundem Reverend. quatenus remissis tum ad eum singulis singulorum revisorum Consultationibus, seu sindicationibus, & ponderatis, valeat ipse Rev. una cum sex peritis, zelantibusque Religiosis conciliare opposita, qui tamen Religiosi à se possint eligi, dubia declarare, ultimumque judicium ferre, super annotatis, & sindicatis, ut remittatur ad Generale Capitulum proximè futurum.

Visis, & auditis omnium fere Provincialium Galliæ, tum Observantiæ, tum Recollectorum oppositionibus, circa prætensionem nonnullorum Religiosorum, procurantium institui in Gallia Commissarium nationalem, ac rationibus, momentis, & inconvenientibus, quæ coram Gener. Congregatione allegata sunt, ponderatis, decrevit Gen. Congregatio retundendam omnibus modis congruentibus ejusmodi prætensionem. Praetereaque censuit orandum esse, ut defacto suppliciter, & humiliter exorat Christianissimum Galliæ Regem, quatenus dignetur pro suo Regio erga Ordinem nostrum paterno affectu, non audire prætendentes ejusmodi Commissionem, quam certum est vergere in discordias, jurgia, & Provinciarum innumera gravamina; ac etiam supplicandum esse Rev. P. nostrum Ministrum Generalem, ut modo exorat Generalis Congregatio, ut totis viribus sese opponat hujusmodi prætensioni.

Exposito, & lecto coram Diffinitorio Generali Breve SS. Domini nostri Innoc. XI. quo confirmat sua Sanctitas Decretum Eminentiss. Domini Protectoris nostri, concedens laicis Fratribus Provinciarum Hispaniæ titulum Reverentiæ, & præcedentiæ super Clericos Sacris non ordinatos, ipsoque breve omni reverentia acceptato, determinavit Generale Diffinitorium, propter obreptionem, & subreptionem in narrativa ipsius recognitam, humiliter supplicandum esse, sicut defacto supplicat, R. P. nostrum Generalem Ministrum, omni quoque submissione recurrendum, sicut modo recurrit, ad Em. Cardinalem Protectorem, ac denique profundissima humilitate ad pedes SS. confugendum, sicut nunc confugit, pro revocatione prædicti Brevis, suspensa interim in omnibus Hispaniæ Provinciis ejus executione.

Denique designata fuit hora quarta vespertina pro sequenti Sessione.

Sessio septima.

Eodem die congregato Generali Diffinitorio, Præsidente in eo R. A. P. Commissario Delegato, lectis actis præcedentis sessionis ratificatis, & sigillo Secretarii munitis, decrevit Generale Diffinitorium mediam Orationis mentalis horam, quæ habetur post matutinum, deinceps habendam esse oris matutinis, scilicet immediatè ante primam horam, a die quidem Paschatis Resurrectionis, usque ad festum S. Crucis mensis Septembris, tantum in Provinciis quidem

Hispanis, exceptis Conventibus Recollectionis, qui suas servabunt Consuetudines.

Declaravit Diffinitorium Generale incorporationem R. P. Fr. Petri de Serra nova, in Provincia Sancti Joannis Baptistæ Discalceatorum, legitimam esse, ejusdemque electiones, tum in Guardianum, tum in Diffiniturem, ac Ministrum Provincialem dictæ Provinciæ canonicas esse: immò ordinavit duplicatam pœnam jam impositam contradicentibus, & deinceps contradicere volentibus, perpetuumque silentium impositum fuit super hoc negotium.

Existimavit etiam Generale Diffinitorium pietati, & devotioni congruum, ut petatur à Summo Pontifice, dignetur concedere Ordini nostro, singulisque Conventibus, & Monasteriis extensionem privilegii concessi Regali Monasterio Matritensi Discalceatarum à Pio V. ut scilicet semel in anno Officium recitent de Angelo Custode suo; de Angelo Custode Communitatis; similiter, ut exoret Sanctissimum dignetur Ordini nostro concedere Officium de Patre æterno signata die aliqua recitare, festivumque illum diem celebrare.

Ordinavit quoque Generale Diffinitorium, ut Visitator Conventus Tertii Ordinis Salmaticensis, tempore sui officii, seu occupationis censeatur ut conventualis Prædicator, cum paribus exemptionibus a Choro, sine ulla tamen præcedentia nova, nisi illa, quæ competit ei aliunde. Futuram sessionem habendam esse die Martis indicavit Generale Diffinitorium.

Sessio octava.

Hac die Martis, 12. Junii, horis matutinis Congregato Generali Diffinitorio, Præsidente in eo R. A. P. Commiss. Delegato, lectis actis præcedentis sessionis ratificatis, & sigillo Secretarii munitis, lecta, & audita petitione ex parte Ex-Provincialium declaravit Generale Diffinitorium standum esse statuto per Congregationem Toletanam facto anno 1673. Censuitque Generales Secretarios actuales manere debere in possessione præcedentiæ super dictos Ex-Provinciales, donec aliter à Sanctissimo Domino disponatur, ad quem debere fieri recursum indicavit Diffinitorium Generale, sicut ipsa Congregatio Toletana sancivit. Circa PP. Concionatores, & Confessarios Regios declaravit Diffinitorium Generale, ipsorum supplicationi non esse locum, quippe nullum usque modo subrogandi jus, aut privilegium fuerit eis concessum, proindeque standum est Statutis Generalibus. Denique Diffinitorium Generale declaravit cuicumque Diffinitori Generali subrogato, ultimum locum intra Diffinitores Generales actuales competere. Futuram sessionem eodem die habendam esse horis vespertinis decrevit Diffinitorium Generale.

Sessio nona.

Eodem die, ut supra, horis vespertinis, Congregato Generali Diffinitorio, Præsidente in eo R. A. P. Commiss. Delegato, lectis actis sessionis præcedentis ratificatis, & Sigillo Secretarii munitis: Generale Diffinitorium visa petitione Patris Visitatoris Tertii Ordinis Civitatis Zamorensis, remisit negotium ad Rev. Patrem Commissarium Generalem, ut capta informatione, & auditis partibus, quod justum fuerit solvat, & ordinet: lecto etiam supplici libello Domini Joannis de Riego Phoras, & Llavo, remittitur examinandus à Diffinitorio Provinciæ S. Jacobi, à quo providebitur, quod expedire visum fuerit pro Dei gloria, Religionis bono, & in ipsius supplicantis satisfactionem, & consolationem. Futuram sessionem indicavit Generale Diffinitorium habendam esse die Mercurii 13. Junii.

Sessio decima.

Hac die Mercurii, ut supra, Congregato Generale Diffinitorio, lectis, ratificatisque actis sessionis præcedentis, & Secretarii Signo munitis, Præsidente R. A. P. Commissario Delegato, propositum fuit negotium super alternativam Officiorum à Sanctissimo Domino nostro Innocentio XI. Provinciæ Sancti Jacobi in Hispania concessam per suum Breve, quod incipit *Pastoralis Officii* Anni 1681. & alternativam Officiorum ejusdem Provinciæ ab eodem Sanctissimo concessam per suum breve, quod incipit *Circumspecta* Anni 1684. Auditi sunt quoque Procuratores pro partibus Forensibus ex una parte, pro parte Castellæ veteris ex alia, & pro parte Gallæcorum auxiliatus est R. A. P. Fr. Antonius Losada Ex-Provincialis dictæ Provinciæ, & Ex-Commissarius Curiæ Romanæ, visisque, & lectis tum supradictis brevibus, nec non, & monitorio emanato a Sanctissimi Referendario, & Protonotario Apostolico; tum denique concordato unanimi consensu à Patribus inito in Capitulo ultimo, die 28. Octobris 1684. quo convenerunt, & libenter consenserunt, ut ultimum breve non intimaretur, nec executioni mandaretur, sed quod fieret recursus partium ad Rev. Patrem nostrum Ministrum Generalem; Diffinitorium Generale existimans hac de re non debere judicare, præterea censuit standum esse a partibus concordato in supradicto Capitulo inito, & quod partes recursum habere debeant ad Rev. Patrem Ministrum Generalem. Futuram sessionem indicavit Generale Diffinitorium habendam esse die Veneris.

Sessio Undecima.

Hac die Veneris, 15. Junii, horis matutinis, Congregato Generali Diffinitorio, Præsidente in eo R. A. P. Commiss. Delegato, visis actis præcedentis sessionis, ratificatis, & subsignatis sigillo Secretarii, Generale Diffinitorium designavit RR. A. PP. Ferdinandum de Guzman, & Petrum Miron Diffinitores Generales, qui computus Commiss. Terræ Sanctæ Matritensis examinent.

Visa, & lecta supplicatione P. Francisci de Macnamara Religiosi Hiberni, suo, aliorumque Religiosorum, nomine Nationis, præsentata, auditisque testimoniis Generali Diffinitorio factis contra Patrem Dionysium Henriquez Prov. Castellæ Filium, natione Hibernum, & Hiberniæ Commissarium, seu Agentem, ordinavit Diffinitorium Generale, ut à Rev. P. Comis. Generali Familiæ committatur, & assignatur aliquis Religiosus gravis, & peritus, qui tum computus dicti Patris Dionysii Henriquez Commis. seu Agentis examinet, tum etiam responsa ejus, & alleganda ab ipso accipiat, super objectis, & objiciendis contra eum, eaque omnia referat Rev. Patri Commis. Generali, ut ponderatis utrinque momentis, rationibus, allegatis, & probatis diffinitivè judicet, quo Decreto Generalis Diffinitorii à Sua Rev. Paternitate audito, illum & in præsentiarum nominavit, & instituit P. F. Ildefonsum Biezma, Ex-Secretarium Provinciæ Castellæ, & actualem Diffinitorem suum in hac causa Commissarium, coram quo instituit Sua Paternitas Rev. tum supplicem Oratorem ex una parte, tum dictum Patrem Dionysium Henriquez ex altera parte, comparere, allegare, respondere, & causas dicere; ipsum vero Patrem Ilde-

defensam Biezma Delegatum causam sthuare, usque ad Judicium Diffinitivum exclusive a Sua Rev. Paternitate ferendum, atque præsens Decretum suum intimare mandavit tum Commiss. Delegato, tum Partibus.

Censuit Generale Diffinitorium humiliter supplicandum esse Eminentissimum Cardinalem Protectorem, ut dignetur amovere a mente, & animo Sanctissimi Domini nostri Innocentii undecimi motum proprium, quo præcipit Sua Sanctitas, ut omnes Novitii Sacram Nostram Religionem amplexuri teneantur quartum emittere votum de observanda Bulla Urbani VIII. Sanctæ memoriæ, contra recursus ad sæcularium favores, juxta præscriptum tenoris ejus, cum hoc negotium, utpote arduum, & Ordinem universum tangens, prærequirat totius Ordinis consensum. Decrevit Diffinitorium Generale, & statuit nullatenus concedendas disquisitrices Moniales in electionibus Abbatissarum, aut Superiorarum, cum id sit contra dispositionem Trid. Conc. & Generalia Ordinis Statuta; imo præcepit, ut si alicubi irrepserit abusus, tollatur per Ministros Provinciales, sub pœna privationis actuum legitimorum contra aliter facientes, aut permittentes.

Sessio Duodecima.

Eodem die, congregato Diffinitorio Generali, Præsidente in eo R. A. P. Commiss. Delegato, lectis, & ratificatis præcedentis sessionis actis, & sigillo Secretarii munitis, visæ fuerunt, & lectæ procurationes Patris Fratris Amani à Conceptione Provinciæ Algarbiorum, Sacræ Theologiæ lectoris, & consideratis, examinatisque quatuor negotiis ab ipso propositis. Ad primum, scilicet de prætensa nullitate Sententiæ latæ à Rev. P. Mario Zarzosa Ex-Commiss. Generali Familiæ, contra R. A. P. Balthassarem *de los Reyes* Prædicatorem Regium, Ex-Provincialem dictæ Provinciæ, atque Diffinitorem Generalem, & respondit Diffinitorium Generale, recurrendum esse ad Eminentiss. Cardinalem Protectorem, in cujus manibus causam esse Generale Diffinitorium constituit; ad secundum, scilicet, quo ad suspicionem intentatæ divisionis aliquorum Conventuum ab ipsa Provincia:

Respondit Generale Diffinitorium de hoc ferre judicium non posse, cum nulla de eo negotio facta fuerit coram ipso instantia. Ad tertium, nempe quo ad postulatam exhibitionem processus informativi contra Patrem Ludovicum à Seraphinia perfecti; Respondit recurrendum ad Rev. Commissarium Familiæ, qui de statu illius processus informavit Rev. P. Ex-Commissarium Generalem. Ad quartum, nempe quo ad dubia emergentia ex renunciatione Ministri Provincialis Provinciæ, remittuntur ad Rev. Patrem Commiss. Generalem, ut ea declaret, & super illis provideat.

Viso, & lecto brevi Sanctissimi Domini nostri Innocentii XI. pro Ministeriatu Provinciæ S. Joannis Evangelistæ *de los Azores*, seu Terzerariorum, executionem ejus duxit Diffinitorium Generale committendam, & remittendam ad Reverendissimum Patrem Commissarium Familiæ, nec non, & declarationes dubiorum Diffinitorio Generali propositorum.

Futuram sessionem die Sabbati 17. habendam indicavit Generale Diffinitorium.

Sessio Decimatertia.

Hac die Sabbati 16. Junii Congregato Generali Diffinitorio Præsidente in eo R. A. P. Commiss. Delegato, lectis, & ratificatis actis sessionis præcedentis, & sigillo Secretarii munitis; visa petitione Patris Damiani Cernep, omnes Diffinitorii Generalis PP. unanimi consensu, & gratanter illi in præmium facti laboris, & futuri incitamentum, concesserunt titulum lectoris bis jubilati, & Patris Provinciæ suæ, quo ad præcedentiam tantum.

Declaravit Generale Diffinitorium Commiss. Curiæ Matritensis, post completum in Officio sexennium, æquivalere, seu sufficere, quod per sex annos conventualis prædicationis munus, & onus sustinuerit, non secus ac si duplici Guardianatu functus esset, ad hoc ut prærogativis concessis per statutum ejusmodi Commissariatus Officio functis, frui, & gaudere possit.

Tandem lectis coram Diffinitorio Generali omnibus, & singulis actis præcedentis sessionis hujus celeberrimæ Congregationis Generalis, iisdemque ratificatis, approbatis, & confirmatis.

Gratiis immortalibus Deo peractis, injunctis quoque suffragiis, & precibus assuetis à singulis hujus nostræ Familiæ Religiosis fundendis, pro Sanctissimo Domino nostro Innocentio Papa XI. Imperatore, Regibus, ac Principibus Orthodoxis, Eminentissimo Domino Cardinale Protectore, exaltatione Ecclesiæ, hæresum extirpatione, felici exercitus Christianorum contra Turcas successu, & denique pro Exc. Ordinis nostri Patronis. Omnes, & singuli Diffinitorii Generalis Patres nomine suo, vel nomine Reverendissimor. A.RR.PP. Christophori à S.Maria Diffinitoris Generalis Discalceati, & Honorati *le Ballrur* Diffinitoris Generalis Recollectorum Galliæ, qui in Diffinitorium Generale, ante exitum suum, compromiserunt, huic Congregationi Generali finem dederunt aptissimum, cum Dei omnipotentis benedictione, & in veritatis, firmitatisque omnium supradictorum authenticum testimonium fecerunt hic sua singuli apponentes Chirographa, & sigillo Ordinis munita, hac die sabbati, 16. Junii, 1685.

Ita est Fr. Didacus Rhoas à Mediolano Præsidens Cong. Generalis.
Fr. Julianus Chumillas, Commissarius Generalis.
Fr. Sebastianus de Arrojo, Commiss. Generalis Curiæ Romanæ.
Fr. Marcus Zarzosa, Ex-Commissarius Generalis.
Fr. Martinus Sieps, Diff. Generalis.
Fr. Petrus Miron, Diff. Generalis.
Fr. Pacificus Macy, Diff. Generalis.
Fr. Ferdinandus de Guzman, Diffinitor Generalis.
Fr. Antonius de Velasco, Diffinitor Generalis.
Ita est Fr. Sebastianus Perier, Diffinitor Generalis, & Secretarius Diffinitorii Generalis.

Clementis X. Constitutio, de qua supra pag. 237. & quam suo in loco ponere nequivimus, hic transferendam censuimus.

DEclarat indulta per felic. record. Urbanum Papam VIII. concessa Fratribus Oblatis, seu Servientibus tertii Ordinis Sancti Francisci Congrega-

tionis Gallicanæ, tunc temporis existentibus, intelliganrur emanata ad favorem etiam hodiernorum, & per subsequentia perpetua tempora futurorum hujusmodi Congregationis Oblatorum, seu Servientium prædictorum, quos suffragia ferre non posse, nisi in receptione Novitiorum ad professionem ejusdem cum eis condiðionis, & statuu.

CLEMENS PAPA X.

Ad perpetuam rei memoriam.

INjuncti Nobis cœlitus Pastoralis officii solicitudo Nos admonet, ut paterdam Christifidelium, qui è fluctibus sæculi, in portum vitæ religiosæ confugerunt, curam gerantes, enatas inter eos controversias, quæ amabilis concordiæ, fraternæque charitatis serenitatem obnubilare possent, opportunæ provisionis remedio recidere, ac illorum statui, & quieti, quantum Nobis ex alto concederur, consulere studeamus.

§. 1. Dudum siquidem felicis recordationis Urbanus Papa VIII. prædecessor noster, ad sedandas inquietudinis, atque animi perturbationes, quas major pars runc existentium Fratrum Oblatorum, seu Servientium Tertii Ordinis Sancti Francisci Congregationis Gallicanæ in suo hujusmodi statu patiebarur, per quasdam suas in simili forma Brevis die 26. Augusti 1641. emanatas literas, cum ejusdem Fratribus Oblatis, seu Servientibus super quartu voto per eos emitti solito, de non procurando alio, quam suo Fratrum Oblatorum, seu Servientium hujusmodi statu, ad effectum infrascriptum, auctoritate Apostolica dispensavit, quartumque votum hujusmodi illis relaxavit; nec non eisdem Fratribus Oblatis, seu Servientibus tunc in dicto Ordine existentibus, quod ipsi, postquam per septem annos continuos ab eorum professione numerandos, ac per alterius anni spatium in aliquo Recollectionis loco a Ministris Provincialibus, & Definitoribus designato, in dicto Fratrum Oblatorum, seu Servientium statu permansissent, ab ipsis Ministris Provincialibus, & Diffinitoribus hujusmodi in Capitulo, aut Definitorio Provinciali, ad Caputium, & statum Laicalem admitti, & inter ipsos Fratres laicos ejusmodi Ordinis, juxta eorum antiquitatem, nec non etiam inter Clericos, qui non dum quatuor annos a sua professiona explaverant, juxta Constitutiones præfatæ Congregationis Gallicanæ, sedere possent, concessit, & indulsit; Ea tamen lege, ut nec ejusmodi Fratres Oblati, seu Servientes ad Caputium, & statum Laicorum assumpti, nec Laici, qui nondum suffragiorum jure potiti fuerunt, nec denique alii, qui deinceps ad statum Laicalem in dicto Ordine admitterentur, ullo suffragiorum jure gaudere valerent, nisi in receptione Novitiorum ad Professionem ejusdem cum eis statu, & conditionis. Voluit insuper dictus Urbanus prædecessor, & pariter indulsit, ut si quis ex dictis Fratribus Oblatis, seu Servientibus hujusmodi, post supradictos septem a sua professione annos, suum hujusmodi statum immutare nollet, de Superiorum suorum consensu in eo permanere, nec non eisdem privilegiis, quibus alii gavisuri essent, qui accepto caputio statum suum mutavissent, gaudere libere, & licitè posset, & alias, prout in præfatis Urbani prædecessoris literis, quarum tenore præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, uberius continetur.

§. 2. Cum autem, sicut dilecti filii Superiores dictæ Congregationis Gallicanæ Nobis nuper exponi fecerunt, super præmissis, seu eorum occasione, subinde in eadem Congregatione variæ exortæ fuerint controversiæ, super quibus aliæ ab eodem Urbano prædecessore die 25. Maii 1644., ac a recol. mem. Innocentio X. die 6. Aprilis 1648., & Alexandro VII. Romanis Pontificibus prædecesoribus pariter nostris, die 10. Decembris 1659., ac die 13. Septembris 1660., & die 11. Aprilis 1661. respectivè, expeditæ fuerunt pariter in forma Brevis literæ, ac tandam die 4. Maii 1663. Decretum a Congregatione tunc existentium S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita emanavit, nec tamen exinde memoratæ Congregationis Gallicanæ tranquillitati sufficienter provisum reperiatur, sed prænarratæ perturbationes, & inquietudines denuo reviviscentes, novum in præsens paternæ charitatis, & providentiæ nostræ præsidium exposcant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut præmissis opportune providere, &, ut infra, indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 3. Nos igitur eorumdem Superiorum votis hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, & eorum singulares personas, a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, ac aliarum literarum, & Decreti præfatorum tenores præsentibus similiter pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de nonnullorum Venerabilium Fratrum nostrorum ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, super hoc negotio a Nobis specialiter deputatorum, qui dilectum etiam Filium Procuratorem Generalem, seu Commissarium Curiæ Familiæ Ultramontanæ Ordinis Sancti Francisci audiverunt, ac rem mature examinarunt, consilio, dispensationem, relaxationem, & indulta, quæ memoratus Urbanus prædecessor, per suas literas primo dictas, præfatis Fratribus Oblatis tunc temporis existentibus, sicut suprascriptum est, concessit dilectis filiis hodiernis, & per subsequentia perpetua tempora futuris Fratribus Oblatis, seu Servientibus dictæ Congregationis Gallicanæ, auctoritate Apostolica, tenore præsentium pariformiter concedimus: statuentes, ut non solum Fratres Oblati, seu Servientes, qui eo tempore, quo primodictæ Urbani prædecessoris literæ emanarunt, in præfata Congregatione Gallicana erant, sed etiam alii hodierni, & per subsequentia perpetua tempora futuri, Fratres Oblati, seu Servientes Congregationis hujusmodi, nec non quicumque alii, qui ad statum laicalem in eadem Congregatione immediate, seu in ingressu Religionis assumentur, nullo unquam tempore suffragiorum jure gaudere valeant, nisi in receptione Novitiorum ad professionem ejusdem cum eis status, & conditionis, ac super controversiis præfatis, perpetuum Partibus silentium, eadem auctoritate harum serie, imponimus.

§. 4. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari, sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his

a quo-

a quoquam quavis auctorirate scienter, vel ignoranser contigerit artentari. Non obstantibus præfatis aliis Urbani, ac Inuocentii, & Aleaandri Prædecessorum literis, & Decreto memoratæ Congregarionis Cardinalium, ac quibusvis Coustiturionibus, Ordinationibus Apostolicis, nec non præfatorum Ordinis, & Congregationis Gallicanæ, aliisve quibusvis, etiam juramenro, confirmatione Apostolica, vel quavis firmirate alia roboratis statutis, & consuetudiuibus, privilegiis quoque, Indultis, & literis Apustolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovaris. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habeures, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissurum effectum hac vice dumtaxar specialiter, & expresse derogamus, cœterisque contrariis quibuscumque.

§. 5. Volumus autem, ut earumdem præsentium litsrarum trausumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate coustitutæ munitis, eadem prorsus fides iu judicio, & extra adhibeatur, quæ præsenribus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Darum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Anuulo Piscaroris, die 12. Maii 1672. Pourificatus nostri anno rertio.

Breve, in quo sub gravi pœna prohibetur, ne res ad Ecclesias, Altaria, Cappellas, Oratoria, & Sacristias Fratrum Minorum spectantes, extra illa, ad usum, vel officium cœterorum distrahantur, vel asportentur, aut aliis commodentur.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

ALiàs ad supplicationsm tunc existentis Commissarii Generalis Curiæ Ordinis Frarrum Minorum Saucti Francisci de Observanria nuncupatorum, emanavit à Congregarione Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, negotiis, & consultarionibus Episcoporum, & Regularium præposita Decretum renoris, qui sequirur, videlicet: Sac. Congreg. Eminentissimorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, spectabili cultui, & decoro ornatui Ecclesiarum Fratrum Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observanria providè consulens, injungendum censuit, prout præsenris Decreti tenore injungit omnibus, & singulis dicti Ordinis Superiorsibus, Provincialibus, localibus, eorumque subdiris, sub pœna privationis officiorum Ordinis immediatè incurrenda, ne ullo unquam tempore, quavis occasione, vel prætextu, ad instantiam, & preces cujusvis indulgeant, aut consenriant suppellectiles, vasa, ornamenta, vestes, atque omnis generis res spectantes aliquo modo ad præfatas eorum Ecclesias, Cappellas, Altaria, Orarorìa, Sacristias, extra illa, ad usum, vel officium cœterorum distrahi, asportari, seu aliis ab ipsis Minoribus Observantibus commodari, quin prius accesserit consensus, saltem ultra duas partes totius Capiruli cujuslibet respectivè Couventus, per secreta suffragia, singulis vicibus præstandus, nec non à Patre Ministro Provinciæ authentice confirmandus: & ita servari mandat. Non obstantibus &c. Romæ 14. Martii 1680.

Cum autem, sicut dilectus filius Franciscus Diaz à Sancto Bonaventura, Charissimi in Christo filii nostri Caroli Hispaniarum Regis Catholici Concionator, & Theologus, ac pro Ultramontana Familia Frarrum dicti Ordinis in Romana Curia Vice-Commissarius Generalis, nobis nuper exponi fecit, ipse decretum hujusmodi, quo firmius subsistat, & servetur exactiùs, Apostolicæ confirmationis nostræ parrocinio communiri plurimum desideret: nos ipsius Francisci Vice-Commissarii generalis votis hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, & eum à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodarus existit, ad effectum præsentium duntaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præinsertum auctoritate Apostolica, tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus: salva tamen semper in præmissis auctoritate memoratæ Congregationis Cardinalium.

Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac, quatenus opus sit, dicti Ordinis, illiusque Provinciarum, & Conventuum quorumvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cœterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides tam in judicio, quam extra illud adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die xvi. Septembris MDCLXXXV. Pontificatus Nostri Anno Nono.

I. G. Slusius.

Digitized by Google

Breve contra Fratres Minores tam subditos, quam Superiores, admittentes saeculares ad conviverdam, ac pernoctandum in suis Conventibus ultra triduum, & hoc tantum piae hospitalitatis titulo, nec non contra eosdem Fratres, qui arma dictorum saecularium custodierint, aut ipsos ad iadendum intra septa suorum Conventuum admiserint.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

EManavit aliàs à Congregatione Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium praeposita, ad supplicationem tunc existentis Commissarii Generalis Curiae Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum, decretum tenoris qui, sequitur. Videlicet. Sacra Congregatio Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium praeposita Religiosae quieti, & tranquillitati Fratrum Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia benignè consulens, injungendum censuit, prout praesentis Decreti tenore injungit omnibus, & singulis dicti Ordinis superioribus Provincialibus, localibus, eorumque subditis, sub poena privationis officiorum Ordinis immediatè incurrenda, ne ullo unquam tempore, quovis praetextu, vel quaesito colore permittant, aut consentiant, saeculares quoscumque ingredi septa suorum Conventuum, defferendo per sylvas, Hortos, & Prata scolpos ad venandum, sive alia armorum genera, vel illa apud Fratres, tàm superiores, quàm subditos deponere, pariterque ludere quomodolibet per Claustra, aliaque loca publica, vel privata ipsorum Conventuum, & convivere, ac pernoctare in eis ultra triduum tantùm piae hospitalitatis titulo: Et sic servari mandat. Non obstantibus &c. Romae prima Decembris, die M. DC. LXXIX.

Cum autem, sicut dilectus Filius Franciscus Diaz à S. Bonaventura, Charissimi in Christo filii nostri Caroli Hispaniarum Regis Catholici Concionator, & Theologus, ac pro Ultramontana Familia Fratrum dicti Ordinis in Romana Curia Vice-Commissarius Generalis, Nobis nuper exponi fecit, ipse Decretum hujusmodi, quo firmiùs subsistat, & servetur exactius Apostolicae confirmationis nostrae patrocinio communiri plurimum desideret: Nos ipsius Francisci Vice-Commissarii Generalis votis hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, & eum à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis, à jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium duntaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum praeinsertum auctoritate Apostolica tenore praesentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adjicimus, salva tamen semper in praemissis auctoritate memoratae Congregationis Cardinalium.

Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inviolabiliter observari; Sicque in praemissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac, quatenus opus sit, dicti Ordinis, illiusque Provinciarum, & Conventuum quorumvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores praesentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice duntaxat specialiter, & expressè derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut earumdem praesentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides in Judicio, & extra adhibeatur, quae praesentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensae. Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 20. Septembris 1685. Pontificatus Nostri Anno Nono.

I. G. Slusius.

Breve, in quo praescribitur modus observandus à Fratribus Minoribus, tam in receptione eleemosynarum pro concionibus, quàm in distributione Librorum Fratrum defunctorum, & augumentatione Bibliothecarum Ordinis; innovaturque excommunicatio Sanctae Sedi reservata, contra quoscumque auferentes Libros, & alias Scripturas ab ejusdem Ordinis Bibliothecis.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

EXponi Nobis nuper fecit dilectus filius Franciscus Diaz à Sancto Bonaventura, Lector generalis Jubilatus, charissimi in Christo filii nostri Caroli Hispaniarum Regis Catholici Concionator, & Theologus, ac pro Ultramontana Familia Fratrum Minorum Ordinis Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum in Romana Curia Vicecommissarius generalis, quod dudum, videlicet Anno M. DC. XXXIII. in Capitulo Generali dicti Ordinis circa eleemosynas, quae Concionatoribus ejusdem Ordinis fieri solent, & circa libros Fratrum defunctorum communibus Bibliothecis Conventuum Ordinis hujusmodi applicandos, ipsarumque Bibliothecarum conservationem, & incrementum, ac Bibliothecariorum institutionem, facta fuerunt pro utraque Familia nonnulla Statuta, tenoris, qui sequitur, videlicet.

Praedicatores quicumque eleemosynas, praedicationis praetextu oblatas, penitùs non recipiant, nec de illis sub quovis praetextu, vel quaesito colore disponere, aut quomodolibet tractare praesumant, & audeant, sed si absoluta praedicatione, vel ante con-

contigerit fieri à quovis genere personarum Prædicatoribus ipsis eleemosynarum oblationem, respondeant Syndicis Conventuum duntaxat liberè, & integrè transmittendam, & consignandam fore. Quod si constiterit quempiam Prædicatorum per se, aut per alios, pecuniam recipere, vel recepisse, proprietatis pœna omninò puniatur, & actibus legitimis per sexennium privetur: Quam pœnam etiam Guardiani subeant, si eorum culpa, vel negligentia contrafieri contigerit.

Adeò nihil penduntur hisce temporibus Conventuum nostrarum Bibliothecæ communes, ut quæ aliàs diligentius rectæ, splendorem; nunc verò negligentiùs desertæ, dedecus potiùs Religioni afferre videantur. Ut igitur opportunum adhibeamus tanto malo remedium, præcipimus Provincialibus Ministris, sub pœna privationis officiorum irremissibiliter incurrenda, ut vigilantiùs curent defunctorum Fratrum libros fideliter, & quantocitiùs fieri poterit, transmittendos in communes Bibliothecas, præcipientes insuper universis superioribus, cujuscumque gradus, & dignitatis existant, Universis etiam subditis, sub pœna excommunicationis ipso facto incurrenda, & sub aliis item gravissimis pœnis ad Superiorum beneplacitum infligendis, ut nullo modo, nec per se, nec per Apostolicum Syndicum, sub quovis prætextu, quæsito colore, occasione, vel causa alienent, vendant, commutent, donent, aut quomodolibet aliter fraudent, vel distrahant defunctorum Fratrum libros, aut eos, qui ad particulares Bibliothecas quavis ratione pertineant, vel quocumque modo, seu titulo fuerint, etiam deinceps Monasterio acquisiti.

Verùm ad opportunam communium Bibliothecarum restaurationem, continuam accretionem, & perpetuam conservationem, præcipimus omnibus Superioribus Provincialibus, sub propriorum officiorum privatione, ut quolibet anno ducentos ad minus aureos nummos, Diffinitorum interventu, & consilio, de communibus eleemosynis expendendos studeant in libros, consimili eorumdem Diffinitorum interventu, & consilio communibus Bibliothecis applicandos. Sed cum ratio dictet, & experientia doceat Bibliothecas communes, brevi temporis spatio, consumptum iri, nisi Bibliothecarii instituantur, qui libros disponant, ordinent, in classes redigant, purgent, reficiant, reparent, ac cætera præstent, quorum exequutione prædictæ Bibliothecæ suo pristino splendori reddantur, & in obtento decore serventur, consultò præcipimus Provinciarum Ministris, sub pœna privationis officiorum, ut tempore Capituli, & Congregationis, communium Bibliothecarum instituendos curent Bibliothecarios, qui, vel prædicationis munere præditi sint vel saltem, qui universali, & competenti quadam facultatum, librorumque notitia polleant. Memoratarum Bibliothecarum libris uti possint Prædicatores, & Lectores præsertim, iis tamen legibus, ut schedulam, quæ acceptorum librorum numerum contineat, quæque propria manu accipientium libros subsignata sit, in manibus relinquant Bibliothecariorum, qui nequeant, nisi unius mensis spatio, ad summum, traditorum librorum usum permittere, itaut absoluto mense, accommodatos libros repetant, eosque Bibliothecis, ad reliquorum Fratrum usum, restituendos omninò procurent. Bibliothecarii, qui dictorum librorum restitutionis executionem omiserint, propriis officiis spolientur, & Fratres, qui acceptos libros restituere noluerint, ulteriori librorum participatione privati existant.

Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, licet Statuta hujusmodi subinde à fel. rec. Urbano Papa VIII. prædecessore nostro, de consilio tunc existentium S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum confirmata fuerint, nihilominus illa, prout etiam quædam litteræ rec. mem. Pii Papa V. prædecessoris pariter nostri, die iv. Novembris 1568. in forma Brevis, ut asseritur, expeditæ, per quas libros è dictis Bibliothecis furto subtrahi, sub pœna excommunicationis, cujus absolutio Romano Pontifici reservata esset, prohibuit, non ubique, prout par esset, accuratè observentur: Nobis propterea dictus Franciscus Vicecommissarius humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur.

Nos igitur ipsum Franciscum Vicecommissarium specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium duntaxat consequen. harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, statuta præinserta in dicto Capitulo generali, sicut præmittitur, edita, & à memorato Urbano prædecessore confirmata, authoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus pariter, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos Juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus.

Præterea præfati Pii prædecessoris vestigiis inhærentes, omnibus, & singulis personis Ecclesiasticis, Sæcularibus, & Regularibus, cujuscumque status, gradus, ordinis, vel conditionis existant, etiamsi Pontificali dignitate præfulgeant, eadem auctoritate harum serie mandamus, ne ex Bibliothecis Conventuum, & Domorum regularium Ordinis prædicti, aut earum aliqua librum aliquem, aut quaternum furto subtrahere quoquo modo præsumant. Nos enim quoscumque subtrahentes excommunicationis sententiæ subjacere volumus, & decernimus, ipso facto, à qua nullus ab alio, quàm à Nobis, vel Romano Pontifice pro tempore existente, possit, nisi duntaxat in mortis articulo, absolutionis beneficium obtinere. Decernentes pariter easdem præsentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac, quatenùs opus sit, dicti Ordinis, ejusque Provinciarum, & Conventuum quorumlibet, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, Statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis, quibus omnibus, & singulis illorum tenores, præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice duntaxat specialiter,

Digitized by Google

ter, & expresse derogamus, cœterisque contrariis quibuscumque.

Volumus autem, ut præsentium litterarum exemplum, saltem quoad ea, quæ ad Bibliothecas prædictas pertinent, in valvis earumdem Bibliothecarum, aut alio illarum loco conspicuo, ubi ab omnibus cerni, & legi possit, affixum assiduè remaneat; utque earundem præsentium litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & Sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique locorum, tàm in judicio, quàm extra illud habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die xvi. Octobris M. DC. LXXXV. Pontificatus Nostri Anno Decimo.

I. G. Slusius.

Confirmatur Statutum Capituli Generalis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia Reformatorum circa Lectores inter Patres Provinciæ connumerandos.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Exponi Nobis nuper fecit Dilectus Filius Procurator Generalis Fratrum Minorum Ordinis Sancti Francisci de Observantia Reformatorum nuncupatorum, quod in proxime præterito Capitulo Generali dicti Ordinis Fratrum, fuit Statutum, ut in unaquaque Provincia Fratrum Reformatorum ejusdem Ordinis, Frater antiquior ex illis, qui sacram Theologiam duodecim annorum spatio legerint, sive docuerint, inter Patres Provinciæ connumeretur, sive connumeratus declaretur. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, statutum hujusmodi, tamquam juxta determinationem cujusdam Constitutionis fel. record. Urbani Papæ VIII. prædecessoris nostri, quæ incipit *Injuncti &c.* editum, in Romana, & aliis Provinciis Fratrum Reformatorum, executioni mandatum fuerit, in aliis vero nonnullis Provinciis irrationabiliter impugnetur, quamvis dilectus filius Minister Generalis Ordinis prædicti illud universaliter observari debere decreverit: Nos propterea dictus Procurator Generalis humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, & ut infra, indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 1. Nos igitur ipsum Procuratorem Generalem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de Vener. Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum, qui præfatum Procuratorem generalem Fratrum Reformatorum, sive strictioris Observantiæ dicti Ordinis, super præmissis audierunt, consilio, prædictum Statutum Capituli Generalis oro Lectoribus Sacræ Theologiæ emanatum, auctoritate Apostolica, tenore præsentium, confirmamus, & approbamus, & observari mandamus, salva tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis memoratorum Cardinalium.

§. 2. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, plenissimè suffragari: sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus Apostolicis, nec non, quatenus opus sit, Provinciarum, & Ordinis præfatorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cœterisque contrariis quibuscumque.

§. 3. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, die 18. Martii 1686. Pontificatus nostri anno decimo.

Confirmantur Literæ Ministri Generalis super Missione erecta a Fratribus Provinciæ Germaniæ Inferioris durante bello Hungaro-Turcico.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Militantis Ecclesiæ regimini, meritis licet imparibus, per ineffabilem divinæ Sapientiæ, atque bonitatis abundantiam, præsidentes, illa, quæ a Superioribus Regularibus, ad procurandam animarum salutem, pie, prudenterque statuta, & ordinata esse noscuntur, ut firma, atque illibata persistant, Apostolici muniminis præsidio, cum id a Nobis petitur, libenter corroboramus. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Philippus Corselius, Agens Generalis totius Nationis Germano-Belgicæ, Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum, quod dilectus etiam filius Petrus Marinus Sarmanus Minister Generalis dicti Ordinis, ad supplicationem Diffinitoris Provinciæ Germaniæ Inferioris Fratrum Minorum ejusdem Ordinis Recollectorum nuncupatorum, Missionem sex Fratrum dictæ Provinciæ Confessariorum, qui suo legitimo Superiore, & præscriptis legibus, voto particulari adstricti, militibus, ut plurimum, Belgis, ac Belgio finitimis, in exercitu charissimi in Christo Filii nostri Leopoldi Romanorum Regis, in Imperatorem electi, contra Turcas in Hungaria militantibus, etiam tempore Pestis, Sacramenta administrare, eisque in spiritualibus inservire debeant, instituit per suas Patentes literas de super

super emanatas tenoris, qui sequitur, videlicet.

„ F. Petrus Marinus Sormanus a Mediolano, Lector Jubilatus, Sac. Inquisitionis Qualificator, ex Guardianus Hierosolymitanus, ac totius Ordinis Fratrum Minorum Minister Generalis, & Servus.

„ Cum ex parte Definitorii nostræ Provinciæ Germaniæ Inferioris, libello supplici super hoc nobis porrecto a P. F. Philippo Corselio Germano-Belgicæ Nationis Agente, propositum fuerit, ut in servitium Exercitus Sacræ Cæsareæ Majestatis quædam instituatur Missio sex Provinciæ præfatæ Confessariorum, qui durante hoc Bello Hungaro-Turcico, aliasque, dum opus fuerit, in eodem Cæsareo Exercitu gratis inserviant, & Militibus, ut plurimum, Belgicis, ac Belgio finitimis, Divina subministrent in quacumque occasione, & quibuscumque infirmis, etiam peste, aut alio morbo contagioso infectis. Nos cum præmemorato Definitorio, attendentes, tam ipsius Cæsareæ Majestatis in Religionem nostram munificentissimæ, clementissimæque protectionis, quam heroici hujus operis pietatem, ac multiplex animarum lucrum, animati zelo, & exemplo Summi nostri Pontificis, aliorumque Principum Christianorum, dum armis, aut opibus Religiosi nostri Fideles reliquos in hoc Bello juvare non possunt, obsequiis autem spiritualibus, at id compensent, Missionem ejusmodi instituere, approbare, ac Sanctæ Sedis confirmationi offerendam decrevimus, sub legibus, & conditionibus infrascriptis indispensabiliter in ea servandis;

1. „ Per Definitorium dictæ Provinciæ Germaniæ Inferioris constituetur Superior, qui cum jurisdictione Guardiani cœteris præerit, habebitque Vicarium, & unum Discretum.

2. „ Per Superiores designabitur Sindicus Apostolicus hujus Missionis, qui per se, vel per substitutum providebit omnibus, per eleemosynas, secundum Regulam, ut sic Fratres curis omnibus expediti, iis dumtaxat, quæ vocationis suæ sunt, vacare, & uberius fructificare valeant.

3. „ In Exercitu consistenti, quantum possibile est, hospitabuntur insimul, & modum Communitatis tenebunt, in hyemibus autem, & quandocumque fuerit opportunum, bini, & bini in Conventibus nostri Ordinis, ad quem finem nomine nostro commendatitias, & obedientiales literas, vel a Commissario nostro Germano-Belgico, vel de ejus consensu a P. Provinciali Inferioris Germaniæ concedendas, harum tenore volumus, ut si quid Disciplinæ Monasticæ in campo deperditum, in domo Religiosa restauretur.

4. „ Nulli mittentur, nisi Confessarii, callentes Idioma Belgicum, & Gallicum, vel Italicum, aut Germanicum, nisi forte ex judicio Definitorii hanc aliquis compenset utilioribus qualitatibus.

5. „ Casu, quo plures ex prædicta Provincia deficerent de senario numero (qui hujusmodi Missioni omninò præficitur) Definitorium habeat facultatem assumendi voluntarios in supplementum ex tota Natione, sed a P. Commissario Nationali ad id assignandos.

6. „ Subsistere debet Missio absque ulla in Regulam dispensatione, & absque stipendio ullo, de sola mensa Domini victitans, id est, meris Eleemosynis.

7. „ Missio in spiritualibus suberit immediate S. Sedi, ejusque Nuntio Apostolico, Superioribus Generalibus Ordinis, & Germano-Belgico, ac prædictæ nostræ Provinciæ Germaniæ Inferioris; nec poterit illa adstringi particulari obsequio alicujus legionis, sed sub protectione Cæsarea, ejusque Generalibus, præstabit obsequia quæque spiritualia quibuslibet, maxime tamen iis, qui ex partibus Belgii, & finitimis, contra Turcas militaverint.

8. „ Omnes, & singuli, qui a Superioribus huic missioni assignabuntur, præviè emittant votum tenoris sequentis:

„ Ego F. NN. voveo, & promitto Deo omnipotenti, Sanctissimæ Virgini Immaculatæ, nec non Beatissimo P. N. Francisco, & omnibus Sanctis, quod de expressa licentia R. A. P. Ministri hujus almæ Provinciæ FF. Minorum Recollectorum Germaniæ Inferioris me conferam in Hungariam, cœterasque Regiones, in quas Sacra Cæsarea Majestas Christianos milites, suaque arma intulerit contra Turcas, aliosque Infideles, ut ibidem, sub obedientia illius, quem idem R. A. P. Minister, cum suo Definitorio ordinaverit Superiorem, quæcumque ministeria spiritualia pro modulo præstem, in administratione Sacramentorum in Exercitu, præsidiis, & Xenodochiis, quibuscumque fidelibus, quocumque modo, etiam contagioso laborantibus; idque usque ad finem vitæ meæ, vel belli Turcici, nisi placuerit Superioribus me citius ad Provinciam, vel aliò revocare, quod ipsis omnino, & semper liberum erit quacumque ex Causa, imo & sine ipsa; Ego vero sine ulla mora, aut tergiversatione obedire, & redire promitto. Voveo insuper, quod Patri mihi in Superiorem legitime ordinato parebo in omnibus, quæ non sunt contra animam meam, & Regulam nostram, hancque servabo sine ulla dispensatione, vivendo ex solis Eleemosynis, absque stipendio aliquo: nec me adstringam continuo obsequio legionis alicujus, aut particularis Officialis, sed manebo ad dispositionem meorum Superiorum semper paratus, & intentus communibus ministeriis Exercitus Cæsarei, & Confœderatorum, juxta leges, & ordinationes huic missioni præscriptas, vel præscribendas, quas omninò accepto, & in hunc finem renuntio, ex nunc pro tunc (Si Superioribus videatur) omni alteri officio. In quorum fidem &c. Tandem, ut salubrius, & validius hæc missio, & sui leges desideratum sortiantur effectum, per præsentes nostras facultatem concedimus exposcendæ Apostolicæ confirmationis, quam per nos ipsos humilimè, & enixe deprecamur. Datum Romæ in Conventu nostro Aracœlitano die 29. Martii 1686.

F. Petrus Marinus Minister Generalis.

Loco ✠ Sigilli.

De Mandato S. P. Rmæ
F. Joseph a Leone Sec. Gen.

Cum autem, ut eadem expositio subjungebat e præfatus Philippus Agens Generalis præmissa e quo firmius subsistant, & serventur exactius, Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri plurimum desideret: Nos ipsius Philippi Agentis Generalis votis hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis Censuris, & pœnis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humili-

ter porrectis inclinati, Institutionem D. Missionis a memorato Petro Marino Ministro Generali factam, ut præfertur, expeditasque desuper illius patentes literas præinsertas, cum omnibus, & singulis in eis contentis, auctoritate Apostolica, tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus; decernentes easdem Patentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, plenissime suffragari, & ab eis respectivè inviolabiliter observari, sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non, quatenus opus sit, Provinciæ, & Ordinis præfatorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis, quibus omnibus, & singulis illorum tenores pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus; cœterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die 13. Aprilis 1686. Pontificatus nostri anno decimo.

I. G. Slusius.

Statuitur, ut Loca Sancta Palæstinæ a Fratribus Ordinis Sancti Francisci de Observantia, uti prius, custodiantur.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

EXponi nobis nuper fecit dilectus filius Petrus Marinus Sormanus Minister Generalis Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum, quod, cum dudum cl. mem. Robertus Rex, & Sancia Regina Siciliæ a tunc existente Suldano Babyloniæ, qui Sepulchrum Domini, & alia Sacra Loca Ultramarina, proprio ipsius Redemptoris Sanguine dedicata, detinebat occupata, obtinuisset, ut Fratres dicti Ordinis intra Ecclesiam ejusdem Sepulchri possent continue commorari, & ibidem missarum solemnia, & alia divina officia solemniter celebrare, & jam certi Fratres Ordinis prædicti actualiter essent ibidem, dictusque Suldanus Cœnaculum Domini, & Cappellam, in qua Apostolis Spiritus Sanctus apparuit, & aliam Cappellam, in qua Christus, Beato Thoma præsente, post Resurrectionem suam Apostolis se ostendit, Regi, & Reginæ concessisset eisdem; ipsa vero Regina locum ædificasset in Monte Syon, intra quem Cœnaculum, & dictæ Cappellæ sita erant, ubi videlicet Fratres dicti Ordinis sumptibus propriis continue tenere intendebat, ad divinum obsequium in Sepulchro, & aliis prædictis locis Sacratissimis impendendum, ac tres personas sæculares etiam, quæ ipsis Fratribus servirent, & necessaria administrarent, Felic. recor. Clemens PP. V. Prædecessor noster, volens eorumdem Regis, & Reginæ votis, & desideriis annuere, Generali, & Terræ laboris Ordinis prædicti Ministris, & cuilibet eorum vocandi, tunc, & imposterum, ad eorum præsentiam, auctoritate Apostolica, ad requisitionem dictorum Regis, & Reginæ, vel alicujus eorum, aut successorum suorum, de consilio Seniorum dicti Ordinis, Fratres idoneos, & devotos de toto Ordine, usque ad certum numerum, de quibus, considerata qualitate negotii, vidissent expedire, & eos ad serviendum in divinis, tàm in Ecclesia dicti sepulchri Dominici, quam in Sacro Cœnaculo, & Cappellis prædictis, habita prius informatione de conditione Fratrum ipsorum, quos vocavissent, a Ministris Provincialibus dicti Ordinis, unde Fratres ipsi pro tempore assumerentur, deputandi, eosque ad partes illas destinandi, ac etiam alios ex ipso Ordine, cum aliqui ex eis defecissent, toties, quoties expediret, subrogandi, ac eis dandi licentiam ibidem commorandi, contradictores quoque per censuram Ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendi, plenam, & liberam, sub certis modo, & forma tunc expressis, concessit facultatem, & alias, prout in ipsius Clementis Prædecessoris literis 11. Kal. Decembris Pontificatus sui anno primo, desuper expeditis, uberius dicitur contineri.

§. 1. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, Loca Sancta prædicta subinde a Fratribus dictis, quatuor fere Saculorum decursu, custodita fuerint; Sed Turcæ nuper illos inde ejecerint, & Schismaticos eorum loco introduxerint, qui illa de præsenti detinent occupata: Ipse vero Petrus Marinus Minister Generalis, qui antequam ad Generalatum Ordinis prædicti assumeretur, quinque annorum spatio eorumdem Sanctorum Locorum Regimini, & Custodiæ præfuit, in Visitatione Provinciarum Germaniæ, & Ungariæ dicti Ordinis, quam nuper obivit, & in cujus decursu Vexillum Sanctæ Crucis intra limites Conventus sui Ordinis, in Oppido Neuheuselæ Christianorum armis è manibus Turcarum fortiter recuperato, reconciliata ejusdem Ordinis Ecclesia ibidem existente, cum singulari animi sui gaudio plantavit, cum Principibus Christianis Sacro fœdere contra eosdem Turcas sociatis, de præfatis locis Sanctis, & præsertim sepulchro Dominico, ad Custodiam Fratrum dicti Ordinis restituendis, omni studio egerit, ipsique Principes ei declaraverint, sibi in animo firmiter fixum esse, super præsenti bello, cum Turcis prædictis nullo modo pacisci, nisi inter præcipuos articulos redintegratio, atque restitutio eorumdem Fratrum ad pristinam Custodiam Sanctorum Locorum Palæstinæ, & præcipue Sepulchri Dominici omnino stabiliatur. Nobis propterea dictus Petrus Marinus Minister Generalis humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 2. Nos igitur laudabilem eorumdem Principum confœderatorum zelum, atque pietatem plurimum in Domino commendantes, eorumque piis votis, & armis paterna charitate benedicentes, ac eumdem Petrum Marinum Ministrum Generalem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, supradicta Sancta

loca

loca Palæstinæ, sive Terræ Sanctæ, ac præsertim Sanctissimum Domini N. J. C. Sepulchrum, quemadmodum ante hac, & usque ad nuperam præfatorum Schismaticorum occupationem, atque usurpationem, per Fratres Ordinis præfati, ex hujus Sanctæ Sedis Apostolicæ concessione custodita, recta, & gubernata fuerunt; ita in posterum quoque ab iisdem Fratribus custodiri, regi, & gubernari debere, auctoritate Apostolica, tenore præsentium statuimus, & ordinamus.

§. 3. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab illis respectivè inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his, a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter conti gerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cœterisque contrariis quibuscumque.

§. 4. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique locorum, tam in judicio, quam extra illud habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die 30. Aprilis 1686. Pontificatus nostri anno decimo.

Breve Pro Fratribus Obedientiæ, seu directioni prædicti Ministri Generalis totius Ordinis S. P. Francisci subjectis, Doctrinam Christianam docentibus; & pro Indulgentiis amplissimis, quibus ipsi, & alii Christifideles explicationi memoratæ Doctrinæ à dictis Fratribus faciendæ interessentes frui, ac gaudere poterunt in perpetuum.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Pietatis, ac Christianæ Charitatis opera ubique locorum, cum divini cultus incremento, exerceri cupientes, Christifideles quoscumque, præsertim sub suavi religionis jugo Altissimo famulantes, ut ad illa exercenda promptiores reddantur, indulgentiis, & peccatorum remissionibus invitamus, prout ad Christianam propagandam Religionem, & animarum salutem procurandam conspicimus in Domino salubriter expedire. Cum itaque [sicut accepimus] dilecti filii Fratres Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum, inter pia, quæ exercent opera, etiam pueros, & adultos quoscumque per universum Christianum Orbem Catholicæ Fidei rudimenta, & Christianas omnes virtutes accuratè doceant. Nos pro nostri Pastoralis officii munere, hoc pium, Christianæque Reipublicæ necessarium opus, ex quo hactenus uberrimi fructus provenerunt, ac multo uberiores posthac proventuros speramus, confovere volentes, ut eorumdem Fratrum devotio ad dictum opus exercendum in dies magis augeatur, de omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, supplicationibus quoque dilecti filii Francisci Diaz à Sancto Bonaventura Commissarii Generalis Curiæ pro Ultramontana familia dicti Ordinis nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati.

Omnibus, & singulis dicti Ordinis Fratribus, & aliis universis Christi fidelibus ubivis locorum existentibus, ac cum iisdem Fratribus ad infrascripta cooperantibus, qui de Superiorum suorum licentia respectivè, ac de consensu Ordinariorum locorum, pueros, & adultos quoscumque Doctrinam Christianam, juxta Decreta Concilii Tridentini, docere, aut eidem dum docetur interesse consueverint, si verè pœnitentes, & confessi Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento, die festo ab iisdem Ordinariis in Ecclesiis, in quibus Doctrina Christiana docetur, semel in anno designando refecti fuerint, plenariam, nec non ipsis, qui verè similiter pœnitentes, & confessi, dictum Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum sumpserint, aut id facere non valentes, animo contrito nomen Jesu, saltem corde, in mortis articulo devote invocaverint, plenariam similiter omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus. Præterea illis, qui pariter verè pœnitentes, & confessi, semel quolibet mense Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum sumpserint, septem annos, & totidem quadragenas; Qui verò in casis fuerint, ut pueri, famuli, aut quævis aliæ personæ ad Doctrinam Christianam eant, ducentos dies; & qui diebus Stationum Almæ Urbis nostræ hanc Doctrinam in Ecclesiis, aut Oratoriis de Ordinariorum licentia docuerint, ac etiam illi, qui ad eandem discendam accesserint, easdem indulgentias consequantur, quas consequerentur, & consequi possent, si Ecclesias Stationum ejusdem Urbis personaliter visitarent; Easdem etiam indulgentias Visitatores Scholarum Doctrinæ hujusmodi, qui ex commisso sibi officio visitabunt illas Scholas, quas illo die visitare poterunt, consequantur, si peccata sua confessi Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum sumpserint.

Insuper illis, qui diebus feriatis hanc Doctrinam Christianam, aut publicè, aut privatim, ut præmittitur, explanaverint, centum dies, nec non omnibus, & singulis præceptoribus, qui diebus festis discipulos suos ad Doctrinam Christianam duxerint, eosque illam docuerint, septem annos; & qui diebus feriatis in propriis Scholis eandem Doctrinam explicaverint, aut collationes fecerint, licet illo die non intervenerint in aliquam Scholam docendi causa, septem annos; omnibus autem, & singulis patribus, & matribusfamilias, qui in suis domibus liberis, famulis, & famulabus utriusque sexus Doctrinam Christianam similiter explicaverint, qualibet vice id fecerint, centum dies. Item iis, qui per Civitates, Terras, & alia loca viros, mulieres, aut pueros ad discendam eandem Doctrinam Christianam, docendi causa circumierint, septem annos; ac etiam, qui extra Civitates ad illam, ut præfertur, docendam per Castra, & Villas exeunt, decem annos; omnibus, & etiam singulis Christifidelibus, qui per mediam horam Doctrinæ prædictæ, aut di-

scendi, aut docendi causa studuerint, aut eidem Doctrinæ interfuerint, centum dies. Eisdem etiam, qui Doctrinam prædictam docere solent, si infirmos visitaverint, quoties id fecerint, ducentos dies de injunctis eis, seu alias quomodolibet per eos debitis pœnitentiis in forma Ecclesiæ consueta relaxamus.

Præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut si aliquæ aliæ indulgentiæ prædictis Fratribus præmissa peragentibus à Nobis, vel prædecessoribus nostris, ad tempus nondum elapsum, vel perpetuò duraturæ concessæ fuerint, præsentes nullæ sint; Utque earumdem præsentium litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici, vel Secretarii generalis dicti Ordinis subscriptis, & sigillo Ministri Generalis ejusdem Ordinis, vel alterius personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique locorum habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die xxx. Maii 1686. Pontificatus nostri Anno Decimo.

I. G. Card. Slusius.

Confirmantur Decreta Congregationum Regularium, & Immunitatis pro exemptione Syndicorum Ordinis S. Francisci de Observantia a Foro Sæculari.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Alias pro parte dilecti Filii Francisci Mariæ Fagliaferri Procuratoris Generalis Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum, Congregationi Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, negotiis, & consultationibus Episcoporum; & Regularium præpositæ exposito, quod dudum nonnulli Romani Pontifices, & præsertim fel. rec. Nicolaus III., Nicolaus IV., Martinus IV., Martinus V., & Eugenius IV. Prædecessores nostri, ut vera observantia, Regulæque puritas in Ordine prædicto vigeret, & magis augeretur, Fratresque ipsius Ordinis ab omni dominio, & proprietate alieni conservarentur, statuerant, & ordinaverant, ut unicuique Conventui dicti Ordinis assignaretur unus Procurator, sive Syndicus Apostolicus, qui omnes eleemosynas, tam pecuniarias, quam aliarum rerum, colligere, illasque solum in necessitates Fratrum præfatorum applicare deberet: & subinde rec. mem. Clemens Papa VII. etiam prædecessor noster, intuitu laborum, quos ejusmodi Syndici in beneficium dictorum Fratrum quocumque tempore, & quavis occasione assidue sustinebant, eosdem Syndicos a foro Sæculari exemerat, volens, ut in causis tam civilibus, quam criminalibus, & mixtis, nonnisi coram Judicibus Conservatoribus eorumdem Fratrum Minorum de Observantia de justitia tenerentur, & alias, prout in ipsius Clementis prædecessoris Literis, desuper in simili forma Brevis, die 16. Aprilis 1526. expeditis, plenius dicitur contineri. Ac in eadem expositione subjuncto, quod nonnulli dicerent, privilegium hujusmodi in aliqua sui parte amplius in usu non esse; alii vero prætenderent, illud Syndicis prædictis, ratione eorum officii tantum, non autem uti talibus personis competere: unde fiebat, ut Fratres prædicti, non sine paupertatis, & Regulæ, quam profitentur, suarumque conscientiarum detrimento, neminem amplius reperire possent, qui eorum Syndici, sive Procuratoris munus in se suscipere, eumque laborem assumere vellent, ideoque pro parte præfati Francisci Mariæ Procuratoris Generalis dictæ Congregationi Cardinalium supplicato, ut non solum auctoritate Apostolica confirmaretur dictum privilegium, sed etiam illud Syndicis, sive Procuratoribus hujusmodi, uti talibus personis competere, declararetur; emanavit ab eadem Congregatione Cardinalium Decretum tenoris sequentis, videlicet.

„ Sacra Congregatio Eminentissimorum S. R. E. „ Cardinalium negotiis, & consultationibus Episco„ porum, & Regularium præposita, attenta remis„ sione Libelli per Sanctissimum D. nostrum facta, „ referente Eminentissimo Nortfolche, censuit, dan„ da esse Oratori Decreta alias edita, nempe super „ præmissis servandam esse præfatam Constitutionem „ San. mem. Clementis VII., prout præsentis De„ creti tenore omnino servari mandat, & præcipit. „ Romæ 28. Martii 1586..

G. Card. Carpineus.
B. Pansiaticus Secretarius.

Porro cum dictus Franciscus Maria Procurator Generalis prænarrata pariter exposuisset Congregationi Venerabilium etiam Fratrum nostrorum ejusdem S. R. E. Cardinalium super immunitate Ecclesiastica, & controversiis Jurisdictionalibus deputatorum: hæc Congregatio censuit, danda esse Decreta anteriora tenoris, qui sequitur, videlicet.

„ Sacra Congregatio super immunitate, & contro„ versiis jurisdictionalibus, habita sub die 26. Martii „ 1688. circa exposita in præsenti Libello dixit, dan„ da esse Decreta, ut infra: die 31. Maii 1639. *Fanen.* „ Provincialis Fratrum Minorum Observ. S. Franci„ sci Sacra &c. censuit respondendum Episcopo, ut „ quoad exemptionem Syndici Fratrum Minorum „ Observantiæ loci de Cartoceto observare faciat „ Bullam Clementis VII., si in eo concurrant requisita „ ejusdem Bullæ: die 17. Novembris 1622. *Perusina.* „ Fratres S. Francisci Minorum de Observantia. Sa„ cra &c. censuit servandam esse Bullam Clementis VII. „ circa privilegium Fori, & exemptiones Syndico„ rum, & Procuratorum Ordinis Minorum S. Fran„ cisci de Observantia: die 4. Augusti 1654. *Fanen.* „ *Episcopus.* An Syndicus Fratrum Minorum de „ Observantia S. Francisci gaudere debeat privilegio „ fori? Sacra &c. censuit hujusmodi Syndicum gau„ dere privilegio fori, juxta Constitutionem Clemen„ tis VII. die 23. Maii 1526. *Romana.* Pater Com„ missarius Generalis Curiæ, quærit. An Syndici, & „ Procuratores Apostolici Conventuum suæ Religio„ nis, gaudeant privilegio fori, etiam in causis, „ tam civilibus, & mixtis, motis ante institutio„ nem officiorum, virtute Bullæ Clem. fel. rec. Pa„ pæ VII? Sacra Congregatio &c. respondit Syndicos „ Conventuum Ordinis Fratrum Minorum de Obser„ vantia S. Francisci, ex Bulla fel. rec. Clemen. VII. „ gaudere privilegio fori, tam in causis civilibus, „ quam criminalibus, & mixtis, etiam motis ante „ eorum deputationem, seu Institutionem ad offi„ cium Syndicatus: die 15. Februarii 1665. *Recinetan.* „ An Syndicus Monialium S. Claræ gaudeat privilegio, „ prout gaudent Syndici Fratrum Minorum de Ob-

„ ser-

„ serventia? Sacra &c. Censuit hujusmodi Syndicum „ gaudere debere privilegio foel: in quorum fidem &c. „ Datum Romæ sub hac die 20. Aprilis 1686.

Loco ✠ Sigilli.

I. Patriarcha Antiochenus Secretarius.

§. 1. Cum autem, sicut idem Franciscus Maria Procurator Generalis Nobis nuper exponi fecit, ipse Decreta hujusmodi, quo firmius subsistent, & serventur exactius, Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri, plurimum desideret. Nos ipsius Francisci Mariæ Procuratoris Generalis votis hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuentes, eumque specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decreta præinserta, a memoratis Congregationibus Cardinalium respective emenata, auctoritate Apostolica, tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, salva tamen semper in præmissis auctoritate earumdem respective Congregetionum Cardinalium.

§. 2. Decernentes ipsas præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari: Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ec de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 3. Volumus autem, earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici, subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique locorum habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris, die 19. Junii 1686. Pontificatus nostri anno decimo.

Declaratur, Indulgentiam Portiunculæ ad omnes Ecclesias Ordinis extensam, applicari posse per modum suffragii Animarum in Purgatorio degentium.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

ALias fel. rec. Gregor. Papa XV. Prædecessor noster omnibus, & singulis utriusque sexus Christi Fidelibus, vere pœnitentibus, & confessis, ac Sacra Communione refectis, qui aliquam ex Ecclesiis Fratrum Minorum Ordinis Sancti Francisci de Observantia, etiam Reformatorum, nuncupatorum, ubicumque existentium, die secunda mensis Augusti, a primis Vesperis usque ad occasum solis diei hujusmodi, annis singulis, devote visitassent, & ibi pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione, pias ad Deum preces effudissent, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem, misericorditer in Domino concessit, & alias, prout in ipsis Gregorii prædecessoris literis, desuper in simili forma Brevis, die 4. Julii 1622. expeditis, quas perpetuis futuris temporibus valere voluit, uberius continetur. Cum autem dilectus Filius Modernus Procurator Generalis dicti Ordinis, Nobis nuper exponi fecit, Indulgentiam Plenariam, & peccatorum remissionem, per dictum Gregorium prædecessorem, ut præfertur, concessam, etiam Animabus Christifidelium Defunctorum, per modum suffragii, applicari posse summopere desideret: Nos piis ejusdem Procuratoris Generalis hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, auctoritate Nobis a Domino tradita, ac de Omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, Indulgentiam plenariam, & peccatorum remissionem Christifidelibus præfatis, supradictas Ecclesias Fratrum Ordinis Sancti Francisci de Observantia, & Reformatorum, dicta die secunda Mensis Augusti, ut supra, visitantibus, & præmissa peragentibus, concessam, etiam Christifidelium Animabus, quæ Deo in charitate conjunctæ ab hac luce migraverint, per modum suffragii, applicari posse, etiam perpetuo concedimus, & indulgemus; in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Volumus &c.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 22. Jan. 1687.

Breve pro Concionatoribus Missionariis Ordinis Fratrum Minorum de Observantia, & gubernio Collegiorum, seu Seminariorum ad ipsorum institutionem in Provinciis Hispaniæ, & Indiarum erectorum, ac erigendorum.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

EcclesIæ Catholicæ, per universum terrarum Orbem diffusæ, regimini, meritis licet imparibus, divina dispositione præsidente, ea, quæ à Superioribus Regularibus, ad Christianæ Religionis, Fideique Catholicæ propagationem, rectamque fidelium in sacra Doctrina, & moribus Christianis institutio-

tutionem, ac etiam Religiosorum Ministrorum in Seminariis, ad eum finem institutis, & instituendis, pro tempore degentium, felicem directionem, piè, prudenterque decreta, atque ordinata esse noscuntur, ut firma semper, atque inviolata persistant, Apostolici muniminis præsidio, cùm id à Nobis petitur, libenter corroboramus. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Franciscus Diaz à Sancto Bonaventura, Charissimi in Christo filii nostri Caroli Hispaniarum Regis Catholici Concionator, & Theologus, ac pro Ultramontana Familia Fratrum Minorum Ordinis Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum in Romana Curia Commissarius Generalis, quòd dilectus etiam filius Petrus Marinus Sormanus Minister Generalis dicti Ordinis, per suas patentes literas, dilecto pariter filio Antonio Linaz Missionum ejusdem Ordinis in Indiis Occidentalibus Præfecto, diversa decreta, & ordinationes edidit, prout continetur in eisdem patentibus literis tenoris, qui sequitur, videlicet.

Frater Petrus Marinus Sormanus à Mediolano Lector Jubilàtus, Sanctæ Inquisitionis Qualificator, Exguardianus Hierosolymitanus, ac totius Ordinis Fratrum Minorum Minister Generalis, & Servus &c. Dilectissimo Nobis In Christo Patri Fratri Antonio Linaz, Missionum nostri Ordinis in Indiis Occidentalibus authoritate Apostolica Præfecto, salutem in Domino sempiternam. Cum memoriam retineamus Beatum Franciscum, inclytum nostri Ordinis Fundatorem, divina revelatione cognovisse se, & suos pro aliorum salute vocatos fuisse, juxta illud, quod ei Ecclesia accinit, Sanctus Franciscus quid faciat instructus, non sibi soli vivere, sed aliis proficere vult Dei zelo ductus; Ac insupèr cum attenta mente cogitemus, quod ipse Seraphicus Parens anno à sua conversione undecimo, multis cum periculis iter, ut Soldani præsentiam adiret, fervente aggressus fuit, & quinque observantissimos Fratres ad Miramolinum destinavit, ut ipsi Orientis, illi Occidentis populis salubre Christi prædicantes Evangelium, mundum quasi totum, ad Sanctam fidem converterent, in qua solicitudine Ordo noster, ut ex quamplurimis Summorum Pontificum Diplomatibus apparet, per Observantes Missionarios à suis primordiis, ad usque præsens tempus, mirabiliter effulsit.

Prædicti muneris in Seraphica nostra Religione conservationi, ac præfati exercitii Missionum laudabili incremento consulere desiderantes, consultationibus necessariis præbabitis, maturè decrevimus tibi præcipere, prout tenore præsentium, cum merito salutaris obedientiæ, præcipimus, ut tanquam Commissarius ad infrascripta delegatus, per Provincias in Ultramontanis Regnorum, ac Insularum Hispaniæ partibus nostræ obedientiæ subjectas, sedulò circumeas, Sanctumque Missionum ministerium in Civitatibus, & locis, & Castellis tibi benevisis, de consensu Ordinariorum exerceas, ac Religiosos, quos in præfatis Provinciis ad Sacrum Missionum exercitium, & conservationem idoneos repereris, ad illud amplectendum exhortari, monereque cures, & eos, qui, divina inspirante gratia, sponte in partes Indiarum ire voluerint, charitativè recipias, ac ad præfatum laudabile munus, nostro nomine, destinandos sollicites, eisdemque per tuas literas unum ex Seminariis, seu Collegiis in Hispaniæ, ac Indiarum partibus erectis, & erigendis, juxta statuta à Sanctissimo Domino nostro INNOCENTIO XI. die vii. Maii MDCLXXXVI. approbata, assignare poteris; ipsique in illud ad morandum statim proficisci teneantur.

Et ne in tam Sancto opere meritum obedientiæ desit, omnibus, qui, ut præfertur, se sponte obtulerint, & sub forma præfata ad aliquod ex Seminariis prædictis fuerint destinati, ad meritum obedientiæ præcipimus, ut præfatum iter, & opus, exemplo discipulorum Christi Domini, juxta prædictorum Statutorum præscriptum devotè, exequantur, pro certo sperantes, quod, sicut in labore eos imitati fuerint, ita & in præmio eis sociabuntur: Per eamdemque obedientiam, ac sub pœnis in memoratis Statutis à Sancta Sede approbatis contentis, omnibus nostri Ordinis Fratribus, cujuscumque gradus, conditionis, & reformationis sint, præcipimus, ut sub nullo prætextu, specie, aut colore, ac sub nulla forma, dictos Fratres à te, ut præfertur, selectos, & admissos detineant, retrahant, seu impediant, sed potius statim licentient, & in Seminaria abire permittant, pro quo tam euntibus, quàm permittentibus, suadentibus, aut cooperantibus, Sancti Patris nostri benedictionem libentissimè ex nunc pro tunc impartimur. Tuam tamen conscientiam oneramus, ad hoc ut solicitam curam adhibeas, ne Religiosi incapaces, parum idonei, vel in moribus apud suas Provincias malè audientes, ad tàm sanctum opus assumantur; sic enim animarum saluti consuletur, & fidelibus, ac infidelibus scandalorum occasio non subministrabitur.

Et ne præfati Fratres à te selecti, dum tecum in itinere, ac extra Collegia Missionariorum in exercitio Missionum morati fuerint, absque Pastore remaneant, tibi præcipimus, ut eis præsis, illisque per obedientiam injungimus, ut tibi tanquam suo vero, ac legitimo Prælato Delegato, in omnibus, & per omnia, ac eo modo, quo Nobis obtemperarent, si præsentes essemus, pareant, & obediant. Præterea tibi facultatem transmittendi in proprias Provincias Religiosos illos jam receptos, & in aliquo Collegio nondum incorporatos, quos inhabiles, vel minus idoneos ad Missionum munus peragendum recognoveris, & recipiendi alios, loco illorum, præmemoratis Statutis inhærendo, & eorum observantiam commendando, plenariè impartimur. Et si aliquis è Sociis tuis, vel è Missionariis Missionum exercitio vacantibus, in infirmitatem extra Collegium ceciderit, ac in aliquo ex Conventibus nostræ obedientiæ subjectis demorari contigerit, prædicti Conventus Superior, ac cæteri Religiosi illum, usque ad perfectam valetudinem, curare, & ei, juxta Regulam, inservire omninò sint adstricti.

Insuper tibi permittimus, quòd si propter magnam distantiam, aut aliquam aliam causam, ad aliquas ex prælibatis Ultramontanis, & Indianis Provinciis personaliter ire non potueris, authoritatem ad omnia illa peragenda, quæ immediatè faceres, si personaliter adesses, alicui, vel aliquibus è Sociis tuis, aut alteri è nostri Ordinis Missionariis, cum superioritate, & facultatibus tibi in præsentibus litteris concessis, in omnibus, & per omnia subdelegare, ac communicare valeas: Ille autem, vel illi alteri subdelegare nullatenus poterunt. Quo verò ad facultates, volumus, & tenore præsentium concedimus, quod tu, & Fratres prædicti, qui ad præfatam subdelegationem in præmemoratis Hispaniæ, & Indiarum Provinciis assumpti fuerint, eadem absolvendi, dispensandi, commutandi &c. Auctoritate, & facultate super Fratres, Moniales, & Sæculares in foro conscientiæ gaudeant, qua Minister Generalis, si ibi esset, uti, ac frui valeret.

Utque prædictæ authoritates, & facultates effectu non careant, omnibus, ac singulis utriusque sexus per-

personis in præfatis Provinciis obedientiæ nostræ subjectis, cujuscumque gradus, dignitatis, ac superioritatis sint, per Sanctam obedientiam, ac sub pœna majoris excommunicationis ipso facto incurrenda, nec non privationis vocis activæ, & passivæ per triennium, præcipimus, & mandamus, ut te, ac Socios tuos, sub forma prædicta Subdelegatos, tuis desideriis cooperantes, in suis locis, Conventibus, Cappellis, Oratoriis, & Ecclesiis, quoties pro privata, secreta, ac fraternali collatione, vel pro publica à vobis facienda prædicatione, confessionibusque, de licentia Ordinariorum, audiendis, à quolibet vestrum requisitæ fuerint, benignè, & charitativè, ac sine ulla repugnantia recipiant: Et si pro alicujus Monialis infirmæ, seu in articulo mortis constitutæ, Sacramentali solatio, aut ad moriendum in Domino religiosa assistentia in aliquod Monasterium ingredi necessarium fuerit, supradicta jurisdictio spiritualis, etiam pro his casibus concessa, ac præstita intelligatur.

Quando verò ad aliquod ex Missionariorum Seminariis, seu Collegiis in Indiarum, & Ultramontanæ Familiæ partibus huc usque erecti, & imposterum erigendis, seu fundandis accesseris, ac dum in illo cum Sociis præfatis moratus fueris, seu ipsi Socii subdelegati inibi separatam moram trahant, sola authoritate, & facultatibus ad Sacramentale forum spectantibus, vos frui posse decernimus, & omni alia jurisdictione, alterius Prælaturæ titulo non obtenta, spoliatos declaramus; Ex hoc tamen effectum litterarum Patentium, & Commissionum, quas antea dederis, non suspendimus, imò illum sortiri peroptamus, & sub penis prædictis strictè præcipimus tibi, ac Sociis tuis, cœterisque subdelegatis, simul injungentes, ut licet de familia dicti Collegii non sitis, illius Guardiano, juxta præscriptum prædictorum Statutorum a Sancta Sede, ut præfertur, approbatorum, in omnibus, quæ ad hospites, & moratores respectivè spectare dignoscuntur, inviolabiliter pareatis, & obediatis; idque ipsum in aliis Ordinis Conventibus, in signum reverentiæ, faciatis, quando in damnum exercitii Missionum non vergat, seu cum illo incompatibile non fuerit. Cœterum quando è Seminario, seu Collegio, in quo de familia, seu hospes fueris, exire decreveris, Socios, ac Missionarios, quos ad præfatum Missionum munus in illis partibus Infidelium, in quas eos necessarios judicaveris, & magis idoneos credideris, spontanea illorum voluntate ad id requisita præcedente, de Consilio Discretorii Seminarii prædicti, seligere, ac tecum ferre licitè valebis. Si autem Guardianus cum majori parte Discretorii tibi, quoad hoc, contradixerint, Superiorem Generalem, sub cujus jurisdictione præfatum Seminarium fuerit, certiorem facies, ac habito illius consensu, & non aliter, nisi prius ad id legitimam obtinuisses delegationem, Guardianus, & Discreti tuis votis acquiescere teneantur: etenim nulla ratio suadet, quod ille, qui Commissarius Missionum fuerit, electionem operariorum, juxta locorum, & terrarum Infidelium necessitatem, facere non possit.

Post præfatum exitum verò, & quando per prædictas Hispaniæ, & Indiarum Provincias de novo circumeas, vel quoties, ut supra dictum est, alios Fratres ad quærendum alios Missionarios, seu aliqua Collegia Missionum erigenda mittas, aut personaliter eas, te, & dictos Fratres memorata superioritate, & facultatibus supradictis uti, ac frui posse, sancimus, & declaramus, eisdemque Vos, & omnes alios nostri Ordinis Concionatores, ac Confessarios in præfatis Missionum Collegiis, tam erectis, quàm erigendis incorporatos, gaudere debere decernimus, dum Sancto Missionum operi, ac laudabili muneri ipsos in terris, tam fidelium, quàm infidelium vacare, seu in præfatis Collegiis applicatos esse contigerit. Nullusque memoratorum Collegiorum Guardianus, sub aliquo prætextu, tuum exitum è Conventu, seu Collegio, aut egressum è loco, in quo Collegium fuerit, impedire præsumat, nec Socium gratum, a te tenore præsentium eligendum, & quoties opportunum fuerit, mutandum, in aliis exercitiis occupare audeat, sed statim ac ab ipso benedictionem petas, te cum prædicto Socio licentiare teneatur, ut sic tuum munus tàm in terris fidelium, quàm infidelium, & in omni eventu, ac necessitate faciliùs, & convenientiùs exequi valeas. Si enim Fratres, qui Terræ Sanctæ, ac quæstuationi pro illa applicati sunt, hac independentia à Superioribus locorum fruuntur, illa potiori jure Commissarius Missionum infidelium conversioni, ac animarum lucro totis viribus deditus, frui, potiri, ac gaudere debet.

Præterea, ut meliùs infidelium conversioni, & omnium animarum saluti salubriùs in prædictis Ultramontanæ Familiæ, & Indiarum Provinciis pro nunc, & imposterum provideatur, volumus, & tenore præsentium sancimus, ut in qualibet ex dictis Provinciis, ubi aliquod Seminarium, seu Collegium Missionariorum nostri Ordinis, auctoritate Sacræ Congregationis de Propaganda Fide non fuerit erectum, seu approbatum, nec erigi, aut fundari permittatur in futurum, unus ex Conventibus jam fundatis in Collegium, & Seminarium pro Missionariis nostri Ordinis educandis erigatur, ac eo modo, & sub illa forma dicta Collegia in dictis Provinciis jam erecta, & imposterum erigenda gubernari, quoad omnia, quæ dictæ Sacræ Congregationis auctoritatem non respiciunt, semper teneantur, sub qua in Statutis prædictis à Sanctitate Domini Nostri, præfata die septima Maii, approbatis, regi, ac gubernari præcipimus.

Prædicti autem Conventus, ad tam laudabilem finem destinandi, de numero Recollectorum esse possint, & debeant, si aliqua ineluctabilis ratio aliud non suadeat, quod judicio, & arbitrio Superiorum Generalium illarum partium, qui de præsenti sunt, & pro tempore fuerint, committere censuimus; eisdem, sub S. P. N. Francisci indignatione, & pœnis à nostro Eminentissimo Protectore, & ejus Successoribus pro suo arbitrio infligendis, simul præcipientes, ut quando à te, vel ab alio Religioso à te destinato, requisiti fuerint, Conventum ad dictam Missionariorum educationem in qualibet Provincia assignent, & ultra quatuor menses, à die requisitionis numerandos, dictam assignationem protrahere, seu suspendere non præsumant, nec audeant: & si secus fecerint, illius S. P. N. Francisci sententiæ memores sint, in qua suæ, & totius Cœlestis Curiæ maledictionis pœnam illis imponit, qui confundunt, ac destruunt, quod Altissimus per Sanctos Fratres hujus Ordinis ædificavit, & ædificare non cessat.

Te autem in Domino exhortamur, ut per te ipsum, aliosque ad id idoneos Missionarios, seu probos, ac Sanctitate morum pollentes Religiosos à te sobriè eligendos, præfatis erectionibus, tam in Hispania, quàm in Indiarum omnium Regi Catholico subjectarum partibus, ardenter invigiles, illarumque executioni, promotioni, & stabilimento sedulò vaces, atque Deo, & Ordini nostro, in opere adeò Sancto, infessive nunquam cesses. Ad quod te, & Socios tuos, ac omnes alios Religiosos à te destinandos, qui prælibatis erectionibus operam sponte dederint, Superioribus Generalibus, & particularibus illarum Provinciarum, in

in qaibus memoratæ erectiones faciendæ ſint, enixè commendamus, earumdemque Provinciarum conſenſum, quatenus opus ſit, veſtigiis noſtri prædeceſſoris inhærentes, qui illum pro erectionibus, tempore ſui Generalatus, factis, & diſpoſitis, ſupplevit, per præſentes, pro nunc, & imposterum, auctoritate Miniſtri Generalis, qua fungimur, juridicè, ac legitimè ſupplemus, & ab illis peti, & expectari non debere declaramus.

Inſuperque te, ac dictos Fratres Principibus Chriſtianis, præcipuè, Regi Catholico, ejuſdemque Majeſtatis Conſiliariis, ſubmiſsè, ac reverenter commendamus, ſperantes, quod in Tribunali tantæ pietatis, nihil utilius, ac magis expediens credetur, quàm hoc opus inceptum, ad finem Regis protectione perducere, ut tot benè inſtructis, ac educatis operariis exiſtentibus, aditus, & ingreſſus in Indiarum, aliarumque Infidelium partes illis tantum conferatur, & quærentibus, quæ ſua ſunt (quod Deus avertat) & non Jeſu Chriſti, omninò denegetur. Poſtquam verò ſeptem Seminaria, ſub forma prædicta, erecta fuerint, ac Miſſionibus in Hiſpaniæ Provinciis applicata reperiantur, harum vigore ſancimus, quòd tranſitus in Indiarum Miſſiones, omnibus Religioſis Provinciarum Hiſpaniæ, qui priùs per duos annos, vel aliud ſpatium à noſtro Indiarum Commiſſario Generali Matriti exiſtente, aſſignandum, augendum, vel minuendum, in aliquo ex prædictis Seminariis, ſeu Collegiis ſuæ Religioſitatis, idoneitatis, ac vocationis teſtimonium, & indicia non dederint, accedente conſenſu, & placitis neceſſariis, omninò interdicatur: Hac enim providentia, Provinciarum in Indiis exiſtentium reformationi, ſi illa indigent, conſulet, & fidelium tam in illis, quàm in Hiſpaniæ partibus ædificationi, Infidelium converſioni, omnium animarum ſaluti, & noſtræ Regulæ obſervantiæ puriori, ac totius Eccleſiæ decori maximoperè inſervietur, & tot Seminariorum numerus in Hiſpaniæ Provinciis ſuperfluus, aut ſine fine Deo gratiſſimo non reputabitur.

Cœterum, quia tui Corporis vires ad adeò immenſum laborem non ſufficient, ideò præſentium tenore decernimus, quòd te cum P. F. Franciſco Salmerone Seminarii de Sahagun erectore, ac zelantiſſimo per totam Hiſpaniam Miſſionario Concionatore, fraternaliter conjungas, teque, atque præfatum P. Salmeronem Commiſſarios noſtros delegatos, ad dictarum erectionum effectum conſequendum, cum omnimoda independentia unius in dimidia parte Provinciarum Hiſpaniæ, ab alio in altera dimidia, juxta repartitionem inter vos priùs concordandam, inſtituimus, & pronunciamus, ac Vobis, & Sociis veſtris, aliiſque probis Religioſis, qui de conſenſu veſtro prædictis erectionibus operam dare voluerint, earum curam, & ſolicitudinem enixè commendamus. Et ne prædictus P. Salmeron, ejuſque Socii, ac alii Fratres, qui eum in opere adeò ſancto ſequi voluerint, debita authoritate, facultatibus, ſuperioritateque neceſſaria careant, eos omnibus gratiis, facultatibus, ſuperioritatibus, & privilegiis reſpectivè tibi, Sociiſque tuis, ac aliis te ſequi eligentibus tenore præſentium conceſſis, æquè, ac pariformiter, reſpectivè tamen, uti, & frui poſſe, ac debere volumus, & declaramus.

Tibi autem in Indiarum Occidentalium rebus, ac neceſſitatibus experto, facultatem facimus, ut ex Concionatoribus Miſſionariis in Provinciis Peruanis exiſtentibus, unum, qui tibi magis idoneus appareat, nomine noſtro eligas, qui in præfatis Provinciis Commiſſario Generali illarum partium ſubjectis, prædictis erectionibus invigilet, & ibi Commiſſarius Miſſionum ſit, & appelletur, aliumque ex exiſtentibus in Provinciis novæ Hiſpaniæ, ac Philippinarum ad eumdem effectum, & cum eodem titulo pro illis partibus, dum ad illas non perveneris, nominare poteris, & ſi neceſſe fuerit, quod diſtinctus ad Provincias Philippinas deſtinetur alium pro ipſis deſtinare valebis. Prædicti autem Miſſionum Commiſſarii à te eligendi, eadem auctoritate, & ſuperioritate, ac ſimilibus facultatibus, tam pro erectionibus, quàm pro exercendis Miſſionibus, & quærendis ad illas Religioſis, potiri, ac frui poterunt, quibus tu harum tenore uti, frui, ac potiri vales, quæ tibi pro eiſdem partibus etiam deſervient, & nunquam, niſi per Apoſtolicam Sedem aliud fuerit determinatum, ſub ullo prætextu finientur. Eademque duratione præfata authoritas, ſuperioritas, & facultates P. Franciſco Salmeroni conceſſæ durabunt, niſi etiam aliter per eandem Sanctam Sedem fuerit ſtabilitum.

Unicuique autem veſtrum præcipimus, ut tam pro Seminariis erectis, ac erigendis, quàm pro exercitio Miſſionum in Indiarum partibus augendo, idoneos tantùm Religioſos admittatis, & quando in eaſdem partes tranſire vobis opportunum viſum fuerit, illuc tenore præſentium vos conferre poteritis. Te verò, vel præfato P. Salmerone decedente, aut uno, vel altero in Indias tranſeunte, & dum Commiſſarii Miſſionum, quos in Indiarum Regnis, & Provinciis, ut præfertur, elegeris, prædictum munus per ſeptennium exercuerint, alii veſtri, & illorum loco à Superioribus Generalibus illarum partium reſpectivè, qui pro tempore fuerint, eligantur. In eorum tamen electione illa forma ſervari debeat, quæ pro electione cujuslibet Guardiani Seminariorum ſtabilitur: Utque æqualitas honoris à præfato Commiſſariatu provenientis omnibus Seminariis impartiatur, primus Commiſſarius pro qualibet Provinciarum parte, cui unum ſupra conceſſimus, à Seminario in illa parte primò erecto aſſumetur: Secundus à Secundo, & ſic de reliquis uſque ad ultimum, qui ordo iterùm incipiendo ſemper ſervetur, niſi aliud Superiori Generali Provinciarum illius partis, de aſſenſu majoris partis Guardianorum Collegiorum dicti Commiſſariatus, magis expediens pro proſperiori Miſſionum augmento viſum fuerit. Unde cuilibet Collegio, ſeu Seminario unus Commiſſarius per ſeptennium integrum duraturus concedi debebit, etiamſi primò electus è vita migret, aut ſervata eadem forma, quæ pro depoſitione, & privatione Guardianorum in Seminariis obſervetur, & non aliter, officio privetur, ſive ex alio capite inhabilis reddatur, aut ad munus incompatibile, quale erit Guardianatus, & Provincialatus officium aliquando aſſumatur. In iis enim caſibus alius ejuſdem Seminarii Miſſionarius Concionator, juxta primæ electionis formam, ad Miſſionum Commiſſariatum promoveatur.

Commiſſarii prædicti in omnibus ſui Commiſſariatus Collegiis primum locum habeant poſt Guardianum, & dum intra Clauſtra cujuslibet fuerint, eorum Diſcreti, per tempus ſui Commiſſariatus, ultra nominatos in Collegiorum Statutis, ut præfertur, approbatis, legitimè erunt; nunquam tamen titulum Generalem uſurpent, aut Commiſſarii Generales Miſſionum appellari valeant; nec minus ulla juriſdictione, authoritate, aut facultate, ultra id, quod eis ſupra conceſſum manet, uti, aut gaudere præſumant, aut gubernium regulare Collegiorum perturbare audeant. Ad ſoloſque Guardianos ſpectabit Novitios recipere, Fratres ad prædicandum, & audiendas Sæcularium confeſſiones, locorum Ordinariis præſen-

Digitized by Google

rare, & munerum Missionariorum, aliorumque Fratrum, servatis, juxta Statuta, servandis, augere vel minuere, quæ omnia à dictis Guardianis fiant, quia forma in dictis Statutis à Sancta Sede approbatis aliqualiter violetur.

Prædicatorum verò, ac Confessariorum tam Fratrum, quàm Monialium, & Secularium prima institutio, nec non Clericorum, seu Choristarum ad Ordines recipiendos destinatio, ad solos Superiores Generales illarum partium, in quibus Seminaria fuerint, spectabit; ii autem nullum instituant, promoveant, seu destinent, nisi habito prius consilio, & assensu in scriptis, post exactum examen, & non aliter conferendo, majoris partis Discretorii illius Seminarii, in quo moram trahat, examinandus: at præfato consensu interveniente Superior Generalis suas litteras statim expedire tenebitur, ne Seminaria, ob ejus culpabilem moram, operariis necessariis privata remaneant, sed conserventur.

Si aliquando contingat, quòd aliquis Religiosus, qui officio Diffinitoris generalis, Commissarii generalis Curiæ, Procuratoris generalis Ordinis, Commissarii generalis Familiæ, Ministri generalis, seu Vicarii, aut Vice-Commissarii generalis functus fuerit, ad aliquod ex dictis Seminariis, seu Collegiis transeat, & ibi Missionum exercitio vacare desideret, statim à Guardiano, & Discretis recipiatur. Cœterum, ne propria Provincia, aut Ultramontana Familia, seu totus Ordo, viris in gubernio adeò expertis, omninò privetur, dictus Pater, etiamsi in Collegio, seu Seminario de familia vivat, suffragia, subrogationes, præeminentias, & privilegia sibi, tam in Provincia propria, quàm in Familia Ultramontana, & Ordine toto, juxta Statuta debita, non amittat, illisque eo modo ibi frui poterit, ac si è propria Provincia non exivisset: sic enim Missionum exercitium viris magnæ authoritatis, & experientiæ honorabitur, quin aliquod detrimentum in eorum defectu, seu separatione Religio patiatur.

Et quia, dum decori Primi Ordinis Sancti P. N. Francisci, ac solatio, & spiritualibus indigentiis Secundi, per præsentes litteras consulimus, Tertii Ordinis de pœnitentia eidem Sancto Fundatori valde amabilis oblivisci non debemus, ut præfatus de pœnitentia Venerabilis Ordo à S. P. N. Francisco, pro personis utriusque Sexus in Sæculo viventibus, institutus, & à fel. rec. Clemente VII. ac Paulo III. in tres status sub una, eademque Tertii Ordinis appellatione, atque eorumdem privilegiorum, gratiarum, concessionum, indulgentiarum, & favorum communicatione, ac solum sub diversis Statutis, secundum cujuslibet status exigentiam, divisus, magis in dies augeatur, & illi Sancti, qui, ut ab eodem Paulo III. in suo Brevi trium Statuum *Cum à Nobis* incipiente refertur, pro Sanctis d. Ordinis recensentur, sequacibus in Indiarum, & totius Orbis Christiani partibus non careant, ac, ut exemplo personarum sub Regula præfati Ordinis viventium, fidelium mores reformentur, virtute Constitutionum Apostolicarum à Sanctitate Alexandri VII. in quibusdam litteris *Exponi Nobis*, *&c.* incipientibus, die 28. Julii 1657. datis, approbatarum, quas prædictus Pontifex, unà cum Ordinis Statutis, observari præcepit, prædictos Missionum Commissarios, & Seminariorum Guardianos, ac alios Missionarios ab ipsis destinandos, augmenti dicti Ordinis Sollicitatores instituimus, eisque recipiendi fideles ad hunc Ordinem Tertium, illiusque professionem, & exactissimam Regulæ, juxta præmissa Statuta, ac Ordinis Constitutiones in Speculo Seraphico contentas, & explicatas, sequelam, & observantiam, omnimodam facultatem impartimur; ipsæque utriusque sexus personæ ad statum sibi in dicto Ordine Tertio correspondentem, sub forma præmissa, admissæ, cunctis gratiis, & indulgentiis, ac concessionibus dicto Ordini Tertio à Sancta Sede, ut præfertur, factis, & elargitis æquè frui poterunt, ac illis personæ aliæ dicti Ordinis uti, ac potiri valeant, & consueverunt.

Ulterius, tàm ipsius Tertii Ordinis, quàm aliis utriusque sexus nostræ obedientiæ, seu directioni subjectis personis, intra, & extra Seminaria præfata degentibus, in Domino suademus, ut Viæ Crucis gressus, & devotam illorum gressuum meditationem more solito frequentent, atque ante, vel post cujuslibet meditationis morulam, consuetæ Sanctissimi Sacramenti Stationis orationes recitent, ut indulgentias, quæ à Sancta Sede revocatæ non fuerint, media hac diligentiarum commutatione, juxta Summorum Pontificum concessiones, securè lucrari valeant; & possint.

Postremò omnibus Missionum Commissariis, ac Collegiorum Fratribus, tam subditis, quàm Superioribus, strictè injungimus, ut in omnibus se Dei Ministros, Discipulorum Domini sectatores, observantiæ Sanctæ alumnos, Sanctorum Ordinis imitatores, & S. P. N. Francisci eximii ardoris filios perenniter ostendant, & usui pauperrimo rerum indispensabiliter mancipent, utque illorum librorum usu sint contenti, quos secum in Missiones portare necessarium, & inevitabile judicaverint: si autem alios à benefactoribus receperint, eos Bibliothecis Collegiorum statim donent, imò ad hunc tantùm finem donationem prædictam acceptare poterunt.

Et si contingat, quòd opera alicujus Missionarii benefactorum eleemosynis typis dentur, Religiosus, qui eas (ut licet) medio Syndico, & de licentia Superiorum, pro hac necessitate determinata præstanda perceperit, & impressionis indigentiis applicaverit, neutiquam sibi exemplarium repartitionem, & librorum donationem reservet, sed id de illis fiat, quod Discretorio Collegii utilius, & religiosius apparuerit; semper tamen benefactores, & amici spirituales præferantur, qui digni ab Authore, seu Solicitatore impressionis declarati fuerint. Et ne præsentes litteræ, ac maturæ determinationes ob aliquos, sive authoritatis ad decernendum in perpetuum, sive alterius rationis defectus, necessaria firmitate careant, earundem tenore facultatem procurandi, tam apud Eminentissimum Dominum nostrum Protectorem, quàm apud Sanctam Sedem, necessarias confirmationes, & roborationes opportunas, ac perpetuam manutentionem P. Francisco Diaz à Sancto Bonaventura hujus Curiæ Commissario Generali plenarie impartimur, ipsique dictarum erectionum promotionem, & Missionum negotia in hac Curia tractanda, cum facultatibus necessariis committimus, & licentiam ad postulandas in Sacra Congregatione de Propaganda Fide, Missionum pro memoratis Commissariis Præfecturas, & omnia illa agenda, quæ pro tam Sancto opere perficiendo necessaria fuerint, libenter concedimus, & elargimur.

Harumque litterarum observantiam omnibus, ad quos spectat, cum salutaris obedientiæ merito, commendamus, & ipsis S. P. N. Francisci benedictionem benigne impartimur. Ex hoc nostro Aracœlitano Conventu die XI. Maii MDCLXXXVI. Fr. Petrus Marinus Minister Generalis. Loco ✠ Sigilli De mandato suæ Reverendiss. Paternitatis F. Joseph

Digitized by Google

seph à Leone Secret. Generalis Ordinis. Reg. Tit. Provinciæ.

Et subinde Venerabilis Frater noster Alderanus Episcopus Portuen. S. R. E. Cardinalis Cybo nuncupat. Ordinis Præfati apud Nos, & Sedem Apostolicam Protector, dictas patentes literas, earumque præinsertam dispositionem approbavit, & confirmavit per suum Decretum teoris sequentis, videlicet.

Alderanus Episcopus Portuensis S. R. E. Cardinalis Cybo, Seraphici Ordinis Sancti Francisci apud Sanctam Sedem Protector &c. Retroscriptas literas patentes Patris Ministri Generalis, earumque præinsertam dispositionem tenore præsentium approbamus, & confirmamus, suumque effectum sortiri præcipimus, & mandamus, sub pœnis in Statutis Generalibus contra Rebelles præscriptis. Romæ 23. Maii 1686. A. Card. Cybo Protect. Loco ✠ Sigilli Jo: Baptista Rusca &c.

Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, præfatus Franciscus Commissarius Generalis Curiæ præmissa, quo firmius subsistant, & serventur exactius, Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri plurimum desideret: Nos ipsius Francisci Commissarii Generalis votis hac in re, quantum cum Domino possumus, benigne annuentes, eumque specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis Sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existerit, ad effectum præsentium duntaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, præinsertas præfati Petri Marini Ministri Generalis patentes litteras à memorato Alderano Episcopo Cardinale, & Protectore approbatas, & confirmatas, ut præfertur, cum omnibus, & singulis in eis contentis, auctoritate Apostolica, tenore præsentium, confirmamus pariter, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos Juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus.

§. 2. Decernentes easdem præsentes, & præinsertas patentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari: sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac, quatenus opus sit, dicti Ordinis, ejusque Provinciarum, ac Conventuum quorumcumque, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cœterisque contrariis quibuscumque.

Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique locorum, tam in judicio, quàm extra illud habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annolo Piscatoris, die 28. Junii 1686. Pontificatus nostri Anno Decimo.

I. G. Slusius.

Breve Confirmativum Privilegiorum Ordinum, & Confraternitatum, nec non personarum omnium, quæ Obedientiæ, seu directioni Ministri Generalis totius Ordinis Sancti Francisci sunt subjectæ, ac roborationum aliorum Constitutionum super hac re à SS. MM. Clementis VIII. Pauli V. & Urbani VIII. concessarum, quæ ante dictam Constitutionem novissimam in subsequentibus literis Auditoris R. C. A. continentur, ac transcribuntur.

Carolus Bichius Prothonotarius Apostolicus, utriusque Signaturæ Sanctissimi Domini Nostri Papæ Referendarius, nec non Curiæ Causarum Cameræ Apostolicæ Generalis Auditor, Romanæque Curiæ Judex Ordinarius, Sententiarum quoque, & Censurarum, ac litterarum Apostolicarum quarumcumque Generalis, & meræ Executor, ab eodem Sanctissimo Domino Nostro Papa specialiter electus, & deputatus. Universis, & singulis Reverendissimis Dominis Episcopis, Archiepiscopis, Suffraganeis, ac Locorum Ordinariis, ac Reverendis Dominis Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Decanis, Diaconis, Archidiaconis, Scholasticis, Cantoribus, Thesaurariis, Sacristis, tam Cathedralium, quam Collegiatarum Ecclesiarum, Canonicis, Rectoribus, Plebanis, Vice-Plebanis, Curatis, & non Curatis, cœterisque Presbyteris, & Clericis, Notariis, & Tabellionibus publicis quibuscumque, illique, vel illis, ac cui, seu quibus præsentes nostræ ostensæ, aut alias quomodolibet intimatæ fuerint, salutem in Domino sempiternam. Noveritis nuper, & infrascripta die fuisse coram nobis comparitum pro parte, & ad instantiam Reverendissimi Patris Fratris Francisci Diaz a Sancto Bonaventura Lectoris generalis Jubilati, Sanctæ Inquisitionis Qualificatoris, Regia Catholici Concionatoris, ac Theologi, Provinciæ Sancti Jacobi in Hispania Patris, & in hac Romana Curia pro Ultramontana Familia Obedientiæ, & directioni Ministri Generalis totius Ordinis Fratrum Minorum subjecta Commissarii Generalis, omni meliori modo Principalis exponentis, quod privilegia, gratiæ, favores, exemptiones, immunitates, conservatoriæ, concessiones, Indulgentiæ etiam plenariæ, peccatorum remissiones, libertates, absolutiones, prærogativæ, declarationes, facultates, ac omnia, & singula Indulta, tam temporalia, quam spiritualia, tam Fratrum Minorum, quam Sanctæ Claræ, ac Personarum de Pœnitentia tribus Ordinibus, illorumque Superioribus, Fratribus Monialibus, & Sororibus, ac utriusque sexus Personis, & Monasteriis, Domibus, Ecclesiis, & locis quibuscumque dictorum Ordinum, nunc, & pro tempore existentibus, in genere, vel in specie, etiam per modum communicationis, sive extensionis inter se, ac etiam cum aliis quibuscumque Ordinibus mendicantibus, & non mendicantibus, concessa a SS. MM. Clementis VIII. & Pauli V. per Constitutiones sequentes ex certa scientia confirmata, ac innovata fuere, cujus quidem

dor Constitutiones Clementis VIII. tenor talis est, qui sequitur, videlicet.

CLEMENS PAPA VIII. Ad perpetuam rei memoriam. Ratio Pastoralis officii nostri exigit, atque efflagitat, ut quorum Religionem, ac virtutem Sedi Apostolicæ, totique Ecclesiæ, non modo illustrem, & præclaram, sed utilem etiam, ac necessariam esse animadvertimus, eosdem nostris, & ejusdem Sedis Apostolicæ honoribus, ac beneficiis libenter prosequamur. Cum vero ex bonis, & commodis spiritualibus Ordinum Mendicantium, ea longe, lateque pateant, semperque patuerint, quæ a Sacro Ordine Fratrum Minorum de Observantia, ab ipsis fundatæ Religionis initiis, in omnes Christianæ Reipublicæ Provincias profluxerunt, quotidieque profluunt, & promaneant, faciendum Nobis esse statuimus, ut in eodem Ordine nostris, & Sedis Apostolicæ gratiis, atque muneribus honestando, nihil Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum benignitati, ac studio concedamus. Cum igitur pro parte dilecti filii Joannis Baptistæ Moles Commissarii Generalis in Romana Curia Ultramontanæ Familiæ prædicti Ordinis de Observantia, Nobis expositum fuerit, ex ipsius Sedis benigna dignatione provenire, ut Romanus Pontifex, quandoque prædecessorum suorum Romanorum Pontificum gesta innovet, ac Apostolica auctoritate innovata, & restaurata muniat, & fulciat, & in pristinum statum reponat, ac reducat; nec non propterea nonnulli Romani Pontifices Prædecessores nostri quasdam gratias, concessiones, indulgentias, & peccatorum remissiones, absolutiones etiam plenarias, libertates, prærogativas, favores, immunitates, exemptiones, declarationes, facultates, multaque alia privilegia, & Indulta, tam prædictis Fratrum Minorum, quam Sanctæ Claræ, ac tertio de pœnitentia nuncupato Ordinibus, illorumque Superioribus, Fratribus, Monialibus, & Sororibus, ac utriusque sexus personis, & Monasteriis, Domibus, Ecclesiis, & locis quibuscumque dictorum Ordinum, nunc, & pro tempore existentibus, in genere, vel in specie, etiam per modum communicationis, sive extensionis privilegiorum aliis Ordinibus, eorumque Domibus, & Ecclesiis, & utriusque sexus Personis Ordinum mendicantium, & non mendicantium existen. concessorum concesserunt, aut jam concessa confirmarunt, & approbarunt, prout in singulis concessionibus, declarationibus, & litteris eorumdem Prædecessorum expeditis plenius dicitur contineri.

Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, illa, quæ sæpius Apostolica auctoritate prædicta munita existunt, majorem obtineant roboris firmitatem, pro parte prædicti Joannis Baptistæ Moles Nobis fuit humiliter supplicatum, ut prædictis privilegiis, immunitatibus, exemptionibus, libertatibus, favoribus, conservatoriis, declarationibus, facultatibus, dispensationibus, gratiis, concessionibus, indulgentiis, & indultis, pro illorum observantia, nostræ approbationis robur adjicere, aliasque in præmissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur.

Nos igitur, qui omnium votis, præsertimque illorum, qui sub suavi Religionis jugo, divinis laudibus, & Christianæ Religionis augumento incumbentium Personarum tranquillitati, & commoditati consulunt, libenter annuimus, easque favoribus prosequimur opportunis, hujusmodi supplicationibus inclinati, quæcumque præmissa, ac omnia, & singula alia privilegia, immunitates, exemptiones, libertates, prærogativas, favores, conservatorias, declarationes, facultates, dispensationes, gratias, concessiones, indulgentias, & indulta spiritualia, & temporalia, etiam per modum communicationis, & extensionis inter se, & cum aliis Ordinibus mendicantibus, & non mendicantibus, ejusdem Fratrum Minorum Regularis Observantiæ, & S. Claræ, & de pœnitentia tertio Ordinibus, etiam in Congregationis sub trium votorum substantialium professione, & eorumdem Superiorum Ordinis Minorum Regularis Observantiæ hujusmodi obedientiæ degentibus, ipsorumque Superiorum Fratribus, Monialibus, Sororibus, ac utriusque sexus etiam singularibus Personis, nec non Monasteriis, Domibus, Ecclesiis, & locis quibuscumque in genere, & in specie, etiam per solam Signaturam, etiam vivæ vocis oraculo, ut præfertur, aut alias per eosdem Romanos Pontifices Prædecessores nostros, ac Nos, & Sedem prædictam, sub quacumque forma, & expressione verborum concessa, ac etiam iteratis vicibus approbata, nec non omnibus, & singulis in eis forsan contentis, clausulis, decretis, & declarationibus quibuscumque, ac singulas desuper, etiam pluribus vicibus, confectas litteras, & in eis contenta, & inde sequuta quæcumque, illorum omnium tenores, & formas, datas, effectus, & decreta in illis apposita, ac si de verbo ad verbum insererentur, & in his essent inserta, præsentibus pro sufficienter expressis habentes, dicta auctoritate Apostolica, tenore præsentium, ex certa scientia in his omnibus, in quibus decretis Concilii Tridentini non adversentur, salvis etiam decretis à Nobis in favorem Fratrum Reformatorum concessis, approbamus, & confirmamus, ac innovamus, perpetuamque roboris firmitatem obtinere, & firmiter observari, nec non Ordinibus Fratrum Minorum Regularis Observantiæ, & Sanctæ Claræ, ac tertio de Pœnitentis nuncupato, etiam in Congregatione, sub obedientia Fratrum Minorum de Observantia hujusmodi degentibus, Superioribus, Fratribus, Monialibus, etiam Tertiariis nuncupatis, Sororibus, Personis, Monasteriis, Domibus, Ecclesiis, & locis prædictis, etiam per modum communicationis, & extensionis hujusmodi suffragari, illisque frui, uti, & gaudere, quando, & quoties opus fuerit, posse, & debere, in Judicio, & extra, ac etiam in foro Conscientiæ, in omnibus, & per omnia, ac si specialiter, & expresse eisdem Fratrum Minorum, & Sanctæ Claræ, ac tertio de Pœnitentia Ordinibus per Nos concessa fuissent, decernimus; supplentes omnes, & singulos Juris, & Facti, ac solemnitatum, etiam de juris necessitate, aut aliàs quomodolibet requisitarum forsan omissarum, & alios quoscumque defectus, si qui forsan intervenerint in eisdem.

Quocirca Venerabilibus Fratribus Mantuæ, & Tuy Episcopis, ac dilecto filio Causarum Curiæ Cameræ Apostolicæ Generali Auditori per easdem præsentes committimus, & mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum, per se, vel alium, seu alios, faciant auctoritate nostra præsentes litteras, & in eis contenta quæcumque, plenum eorum effectum sortiri, illisque omnes, quos concernunt, pacifice frui, & gaudere: Non permittentes quemquam desuper contra præsentium tenorem sub quovis prætextu, & causa, etiam defectu intentionis nostræ, per quoscumque quomodolibet indebite molestari, quinimo quicquid in contrarium attentari, vel fieri contingет, omnia semper in pristinum reponi, Contradictores quoslibet, & Rebelles, etiam per quascumque, de quibus eis videbitur, censuras, & pœnas Ecclesiasticas, & alia opportuna juris, & facti remedia, appellatione quacumque postposita, compescendo, ac legitimis super his habendis serva-

Digitized by Google

tis Processibus, etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii sæcularis: sicque per quoscumque Judices, & Commissarios, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, nec non Sacri Palatii Apostolici Causarum Auditores, sublata eis quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, judicari, & definiri debere.

Non obstantibus præmissis, ac piæ memoriæ Bonifacii Papæ VIII. etiam prædecessoris nostri de una, & in Concilio Generali de duabus dietis, dummodò ultra tres dietas aliquis præsentium vigore ad judicium non trahatur; aliisque Apostolicis Constitutionibus, ac Provincialibus, & Capitularibus Statutis, & Consuetudinibus, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, Privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis, etiam in forma Brevis, per quoscumque Romanos Pontifices Prædecessores nostros, ac etiam Nos, & Sedem prædictam, etiam Motu proprio, ac scientiæ, & potestatis plenitudine similibus, ac cum quibusvis irritativis, annullativis, cassativis, etiam privilegiorum eorum revocativis, restrictivis, reservativis, exceptivis, restitutivis, declarativis, mentis attestativis, ac derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis quomodolibet, etiam pluries concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiam si pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, etiam quod in eis caveatur expresse, quod illis nullatenus, aut non nisi sub certis modo, & forma derogari possit, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, inserti forent, præsentibus pro sufficienter expressis, & insertis habentes, motu, scientia, & auctoritate similibus derogamus. Aut si aliquibus communiter, vel divisim ab eadem sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum, de indulto hujusmodi mentionem, cæterisque contrariis quibuscumque. Verum, quia difficile foret præsentes literas ad singula quæque loca, in quibus forte opus esset, deferri, volumus, & pariter Apostolica auctoritate decernimus, quod aliarum transumptis, manu alicujus ex Secretariis cujusvis prædictorum Prælatorum Generalium, ac Romanæ Curiæ Commissarii, & suorum successorum, aut Notarii publici subscriptis, & sigillo officii alterius eorumdem, aut alicujus Personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ, seu Curiæ Ecclesiasticæ munitis, eadem prorsus fides in judicio, & extra illud adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die vigesima Decembris, Millesimo quingentesimo nonagesimo septimo. Pontificatus Nostri anno sexto. M. Vestrius Barbianus.

Sequitur alia Constitutio Pauli V. tenoris sequenti videlicet. Paulus Papa V. Ad perpetuam rei memoriam. Injuncti Nobis Apostolici muneris ratio postulat, ut Sacrarum Religionum in militanti Ecclesia suaves in Domino fructus assiduè præstantium paternam curam gerentes, privilegia, gratias, & indulta illis à Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris, & ab Apostolica Sede concessa, quò validius perpetuò subsistant, Apostolicæ confirmationis robore libenter communicamus. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Ludovicus à S. Jo. Evangelista, Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia in Romana Curia Commissarius Generalis, quod variæ gratiæ, concessiones, libertates, prærogativæ, favores, immunitates, exemptiones, declarationes, facultatesque, & alia privilegia, & indulta, tam prædicto Fratrum Minorum, quàm Sanctæ Claræ, ac Tertio de Pœnitentia nuncupato Ordinibus, illorumque Superioribus, Fratribus, Monialibus, & Sororibus, ac utriusque sexus personis, & Monasteriis, Domibus, Ecclesiis, & locis quibuscumque Dictorum Ordinum nunc, & pro tempore existentibus, in genere, vel in specie, etiam per modum communicationis, sive extensionis privilegiorum, aliis, tam mendicantium, quàm non mendicantium tunc existentibus Ordinibus, eorumque Domibus, & Ecclesia, ac utriusque sexus personis, concessorum, à nonullis Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris olim concessa, & ab illis, seu aliis, ac novissimè quidem à felicis recordationis Clemente Papa VIII. etiam prædecessore nostro per suas in simili Brevis forma literas, sub Dat. vigesima Decembris millesimo quingentesimo nonagesimo septimo, Pontificatus sui anno sexto, desuper expeditas confirmata, & approbata fuerunt, prout in prædictis, & diversis aliis dictorum prædecessorum literis super concessionibus, & confirmationibus hujusmodi, etiam expeditis, plenius continetur.

Cum autem illa, quæ sepiùs Auctoritate Apostolica muniuntur, majorem obtineant roboris firmitatem, & ideo, sicut eadem expositio subjungebat, dictus Ludovicus privilegia, gratias, & indulta, aliaque præmissa, per Nos, etiam Apostolica auctoritate, confirmari plurimum desideret. Idcirco Nobis ejus nomine fuit humiliter supplicatum, ut desuper opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur Ordines prædictos, ex quibus uberrimi in eadem Ecclesia, ad Dei omnipotentis laudem, & Christianæ Reipublicæ spirituale commodum, & utilitatem jam tùm ab ipsorum Ordinum primordiis profluxerunt, & in dies profluunt fructus, specialis gratiæ favore prosequi volentes, & illorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium duntaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati.

Quæcumque præmissa, ac omnia, & singula alia privilegia, immunitates, exemptiones, libertates, prærogativas, favores, conservatorias, declarationes, facultates, dispensationes, gratias, concessiones, & indulta spiritualia, & temporalia, etiam per modum communicationis, & extensionis inter se, & cum aliis Ordinibus mendicantibus, & non mendicantibus, eisdem Fratrum Minorum de Observantia, ac Sanctæ Claræ, ac tertio de Pœnitentia Ordinibus, etiam in Congregatione sub trium votorum substantialium professione, & Superiorum Ordinis Minorum de Observantia prædicti obedientia degentibus, ipsorumque Ordinum Superioribus, Fratribus, Monialibus, Sororibus, ac utriusque sexus etiam singularibus personis, nec non illorum Monasteriis, Domibus, Ecclesiis, & Locis quibuscumque in genere, & in specie, & per solam Signaturam, etiam vivæ vocis oraculo, ac aliàs per

eosdem

eosdem Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac Nos, & Sedem prædictam, sub quacumque forma, & expressione verborum concessa, ac etiam iteratis vicibus approbata, & ultimo loco à dicto Clemente prædecessore confirmata, cum omnibus, & singulis in eis forsan contentis clausulis, decretis, & declarationibus quibuscumque, nec non singulis desuper, etiam pluribus vicibus confectis literis, & in eis similiter contenta, & inde secuta quæcumque, illorum omnium tenores, formas, datas, effectus, & decreta in illis apposita, ac si de verbo ad verbum insererentur, & in his inserta forent, præsentibus pro sufficienter expressis habentes, auctoritate prædicta, tenore præsentium, in his omnibus, videlicet, in quibus sacri Concilii Tridentini Decretis, ac Constitutionibus, & literis Apostolicis, ac Decretis Clementis Octavi nostri prædecessoris non adversentur, salvisque decretis dicti Clementis, in favorem Fratrum Reformatorum factis, remanentibus, perpetuò approbamus, confirmamus, & innovamus, nec non illa, etiam perpetuæ, & inviolabilis Apostolicæ nostræ auctoritatis præsidio communimus, ac perpetuum robur obtinere, & firmiter observari, Ordinibusque Fratrum Minorum Regularis Observantiæ, & Sanctæ Claræ, ac Tertio de Pœnitentia nuncupato, hujusmodi etiam in Congregatione sub obedientia eorumdem Fratrum Minorum, ut præfertur, degentibus, ac Ordinum prædictorum Superioribus, Fratribus, Monialibus, etiam Tertiariis nuncupatis, ac Domibus, Ecclesiis, & locis prædictis, etiam per modum communicationis, & extensionis hujusmodi, suffragari, illisque uti, frui, & gaudere, quando, & quoties opus fuerit, posse, debere in judicio, & extra, ac etiam in foro Conscientiæ in omnibus, & per omnia, ac si specialiter, & expresse eisdem Fratrum Minorum, & Sanctæ Claræ, ac tertio de Pœnitentia Ordinibus concessa fuissent, decernimus, supplentes omnes, & singulos Juris, & facti, ac solemnitatum, etiam de Juris necessitate, aut aliàs quomodolibet requisitarum, forsan omissarum, & alios quoscumque defectus, si qui forsan intervenerint in eisdem.

Quocirca Venerabilibus Fratribus Mantuan., & Canarien. Episcopis, ac dilecto Filio Curiæ Causarum Cameræ Apostolicæ Generali Auditori per præsentes committimus, & mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios, ubi, & quando opus fuerit, faciant auctoritate nostra, literas, & in eis contenta quæcumque suos plenarios, & integros effectus sortiri, illisque omnes, & singulos, quos concernunt, pacificè frui, & gaudere. Non permittentes quemquam desuper contra præsentium tenorem, sub quovis prætextu, causa, vel etiam defectu intentionis nostræ, per quoscumque quomodolibet indebitè molestari, & si quid in contrarium attentari, vel fieri contingat, præmissa omnia semper in pristinum reponi procurantes. Contradictores quoslibet, & rebelles, etiam per quascumque, de quibus eis videbitur, censuras, & pœnas Ecclesiasticas, & alia opportuna Juris, & facti remedia, appellatione quacumque postposita, compescendo, ac legitimis super his habendis servatis Processibus, censuras, & pœnas ipsas etiam iteratis vicibus aggravando: invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii sæcularis.

Non obstantibus præmissis, ac similis recordationis Bonifacii Papæ VIII. etiam prædecessoris nostri de una, nec non Concilii Generalis de duabus Dietis, dummodo ultra tres Dietas aliquis auctoritate præsentium ad judicium non trahatur, aliisque Apostolicis, nec non in Provincialibus, Synodalibus, ac universalibus Conciliis editis, specialibus, vel generalibus Constitutionibus, & ordinationibus, nec non Statutis, & Consuetudinibus, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis, etiam in simili forma Brevis, aut aliàs per quoscumque Romanos Pontifices similiter prædecessores, ac etiam Nos, & Sedem præfatam, etiam motu proprio, & de Apostolicæ potestatis plenitudine, ac cum quibusvis irritativis, annullativis, cassativis, etiam privilegiorum revocativis, restrictivis, reservativis, exceptivis, restitutivis, declarativis, mentis attestativis, ac derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, confirmatis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & expressa, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, ac forma in illis tradita observata, inserti forent, præsentibus, pro sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice duntaxat, harum serie, & ad effectum præmissorum specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut præsentium transumptis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die prima Decembris anno millesimo sexcentesimo nono. Pontificatus Nostri anno quinto. S. Cobellutius.

Insuper exponentis, quod Sanctitas Urbani VIII. in suo Brevi *In plenitudinem* incipiente, tertio Idus Maii millesimo sexcentesimo vigesimo quinto expedito, Constitutiones Apostolicas in clausula prædicti Brevis, ut sequitur, contentas, confirmavit, & pro potiori cautela sub forma specifica innovavit, ac de novo concessit: Verba dicti Brevis sunt.

Et nihilominus pro potiori Fratrum ejusdem Ordinis cautela, omnia, & singula privilegia, gratias, & illorum confirmationes, exemptiones, & indulta prædicta dicto Ordini concessa, & in specie illa, quæ in quibusdam Urbani II. incipientibus: *Cum universi*, & aliis Eugenii IV. *Et si Monasteria*, ac aliis ejusdem Eugenii IV. incipientibus *Injunctum*, & aliis ipsius Eugenii IV. incipientibus *Regularem*, nec non aliis d. Eugenii IV. incipientibus etiam *Regularem*.

Nec non aliis Sixti IV. incipientibus *Regimini universalis* sub datum Romæ, millesimo quadrigentesimo septuagesimo quarto, & aliis ejusdem Sixti IV. incipientibus *Dum attenta meditatione pensamus*, sub datum Romæ, millesimo quadrigentesimo septuagesimo sexto, ac aliis ipsius Sixti IV. incipientibus, *Sacris Prædicatorum, & Minorum*, sub datum Romæ, millesimo quadringentesimo septuagesimo nono, nec non aliis ejusdem Sixti IV. incipientibus *Circumspecta Apostolicæ Sedis*, sub datum Romæ, quadringentesimo octuagesimo, Kalendis Decembris.

Et aliis Innocentii VIII. incipientibus *Sacræ Religionis*, ac aliis Julii II. incipientibus, *Nihil*, sub datum vigesimo quarto Septembris, millesimo quingentesimo octavo, aliisque Leonis Decimi, incipientibus *Universis*, sub datum vigesimo quinto Junii, anno millesimo quingentesimo decimo octavo, & aliis Ju-

lii III. incipientibus, *In Sacra Beati Petri Sede*; sub datum Romæ, millesimo quingentesimo quinquagesimo primo, die decima mensis Julii.

Ac aliis Pauli Quarti incipientibus, *Ex Apostolicæ Sedis*, nec non aliis Pii Quinti incipientibus, *Et si Mendicantium Ordinis*, sub datum Romæ, sexto Octobris, millesimo quingentesimo sexagesimo septimo Pontificatus ejusdem Pii Quinti anno secundo, aliisque Gregorii XIII. incipientibus, *Nihil in unaquaque Religiosa*; ac aliis ejusdem Gregorii Decimitertii pro Societate Jesu incipientibus, *Æquum reputamus, ut ea quæ ac Roman.* sub datum octavo Kalendas Julii, anno millesimo quingentesimo septuagesimo secundo.

Et aliis Sixti Quinti incipientibus etiam, *Æquum reputamus*, sub datum Romæ, millesimo quingentesimo octuagesimo quinto, Kalendis Maii, ac aliis Clementis Octavi incipientibus, *Ex injuncti*, sub datum Romæ, anno millesimo quingentesimo nonagesimo septimo, die decima Septembris, nec non aliis Pauli Quinti incipientibus, *In Supra eminenti*, aliisque ejusdem Pauli Quinti incipientibus, *Divina disponente Clementia*, ac aliis Sixti Quarti, ac Pii Quinti, & Sixti etiam Quinti præfatorum, aliisque Alexandri Quarti incipientibus, *Neque insolitum est*, ac aliis recolendæ memoriæ Bonifacii Octavi incipientibus, *Sacræ Religiæ*, nec non aliis similis memoriæ Adriani Sexti incipientibus, *Dilecti*, sub datum duodecimo Septembris, millesimo quingentesimo vigesimo secundo.

Aliisque paris memoriæ Gregorii XIV. Incipientibus, *Ex injuncti*, sub datum vigesimo quarto Septembris, millesimo quingentesimo nonagesimo quinto, aliisque aliorum Romanorum Pontificum, & Prædecessorum nostrorum, ac aliis etiam à Nobis emanatis litteris Apostolicis incipientibus, *In Sacra Beati Petri Sede*, sub datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, millesimo sexcentesimo vigesimo, quarto nonis Julii; nec non etiam privilegia, gratias, indulta, & Immunitates in litteris Apostolicis, quæ appellantur *Mare Magnum Ordinis Prædicatorum*, cæterorumque præfatorum Fratrum, ac quibusdam aliis litteris bonæ memoriæ Leonardi Tituli Sancti Petri ad Vincula Presbyteri Cardinalis de Forolivio nuncupati, super gratia ab eodem Leone X. ad favorem dicti Ordinis facta pro Provincia Bethica ejusdem Ordinis concessa, sub datum Romæ quarto Idus Septembris, Pontificatus dicti Leonis Decimi anno quinto continentur, auctoritate, & tenore præmissis de novo concedimus, seu innovamus.

Decernentes privilegia, exemptiones, & indulta hujusmodi semper, & perpetuò valida, & efficacia esse, & fore; ac à locorum Ordinariis, ac quibuscumque aliis quavis auctoritate fungentibus, inviolabiliter, & inconcussè observari, sicque per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam à latere Legatos, & Vice Legatos, dictæque Sedis Nuncios, judicari, & diffiniri debere; irritumque, & inane quidquid secus super his à quoquam scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quo circa Dilectis Filiis Causarum Curiæ Cameræ Apostolicæ Generali Auditori, ac Thesaurario, ac Archidiacono Ecclesiæ Hispalensis per Apostolica scripta mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios quoties, ubi, & quando pro parte &c. Non obstantibus &c.

Et ulteriùs repræsentantis, quòd prædictæ Clementis VIII. & Pauli V. confirmatoriæ litteræ, ac memorata Urbani VIII. Constitutio *In plenitudinem* incipiens, litterarum Apostolicarum in ea nominatarum in specie innovativa, cujus usus, ratione mutuæ communicationis ibi inter Ordines Prædicatorum, & Minorum, ac utriusque sexus Personas, tàm Religiosas, quam Seculares ad dictos Ordines quomodolibet spectantes, de novo concessæ Familiæ prædictæ, licitus ostenditur in forma authentica, & per extensum, cum aliis prædictis litteris in eis relatis, Sacræ Episcoporum, & Regularium Congregationi, ab instante fuerunt præsentatæ, de cujus Consilio, ad favorem omnium, & singulorum utriusque sexus præmemoratarum Personarum Religiosarum, sub dicta obedientia degentium, nec non Benefactorum, ac Tertiariorum Sæcularium, & Confratrum utriusque sexus, dictæ directioni Ministri Generalis totius Ordinis Fratrum Minorum suppositorum à Sanctitate Domini Nostri Innocentii Undecimi, sub forma sequenti reperiuntur confirmatæ.

Innocentius Papa Undecimus. Ad futuram Rei Memoriam. Exponi Nobis nuper fecit dilectus Filius Franciscus Diaz à Sancto Bonaventura, Charissimi in Christo Filii nostri Caroli Hispaniarum Regis Catholici Concionator, & Theologus, ac in Romana Curia pro Ultramontana Familia Ministro Generali Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum subjecta Commissarius Generalis, quod privilegia, gratiæ, concessiones, favores, & indulgentiæ etiam plenariæ, ac pœnitentiarum relaxationes, cœteraque Indulta, Ordinibus, Congregationibus, Confraternitatibus, Domibus, Ecclesiis, Locis, Benefactoribus, ac omnibus, & singulis utriusque sexus Personis obedientiæ, seu directioni prædicti Ministri Generalis Fratrum Minorum subjectis, olim ab Apostolica Sede concessa, seu communicata per plurium Romanorum Pontificum Prædecessorum Nostrorum Constitutiones, & præcipuè per litteras felicis recordationis Clementis VIII. incipientes: *Ratio Pastoralis &c.* Anno millesimo quingentesimo nonagesimo septimo expeditas, ac Pauli V. quæ incipiunt *Injuncti Nobis &c.* Anno millesimo sexcentesimo nono concessas, & Urbani VIII. Romanorum Pontificum prædecessorum pariter Nostrorum incipientes *In plenitudinem*, & tertio Idus Maii, millesimo sexcentesimo vigesimo quinto datas, confirmata, & sub aliquibus modificationibus innovata fuerunt: Unde præfatæ utriusque sexus Personæ, obedientiæ, seu directioni dicti Ministri Generalis subjectæ, quibus memorata communicatio privilegiorum, Indulgentiarum, & concessionum tàm inter se, quam cum aliis Ordinibus, Congregationibus, & Societatibus, etiam Jesu, ac Confraternitatibus concessa fuit, juxta clausulas, & præscriptum dictarum literarum Apostolicarum, & cum restrictionibus in illis appositis, & non aliter ea usæ fuerunt.

Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, ut præmissa firmiùs subsistant, & conserventur, præfatus Franciscus Commissarius Generalis Curiæ prædictas Clementis, ac Pauli, & Urbani Prædecessorum litteras, cum clausulis in eisdem contentis, à Nobis innovari, & omnes aliorum Romanorum Pontificum successorum concessiones, ad favorem dictorum Ordinum, Congregationum, Confraternitatum, Locorum, Benefactorum, & aliarum utriusque sexus Personarum prædictæ obedientiæ, seu directioni subjectarum expeditas, Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri plurimum desideret: Nos, ipsius Francisci Commissarii Generalis Curiæ votis, hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, eumque à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à Jure,

vel

vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium duntaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctæ Romanę Ecclesię Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum consilio, & attenta relatione, quam Venerabilis etiam Frater Noster Alderanus Episcopus Portuensis, ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis Cybo nuncupatus, dicti Ordinis apud Nos, & Sedem Apostolicam Protector, eisdem Cardinalibus super præmissis fecit, prędictas Clementis incipien. *Ratio Pastoralis* &c. ac Pauli, quarum initium *Injuncti Nobis* &c. & Urbani Prædecessorum, quæ incipiunt *In plenitudinem* &c. aliorumque Romanorum Pontificum successorum litteras super præmissis respectivè emanatas, dummodò tamen sint in usu, nec sint revocatæ, aut sub aliqua revocatione comprehensæ, Sacrisque Canonibus, & Concilii Tridentini decretis, ac posterioribus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, Regularibusque Ordinis prædicti institutis non adversentur, auctoritate Apostolica, tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus; Salva tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis memoratorum Cardinalium.

Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, plenissime suffragari; Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari: In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

Volumus autem, ut earumdem præsentium litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & Sigillo Personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides, ubique locorum, tàm in Judicio, quàm extra illud habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die quinta Septembris, millesimo, sexcentesimo, octuagesimo sexto, Pontificatus Nostri Anno Decimo.

I. G. Cardinalis Slusius.

Cumque Nobis summopere cordi sit, & nostrum munus, ac officium exposcat, ut omnes Constitutiones, Privilegia, & litteræ Apostolicæ suos plenarios, integrosque sortiantur effectus, debitæque, totali, omnimodæ, & integræ exequutioni demandentur; Ideòque ad ulteriorem requisitionem, & instantiam dicti Reverendissimi Fratris Francisci Diaz Principalis instantis, fuimus instanter, & debitè requisiti, quatenùs ei in præmissis de aliquo opportuno Juris remedio providere, & Monitorium super observatione, cum inhibitione decernere, & concedere velle dignaremur.

Nos igitur Carolus Bichius Judex, & Auditor antedictus, dictarumque Constitutionum, Privilegiorum, ac litterarum Apostolicarum tamquàm universalis, & merus exequutor, attendentes petitionem, & requisitionem hujusmodi fore, & esse justam, rationique consonam, quodque justa petenti non sit denegandus assensus; Vobis omnibus, & singulis suprædictis, & vestrum cuilibet insolidum, tenore præsentium committimus, & virtute Sanctæ obedientiæ strictè præcipiendo mandamus, Quatenus statim visis, seu receptis præsentibus, & postquam præsentium vigore fueritis requisiti, seu aliquis vestrum fuerit requisitus, ex parte nostra, immò veriùs Apostolica auctoritate moneatis, & requiratis, prout Nos monemus, & requirimus omnes, & singulos in exequutione præsentium nominandos, & cognominandos, quatenùs infrà sex dierum spatium, quorum duos pro primo, duos pro secundo, & reliquos duos dies pro tertio, ultimo, & peremptorio termino, ac canonica monitione Vos assignetis, assignarique curetis, & mandetis, prout Nos assignamus, & Vos assignetis eisdem per præsentes, sub mille ducatorum aurei de Camera, Cameræ Apostolicę applicandorum, & pro illis mandati executivi, & in Juris subsidium excommunicationis, interdicti ab ingressu Ecclesię, suspensionis à Divinis, privationis vocis activę, & passivę, aliisque etiam in dictis Constitutionibus, Privilegiis, & litteris Apostolicis comminatis, & inflictis Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis debeant, & ipsorum quilibet debeat pręfatas insertas Constitutiones, Privilegia, & litteras Apostolicas, omniaque, & singula in eis contenta, & expressa quęcumque omninò, firmiter, inviolabiliter, & ad unguem observasse, attendisse, obedivisse, adimplevisse, debitæque, totali, & plenarię exequutioni demandasse; Et pro effectu observationis, & exequutionis hujusmodi ab omnibus, & singulis molestationibus, vexationibus, perturbationibus, & impedimentis quibuscumque, dicto Patri Instanti hactenùs illatis, seu inferri comminatis, dandisque, & inferendis in futurum, contra formam dictarum Constitutionum, Privilegiorum, & literarum Apostolicarum, pœnitus, & omnino cessasse, recessisse, destitisse, & sese abstinuisse, dictasque molestias, & cætera contractis, nullas, & nulla, indebita, injusta, de facto facta, illata, & præsumpta declarasse, & tamquam talia revocasse, & pro revocatis &c. habuisse, nullumque omninò damnum, sive molestiam de cœtero intulisse, perpetuumque silentium imposuisse, & per quos opus fuerit observari, attendi, obediri, adimpleri, debitæque exequutioni demandari, cessari, recedi, desisti, abstineri, declarari, revocari, & imponi respectivè fecisse, curasse, & mandasse. Seque ad hæc, & alia omnia in præmissis necessaria, & opportuna, ante, & post litem contestatam deducenda, supradictas alias ob causas, & rationes, omnibus, & singulis viis Juris, factique remediis necessariis, & opportunis adstringi, arctari, cogi, & compelli, beneficiumque Juris, & nobile officium Judicis implorari, mandatumque de observando, exequendo, & aliud quodcumque necessarium, & opportunum decerni, concedi, & relaxari, sententias ferri, & promulgari, jusque, & justitiam fieri, & ministrari, atque omne jus, omneque remedium dicto Reverendissimo Patri Fratri Instanti utilius, & expeditius deduci, præmissaque, & alia omnia desuper necessaria, & opportuna solita, & consueta fieri, exequi, interponi, & expediri vidisse, audivisse, & permisisse, expensasque, damna, & interesse refecisse, & præsentibus nostris monitorialibus litteris omninò paruisse, & obtemperasse. Implorans &c. Deducens &c. Salvo Jure &c. Non se adstringens &c. Non solùm &c. Sed & omni &c. Alioquin præfatos sic monitos, & requisitos, quòd in præmissis sese gravatos fore senserint, peremptoriè citetis, citarique curetis, & mandetis, prout Nos citamus, & citari mandamus eosdem per præsentes, quatenus octuagesima die ab exequutione præsentium proxima, si dies ipsa juridica fuerit;

Alio-

Digitized by Google

Alioquin primo die juridica tunc immediatè sequenti comparcant Romæ in judicio legitimè coram Nobis per semeripsoa, vel eorum Procuratorea legitimos, & sufficienter de hujusmodi negotio informatos, & instructos, causamque prætensi gravsminis allegaturi, aliaque dicturi, facturi, ostensuri, & à Nobis justitiæ complementum consequututi, prout justitia suadebit, & ordo dictaverit rationis. Certificantes eosdem sic monitoa, requisitos, & citatos, quod si in dicto monitorii termino comparuerint, sive non, Nos nihilominus ad præmissa, & alia graviora Juris, & facti remedia, usque ad sententiam diffinitivam procedemus, justitia mediante, eorumdem monitorum, & citaturum contumacia, vel absentia in aliquo non obstantibus. Et insuper modo, & forma præmissis inhibeatis &c.

Confirmatur Decretum Congreg. Indulgentiarum declarans, personas substantialia Religionis vota non emittentes, non comprehendi in generali Indulgentiarum revocatione.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

ALiàs emanavit a Congregatione Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Indulgentiis, & Sacris Reliquiis proposita, Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet - *Dubio per virum Religiosum Sacræ Congregationi proposito, & in ea examinato, utrum in generali revocatione Indulgentiarum, quæ in Brevi* Romanus Pontifex *Pauli V. habetur, dat. 23. Maii 1606. comprehendantur Personæ, quæ substantialia Religionis vota non emittunt, intra, vel extra Claustra degentes? eadem Congregatio respondit, eas minime comprehendi. A. Card. Homodeus, Michael Angelus Riccius S. Congreg. Secret.*

§. 1. Cum autem, sicut dilectus filius Franciscus Diaz a S. Bonaventura, Lector Generalis jubilatus, Sanctæ Inquisitionis Qualificator, & in Romana Curia pro Ultramontana Familia obedientiæ, & directioni Ministri Generalis Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum subjectis, Commissarius Generalis, Nobis nuper exponi fecit, ipse Decretum hujusmodi, quo firmius subsistat, Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri plurimum desideret: Nos, ipsum Franciscum Commissarium Generalem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium duntaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentea, supplicationibus ejus nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præinsertum, auctoritare Apostolica, tenore præsentium, confirmamus, & approbamus illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus: salva tamen semper in præmissis auctoritate memoratæ Congregationis Cardinalium.

§. 2. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, plenissimè suffragari. Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane si secus a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 3. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides tam in judicio, quàm extra illud, ubique locorum habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die x. Octobris 1686. Pontificatus Nostri Anno undecimo.

Breve præmemoratis Fratribus Minoribus Missionariis, eorumque Collegiis, seu Seminariis in quo Statuta pro ipsorum gubernio edita, & à SS. D. N. Innocentio Papa XI. die 7. Maii 1686. approbata, sub ampliori forma confirmata reperiuntur.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

ECCLESIÆ Catholicæ per universum terrarum Orbem diffusæ regimini, meritis licet imparibus, divina dispositione præsidentes, ea, quæ a Superioribus Regularibus pro Christianæ Religionis, Catholicæque Fidei propagatione, rectaque Christifidelium instructione, ac morum reformatione, & animarum salute, ubique locorum, congruis rationibus procurandam, piè, prudenterque statuta, atque ordinata esse noscuntur, ut firma semper, & illibata persistant, & optati exinde bonorum operum fructus ad Dei gloriam, & Christiani populi ædificationem, benedicente Domino, consequantur, Apostolici muniminis nostri præsidio, cum id à Nobis petitur, libenter constabilimus, & alias pastoralis officii nostri partes opportunè desuper interponimus, prout rerum, personarum, locorum, & temporum qualitatibus mature perpensis, salubriter in Domino expedire arbitramur. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Franciscus Diaz à Sancto Bonaventura, pro Ultramontana Familia Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum in Romana Curia Commissarius Generalis, quòd cum dilectus pariter filius Antonius de Linaz dicti Ordinis professor, ac in Indiis Occidentalibus Missionum Præfectus, ad fidei propagationem, & morum in terris fidelium reformationem, unius Conventus, vel duorum ex jam fundatis, in unaquaque ex Provinciis Ordinis præfati, in ditionibus Charissimi in Christo filii nostri Caroli Hispaniarum Regis Catholici, tam apud Hispaniam, quàm apud Philippinas, Mexicanas, Peruanas, & cæteras Occidentales Indias existentibus, erectionem in Seminaria, seu Collegia pro Missionariis Fratribus educandis, ac instruendis a suis Superioribus petiisset, dilectus etiam filius Petrus Marinus Sormanus Minister Generalis ejusdem Ordinis erectiones Seminariorum, seu Collegiorum hujusmodi, consensum Provinciarum, auctoritate sui officii, supplendo, fieri sub forma in suis litteris contenta decrevit, ac sub pœnia per easdem litteras præscriptis prædictarum erectionum protractionem, & impedimentum illarum partium Superioribus interdixit; Insuper Seminaria in Hispaniæ Provinciis jam erecta, & imposterum erigenda, non solum ad optimam fidelium instructionem, & pravorum morum reformationem

or-

ordinavit, sed etiam ea ad id destinata esse voluit, ut transitus in Indiarum Missiones omnibus Provinciarum Hispaniæ Religiosis, qui prius per duos annos, vel aliud temporis spatium, ab Indiarum Commissario Generali Matriti residente assignandum, in aliquo ex prædictis Seminariis suæ religiositatis, idoneitatis, ac vocationis indicia, & testimonium non dederint, servatis servandis, prohibeatur, ac simul Provinciarum in Indiis existentium reformationi, si illa carent, consulatur, Fideliumque tam in illis, quam in Hispaniæ partibus degentium ædificationi, infidelium conversioni, ac omnium animarum saluti, & Sanctæ Romanæ, & Universalis Ecclesiæ dilatationi, ubique indefessè inserviatur: Ob idque pro præfatorum Seminariorum omnium gubernio, nonnulla matura deliberatione, & de aliquorum gravissimorum Fratrum consilio condidit, & disposuit, ac aliàs, prout plenius continetur in ejus litteris patentibus desuper emanatis, tenoris, qui sequitur, videlicet.

Frater Petrus Marinus Sormanus à Mediolano, Lector Jubilatus, Sanctæ Inquisitionis Qualificator, Ex-Guardianus Hierosolymitanus, ac totius Ordinis Fratrum Minorum Minister Generalis, & Servus &c. Dilectissimo Nobis in Christo Patri Fratri Antonio Linaz ejusdem Ordinis Lectori Jubilato, Sanctæ Inquisitionis Qualificatori, Provinciæ nostræ SS. Petri, & Pauli de Mechoacam Patri, Provinciæ verò Majoricensis alumno, ac Missionum nostri Ordinis in Indiis Occidentalibus, auctoritate Apostolica, Præfecto, salutem in Domino sempiternam. Inter cœtera Divinæ Majestati beneplacita opera, & cordis nostri desiderabilia, illud profectò potissimum existit, ut fides Catholica, & Christiana Religio, morumque fidelium reformatio, nostri Ordinis Religiosorum studio, labore, ac sedula sollicitudine exaltetur, atque ubilibet ampletur, ac cum animarum fidelium profectu, infidelium ad Fidem Sanctam reductione, Barbaricarumque nationum depressione toto Terrarum Orbe dilatetur. Unde cum Nobis notum sit, Te cum aliis viginti quatuor Religiosis morum integritate, litterarum scientia, & salutis animarum zelo pollentibus, quorum Prælatus, ac Superior à Ministro Generali prædecessore nostro, & Indiarum Commissario Generali fueras electus, ac à Capitulo Generali proximè præterito confirmatus, in Indias Occidentales novæ Hispaniæ, nullis parcendo periculis, pro procuranda fidelium reformatione, & infidelium Catholicæ Fidei, & obedientiæ Romano Pontifici debitæ salutari agnitione, Deo assistente, & Rege Catholico expensas ad id præstante, olim ivisse, ac in illis partibus, gratia ex alto concessa cooperante, Vineam Domini ferventi conatu, ac indefesso zelo excoluisse, Conventumque Sanctæ Crucis de Queretaro præfatæ Provinciæ de Mechoacam in Seminarium, productis viginti quatuor Religiosis Missionariis, sub aliquibus Statutis in prædicto Generali Capitulo revisis, & a Sanctissimo Domino nostro Innocentio XI. per suas litteras *Sacrosancti* incipientes die 8. Maii 1682. expeditas specialiter approbatis, ac confirmatis, aliisque accedentibus facultatibus requisitis, obtentisque à Sacra Congregatione de Propaganda Fide, laudabiliter erexisse, illiusque Guardianum, juxta formam in prædictis Statutis præscriptam, electum fuisse, atque Missionum præfatarum exercitio, una cum Sociis prædictis, in prælibatis partibus indefessè vacasse, necessitatemque Operariorum ad munus adeo proficuum in majori numero, non sine magno dolore expertum fuisse, ob idque de consilio gravissimorum nostri Ordinis Patrum, Superiorum assensu, Ordinariorum instantia, fidelium, ac infidelium motum necessitate, Socios prædictos in prælibato Missionum exercitio reliquisse, in Hispaniamque, Divina opitulante gratia, prosperè revertisse, ibique illarum partium necessitatem, & Missionariorum penuriam Catholicæ Majestati, ac Indiarum, & Ultramontanæ Familiæ Commissario Generali veraciter exposuisse, atque ab ipso Commissario Generali quamplurimas gratias, & facultates pro conductione aliorum Religiosorum, erectione, & gubernio novorum ad prædictum Missionum munus Seminariorum, ac ad istam Romanam Curiam accessu, & memoratarum facultatum Apostolica confirmatione legitimè obtinuisse, atque nostram dictarum Constitutionum, & facultatum à præfato Commissario Generali obtentam, & erectionum approbationem affectu pleno desiderare: illam, & alias insuper gratias, ac directiones, quibus hujusmodi sanctum, & laudabile ab immortali Deo cœptum propositum, in dies ferventiori animo, ac mediis opportunioribus, ad ipsius Dei honorem, Fidei Catholicæ propagationem, populi Christiani instructionem, nostræque Observantiæ augmentum, & omnium animarum salutem prosequi valeas, Tibi, ac Sociis tuis, aliis Missionariis tam præsentibus, quàm futuris, sub forma sequenti duximus concedere, ac benigno favore elargiri.

Primò, ut prædicta Seminaria, quantum, Domino auxiliante, possibile fuerit, ad Ordinis primævam observantiam tendant, in eis Regula, juxta declarationes à Sanctissimo Domino Nostro Innocentio XI. in suo motu proprio: *Sollicitudo Pastoralis*, contentas, & innovatas, strictissimè observetur, sanctamque paupertatem, quam S. P. Noster Franciscus dominam appellabat, studeant Missionarii, præ mundi delitiis, in cunctis revereri, suis enim Operariis Vineæ Dominus providebit, si labori adeo proficuo vacantes, suum in ipso solo Domino cogitatum jactaverint.

At quia Fratrum mendicantium numerus valdè crevit, & fidelium pietas minus fervens, ob nostra forsan demerita, quam in principio Religionis, iis diebus sæpe sæpius experitur, usus illarum Apostolicarum Constitutionum, quæ nostræ paupertatis observantiam illæsam relinquunt, & aliquam Regulæ dispensationem non continent, omnibus Seminariis, illorumque Fratribus licitus erit: qui enim Regulam, servaverint sicut Summis Pontificibus eam dedit Dominus intelligere, & explicare, Evangelicæ vitæ vacabunt, & locum inter verissimos Sancti Francisci Filios æternitate, ac gloria felicem possidebunt.

Usus tamen prædictus iisdem Seminariis, ac Fratribus interdicitur, nisi Statutis in dicto motu proprio pro observantia relatis, & executioni mandari præceptis (quibus prædicti Seminarii in rebus hic non expressis uti teneantur) in omnibus sit conformis: Prælati autem, & Discreti, seu Religiosi, qui contra fecerint, pœnis in Statutis taxatis indispensabiliter subjaceant, omnesque Fratres tam Subditi, quàm Superiores, dum in actuali exercitio Missionum intra, vel extra Seminaria permanserint, se ab eleemosynarum petione, & à sponte oblatarum receptione abstinere debeant, poterunt tamen pro quotidiano victu necessaria ostiatim quærere, vel oblata recipere, quin uti cibis, & potibus delicatis non præsumant, vel domos, in quibus prædicta eis apponuntur, adire non seligant, imò eos recordari volumus, quod Sanctus Pater noster Franciscus dum ad manducandum cum Magnatibus, & divitibus invitabatur, panis fragmenta ostiatim quæsita secum por-

portabat, & ibi apposita delicatiora, ut pauper verè humilis, sumere nolebat.

Statuta Ordinis, & Recollectorum, in quibus modos providendi necessitatibus Fratrum tam in ægris, quam in sans valetudine præscribitur, quio ad id particulari peculio, vel specialibus eleemosynis aliquis Religiosus indigeat, in omnibus Seminariis ad unguem, & sub pœnis transgressoribus in illis impositis observentur: & ne Benefactorum devotio alicujus particularis commodis applicetur, & communitas aliqualiter fraudetur, nullo modo alicui Patri permittatur apud Syndicum Apostolicum, aut alium amicum spiritualem aliquam pecuniarum eleemosynam, cujuscumque domini sit, pro suis particularibus necessitatibus habere, nec alicui similiter liceat manuscula, quantumquis levia, dare, vel recipere, omniaque Prælato, & ejus dispositioni subsint, ac sine ejus licentia nihil detur, vel recipiatur in præfatis Seminariis.

Prædicti Conventus in Seminaris erecti, & Seminaris fundanda, quoad regimen, nullius Provinciæ sint, & Superiori Generali illarum partium, in quibus fuerint, immediate subsint; At quantum ad suffragia pro defunctis Fratribus, commercium fraternale habeant cum illis Provinciis, à quibus fuerunt separati, vel intra quarum limites perseverant: ita ut Conventus prædicti Fratres officis, & Missas, juxta Statuta generalia, pro quolibet Fratre ejusdem Provinciæ filio cedente celebrent, & vicissim à singulis Conventibus, & Fratribus Provinciæ eadem celebrentur, pro quolibet Fratre prædicti Seminarii ubilibet moriente, ad cujus effectum Provincialis omnium suæ Provinciæ defunctorum notitiam ad Guardianum transmittat, & Guardianus defunctorum sui Seminarii ad Provincialem.

Cœterum ne inter Missionarios, & Provinciarum præfatarum Fratres, ac Superiores aliqua unquam oriatur contentio, vel oppositio, & ut quos eadem Mater spiritualiter genuit, & educavit, disparitas muneris non separet, & fraternalis amicitia, curialitas, ac mutua hospitalitas strictius conjungat, prædictorum Seminariorum Superioribus strictè præcipimus, ut quando Provincialis illius Provinciæ, in qua Seminarium fuerit, hospes ad illud accedat, eum, ac illius Familiam charitativè recipiant, & per spatium trium dierum omni cura, & reverentia illis inservire teneantur; prædictus autem Provincialis Minister eundem locum, & præcedentiam in Communitatibus Seminariorum habebit, quem habet in aliis suæ Provinciæ Conventibus, poterit tamen aliquam collationem spiritualem Missionariis in Refectorio prædicare, ibique præsidere, & in aliquibus, pœnitentiis Seminarii Fratribus impositis dispensare; nullam tamen aliam jurisdictionem ibi, aut respectu prædictorum Fratrum aliquando exercere audebit, nisi ad id delegationem aliquam à Superiore generali recipiat, qui eam absolutam, & generalem nunquam præstare poterit, solumque in aliquibus casibus, & pro aliquibus singularibus indigentiis suam facultatem pro una, vel alia vice prædicto Provinciali, & convenientiùs, ac cum minore lirium periculo, alteri gravi Religioso communicare valebit.

Præfatorum autem Seminariorum Guardiani illam præcedentiam in dictarum Provinciarum Conventibus habebunt, quæ Guardiano principalioris Conventus cujuslibet Provinciæ, Staturorum, & Consuetudinis vigore, concedi solet, & tam Guardiani, quàm alii præfatorum Seminariorum Fratres apud Observantiæ Religiosos, si fuerint, sin autem apud Recollectos, & iis deficientibus apud Discalceatos hospitium eligant, ipsique eos recipere, & charitativè tractare, sub pœnis unionis Ordinis perturbatoribus impositis inviolabiliter teneantur.

Secundo: quòd in præfatis Seminariis tam erectis, quàm erigendis, triginta tres Religiosi de familia, & non amplius admitti possint, horum autem quatuor sint Laici, reliqui verò ad exercitium Missionum sint idonei, itaut nullus in præfatis Seminariis recipi valeat, qui verbum Dei prædicando, vel Confessiones audiendo, aut Doctrinam Christianam, & nostræ Fidei rudimenta docendo, finem erectionis præfatorum Seminariorum promovere non possit. Si autem pro victo, & vestitu eleemosynæ non defuerint, & plures Religiosi pro locorum, & temporum diversis, ac novis circumstantiis necessarii censeantur: Superior Generalis respectivè, de consensu, & assensu Discretorii cujuslibet Seminarii, numerum prædictum tam laicorum, quàm cœterorum Fratrum augere poterit.

Et quia prædictorum Fratrum laudabile ministerium omnium virtutum cumulo, orationis, ac perfectionis omnimodæ progressu, & strictissimæ nostræ Regulæ observantiæ soliditate nitescere non desistet, imo, Deo dante, eorundem Fratrum exercitiis, quorum scopus erit animas Deo lucrifacere, industria & solicitudine, adulterinas plantationes divellere, virtutes in messe Domini serere, vitia radicitus extirpare, humanum genus ad cognitionis, & salvationis semitas reducere, ac Apostolorum, qui jam in orbe non existunt, munus gerere laudabilius, & perfectius in dies ostendetur, Statutis à Sanctissimo Domino Nostro Innocentio XI. in suo Brevi, *Ecclesiæ Catholicæ* incipiente, confirmatis inhærendo, omnibus, ac singulis Prælatis, & Religiosis sub obedientia nostra degentibus, etiamsi alicujus Provinciæ reformatæ, vel Discalceatæ sint, per sanctam obedientiam, in virtute Spiritus Sancti, & sub pœnis excommunicationis majoris, privationis officiorum, & dignitatum, ac inhabilitatis perpetuæ ad obtinenda, ipso facto incurrendis, præcipimus, & mandamus, ut nullo modo directè, vel indirectè per se, vel per interpositam personam Religiosos sibi subditos, aut consubditos, volentes ad prædictum Sanctum opus transire, impediant, perturbent, aut avertant; sed eis potius divinam inspirationem, ac vocationem sequi charitativè suadeant; prædictorum autem Seminariorum Guardiani, de consilio, & assensu Discretorum, & Commissarius Missionum, sub forma superius præscripta, suas literas Prælato locali Religiosi recepti directas expediont, præfatus verò Prælatus ipsum cum libris proprii usus statim remittet, & postea prædictas literas ad Ministrum Provincialem transmittet, ut super subdito ad perfectius munus, & exercitium translato, gaudium sit in tota Provincia.

Primo anno sui in Seminarium ingressus, si alias in alio Seminario per idem tempus non permansisset, ad Missiones non deputetur, nec votum in electione Prælati habeat, sed quasi sub probatione maneat, ut de ejus sufficientia melius constare valeat, & si intra annum, vel postea de illius insufficientia constiterit, aut per aliquod vitium, seu crimen, vel per aliquod scandalum in exercitio Missionum datum, seu per excusationem, qua, sine legitima causa à Discretis approbanda, se à Missionibus, juxta præscriptum Guardiani, vel Commissarii Missionum, faciendis, excusaverit, aut per defectum in observatione præsentium Statutorum, & pacis Seminarii, ac decoris exercitii conservatione commissum, seu per aliquam vocationis mutabilitatem, quæ tribus

bus distinctis vicibus in tribus distinctis Mensibus aspiciat retro, & aratrum velle dimittere non erubescat, ac exitum a Seminario amplecti non abhorreat, consortio operariorum Vineæ Domini indigans efficiatur, de consensu majoris partis Discretorii ad Propriam Provinciam remittetur, ibique a Superioribus, sub eisdem pœnis, sub quibus licentiari debuit, iterum recipiatur, & pœnis in statutis, contra incorporatos in aliena Provincia, & iterum redeuntes ad propriam, contentis subjaceat, & si Religiosus Hispanus fuerit, & a Seminario in Indiarum partibus existente expellatur, ei a Superiore Generali illarum partium aliqua Provincia assignetur, in qua dictas pœnas subeat, & usque ad tempus, in quo, juxta Statuta Generalia, in Hispaniam venire possit conservetur. Si autem habitum in Seminario receperit, ibi omnibus prudentiæ conformibus mediis corrigatur, & si per quatuor annos incorrigibilis perseveraverit, Superior Generalis admonitus a majori parte Discretorii illum in aliqua ex suis Provinciis constituat, ut a pestifera contagione, Evangelici Ministri, qui sal terræ, & lux mundi, ac Civitates supra montem positæ esse debent, provide liberentur.

Guardianus, cum approbatione Discretorum, per suffragia secreta poterit Novitios intra prædictum numerum recipere: recipiendi autem, ultra qualitates in Statutis Ultramontanæ Familiæ, & Indiarum respective prescriptas, tali scientia sint prædití, ut transacto statu Clericali, seu Choristatus, alicui exercitio ex illis, ad quæ, ut præfertur, Seminaria eriguntur, tuto, & cum animarum profectu vacare valeant; eisque qualitas, & perfectio vitæ, quam profiteri desiderant, a Magistro Novitiorum ante habitus susceptionem extensè explicetur; qui autem vigesimum ætatis annum non adimpleverit, in prædictis Seminariis Novitius non admittatur, nisi aliud pro hoc, vel illo recipiendo sub iis, vel illis circumstantiis alicui ex Seminariis tam erectis, quam erigendis utile, ac expediens a Superiore Generali respective, de assensu majoris partis Discretorii, aliquando judicetur.

Ulterius poterit Guardianus Fratres Laicos, de assensu Discretorum, ex quacunque Provincia, sub forma in receptione aliorum Seminariorum servanda, recipere, & tam Subditi, quam Superiores prædictarum Provinciarum, sub eisdem pœnis teneantur, eorum in Seminaria transitum non impedire: At Laici recipiendi debent esse devoti, probatæ vitæ, & omnino apti pro officiis a Laicis in Seminario exercendis, accedente consensu majoris partis Discretorum tam Seminarii, a quo, quam Seminarii, ad quod Superior Generalis illarum partium, in quibus Seminaria fuerint, quoslibet Religiosos de uno ad aliud Seminarium mutare valeat, & quando transitus fiat de Seminario in Hispaniæ partibus ad Seminarium in Indiis existens, consensus Commissarii Generalis Indiarum in Curia Matritensi residentis, & Commissarii Missionum, qui pro tempore Religiosos in Indias conducere curaverit, absque aliquo alio sufficiet, & nec Seminaria Hispaniæ, & Indiarum, nec eorum Guardiani, & Discreti, determinationi a prædictis Missionum, & Indiarum Commissariis, circa præfatos Fratres sponte in Indias transire eligentes, mature factas, se opponere sub aliquo prætextu audeant, sed ea statim executioni mandare omnino procurent.

Missionarii, qui, decennio in exercitio Missionum laudabiliter completo, ad propriam Provinciam redire voluerint, facultatem ad id a Seminarii Guardiano, & testimonium ab eodem, & Discretis petant, ipsi autem nec facultatem, nec testimonium negare poterunt: Et Provincialis prædictæ Provinciæ revertentem recipere sub memoratis pœnis semper teneatur, eisdemque privilegiis, antelationibus, & gratiis præfatus Missionarius ex tunc in propria Provincia uti, ac gaudere poterit, quibus frueretur, si triennium Guardianatus tempore sui ingressus laudabiliter in dicta Provincia finiret; qui autem ante decennium completum, vel sine testimonio, in quo Discretorium de zelo, & plausibili prædicti Missionarii in Missionibus progressu testetur, ad propriam Provinciam venerit, pœnis expulsis supra impositis indispensabiliter subjaceat, nisi aliqua infirmitas incurabilis, propter quam à Seminariis quilibet ante dictum decennium, & non postea, etiam si senectute laboret, expelli poterit, prædictæ expulsionis causa, vel occasio fuerit, quia in hoc casu nullus aliqua pœna dignus censeri debet.

Si aliquando contigerit aliquem Ex-Missionariis in Visitatorem, vel Reformatorem, aut Ministrum Provincialem alicujus Provinciæ eligi, ejusmodi electionem ratam haberi, & executioni mandari volumus, & decernimus; Electus tamen, postquam prædictum munus adimpleverit, ad proprium Seminarium revertatur, imo aliquid secum non ferat, quod Apostolicæ nuditati contrariari valeat, & si a dicta Provincia, vel ab aliquo Conventu, aut ab aliquibus utriusque sexus subditis, vel Superioribus aliqua munuscula, quæ conjunctim sumpta quantitatem unius scuti aurei pertingant, ante, vel post finem sui officii, recipere ausus fuerit, etiamsi sit sub prætextu devotæ recordationis, vel pro indigentiis Seminarii, aut pro libris, imaginibus, reliquiis, seu rebus sacris devotionem fidelium, & sufficientiam, ac efficaciam Missionariorum solidare valentibus, ipso facto actibus legitimis remaneat per septennium privatus, eidemque pœna indispensabiliter subjaceat, si peracto officio, absque legitima causa a Sede Apostolica approbanda, domicilium in prædicta Provincia elegerit, aut si intra quatuor menses Seminarium prædictum, reversus ab illa, non ingrediatur.

Ultra numerum Religiosorum superius præscriptum, unus poterit in quolibet Seminario admitti, qui progressum, ac fructus, & casus, seu eventus Missionum extraordinarios, Missionariorumque gesta, & exemplarem vitam, privilegiorum statum, dubiorum in Missionibus occurrentium decisionem, doctrinarum securius amplectendarum, & prædicandarum compendia, libros, & summaria scribere, & servatis servandis, de licentia tamen Ordinarii, typis mandare studeat, ac valeat, ipseque Scriptor Seminarii appelletur, & exemptionibus, ac indultis a Discretorio Seminarii taxandis pacifice perfruatur.

Tertio, quod electio Guardiani cujuslibet Seminarii fiat a Superiore Generale illarum partium, in quibus Seminarium fuerit, sive ab ejus speciali Commissario delegato, ex tribus ejusdem Seminarii Patribus, per secreta suffragia omnium Sacerdotum professorum Communitatis canonicè eligendis, & prædicto Commissario præsentandis: Guardianus autem per triennium tantum in officio durare poterit, & liberum erit Superiori Generali præfato in dimidio triennii ipsum ab officio absolvere, si ipsi constiterit officio non satisfacere, habita informatione pro conscientia, sine strepitu judiciario, sicut fit in toto Ordine in Congregationibus intermediis. Unus Præses, seu Vicarius, qui simul Novitiorum Magister sit, per vota novi Guardiani, & Discretorum eligetur, ipseque absente Guardiano in Communitatibus præsideat; In quolibet Seminario fiant quatuor Discreti, pro gravioribus ejus negotiis tractandis,

qui ante novi Guardiani electionem, ab eodem Communitatis corpore eligentur, ac nominari debent præsentandi in Guardianum, statimque à Superiore Generali supradicto confirmentur, habeantque in Communitate locum, & præcedentiam, quam Lectores primarii Theologiæ habent in propriis Provinciis, & in absentia cujuslibet, antiquior, & dignior Pater Seminarii, pro tempore absentiæ, substitutus declaratur.

Discretorium cujuslibet Seminarii ex dictis quatuor Discretis, ac ex Patribus, qui in dicto Seminario Guardianatum per triennium completum laudabiliter exercuerunt, Ex Commissariis habitualibus, & actuali Missionum, & Guardiano actuali componetur, iique suffragium habeant in omnibus negotiis, quæ Discretis, seu Discretorio Seminarii per hæc, & alia Ordinis Statuta committuntur. Quando suffragia pro una, & altera parte fuerint æqualia, & publica, Guardianus decidat; quando fuerint secreta, admittatur Præses pro simili tantum casu, ut sic, quando magis expediens sit, charitativè, & sine strepitu, & recursibus resolvatur.

Ad Missionum Commissarios in Indiarum partibus existentes spectabit Religiosos de consilio Discretorum trium suarum partium Seminariorum destinare, qui ad Provincias Hispaniæ, quando necessitas urgeat, accedant, & illos Religiosos, servatis servandis, in illarum Seminariis, si se sponte offerant, seligant, qui pro conversionibus, & Seminariorum conservatione ab eisdem Discretoriis, & præfatis Missionum Commissariis necessarii censeantur. At nec Commissarii Missionum, nec Religiosi ab ipsis missi, aliquam Superioritatem habeant respectu illorum, qui in aliquo Seminario de familia constituti fuerint, nisi in casibus, de quibus supra manet dispositum, & cum limitationibus ibi taxatis, ac superioritate Guardianis Seminariorum hic concessa præ omnibus illæsa remanente.

Quandocumque Guardiani obitus ante triennii finem contigerit, Præses, seu Vicarius, usque ad novi Guardiani electionem Seminarium gubernabit; tenebitur tamen sub pœna privationis sui officii ipso facto incurrenda, die tertia à morte Guardiani, Patres absentes convocare, & post adventum illorum, qui intra tempus viginti dierum venire poterunt, Communitatem pro præsentatione Superiori Generali, ut præfertur, facienda, congregare, & præsentatos statim ad Superiorem Generalem prædictum trasmittere, ipseque unum nominabit, qui similiter per triennium duret, eademque duratione gaudebit, qui præcedente alterius renunciatione, vel privatione electus fuerit; Præsidis autem, & Discretorum officium ad id tempus sine nova electione in præfatis tribus mortis, privationis, & renunciationis casibus extenditur. In absentia Guardiani, & Præsidis antiquior Discretus in Communitatibus, & Seminariis præsideat.

Antiquitas autem inter Fratres Seminarii tam præsentes, quàm futuros, secundum gradus, & præeminentias, juxta Ordinis statuta generalia, hic præscripta, excepta computetur; qui autem nullam in propriis Provinciis, aut in Seminario obtinuere, habitus antiquitatem servent; qui autem Guardianatum per triennium laudabiliter exercuerint, Discretos illius Seminarii, non verò Commissarium Missionum semper præcedant.

Omnes indispensabiliter per horam cum dimidia vacent orationi mentali, dimidia scilicet hora post Primam, non verò amplius, ob frequentes audiendas Confessiones, & similia exercitia matutina; hora autem integra post Completorium, vel alia fortassis opportuniori, pro temporum, & exercitiorum varietate. Horæ canonicæ tempore, & pausa competenti, devotè solvantur, sine cantu autem, ut plus temporis impendatur studio. Dominicis verò diebus, festis, & classicis cantus adhiberi poterit, ut fit apud Observantes; cujusmodi divino officio, orationi mentali, & Missæ Conventuali omnes assistant, nullo prorsus excepto: Cunctique Sacerdotes gradatim ab ipso Guardiano inclusivè Hebdomadarium agant. Singulis diebus habeant per duas lectiones, & conferentias: per unam post Conventualem Missam, de materia ad exercitium Missionum conducente, seu de intelligentia idiomatum, seu de Theologia mystica, per alteram post Vesperas de Theologia morali, & casibus conscientiæ: à Lectionibus autem ipsis nullus possit excusari, neque à reddenda ratione de materia Lectionis, si à Guardiano, vel alio ab ipso delecto interrogetur. Cum autem in audiendis Confessionibus, vel aliis utilioribus exercitiis peragendis Missionarii fuerint occupati, vel occupari indigeant, Lectio matutina à Guardiano, de consilio Discretorum, abreviari, seu dispensari valeat.

Missionarii, dum in Seminario sunt, spiritualibus exercitiis, vel studio impendere debent totum tempus, quod corporalibus superfluit indigentiis: si quis verò vanis confabulationibus, aut curiositatibus deditus inveniatur, publica pœnitentia in communitate puniatur: nec ulli concedatur licentia è Domo exeundi, nisi aliquando recreationis causa, per campos cum Socio expatiaturus sit, aut pro inevitabili pertractando negotio ad Civitatem, vel Oppidum egredi debeat; idque rarò fiat, ut quantu in monastica Solitudine humani commercii contemptu vigilantiores fuerint, eo ad reprehendendas fidelium diversiones aptiores reddantur. Communitas è Seminario non exeat, nisi rarò, & gravissima de causa, ut ad Exequias Religiosi alicujus nostri Ordinis, aut Syndici Apostolici, non autem ad sociandos alios defunctos, vel publicas processiones.

Fœminarum colloquia, quantumvis brevissima, ubique evitentur, solumque ipsarum Confessiones, nullo alio intermisso colloquio, audire licebit. Nullo modo acceptentur Conciones festivæ in Seminario, solumque fiant, quæ occasione Missionum necessariæ censeantur: ad eleemosynas autem petendas omnes sine exceptione mittentur; itaut in omni servitio communitatis, omnes, etiam Guardianus, quantum fieri possit, sint pares.

Quoad eleemosynas Prædicatorum, libros defunctorum, & Bibliothecarum augmentum, & conservationem in omnibus Seminariis, sicut, & in omnibus aliis Conventibus nostræ obedientiæ subjectis, servetur Breve: *Exponi Nobis* à Sanctissimo Domino Nostro Innocentio XI. expeditum. Nulli Sæculari permittatur ingressus ad interiora Conventus, sed in Claustro inferiori disponatur aliqua Camera honesta, & devota cum humilibus sedibus, ubi viri sæculares quærentes aliquem ex Patribus pro sua spirituali consolatione excipiantur, & consolentur, & tam quoad ingressum, & moram, ac pernoctationem sæcularium, quam quoad supellectilium, & ornamentorum commodationem, serventur in dictis Seminariis, sicuti, & in aliis dictæ Provinciæ Ultramontanæ Conventibus, Decreta Sacræ Congregationis auctoritate Apostolica confirmata, & in dicta familia observari præcepta.

Omnes Seminarii Patres, sine aliqua inter ipsos notabili differentia, induant habitum exteriorem Observantium, in quo vilitas, & humilitas, ac solus cinericeus color ex lana alba, & nigra, non ex alia tin-

du-

cura, consurgens, semper resplendeat. Forma verò erit juxta reformationem in ultima Congregatione Toletana factam, ad litteram observandam, & in disciplinis, jejuniis extra Regulam, Capitulis culparum, & aliis austeritatibus, cœterisque ad Regulæ vitæ monasticæ, & regularis disciplinæ observationem conducentibus, Constitutionibus generalibus Ordinis se conforment.

Guardianus, vel in ejus absentia Præses, temporibus opportunis, aut quando necessarium judicaverit, mittat Missionarios binos, & binos, aut in majori numero, prout animarum necessitati viderit expedire, consignando eis in partibus fidelium Oppida, tractus, & terras, in quibus singulis suas Missiones facere debent, de licentia tamen Ordinarii: relinquant tamen aliquos in Seminario, qui Communitatis exercitia expleant, & hi, aliis revertentibus, mittantur. Nullus tamen eorum ultra spatium sex mensium in præmissis fidelium terris extra Seminarium pro qualibet vice remaneat, & quilibet sub pœna expulsionis à Seminario, postquam prædictum tempus insumpserit, à Missione cessare debeat, ad Seminariumque revertatur, ut vires spirituales, & corporales in eo reassumat, ac recuperet, & alii id opus ab ipso inceptum, & forsan non finitum, prosequendum destinari poterunt. Ad partes verò infidelium solus Missionum Commissarius, si præsens fuerit, operarios necessarios, sub forma superiùs præscripta, destinare valeat, eoque absente, Guardianus, de consensu majoris partis Discretorii, idoneos Ministros ire cupientes eodem modo transmittere valebit.

Prædicti Superiores Generales respective teneantur per se, vel per suum Commissarium ad hoc specialiter institutum, in singulis triennis præfata Seminaria visitare, & in singulis visitationibus inquiratur sigillatim de observantia præmissarum omnium Constitutionum, & defectus, si qui fuerint, corrigantur, & juxta eorum qualitates, possit Superior ipse Generalis procedere ad expulsionem Missionariorum, & Guardiani privationem: Delegatus autem ipsius possit tantum Guardianum suspendere, & adhibitis necessariis correctionibus, Superiorem generalem de majori remedio apponendo monere; & quia speramus, quod Dei aspirante gratia per hos sui verbi Ministros plures Gentilium populi ad fidem sint convertendi, quorum Neophytos in accepta fide conservare, eisque Sacramenta ministrare necessarium est, ordinatur, ut in conversis populis aliqui ex præfatis Missionariis ad prædicta obeunda necessarii remaneant, monito Guardiano Seminarii, & ab eo licentia obtenta, qui semper ejusdem Guardiani subditi remanebunt, & ejus correctioni, ut supra, subjecti: Manentes autem in Oppidis conversis non computabuntur in numero assignato Missionariorum Seminarii, sed eorum loco alii in Seminario possint recipi.

In cura autem animarum sic conversarum ad fidem, tam diù solummodo poterunt remanere, quoad usque Episcopo, ad quem Terra pertinet, vel imposterum pertinebit, placuerit Presbyteros sæculares, quibus animarum curam committat, destinare. Quamdiu verò prædicti Missionarii in prædicta cura remanserint, nihil ex titulo Curatorum, vel Doctrinarum possint accipere, sed præcisè ex emendicatis eleemosynis, vel ultro oblatis vivere debent. Poterunt tamen stabilita nostra Fide, & Curatis sæcularibus inibi manentibus, in populis magnis, aut capacibus, de licentia Episcopi, & præfati Superioris generalis, Conventus nostri Ordinis fundare, in quibus, juxta Regulam, & Statuta ex eleemosynis sub regulari disciplina Fratres vivere possint, & Conventus illi Guardiano præfati Seminarii, ad quem pertineat viva illa conversio, & cujus solicitudine obtenta fuerit, vel Seminarii vicinioris (eligendi à Missionum Commissario, si conversio ejus cura, ac diligentia promota, & adempta fuit) in omnibus, & per omnia, sicut præfatum Seminarium, erunt subjecti, quousque ex illis Custodia possit formari, vel aliter in Capitulo generali de illis provideri, aut ex illis aliqui, ut licitum erit, in Missionariorum Seminaria, sub his Statutis erecti fuerint.

Quoniam verò cura, & solicitudine Missionariorum pertinentium ad prædicta Seminaria spiritualibus necessitatibus Regnorum Hispaniæ, licet non Indiarum, sufficienter provideri poterit, ne Sanctum Missionum opus ex dissimili Missionariorum modo procedendi deturpetur, nullus nostri Ordinis Fratrum, qui extra prædicta Seminaria vivat, Missionariis munus, quarumcumque litterarum à Nobis, vel prædecessoribus nostris, aut ab aliquo inferiore, vel in nostro officio Successore, concessarum, vel concedendarum vigore, sub aliquo quantumvis specioso colore, aut prætextu in Hispaniæ partibus à tempore, quo tria Seminaria in illis erecta fuerint, exercere valeat. In Provinciis autem tàm Hispaniæ, quàm Indiarum, quæ non habuerint Conventum idoneum, & pro præfata erectione inconvenientibus insuperabilibus non expositum, fundatio novi Seminarii, requisitis servandis servatis, licita erit, arbitrioque Commissarii Missionum relinquitur, & a nullo nostri Ordinis Fratre, sive Subdito, sive Superiore, cujuscumque dignitatis sit, impediri poterit: Et qui secus fecerit, pœnis contra impedientes exercitium Missionis, & transitum Fratrum ad Seminaria superiùs taxatis, ipso facto subjaceat.

Si Seminaria præmissa in prædictis Hispaniæ, & Indiarum partibus erecta, ac erigenda, aliquando relaxentur, & a perfectione, & laudabili fine, ad quem instituuntur, notabiliter defecerint, vel Statuta hic contenta, & alia, quæ præsentibus non sunt contraria, & pro aliis Seminariis jam erectis à Sede Apostolica, ut præfertur, approbata reperiuntur, non observaverint, seu novum guberuium, & aliquam ab Observantia separationem à Sede Apostolica, aut à Superioribus Ordinis petierint, vel per se, aut interpositam personam obtinere curaverint, vel sponte oblatam cum effectu admiserint, Seminaria eisdem Provinciis, à quibus Conventus pro illorum erectione summoti fuerint, iterum incorporentur, & Ministri Provincialis regimini, sicut cœteri ejusdem Provinciæ Conventus, indispensabiliter subjiciantur; siquidem sub his tantum conditionibus, & ordinationibus, quas vim illius indissolubilis obligationis, & contractus, qui inter Fratres Missionarios, & Fratres Provinciarum, & Superiores Seminariorum, & Superiores Observantiæ esse possit, habere volumus, & non sub aliqua alia consideratione præsentem Seminariorum erectionem permittimus, laudamus, & approbamus, ac ab omnibus ad quos spectat, sub pœnis præmissis admitti præcipimus.

Quarto, & quia Nos non latet quamplurima absurda ex nimia opinandi, sub privilegiorum prætextu, ac operandi licentia, quotidie oriri posse, quæ scandala, & relaxationes suscitare valent, omnibus Nostri Ordinis Missionariis, ac aliis sub nostra directione, seu obedientia degentibus personis, in Domino suademus, & mandamus, ut doctrinas tutiores, & probabiliores semper doceant, & amplectantur.

Ut autem quod temporalibus proficit spatiis, spiritualibus quoque amplificetur dictarum Missionum augmentis, & ne perpetua firmitate careat, quod sola nostra authoritate decernitur, præsentium tenore nostro hujus Curiæ Commissario generali paternam

bene-

Digitized by Google

benedictionem, & facultatem concedimus, ad hoc ut tanquam Ordinis nostri honorabile negotium præsens amplectatur, & earum rerum, quæ in his literis continentur, confirmationem, ac perpetuam validitatem à Sancta Sede Apostolica petat, & sollicitare non desistat, qua obtenta, omnia Seminaria tam erecta, quam erigenda, juxta nostras literas gubernari teneantur, & si aliquod dubium circa aliquam illarum clausulam aliquando oriatur, Superior Generalis illarum partium respectivè, non verò aliquis Delegatus, de consilio, & assensu tamen majoris partis Discretorii alicujus Seminarii, tempore visitationis, & non alio, nec aliter, valeat providere, donec Sancta Sedes consulatur, seu Sacra Congregatio Propagandæ Fidei; nunquam tamen in aliquo, absque Sedis Apostolicæ authoritate, dispensare poterit.

Et tam dictis Missionum Commissariis, quàm omnibus aliis personis, quæ ad harum erectionem, stabilimentum, & Missionum præfatarum promotionem auxilium dederint, Seraphici Patris Nostri Francisci benedictionem impartimur, & si sæculares fuerint, ultra dictam benedictionem, eas ad participationem omnium indulgentiarum, & operum spiritualium, quæ ipsis communicare valemus, & nunc pro tunc admittimus, & pro semper admissas esse, & fore declaramus. Datum Romæ ex nostro Conventu Sanctæ Mariæ de Aracœli, die septima Aprilis, millesimo sexcentesimo octuagesimo sexto. Frater Petrus Marinus Minister Generalis. Loco ✠ Sigilli. De mandato suæ Reverendissimæ Paternitatis Fr. Joseph à Leone Secretarius generalis Ordinis. *Præsens transumptum concordat cum suo originali de verbo ad verbum. In quorum fidem &c. Romæ hac die 23. Aprilis 1686. Fr. Michael Tonerus Secretarius generalis Curiæ.*

Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, dicta Statuta, absque Sedis Apostolicæ approbatione, & defectuum supplemento, ac contrariorum, quibus ejusdem Sedis accessit auctoritas, legitima derogatione, subsistere non valeant: Nobis propterea tam Franciscus Commissarius generalis Curiæ, quàm Antonius Missionum Præfectus præfati, humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportunè providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur ipsos Franciscum, & Antonium specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, à Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de nonnullorum ex Venerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus, Congregationis negotiis Propagandæ Fidei præpositæ, super hoc, negotio specialiter deputatorum consilio, Collegia seu Seminaria pro educandis Fratribus dicti Ordinis ad Missiones jam erecta, tam in Conventu Sanctæ Crucis de Queretaro Provinciæ de Mechoacam, quàm in aliis Hispaniæ Provinciis, auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus. Ac facultatem erigendi alia Collegia, seu Seminaria hujusmodi, ùnum scilicet, vel duo in qualibet ex Provinciis Ordinis præfati, quæ in ditionibus dicti Caroli Regis tam apud Hispaniam, quàm apud Philippinas, Mexicanas, Peruanas, & cœteras Occidentales Indias, ipsi Carolo Regi subjectæ consistunt, eidem Ordini, de Ecclesia Dei, & Sancta Sede Apostolica benemerito, auctoritate, & tenore præfatis benigne concedimus; Confirmando supplementum consensuum per dictum Petrum Marinum Ministrum Generalem, ut exponitur, factum; & interdicendo Superioribus generalibus illarum partium, sub pœnis in præinsertis litteris contentis, & aliis arbitrio dictæ Congregationis Cardinalium reservatis, ne ultra quatuor menses à requisitione per Religiosos ad id facultatem habentes facta, seu facienda computandos, dictas erectiones protrahere, seu suspendere possint; Salva semper in omnibus supra relatis auctoritate ejusdem Congregationis Cardinalium, ad formam Constitutionis fel. rec. Gregorii Papæ XV. prædecessoris nostri.

Propterea Statuta præinserta pro dictis Collegiis, seu Seminariis tam erectis, quàm erigendis, ac eorum Fratribus, & Superioribus à præfato Petro Marino Ministro Generali, ut præfertur, condita, dicta auctoritate, harum serie confirmamus pariter, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, salva tamen semper memoratæ Congregationis Cardinalium Auctoritate ea augendi, seu moderandi, quatenus opus fuerit, & magis in Domino expedire videbitur, ac quoscumque Juris, & facti defectus quoad Collegia præfata jam erecta, supplemus.

Decernentes easdem præsentes, ac præinsertas patentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab illis respective inviolabiliter observari; Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nec non Provinciarum, & Ordinis præfatorum, aliisve quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cœterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici, subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique locorum, tam in judicio, quàm extra illud habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die xvi. Octobris MDCLXXXVI. Pontificatus Nostri Anno Undecimo.

I. G. Card. Slusius.

Istæ duæ præcedentes Constitutiones admissæ fuerunt in Capitulo Generali Romano anni 1688. prout ex Statutis ejusdem Capituli apparebit.

Breve, in quo omnibus utriusque sexus Personis, in quibuslibet Ordinibus, Congregationibus, & Confraternitatibus, sub obedientia, seu directione Nostri Ordinis existentibus, orationi mentali vacantibus diversæ Indulgentiæ plenariæ, aliæque minores conceduntur.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

AD ea, per quæ Animarum Christi fidelium salus procuratur, libenter intendimus, ut eorumdem Christi fidelium devotionem, & spiritualibus exercitiis ferventius incumbant, Cœlestium munerum elargitione libenter foveamus, & incitamus. Itaque de omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi; omnibus, & singulis Fratribus, & Monialibus, ac aliis utriusque sexus Personis, Ordinum, & Congregationum obedientiæ, seu directioni Ministri Generalis Minorum Sancti Francisci nunc, & pro tempore subjectis, ac etiam Christi fidelibus Confratribus, & Consororibus quarumlibet Confraternitatum, & Societatum, tam hactenus in eorumdem Fratrum, & Monialium Ecclesiis erectarum, quam imposterum erigendarum, qui per quadrantem horæ orationi mentali vacaverint: pro qualibet vice centum dies, qui per duos quadrantes continuatos, vel saltem per quadrantem horæ, singulis diebus, & per totum mensem dabunt operam, & vere pœnitentes, & confessi, Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum sumpserint, ac pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam semel quolibet mense omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem, quam per modum suffragii animabus Christi fidelium, quæ Deo in charitate conjunctæ ab hac luce migraverint, applicare possint, Apostolica auctoritate, tenore præsentium misericorditer in Domino concedimus.

Insuper quod Fratres, & Moniales, ac utriusque sexus Personæ hujusmodi orationi mentali, sive (ut dicitur) Viæ Crucis exercitio, ad quam, seu quod eatidem eorum Regulæ, & Constitutionum quolibet die tenentur, operam dantes, prædictas omnes, & singulas indulgentias, & peccatorum remissiones, ac pœnitentiarum relaxationes proportionabiliter lucrari, & consequi possint, & valeant, auctoritate, & tenore præsentis indulgemus. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Præsentibus ad septennium tantum valituris. Volumus autem, ut si pro impetratione, præsentatione, admissione, seu publicatione præsentium aliquid vel minimum detur, aut sponte oblatum recipiatur, præsentes nullæ sint. Quodque præsentium transumptis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die sexta Novembris 1686. Pontificatus Nostri Anno Undecimo.

L. G. Card. Slusius.

Breve super obedientia, & subjectione Officiali Curiæ Ultramontano ab Ultramontanis FF. Romæ quacumque ex causa degentibus præstanda, cujus tenor in ultimo Capitulo Generali Romano a Definitorio Generali Ultramontano, ad omnes Officiales Curiæ Ultramontanos, privative quoad omnes Superiores Ordinis Cismontanos, fuit extensus, illiusque usus, respectu quorumcumque Fratrum ibi sive permanenter, sive transeunter commorantium, etiam si negotia Cismontana tractent, ipsis concessus est.

Dilecto Filio Francisco Diaz a S. Bonaventura Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum Professori.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Dilecte Fili salutem, & Apostolicam benedictionem.

RElligionis zelus, vitæ, ac morum honestas, aliaque laudabilia probitatis, & virtutum merita, super quibus apud Nos fide digno commendatis testimonio, Nos inducunt, ut te specialibus favoribus, & gratiis prosequamur. Exponi siquidem Nobis nuper fecisti, quod cum Tibi, qui (ut asseris) pro Ultramontana Familia Ministro Generali Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum subjecta, in Romana Curia Commissarius Generalis existis, ratione Commissariatus hujusmodi, ex vi statutorum dicti Ordinis, & declarationum tam a S. R. E. Cardinalibus Protectoribus, quam a Ministris Generalibus ejusdem Ordinis, qui pro tempore fuerunt emanatarum, ac etiam antiquissimæ consuetudinis vigore, Superioritas Ordinaria, & localis super omnes dictæ Ultramontanæ Familiæ Fratres pro quacumque causa in Curia præfata, sive transeuntes, sive permanentes existentes, legitime competat, Venerabilis Frater noster Alderanus Episcopus Portuen. ejusdem S. R. E. Cardinalis Cybo nuncupatus, Ordinis prædicti, apud Nos, & Sedem Apostolicam Protector, cui innotuerat nonnullos Fratres Ordinis hujusmodi, qui negotiorum causa ex Provinciis Ultramontanæ Familiæ præfatæ ad Romanam Curiam venerant, negotiorum hujusmodi prætextu, notabiliter negligere divinis officiis interesse, vitam communem colere, debitamque observantiam, & disciplinam Regularem servare; Ut hujusmodi malis, & scandalis occurreret, tibi commisit, & mandavit, ut a præfatis Religiosis (nisi aliquo speciali Sedis præfatæ Indulto, & privilegio muniti essent) Statutorum Generalium dispositionem, cæterasque laudabiles consuetudines fideliter observari faceres; contumaces vero, & inobedientes, juxta eorumdem Statutorum formam, & præscriptum corrigeres, & punires, & aliàs, prout plenius continetur in Decreto desuper edito, tenoris, qui sequitur, videlicet.

Alderanus Episcopus Portuen. S. R. E. Cardinalis Cybo Seraphici Ordinis Sancti Francisci apud Sanctam Sedem Protector: Dilecto nobis in Christo Fratri Francisco Diaz Commissario Generali Curiæ pro Ultramontana Familia salutem. Cum Nobis innotuerit nonnullos Religiosos, qui ex Provinciis Ul-

Ultramontanæ Familiæ ad Romanam Curiam, ad propria, seu earumdem Provinciarum negotia peragenda, negligant notabiliter, prætextu dictorum negotiorum, divinis officiis interesse, vitam communem colere, debitamque observantiam, & disciplinam regularem servare, non sine gravi eorum conscientiæ discrimine, & detrimento; Idcirco hujusmodi malis, & scandalis occurrere cupientes; tibi tenore præsentium committimus, & mandamus, quatenus à præfatis Religiosis (nisi aliquo speciali Sedis Apostolicæ indulto, & privilegio muniti sint) Statutorum generalium dispositionem, cæterasque laudabiles consuetudines fideliter observari facias; contumaces verò, & inobedientes, juxta eorumdem Statutorum formam, & præscriptum corrigas, & punias. Non obstantibus &c. Romæ 6. Februarii 1686.

A. Cardinalis Cybo Protector.

Loco ✠ Sigilli,

Jo. Baptista Rusca.

Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, ut præmissa, quo firmius subsistant, & serventur exactius, Apostolicæ Confirmationis nostræ patrocinio communiri plurimum desideres: Nos te specialis favore gratiæ prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus tuo nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præinsertum à memorato Alderano Episcopo Cardinali, & Protectore emanatum, ut præfertur, auctoritate Apostolica, tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus. Decernentes easdem præsentes literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac tibi plenissime suffragari; Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non, quatenus opus sit, præfatorum Ordinis, & Familiæ, ac Provinciarum, aliisque quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & Consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis, in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat, specialiter, & expresse derogamus; cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 27. Maii MDCLXXXVI. Pontificatus Nostri Anno Duodecimo.

I. G. Card. Slusius.

Conceduntur Indulgentiæ quàmplures pro Coronis, seu Rosariis, & Crucibus Terræ Sanctæ.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Unigeniti Dei Filii, & Domini nostri Jesu Christi, qui è sinu Patris descendit in terram, & caducam humanæ Carnis fragilitatem ineffabili clementia induens, pro humani generis redemptione seipsum exinanivit, factus obediens usque ad mortem, vices, nullo licet meritorum nostrorum suffragio, gerentes in terris, tanti, & tam salubris Mysterii Sacra Monumenta, quæ in Civitate Hierusalem, aliisque locis Terræ Sanctæ conservantur, sincera devotione recolimus, piamque Fidelium erga illa Venerationem, spiritualium gratiarum, quarum dispensatio Nobis a Domino credita est, largitionibus fovere, atque incitare studemus, & aliàs desuper disponimus, sicut, omnibus matura consideratione perpensis, ad Christiani Populi ædificationem, Ecclesiæque utilitatem salubriter expedire in Domino arbitramur. Cum itaque, sicut Nobis nuper exponi fecit dilectus filius Petrus Marinus Sormanus, Minister Generalis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum, super Indulgentiis, & peccatorum remissionibus, quæ a pluribus Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris concessæ fuisse asseruntur iis, qui penes se habuerint Cruces, Coronas, Rosaria, vel Grana ex lignis ejusdem Terræ Sanctæ confecta, variæ exortæ fuerint dubitationes, adeo ut aliquæ ex illis apocryphæ, & supposititiæ existimentur, ac propterea idem Petrus Marinus, Minister Generalis, ut omnes in posterum hac in re controversiæ præcidantur, plurimum cupiat opportunè in præmissis a Nobis provideri; Nos, piis ipsius Petri Marini, Ministri Generalis votis, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, ipsumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Card. negotiis Propagandæ Fidei præpositorum, qui hujusmodi rem, jussu nostro mature discusserunt, consilio, omnes, & quascumque Indulgentias, seu peccatorum remissiones, ac pœnitentiarum relaxationes, quæ pro Crucibus, Coronis, Rosariis, & Granis præfatis dictæ Terræ Sanctæ in perpetuum, seu ad tempus nondum elapsum, Apostolica, vel alia quavis auctoritate, quomodocumque, & quandocumque concessæ fuisse dicuntur, harum serie, quatenus opus sit, perpetuo revocantes, & annullantes, omnibus, & singulis utriusque sexus Christifidelibus, quandiu Cruces, Coronas, aut Rosaria dumtaxat, quæ loca Terræ Sanctæ hujusmodi, Sacrasque Reliquias ibi existentes tetigerint, penes se habuerint, in cujuslibet eorum mortis articulo, si verè pœnitentes, & Confessi, Sacraque Communione refecti, vel quatenus id facere nequiverint, saltem contriti, nomen Jesu, ore si potuerint, sin minus corde devotè invocaverint, plenariam. Præterea eisdem, si semel saltem in hebdomada, aut officium Divinum Ordinarium, aut B. V. M., aut Defunctorum, aut septem Psalmos Pœnitentiales, aut Gra-

Graduale, aut Coronam Domini, vel ejuldem Beatiſſimæ Virginis, aut tertiam partem Rofarii recitare, aut Doctrinam Chriftianam docere, aut infirmos alicujus Hoſpitalis, vel detentos in Carcere vifitare, feu Pauperibus Chrifti fubvenire, vel Sacrofanctæ Miſſæ Sacrificio intereſſe, vel illud, fi fint Sacerdotes, celebrare confueverint, ac verè fimiliter pœnitentes, & Confeſſi Sacerdoti ab Ordinario approbato, Sanctiſſimum Euchariftiæ Sacramentum fumpferint in aliquo ex diebus infrafcriptis, nempè Nativitatis, Epiphaniæ, Afcenfionis Domini, Pentecoftes, Fefti Sanctiſſimæ Trinitatis, Corporis Chrifti, Purificationis, Annunciationis, Aſſumptionis, & Nativitatis Beatæ Mariæ Virginis, Nativitatis Sancti Joannis Baptiftæ, Sanctorum Petri, & Pauli, Andreæ, Jacobi, Joannis, Thomæ, Philippi, & Jacobi, Bartholomæi, Matthæi, Simonis, & Judæ, ac Matthiæ Apoftolorum, & Omnium Sanctorum, atque eo die pias ad Deum præces effuderint, pro Hæresum, & Schifmatum extirpatione, Chriftianorum Principum concordia, atque aliis Sanctæ Matris Ecclefiæ neceſſitatibus, in fingulis diebus hujufmodi plenariam pariter omnium peccatorum fuorum Indulgentiam, & remiſſionem mifericorditer in Domino concedimus. Præmiſſa autem peragentibus in aliis quidem diebus feftis D. N. J. C., vel B. M. V. feptem annos, & totidem quadragenas: In quocumque die Dominico, feu alio anni fefto, quinque annos, & totidem quadragenas: In quolibet vero alio anni die, centum dies. Similiter iis, qui detentos in Carcere, vel infirmos alicujus Hoſpitalis vifitaverint, eis aliquo pio opere fubveniendo, aut Doctrinam Chriftianam in Ecclefia, vel Domi proprios filios, confanguineos, vel famulos docuerint, quoties hæc fecerint, ducentos dies. Illis infuper, qui Campanæ alicujus Ecclefiæ ad id dato figno, five matutino, five meridiano, five Vefpertino, confuetas preces, *Angelus Domini &c.* vel fi eas ignoraverint, femel *Orationem Dominicam*, & femel etiam *Salutationem Angelicam*, aut pariter dato fimili figno pro Defunctis, *Pfalmum De profundis*, vel fi illum nefciverint, femel *Orationem Dominicam*, & femel *Salutationem Angelicam* præfatas recitaverint: quive feria 6. cujuslibet hebdomadæ Paſſionem, & mortem Domini Noftri Jefu Chrifti devote meditati fuerint, ac ter eo die *Orationem Dominicam*, & toties *Salutationem Angelicam* præfatas, five ter etiam illas in honorem Sanctiſſimæ, & individuæ Trinitatis, aut quinquies utramque, in memoriam quinque Plagarum Domini Noftri Jefu Chrifti devote recitaverit: aut demum, qui femel faltem in hebdomada Coronam, feu Rofarium, aut officium B. M. V., feu Defunctorum, feu Vefperas, & unum faltem Nocturnum cum laudibus, aut feptem Pfalmos Pœnitentiales cum Litaniis, & Precibus recitare confueverint, quo die hæc fecerint, ultra Indulgentias, & peccatorum remiſſiones, ac pœnitentiarum relaxationes a fel. rec. Pio Papa V. prædeceſſore noftro, iis qui præmiſſa peregerint, conceſſas, centum dies: iis quoque, qui ante Miſſæ celebrationem, feu Sacram Communionem, feu recitationem Officii Divini ordinarii, vel B. M. V., aliquam Orationem præparatoriam fecerint, quoties id egerint: vel qui pro Fidelibus in extremo agone conftitutis, devotè oraverint, aut pro illis femel faltem *Orationem Dominicam*, & *Salutationem Angelicam* dixerint, quo die id fecerint, quinquaginta dies de injunctis eis, aut alias quomodolibet debitis pœnitentiis, mifericorditer in Domino dicta auctoritate, tenore præfentium relaxamus. Poftremo eifdem, ut omnes, & fingulas Indulgentias, & peccatorum remiſſiones præfatas *animabus Chrifti fidelium*, quæ Deo in charitate conjunctæ ab hac luce migraverint, *per modum fuffragii applicare poſſint*, eadem auctoritate harum ferie concedimus, & indulgemus. In contrarium facientibus non obftantibus quibufcumque. Præfentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Volumus autem, ut earumdem præfentium literarum tranfumptis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici fubfcriptis, & figillo perfonæ in dignitate Ecclefiaftica conftitutæ munitis, eadem fides, ubique locorum habeatur, quæ ipfis præfentibus adhiberetur, fi forent exhibitæ, vel oftenfæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem fub Annulo Pifcatoris, die 28. Januarii 1688. Pontificatus Noftri anno xii.

I. F. Albanus.

Breve pro obfervatione motus proprii S. M. Leonis X. circa obedientiam à Monialibus Miniftro Generali Minorum fubjectis, Statutis tam Generalibus, quam Provincialibus refpective præftandam, nec non contra Syndicos, Procuratores, & Œconomos ipfarum Monialium, qui juxta earundem Statutorum, & Decretorum fel. rec. Clementis VIII. tenorem, rationem redditaum, bonorum, & expenfarum dictarum Monialium Superioribus præfati Ordinis Minorum reddere renuerint.

Venerabili Fratri Epifcopo Angelopolitan. & dilectis filiis noftro, & Sedis Apoftolicæ Nuncio in Regnis Hifpaniarum Refidenti, ac Scholaftico Ecclefiæ Salmanticenfis, & eorum cuilibet.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Venerabilis Frater, & dilecte fili falutem, & Apoftolicam Benedictionem.

EXponi Nobis nuper fecit dilectus filius Frater Franciſcus Diaz à Sancto Bonaventura, in Romana Curia pro Ultramontana Familia obedientiæ, feu directioni Miniftri Generalis totius Ordinis Fratrum Minorum fubjecta, Commiſſarius Generalis. Quod aliàs à felicis recordationis Leone Papa Decimo prædeceſſore noftro, præviis literis in forma Brevis, fub die prima Julii Anni Domini MDXVIII. Pontificatus fui anno fexto, præcipitur ftrictè Monialibus Sanctæ Claræ, & aliis fub cura Fratrum Minorum exiftentibus, ut fubjiciantur ftatutis factis, & faciendis in Capitulis Generalibus, & Provincialibus Fratrum, ac quod Abbatiſſæ tempore vifitationis teneantur realiter renunciare fuis Officiis, & aliàs, prout latius dicitur contineri in dictis literis motu proprio conceſſis, quarum fequitur tenor, qui talis eft, videlicet *A tergo*. Dilecto filio noftro Chriftophoro tituli Sanctæ Mariæ in Ara-Cœli Presbytero Cardinali totius Ordinis Fratrum Minorum Generali Miniftro. *Intus vero*.

Leo Papa X. Dilecte fili nofter falutem, & Apoftolicam Benedictionem. Cum ficut accepimus, & Magiftra rerum te docuit experientia, in Generalibus, & Provincialibus Capitulis per Fratres tui Ordinis fuis temporibus fieri folitis, circa falubrem eorumdem Fratrum, ac fub illarum cura Sororum, & Monialium vivendi ordinem, ac eorum felicem gubernationem, quamplurima falutaria ordinentur ftatuta, nonnullæ tamen Sorores, feu Moniales,

aliquarum concessionum à Sede Apostolica obtentarum prætextu, aut aliàs per eas sumpta occasione, institutis ipsis impudenter abjectis, alium non verentur vivendi modum sectari; nos considerantes, ut æquitatis vigor, & ordo exposcit rationis, quod unusquisque illius debet sequi vestigia, sub cujus obedientiæ militat jugo:

Motu proprio, & ex certa nostra scientia, ac potestatis plenitudine, sub excommunicationis Sententia, ac divini Judicii obtestatione, & æterni Judicii interminatione, Sanctæ Claræ, ac universis, & singulis aliis, sub cura hujusmodi, nunc, & pro tempore degentibus Sororibus, seu Monialibus præcipiendo mandamus, quatenus ipsæ, juxta regulares in hactenus celebratis, & futuris celebrandis Capitulis generalibus, seu Provincialibus editas, & factas institutiones, ac desuper ab eorum Provincialibus, seu aliis superioribus traditam formam, obedire teneantur, ut in earum assumpta professione Altissimo famulatum impendere debeant: quodque, ut ipsa Sororum, seu Monialium Monasteria debitè regantur, & gubernentur, ac illarum Abbatissæ, circa sibi commissum officium, summa cum diligentia, omnique sanctimonia, si non divino amore, amotionis saltem metu, semper intentæ existant, volumus, &, ut præmittitur, mandamus, ut dum annis singulis ab earum Visitatoribus visitantur, & Abbatissæ Ministerii absolutionem à dictis Visitatoribus, juxta desuper Urbani Quarti Romani Pontificis Prædecessoris nostri editam constitutionem, petere tenentur, nedum id verbo, sed etiam facto realiter, & cum effectu facere, ac si ipsis Visitatoribus videbitur, & ipsa necessitas, ac etiam Monasterii exigeret reformatio, acceptare cum effectu debeant. Et hujusmodi Abbatissæ officium in ipsius Visitatoris manus dimittere teneantur; Ita quod mera, & libera eidem Visitatori remaneat facultas eisdem Sororibus, seu Monialibus, sub dicta, & aliis sibi visis sententiis, censuris, & pœnis præcipiendi, ut circa alicujus Abbatissæ electionem intendere debeant, aut aliàs, juxta ipsius verba prædictæ constitutionis tenorem procedendi, & Monialem, quæ Abbatissæ Ministerium hujusmodi gessit, juxta excessus exigentiam, corrigendi, ac castigandi, & censuras, & pœnas hujusmodi iteratis vicibus aggravandi, & alia in premissis necessaria, seu quomodolibet opportuna faciendi, & exequendi.

Et nihilominus universis, & singulis Ven. Fratribus nostris Archiepiscopis, Episcopis, ac dilectis filiis Abbatibus, Prioribus, ac personis in Ecclesiastica dignitate constitutis, & Cathedralium etiam Metropolitanarum Ecclesiarum Canonicis, aut alicui eorum, motu simili, mandamus, quatenus dictis Visitatoribus in præmissis efficaci præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra eisdem visitatoribus, postquam pro parte eorum fuerint requisiti per se, vel per alium, seu alios, omnibus & singulis præmissis pacifice frui, & gaudere, non permittentes eos desuper quomodolibet molestari, Contradictores, ac ejus auxilium, consilium, vel favorem præstantes per supradictas, & alias eorum arbitrio imponendas pœnas, & censuras compescentes, invocato, si opus fuerit, auxilio brachii sæcularis. Non obstantibus felicis recordationis Bonifacii Papæ VIII. etiam prædecessoris nostri de una, & Concilii Generalis de duabus dietis, ac ultra certum numerum personis ad Judicium non vocandis, ac aliis Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac quibusvis ipsarum Sororum, seu Monialium Monasteriorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiisque, indultis, & literis Apostolicis eisdem Monasteriis, eorumque Abbatissis, Sororibus, & Monialibus, & aliis quibusvis personis, etiam Archiepiscopali, Episcopalive dignitate fulgentibus, per quoscumque Romanos Pontifices, aut Nos, & Sedem Apostolicam, nunc, & pro tempore concessis, firmatis, & approbatis, ac desuper factis, & faciendis decretis, & declarationibus. Quibus omnibus illorum omnium tenores, ac si de verbo ad verbum præsentibus insererentur, pro sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, has vice duntaxat specialiter, & expresse motu simili derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Cæterum, quia difficile foret præsentes literas ad singula quæque loca, in quibus Fratres, & Sorores, seu Moniales hujusmodi illis indigerent, deferri, volumus, & prædicta auctoritate decernimus, ut earum transumptis manu Notarii publici, & sigillo alicujus Prælati munitis, eadem prorsus fides in Judicio, & extra exhibeatur, ac si ipsæ originales literæ ostensæ, vel exhibitæ forent. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die prima Julii MDVXIII. Pontificatus nostri anno sexto.

Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, plures Abbatissæ, & Moniales Monasteriorum, seu Conventuum in partibus remotis, & præsertim in Indiis Occidentalibus existentium, eisdem literis, quantumvis per nos nuper generaliter confirmatis, contravenire non solum non vereantur, sed etiam statuta, jussu piæ memoriæ Clementis Papæ VIII. etiam Prædecessoris nostri, edita, & alia in Generali Capitulo anni ejusdem MDCXXXIX. pro regulari disciplina, & administratione redditųum annuorum, & bonorum Monasteriorum, ac ratione illius à Factoribus, Syndicis, Œconomis, & Procuratoribus reddenda Ordinis Superioribus, maturè etiam edita, & in ultimo Capitulo Generali in Alma Urbe Romana nostra habito renovata, seu denuo intimata, in pluribus transgrediantur, ac mandata Superiorum Generalium, & Provincialium parvi pendeant; Interest propterea valde ejusdem Exponentis, pro interesse dictorum Superiorum Generalium, & Provincialium (maxime cum prædictæ literæ Leonis Papæ Decimi Prædecessoris nostri per nos, prævIis aliis literis, ut præfertur, confirmatæ, comprehendant omnes Moniales Sanctæ Claræ, & alias sub cura Fratrum Minorum, ut præfertur, existentes, & præcipue Abbatissam, seu Priorissam, ac Moniales Sanctæ Elisabeth, primæ, seu secundæ Regulæ Sanctæ Claræ, Discalceatarum nuncupatarum, in Civitate Mexican. degentes, & Factores, Syndici, Œconomi, & Procuratores prædicti ad redditionem rationum, redditųum, & bonorum Ordinis faciendam, juxta prædicta statuta teneantur) dictarum literarum, ac statutorum executionem reportare, non obstante forsan contradictione tam Monialium, quàm Factorum, Syndicorum, Œconomorum, & Procuratorum prædictorum Adversariorum.

Ideo, ne literæ, & statuta hujusmodi careant effectu, Nobis humiliter supplicari fecit Exponens prædictus, ut ei in præmissis opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur eumdem Exponentem à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium tantum consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi suppli-

plicationibus inclinati, discretioni vestræ, attento, quod, sicut dictus Exponens asserit, agitur inter exemptos, per præsentes committimus, & mandamus, quatenus Vos, vel duo, aut unus vestrum, vocatis ad id, qui fuerint vocandi, ad executionem dictarum literarum, & statutorum, juxta illorum formam, & tenorem, prout de jure, authoritate nostra procedatis, procedique mandetis, & faciatis, ac etiam prædictos Factores, & Œconomos ad dictorum statutorum observantiam teneri declaretis: non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 10. Februarii 1688. Pontificatus Nostri Anno Duodecimo. *Franciscus Datarius.*

In Capitulo Generali Romæ proximè post celebrato sancitum fuit, prout ex Decretis Diffinitorii Generalis Ultramontani apparebit, quod tenor quatuor præcedentium Constitutionum videlicet, *Ecclesiæ Catholicæ* &c. *Ad ea, per quæ* &c. *Religionis zelus* &c. & mox recensitæ *Exponi nobis* &c. seu mandata Apostolica in eis contenta, executioni in Ultramontana Familia omnino mandentur.

Breve pro Apostolica benedictione, & Indulgentia plenaria, quam consequi valent, qui Fratrum Minorum Missionibus interveniunt.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Universis Christi fidelibus præsentes literas inspecturis salutem, & Apostolicam benedictionem. Cœlestium munerum thesauros, quorum dispensatores esse Nos voluit Altissimus, libenter iis impartimur, quos, pro sua in Deum, & proximos charitate, & Christianæ Religionis zelo, Animarum salutem omni studio procurare intelligimus. Cum in genere, cum Fratres Minores Ordinis Sancti Francisci de Observantia nuncupatos habeamus, eosque imprimis, quos dilecti filii eorumdem Fratrum Superiores, ob hanc causam, hoc ipso, & consequentibus annis, in diversas Christianas Reipublicæ Provincias mittere constituerint: Nos sanè eorumdem Fratrum pietatem, ac operam, eorumque, ad quos illi mittendi erunt, Religionem, & Devotionem, spiritualibus gratiis confovere, atque augere cupientes, eorumdem Superiorum precibus Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, piamque illorum deliberationem, quantùm cum Domino possumus, promovere volentes, de omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, omnibus, & singulis Fratribus de Observantia dicti Ordinis ad Missiones in quibusvis locis, de Ordinariorum licentia, respective exercendas, in futurum mittendis (ubi tamen non erunt Missionarii Congregationis de Propaganda Fide) & aliis utriusque sexus Christi fidelibus, ad quos ipsi mittendi accesserint, nostram, & Apostolicam benedictionem per præsentes impartimur: Nec non iisdem verè pœnitentibus, & confessis, ac sancta commonione refectis, qui pro Sanctæ Romanæ Ecclesiæ exaltatione, Principum Christianorum unione, infidelium conversione, Hæresum extirpatione, prout unicuique suggererit devotio, pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino, auctoritate Apostolica tenore præsentium, pro unica vice duntaxat pro unoquoque Missione, de Ordinariorum locorum licentia respectivè facienda, concedimus, & elargimur.

Hortantes Venerabiles Fratres Patriarchas, Primates, Archiepiscopos, Episcopos, & alios Ecclesiarum Prælatos, & Rectores, ac verbi Dei Prædicatores, ut in suis quisque Ecclesiis, cum populus frequentior fuerit, præsentes litteras, ac omnia in eis contenta publicent, & publicari faciant, ac omnem iisdem Religiosis favorem, & auxilium in præmissis præstent, præsentibus ad septennium tantùm valituris. Volumus autem, ut præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ obsignatis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die decima secunda Martii 1688. Pontificatus Nostri Anno Duodecimo.

I. F. Albanus.

Confirmatur Decretum Congregationis Episcoporum, & Regularium super executione Constitutionum Tertii Ordinis Sancti Francisci quoad Fratres Laicos, & Oblatos Provinciæ Franciæ.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Alias pro parte dilecti Filii Benedicti Parisiensis Procuratoris Provinciæ Franciæ Tertii Ordinis Sancti Francisci Nobis exposito, quod Superiores dictæ Provinciæ a pluribus annis ad hanc Sanctam Sedem recursum plures habuerunt, pro bono regimine, & receptione Fratrum tam Laicorum, quam Oblatorum, seu Servientium dicti Ordinis in eadem Provincia, & plures super hujusmodi negotio literæ Apostolicæ in simili forma Brevis expeditæ emanarunt; veram tamen exinde pacem, & Religiosam tranquillitatem inter utrosque Fratres præfatos adhuc consequi non valuerunt: quandoquidem ex eorumdem Fratrum Laicorum, & Oblatorum differentia, alii etenim pileum, alii vero Caputium deferunt, continua ferme dissidia inter eos exoriuntur, eodemque humani generis inimico scissuras hujusmodi promovente, cum minori zelo exhibent Altissimo famulatum; & in eadem expositione subjuncto, quod, ad perturbationes præfatas præcidendas, in postremo Provinciali Capitulo dictæ Provinciæ, die 29. Maii 1686. celebrato, Decretum fuit, idque ab omnibus Vocalibus, nemine reluctante subsignatum, iterum ad nos recurrere, quatenus in posterum in præfata Provincia Constitutiones, & Statuta circa Fratres Laicos, tam præsentes, quam futuros, quo ad eorum jura stricte observari, & Fratres Oblatos, qui nunc in eadem Provincia existunt, ad Statum Laicalem assumi, cum privilegio gaudendi juribus Fratrum Laicorum, modo quartum professionis annum attigerint, ut in iisdem Statutis præfertur, mandaremus. Et propterea Nobis humiliter supplicato, ut ad prænarratas controversias tollendas, quæ novum adhuc paternæ charitatis, & prudentiæ nostræ præsidium exposcunt, præfatæ Capituli Provincialis petitioni annuere dignaremur. Nos supplicem Libellum hujusmodi ad Congregationem Venerabilium Fratrum nostrorum

S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositurum remisimus, a qua emanavit Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet.

S. C. Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, attenta remissione Sigilli per Sanctissimum D. N. facta, censuit circa præmissa servandas esse prædicti Ordinis Constitutiones. Romæ 15. Novembris 1686.

G. Card. Carpineus.

Loco ✠ Sigilli.

B. Panciaticus Secretarius.

§. 1. Cum autem, sicut prædictus Benedictus Nobis denuo exponi fecit, ipse Decretum hujusmodi, pro firmiori illius subsistentia, & observatione, Apostolicæ confirmationis nostræ robore communiri summopere desideret: Nos ipsum Benedictum specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præinsertum auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, salva semper in præmissis auctoritate memoratæ Congregationis Cardinalium.

§. 2. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respectivè inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his, a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac, quatenus opus sit, Provinciæ prædictæ, & aliis quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 13. Martii 1688. Pontificatus Nostri Anno Duodecimo.

Breve, in quo nonnulla Decreta pro novis erectionibus, seu fundationibus Conventuum, Hospitiorum, & Domorum Regularium, seu habitationum permanentium, edita, observari præcipiuntur: assignanturque Judices, qui contra Regulares ea transgredientes, aut violare præsumentes, procedere possint, ac debeant.

Dilecto filio nostro, & Sedis Apostolicæ Nuntio in Regnis Hispaniarum residenti, & Bautanæ vulgò *Santillan*, ac Sancti Andreæ vulgò *Santander* Sæcularium, & Collegiatarum Ecclesiarum Provinciæ Burgen. Diœc. Abbatibus, & eorum cuilibet.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Dilecti filii salutem, & Apostolicam benedictionem. Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Frater Franciscus Diaz à Sancto Bonaventura Commissarius Generalis Ultramontanæ familiæ totius Ordinis Sancti Francisci, quod ab infrascriptis Pontificibus Prædecessoribus nostris emanarunt quamplurimæ litteræ, etiam in forma Brevis expeditæ, seu Decreta, circa formam observandam in erectionibus novorum Conventuum, hospitiorum, & habitationum Religiosorum, & circa pœnas infligendas Religiosis quorumcumque Ordinum, qui in hospitiis Regularibus, & domibus, aut locis piis non Regularibus illegitimè fundatis, seu erectis, & in quibus requisita ad fundationes, & erectiones prædictas in dictis litteris præscripta, non inveniuntur, permanere, vivere, seu morari, aut degere ausi fuerint.

Primò à sanctæ memoriæ Clemente PP. VIII. Prædecessore Nostro, quarum initium est. *Quoniam ad institutam* sub dat. xxiii. Julii Anni Domini MDCIII. & aliæ, quæ incipiunt, *Decet Romanum Pontificem* sub dat. xi. Julii Anni ejusdem Domini MDCI. & ab eodem Clemente PP. VIII. emanarunt etiam decreta Reformationis de Anno prædicti Domini MDLXXXIX. Secundò à fel. rec. Urbano PP. VIII. etiam Prædecessore Nostro incipientes à verbis *Romanus Pontifex*, sub dat. xxiii. Augusti MDCXXIV. Tertiò à bonæ memoriæ Innocentio PP. X. pariter Prædecessore Nostro incipientes per verba *Instaurandæ Regularis disciplinæ*, de Anno ejusdem Domini MDCLIII. Quartò à piæ memoriæ Alexandro PP. VII. similiter Prædecessore Nostro incipientes sub verbis *Alias*, ac etiam *Alias pro parte*, sub die vi. Augusti MDCLXIII. & quarta Februarii Anni Domini MDCLXIV. Quintò à recolendæ memoriæ Clemente PP. X. etiam Prædecessore Nostro incipientes à verbis *Nuper pro parte*, sub dat. vi. Maii Anno Domini MDCLXXIII. & in aliquibus ex prædictis litteris nonnulla decreta Congregationis Negotiis Episcoporum, & Regularium præpositæ, confirmata reperiuntur, quæ in Judicio contradictorio ad formam, & tenorem aliarum litterarum pro Fratribus Minoribus promulgata fuerunt.

Cùm autem, sicut eadem expositio subjungebat, dictæ litteræ, & etiam decreta prædicta, aliaque super eadem materia emanata, à dilectis filiis Superioribus, seu Religiosis diversarum Religionum, & Ordinum; præcipuè Carmelitanorum, Discalceatorum, Trinitariorum, & Capuccinorum, in Ultramontanis Provinciis, & præcipuè in Burgen. Cantabrien. Compo-

postellan. ac Valentin. Diœcesibus respectivè degentibus, etiam contra formam litterarum concernentium confirmationem, & communicationem privilegiorum, & gratiarum, & concessionum, nuper à Nobis emanatarum, sub die v. Septembris Anni prædicti Domini MDCLXXXVI. ad favorem Fratrum Regularis Observantiæ Sancti Francisci, in totum, vel in parte non observentur, seu illas, & illa violare, vel impugnare prætendant, vel non vereantur: Ideò nomine ejusdem Ordinis Fratrum Regularis Observantiæ Sancti Francisci, ut juribus suæ Religionis, & præcipuè prædictarum Provinciarum consulere valeat, & dicta Brevia, & decreta imposterùm in viridi observantia conserventur, seu conservari possint, Nobis humiliter supplicari fecit Exponens prædictus, ut ei in præmissis opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur.

Nos igitur dictarum litterarum, ac decretorum tenores præsentibus pro expressis habentes, ipsumque Exponentem à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium tantùm consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, Discretioni Vestræ, attento, quod, sicut dictus Exponens asserit, agitur inter exemptos, per præsentes committimus, & mandamus, quatenus Vos, vel duo, aut unus Vestrum, vocatis ad id, qui fuerint evocandi, ad dictarum litterarum, & decretorum hujusmodi executionem, juxtà illarum, seu illorum formam, & tenorem, prout de jure, auctoritate nostra procedatis, procedique mandetis, & faciatis ab omnibus imposterùm observari.

Nos enim Vobis, & cuilibet Vestrum, etiam per edictum publicum, constito de non tuto accessu, quos opus fuerit, citandi, illisque, & quibus videbitur, sub sententiis, censuris, & pœnis inhibendi, ac inobedientes in illa incidisse, servata forma Concilii Tridentini, declarandi, aggravandi, reaggravandi, & interdicendi, auxiliumque brachii sæcularis, si opus fuerit, invocandi, cœteraque in præmissis necessaria, & opportuna faciendi, exercendi, & exequendi, plenam, & liberam, Apostolica auctoritate, tenore præsentium concedimus facultatem. Non obstan. præmissis, ac Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cœterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die x. Aprilis MDCLXXXVIII. Pontificatus Nostri anno duodecimo.

F. Datarius.

Dubia dirimuntur circa celebrationem Missarum de requiem in Altaribus Privilegiatis.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

ALias, postquam fel. rec. Alexander Papa VII. Prædecessor noster, per quasdam suas in simili forma Brevis, die 25. Januarii 1667. expeditas litteras, dubia in diversis mundi partibus, occasione Decreti Congr., tunc existentium S. R. E. Card., & ab ipso Alexandro Prædecessore approbati, de non celebrandis Missis Defunctorum in Festis ritus duplicis, exorta, dirimere cupiens, inter cœtera, quoad Altaria privilegio Apostolico pro Animabus fidelium Defunctorum in perpetuum decorata, & in quibus proinde quotidie, etiam in festis ritus duplicis celebrandæ fuissent Missæ Defunctorum ex obligatione, declaraverat per celebrationem Missarum de festo currenti satisfieri injunctis obligationibus, & Indulgentias per ejusmodi privilegia Apostolica concessas, Animabus Fidelium Defunctorum in Purgatorio existentibus suffragari perinde, ac si celebratæ fuissent Missæ Defunctorum ad formam dictorum Privilegiorum.

Rec. mem. Clemens Papa IX. pariter Prædecessor noster, aliam subinde ortam dubitationem: *Utrum scilicet dictarum Alexandri Prædecessoris literarum dispositio, quoad Altaria pariter quidem privilegiata, sed non in perpetuum, nec pro omnibus hebdomadæ diebus, & ad quæ Missæ, non ex obligatione, sed ex sola Fidelium devotione celebrarentur, locum haberet?* Similiter tollere desiderans, declarationem a memorato Alex. Prædecessore, sicut præmittitur, editam ad Altaria, ut præfertur, non in perpetuum, sed ad septennium, seu aliud brevius, vel longius tempus, ac non in omnibus, sed aliquo, vel aliquibus tantum hebdomadæ diebus, tunc, & in futurum quandocumque privilegiata, auctoritate Apostolica extendit, & proinde, ut Missæ, quæ ibidem de Festo currenti, in quo Missæ Defunctorum celebrari non possent, sive ex obligatione, sive ex sola fidelium devotione celebrandæ essent, suffragarentur, ita ut animæ Christifidelium, pro quibus celebrarentur, Indulgentias per privilegia hujusmodi concessas, consequerentur, in omnibus, & per omnia, perinde, ac si Missæ Defunctorum ad formam eorumdem privilegiorum celebratæ fuissent, eadem auctoritate concessit, & indulsit, & alias, prout in ipsius Clementis Prædecessoris literis, etiam in forma Brevis, die 23. Septembris 1669. desuper expeditis (quarum, & præfatarum Alexandri Prædecessoris literarum tenores præsentibus, pro plene, & sufficienter expressis, & insertis haberi volumus) uberius continetur.

Cum autem postmodum, sicut accepimus, novum circa præmissa excitatum fuerit dubium, videlicet: *An supradictæ Alexandri, & Clementis Prædecessorum declarationes sibi pariter locum vindicarent, etiam in diebus Dominicis, infra octavas Paschatis Resurrectionis, Pentecostes, & Corporis Christi, aliisque anni diebus, quibus, licet a festo duplici non impediantur; adhuc tamen Missæ Defunctorum, juxta ritum, & morem Ecclesiæ celebrari non licet, servata cæteroquin dictorum Privilegiorum forma, ad præfata Altaria Privilegiata celebrarentur?* Nosque dubium hujusmodi Congregat. Venerab. Fratrum nostrorum S. R. E. Card. Sacris Ritibus præpositorum, examinandum commiserimus, ac eadem Cardinalium Congregatio, re mature discussa, nuper per suum Decretum, die 3. Aprilis proximè præteriti editum, præfatas Alexandri, & Clementis Prædecessorum declarationes intelligendas esse pro omnibus diebus, quibus, juxta rubricas, Missæ Defunctorum celebrari non possunt, responderit.

Hinc est, quod Nos, ex commissæ Nobis cœlitus dispensationis munere, fidelium Defunctorum Animarum in Purgatorio existentium suffragiis per amplius consulere cupientes, Decretum hujusmodi a memorata Cardinalium Congregatione editum, ut præfertur, Apostolica auctoritate tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus; salva tamen semper in præmissis auctoritate supradictæ Congregationis Cardinalium.

Do-

Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, ac obtinere &c. Non obstantibus &c.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 4. Maii millesimo Sexcentesimo octuagesimo octavo. Pontificatus Nostri Anno Duodecimo.

I. F. Albanus.

Committitur executio Literarum Apostolicarum super quibusdam privilegiis concessis Fratribus Tertii Ordinis, & Confratribus Chordigeris.

Venerabili Fratri Episcopo Angelo-Politano, & Dilectis Filiis nostro, & Sedis Apostolicæ Nuntio in Regnis Hispaniarum residenti, ac Scholastico Ecclesiæ Salmantic. & eorum cuilibet.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Venerabilis Frater, & Dilecti Filii salutem, & Apostolicam benedictionem.

EXponi Nobis nuper fecit dilectus Filius Frater Franciscus Diaz a Sancto Bonaventura, in Romana Curia pro Familia Ultramontana, ... entiæ, seu directioni Ministri Generalis totius Ordinis Fratrum Minorum subjecta, Commissarius Generalis, quod alias ad favorem dilectorum Filiorum utriusque Sexus Confratrum Chordæ Sancti Francisci, & Fratrum Tertii Ordinis de Pœnitentia, emanarunt a diversis Pontificibus Prædecessoribus nostris Literæ in forma Brevis expeditæ. *Primo* a fel. record. *Paulo Papa V.* sub die 25. Septembris 1607. incipientes verbo: *Nuper &c. Secundo*. A piæ memoriæ *Gregoris XV.* 26. Junii. Incipientes verbo. *Alias &c.*, & continentes tenorem aliarum bon. mem. *Xisti V.* etiam Prædecessoris nostri. *Tertio*. Ab eodem Papa *Gregorio XV.* 10. Novembris 1622. incipientes. *Piat Christi &c. Quarto*. A piæ memoriæ *Alexandro Papa VII.* pariter Prædecessore Nostro 28. Junii, ac postmodum 5. Septembris 1686. quibus, inter alia, communicantur inter ipsos, sexus utriusque, Tertiarios, & Confratres, seu cum ipsis Tertiariis, ac Confratribus Religiosis diversorum Ordinum, & conceduntur, seu confirmantur diversa Privilegia, statuta, concessiones, & Indulgentiæ, illę præcipuè pro recitatione Coronę B. Mariæ Virginis a dicto *Paulo V.* 8. Junii 1608. & pro Statione Sanctissimi Sacramenti, & Exercitio *Viæ Crucis*, etiam a Nobis præviis supradictis literis, sub dictis diebus 28. Junii, & 5. Septembris impartitæ, & innovatæ: imo etiam Decreta (a Congregatione Indulgentiis, & Reliquiis præposita) sub diebus 14. Januarii, & 15. Julii 1681. formata. Et licet a nemine literarum, Privilegiorum, statutorum, Concessionum hujusmodi, & Indulgentiarum executio impediri valeat (etiam non obstantibus quibuscumque conditionibus, vel oblocutionibus Superiorum quorumvis Ordinum, maxime in Angelo-Politana, & Mexicana Diœcesibus) nihilominus idem Exponens pro interesse, & idemnitate dicti Ordinis Minorum, cujus directioni præfati Fratres, & Tertiarii sunt subiecti, & ad quem, vigore præfatæ nostræ confirmationis, directæ concessiones extenduntur, ne literæ, privilegia, Statuta, Concessiones, & Indulgentiæ præfatæ debito frustrentur effectu, nobis humiliter supplicari fecit, ut ei in præmissis opportune de benignitate Apostolica dignaremur providere. Nos igitur statum, & merita causæ, & causarum, literarum, Privilegiorum, statutorum, Concessionum, & Indulgentiarum hujusmodi tenores, præsentibus pro expressis habentes, ipsumque Exponentem, a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium tantum consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, discretioni vestrę, attento, quod, sicut dictus Exponens asserit, agitur inter exemptos, per presentes committimus, & mandamus, quatenus vos, vel duo, vel unus vestrum, vocatis ad id, qui fuerint evocandi, ad dictarum Literarum, Privilegiorum, statutorum, Concessionum, & Indulgentiarum hujusmodi executionem, juxta illarum, seu illorum seriem, & tenorem, prout de jure, auctoritate nostra procedatis. Nos enim vobis, & cuilibet vestrum quoties, & quot fuerit opus, citandi, illisque, & quibus videbitur, sub sententiis, censuris, & pœnis inhibendi, ac inobedientes in illas incidisse, servata forma Concilii Tridentini, declarandi, aggravandi, reaggravandi, & interdicendi, cœteraque in præmissis necessaria, & opportuna faciendi, exercendi, & exequendi, Apostolica Auctoritate, plenam, & liberam, tenore presentium, concedimus facultatem. Non obstantibus premissis Constitutionibus, & ordinationibus, cœterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Anulo Piscatoris, 15. Maii 1688. Pontificatus Nostri Anno Decimotertio.

Statuitur, ut executioni mandetur alternativa in electione Commissarii Generalis Cismontani inter Fratres Ordinis Sancti Francisci de Observantia, & Reformatos.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

INter gravissimas, multiplicesque Apostolicæ servitutis curas, in eam peculiari solicitudine incumbimus, ut Christifideles sub suavi Religionis jugo Divini numinis obsequiis mancipati, per providam Superiorum electionem, illorumque circumspectum regimen, & gubernium, felicioribus in dies in Sanctitate, & justitia proficiant incrementis.

§. 1. Cum itaque alias fel. rec. Alexander Papa VII. Prædecessor noster, per suas in simili forma Brevis die 30. Augusti 1664. expeditas literas, quoddam Decretum in Capitulo Generali dudum celebrato Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum emanatum, inter cœtera, super quadam alternativa inter Fratres de Observantia, & Reformatorum nuncupatos, Familiæ Cismontanæ ejusdem Ordinis, observanda in electione Commissarii Generalis dictæ Familiæ Cismontanæ, ita ut Commissarius Generalis hujusmodi ex Fratribus Reformatis pro una, ac ex Fratribus de Observantia pro alia, respective vicibus, alternatim eligi deberet, approbaverit, confirmaverit, & observari mandaverit, & alias, prout in ipsius Alexandri prædecessoris literis, quarum tenores præsentibus pro expresso haberi volumus, uberius continetur. Et (sicut accepimus) alternativa electio hujusmodi hactenus eo modo, quo debuisset, observata non fuerit, Capitulum vero Generale Ordinis

præ-

Digitized by Google

præfati in illios Domo regulari Beatæ Mariæ de Ara-Cœli nuncupatæ de Urbe jam celebrari inceperit, Nos volentes, ut eadem alternativa electio inter Fratres prædictos de cœtero quam exactissime observetur, ac felici ipsius Ordinis Statui, atque prosperæ directioni, quantum Nobis ex alto conceditur, consulere cupientes; motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, quod alternativa electio præfata perpetuis futuris temporibus inviolabiliter observetur, eaque in præsenti Capitulo Generali a Fratribus Reformatis incipere, & Commissarius Generalis Familiæ Cismontanæ hujusmodi in eodem Capitulo ex ipsis Fratribus Reformatis, servatis alias servandis, ac deinde alternis vicibus, ordine supra expresso, eligi omnino debeat, auctoritate Apostolica, tenore præsentium volumus, statuimus, & ordinamus. Inhibentes propterea sub excommunicationis, ac privationis vocis activæ, & passivæ, officiorumque per eos pro tempore obtentorum, ipso facto, absque ulla declaratione, incurrendis pœnis, dictis Ordinis Fratribus suffragium, sive vocem in hujusmodi electionibus habentibus, ne tam in præsenti, quam in futuris Capitulis Generalibus Ordinis præfati, ad electiones Commissarii Generalis Familiæ Cismontanæ hujusmodi, contra præsentium formam, & tenorem devenire audeant, seu præsumant.

§. 2. Ac decernentes quascumque electiones, si quas contra earumdem præsentium formam, & tenorem fieri contigerit, nullas, irritas, inanes, nulliusque roboris, & momenti: ipsas vero præsentes literas, semper, & perpetuò validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit in futurum, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari debere, illasque de subreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis nostræ, vel quopiam alio defectu notari, impugnari, invalidari, in jus, vel controversiam vocari, nullatenus unquam posse. Sicque per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, & S. R. E. Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac dicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, & expresse derogamus, cœterisque contrariis quibuscumque.

§. 3. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in judicio, & extra illud ubique locorum adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris, die 3. Junii 1688. Pontificatus nostri anno Duodecimo.

Confirmatur concordia inter PP. Recollectos Flandriæ, & PP. Leodienses ejusdem Provinciæ.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

REdemptoris, & Domini Nostri Jesu Christi, qui charitas est, & Deus, vices, licet immeriti, gerentes in terris, illa, quæ pro tollendis dissidiis inter Religiosos Viros sub suavi Religionis jugo Altissimi obsequiis mancipatos exortis, providè Conventa esse noscuntur, ut firma, atque illibata persistant, Apostolicis muniminis nostri præsidio, cum id a Nobis petitur, libenter constabilimus. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii Philippus Corselius, Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci Recollectorum nuncupatorum pro Provinciis Nationis Germano-Belgicæ dicti Ordinis in hac alma Urbe nostra negotiorum gestor, & in Causa Provinciæ Flandriæ ejusdem Ordinis Procurator ex una, ac Engelbertus Stembiee, Sacræ Theologiæ lector Ordinis præfati, in eadem causa Procurator ex altera Partibus, quod ad componendas antiquas controversias inter Fratres præfatæ Provinciæ Flandriæ dicti Ordinis, non sine regularis Observantiæ detrimento, & piorum offensione suscitatas, concordia quædam, cui iidem Exponentes subscripserunt, sub diversis pactis, & conditionibus inita fuit, prout continetur in scriptura desuper emanata tenoris, qui sequitur, videlicet: Concordatum pro Reunione, ac pace stabilienda inter Patres Recollectos Provinciæ Flandriæ, subditos suæ majestatis Catholicæ ex una parte, ac Leodienses ex altera. Primo ad evitandam omnem partialitatem unius, aut alterius partis, quæ oriri posset ex exacerbatione animorum, orta ex diuturna lite pendente coram Sacra Congregatione, super divisione Provinciæ, duo immediatè sibi subsequentia Capitula servabuntur ut sequitur. Secundo Disinitorium primi Capituli Romæ nominabitur Brevi Apostolico, & in eo Provincialis erit Vasallus suæ Majestatis, Custos vero Leodiensis. Tertiò, ut vero in hoc Disinitorio unius, & alterius partis vota sint æqualia, nec ullus ab eo excludatur, cui de jure competit, duo Patres habituales Provinciæ, pro hac vice tantum, assumentur in Definitores actuales, quibus adjungentur duo alii Disinitores ex parte PP. Leodiensium. Quarto in secundo Capitulo Provincialis erit Leodiensis, Custos verò Vassallus Regis Catholici, ad quorum electionem, sicut & Definitorum omnes Vocales Provinciæ suffragabuntur, intrabuntque hoc Definitorium omnes, ad quos de jure spectat. Quinto Definitorium in utroque Capitulo talem faciet officiorum repartitionem, ut Vocales hinc inde sint æquales. Sexto ad evitandas autem multas deordinationes, quæ oriri possent ex hac paritate votorum, dum uni, aut alteri parti respective daretur Votum decisivum, hac vice dignabitur Reverendissimus P. Generalis assumere indifferentem Definitorii, aut Capituli Præsidem, cum voto decisivo; de cœtero autem suberit hæc Provincia, non secus ac aliæ, Commissario Nationali. Septimo, si vero contingat Vocalem aliquem defungi, aut Jubilatum ad aliud promoveri Officium, ratione cujus votum habeat in Capitolo subsequenti, tunc, ut habeatur votorum æqualitas secunda in utroq. Capitulo, alter ejusdem nationis, cui competit jus subrogationis, censeatur subrogatus. Octavo, expletis his duobus Capitulis, omnia fient solito more, sine

ulte-

Digitized by Google

ulteriori limitatione. Nono, ad hæc notandum venit, quod sub Vassallis Regis Catholici etiam comprehendantur illi, qui sunt oriundi ex Terris Regi Christianissimo conquisitis, & neutralibus, ut vocant, qui in Provincia manserunt, ita ut nullus Provinciæ filius ab hoc concordato excludatur; præferantur tamen in æqualitate meritorum, qui oriundi sunt a Terris actualiter in Dominio Regis Catholici manentibus. Decimo, his stabilitis, Leodienses renuntiant liti intentatæ pro separatione, promittentes se retenturos antiquam unionem Conventuum Leodiensium cum aliis in ditione Hispanica positis, & numquam talem litem suscitare, nec divisionem, aut separationem ab illis procurare velle, consentiuntque, ut impressa, hinc, & inde comburantur, & nullus audeat alteri præterita exprobrare, sub pœnis arbitrio Reverendissimi P. Generalis. Undecimo, utraque Natio pacem, & concordiam renovare studeat, Provinciæ conservationi allaboret, & concordato inappellabiliter sese conformare teneatur. Suprascripto concordato anno, hac die tertia Julii 1688. F. Philippus Corselius Agens Nationis Germano-Belgicæ; Item annuo F. Engelbertus Stembier Procurator pro Patribus Leodiensibus pro reunione &c., ac subinde dilectus filius Marcus Zarzosa Minister Generalis Ordinis prædicti Concordiam præinsertam, per suum Decretum, approbavit, & confirmavit, nec non postmodum Venerabilis F. noster Alderanus Episcopus Ostien. S. R. E. Cardinalis Cybo nuncupatus, ejusdem Ordinis apud Nos, & Sedem Apostolicam Protector, concordiam præfatam a Procuratoribus utriusque partis laudabiliter initam, & ad conservandam dictæ Provinciæ Flandriæ unionem, tranquillitatem, & pacem maxime necessariam, & opportunam dejudicans, per suum etiam Decretum similiter approbavit, & confirmavit, suumque plenarium sortiri effectum præcepit, & mandavit, & aliàs, prout in Decreto ipsius Alderani Episcopi Cardinalis, & Protectoris desuper edito, die ix. currentis Mensis Augusti, uberius continetur. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, Exponentes prædicti concordiam hujusmodi, nec non Decreta pro illius approbatione, & confirmatione, sicut præmittitur, edita, quo firmius subsistant, & serventur exactius, Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri summopere desiderent: Nos specialem ipsis Exponentibus gratiam facere volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium tantum consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, concordiam præinsertam, nec non Decreta pro illius approbatione, & confirmatione, ut præfertur, edita, cum omnibus, & singulis in eis respective contentis, Apostolica auctoritate, tenore præsentium, confirmamus, & approbamus illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus. Decernentes ipsas præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab illis respective inviolabiter observari; Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nec non Ordinis, & Provinciæ hujusmodi, ipsiusque Provinciæ Conventuum quorumcumque, quatenus opus sit, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice duntaxat, specialiter, & expresse derogamus, cœterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub die 24. Augusti 1688. Pontificatus Nostri Anno duodecimo.

DECRETUM

Sacræ Congregationis Episcoporum, & Regularium, in quo Conventualitates perpetuæ Fratrum declarantur comprehensæ inter gratias Personales, quarum concessio prohibetur, & annullatur in motu proprio Sacrosancti Apostolatus fa. me. Clementis X. cui accedit alia declaratio Ministri Generalis Ordinis.

CUM Dilectus &c. libello supplici Nobis porrecto, declarationem postulaverit Sacræ Congregationis decreto conformem, quod tenoris sequentis est -- *Sac. Congregatio Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium negociis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, audito P. Procuratore Generali Ordinis Minorum Observantium, referente Eminentissimo Cardinali Cybo, censuit enarratum Breve Sanctissimi D. N. sub datum die 7. Octobris 1672. comprehendere enarratas Conventualitates, tamquam Privilegia personalia; ac propterea in vi ejusdem Brevis revocatas, & revocandas esse. Romæ 28. Aprilis 1673.* Cumque adhuc subdubitetur, an ejusmodi Conventualitates à Superioribus Generalibus concedi solitæ, aliqua ex parte subsistant, maximè si exclusiva clausula roborentur, quod nulli inferiorum liceat à Conventu, aut loco assignato Fratrum removere, & alio destinare? an potiùs nullius sint roboris, & momenti, itaut ad libitum Superioris Provincialis, absque recursu ad Generalem, Fratrem ejusmodi ab assignato loco in alium transferre? Nos conformiter ad Breve, & Decretum prædicta, imo & ad Regulæ nostræ expressum omninò præscriptum, quod scilicet Fratres *non habeant nec domum, nec locum, nec aliquam rem, sed tamquam Peregrini, & advenæ* sint super terram, declaramus Conventualitates ejusmodi, quo ad favorem Religiosi assignati, vel assignandi, collocati, vel collocandi, esse omninò nullas; itaut Superiori Provinciali prolibito liceat à loco ejusmodi Fratrem removere. At ne talis collocatio à legitimo Superiore facta, sit omninò irrita, & irrationalis censenda, cum tamen in bonum potiùs Religionis, quàm Religiosi faciam, supponere debeat Prælatus inferior, sine causa, boni saltem regiminis, Fratrem removere non debet, eoque rationabiliter inde remoto (quin subdito liceat vel ad horam reluctare) ut causæ, & remotionis ejusmodi certiorem reddat Generalem, oportet. Romæ apud Aram-Cœli 22. Maii 1685.

Locus ✠ Sigilli.

Fr. Petrus Marinus Minister Generalis.

Dubia

Dubia, & Resolutiones proposita Sac. Congreg. Concilii a P. Francisco de Moncila Procuratore Generali Ordinis super Visitatione Monialium Regularibus subjectarum facienda ab Ordinariis.

I. „ AN Episcopus visitaturus Clausuram
„ Monialium Regularibus subiecta-
„ rum teneatur, ante accessum ejus-
„ dem, Monialibus præfiuire diem, & horam visita-
„ tionis?

II. „ An In Ecclesiia earumdem Monialium, non
„ curatis, visitare possit Sanctissimum Sacramentum,
„ Oleum Infirmorum, Confessionalia, Sepulturas,
„ ac Reliquias inibi existentea? Et quatenua affir-
„ mativè

III. „ An in casu resistentiæ Monialium, possit
„ Fores Ecclesiæ frangere, Tabernaculum violenter
„ aperire, Ecclesiam interdicere, & Eucharistiæ Sa-
„ cramentum ad aliam Ecclesiam transferre?

IV. „ Ao Episcopo Monasteriorum Clausuram vi-
„ sitare volenti, dictæ Monialea teneantur erigere in
„ Ecclesia exteriori, vel interiori, Sedem cum Bal-
„ dachino, vel solummodo sufficiat illi stratum præpa-
„ rare in utraque Ecclesia?

V. „ Ao Episcopus dictam Clausuram visitaturua,
„ præterquam Convisitatores, possit pro suo libito
„ secum ducere intus Monasterium alias Personas, si-
„ ve Ecclesiasticas, sive Sæculares, indetermioatè,
„ vel io certo, & præfixo numero?

VI. „ Ao Episcopum dictorum Monasteriorum
„ Clausuram visitaturum teneantur Moniales omnes
„ excipere personaliter cum Cruce, & Cantico *Be-*
„ *nedictus*?

VII. „ An dictæ Moniales teneantur in ipso
„ Clausuræ ingressu adornare stratum, ibique genu-
„ flectenti Episcopo Monialis aliqua porrigere de-
„ beat Crucem deosculandam?

VIII. „ An Episcopus Clausuram ingressus possit
„ pro suo libito convocare dictas Moniales omnes
„ in Choro interiori, aut alio loco, & ad eas ser-
„ monem habere?

IX. „ An absolutè, & indifferenter visitare pos-
„ sit Cellas dictarum Monialium, etiam quoad non
„ pertinentia ad Clausuram?

Ad quæ die 19. Januarii 1686. Sacra Congregatio S.R.E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum respondit.

Ad I Negativè.

Ad II. Censuit dandum esse Decretum *in Florentina juris visitandi*, tenoris infrascripti. „ An
„ Archiepiscopus, seu de ejus mandato Vicarius
„ Generalis, possit visitare Sanctissimum Sacramentum,
„ Olea Sacra, Confessionalia, & Sepulturas in Ecclesiis
„ Monialium Regularibus subiectarum? die 29. Julii
„ 1684. S. C. C. Respondit negativè, nisi in iis,
„ quæ concernunt observantiam Clausuræ: & qua-
„ tenua non adsit legitima consuetudo in contra-
„ rium.

Ad III. Negativè, nisi in casibua spectantibua ad Clausuram.

Ad IV. Sufficere præparationem strati.

Ad V. Servandas esse Constitutiones Apostolicas Greg. XIII. dubiis, quæ emergunt „ Nos omnem
„ exitationis materiam tollere, & viam scandali
„ precidere, ac Sanctimonialium quieti consulere
„ volentes, harum tenore, auctoritate Apostolica
„ declaramus, Prelatos omnes, tam Sæculares,
„ quam Regulares, quibus cura, & regimen Mona-
„ steriorum Monialium quovis modo incumbit, fa-
„ cultate sibi ex officio attributa Ingrediendi Mona-
„ steria prædicta, ita demum uti posse, si id fa-
„ ciant in casibus necessariis, & a paucis, iisque
„ Senioribus, ac Religiosis personis comitati.
„ Ad VI. Negativè.
„ Ad VII. Iiidem negativè.
„ Ad VIII. Posse.
„ Ad IX. Negativè.

Chronol. Seraph.

DECRETUM

Sac. Congregationis Episcoporum, & Regularium contra Tertiarios, & Eremitas, qui sine legitima Superiorum Ordinis facultate, habitum ejusdem Ordinis assumunt, & cum eo, vel cum alio simili, quæstuando incedunt.

A*Nno 1686. pro parte Procuratorum Ordinis Sanctissimo sic fuit expositum.* Beatissime Pater. Infrascripti Seraphicæ Religionis Procuratores Generales Sanctitatis Vestræ humillimi Filii, & Oratores, ad Vestros Sanctos Pedes prostrati, supplices exponunt: qualiter inter varias callidas artes, & astutias, quibus infensissimus animarum hostis, prædictam pauperem Religionem molitur deprimere, & denigrare, extet intolerabilis, & satis frequens abusus, quo nonnulli, prætextu vitam Eremiticam profitendi, aliquando sine ullis licentiis, aliquando cum licentiis falsis, vel illegitimis, audeant se induere habitu ejusdem Religionis, quorum major pars etiam cum capucio, cum eodem habitu vagantes soli per Civitates, & Oppida, & conversando in publicis tabernis, quæstuantes denarios, & committentes id genus alia indigna facinora, onde vilipendium habitus, & continuum scandalum Religioni coram Sæculo inferunt. Ad obviandum huic gravi, & intolerabili abusui, ex Apostolico zelo Gregorii Papæ IX. Pauli II. & denuo bon. mem. Urbani VIII. applicatum fuit opportunum remedium, auferendo ab omni persona extra Ordinem authoritatem concedendi similibus Eremitis habitum Franciscanum, prohibendo etiam strictè, sub pœna gravis censuræ, & carceris, iisdem Eremitis, vel prætensis Tertiariis gerere habitus ejusdem Ordinis. Nunc, cum prædictæ Apostolicæ Constitutiones sint oblivioni traditæ, aut ignoratæ, aut falso prætendantur abrogatæ, cum gravissimo sæculi scandalo, & ingenti Religionis præjudicio, videntur ubique, & sine fine multiplicari similes homines, qui, ut liberius inde quæritent sibi victum, fingentes se Religiosos professos, persistunt in sua irregulata forma vivendi, & quasi essent exempti à foro Sæculari, & Regulari, committunt in dies multas graves, & enormes indignitates, quæ omnia patenter redundant in dedecus Religionis. Hoc autem inconveniens ortum habet partim quia ignoratæ, partim quia oblivioni traditæ sunt prædictæ Apostolicæ Constitutiones: quandoquidem nonnulli etiam Religiosi subditi, & Guardiani indiscriminatim, qui, ob suos particulares fines, habitu Tertiarii induunt quosdam Sæculares penitus ignorantes, quid sit Religio: multi Ordinarii, & etiam illorum Secretarii, sine ulla authoritate, ob suos etiam particulares fines, concedunt patentes Eremitarum cum habitu nonnullis similibus; multi etiam se ipsos, sine ulla licentia, tali habitu vestiunt, ut inde liberius possint vagari.

Ad evitandum enim hoc inconveniens fuit ordinatum à Gregorio IX. in suo Brevi, *Regularem vitam &c.* sub pœna excommunicationis cuicumque

Eremitæ, & Tertiario Franciscano non posse gerere habitum Franciscanum, & quod qui inventi fuerint tales habitus gestantes, cogerentur ab Ordinariis eos deponere, & in diebus festivis inter missarum solemnia denunciari excommunicati. Et ab Urbano VIII. bon. mem. in suo Brevi, *Cum sicut dilectus &c.* fuit subjunctum, quod nullus, nisi professus in Religione, possit sine licentia Superiorum Ordinis in scriptis, gestare tunicam, aut habitum cum mantello, aut sine, aut cum capucio; & qui in hoc delinquens fuerit, quod debeat à Nunciis Apostolicis, aut Ordinariis locorum carcere mulctari, & sub variis pœnis cogi ad deponendum similia indumenta. Circa Capucinos verò ordinat expresse, quod nullo modo possit talibus concedi, nec à Superioribus Ordinis, nec ab Ordinariis, nec etiam à Nunciis Apostolicis: & qui in hoc inventus fuerit culpabilis, quod debeat irremisibiliter carceri mancipari, ab iisdem Ordinariis spoliari habitu, & aliis pœnis puniri. Qua propter rogatur humiliter Apostolicus zelus Vestræ Sanctitatis, quatenus dignetur renovare prædictas Bullas Gregorii IX. Pauli II. & Urbanii VIII. & expressa declaratione adjungere, quod nulli extra Religionem talis habitus, etiam sine Capucio, possit concedi &c.

Hic supplex libellus cum aliis, quæ in ipso, pro efficaciori remedio, subjungebantur, à Sanctissimo fuit remissus ad Sacram Congregationem negociis Episcoporum, & Regularium præpositam, à qua, re maturè considerata, sequens Decretum emanavit.

Sacra Congregatio Eminentiss. S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, stante remissione libelli per Sanctissimum Dominum Nostrum facta, & attentis narratis, censuit injungendum, prout præsentis Decreti tenore injungit Ordinariis locorum, ut supradictas Constitutiones Apostolicas, juxta earum tenorem, executioni omninò demandent. Romæ 11. *Martii* 1686.

G. Card. Carpineus.

Loco ✠ Sigilli.

B. Panciaticus Sec.

D E C R E T A

Sacrarum Congregationum Episcoporum, & Regularium, Concilii, & Immunitatis Ecclesiasticæ, circa Judices Conservatores Ordinis, & eorum jurisdictionem respectu Syndicorum, Fratrum, & Monialium.

SAcra Congregatio Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium negociis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita censuit, Oratori, dandam infrascriptam declarationem aliàs editam, sequentis tenoris, videlicet. Sacr. Congregatio &c. censuit Episcopos quamprimum Diœcesanam Synodum omninò celebrare teneri, & interim Civitatibus, & Diœcesibus, in quibus nulli Judices extant in Concilio Provinciali, aut Diœcesano designati, licere Regularibus, servata in reliquis forma Constitutionis fel. rec. Gregorii Papæ XV. hac de re edita, Conservatores nominare, habentes qualitates à jure requisitas. Quorum tamen Conservatorum facultas, eo ipso exspiret, cum primum hujusmodi Synodus celebrata, in eaque Judices designati extiterint. Romæ 4. Decembris Anni 1672. Franciscus Maria Cardinalis Brancatius. C. de Vecch. Archiepisc. Athen. Loco ✠ Sigilli.

Prædicta declaratio repetitur confirmata per Breve Sa: Mem: Clementis X. quod incipit Inter opera: *Datum die 18. Januarii 1672. & pluries etiam emanavit à Sacra Congregatione Concilii, prout apparet ex sequenti Decreto ejusdem.*

SAcra Congregatio Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum sæpiùs censuit, quamdiù in Civitate, vel Diœcesi nulli sunt Judices in Provinciali, aut Diœcesana Synodo designati, licere Regularibus sibi in Conservatores deputare personas, quæ habeant qualitates à Sacris Canonibus, vel Privilegiis Apostolicis requisitas; Ita tamen, ut in reliquis servetur forma Constitutionis S. M. Gregorii XV. & illorum facultas expiret, cum primum Synodus celebrata fuerit, in eaque Judices Synodales designati.

A. Card. Celsus Præfectus. C. de Vecch. Episcop. &c.

DE SACRO ROMANÆ PROVINCIÆ REFORMATÆ RECESSU.

LAtent plerunque magnarum quoque rerum initia, aut fabulis non modicis scatent. Hujus rei caussa alia profecto esse non videtur, quam quod illa passim trita, levia, & parvi momenti esse soleant; unde cum contingunt, negliguntur, & cum occasio se offert eadem repetendi, aut penitus confinguntur; aut saltem fabulis nonnullis immiscentur, ut inde, pro tunc rei magnitudine, augustiora appareant. Si *sacrum Recessum* Reformatæ Provinciæ Romanæ conferas cum amplissima, & per universum Terrarum Orbem nunc diffusa Franciscana Familia, illum vel minimam certe partem dices Seraphici gregis, cujus his circiter temporibus sunt ejus initia consignanda. Verum, quia fieri potest, ut divino favente numine, cujus sane singularis præsidii indicia non desunt, augeatur, & dilatetur in Ordine, opportunum duxi, illius originem, & progressum ad hæc usque tempora, sinceris, atque authenticis documentis enarrare.

Frater Bonaventura Barchinonensis, natus in Oppido Rivi Ulmorum, vulgò *Riudems*, Principatus Cathaluniæ, Regulam S. P. N. Francisci, tanquam Laicus, professus in Provincia Barchinonensi Observantium, Reverendissimi Patris Commissarii Generalis Familiæ Ultramontanæ literis obedientialibus Romam, Loca Sancta visitaturus, pervenit, & ad Aracœlitanum Cœnobium se contulit anno 1659. Diu veluti hospes ibidem morari non poterat: quod tamen ipse ardenter desiderabat. Itaque, cum in altero S. Isidori de Urbe Laici deficerent, eò, de suorum superiorum licentia, se recepit, ubi humilitatis, patientiæ, indefessi laboris, & severioris vitæ peragendæ specimina plurima dedit. Famam veri Franciscani cum apud plerosque obtinuisset, præsertim apud Excellentissimam Barberinorum Familiam, Seraphici Ordinis amantissimam, cui erat a Protectione Cardinalis Franciscus Barberinus, multi, in angustiis positi, illum adibant, ut dignaretur ad Deum pro illis preces effundere. Hos inter fuit etiam Excellentissimus Dominus Maphæus Barberinus, qui masculinam prolem pene desperaverat, quemque F. Bonaventura certiorem demum fecit de illa mox nascitura, quemadmodum facto ea fuit comprobata.

Per hæc tempora Romam quoque venit Illustrissimus, ac Reverendissimus Dominus Crispus, Episcopus Placentinus, & Orator Regis Catholici ad

Pon-

Pontificem pro Immaculata Conceptione, qui cum F. Bonaventuram in Hispaniis probe novisset, illius proinde virtutes, bonamque famam testatas omnibus reddidit.

His munitus præsidiis F. Bonaventura, negotium *Sacri Recessus* alteri consodali suo communicat, qui statim Ministro Generali, Michaeli Angelo a Sambuca, rem omnem aperit. Hic, ut par est, novitatum, quæ plerumque ab hominum malitia procedunt, osor acerrimus, non modo F. Bonaventuræ propositum non probavit, sed illum ab eodem promovendo acriter prohibuit.

Itaque res Deo commendata remansit, donec Ministro Generali in Hispanias profecto, Cardinalis Protector Ordinis de eadem serio cum P. Ascanio Assinate, Commissario Generali pertractavit, a quo denique obtinuit Cœnobiolum Sanctæ Mariæ Gratiarum Ponticelli, quod vulgo *Scandriglia* vocant, a B. Amadeo Lusitano, an. 1478. fundatum, a Pio V. an. 1566. PP. Reformatis Provinciæ Romanæ concessum, ac per subsequens Breve Apostolicum Fr. Bonaventuræ confirmatum, una cum nonnullis Statutis pro *Sacro Recessu* dirigendo.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

Ecclesiæ Catholicæ regimini, meritis licet imparibus, Divina dispositione præsidentes, illa, quæ pro felici Religiosorum Virorum in humilitatis spiritu, & strictioris Regulæ Observantiæ vota sua Altissimo reddere jugiter satagentium directione, piè, sapienterque constituta, & stabilita esse noscuntur, libenter, cum a Nobis petitur, Apostolici muniminis præsidio roboramus. Exponi siquidem Nobis nuper fecit Venerabilis Frater Ludovicus Episcopus Placentia. Provinciæ Compostellan., quod alias Venerabilis Frater Noster Franciscus Episcopus Portuen. S. R. E. Cardinalis Barberinus nuncupatus, Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum, apud Nos, & Sedem Apostolicam Protector, vigore facultatis sibi à Congregatione Venerabilium Fratrum Nostrorum ejusdem S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium proposita concessæ, devoto dilectorum filiorum, primum quidam Vicarii Generalis Reformatorum, & deindè Ministri Generalis Ordinis prædicti, nonnulla Decreta, & Statuta super institutione, & felici directione Conventus in Provincia Romana pro secessu Fratrum Minorum strictioris Observantiæ dicti Ordinis fecit, & edidit per suas Patentes Litteras desuper expeditas tenoris, qui sequitur, videlicet. „ Franciscus miseratione
„ Divina Episcopus Portuen. Cardinalis Barberinus
„ S. R. E. V. Cancellarius, ac Ordinis S. Francisci
„ Protector, Corrector, & Gubernator. Placuit Sacræ Congregationi Eminentissimorum DD. Cardina-
„ lium negotiis, & consultationibus Episcoporum,
„ & Regularium præposita, supplicem libellum
„ Fr. Bonaventuræ Barchinonen. Strictioris Obser-
„ vantiæ Ordinis Sancti Francisci, Nobis remittere,
„ tenoris sequentis, videlicet. *Eminentissimi, e Reverendissimi Signori. Per osservanza sempre maggiore della Regola del P. S. Francesco, per uniformarsi con il sentimento delle Constituzioni Serafiche, e per aumentare nelle solitudini, e nelle più humili, e nude povertà lo spirito, e finalmente per ritrovare nella totale obbiezzione di se stesso, e nel più risoluto divorzio dalle genti, la dal P. S. Francesco tanto inculcata ritiratezza, e povertà, Fr. Bonaventura da Barcellona Riformato Laico di S. Francesco, conformandosi con le migliori direzzioni dell' Istituto, e col sentimento piissimo delle Costituzioni, e dello stile commendabile delle più accreditate premure de Superiori Maggiori dell' Ordine, humilmente supplica l' VV. EE. d' esser fatto degno d' un Convento de' più ritirati, e nascosti, dove con quei compagni, e Guardiano, che dal Superiore gli saranno prescritti, possa egli coll' ordinazioni, che più quadreranno al zelo immenso dell' EE. VV., e de' Superiori Maggiori, ricoverarsi, col solo intento di servire a Dio nella pura, e letterale osservanza della Regola del P. S. Francesco.* Quam Deus &c.

Chronol. Seraph.

Sacra Congregatio Eminentissimorum Dominorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, jubente Sanctiss. D. N. antescriptas preces remisit ad Eminentissimum hujusmodi Ordinis apud hanc S. Sedem Protectorem, qui una cum Generali ejusdem Ordinis, quidquid sibi in Domino, & ad regularem disciplinam restaurandam, fovendamque expedire visum fuerit, pro eorum arbitrio, & prudentia maturè decernant, statuant, servarique præcipiant. Romæ, 8. Martii 1662. M. Cardinalis Ginettus. Loco ✠ Sigilli. E. Episcopus Camerini Secretarius.

„ Nos verò, re maturè perpensa, inhærentes aucto-
„ ritati, & facultati Nobis concessæ à prædicta Sa-
„ cra Congregatione, vigore Rescripti præinserti, pro
„ directione ejusdem Conventus, & Regularis disci-
„ plinæ in eo stabiliendæ conservatione, infrascripta
„ Decreta sancita, & promulgata censuimus, videlicet.

„ Statuta Conventus in Provincia Romana pro
„ Secessu Patrum Minorum Strictioris Observantiæ.

„ Primo. Ad eum Secessum destinatur Conventus
„ S. Mariæ, ut vocant, de Gratiis Ponticelli.

„ Secundò. Cupientes eo se recipere, teneantur hu-
„ militer petere ejus rei facultatem à P. Ministro
„ Provinciali, qui adeò petitioni obsistere non pos-
„ sit, ut etiam debeat humaniter indulgere, nisi ra-
„ tionabilem habeat obsistendi causam.

„ Tertio. Nemo ad id cogi possit, aut impediri,
„ dummodo P. Guardiano, unà cum Discretis, post di-
„ ligens examen, videatur idoneus.

„ Quarto. Custodiat unusquisque Regulam sine
„ glossa, quemadmodum à P. S. Francisco eam ac-
„ cepit, vivatque in Obedientia P. Guardiani, Pro-
„ vincialis, & Superiorum Generalium.

„ Quinto. Nullus possit ad Præsulatum, dignita-
„ tem, gradumve intra, vel extra Religionem aspi-
„ rare, vel electus ad dignitatis aliquem gradum, ex-
„ tra prædictum Conventum, illum suscipere, sine
„ consensu Guardiani, & Discretorum sui Conven-
„ tus; si verò contra quod dictum est aliquis fece-
„ rit, perpetuò sit ab eo Conventu exclusus.

„ Sexto. Nemo ex hoc Conventu, sine Guardiani,
„ Discretorumque consensu removeri possit, absque ju-
„ sta causa, neque sponte discedere, citra necessita-
„ tem, nisi post mensem à die, in quo primum
„ abeundi facultatem petierit à Superiore, & inte-
„ rim experiantur Fratres de ipsorum Socio, an in-
„ stabilitate, vel alia tentatione ducatur, ut digre-
„ di velit, illumque Deo commendent.

„ Septimo. In Guardianum eligatur unus aliquis
„ ex Fratribus hujus Conventus à P. Provinciali
„ cum Diffinitorio, suffragiis secretis, secundùm Bre-
„ ve fel. record. Urbani VIII. approbandus præte-
„ rea ab Eminentiss. Card. Protectore, Ministroque
„ Generali.

„ Octavo. Fratrem discedere volentem, vel Guardia-
„ ni, Discretorumque judicio minimè idoneum, in-
„ quietum, vel pacis perturbatorem, Patres possint

„ ad Provincialem mittere , eique instare , oran-
„ tes, ut à sæpius memorato Conventu eum ammo-
„ veat , aliumque ad locum transferat , qui Provin-
„ cialis pro sua charitate provideat , & petentibus
„ satisfaciat , nisi eidem secus videatur ex ratio-
„ nabili causa .

„ Nono . Caveat unusquisque , ne in sermonibus
tum publicis , tum privatis , se , vel alios Fratres
„ hujus Conventus præferat cœteris in probitate ,
„ perfectione , Regulæque custodia , eoque detrahat
„ proximo , sed agere curet id , quod aget humili-
„ ter vivendo , & servando unitatem spiritus , in vin-
„ culo pacis ; prævaricatores verò severius puniαn-
„ tur .

„ Decimo . Liceat Guardiano , cœterisque Fratri-
„ bus hujus Conventus, sancire nova statuta prò stri-
„ ctiori vivendi ratione, quæ non adversentur Sacris
„ Canonibus , Apostolicisque Constitutionibus , &
„ Generalibus Statutis Fratrum Reformatorum , ea-
„ que secretis suffragiis probari debeant, & ab om-
„ nibus observari, ad majorem Dei gloriam , fratrum-
„ que spiritualem profectum , dummodo recogno-
„ scentur priùs , & approbentur à Ministro Genera-
„ li : supradicta autem Decreta , & Statuta , de voto
„ etiam primum Vicarii Generalis Reformatorum ,
„ deinde Ministri Generalis ejusdem Ordinis sancita,
„ ab omnibus Religiosis in supradicto Conventu com-
„ morantibus , & Deo servientibus, in perpetuum va-
„ litura inviolabiliter observari volumus, & man-
„ damus. Ut autem supredicta firmius subsistant,
„ Illustriss. & Reverendiss. Episcopus Placentiæ, nu-
„ per Orator Catholici Hispaniarum Regis , humiliter
„ supplicare fecit Sanctitati Vestræ , ut dignetur illa
„ confirmare per suas litteras in forma Brevis . In quo-
„ rum fidem &c. Datum Romæ, die 31. Julii 1666.
„ F. Cardinalis Barberinus Protector. Loco ✠ Sigilli.

Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, fir-
miora , & stabiliora fiunt, exactiusque servantur illa,
quæ Apostolicæ confirmationis præsidio communiun-
tur. Nobis propterea dictus Ludovicus Episcopus hu-
militer supplicari fecit , ut in præmissis opportunè
providere de benignitate Apostolica dignaremur . Nos
igitur ejusdem Ludovici Episcopi votis hac in re fa-
vorebiliter annuere cupientes , eumque à quibusvis
excommunicationis , suspensionis, & interdicti , aliis-
que Ecclesiasticis sententiis , censuris, & pœnis à
jure, vel ab homine quavis occasione , vel causa la-
tis , si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effe-
ctum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie
absolventes , & absolutum fore censentes hujusmodi
supplicationibus inclinati, præinserta Decreta , & Sta-
tuta à memorato Francisco Cardinale Protectore fa-
cta, & edita, & prædicta auctoritate Apostolica, te-
nore præsentium confirmamus , & approbamus, il-
lisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adji-
cimus , ac omnes, & singulos juris , & facti defe-
ctus, siqui desuper quomodolibet intervenerint, supple-
mus .

Decernentes easdem præsentes literas semper firmas ,
validas , & efficaces existere , & fore , suosque ple-
narios, & integros effectus sortiri , & obtinere , ac ab
illis , ad quos spectat , & pro tempore spectabit , in-
violabiliter observari ; Sicque in præmissis per quos-
cumque Judices ordinarios , & delegatos , etiam
causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari , &
definiri debere ; ac irritum , & inane, si secus super
his a quoquam quavis auctoritate scienter , vel igno-
ranter contigerit attentari .

Non obstantibus Constitutionibus , & Ordinationi-
bus Apostolicis , nec non, quatenus opus sit, prædicto-
rum Ordinis , & Provinciæ , etiam juramento , confir-
matione Apostolica , vel quavis firmitate alia robora-
tis , statutis , & consuetudinibus , privilegiis quo-
que , indultis, & literis Apostolicis in contrarium
præmissorum quomodolibet concessis , confirmatis , &
innovatis. Quibus omnibus , & singulis illorum te-
norem præsentibus pro plene , & sufficienter expressis ,
& insertis habentes , illis aliàs in suo robore perman-
suris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, spe-
cialiter, & expresse derogamus , cœterisque contrariis
quibuscumque . Datum Romæ apud S. Mariam Ma-
jorem sub Annulo Piscatoris , die 30. Augusti 1662.
Pontificatus Nostri Anno Octavo .

Loco ✠ Sigilli .

S. Ugolinus .

Quibus obtentis , ac publicatis , secessit F. Bona-
ventura in memoratum locum , una cum aliis un-
decim , partim Laicis , partimque Sacerdotibus , ex
variis Mundi Nationibus , & possessionem accepit 25.
Novembris ejusdem anni 1666., qui est dies Nata-
lis Sanctæ Catharinæ , quique propterea festivus sem-
per deinceps fuit penes Fratres ejusdem *Sacri Re-
cessus* .

Non admodum ab hoc Conventu distabat solita-
rius locus , asper quidem , & horridus , D. Michaeli
Archangelo dicatus , prope Oppidum Montorii , quem
olim eumdem Beatum Amedeum construxisse , & ha-
bitasse fertur , & quem subinde Heremita quidam
occupabat . Cum quadam die ad illum se contulis-
set F. Bonaventura , captus summæ loci paupertatis
amore , curavit illum pro Fratribus suis obtinere ,
sicut reipse obtinuit a Quintiliano Gentiluccj , tunc
Episcopo suffraganeo Sabinensi , 24. Aprilis 1666. ,
annuente , & approbante Reverendissimo Patre Bona-
ventura Caballo , Commissario Generali hujus Fa-
miliæ .

Fama Sanctitatis horum Religiosorum per varia
loca diffusa , Lælius Ursinus Vicovari Princeps , il-
los Vicovarum , olim *Vicum Varronis* , appellavit , qui-
bus anno 1668. concessit Ecclesiam SS. Cosmæ , &
Damiani , & adnexum Ambrosianorum pene diru-
tum Monasterium , confirmante hanc concessionem
Clemente IX. , & accedente Ministri Provincialis Re-
formatæ Provinciæ Romanæ consensu .

Rebus ita compositis , F. Bonaventura sedulo per-
pendens necessitatem habendi etiam Romæ locum
aliquem , in quo Fratres infirmi degere possent ,
quemque, pro temporum opportunitatibus , libere pos-
sent adire , desiderium suum Cardinali Protectori si-
gnificavit , qui eidem concessit , donec aptiorem lo-
cum invenisset , Ecclesiam Sancti Sebastiani in Pro-
dromo , qui est Martyrii locus hujus gloriosi Athletæ,
quique pertinet ad Commendam Religionis Me-
litensis , seu Equitum S. Joannis Hierosolymitani ,
ex Jure tamen patronatus Familiæ Barberinæ , eratque
sub Eminentissimi Caroli Barberini jurisdictione : ibi
commorari cepit sub Clemente X. anno Jubi-
læi 1675. Erat ille locus adeo angustus , ut unum
cubiculum , nec illud satis amplum , in varia tàm
parva , per storeas , divisum , vix , ac ne vix qui-
dem pro singulorum Fratrum, qui paucissimi erant, ac-
cubitu sufficeret . Oblatum fuit eis SS. Petri, & Marcel-
lini templum , ac Monasterium ; sed ob nimiam a locis
habitatis Urbis distantiam, & ob aëris, ut suspicabantur,
intemperiem , rejectum . Erat propè eamdem D. Seba-
stiani Ecclesiam, locus abruptus, inæqualis, & ex ruderi-
bus veteris, ut creditur , Neroniani Palatii , hinc in-
de dispersis , veluti congestus : hunc F. Bonaventura
petiit a Cardinali Barberino , qui Cœnobium ibi ex-
trui non posse existimans , illum dare detrectabat .

Ces-

Cessit tamen Bonaventuræ precibus, qui manum operi statim admovens, mira celeritate Cœnobium, paupertati quidem Franciscanæ consonum, sed satis commodum, & templum in honorem D. Bonaventuræ Deo dicatum, ex Piorum eleemosynis, & præsertim Familiæ Barberinæ, de Alteriis, & Cardinalis de Arragonia, non sine omnium admiratione, ædificari fecit, quod 8. Decembris ann. 1677. 25. Religiosi inhabitare ceperunt.

Ut autem forma ejus *Sacri Recessus* diutiùs, ac securius consisterat, amplioribus, & distinctioribus legibus indigebat; quod cum F. Bonaventura probe animadvertisset, rem cum Superioribus Provinciæ, & Ordinis contulit, ac demum cum Cardinali tunc temporis Religionis Protectore, erat Alderanus Cardinalis Cybo, qui omnibus mature, ac sedulo perpensis, nonnullas edidere Constitutiones, Decreto memorati Cardinalis Protectoris firmatas, ac denique literis pontificiis comprobatas, quæ sunt.

INNOCENTIUS PAPA XI.
Ad futuram rei memoriam.

Debitum Pastoralis officii, quo Catholicæ Ecclesiæ regimini, per ineffabilem divinæ bonitatis abundantiam, meritis licet, & viribus longè impares, præsidemus, Nos admonet, ut paternam Christi fidelium, qui è fluctibus Sæculi in portum Vitæ religiosæ confugerunt, & sub strictioris regulæ instituto vota sua Altissimo in sanctitate, & justitia reddere jugiter satagunt, curam gerentes, ea, quæ ad constabiliendam salutarem, quam amplexi sunt, vitæ normam, juvandosque eorum in vinea Domini religiosos progressus, provide, prudenterque constituta esse noscuntur, ut firma semper, atque illibata persistant, Apostolici roboris præsidio muniamus. Aliàs siquidem, post quam fel. rec. Alexander Papa VII. prædecessor noster, nonnulla decreta, & Statuta super institutione, & felici directione Conventus S. Mariæ Gratiarum Terræ Ponticelli, Provinciæ Romanæ Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia Reformatorum nuncupatorum, pro Secessu Fratrum Reformatorum Ordinis hujusmodi, qui à sæculo penitus segregati, Regulam ejusdem S. Francisci ibidem strictè, & ad litteram, quantum fieri possit, servare deberent, assignati, a bonæ mem. Francisco, dum vixit, S. R. E. Cardinale Barberino nuncupato, dicti Ordinis apud Sedem Apostolicam Protectore, edita in forma specifica confirmaverat, & approbaverat, prout in ipsius Alexandri prædecessoris litteris, desuper in simili forma Brevis, die xxx. Augusti M. DC. LXII. expeditis, uberius continetur, & subinde dicto Conventui Secessus alii tres Conventus, nempè S. Angeli de Montorio, & SS. Cosmæ, & Damiani de Vicovario, sub rec. mem. Clementis IX. ac novissimè S. Bonaventuræ de Urbe de novo ædificatus, sub piæ mem. Clementis X. Romanorum Pontificum prædecessorum pariter nostrorum Pontificatibus, respectivè adjuncti fuerant. Venerabilis Frater noster Alderanus Episcopus Tusculan. ejusdem S. R. E. Cardinalis Cybus nuncupatus, Ordinis præfati apud Nos, & Sedem Apostolicam Protector, ad supplicationem dilecti filii Bonaventuræ a Barchinone, Guardiani dicti Conventus S. Bonaventuræ de Urbe, alia quædam decreta pro felici statu, prosperoque regimine, & gubernio quatuor Conventuum Secessus hujusmodi edidit, quæ tam à Diffinitorio Provinciæ Romanæ, quàm à Discretorio Conventus S. Bonaventuræ hujusmodi, mediante eorum subscriptione, acceptata, ac etiam à Nobis, cum opportuna præfatarum Alexandri Prædecessoris litterarum extensione, approbata fuerunt, & aliàs, prout pleniùs continetur in litteris ipsius Alderani Episcopi Cardinalis, & Protectoris desuper emanatis, tenoris, qui sequitur, videlicet: „ Alderanus Episcopus Tusculanus S. R. E. Cardinalis Cybo, totius Ordinis S. Francisci apud Sanctam Sedem Protector. Auditis Patribus Diffinitorii Provinciæ Romanæ Reformatorum, nec non Patribus Discretorii Conventus S. Bonaventuræ, & attento eorum consensu inferius exprimendo, nonnullas ordinationes, & Decreta condidimus, quæ (si Sanctissimo Domino Nostro placuerint) erunt inviolabiliter ab omnibus observanda, cum impositione in posterum utrique parti perpetui silentii. Ordinationes autem sunt tenoris, qui sequitur, videlicet.

Primo, che si supplichi la Santità di N. S. per l' estinzione del Breve della S. mem. d' Alessandro VII. & di tutte le cose in quello ordinate, à favore degl' altri tre Conventi eretti, dopo la concessione di detto Breve, cioè de' Conventi di S. Angelo di Montorio, di SS. Cosmo, e Damiano di Vicovaro, e di S. Bonaventura di Roma, con concedere tutto quel di più, che sarà necessario per il detto modo di vivere.

Secondo, che in essi Conventi, quali dovranno senza eccezzione alcuna riputarsi, e riconoscersi per Case di Ritiro, o di recollezione, si osservino puntualmente, come principale fondamento, li Statuti generali della Riforma, ed in oltre i particolari Statuti del Ritiro, che dovranno esser nuovamente approvati con la nostra autorità, dichiarando, che le cose, quali verranno disposte in questi particolari Statuti, con tutto che non fossero espresse ne i Statuti generali, anziche in qualche parte gli modificassero, ò dichiarassero in ordine alla più stretta osservanza, debbansi inviolabilmente osservare.

Terzo, che i medesimi Conventi si reputino perpetuamente membri inseparabili dal Corpo della Provincia Riformata Romana, dipendenti, e soggetti al Ministro Provinciale di essa, il quale però non possa in conto alcuno, ne in cosa veruna, benche minimo, operare, ne permettere, che da altri si operi contro i suddetti particolari Statuti del Ritiro, lodevoli consuetudini de Conventi del medesimo; anziche nell' esercizio della sua ordinaria giurisdizione sia obbligato à contenersi nei termini del prescritto in quelli.

Quarto, che se alcun' Religioso di quelli, che attualmente si ritrovano nel Ritiro, vorrà da esso partire, debba osservarsi esattamente il sesto Articolo del Breve di Alessandro VII. con questa dichiarazione, che il detto Religioso, che partirà, debba far ritorno alla Provincia, di cui sarà figlio, o dove si troverà legittimamente incorporato. Vero è che ciò non si dovrà intendere di quelli Religiosi, che hanno pigliato, o piglieranno l' Abito della Religione nel Ritiro, imperoche questi tali non potranno partirsi da esso spontaneamente per sua elezzione, senza la legittima dispensa del Signor Cardinal Protettore della Religione pro tempore.

Quinto, che per regolare immediatamente l' osservanza de sudetti Statuti particolari, il Guardiano di S. Bonaventura di Roma, che sarà pro tempore, *come primo Direttore dello Stato, e delle cose del detto Ritiro, possa, durante il suo officio, liberamente, e senza altra licenza del Provinciale, visitare una, e più volte l' anno i detti Conventi, senza però pregiudizio dell' autorità ordinaria del Padre Provinciale, di potere anch' egli visitare, quando gli piacerà.*

Sesto, che il detto Guardiano visitando, possa correggere, ed emendare gli abusi, che troverà introdotti,

ed

Digitized by Google

ed' anco punire le colpe leggiere, che saranno state commesse contro l' osservanza de i Statuti particolari del Ritiro, ed anco contro i Statuti generali della Riforma; mà quanto alle colpe gravi, massime se richiedono formalità di giudizio, che s' intenda riservata la facoltà di procedere al solo Provinciale, e suo Definitorio, secondo il prescritto delle Costituzioni.

Settimo, che il detto Guardiano, volendo mandare un Religioso da un Convento ad un' altro, debba richiederne l' obedienza al Padre Provinciale, il quale però non possa ricusare di concederla ad ogni richiesta di lui, e volendo mandarlo via dal Ritiro, se sarà della Provincia Riformata di Roma, s' osservi l' Articolo ottavo del Breve di Alessandro VII. con che nascendo controversia sopra la clausola posta nel Breve - Nisi secus ei videatur ex rationabili causa - si debba ricorrere al Cardinal Protettore, e stare alla sua determinazione, e se sarà d' aliena Provincia, si debba parimente stare all' assoluta determinazione del medesimo Cardinal Protettore.

Ottavo, che per mantenimento del suddetto Ritiro si debba assegnare la famiglia di ciascun Convento, la quale non si possa in alcun tempo eccedere, cioè al Convento di S. Bonaventura sedici Religiosi tra Sacerdoti, e Chierici, & otto laici. Al Convento di S. Angelo di Montorio otto tra Sacerdoti, e Chierici, e quattro laici. Al Convento di Vicovaro dieci tra Sacerdoti, e Chierici, e sei laici, & à quello di Ponticelli otto trà Sacerdoti, e Chierici, e cinque laici, eccettuati i Novizj, come à basso si dirà.

Nono, occorrendo, che alcun Religioso desiderasse di passare dalla Provincia Riformata di Roma al Ritiro, che non si possa ammettere sopra questo numero, senza special facoltà del Cardinale Protettore, osservandosi nel rimanente, circa questo transito, l' Articolo secondo del Breve d' Alessandro VII. con riserva al medesimo Cardinale Protettore di decidere le difficoltà, che potessero nascere sopra la clausola; Nisi rationabilem habeat obsistendi causam, se così placerà à Nostro Signore.

Decimo, che resti assegnato per luoco di Noviziato il Convento di S. Maria delle Grazie di Ponticelli, come più capace, e proporzionato alla qualità del Ritiro, e che ivi si possano vestire tanti Novizj, quanti basteranno per compire il numero de Religiosi, quale è stato prescritto a ciascheduno Convento, non computando nel suddetto numero i Novizj, & in conformità di ciò se ne dovrà impetrare la licenza dalla S. Congregazione sopra lo stato de' Regolari.

Undecimo. Che la recezzione de Novizj si faccia dal Definitorio della Provincia Romana, in maniera che tali Novizj s' intendano figli, & incorporati alla Provincia medesima, con questa restrettiva però, che sia tenuto di eleggere, & ammettere quei giovani, che gli saranno dati in nota dal Guardiano, e Discreti del Convento di S. Bonaventura, quando siano giudicati idonei, & habbino i requisiti prescritti dalle Costituzioni Apostoliche, e dalli Statuti della Riforma, e quanto al tempo di fare la detta recezzione, che si stia alla determinazione del Card. Protettore.

Duodecimo, che nell' ammettere alla Professione, e nel licenziare i detti Novizj, si osservino li Statuti della Riforma, e se nell' anno del Noviziato alcuno commettesse delitti, ò altri mancamenti, sia in arbitrio del Discretorio, e Maestro de Novizj di licenziarlo.

Decimoterzo, che non si possano ricevere Religiosi professi d' aliene Provincie, senza espressa licenza del Superiore Generale, o del Cardinale Protettore pro tempore, li quali ne i casi particolari prenderanno quelle risoluzioni, che secondo la qualità de' soggetti, & altre circostanze, stimeranno convenienti.

Decimoquarto. E per ultimo, accioche li Frati del Ritiro caminino con quella maggior chiarezza, che sia possibile nelle sue cose, e per togliere tutti i scrupoli, e disturbi, che potrebbero nascere intorno alla precedenza tra essi Religiosi, si supplichi Sua Santità a dichiarare, che il Breve della Sa. mem. di Urbano VIII. dato alli 16. di Novembre, che comincia: Cum sicut dilectus &c. non comprenda, e non obblighi alla sua osservanza li detti Religiosi del Ritiro; trà quali condimeno dovrà osservarsi generalmente la precedenza dell' Ordine Sagro al Clericale, e del Clericale al Laicale, o sia di Converso.

Io Fra Bonaventura da Roma Diffinitore.
Io Fra Stefano da Galvia Diffinitore.
Io Fra Francesco Antonio da Pal. Diffinitore.
Io Fra Vitale da Fiano Diffinitore.
Io Fra M. Angelo del Pog. Nativo Custode.
Io Fra Francesco d' Albano Ministro Provinciale.
Io Fra Lodovico della Cerchiara Discreto.
Io Fra Ilariano Francese Discreto.
Io Fra Giacomo da Lodeno Discreto.
Io Fra Gio: Pietro da Belagio Discreto.
Io Fra Bonaventura di Borcellona Guardiano.

Die 21. Octobris 1680.

„ Facta per Nos de præmissis omnibus relatione „ SS. Domino Nostro, Sanctitas Sua, pium Recolle- „ ctionis hujusmodi Institutum benignè commendans, „ extensionem prædicti Brevis Sanctæ Mem. Alexan- „ dri VII. omniumque in eo contentorum, ad alios „ tres Conventus Sancti Angeli de Montorio, SS. „ Cosmæ, & Damiani de Vicovaro, & S. Bonaven- „ turæ de Urbe, concessit, cæteraque omnia in su- „ prascriptis quatuordecim Articulis descripta, & „ expressa approbavit, & confirmavit. Nosque Cle- „ mentissimæ Sanctitatis Suæ menti inhærentes, mo- „ dernis, & futuris Superioribus Reformatæ Pro- „ vinciæ Romanæ, & Discretis præfati Conventus, „ prædictorum omnium inviolabilem executionem, „ & observantiam districtè præcipimus, & manda- „ mus, sub pœnis arbitrio nostro, & pro tempore „ existentis Protectoris, infligendis; iterumque per- „ petuum silentium imponimus. Romæ &c. A. Car- „ dinalis Cybo Protector. Loco ✠ sigilli. Jo: Bap- „ tista Rusca &c.

Cum autem, sicut dictus Bonaventura Guardianus Nobis nuper exponi fecit, ipse præmissa, quò firmiùs subsistant, & serventur exactius, Apostolicæ Nostræ confirmationis patrocinio denuo communiri plurimum desideret: Nos ipsius Bonaventuræ votis, hac in re, quantùm cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium duntaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis, inclinati, ac supradictarum Alexandri Prædecessoris litterarum tenorem præsentibus pro plene, & sufficienter expresso, & inserto habentes, omnia, & singula Decreta a memorato Alderano Episcopo Cardinale, & Protectore edita, præinserta, & in eis contenta, & expressa quæcumque, auctoritate Apostolica, tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus. Præ-

terea

Digitized by Google

terea præfataa Alexandri prædeceſſoris litteras, ad favorem dicti Conventus S. Mariæ Gratiarum Terræ Ponticelli emanatæ, ut præfertur, cum omnibus, & ſingulis in eis contentis, ad alios tres, nempè Sancti Angeli de Montorio, ac Sancti Coſmæ, & Damiani de Vicovario, & Sancti Bonaventuræ de Vrbe Conventus ſupradictos, auctoritate, & tenore præfatis extendimus, & ampliamus. Decernentes eaſdem præſentes litteras, & in eis inſerta Decreta hujuſmodi ſemper firma, valida, & efficacia exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illos, ad quos ſpectat, & pro tempore quandocunque ſpectabit, in omnibus, & per omnia pleniſſime ſuffragari, & ab eis reſpective inviolabiliter obſervari; Sicque in præmiſſis per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon Ordinis, & Provinciæ, ac Conventuum præfatorum, aliiſve quibuſvis, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alias roboratis Statutis, & conſuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis illorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcunque. Volumus autem, ut earundem præſentium litterarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides tam in judicio, quam extra illud habeatur, quæ ipſis præſentibus haberetur, ſi exhibitæ forent, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris, die 20. Aprilis 1682. Pontificatus Noſtri Anno Sexto.

Loco ✠ Sigilli.

I. G. Sluſius.

Denique F. Bonaventura plenus meritis, ad cœleſtem Patriam, ut pie creditur, evolavit 21. Septembris 1684. ætatis annor. 64., Religionis 44., & Fundationis *Sacri Receſſus* 22. Poſt ejus mortem publicata fuerunt ſtatuta pro *Sacri Receſſus* directione, de quibus in ſupra relatis Brevibus Alexandri VII., & Innocentii XI., quæ diſpoſita fuiſſe, traditur, ab A. R. P. Bernardino de Biſignano, Reformatæ Provinciæ Romanæ Miniſtro, cum approbatione Reverendiſſimi Patris Miniſtri Generalis, & confirmatione Eminentiſſimi Cardinalis Cybo Ordinis Protectoris, quæque vernacula lingua, ut omnibus innoteſcant, legi ſolent ſingulis Menſibus in plena ejuſdem Communitate. Sunt autem quæ ſequuntur.

STATUTA PARTICULARIA, QUIBUS SACER REFORMATÆ PROVINCIÆ ROMANÆ RECESSUS DIRIGITUR.

C A P I.

Di quelli che verranno al Ritiro.

1. PRimieramente ſi dichiara, ed ordina, che venendo al Ritiro alcun Frate di queſta Riformata Provincia Romana, ſecondo la forma preſcritta nelle Ordinazioni poſte di ſopra, o pure foreſtiero di altra Provincia, con obedienza de Superiori maggiori (qual dovrà impetrarſi dal Guardiano del Convento di San Bonaventura di Roma, o almeno col ſuo conſenſo) abbia queſto tal Religioſo un anno di tempo, acciò ſperimenti, ſe ſi ſentirà l'animo di conformarſi al noſtro modo di vivere, ſiccome fra tanto ſi proverà ſe ſia ſano di mente, e di corpo, ſe ſi conforma alla vita noſtra, & exiandio ſe eſequiſce quanto preſcrive San Bonaventura, (*a*) conforme qui ſotto diremo; onde non trovandolo tale, e in qualche notabil coſa manchevole, o vero ſtandoſi in dubio, come anco ſe ſarà inabile per il Ritiro, che eſſendo Sacerdote, ò Chierico, non moſtri abilità di confeſſar Secolari, quando ſarà il tempo conveniente, ò almeno a poter far la Sagreſtia, ſia aſſolutamente mandato nel modo ordinato come ſopra, perche in queſto Santo Ritiro non vi debbono eſſer uomini infruttuoſi, molto meno ozioſi, e inetti, ma bensì tutti atti, e virtuoſi. Onde chiunque Frate nuovamente venuto al Ritiro, li di cui nomi ſi ſcriveranno dal Padre Guardiano di San Bonaventura in un Libro appartato, conforme a quello de Novizj, ſe vorrà eſſer accettato tra noi (avanti finiſca il tempo aſſegnatogli, nel quale non potrà mai eſſer Preſidente in alcun atto di communità) farà in piena Communità de Frati (*b*) la rinunzia, tanto d'ogni preeminenza, quanto d'ogni titolo di Paternità, ò qualunque altro nome onorevole, contentandoſi ſolo di quello di Frate Minore; perche chi conoſce la grandezza di Dio, non ſi cura di queſta vanità, ne gli diſpiace riputarſi minore de gl'altri, poiche quello il quale entra nel Ritiro, deve eſſer totalmente morto a ſe ſteſſo. Sicche averà cura ogni Superiore, ſubito che riceverà ſotto il ſuo governo qualche Frate nuovamente venuto al Ritiro, di aſſegnargli un Padre Spirituale per Guida, (*c*) e Direttore, per quel tempo che ſarà neceſſario, acciò ſia perfettamente ammaeſtrato in queſto noſtro modo di vivere, e ſpecialmente circa l'Orazione Mentale, e Cerimonie della Meſſa, ſe ſarà Sacerdote: e fra tanto, almeno una volta ogni Meſe, ſi farà leggere alla Menſa il Cap. 5. della ſeconda parte dello Specchio di Diſciplina del Serafico Dottore San Bonaventura, quale così comincia: (*d*) *Reſta à conſiderare oltre ciò la differente converſione, &c.* Il che anco ſi farà onninamente nel Luogo del Noviziato, acciò ogn'uno meglio conoſca, (*e*) quali debbano eſſere i Novizj da Dio eletti, ſe ſiano huomini interiori, veramente divoti, e dotati di ſpirito Serafico; Che ſe poi quelli, i quali hanno a dare i Voti, ſi avvederan-

(*a*) *Condizioni di chi deve eſſer accettato.*
(*b*) *Rinunzia da farſi.*
(*c*) *Si aſſegni un Direttore.*
(*d*) *Si legga San Bonaventura.*
(*e*) *Qualità de' Novizj.*

Digitized by Google

deranno, che alcuno de Noviaj, ò Frati nuovamente ticevuti, non habbia quelle buone qualità ivi dal Santo accennate, sia assolutamente, se è Novizio, scacciato dalla Religione, e se sarà Frate professo, sia dal Guardiano di San Bonaventura *pro tempore* mandato alla sua Provincia, secondo il modo prescritto nel Breve posto di sopra; poiche non è conveniente si riceva all' Ordine, ed al Ritiro una Pecora, che col suo contaggioso morbo abbia a infettare tutto il Gregge.

2. Quindi si dichiara, che per li Frati da escluderſi, o che haveranno a partirsi da questi Conventi, non s' intende di quei vestiti nel Ritiro, poiche non potranno, (*a*) (conforme altrove s' è detto) uscire, senza legittima dispensa del Sig. Cardinal Protettore; se bene per li loro difetti, quando fossero moltiplicati, e notorj, potranno essere dal Guardiano, e Discretorio di San Bonaventura mandati nella forma del suddetto Breve, al P. Provinciale. Per le quali cose, ma molto più per l'amor di Dio, e per il suo spirituale profitto ancora, ciascheduno si sforzi, in quanto sarà possibile, di mettere in prattica quei santi ammaestramenti, dattici dal Serafico Dottore nel suddetto specchio di Disciplina, come mezzi, che felicimente guidano il Religioso all' acquisto della vera perfezione, con che anco si ordina, non si ricevano al Ritiro Giovani in modo alcuno per Chierici, (*b*) se non intenderanno sufficientemente la lingua Latina, secondo il giudizio di quelli, che li dovranno accettare.

3. In ciascuno di questi nostri Conventi si potrà tenere (*c*) un Terziario, trattandolo colla medesima carità degl' altri Frati, con questo però che sia ammaestrato, e mantenuto con vero spirito di penitenza, e mortificazione, facendolo convenire in Chiesa à tutti gl' atti di Communità, conforme li Frati Laici. Che però gli sarà dal Guardiano assegnato un Padre spirituale, che lo istruisca nella vita spirituale, insegnandogli specialmente la Dottrina Cristiana, e facendogli frequentare li Sagramenti, secondo la di lui capacità,

C A P. II.

Delle Messe, ed Ufficio Divino.

1. Ogni Sabbato dell' Anno non impedito ordiniamo, (*d*) che si celebri una Messa cantata dell' Immacolata Concezzione della Madonna Santissima, per la Santità di Nostro Signore Papa Regnate *pro tempore*, per l'Eminentissimo Sig. Cardinale Protettore dell' Ordine, e per tutti li Principi, Signori, ed altre Persone, che ci hanno favorito, e favoriranno in questo santo nostro proposito in ordine alla più pura, ed esatta osservanza della Regola del N. P. S. Francesco. Oltre à ciò, che per tutta l' Ottava del Corpus Domini, ed ultimi tre giorni di Carnevale si tenga colla dovuta riverenza, e divozione ogni giorno esposto il (*e*) Santissimo Sagramento per quello spazio di tempo, che il Guardiano giudicherà espediente. (*f*) Le altre Messe poi si diranno a quella intenzione, che hebbe Gesù Cristo stando in Croce, e per li bisogni di Santa Madre Chiesa, estirpazione delle heresie, per la pace, e concordia tra Prencipi Cristiani, per i Benefattori vivi, e defonti, e conforme Iddio sà esser Noi obbligati; E nessuno Superiore, o Suddito possa applicarle altrimente. Si eccettua però, che se alcuna persona divota, specialmente povera, dimandasse alcuna Messa per la sua necessità, ò divozione, se gli potrà dire con licenza del Superiore, in modo però, che la medesima persona in un anno non l' abbia più che tre, ò quattro volte: ma sempre *gratis*, & *amore*, senza poter mai noi pretendere alcuna retribuzione temporale, ai delle Messe, come anco delle Prediche, acciò diamo vero testimonio di non desiderar' altro, che la gloria d'Iddio, e la salute delle Anime.

2. In oltre qualunque Frate del Ritiro potrà per sua spiritual consolazione, e divozione applicarsi, o farsi dire due Messe al mese, notificandole però al Superiore *toties quoties*: e non possa applicarle, che per proprj bisogni spirituali, o per le Anime de' suoi Morti, e non mai per soddisfar' obblighi temporali presi da se, o da altri, e facendo altrimente, sarà proprietario di volontà: ma il Terziario n' averà solo una per mese. Oltre a questo, quando Iddio si compiacerà chiamare a se (*g*) il Sommo Pontefice, il Cardinal Protettore, li Reverendissimi PP. Ministro Generale, & Commissario, ò il P. Ministro Provinciale, si celebri per l' Anima di ciascuno una Messa solenne de *Requiem* in ciascuno de' nostri Conventi. Il simile si farà per ogn' uno di noi altri Fratri del Ritiro: E tutti li Sacerdoti diranno medesimamente per qualunque Anima de' sopradetti cinque Messe, siccome li Chierici, e Laici si communicheranno, procurando guadagnar cinque volte l' Indulgenza consueta, applicandegliela per *modum suffragii*. Non però sian disobligati dal dir l' Uffizio de' Morti, o li *Pater noster* prescritti dalli Statuti genrali della Riforma.

3. Di più, se alcun Frate Forestiero da noi coll' autorità de' Superiori Generali ricevuto in questi nostri Conventi, se ne morisse, si ordina, che da tutti li Sacerdoti, ed altri Frati si facciano i medemi suffragj, che si fanno a quelli ricevuti nel Ritiro istesso. Morendo poi il Padre, o la Madre di alcun Religioso del Ritiro, se gli celebri una Messa cantata in ciascun di questi Conventi, ed ogni Sacerdote gli dirà una Messa, li Chierici un Notturno de' Morti, e li Laici cento *Pater noster*.

4. Ogni mese si canterà una Messa de' Morti per le Anime de' Frati defunti del Ritiro medesimo, e de' nostri Genitori, e Parenti.

5. Si Ordina, che tutte le Messe, ed Uffizj Divini si dicano con quella maggior divozione possibile, ma però senz' affettazione che cagioni tedio, (*h*) o languidezza di spirito, in vece di divozione; specialmente nel celebrar delle Messe, e sue Cerimonie; perilche li Superiori invigilino molto, acciò se alcuno non sà bene le Cerimonie, di fargliele imparare, e se non s' applicherà, sia mortificato, ed anco sospeso dalla Messa, finche s'emendi, a giudizio del Superiore.

6. L' Ufficio Divino dunque si dirà con ogni divozione, l' ora del quale si rimette in tutto al pre-

ferit-

(*a*) *Esclusione dal Ritiro.*
(*b*) *Sufficienza de' Chierici.*
(*c*) *Terziarj.*
(*d*) *Messa della Concezzione.*
(*e*) *Esposizione del Santissimo.*
(*f*) *Applicazioni delle Messe.*
(*g*) *Suffragj per li Morti.*
(*h*) *Divozione senza affettazione.*
(*i*) *Orazione mentale.*

Digitized by Google

scritto delle nostre Constituzioni generali della Riforma, ed in tutte le cose recitate con voce bassa si faccia la debita pausa, con pronunzia distinta, e divota, e non affettata (a). In oltre si farà in questi nostri Conventi un' ora d'Orazione mentale la mattina dopo Prima, un' altra la sera dopo Compieta, ed un' altra a mezza notte dopo il Matutino, e il Polverino si volterà al *Sacrosanctæ*, o alle Litanie, secondo la diversità de' tempi. Vero è, che dalla Festa di Santa Croce di Meggio fino a quella di Settembre l'orazione da farsi a mezza notte, dovrà essere solamente di mezz' ora, evendo riguardo, che il Matutino colla suddetta mezz' ora non duri più di due ore, e questa Orazione della notte potrà anco esser (ne' tempi però più caldi) dispensata dal Superior locale, e in quella della mattine anderà inclusa le Messe votiva cantata, quando vi sarà; e ne' tempi d' Inverno per la picciolezza de' giorni, si potrà abbreviare, col voltare il Polverino secondo l' uso della Riforma nel principio dell' ultimo Salmo di Teraa a discrezione del Superiore locale.

7. In tutti li nostri Conventi ne' giorni Festivi si canterà la Messa, (b) e gl' Uffizj Divini si diranno con voce sonore, e nelli Feriali si reciteranno medesimamente secondo il modo stabilito, e consuetudine pratticata nel Convento di S. Buonaventura, eccettuato però che se in alcun giorno, benche Festivo, non vi si trovassero sei Frati da Coro, sì per esser impiegati a confessare, come per infermità, o altre simili necessità; poiche all' ora tanto la Messa, quanto l' Ufficio si potrà dire con voce bessa, conforme ne' giorni di Feria, parimente a discreaione del Superiure medesimo.

8. Niuno sarè esente dal convenire in Coro, (c) se non per impedimento d' urgente necessità, di che il Superiore dovra essere consapevole; e li Laici, secondo il costume del Ritiro, stiano in Coro presenti con gl' altri Frati. L' Infermiero però, secondo il bisogno degl' Ammalati, gl' attenderà con ogni sollecitodine, e carità fraterna. Come parimente lo Speziale, quando havrà alcuna occupazione nel suo mestiero, che non posse differirsi, facendone parola col Superiore, potrà attendere al suo lavoro, secondo la carità, e bisogno degl' Infermi: si eccettue anco l' Ortolano nel tempo dell' Estate, acciò la mettina per tempo se ne vada a lavorare nell' Orto, e dopo ritornerà alla Chiese a far le sue Divozioni.

9. Si avvertisca seriamente, che cantandosi la Messe, ò dicendosi l' Ufficio in Communità, (d) niuno s' applichi ad altro servizio, benche spirituale, per sua privata divozione: ma tutti siano uniformi nello stare in piedi, inchinersi, inginocchiarsi, ed in qualsivoglia altro atto di Communità, come v. g. della Resezzione, ed essercizio manoale, (e) laddove converranno tutti al primo cenno, o segno del Superiore, senza punto trattenersi, eccettuato il P. Lettore.

10. Si communicheranno li Chierici, e Laici (f) conforme all' ordinato nelli Statuti generali della Riforme, si rimette nulladimeno al prudente giudizio de' Confessori il poterla concedere negl' altri giorni a quelli, che per sua divozione la dimanderanno: ma niuno in alcun modo possa essere a ciò astretto.

11. La Disciplina (g) in Chiesa nelle tre notti della settimana consuete non si dispensi, se non quando in alcuna di esse occorrerà qualche Festa solenne di prima Classe, e nelle tre Feste doppo Natale, a Pasqua, ed in alcune solennità del nostro Ordine, come dell' Immacolata Concezzione, ed altra simile.

12. Per le Cerimonie (h) e Riti Ecclesiastici si osservino puntualmente le Rubriche dei Messale, e del Breviario Romano, giusta le dichiarazione del P. Bartolomeo Gavanto, come anco il Ceremoniale dell' Ordine, secondo la disposizione dello Statuto della Riforma; Ed avvertiscano bene li Superiori *pro tempore*, che non intentino d' introdurre altre usanze costumate forsi nelle loro Provincie, ancorchè buone, acciò non nascano confusioni, e disordini per tali diversità: ma si conformino humilmente a quanto si è stabilito, e di presente si prattica nel Convento di S. Buonaventura, a negl' altri. E però in modo veruno si faccia più mutazione circa il canto: (i) ma si seguiti il modo già introdotto simile a quello, che usa la Provincia di S. Pietro d' Alcantara.

13. Si proibisce assolutamente l' andar' a funerali (k) o ed altre Ufficiature in Chiese d' altri, se non in qualche Festa solenne di alcuna Communità delle Terre più vicine à Conventi, in caso, che non se ne possa far di meno, per la necessità delle Confessioni, o di Predica, come anco in alcuna occorrenza, che mancasse il Prete per Infermità, o altro accidente, che allora si potrà andere a supplire colla Messa nelle Feste di Precetto per la necessità del Popolo: ma solo per due, o tre volte, e non più, potendosi in tanto provedere in altra maniera, il che non succedendo per qualche impedimento insuperabile, non però s' abbandoni quel Popolo posto in tal necessità spirituale, che habbia a restar privo della Messa le Feste.

C A P. I I I.

Dell' esattezza del Silenzio.

1. Essendo il Silenzio uno de' fondamenti più principali, che sostentano la Mole di questo nostro Istituto del Ritiro, si ordina espressemente, (l) che in questi nostri Conventi sia perpetuo, ed esattissimo, specialmente in Dormitorio, talmente, che se alcun Religioso terrà bisogno per sua indisposizione d' esser visitato, se ne vada all' Infermeria. Anco al fuoco sia esattissimo, e in Refettorio indispensabile da qualonque Superiore, benche vi si trovesse qualsisia Prencipe, o Ecclesiastico, o Secolare, che perciò in ogni Convento saranno li luoghi deputati per discorrere, o parlare nelle occorrenze, o bisogni, tanto co' Frati, quanto co' Secolari, ed a questo fine non si permetta ad alcun Frate l' ander girando per il Convento, se non per alcun bisogno, o necessità, e molto meno porsi a a pesseggiar nel Chiostro, o nella Loggia, ne accompagnato, ne solo, e si proibisce strettissimamen-

(a) *Orazione Mentale.*
(b) *Messa Cantata.*
(c) *Esenzione del Coro.*
(d) *Uniformità in Coro.*
(e) *Essercizio Manuale.*
(f) *Communione.*
(g) *Disciplina.*
(h) *Cerimonie Ecclesiastiche.*
(i) *Canto non si muti.*
(k) *Non si vada a Funerali.*
(l) *Silenzio indispensabile.*

te l'entrare sotto qualunque pretesto in Cella uno dell'altro; (a) e si guardino di fare strepito in Dormitorio sì di giorno, come anco maggiormente di notte; circa di che sia il Superiore vigilantissimo, acciò si osservi con esattezza, e occorrendo, che alcuno vi caschi, ne dica la colpa in Refettorio, dove sia caritativamente corretto, e non emendandosi, sia penitenziato a proporzione del mancamento.

2. Per maggior osservanza dunque del Silenzio porteranno li Frati in piedi le Sandaglie Apostoliche (b) di Canape, Feltre, o Corame semplicemente; e se alcuno dirà aver necessità di portar'altro, (c) incarichiamo, che il Guardiano non possa concedergli tal licenza, se prima colli Discreti non avrà giudicato tal necessità esser vera, secondo la Regola nostra: ne lo possa mandar fuori di casa, se non fosse per mandarlo di famiglia ad un altro Convento. L'uso de' Zoccoli (d) si concede, per quando si esce al Giardino per lavorare, o per altro, o che si và fuori di Convento, quando il Superiore lo giudicherà necessario.

3. Se alcuno vorrà andar scalzo, (e) li si conceda colla benedizione del Signore, come anco dormir sù le Tavole, ed ogn'uno possa servirsi d'un pajo di Pelli di Castrato, o d'un Saccona di Paglia (f) per prender'ivi li suoi riposi necessarj. In oltre se alcun Secolare, o Religioso forestiero volesse per sua divozione vedere il Convento, (g) essendo l'ora opportuna, potrà il Superiore (se così gli piacerà) farlo accompagnare da un Frate, parlando con voce bassa, e divota, senza trattenerlo molto, passando per il Dormitorio, Coro, ed altri simili luoghi, eccettuate le Officine interiori, nelle quali non si meni nessuno; e avendo detti Forestieri a trattenersi per alcun bisogno, si conducano alla Foresteria, accio non siano di disturbo alla quiete de' Frati; perilchè si terrà nel Chiostro un Cancello chiuso, acciò niuno possa entrarvi senza special licenza del Superiore.

4. Quando li Frati saranno per qualche bisogno mandati fuori del Convento (h) osservino il consiglio di Cristo Signor Nostro, che dice, non vadano di casa in casa vagabondi per vani complimenti, ed altro simil fine, ne gli sarà lecito, se non per vera necessità, ricercare da se stessi la licenza per uscir di casa: ma stiano rimessi affatto alla disposizione del Superiore, ne meno nel ritornare, porteranno alcuna sorta di nuovelle, se non fossero di molta edificazione. Oltre a ciò incarichiamo alli Cercatori, ed a qualsivoglia altro Frate, che non possano dar memoriali (i) sotto qualunque pretesto, se prima dal Guardiano colli Discreti non sarà ciò giudicato esser veramente necessario; e se alcuno avesse ardire di far'altrimente, sia punito dal Superiore, conforme giudicherà esser secondo Dio; e questo si deve intendere ancora circa il mandare, o ricever lettere (k) senza sua licenza, al che sarà soggetto eziandio il Portinaro, se farà ambasciate, o darà lettere, senza prima farne consapevole il Superiore, il quale però con prudenza, e carità, ordini quello gli parrà conveniente, acciò per una parte non si rilasci il rigor del Ritiro, e per l'altra li Religiosi non siano privi della ragionevole communicazione co'prossimi, ne restino inquieti per vedersi negate le oneste, e lecite soddisfazioni.

5. Ed il Portinaro di S. Bonaventura (l) non possa introdurre in Convento veruna sorta di Bestie senza saputa del Superiore, se bene fossero de' Benefattori, o Divoti degl'altri Conventi, ne li Superiori daranno questa licenza, eccetto che per servizio del medesimo Convento, e in caso che senza scandalo non si possa far altrimente; Ed il fine di tutto questo si è, toglier via ogni sorta d'inquietudine, o disturbo, che potrebbe nascere da simili impedimenti, e imbarazzi a questo S. Ritiro (m). E per ciò li Superiori stiano bene avvertiti, tanto in questo Convento suddetto, quanto in ogn'altro di quei di fuori di Roma, che vi sia la maggior sequestrazione possibile da' secolari, e non vi si permetta qualsivoglia cosa contraria alla quiete de' Religiosi.

6. E sopra tutto si esorta ogn'uno alla osservanza (n) del Silenzio Evangelico, cioè che si fuggano li dicorsi di lamento, che anco consiste nell'evitare le parole oziose, superflue, vane, e molto più le contenziose, dal che dichiariamo non intendersi, che uno rompa il silenzio, quando con voce bassa, e breve parlasse, o rispondesse per qualche cosa necessaria: onde dovranno assuefarsi a parlar ordinariamente (o) con voce sommessa, e in ciò insistano specialmente li Maestri de' Novizj nel Noviziato.

C A P. IV.

Della perfetta Ubbidienza.

1. Essendo la Santa Ubbidienza il vero fondamento della somma perfezzione, come il nostro Redentore ci ha insegnato col suo esempio, conforme S. Paolo dice di esso, che *Factus est obediens usque ad mortem*; Per tanto si ordina, sì alli Superiori, come alli sudditi (perche tutti siamo obbligati d'ubedire a Dio, alla S. Sede Apostolica, ed alla nostra Regola) che non si vagliano d'altra glosa, ed interpretazione della Regola, che del Testamento lasciatoci dal Nostro P. S. Francesco, e delle dichiarazioni de Sommi Pontefici Nicolò III. Clemente V. e di quei Dottori approvati, che la espongono, secondo lo spirito, ed intenzione del medesimo Santo Legislatore (p). In oltre il Guardiano, e Superiori maggiori siano ubbiditi al primo cenno di qualunque comandamento, purche non sia contro l'Anima, e Regola nostra (che Dio non voglia) (q) Laonde i Superiori si mostreranno pietosi, ed amorevoli verso li loro sudditi, essendo più rigidi nel giudizio, che nella riprensione, talmente che se alcun Frate avendo commesso qualche difetto, da se stesso lo confesserà in pubblico Refettorio, con

dar

(a) *Ingresso in Cella di altri.*
(b) *Sandaglie Apostoliche.*
(c) *Calceamenti.*
(d) *Zoccoli.*
(e) *Andar scalzo.*
(f) *Pagliucci, o Pelli.*
(g) *Veder' il Convento.*
(h) *Uscir da Convento.*
(i) *Non dar Memoriali.*
(k) *Non ricever Lettere.*
(l) *Non introdurre bestie.*
(m) *Sequestrazione da Secolari.*
(n) *Silenzio Evangelico.*
(o) *Parlar basso.*
(p) *Obbedienza al primo cenno.*
(q) *Benignità de' Superiori.*

dar segni di vero pentimento, non gli potranno fare, ne dir' altro, che le parole di Gesù Cristo, cioè *vade in pace, & noli amplius peccare*; perche il principal fine di queste Costituzioni è la carità, non pretendendosi altro, che l' emendazione, ed il miglior bene di ogn' uno.

2. Nessun Superiore locale, (a) o vero suddito de' Conventi di fuora potrà portarsi in Roma, senza prima darne al P. Guardiano di S. Bonaventura, al quale anco si proibisce il mandare per la Città, o in Casa di chi che sia in Roma li Frati a confessare, (b) o dir Messe, o assistere a moribondi, il che s' intende anco de Guardiani degl' altri Conventi, se non fosse in caso di qualche necessità inevitabile, secondo il prudente giudizio de medesimi Superiori. Non però si vieta che per sollevamento dello spirito si mandino di tempo in tempo a qualche divozione fuori di Convento; ma agli Ospedali si eforta il sudetto (c) P. Guardiano a mandarveli una volta ogni otto, o quindici giorni, secondo gli sarà commodo, acciòche servano, confessino, ed insegnino la Dottrina Cristiana a poveri Ammalati.

3. Finalmente si vieta a ciascun' Superiore del Ritiro, a mandare alcun' de suoi sudditi ad accompagnare altri Frati forestieri, (d) o à portar' Citatorie per li Conventi: Ma tali Citatorie si mandino per il Terziario, o per alcun' Secolare divoto, e li Frati forestieri siano albergati caritativamente: ma poi (secondo l'ordine più volte dato da Superiori maggiori, come dal fù Eminentissimo Barberino Protettore, e de molti Superiori Generali) siano menati al Convento più vicino della Provincia da quei medesimi Compagni, co' quali sono venuti nel Convento del Ritiro. Oltre à ciò se alcun Frate del Ritiro, o per se, o per altri, sotto colore di pietà, come di divozione, chiedesse licenza da Superiori Generali di uscir da tali Conventi, per far camino, o pure dal Provinciale, avvertiscano, e si contentino li medesimi Superiori di non darla, se prima non s' informano della qualità del (e) Frate dal Guardiano di S. Buonaventura, poiche se a ciò fare fosse veramente necessità, toccherà al Guardiano medesimo il procurargliela, come anco far mutazione da un Convento in un altro, fuori del tempo del Capitolo, o Congregazione.

C A P. V.

Dell' Ordine della Mensa, ed altri Esercizj Communi.

1. Tutti li Frati saranno (f) uniformi, secondo li Decreti della felice memoria di Clemente VIII. nel vestire, nel mangiare, nella supellettile delle Celle, ed anco nelle azzioni, specialmente circa gli atti di Communità; di modo che in Refettorio non stiano alcuni col Cappuccio in testa, ed altri col capo scoperto: ed acciò in questo si osservi la uniformità, si ordina che da Settembre fino a Giugno si stia nella Mensa col Cappuccio in capo per osservanza di maggior mortificazione, e Religiosa modestia. Nella Estate poi per la molestia del caldo, potranno li Superiori dar licenza, che si stia senza Cappuccio in testa, e quando il Superiore averà fatto tal dispensa, tutti s' uniformeranno a stare nell' istesso modo.

Chronol. Seraph.

2. La stessa uniformità parimente si sforzino osservare circa il portar il Mantello, per quanto commodamente sarà possibile, non potendosi in ciò dar regola generale per tutti, per rispetto de' vecchj, convalescenti, ed altri bisognosi, per diverse necessità, che non possono lasciarlo, o ripigliarlo in un' medesimo tempo, e però si rimette alla discrezione, e prudenza de' Superiori locali, il prescrivere la deposizione, o reassunzione di esso Mantello, secondo i luoghi, (g) e tempi freddi, come dice la Regola; questo sì che nel servire delle Messe, nella elevazione della Messa cantata, nel servir della Mensa, e nello sparecchiare, (nelche il Superiore averà la mira ne' tempi freddi à Religiosi vecchj, o convalescenti, che non ne possono star di meno senza qualche patimento) come anco nel far la Barba, e nello scopare, si debbano tutti levar il Mantello, e parimente quando si faranno altri esercizj, che per farsi decentemente, e speditamente, richiedono tal deposizione di Mantello di lor natura.

3. Circa il mangiare si seguiti puramente il consiglio Evangelico, che mangino quel tanto, che nella mensa sarà loro posto avanti, e però ne il Superiore, ne li Cercatori, e molto meno gli altri Frati, mostrino in ciò anzietà, ne sollecitudine: ma si rimettano alla Divina Providenza, contentandosi di quello, che la medesima loro manderà, e la caritativa diligenza degli Ufficiali della Cucina, e del Refettorio loro apparecchierà; Questi però s' ingegnino con seria applicazione, che li Religiosi abbiano (h) il necessario sostegno con discreta moderazione, e senza veruna parzialità, fuorche li forestieri nella prima refezzione, secondo il costume, affaticandosi, che per quanto spetta ad essi, non abbiano li Frati giusto incentivo di lamento, sì circa la sufficienza, come anco circa la pulitezza, e sopra tutto circa l' uniformità, essendo cosa sperimentata, che nelle communità Religiose il Demonio s' ingegna di metter la zizania delle inquietudini, e mormorazione per questo verso, come si vidde anco nella primitiva Chiesa, che il primo disturbo in quella sì santa Congregazione naque da una tal radice, quando (i) *factum est murmur Græcorum adversus Hebræos*. Onde furono astretti gli Apostoli a rimediarvi colla instituzione de' sette Diaconi, per sovrastare alla distribuzione de viveri con sodisfazzione di tutti.

4. Li Superiori dunque con ogni attenzione invigilino sopra la diligenza, e fedeltà de' medesimi Ufficiali, ammonendoli, e correggendoli secondo il bisogno: (k) e ritrovando alcuno difettoso notabilmente, che corretto, non sia emendato, lo rimuovano da quell' Uffizio, e ve ne sostituiscano un' altro più idoneo, conforme stimeranno meglio secondo Dio. Dall' altro canto li Frati si ricordino, che non sono venuti al Ritiro per dar soddisfazzione alla gola, mà per far penitenza, e attendere alla maggior mortificazione de' sensi; onde occorrendo tal volta qualche mancanza per inavvertenza, o anco negligenza degli Ufficiali, si guardino a tutto

Pp 2 pote-

(a) *Venuto in Roma.*
[b] *Non mandar Messe fuori.*
(c) *Mandar agli Ospedali.*
[d] *Non si accompagnino Frati.*
(e) *Obedienze de' Superiori.*
[f] *Uniformità nelle azzioni.*
[g] *Levarsi il Mantello.*
[h] *Parzialità nel mangiare.*
[i] *Att. 6.*
(k) *Ufficiali fedeli.*

Digitized by Google

potere di mormorarne, anco internamente; e molto più di farne verun minimo riſentimento colli medeſimi, ma ſe per umana fiacchezza non potranno vincere quella ripugnanza del ſenſo, ne faccian colla dovuta ſommiſſione ſolamente conſapevole il Superiore.

5. Si vieta il far paſti eccesſivi in qualunque occaſione di ſolennità, o arrivo di alcun Superiore maggiore, e per ordinario il Cucinaro non dia più di due Piatti, mà nelle Feſte, e ſolennità ne potrà dar trè, (a) e anco quattro a diſcrezione del Superiore, pure che non vi ſia eccesſo contro la Povertà, come anco ne' giorni, che precedono le Quareſime, e in tutti li giorni di Digiuno, eccetto il Venerdì, nel quale ne darà ſolamente due. La ſera poi non ſi dia Pietanza di carne ſe non di rado, e ne giorni antecedenti le Quareſime, come ſopra, colla dovuta diſcrezzione, non potendoſi in ciò preſcrivere una Regola univerſale indiſpenſabile, per la varietà de tempi, e della contingenze, che poſſono occorrere.

6. Non ſi ammettano Secolari a mangiar in Refettorio, ſe non ſaranno perſone qualificate, alle quali non ſi poſſa negare; ſi potrà anco permettere al Medico del Convento, e al Procuratore, (b) cioè al Sindico Apoſtolico, mentre ſi faccia per un' ſol pranzo, e colla dovuta frugalità Religioſa, colla quale reſtino bene edificati, e maggiormente divoti, ed affezzionati alla Religione: agli altri Secolari poi, benche ſiano Benefattori, ſi darà da mangiare in alcuna ſtanza decente, che dovrà tenerſi bene agginſtata per ſomiglianti occorrenze, e ſi guardino li Frati, mentre quelli mangiano, di ſtar loro attorno, come per corteggio, e di menarli poi al fuoco con eſſi in converſazione, o pur nel Giardino, o nel Chioſtro ſimilmente a diſcorrere.

7. Per gli Ammalati ſi procurerà tutto quello, che ſarà neceſſario, con ogni carità ſecondo il precetto della Regola. (c) Li Convaleſcenti, che potranno ſcendere in Refettorio, e quelli, che per qualche indiſpoſizione avranno biſogno d' alcun cibo particolare, mangieranno ivi in una Menſa ſeparata, ed aſſegnata per tal' effetto, ſe al Guardiano non pareſſe doverſi far' altrimente, li quali Convaleſcenti, potendo ſenza detrimento della loro indiſpoſizione, andar' in Coro in tempo dell' Orazione, o Ufficio, vi dovranno convenire, e non potendo ſtar con gl' altri in piedi, o in ginocchi, ſi mettano in alcun cantone in diſparte, o pure ſe ne ſtiano ritirati alla loro ſtanza, acciò non vadano girando per Caſa. Onde anco l' Infermiero ſtarà vigilante, che per l' Infermeria non ſi faccia ſtrepito, particolarmente nel tempo degli Ufficj, ed Orazione, acciòche qualunque Ammalato ſe ne ſtia interiormente raccolto con Dio Benedetto.

8. Circa di che ſi deve avvertire, che quantunque nella Infermeria per ſollevamento, e conſolazione degli Infermi, ſia permeſſo il parlare, non però deve farſi con diſſoluzione, o nel modo con alzar troppo la voce, o provocar al riſo, o nella troppo dimora, che cagioni tedio all' Infermo, ed oziosità, e perdimento di tempo al Frate, che fa la viſita, o quel che ſarebbe peggio, con dar nelle ciancie, a riferir novelle, e baje ſecolareſche. Pertanto li Superiori invigilino, che gl' Infermi ſiano ben ſerviti, e viſitati, ma ſenza tumulto, facendo in modo, che in un' iſteſſo tempo non ſi trattengano molti inſieme con un' Infermo ſenza neceſſità: ma ſol per mera ricreazione, e ciò ſi vieta ſpecialmente a' Giovani, li quali non debbono fermarſi per le ſtanze: ma dopo aver' eſibita la loro ſervitù all' Infermo, e fattogli quanto gli occorrerà di biſogno, paſſarſene via; altrimente ſotto queſto preteſto così ſanto, (ſe non vi ſi avvertiſca) in breve s' introdurrà la rilaſſazione.

9. Mentre ſi mangia ſi leggerà ſempre, (d) particolarmente le Croniche del noſtro Ordine, quando non vi ſia altro libro opportuno, tanto la mattina, quanto la ſera, ancorche ſi faccia la ſola Colazione, nella quale tutti ſi metteranno à ſedere, eccetto li Laici, giovani, e Chierici, che ſtaranno in ginocchio con quello che deve dire l' *Ave Maria* per darſi la Benedizione, la quale data, vadano ancor' eſſi à ſedere, baciando in terra.

10. Quando occorrerà farſi alcun' eſercizio manuale, il Guardiano faccia chiamare tutti li Frati unitamente, non tralaſciando però mai il tempo d' Orazione, ed Uffici Divini; Oltre che guardinſi li Superiori di tener troppo applicati alle coſe manuali i loro ſudditi, acciò non s' eſtingua in eſſi lo ſpirito della Santa Orazione, e divozione; ſiccome alli Giovani, ed a' Novizj daranno dopo il Matutino almeno due ore di tempo, acciò prendano i loro ripoſi neceſſarj, e nell' Eſtate ad un' ora di notte, e nell' Inverno à due ore li laſcieranno andare à ritirarſi, ſenza punto trattenerli. Inoltre reſe le grazie dopo il Pranzo, e la Cena, (e) anderanno tutti unitamente à lavare i piatti, nel qual tempo reciteranno il *Miſerere* colle altre ſolite Divozioni per li noſtri Benefattori, vivi, e defonti; e finalmente ogni Sabbato doppo Nona, o quando il Superiore meglio giudicherà, converranno tutti inſieme à ſcopare il Convento. (f)

11. Tutti li Frati ſi potranno radere ogni tre ſettimane una volta, e la Tonſura de' Laici ſia un dito ſopra delle orecchie, (g) quella de' Chierici ſia due dita ſopra di eſſe, e le Chieriche non ſaranno più larghe di due dita; onde ſe alcuno ardirà di fare altrimente, ſarà immediatamente riformato, e corretto pubblicamente. Circa poi il veſtire, come anco in tutte le altre coſe, ſi conformeranno totalmente all' ordinato nelle Conſtituzioni Generali della Riforma, e nelle preſenti al Capitolo ſeguente.

12. Si mantenghano in queſti Conventi gli (h) Studj, particolarmente di Theologia morale, ſecondo richiederà il biſogno, conforme ordinano le Conſtituzioni Generali; niuno però tanto de' Lettori, quanto de' Studenti ſarà eſente dal Coro, Orazione mentale, ed altri Eſercizj di Communità. Il Superiore però avrà la mira, che al Lettore non manchi il tempo neceſſario per ſtudiare le ſue lezioni, e fare li ſuoi eſercizj ſcolaſtici. Inoltre non ſi faranno diſpute con ſtrepito, nè mano pubbliche: mà bensì con modeſtia, e privatamente. E ſopra tutto sì li Lettori, come li Studenti ſi sforzino di mantenere in loro medeſimi lo ſpirito della Santa Orazione, e Divozione, come principali mezzi per unirſi con Dio, ed al quale tutte le altre occupazioni debbono ſervire per nutrirlo, ed accreſcerlo, e non per diſtruggerlo.

13. Se poi alcun Frate Sacerdote, o Chierico non vo-

(a) *Quantità di vivande.*
[b] *Secolari in Refettorio.*
(c) *Ammalati, e Convaleſcenti.*
[d] *Lezzione nella Menſa.*
[e] *Lavar le ſcudelle.*
[f] *Scopare.* (g) *Tonſura.* (h) *Studj.*

volesse sotto colore di spirito (essendo atto) applicarsi allo studio, come v. g. della Grammatica, o Teologia morale, sia da' Superiori sforzato à studiare; per lo che una volta la settimana si farà la conferenza de' Casi, alla quale convengano non solo li Confessori, (a) ma tutti gli altri Sacerdoti, ed anco li Chierici, quali però non risponderanno.

14. Li Predicatori [b] siano avvertiti ad apparecchiarsi, non meno colla Orazione, che collo studio, ad un sì santo, e venerando Ministero di annunziare al Popolo la parola Divina, quale dovranno predicare con spirito Apostolico, e con vero zelo della salute delle Anime, senza aver mira à cattivarsi l' applauso degli uditori, che però si guardino affatto di predicare con fioretti, e colori Rettorici; ma schiettamente la Sagra Scrittura, e Dottrina de' Santi Padri, e sopra tutto si sforzino di predicar coll' opere più, che colle parole, astenendosi dalla conversazione de' Secolari, con una stretta custodia del Ritiramento, che però loro si proibisce assolutamente l' andar à mangiar con altri fuori di Casa, o invitare altri à mangiar seco, sotto pena di dover essere pubblicamente corretti, quando ritorneranno in Convento, o di non poter esser mandati a predicare l' anno seguente.

C A P. VI.

Dell' altissima, e Santa Povertà.

1 Primieramente si ordina, che se mai alcuna Persona per sua divozione ci lasciasse in Testamento qualche Legato per limosina, ne li Frati, ne il Procuratore, ovvero Sindico Apostolico lo possano ricercare dagli Eredi; (c) ma se quelli spontaneamente vorranno fare la Carità, per suffragare le Anime de' loro Defonti, si potranno allora ricevere le cose necessarie allo stato nostro, secondo la Regola, e non essendovi tal necessità, non si possano in alcun modo accettare.

2 Oltre a ciò, che non sia mai lecito a' Superiori di fare, o permettere alcuna Fabrica (d) nuova nel Convento, ne di disfare le già fatte: ma quando occorrera il bisogno di far qualche nuova fabrica per riparo del Convento, o della Clausura, come anco di usare, o disfare qualche cosa nel Convento, o nella Chiesa, o nel Giardino, e Selva, se ne pigli il parere de' Discreti, e col consenso di essi *in scriptis*, se ne dimandi licenza al Guardiano di S. Buonaventura, se però non occorresse bisogno tale, che al parer de' Discreti medesimi non si possa, ne si debba aspettar tal licenza, qual' innovazione senza licenza si proibisce si ne' Conventi, come nel Giardino, (e) o Selva, con tagliar' Alberi di veruna sorta, o far mutazione di luoghi per li fiori, mutare strade, o cose simili. Ne meno ardiscano introdurvi Bestie (f) di chi si sia Benefattore, essendosene per il passato veduti coll' esperienza i disordini, e danni, che ne sono seguiti, come anco dal metter fuoco inconsideratamente in essi Giardini, e Selve; che però si vieta strettissimamente, che ciò non si faccia per l' avvenire, senza licenza, e dovuta cautela. (g)

3 Parimente si ordina, che in questi Conventi non si possano tenere Somari, (h) ne meno Botti: ma si bene certi Caratelli per il vino, che si cerca.

4 Inoltre si proibisce il poter tenere Asciugatori di lino, (i) eccetto, che per gli Ammalati, Forestieri, e per quelli, che vengono sudati di fuori: Potrà bensì, chi vorrà, servirsi di quelli di lana: ma che sia del colore dell' abito, almeno negli estremi per quattro dita, e che servino in cambio della Tonica per conservare l' Abito netto, il quale ognuno si sforzerà di mantener pulito: ma nel rappezzarlo, secondo la libertà della Regola, non si faccia deformità, che mostri sordidezza, o ipocrisia.

5 Per li Panni della Commonità vi sarà un Frate destinato per tenerli puliti, e netti, sì quei di lino, come quelli di lana, e per distribuirli a ciascuno secondo il bisogno, il qual Frate una volta il Mese farà la Bucata, (k) ed il Superiore gli assegnerà i Religiosi, che saranno di bisogno per ajutarlo, tanto Sacerdoti, quanto Laici, acciò la troppo fatica non raffreddi la Carità.

6 Quanto alla qualità, e forma dell' abito, (l) si doverà osservare la disposizione delli Statuti della Riforma, e quella di più, che per maggiore umiltà, e modestia Religiosa s' è fino ad ora praticata in questo Convento di S. Buonaventura di Roma.

7 Si proibisce ancora a qualunque Religioso del Ritiro il poter litigare, [m] o tenere altri, che litighino per qualsivoglia cosa del Mondo; e che non si pigli Tabacco, (n) come cosa indecente, e disdicevole allo stato nostro.

8 Li Guardiani si contentino di uniformarsi con gl' altri con non tener chiave [o] nella stanza, potendo tener serrato a chiave l' Armario, o qualche Cassa, per conservarvi le Scritture col Sigillo del Convento, ed altre cose, che dovranno star sotto chiave.

C A P. VII.

Dell' Osservanza di queste Constituzioni, e delli Discreti.

1 Acciocche le presenti Constituzioni sortiscano il bramato effetto d' una stabile, e perseverante Osservanza, (p) si ordina, che quattro volte l' anno, cioè ogni tre Mesi una volta, e farà nel secondo giorno di Gennaro, nel primo d' Aprile, nel primo di Luglio, e nel primo d' Ottobre, il Guardiano di ciascun Convento farà leggere in pubblica Mensa, o in un Capitolo specialmente convocato a suon di campanello, le Costituzioni medesime, e dopo lette, farà una breve, ma fervorosa esortazione circa la puntuale osservanza di esse, nel fine della quale incarichi a tutti li Religiosi, [quali dovranno essere li soli Professi, esclusi li Novizj, e Terziarj] che se alcuno, ha osservato essere occorsa alcuna trasgressione di quanto in esse viene ordinato, debba porla in scritto, e nel medesimo giorno presentare quel Polizino al Guardiano, o ad alcuno de' Discreti, avvertendo di notare semplicemente il fatto, con accennare il mancamento, senza punger nessuno. Il Guardiano poi farà leggere alla presenza de' Discreti tutti li Polizini che saran stati dati, e fatta matura discussione circa la verità dell' esposto in essi, procurerà di darvi l' opportuno rimedio, col parere, e consiglio de' Discreti medesimi; E di questi se alcuno sarà mai scoperto d' aver

[a] *Conferenza.* [b] *Predicatori.*
(c) *Legati.* [d] *Fabriche.* [e] *Giardino.*
[f] *Bestie.* [g] *Foco.* [h] *Somari, e Bovi.*
(i) *Sciugatori.* (k) *Bucata.* (l) *Vestimenta.*
(m) *Liti.* (n) *Tabacco.* (o) *Non tener Chiave.*
[p] *Lettura delle presenti Costituzioni.*

Digitized by Google

ver proceduto con frode, o passione, o anco per crassa ignoranza, resti d' esser Discreto per quell' anno, e se ne surroghi un' altro il più degno dopo di esso.

2. Il Discretorio [a] sara composto di cinque persone, cioè Guardiano, Vicario, e trè li più degni, cioè quei, che dopo li suddetti precedono tutti gl' altri; e ciò s' intenda per il Convento di S. Buonaventura, poiche per gli altri basteranno due col Guardiano, e Vicario, e tali Discreti non avranno altra autorità sopra gli altri, che dar il lor voto nel Discretorio, e assistere al Guardiano, o al Vicario in assenza di quello, quando sarà la Visita (b) delle Stanze ogni Mese, secondo lo Statuto della Riforma, quale inviolabilmente si osservi sotto la pena in esso tassata.

C A P. VIII.

Del modo con che si deve osservare ciò, che ordinano queste Costituzioni.

PEr intelligenza più chiara di quanto si è ordinato, si pongono qui li Casi, per i quali s'incorre la sospensione, o privazione degli Uffici, overo esclusione da questi Conventi del Ritiro.

1. Chi accetterà, (c) o fare accettare limosina pecunaria in Chiesa, o dentro il Convento, sarà punito conforme alle pene contenute nelli Statuti Generali.

2. Se si troverà, che alcun Terziario abbia ricevuto qualunque sorta di Denari, sarà immediatamente spogliato, e scacciato dalla Religione, e se alcun Frate Suddito, o Superiore glie li averà fatti ricevere, sarà castigato come proprietario.

3. Se alcun Superiore permetterà, [d] che si fabrichi contro il modo ordinato, overo che si faccino Pasti eccessivi per Frati, o Secolari, sia sospeso dal suo Ufficio.

4. Chi per interesse celebrerà Messe, [e] o Predicherà, overo permetterà tali cose, sia castigato colla sospensione.

5. Qualunque Superiore locale sarà provisione di grano, [f] o biada, o introdurrà in Convento Botti per Vino, e se ivi si conserverà anco per Secolari, sia sospeso dall' Ufficio ad arbitrio del Superiore del Ritiro.

6. Quando alcun' Frate sarà inquieto, (g) e vagabondo, cioè che vada spesso girando il Convento, e vada nelle officine senza vera necessità, mostandosi poco amico della ritiratezza, e del silenzio, e molto più, se co' riportamenti, e mormorazioni sarà conturbatore della Pace, o che per altro sia inetto per il Ritiro, sarà mandato via secondo il modo prescritto, sotto la sospensione dell' Ufficio a' co' Guardiani, e Discreti, che non eseguiranno quest' ordine.

7. Se alcun Frate sarà troppo bevitore [h] di vino, cioè se communemente ne beverà più dell' ordinario, essendo scoperto, che beva fuor della mensa, sia escluso dal Ritiro.

8. Chi lascierà, o permetterà di dire le Messe, ed Uffizj Divini contro il modo ordinato, [i] se sarà Suddito, sia mandato via, overo sospeso dal celebrare, e se sarà Superiore sia sospeso dall' Ufficio per il tempo, che parrà al Guardiano di S. Buonaventura col conseglio de Discreti.

9. Quel Superiore, che permettera, che in Chiesa, si dia da mangiar a Donne, o che ivi dormano di notte, o in Sagrestia, (k) sia sospeso dall' Ufficio come di sopra, ed il Suddito, che vi sarà stato colpevole, faccia la Disciplina, e mangi in terra.

10. Chi Confesserà, o acconsentirà, che si Confessino Donne in Sant' Angelo di Montorio, [l] fuorche nelle Feste di S. Michele Arcangelo di Maggio, e di Settembre, con il giorno del Perdono, ed in caso di necessità vera da giudicarsi dal Superiore, quando vi andarà in visita, se sarà Superiore sia Sospeso dall' Officio, e se è suddito, sia punito ad arbitrio del Superiore con Disciplina, e anco più gravemente, secondo l' eccesso.

11. Quando alcun Frate, essendo più volte corretto (m) con carità, non vorrà osservare quel tanto, che si contiene in questi Statuti, sia escluso dal Ritiro.

12. Se apertamente si conoscerà alcun' Religioso indevoto, (n) che vada forzatamente, e quasi per usanza al Coro, come a tutti gl' altri atti di Commonità, o che spesso si lamenti con i Frati, e massimamente quando ripugna all' obedire con prontezza a Superiori, sia assolutamente cacciato da Noi.

13. Se alcun' Superiore si mostrerà trascorato in far' osservare il silenzio, [o] secondo la disposizione di queste Constituzioni, non correggendo, e penitenziando li trasgressori, o pure ardirà di dispensarlo in Refettorio, irremissibilmente sia sospeso dall' Officio, e gravemente corretto.

14. Qualunque Cercatore, o altro Frate, che darà memoriali [p] per Pane, Vino, o altre cose, tanto per servizio del Convento, quanto per altri, senza l' approvazione del suo Guardiano, e Discreti, e non emendandosi dopo la dovuta, e replicata correzzione, se sara per cosa grave, sia mandato fuori del Ritiro, o se non, sia levato dall' Offizio, siccome al medesimo Guardiano non sarà lecito d' intrigarsi ne' negozj de Secolari.

15. Ciaschedun' Frate, che si farà raccommandare (q) per Superiorità, ed Ufficio alcuno, si dichiara per indegno, e la sua elezzione dovrà annullarsi, se legittimamente costerà esser successa nel modo suddetto. Similmente chi si farà raccommandare, per star di famiglia in questo, o in alcun' altro Convento, si comanda a Superiori, che non ve lo possano tenere, o mandare, accio di ciascuno si disponga sempre secondo Dio, e conforme a bisogni de Conventi, ed il Frate sia penitenziato esemplarmente.

16. Se il Guardiano di S. Buonaventura permetterà, che nella Chiesa del medesimo Convento si portino morti a sepellire, (r) sia privo del suo Ufficio; come anco se manderà fuori li Sacerdoti a dire le Messe, o confessare contro l' ordinato in queste Costi-

(a) *Discretorio.*
(b) *Visitar le Celle.*
(c) *Ricever pecunia.*
[d] *Fabriche o pasti.*
[e] *Messe e Prediche per interesse.*
[f] *Provisione di grano, o vino.*
(g) *Inquieti, o Vagabondi.*
(h) *Bevitore.*
(i) *Lasciar la Messa, o l' officio.*
(k) *Mangiar Donne in Chiesa, o dormire.*
(l) *Confessar Donne in S. Angelo.*
(m) *Corretto, e non emendato.*
(n) *Indevoto o disobediente.*
(o) *Inosservanza del Silenzio.*
(p) *Chi darà Memoriali.*
[q] *Non farsi raccomandare.* (r) *Sepolture.*

Coſtituzioni, ſia ſoſpeſo ſin' tanto che averà fatto gl' Eſſercizj ſpirituali, e quaudo voleſſe perſeverare in mandarli fuoea, ſia aſſolutamente ſoſpeſo.

17. In oltre il ſuddetto Guardiano ſia obbligato a provedere, (a) di tutte le coſe neceſſarie per gl' Ammalati, tanto il Convento di Roma, quanto quelli di fuora, come aneo di Caudele per le Meſſe, d' un' poco di Salume, e del Veſtiario per li Frati, e dell' altre coſe neceſſarie, che in quei luoghi non ſi trovano, e a far queſto ſi riconoſca eſſere tenuto per ragione dell' Uſizio, eome Direttore del Ritiro: Coei all' incontro li Superioi lneali de Conventi di fueri dovranno mandare la Lana, li Legumi, e Seccumi, che per ſervizio del medeſimo Convento di S.Bonaventura loro avanzeranno.

18. Non poſſa il Guardiauo del ſuddetto Convento [b] ammettere verun' Religioſo a dimoraee in Convento, e pernottarvi, ne meno per una notte, ſe non in caſo di alcuna inevitabile neceſſità giudicata per tale da' Diſcreti, ed auco col parere de medeſimi, ſe qualche Religioſo di eſperimentata bontà vorrà farvi gl' eſercizj ſpirituali. Quando poi oceorreeſſe, ehe qualche Padre di qualita dimandaſſe di ſtarvi per un ſol Pranzo, (c) ſi potrà ammettere colla Communità, ma ſi faecia con molta eirconſpezzione, acciò non ſi apra la porta a qualche coeruttela. Non però dovrà mancarſi di carità con quelli, che aveſſero biſogno di rinfreſco, e lo ehiedeſſero al Portinaro, perche dandone avviſo al Superiore, dovrà queſto dar ordine ehe gli ſi dia, o nel Refettorio fuori della Communità, o in qualche ſtanza da baſſo tenuta decentemente pee tali occoeeenze. Se il Guardiano contraverrà notabilmente a quanto di ſopra, ſia ſoſpeſo dall' Ufficio ad arbitrio del Proviuciale; Se poi difetterà il Portinaro, ſia penitenziato dal Guardiano a proporaione del difetto.

19. Ne Conventi di fuori avvertiſcano i Superiori locali, ehe per una parte non ſi manchi al debito dell' Oſpitalità, (d) si verſo li Religioſi, come verſo li Secolari, e per l'altra non a' introduca alcuna corrotela, con ammettere al Refettorio ogni ſorte di perſone, o a doemire nel Dormitorio de' Frati qualunque Perſona ſteaniera; E chi ſi teovarà nella viſita del Guardiano di S. Buonaventura, o del Provineiale aver difettato tanto nell' uno, quanto nell' altro, ſia punito da medeſimi Superiori a proporzione dell' ecceſſo.

20. Se alcuno ardirà d' imporre ſopranome (e) di qualſivoglia ſorta a qualſiſia Religioſo, ſia gravemente caſtigato eon penitenze eſemplari; E non ſia lecito a neſſuno di chiamare il Frate, ſe non eol proprio nome, e cognome della Patria, ſeeondo diee S. Buonaventura, e chi eiò non oſſerverà puntualmente, ſia corretto in pubblieo, ed anco penitenziato, ſecondo porterà la condizione del fallo, a giudizio del Superiore.

21. Si dichiara che il Guardiano di S. Buonaventura *pro tempore* ha facoltà colli Diſereti di diffinire tutti li dubj, (f) che occorreranno circa l' intelligenza de preſenti Statuti, al eui giudizio tutti li Frati del Ritiro dovranno conformarſi, e queſto ſi deve intendere ne' caſi, ne quali non ſia neceſſario alcun ſtrepito giudiziale, perche in tali occorrenze ſarà ſubitamente tenuto, come già di ſopra ſi è ordinato, mandare li delinquenti al Padre Provinciale.

22. Si eſorta poi il Guardiano ſuddetto a veſtirſi [g] (come dice l' Apoſtolo) delle viſcere della pietà, e benignità del Signore, dimoſtrandoſi verſo tutti più toſto Padre pietoſo, che Giudice ſevero; che però non ſubito che uno averà commeſſo il difetto, per cui meriti alcuna delle pene ſopraccennate, dovrà venire al caſtigo, ſpecialmente a quello del eſpulſione dal Ritiro; ma per la prima, ed anco per la ſeeonda volta, procuri di guadagnar' il Fratello colle riprenſioni più opportune, o piacevoli, o ſevere, ſecondo richiederà la condizione del fallo, e ancora della Perſona, avvalendoſi aneo delle penitenze ſalutari, e quando con queſti mezzi non ſi otterrà una perfetta emenda, allora ſi venga al taglio, ma col parere, e conſenſo de' Diſcreti.

23. A queſti Diſcreti del Convento di S. Buonaventura ſtrettamente ſi ordina, eon incarico della loro conſcienza, e ſotto pena di non poter mai più aver tale Ufficio, che quando occorreſſe, che il P. Guardiano del Convento medeſimo non oſſervaſſe o non faceſſe oſſervare queſte Coſtituzioni, debbano caritativamente, e colla debita riverenaa, e circoſpeaaione ammonirlo, e non ſeguendo da tal' ammonizione l' effetto bramato, ſiano obbligati a darne parte al Padre Provinciale (h) pee l' opportuno provedimento, ſecondo Dio; e non dandolo eſſo, dovranno ricorrere al Superior Generale, e non eſſendovi, o non provedendovi, eieorrano all' Eminentiſſimo Protettore, accio che ſe per ſorte (che Dio non voglia) mancherà nel Guardiano ſuddetto, ehe è l' immediato Direttore del Ritiro, il fervore del vero zelo della manutenzione di quello in pura, e rigoroſa oſſervanza, non venga a diſmetterſi a poco a poco sì Santo Iſtituto: ma da Superiori maggiori venga opportunamente rimediato colle dovute correzzioni, ed anco punizioni di eſſo Guardiano, il quale certamente coll' efficacia di tali mezzi ſi eidurrà a far' il ſuo debito, e ſtarà per l' avvenire più vigilante, ed accorto.

24. Per maggior ſerenità delle coſcienze de' ſemplici ſi dichiara, ehe le preſenti Conſtituzioni non obbligano a verun peccato più di quello, ehe obbliga la legge di Dio, e la noſtra Regola; altro che ſe nella traſgreſſione interveniſſe il diſprezzo, (i) ehe non ſi ſuppone in una Congeegaaione di ſoggetti volontarj, ehe per ſolo motivo di maggioe perſezzione ſi hanno eletto queſto modo di vivere più ſtretto, ed auſtero, che quivi ſi prattica. Onde ſi eſortano tutti a farſi animo, ed a ehiedere inſtantemente a Dio il dono della perſeveranaa, ſenza, la quale poco loro gioverà l' aver comineiato queſta sì faticoſa, ma inſieme sì fortunata carriera.

25. Et acciò poſſano conſeguire tal geazia, (k) ciaſcuno ſi sforzera di far due volte l'anno gl' Eſercizj ſpirituali, coi quali ſi rinuovi in eſſo il fervore: e ſi einvigoriſca lo ſpirito: e eirca queſto li Superiori ſi moſtrino pronti a dargli ogni commodità neceſſaeia, acciò tali Eſercizj ſi faeciano con eſattezza, e rieſcano fruttuoſi, con acquiſto di virtù ſode, ſpecialmente della propria annegazione, che

(a) *Provedimento.*
(b) *Pernottare.*
(c) *Religioſi che chiedono da pranzare.*
(d) *Oſpitalità.*
(e) *Noe metter ſopranomi.*
(f) *Diffinizioni de' dubj.*
(h) *Modo di correggere.*
(i) *Ricorſo a' Superiori Maggiori.*
(k) *Noe obbligano à peccato.*
(l) *Eſercizj Spirituali.*

che è il principal fondamento dell'edificio della vita spirituale. E in ordine a ciò dovranno sempre haver' al core quell' ammonizione, che ci fa nella Regola il nostro Santo Padre, di non giudicare, ne disprezzare chi si sia: ma solamente giudicare, e disprezzare se medesimo. Stiano per tanto molto accorti, acciò ne in fatti, ne con parole presumano di loro medesimi, ne si procurino il buon concetto del secolo, con dimostrazioni singolari d'una affettata santità, acciò non si verifichi di essi quel detto del Profeta Aggeo: *Et qui mercedes congregavit, misit eas in sacculum pertusum* (a). Pensino che l'astuto nemico s'ingegna di prender con questo sottilissimo laccio le Anime spirituali, che già scapparono dagli Artigli delle sue più communali tentazioni.

26. Per ultimo stiano avvertiti, a guardarsi molto seriamente da un' altro Diabolico inganno molto perniciosa, e solamente bastevole, e far' andar in fumo, fra poco tempo, questo spiritual edificio, cioè che sotto color di zelo, non entri qualche scissura, o divisione di fazzioni, e di Parti. E vi si avvertisca bene a tener serrata questa Porta, e custodita con singular diligenza, acciò non vi penetri tal peste; perche entrata una volta, sarà irrimediabile il male, come pur troppo se ne vede lagrimevolmente la sperienza in quelle Communità Religiose, nelle quali è entrata, e non si può trovar modo di poter' estirparla, e di riparar le rovine, che giornalmente cagiona. Ogn' uno dunque avvertisca a non lasciarsi ingannare da quella falsa apparenza, di poter meglio aggiustare il servizio di Dio insieme co' suoi seguaci, o della medesima nazione, o dello stesso partito, perche il tutto sarà suggestione dell'Angelo delle tenebre, che s'ingegnerà d'ingannarli sotto maschera di Angelo di luce, e guai a chi non vi starà sù l' avviso, perche se ne accorgerà tardi, dopo aversi tirato sopra l' irreparabil colpo della Divina vendetta.

27. Or sforzatevi Fratelli carissimi di vivere con santa semplicità, come membri del medesimo Corpo sotto il Capo Cristo GESU', e come dice l' Apostolo *Charitas fraternitatis maneat in vobis*, e secondo il detto di S. Pietro, (b) *Animas vestras castificantes in obedientia charitatis, in fraternitatis amore, simplici ex corde invicem diligite attentius.*

28. Non si faccia veruna differenza fra quelli, che sono vestiti nel Ritiro, e quelli che sono venuti di fuori, fra quelli della Provincia Romana, e quelli di altre Provincie, fra quelli, che son figli della Riforma, e quelli che sono venuti dall' Osservanza: ma fra tutti indifferentemente si distribuiscano gl' Uffici, secondo la idoneità de' soggetti, dopo la incorporazione fatta nel Ritiro, trascorso l' anno della deliberazione, come si accennò nel primo Capitolo, e tal incorporazione dovrà esser fatta dal Guardiano di San Buonaventura [c] colli Discreti di quel Convento, dove il Frate havrà dimorato quell' Anno, havendo prima raccolti i Voti segreti di tutta la famiglia; e incorporato, che sarà, goderà nel suo ordine l'anzianità della Religione dal giorno che prese l' Abito, come se nel medesimo Ritiro fosse stato vestito; E così: *Erit omnibus cor unum, & anima una*, com' era tra Fedeli nella Primitiva Chiesa: *Et pax Dei, quæ exuperat omnem sensum, custodiet corda vestra, & intelligentias vestras in Christo Jesu. Amen.* (d)

Furono proposte, e lette le soprascritte Costituzioni in pubblica Mensa nel Convento di S. Buonaventura di Roma, per ordine del Padre Provinciale, e furono accettate per voti segreti communemente a' 30. di Novembre 1684.

Ita est

Fr. Bernardinus à Bisignano Min. Prov.

Confermazione del Reverendiss. P. Generale.

E presentate a Noi la Costituzioni medesime in conformità del §. 10. del Breve Apostolico d' Alessandro VII. distesamente citato in capo di esse, le habbiamo riviste, combinate, & esaminate; ne trovando in loro che sante direzioni, per la più esatta Osservanza del Serafico Nostro Istituto, e discreta intrecciatura di vita Contemplativa, & attiva, divota, & esemplare; per quanto a Noi *de jure* s'appartiene, le approviamo, e confermiamo, ordinando sotto le pene in esse contenute, che puntualmente s' osservino, e rispettivamente si facciano osservare da Superiori, e Sudditi, concedendo a zelatori di esse la benedizzione del Nostro Serafico Padre, del cui spirito li riempia il Signore. Roma ad Araceli li 7. Febraro 1685.

F. Pietro Marino Min. Gen.

Loco ✠ Sigilli.

Alderano Vesc. di Porto della S. R. C. Card. Cybo Protettore dell'Ordine di S. Francesco.

Havendo veduti, & esaminati attentamente li soprascritti Statuti, fatti per la maggior osservanza, e purità dalla Regola del P. S. Francesco; Noi, in virtù della presente, gli approviamo, e confermiamo secondo il loro tenore; e comandiamo con il merito, e precetto di Santa Obedienza, che siano da tutti li Religiosi puntualmente eseguiti, & osservati, senza alterazione alcuna, e con la coerezione fatta da Noi nel Cap. 6. al §. *Quanto alla qualità, e forma dell' Abito* &c. Et il Signore Dio gli benedica. Dalle stanze del Palazzo Quirinale li 8. Giugno 1685.

A. Card. Cybo Protettore:

Loco ✠ Sigilli.

Successo temporis *Sacer Recessus* duobus aliis Conventibus ditatus fuit, hoc est, Vallis Corsæ, olim PP. Onuphrianorum, opera Victoria Coucci Episcopi Fundani, anno 1703.; & Sancti Petri in Oppido Posi, qui sumptibus Familiæ de Carolis fuit extructus, & cœpit habitari die 11. Maii 1704. Summo Pontifice approbante. Uterque in ditione Familiæ Columnensium situs est.

De-

(a) *Ag. ca. 1.*
(b) *Ad Heb. 12.*
(c) *Incorporazione al Ritiro.*
(d) *Ad Phil. c. 4.*

Decretum Patris Generalis, quo Commissario Generali Nationis Germano-Belgicæ asseritur votum, & Præsidentia in omnibus Capitulis, & Congregationibus Provinciarum, quæ suæ jurisdictioni subjiciuntur.

Frater Petrus Marinus Sormanus a Medinlano Sacræ Theologiæ Lector Jubilatus, Ex Guardianus Hierosolymitanus, Sac. Inquisitionis Qualificator, totius Ordinis FF. Minorum Minister Generalis, & Servus.

Dilectissimis in Christo PP. Superioribus, ac Subditis omnium Provinciarum nostrarum Nationis Germano-Belgicæ, & annexarum, salutem in Domino sempiternam.

CUM nuper mota fuerit quæstio in Provincia nostra Germaniæ Inferioris, an scilicet in Congregatione Capitulari debeat, vel possit, si adsit, P. Commissarius Generalis Germano-Belgicus, eandem ingredi, in eaque præsidere, & præsidendo proponere eligendos, ac omnia alia, quæ aliàs ad Ministrum Provincialem, illo absente, noscuntur pertinere in Congregatione ejusmodi? Exindeque id fuerit dubitatum, quod actualis Commissarius Generalis, aliàs anterioris muneris ab eo functi, seu Provincialis, seu Generalis, jure sibi ea debeatur præsidentia, nisi titulo Commissariatus prædicti sibi competat, ultra quem illa gaudebant Prædecessores sui Patrum Provinciæ, in qua Congregationes celebrarunt, eisdem præsidendo, & quod Statuta Generalia videantur Provinciali Ministro præsidentia, & celebrationem Congregationis Capitularis attribuere, præcipientia, ut ad dimidium Triennii celebretur a Ministro Provinciali (consultis tamen Prælatis Generalibus respective:) Congregatio Capitularis, quæ habeat vim Capituli Provincialis, & adsunt, quod ad hanc Congregationem solum debent vocari qui sunt de corpore Definitorii, PP. videlicet, & Discreti actuales Provinciæ: & quod alibi eadem cavent, ne in suis Officiis invicem se conturbent; atque adeo Superiores Prælati Inferiores non impediant, quominus sua officia liberè exequantur, nec in suis officiis se intromittant, & ingerant, imo expressè de tali Commissario Germano-Belgico habent, quod Congregationes Intermedias, ex vi sui muneris, cogere nequit, & iden in hac parte Statutorum Generalium Decretis standum est. E contra verò, secundum eadem statuta, ejusmodi Commissarius Generalis Provincias regit tamquam Prælatus ordinarius, & quod omnia facere potest in iis, quæ ad Generalem Ministrum pertinent, communi jure. Consuetudo vero in toto Ordine tenet, quod non solum Minister Generalis, & Commissarius Generalis Ultramontanæ Familiæ, sed & alii Commissarii Generales delegati, in absentia Ministri, & Commissarii Generalis Indiarum, dum adsunt, præsunt quibuslibet Congregationibus Capitularibus, & Definitorialibus quibuscumque: Imo, declarat Capitulum Generale anno 1664., quod Commissarius nationalis Germano-Belgii, cum sit delegatus, quamquam habeat votum respectu omnium electionum, non possit illud committere aliis Visitatoribus, & Præsidentibus a se missis: Unde patet evidenter, quod in quibuslibet electionibus, Congressibus, & Congregationibus, si adsit, præsidere debeat, & proponere. Quodque in sui potestate sit Congregationem ingredi præcessurus: nec citare in diget, cum sit superior, nec deturbat, aut perturbat Provincialis Ministri munus, ad quem congregare pertinet, non eum exclusione sibi Superiorum, & celebrare, si absint, ut abesse sæpissimè solent.

Et ita, de consultatione, & consensu graviorum Ordinis Patrum in hac Curia residentium, declaramus ejusmodi Commissarium Generalem in toto suæ Jurisdictionis districtu posse, si velit, adesse, ingredi, & si ingrediatur, præsidere debere, & proponere eligendos, & tractanda in quibuslibet Congregationibus Capitularibus, & congressibus Definitorialibus tàm aliarum Provinciarum, quam suæ, etiamsi ante Commissarium Generalem hujusmodi nullo alio munere functus fuerit, cujus habituali titulo, seu Generali, seu Provinciali, ingressum, & votum habeat in prædictis Congregationibus, & congressibus. Et consequenter præcipimus in virtute Sanctæ obedientiæ cunctis Paternitatibus, & RR. VV., ut hanc nostram declarationem admittant, & secundum ipsam minime impediant, quo minus præmemoratus P. Commissarius Generalis pro tempore Germano-Belgicus suo jure in prædictis liberè gaudeat, & pacatè fruatur, ut de Paternitatum, & RR. VV. æquitate, modestia, & charitate confidimus.

Datum Romæ in Conventu nostro Aracœlitano die 13. Maii 1686.

Petrus Marinus Minister Generalis.

De mandato P. Suæ Reverendissimæ.
F. Joseph a Leone Sec. Generalis Ordinis.

Decretum, quo præscribitur Nationi Germano-Belgicæ modus præsentandi quatuor pro electione novi Commissarii Generalis Nationis.

Fr. Petrus Marinus Sormanus de Medinlano, Lector Jubilatus, ex Guardianus Hierosolymitanus, Sanctissimæ Inquisitionis Consultor, ac totius Ordinis Minorum S. P. N. Francisci Minister Generalis, & Servus.

RR. Adm. Patribus Provincialibus Custodibus, cæterisque Provinciarum Patribus, seu Discretis Nationis nostræ Germano-Belgicæ tàm præsentibus, quam in posterum legitime futuris, Salutem in Domino sempiternam.

DIfficultas Nationalis ineundi Congressus, quo olim eligebatur Commissarius noster Germano-Belgicus, in Causa fuit, ut non sola Confirmatio, sed & electio ipsa ejusmodi Commissarii apud solos Ministros Generales deinceps resederit, adhucque resideat: Quia vero jam semel, & iterum, in Generalatus nostri sexennio, experti sumus non parva inconvenientia, eum, uno decedente, alterum præmemoratæ Nationis Commissarium, ea inconsulta, substituere contingit: ideo ne Successores nostri eisdem, vel majoribus difficultatibus imposterum implicentur, matura desuper consideratione, & consultatione præmissa, tenore præsentium decernimus, ac sancimus, ut qualibet Congregatione Nationali, secundum statuta, habenda ea integra Natione præfata, quatuor nominentur, ac proponantur Patres qualitatibus a statutis generalibus [illegible]quisitis præditi, & omni exceptione majores, in quos major Vocalium Nationis illius para libere consentiat, ut quandocumque contingat prædictum Commissarium Generalem Germano-Belgicum, ante expletum officium, morte præveniri, vel ad incompatibile promoveri, aut aliter officio defungi, in promptu sint veri Nationi grati, & ab ipsa probati, ex quibus aliquis per Nos, ac Successores nostros eligatur, qui statim in

in locum præmortui, aut aliter officio defuncti, ſufficiatur. Inſuper idipſum præſtari jubemus a Nationis Vocalibus in quolibet generali Capitulo; ita tamen, ut ex prænominatis a Congregatione Nationali, ut ſupra, nullus omittatur ob alium præſentandum, niſi vel annus ſaltem ab illa defluxerit, vel ob cauſas ipſi Capitulo generali notas, aliquis minus habilis inveniatur, vel tandem eo, quo ſupradictum eſt, modo, jam in Commiſſarium ſuffectus fuerit. Quandocumque vero contigerit aliquem ex Cathalogo ſic præſentatorum quavis ex cauſa deficere, ſi brevi celebrari debeat Congregatio Nationalis, vel generale Capitulum, in alterutro Congreſſu alter ſubſtituatur, ſi vero neuter Congreſſus ſit intra ſemeſtre habendus, ipſemet Commiſſarius actualis, vel hoc per idem tempus deficiente, dignior Nationis Pater, reliquis, ad quos ſpectat, ſaltem majori ex parte ſcripto conſultis (ſi univerſos conſulere moroſius, quam par eſt videatur,) in deficientis locum alterum, ut ſupra, ſufficiat, ac Miniſtro, vel Vicario Generali præſentet. Datum ex noſtro Conventu Aracœlitano de Urbe, die 28. menſis Februarii 1688.

Fr. Petrus Marinus Miniſter Generalis.

De mandato P. S. Reverendiſſimæ.
F. Joſeph a Leone Sec. Generalis.

Decretum Generale Sac. Rit. Congregationis, prohibens Laicis oſculum Evangeliorum intra Miſſam, uſum Baldachini in Eccleſiis, & aſſiſtentiam in Presbyteriis.

CUm pluries Sacra Rituum Congregatio, inhærendo Decretis aliàs editis, & ſignanter in *Lucerina*, die 22. Novembris 1664., 28. Septembris 1675., & 13. Martii 1688. declaraverit, nullo modo dandum eſſe Evangelium ad oſculandum ſecularibus, etiam Præſidi, in celebratione Miſſarum; nec non eis prohibuerit uſum Baldachini, & præſertim in *Acernina*, die 26. Junii 1666., *Baren.* 5. Martii 1667., & 17. Junii 1674. *Morſicen.*, *Polignanen.*, & *Militen.* 5. Martii 1669., *Hitracen.*, die 2. Octobris 1683., & *Biſelien.* 23. Septembris 1684. Ac inſuper denegaverit aſſiſtentiam in Presbyterio, & ſpecialiter in *Moteranen.* 24. Januarii 1665., *Melphitana* 15. Junii 1665., & *Baren.* 20. Novembris 1677., & 22. Februarii 1687.

Eminentiſſimi, & Reverendiſſimi DD. Cardinales, eidem Sacræ Congregationi Præpoſiti, mandarunt, ut prædicta Decreta prohibentia perſonis ſecularibus oſculum Evangelii, uſum Baldacchini, & aſſiſtentiam in Presbyterio, renoventur, & copiæ illorum tranſmittantur Archiepiſcopis, & Epiſcopis &c. iiſdem injungendo, ut illa intimari faciant Superioribus Eccleſiarum ſuæ Diœceſis, tàm Secularibus, quàm Regularibus, & in caſu tranſgreſſionis, procedant etiam contra Regulares, auctoritate ejuſdem Sacræ Congregationis, ad pœnam interdicti; & ita decreverunt &c., die 23. Martii 1688.

A. Card. Cybo.

Loco ✠ Sigilli.

Bernardinus Caſalius
Sac. Rit. Congreg. Secret.

ANtequam compleatur Hiſtoria Chronologica hujus Capituli advertendum erit, quod in hoc ultimo Capitulo Generali electus fuerat, & nominatus Procurator Ordinis Ad. R. P. Franciſcus de Raguſio, Provinciæ Raguſii Ex-Provincialis, Lector Jubilatus, & Ex-Diffinitor Generalis; ſed executionem ſui officii non potuit obtinere, quia ex mandato ſpeciali Sanctiſſimi D. N. Innocentii Papæ XI. ab Eminentiſſimo D. Cardinali Cybo noſtri Ordinis Protectore deputatus fuit, ad ſuæ Beatitudinis diſpoſitionem, Procurator Generalis Obſervantium Rever. Ad. P. Antonius Palumbus à Campobaſſo.

Pro Reformatis autem electus ab eodem Eminentiſſimo Protectore Procurator Generalis P. A. R. Stephanus à Galvin Provinciæ Rom. Lect. emeritus.

Adnotatione dignum hoc in loco cenſemus, quod cum dictus P. Palumbus poſt duos Annos, duoſque Menſes officio Procuratoris Generalis ſe abdicaſſet, cui ſucceſſit A. R. P. Franciſcus Maria de Monelia, & in ſuam S. Angeli Provinciam ſe contuliſſet, diſputatum ei fuit in illa votum perpetuum, quod ſibi deberi ex Apoſtolicis Conſtitutionibus videbatur. Quare delata Cauſa ad Miniſtrum Generalem, prodiit Decretum tenoris ſequentis.

Decretum Miniſtri Generalis circa votum perpetuum Officialium Generalium Curiæ Romanæ in ſuis reſpectivè Provinciis.

COntra votum perpetuum Adm. R. P. Antonii a Campobaſſo, titulo muneris, & Procuratoris Generalis in Curia Romana, juxta Conſtitutionem fel. rec. Alexandri Papæ VII. *Ratio Juſtitiæ exigit*, conceſſum, ſuſcitata controverſia ab aliquibus in noſtra de Obſ. Provincia S. Angeli, motivo, quod continui triennii completi ſpatio præfatum munus non geſſerit, recurſum habuit idem P. Antonius ad Eminentiſſimum Dominum Cardinalem Cybo, noſtri Ordinis apud Sanctam Sedem Protectorem, pro opportuna declaratione, & ab Eminentia Sua Nobis commiſſum, ut pro muneris noſtri partibus provideremus. Nos, conſultis ex gravioribus Patribus, & de Obſervantia, & Reformationis, eorumque ſingulis allegationibus, & documentis viſis, ac ponderatis, de ipſorum Conſilio, & voto, auctoritate, qua fungimur, & omni meliori modo, & forma Nobis competenti, interpretamur, declaramus, ac definimus eumdem Patrem Antonium a Campobaſſo, & ſi per ſpatium continui triennii completi munus Procuratoris Generalis in hac Curia Romana non obierit, ſed ſolum per ſpatium continui triennii incepti, nihilominus verè, & ad ſenſum præfatæ Conſtitutionis Apoſtolicæ, tempus explevisse taxatum per dictam Conſtitutionem. Ideoque de Jure, & legitime eidem Patri Antonio a Campobaſſo competere, & deberi votum, ſeu ſuffragium perpetuum Conſultivum, electivum, & deciſivum in quibuſvis Capitulis, Congregationibus ſuæ Provinciæ, nec non in omnibus Congreſſibus, ſeu dietis Definitorii, illoque uti, frui, & gaudere libere, & licite poſſe, & valere, ad præſcriptum præinſertæ Conſtitutionis Apoſtolicæ, nec poſſe a quoquam quovis prætextu moleſtari in ſua poſſeſſione Voti, ſeu ſuffragii perpetui, in eoque omnino manutenendum eſſe determinamus, mandantes ſilentium perpetuum imponi controverſiæ, tamquam irrationabili. Datum Romæ in Conventu Aracœli 19. Aprilis 1687.

Loco ✠ Sigilli.

F. Petrus Marinus Miniſter Generalis.
F. Cœleſtinus a Mediolano.
Secret. Generalis Ordinis.

Quod Decretum confirmatum denique fuit literis Apoſtolicis Clementis XII. datis die 13. Aprilis 1734., quas ſuo loco referemus.

CA-

CAPITULUM GENERALE
SEPTUAGESIMUM SEPTIMUM.

In Dei Nomine Amen.

Hæc est Tabula, & series celeberrimi Capituli Generalis totius Ordinis Fratrum Minorum Regularis Observantiæ Seraphici P. N. S. Francisci celebrati in hoc Conventu Sanctæ Mariæ de Ars-Coeli, die 5. mensis Junii anni Domini 1688.

Præsidente in eo Eminentiss. & Reverendiss. Domino D. Alderano Episcopo Portuensi, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinali Cybo, Sacri Collegii Decano, ejusdem Ordinis Protectore, à Sanctiss. D. N. Innocentio Papa XI. ad id specialiter Delegato.

IN primis, expleto magna cum laude sexennio Reverendiss. P. F. Petri Marini Sormani à Mediolano Lectoris Jubilati, magna cunctorum Vocalium ex toto terrarum Orbe concurrentium gratulatione, admirabilique plausu ritè, & canonicè in Ministrum Generalem totius Ordinis Fratrum Minorum electus est Reverendiss. P. F. Marcus Zarzosa Lector Jubilatus, Prædicator Apostolicus, Provinciæ Bethicæ Observantium quondam Minister Provincialis, & Ultramontanæ Familiæ Ex-Commissarius Generalis.

Commissarius Generalis Cismontanæ Familiæ.

Rev. P. F. Carolus Franciscus de Varesio, Lector Theologiæ emeritus, Provinciæ Romanæ Reformatorum Pater, & pro eisdem in Romana Curia Procurator Generalis, ac Sanctæ Universalis Romanæ Inquisitionis Qualificator, similiter canonicè electus est in Commissarium Generalem Cismontanæ Familiæ.

Pater utriusque Familiæ.

Rev. P. F. Petrus Marinus Sormanus à Mediolano Lector Jubilatus, Sanctæ Inquisitionis Consultor, Provinciæ Mediolanensis Regularis Observantiæ Pater, Ex-Guardianus Jerosolymitanus, & totius Ordinis Fratrum Minorum Ex-Minister Generalis.

Pater Ultramontanæ Familiæ.

Rev. P. F. Julianus Chumillas Lector Jubilatus, Provinciæ Carthaginensis Pater, Indiarum Occidentalium Commissarius Generalis, & Cismontanæ Familiæ Generalis Ex-Commissarius.

Procurator Generalis in Romana Curia.

R. A. P. F. Hieronymus de Sosa, Lector Jubilatus, Provinciæ Castellæ Pater, Ordinis Ex-Secretarius Generalis, nec non Archiepiscopatus Toletani Examinator Synodalis.

Commissarius Generalis in eadem Curia Romana.

Rev. A. P. F. Franciscus Maria de Monelia, Provinciæ Observantis Genuæ Ex-Minister Provincialis, Lector Jubilatus, Examinator Synodalis, & Romanæ Curiæ Ex Procurator Generalis Ordinis.

Diffinitores Generales Ultramontanæ Familiæ.

R. A. P. F. Franciscus Diaz à Sancto Bonaventura, Lector Jubilatus Generalis, Sanctæ Inquisitionis Qualificator, Scriptor Publicus, Concionator Regis Catholici, Provinciæ Sancti Jacobi Pater, & pro Ultramontana Familia in Curia Romana Ex-Commissarius Generalis.

Rev. A. P. F. Joannes à Sancta Maria, Theologus Emeritus, ac Provinciæ Sancti Petri de Alcantara Discalceatorum in Regno Neapolitano semel, & iterum Minister Provincialis, & Custos actualis.

R. A. P. F. Joannes Alvin, Lector Jubilatus, Sanctæ Inquisitionis Qualificator, Provinciæ Sancti Michaelis in Extremadura Custos, & Ex-Minister Provincialis, ac Ordinis Generalis Ex-Secretarius, nec non Episcopatus Placentini Examinator Synodalis.

R. A. P. F. Vuilhelmus Ritz, Lector Emeritus, & Provinciæ Coloniæ Minister Provincialis.

R. A. P. F. Cornelius de Uroom, olim in Hollandia Missionum pro Hæreticis Refutandis, & Catholicis erudiendis Superior, & Provinciæ Germaniæ Inferioris Minister Provincialis.

R. A. P. F. Franciscus à Sancto Joanne Baptista, Lector Jubilatus, in Universitate Conimbricensi Magister in Theologia Laureatus, Sanctæ Inquisitionis Qualificator in Regno Portugalliæ, & Provinciæ Tertii Ordinis ejusdem Regni Ex Minister Provincialis, & Custos.

R. A. P. F. Georgius à Magdalena, in jure Pontificio Graduatus, Sanctæ Inquisitionis in Lusitania Deputatus, & Provinciæ Algarbiorum Custos, & Pater.

Diffinitores Generales pro Cismontana Familia.

Rev. A. P. Fr. Franciscus de Monelia, Provinciæ Observantiæ Genuæ Ex-Minister Provincialis, Lector Jubilatus, Examinator Synodalis, & Romanæ Curiæ Ex Procurator Generalis Ordinis.

R. A. P. F. Cherubinus de Braciliano, Provinciæ Reformatæ Principatus Lector Theologus, Ex-Minister Provincialis, & Custos actualis.

R. A. P. F. Antonius Lazari, Provinciæ Observantis Bosnæ Croatiæ Lector Jubilatus, & actualis Minister Provincialis.

R. A. P. F. Cyprianus Rulevv, Provinciæ Reformatæ Majoris Poloniæ Lector Theologus, Ex-Minister Provincialis, & Custos actualis.

R. A. P. F. Michael Angelus à Florentia, Provinciæ Observantis Thusciæ Lector Jubilatus, Sanctæ Inquisitionis Consultor, Terræ Sanctæ Commissarius, & actualis Minister Provincialis.

R. A. P. F. Franciscus de Bassano, Provinciæ Reformatæ Sancti Antonii Lector Theologus, Sanctissimæ Inquisitionis Consultor, Ex-Minister Provincialis, actualis Custos, & Ex-Secretarius Generalis Reformatorum.

Rev. Adm. P. Fr. Bonaventura Porcius de Taberna, Provinciæ Observantis Calabriæ Lector Jubilatus, Ex-Minister Provincialis, & Custos actualis.

R. A. P. F. Cœlestinus Tiessen de Mediolano, Provinciæ Observantis Mediolani Pater, & Lector Jubilatus, necnon Ex-Secretarius Generalis Ordinis.

R. A. P. F. Angelus Maria de Panormo, Provinciæ Reformatæ Vallis Mazzariæ Lector Theologus, & actualis Custos.

R. A. P. F. Antonius ab Introduco, Provinciæ Observantis Romanæ Lector Jubilatus, & actualis Custos.

Guardianus Jerusalem, & totius Terræ Sanctæ Custos.

R. A. P. F. Gregorius à Perghelia Lector Theologus, Reformatæ Provinciæ Sanctorum Septem Martyrum Ex-Minister Provincialis.

Guardianus Constantinopolitanus.

R. P. F. Nicolaus Schopff Provinciæ Reformatæ Bavariæ Lector Theologus.

Litteræ Reverendissimi P. Ministri Generalis de sua ad Universum Ordinem electione.

Frater Marcus Zarzosa Lector Jubilatus, totius Ordinis Fratrum Minorum Seraphici P. N. Francisci Minister Generalis, ac Servus, &c.

Universis, & singulis totius Seraphicæ Religionis Alumnis, Nobis subditis, tàm Superioribus, quàm inferioribus, Salutem, & in Spiritu Sancto consolationem.

AD supremum totius Seraphicæ Religionis regimen, divina miseratione evecti, & inscrutabilia divinæ Sapientiæ, cujus nullus fuit consiliarius, arcana mirantes, notam facere vobis omnibus amantissimi Patres, dilectissimique Filii nostram electionem voluimus, ut sicut de vestra pia, ac filiali veneratione confidimus, ita vestris orationibus adjuti, susceptum amplissimæ Familiæ moderamen, ad Dei gloriam, & Seraphicæ nostræ Religionis incrementum, nobis, & vobis utiliter, & meritoriæ administrare valeamus. Atque illud in primis in nostra promotione verificatum esse conspicimus, quod cum ad nostra generalia comitia cunctarum diversarum Regionum gentes confluere certum sit, ut ex omnibus unum mystici hujus magni corporis caput sibi aligant, & constituant, eligit Nos Deus ex omni carne. Sed ne glorietur omnis caro in conspectu ejus, ignobilia mundi, & contemptibilia elegit Deus, ut tam magnitudinem potentiæ brachii sui, quam quod sapientiæ ejus non est numerus, liquido patefaceret Orbi. Absit igitur Nobis gloriari, nisi in Cruce Domini nostri Jesu Christi, quem vividum perfectionis exemplar, Vobis imitandum proponimus, ut de plenitudine ejus, quem plenum gratiæ, & veritatis credimus a Patre missum, accipientes cunctas operationes (etsi naturæ inspectâ labilitate a rectitudine deviabiles) divinæ suæ gratiæ suffulti juvamine, ad salutis scopum attingendum tutè ordinare possitis. Huc noster præsens præcipue exhortatorius sermo tendit, scilicet ad imitationem Christi: Hunc ergo sedulo meditemini Fratres mei, donec ipse formetur Christus in Vobis, qui reformabit corpus humilitatis nostræ, si perfectissimæ charitatis vinculo indissolubili compaginata mystica illius membra, & religiosa pace repererit. Cum enim ipse Dominator sit, & Princeps pacis, pacem primitus, quam maxime exhortamur, & quæ basis, fundamentum regularis structuræ est, addiscere, & conservare satagite. Et si quis adversus Fratrem habeat querelam, nihili faciens offensam, munifica miseratione remittat, & excuset, sicut ipse Christus in Cruce docuit. Et licet omnibus monasticæ vitæ sectatoribus pacem hanc, & miserationem habere conveniat; Prælatos tamen in Cruce prælaturæ maxime decet, pacificantes sive quæ in Cœlis, sive quæ in terris, illos videlicet quorum conversatio in Cœlis est, & eos, qui adhuc terrena sapiunt, terrenorum cura aggravati, ut perfectissima charitate, quæ operit multitudinem peccatorum, & quæ patientia, & benignitate ædificat: illos ad altiora virtutis culmina conscendere inducant; hos vero ad morum proficuam correctionem disponant.

Super hanc igitur fraternam pacem fundati, attendite ad regulam, quam professi estis, & quam spontanee Deo, B. V. Mariæ, & Sanctissimo Patriarchæ nostro Francisco, sanctum scilicet Evangelium, observare vovistis. Regula est, & vita Minorum Fratrum S. Evangelium observare, unde inter mortuos miserabiliter numerandus erit, qui veluti voluntarius propicida vitam spernit, dum Regulam, qua vivificatur, transgreditur. Infelix ille Frater, cujus opera hac regula non fuerint mensurata; nam a via salutis aberrans, in æternæ infelicitatis baratrum invius dilabetur. Beati vero illi, qui Evangelicæ hujus Regulæ perfectionis apicem observare anhelantes, Crucis Christi sectatores effecti, Sanctissimi Patris, & perfectorum filiorum ejus vestigiis adhærent; etenim benedictionem dabit Legislator, qua adjuti fortius, & robustius ibunt de virtute in virtutem, donec videant Deum Deorum in Sion, pacem, & misericordiam veluti mercedem accepturi; nam quicumque hanc Regulam secuti fuerint pax super illos, & misericordia erit, Regula hæc (amantissimi Patres) est vita, qua vivimus, qua movemur, & qua in perfectiori hominis, interioris scilicet, gradu constituti sumus. Et sicut ad vitæ nostræ conservationem, naturalemque consistentiam, quædam alia commoda sunt, quæ licet non sint de substantia vitæ, vitæ substantiam fovent, & conservant, si ad vitæ hujus regularis custodiam, prudenti Patrum nostrorum consilio, & judicio, Constitutiones, & Statuta adhibita fuere, quibus, veluti fulcris, firmiter & observantia ejus stabiliatur, & quæ vitæ amatores debent observare; Prælatos tamen, quibus speciatim convenit, in Domino hortamur, ut nec apicem Statutorum, & Constitutionum negligant, aut prætermittant, ne eorum transgressionem limis oculis aspiciant, nec minima spernendo, majora contemnere contingat; scientes, quod diviso illo statuto a supremo Legislatore edito, quo statutum est hominibus semel mori, comprehensi, strictè judicabuntur; judicium enim durissimum his, qui præsunt, fiet.

Non solum vita est Evangelicum nostrum Institutum, sed thesaurus utique, quem novus homo Franciscus, dum spretis divitiarum sæculi nundinis, in agrum Dominicum secessit meditari, invenit; & omnimoda rerum abdicatione sibi, & filiis comparare voluit, in quo prætiosi Lapides, quibus Franciscanæ Hierusalem, & Turres, & mœnia construuntur, firmantur, & lucent, continentur, altissima scilicet, paupertas, promptissima obedientia, & angelica castitas, quibus mediator Noster Jesus ornatus regnavit a Ligno, firmans Regnum suum in æternum,

relin-

Digitized by Google

relinquens Nobis exemplum, ut sequamur vestigia ejus, vivendo in obedientia, sine proprio, & in castitate. In perfecta enim obedientia vivemus, si divino Præceptori conformes fieri studeamus, qui factus obediens usque ad mortem, Patri obediens ductus est ad crucifigendum. Sic unumquemque vestrum optamus Prælatis obedientiam præstare, ut non solum mortificatus, verum etiam vetus homo mortuus in actibus suis appareat, juxta descriptionem veri obedientis, quam Sanctissimus Parens Franciscus tradidit dicens: *Tolle corpus exanime, & ubi placuerit, pone; videbis non repugnare motum, non murmurare situm, non reclamare dimissum*. Hic verus obediens est, qui cur moveatur, non dijudicat; ubi locetur, non curat; ut transmutetur non instat, &c. Sed veluti cadaver in iis, quæ proprium concernunt commodum, proprio carere motu conspicitur. Altissimæ paupertatis observantiam, quæ vos charissimos Fratres meos hæredes, & Reges Regni Cœlorum instituit vendicare, vobis veluti portionem vestram exposcimus. Hæc enim, quæ perducit in terram viventium, cujus pulchritudinem Rex Regum Christus de Cœlo descendens adamavit, & mundum ingrediens, eam sibi statim in præsepio desponsavit, plures ex ea filios procreaturus, ex quorum numero, Vos Apostolicæ paupertatis Sectatores estis. Nec enim ea Nobis paupertas est, quæ saltem in communi dominium, & proprium habere permittit, sed quæ in ultimo abstractu pauperiei sita, mundanarum rerum, tam in communi, quàm in particulari, omnimodam possessionem excludit. Hæc est, quæ a pecuniarum nexibus libera, panis frustula ostiatim mendicare non erubescit; hæc currus, & equos ascendere prohibet; hæc amatores suos pedestres ire jubet; hæc *calceamenta portare abhorret*; hæc, vilitatem vestium complacet; hæc mollia, & delicata refugit; hæc nuditatis incommoda amplectitur, ut in vita expediti, & in morte vestium impedimentis abjectis, Sectatores sui secure pugnam cum adversario inire, nec hosti succumbere valeant. Hæc, denique Fratres, tam arctam obligationem induxit, quod licet aliarum rerum Minoribus permittatur usus, denariorum tamen, & pecuniarum, juxta SS. D. N. Innocentii XI. motum proprium anno 1679. expeditum, genuinam nostræ strictissimæ Paupertatis intelligentiam declarantem, tàm dominium, quam usus interdicitur. Ideoque quævis contrectatio pecuniæ, quæ non sit pure naturalis, seu quæ sit quovis modo politica, cujuscumque Domini sint denarii, vel pecunia, Fratribus Minoribus de Observantia est omnino prohibita. Quapropter præcipue injungimus omnibus, tàm Superioribus, quàm subditis, ut caveant, ne pestifero pecuniarium abusu, capitale hoc de Paupertate præceptum, quovis prætextu trasgrediantur, scientes, quod Zelo Dei, & Regulæ observantia accensi, si quos (quod absit) hujusmodi transgressores inveniremus, omni postposita miseratione paterna, Judicis auctoritate utentes, veluti destructores regularis fabricæ Minorum severe puniemus.

Angelicæ castitatis virtutem, dilectissimi, quam Deo vovimus, reddemus, si legem sancitam in membris, repugnantem legi mentis vestræ, & captivantem vos in lege peccati, jejuniis, & mortificatione legi spiritus subjiciatis, Franciscum imitantes, qui carnis supercilium legi subjecit spiritus: voluntaria enim castigatione, qua inordinatæ concupiscentiæ motus coercentur, facile corpus in servitutem redigitur, & arma spiritui, ut vincat, & imperet, subministrantur. Sic, amantissimi, vincetis, sive vivetis, si spiritu facta carnis mortificaveritis; & angelicæ paupertatis participes effecti, Angelorum Choris interesse vobis æternaliter concessum erit. Hujusmodi autem christallina virtus, tam delicata est, ut minimo quidem habitu, claritas ejus obvolvatur caligine; quare segregare vos oportet ab omni sæcularium conversatione, & commercio, omnemque occasionem refugere, & hujusmodi amicitiam odisse, cum scriptum sit: quod *amicitia hujus mundi inimica est Deo*. Sit vobis Cella tumulus, in quo mundus sibi mortuos vos miretur, & stupeat; sit Cœlum, ubi cœlesti recreati pabulo, cœlestia semper quærere, & Christum amare studeatis. Sanctam Orationem, quam super omnia quidem commendamus, exercentes die, noctuque meditantes, vel novissima, quorum consideratione anima puritatis efficitur amatrix, vel minimum quidem peccati pulverem excutere intendens, juxta illud: *Cogitavi dies antiquos, & annos æternos in mente habui, ideo exercebar, & scopebam spiritum meum*; vel tempus miserabiliter in perpetrandis peccatis elapsum, in delitiis consumptum, flentes cum Propheta: *Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ*. Et præcipue Sanctissima Salvatoris nostri Jesu Christi diræ passionis mysteria vivido meditantes affectu, & recogitatione, ne forte lamentum illud Hieremiæ: *Desolata est omnis terra, quia nullus est, qui recogitet corde*, verificetur de vobis: ideo tam magno nostræ salutis beneficio grati, immensumque illius amorem, quo in finem dilexit Nos, memoria retinentes, recogitate eum, qui talia substinuit, qui cum esset speciosus forma præ filiis hominum, specie, & pulchritudine regnans in Crucis patibulo, pendens pro Nobis, non fuit species ei, neque decor, sed vidimus eum despectum, virum dolorum, & scientem infirmitatem.

In prædictorum sedula adimpletione, Regulæ, & vitæ nostræ perfectio consistit: ad hoc quippe vocavit nos Deus vocatione sancta sua, ut conformes facti imagini Filii sui, Regulam, quam promisimus, observemus. Magna quidem Fratres mei, promisimus, majora tamen promissa sunt nobis, nam etsi Evangelica nostra vita voluntariæ paupertatis incommodis, & omnimode nuditatis laboribus plena sit, momentaneum hoc, & leve nostræ tribulationis subsidium, æternum gloriæ pondus operatur in nobis prætio sanguinis Christi acquisitum. Ignem venit ipse Dominus mittere in terram, & quid volo (clamitat) nisi ut accendatur? sed divinam hanc charitatis flammam accendere, ipsamque per terram extendere, ad quos pertinet, nisi ad Seraphici Ordinis Ministros.? Ipsi namque Seraphim plenitudo amoris sunt, ipsi in sacro Majestatis Throno assistentes, dum in obsequio Divinitatis caput velant, intus ardent, & sacrum ignem, quo labia purgentur Isaiæ, ministrare non desinunt. Ergo ad Vos, Patres charissimi, Seraphici Ordines sectatores, & Ministros, non solum in mystico cordis vestri Altari, Divini Amoris flammam ardere semper, & nutrire spectat, juxta illud: Ignis in Altari semper ardebit, quem nutriet Sacerdos: sed etiam in Orbem terrarum extendere, hominibusque divinam hanc vitalem flammam, ut veri Promethei, communicare. Accendatur ergo Cœlestis ignis in nobis; accendatur, & in meditatione nostra exardescat ignis, ardeat, & magis ardeat, non solum in camino cordis contenta flamma, sed vi ipsius charitatis erumpens, terrenorum corda, ut purificet, accendat, & in peccatorum tribulis, & spinis exardens, denigratasque vitiorum nævis animas illustret, ut verè mundus dicere possit de nobis: *Ignis a facie eorum exarsit, carbones succensi sunt ab eis*; sic enim in omnibus operibus vestris Christo,

&

Digitized by Google

& Francisco similes, Christum induetis. Et ego, qui altissima Dei providentia veni inter vos, velut qui ministrat, non judicavi, nec judicabo me scire aliquid, nisi Jesum Christum, & hunc Crucifixum. Sed cum nullum sit beneficium nobis cœlitus collatum, nisi per manus Mariæ, ipsa namque, Matris privilegio, Thesaurorum Divinitatis, & gratiæ munifica dispensatrix est, Sanctissimæ Virginis suppliciter imploramus auxilium, ut omnes actiones nostræ in exercitio virtutum, in ædificatione populorum perficiantur; commendamusque omnibus nobis inferioribus Sanctissimæ Matris advocatæ nostræ devotionem prædicare, & populos instruere, ut quotidianis laudibus supremam tantæ Matris puritatem, & Majestatem celebrent; siquidem venerunt nobis omnia bona pariter cum illa, & innumerabilis honestas per manus illius, cujus Filii, & ipsius amore ducti, ac pietate paterna moti, pœnas contra Apostatas Nostri Ordinis, ad nos spectantes, & eorum delicta misericorditer eis remittimus, & charitative relaxamus, dummodo ad nostræ Seraphicæ Religionis gremium infra spatium trium mensium ab harum publicatione reversi, coram Provincialibus suis, de delictis cum proposito emendationis conterantur, & Prælati de singulis, deque eorum emendationis spe, quam citius nos certiores reddent.

Denique monemus, ut caveant Fratres cujuscumque conditionis, & dignitatis sint, ne ad favores personarum sæcularium, sive extra Ordinem constitutorum, recurrant, ut auctoritatis Principum violentia justitia lædatur distributiva, & merita postponantur favoribus; nam præterquamquod tales, ut inhabiles ad Ordinis officia declaramus, & Constitutionibus Apostolicis prædictum recursum prohibentibus, comprehensos, aliis pœnis nostro arbitrio imponendis inevitabiliter plectemus. Et dum tempus nostræ egressionis ab hac Romana Curia appropinquat, ut dum post vestigia gregum nostrorum habeamus pascere, pro tenuitate nostra, agmina nobis concredita, orate indesinenter Deum pro felicissimo Sanctæ Romanæ Ecclesiæ statu, & pro Sacra Christianorum Principum, contra Orientis Tyrannum, fœderatione; cœterorumque S. R. E. subjectorum vera pace, pro hæresum extirpatione, pro utraque incolumitate SS. D. N. Innocentii Papæ XI. verè pii, vereque Regularis Observantiæ nostræ fautoris; pro Eminentissimi D. D. Alderani, Cardinalis Cybo, Seraphicæ nostræ Religionis Protectoris vigilantissimi prosperitate, & pro omnium Benefactorum nostrorum salute. Et denique pro Augustissimi Imperatoris, invictissimique nostri Caroli II. Catholici Hispaniarum Regis, & Reginæ prosperitate, & felicitate. Ut autem petitiones vestræ innotescant apud Deum, exaudirique mereantur, SS. D. N. Innocentius Papa XI. omnibus vobis subditis, tam Fratribus, quam Monialibus (quibus Guardiani prædictam gratiam notam facient) qui primo die festo, vel classico, post præsentium publicationem, confessi, & contriti, sacraque Synaxi refecti, Deum pro prædictis necessitatibus, & Religionis nostræ profectu oraverint, plenariam Indulgentiam, & remissionem omnium peccatorum Apostolica benignitate concessit, & ad prædictorum effectum, nostram plenariam auctoritatem concedimus, præcipientes, ut Fratres, qui non sunt Sacerdotes, de manu Prælatorum Sacram Communionem accipiant. Et ego indignus vester minister, nomine SS. P. N. Francisci, omnibus ubique locorum existentibus, verbis ipsius Sanctissimi Patris benedictionem impartior. Benedicti vos a Domino, qui errantes peccatores ad Dominum reducitis, viam veritatis illis ostenditis, & vos in Sancta Evangelii observatione puros, & sinceros custoditis. Nullam in vobis potestatem Sathan exerceat. Patris vero adjuvet potentia, Filii vos dirigat sapientia, & Spiritus Sancti vos foveat clementia. Amen. Valete. Datum Romæ in hoc nostro Aracœlitano Conventu, Die 27. Julii 1688.

F. Marcus Zarzosa Minister Generalis.

De mandato suæ R̃mæ Paternitatis

Fr. Joannes de Castro Secret. Gener. Ord.

Loco ✠ Sigilli.

Breve Confirmationis Electionis Reverendissimi Patris Fr. Marci Zarzosa in Ministrum Generalem totius Ordinis Minorum S. Francisci.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Dilecte fili salutem, & Apostolicam benedictionem.

CUM, sicut Nobis nuper exponi fecisti, Tu in Capitulo Generali Fratrum Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum in Alma Urbe nostra novissimè celebrato, in Ministrum Generalem ejusdem Ordinis canonicè electus fueris, electionemque hujusmodi, pro majori illius validitate, & subsistentia, Apostolicæ confirmationis nostræ robore communiri summoperè desideres. Nos sperantes celebrationem hujusmodi de persona tua, ut præfertur, factam, ob tuum religionis zelum, fidem, prudentiam, integritatem, & doctrinam eidem Ordini plurimum profuturum, teque specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existis, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus tuo nomine, Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, electionem de persona tua in Ministrum Generalem dicti Ordinis, ut præfertur, factam, auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos Juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, & quatenus opus sit, dicti, Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & Consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis, in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat, specialiter, & expresse derogamus, cœterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 11. Octobris 1688. Pontificatus Nostri Anno Decimotertio.

I. F. Albanus.

Fr. Mar-

Digitized by Google

Fr. Marcus Zarzoso Lector Jubilatus, totius Ordinis Fratrum Minorum Minister Gen. & Servus. Dilectis Nobis in Christo Patribus, & Fratribus Universis nostræ Seraphicæ Religionis, tam Superioribus, quam Subditis, salutem in Domino sempiternam.

ITerato sermone vestram, Charissimi, pro nostro munere cogimur, fidelem excitare attentionem, ut præmissa jam in Epistola nostra ad Universi Ordinis Provincias transmissa, pro exactiori Regulæ, & Constitutionum Generalium observantia, salutari exhortatione, ea nunc, quæ ad præoptatum perfectionis consequendum finem aptiora videntur media, paterna providentia ministremus. Acta igitur proximi præteriti Capituli Generalis Vobis remittimus, quorum quadam ad legum, & Statutorum formam redacta, ab Ordine Sanctissimi diliganter discussa, maturè perpensa, attentè revisa, exactissimèque examinata, authoritate Apostolica approbata videbitis. Addidimus etiam Gener. Diffinitorii resolutiones, dubiorum occurrentium declarationes, & Decreta, quæ omnia litteris præsentibus publicamus, & intimamus, ut quisque Vestrum sedulò ea observare conetur, & nostræ perfectissimæ Regulæ puritas ad pristinum decorem, Divino adjuvante Numine, redigatur. Valete.

Fr. Marcus Zarzosa Minister Gen.

Pro Familia Ultramontana.

1. LIcet Compilatio Statutorum Ultramontanæ Familiæ ab Illustriss. Samaniego, tempore sui Generalatus, ex compromisso Discretorii, & Diffinitorii Generalis ordinata, & per aliud simile sequentis Capituli compromissum, à pluribus Ordinis Patribus revisa, & in ultima Generali Congregatione, curæ Superioris Generalis, & aliquorum gravissimorum Virorum, pro ultima manu, & perfectione ipsi apponenda, commendata, satis perpensa censeri posset, & post tot, tam dicti Superioris Generalis, quàm aliorum peritissimorum Virorum congressus, in quibus annotationes, advertentiæ, & vota præfatorum revisorum accommodata, conciliata, ac ponderata fuere, sufficienter discussa, & perfectionata viderentur; nihilominus pro majori tanti negotii consideratione, Discretorium Generale Familiæ cum Diffinitorio, prædictis compromissis inhærendo, easque, quo ad infraponenda, innovando, à Reverendissimo Patre Ministro Generali enixè postulat, ut pro sua paternali solicitudine, alios revisores, loco illorum, qui sua vota non dederunt, nominare studeat, & tam istorum, quàm supradictorum Patrum annotationes, vota, judicia, advertentias, & censuras præcedentes, aliquibus tam Diffinitorii Generalis, quàm Provinciarum Patribus in Conventu Matritensi congregandis, examinandas, revidendas, conciliandas, & ad majus dictæ Compilationis complementum reducendas, de novo committere velit, ac cum eisdem finem ultimum dictæ Compilationi imponere, ita invigilet, ut quamcitius absoluta remaneat. Postquam autem sic ultimata fuerit, & à Sua Reverendissima Paternitate confirmata, omnes dictæ Familiæ Fratres tam subditi, quàm Superiores, illius observationi in perpetuum adstricti, virtute compromissi prædicti, ex nunc declarantur: Et qui contra illius tenorem facere ausi fuerint, pœnis in ea præscriptis, seu præscribendis, subjecti irremissibiliter censeantur.

2. Præterea committitur Suæ Reverendissimæ Paternitati, ut statim ac dicta Compilatio modo prædicto absoluta, & ultimata fuerit, illius confirmationem in forma speciali à Sancta Sede obtinere curet. Poteritque pro expensis in ordinatione, impressione, ac confirmatione præfatæ Compilationis faciendis, subsidia necessaria à Provinciis Familiæ petere, ipsæque, absque excusatione ulla, ea præstare teneantur. Pro perfectiori autem Compilationis complemento idem Diffinitorium Generale, consensu Discretorii præcedente, maturè decernit.

3. Quod provideatur in ea quomodo sint permittendæ in Ordine nostro expensæ, quæ pro obtinendis graduationibus qualificationis Sancti Officii, & Prædicationis Regiæ quotidie fiunt, in quo puritas nostræ paupertatis valdè periclitatur.

4. Deinde, quod Revisores facultatem habeant decidendi in ordine ad Compilationem difficultates, & quæstiones, quæ ante illius terminationem occurrere potuerunt, quibus per Statuta Ordinis nondum est provisum, & si quæ in præsentiarum sint, quæ nimis urgeant, eas novum Diffinitorium Generale determinet, prout sibi magis opportunum, & legibus nostris conforme visum fuerit.

5. Ulterius, quod in omnibus Provinciis uniformis habitus color servetur, itaut non ex panno, sed ex cordulato, Hispanicè *Sayal* dicto, nec cerulei coloris tinctura, vel quavis alia à naturali vilitate, & rusticitate degenerante; sed tantum ex lana alba, & nigra, vel subnigra contexatur cordulatus prædictus: sic autem lana misceatur, ut neutro prædictorum colorum naturalium nimis alterum excedente, uniformitas cordulati panni, & coloris in tota nostra Familia laudetur. A cujus usu nullus, sub pœna inobedientiæ, in habitu exteriori sit exemptus.

6. Et ut majori servitio Sacrarum Majestatum, & honori Capellarum Regiarum consulatur, seriò præcipit, quòd imposterum nullus Concionator Regius ad usum privilegiorum sibi ex tali munere competentium admitti valeat, qui prius approbationem non obtinuerit à Diffinitorio Generali, vel saltem à Ministro Generali, de consilio, & assensu quatuor Patrum dicti Diffinitorii Familiæ, qui eam concedere non poterunt, nisi adsint fide digna testimonia, per quæ constet Concionatorem habere omnes conditiones in Statutis præscripta, & præcipuè illam de actuali exercitio prædicationis in Capella Regia, cum tali plausibilitate, ut ejus munus potius in honorem, quàm vilipendium Religionis cedat. Inter eos autem, qui dictis privilegiis legitimè fruuntur, illi de numero Ordinis nostro à Majestatibus Regum concesso prius censeantur, qui primo titulum, seu Patentes litteras prædicti muneris à Majestatibus præfatis receperint, aliis quibuslibet Prælatorum Ordinis concessionibus, & antelationibus non obstantibus.

7. Insuper, attenta instantia Discretorii Generalis Familiæ, pro augendo numero Vocalium, qui Congregationi Generali intervenire debent, virtute compromissi ad id in Diffinitorium Generale facti, committitur Rev. Patre Ministro Generali, ut instet coram Sanctissimo, ut dignetur suffragium in nostra Familia pro præfata Congregatione Generali illis Patribus concedere, qui aliquando officia Procuratoris, aut Commissarii Curiæ Romanæ per biennium exercuerint, nec non Diffinitoribus Generalibus sexennii præcedentis, pro quibus servari debeat eadem subrogationis, & substitutionis dispo-

Digitized by Google

dispositio, quæ servatur quoad Diffinitotes Generales actuales.

8. Brevia Apostolica à Sanctissimo Domino Nostro Innocentio XI. expedita, in quibus Statuta, & Decreta ad augumentum Bibliothecarum, applicationem eleemosynarum Concionatoribus impertitarum, exclusionem Sæcularium à ludis, & pernoctatione intra Claustra nostrorum Conventuum, & permanentia supellectilium in ipsorum Ecclesia, Choro, & Sacristia, spectantia, observari præcipiuntur, debita cum submissione acceptantur. Decerniturque, ut qui aontra eorum tenorem fecerint, pœnis in illis præscriptis irremissibiliter subjaceant.

9. Et ut ex laudabili Missionum exercitio, & multiplicatione Collegiorum, seu Seminariorum pro Missionariorum institutione, decus non mediocre nostræ Religioni accrescat, animarumque saluti, & orthodoxæ fidei augmento quotidie magis consulatur, Brevia pro dicto munere, & dictorum Collegiorum guberuio, die 28. Junii 1686. & 26. Octobris ejusdem anni, à præmemorata Sanctitate Domini Nostri Innocentii XI. concessa, executioni mandari sancimus: committentes insimul Reverendissimo P. Ministro Generali, & dictarum Missionum Procuratori, ut Sacram Congregationem de Propaganda Fide instantissimè deprecentur, quatenus dignetur usum dictorum Brevium, juxta restrictiones, additamenta, & declarationes in Diffinitorio Generali præscripta, limitare.

10. Ne autem decus, hinc Ordini accrescens, aliunde minuatur, literis S. M. Innocenti IV. aliorumque Pontificum Decretis, ac Statutorum Ordinis tenori inhærendo, maturè declaramus, Fratres omnes eam obedientiam Ministro Generali, ex vi professionis, præstare debere, quam Regula his verbis præscribit: *Alii Fratres teneantur Fratri Francisco, & ejus Successoribus obedire &c.* & postea: *Universi Fratres unum de Fratribus istius Religionis teneantur semper habere Generalem Ministrum, & servum totius Fraternitatis, & ei teneantur obedire &c.* ac iterum: *Unde firmiter præcipio eis, ut obediant suis Ministris in omnibus, quæ promiserunt Domino observare &c.* Omnibus igitur Fratribus dictam Regulam, absque ulla Sanctæ Sedis dispensatione, profitentibus paternè suademus, ut exemplo S. P. N. in suo testamento proclamantis: *Firmiter volo obedire Generali Ministro, & illi Guardiano, quem sibi placuerit mihi dare, & ita volo esse captus in manibus suis, ut non possim ire, vel facere ultra voluntatem suam, quia Dominus meus est;* Se taliter dictæ obedientiæ conforment, quòd nullum alium Patronum temporalem, contra memoratam Religiosam subjectionem, videantur recognoscere.

11. Qui autem sub prætextu, specie, aut colore qualibet vitandi temporales vexationes, & tuendi quæcumque jura, aut animo fovendi (quod Deus avertat) aliquam politicam, & mundanam præeminentiam, seu exemptionem, aut propter alium quemcumque temporalem respectum, vel ob introducendam sivè in Ordine, sivè in aliqua particulari Provincia quamcumque divisionem, aut separationem, seu ob obtinendam aliquam amotionem alicujus Fratris de uno loco in alium, sive ut aliquid immutetur de statu nostri Ordinis, vel ordinationis alicujus Provinciæ, aut ad consequendam aliquam Ordinis dignitatem, vel ob alium quemcumque respectum, Virum Religiosum non decentem, & ex vi Constitutionum Ordinis, ac Sanctæ Sedis illicitum, temerè Ministrum Generalem non recognoverint, & ab illius obedientia apostataverint, seu adversus eum malitiosa conspiratione, verbo, aut facto insurrexerint, vel ad personas, seu Judices, aut potestates Sæculares, ob aliquod ex prædictis motivis, recurrerint, seu aliquid in Ordine ad quodlibet eorum conducens, ipsis, aut Regibus, Principibus, Communitatibus, seu Rebuspublicis, vel cujusvis Ordinis, status, sexus, aut conditionis exteris personis, precibus, aut consiliis, vel libellis, seu aliis quibuslibet insinuationibus suaserint, aut suadere fecerint, vel Ordini secreta, seu eventus, ex quibus honor nostri status minui, aut parvi pendi queat, publicaverint, seu patefecerint, pœnas privationis actuum legitimorum, & Excommunicationis latæ sententiæ, tam in Statutis Salmantinis à Julio III. approbatis apud cap. 7. præscriptas, & anno 1593. in Capitulo Vallisoletano sub eodem capite renovatas, quàm in diversis Constitutionibus Apostolicis, contra similia perpetrantes, editis, contentas, ipso facto incurrisse censeantur. Nos enim præmissorum transgressores illis, in nostra Familia subjacere debere declaramus, & si opus fuerit, id, de novo pro eadem Familia sancimus: insimul mandantes, quod nullus ut absolutus à præfatis pœnis habeatur, nisi priùs debitam obedientiam, seu satisfactionem præstare curaverit: Si quis autem notoria, & scandalosa contumacia, sub vinculo memoratæ Excommunicationis, permanserit, eo modo, quo Jus Canonicum præscribit, ab aliis Fratribus tractari possit, ac debeat, sine ulla excusatione.

12. Et cum experientia nos doceat, quòd plura puncta ad strictæ paupertatis observantiam, pecuniæ, ac rerum particularium abdicationem, Superiorum in rejiciendis muneribus, donis, ac propinis debitum, subditorum ad ea non offerenda obligationem; Superiorum localium in recipiendis Missarum eleemosynis normam; omnium necessitatum Fratrum succursum, Cellarum, & supellectilium ipsorum paupertatem, rerum superfluarum, ac pretiosarum abjectionem, infirmorum solicitam curam, vestimentorum, etiam ad sacra celebranda, uniformitatem, Superiorum in suis visitationibus equitationem, debitam Fratrum intra Claustra, & sine vagationibus permanentium, eorumdemque, extra Conventus morantium, vel degentium, ad Claustra reductionem, Privilegiorumque, seu Indultorum à prædictis, ac aliis obligationibus eximentium revocationem, seu nullitatem, & ad titulos, ac nonnulla alia Observantiæ Regularis excitamenta spectantia, irrevocabiliter, & firmitate convenienti inter Patres strictioris observantiæ ex eo vigent, quia auctoritate Apostolica sunt stabilita, simili irrevocabilitati, & firmitati consulere cupientes, serio Reverendissimo Patri Ministro Generali committimus, ut ea, quæ super præmissis in Diffinitorio Generali approbata fuerunt, Sanctissimo Domino nostro Papæ quamcitiùs præsentet, & specialem confirmationem omnium, utpotè, Regulæ, ac Statutis nostris, & Decretis Apostolicis conformium, obtinere curet, qua obtenta, omnes Observanciæ alumnos in Domino hortamur, ut ea omnia, tanquam nostri Instituti fundamenta, executioni mandent, & ab omnibus, ad quos spectet, mandari solicitent.

13. Ut jurgiis, ac dubiis viam præcludamus, præmemorato compromisso utentes, declarationem circa Guardianorum post Capitulum Provinciale electorum durationem à Capitulo Toletano 1682. pro Familia Ultramontana editam, pro nostra Familia admittimus, eamque ad Guardianos etiam an-

ta

Digitized by Google

te Capitulum electoa extendimua, ac extensam esse declaramus. Præcipientea insimul, ut observetue resolutio eodem tempore à Patribus Diffinitorii Generalia utriusque Familiæ pro Guardianorum electionibua facta, in qua decernitur, ac declaratur, quod Præsidena Capituli, aut Congregationia Provincialia, qui Religiosum idoneum pro aliquo Guardianatu Diffinitorio proposuerit, & per vota elegentium excludi viderit, iterum eidem Diffinitorio, ac pro eodem Guardianatu eundem in alia sessione, in qua ees attentiùa inspiciatue, proponere queat.

14. Ut in electionibus, quæ per balotationea fiunt, omnia ambiguitsa è medio tollatur, quando ob alectorum discrepantiam electio sliqua protrshi contingat, Diffinitorium Generale, vigore compromissi supradicti, determinat, quod intra spatium viginti quatuor horarum, trea tantum sessionea ad eligendum habeantue: prima, mane; secunda, vespere, & tertia, mana diei sequentia. In qualibet autem sessionea trea propositionea diversorum Fratrum à Præside fiant, & si electio non sequatur, ad Superiorem Generalem devolvatur: quæ omnia in electione Guardianorum observari teneantur.

15. Diffinitorium Generala vitare cupiens magnam confusionem, & contentionea inutilea, quæ in Discretorio Capituli Generalia experiuntur, proponendum censuit Capitulo Generali futuro, ut ex omnibua Vocabilibua, duodecim, qui maximè experti fuerint, nominare, & assignare dignetur, pee quoa tantum fiat Discretorium, ut cum modestia, & religiosa quiete proponant omnia, quæ secundum Deum magis viderint expedire: Et prædicti duodecim Patrea assumentur ab omnibus Nationibus respectivè ex Observantibua, Discalceatia, & Tertiariia. Et cæteri vocalea tradere in scriptia poterunt præfatia Patribua quicquid ad bonum Religionia regimen, & majorem Regulæ observantiam eia visum fuerit, ut in Discretoriu seriò, & maturè videatur, & conferatur, & postmodum Diffinitorio Generali, ut moa est, præsentetur.

16. Præcipit item, sub pœna privationis, & suffragii, ut quando Minister Provincialia quavis occasione, vel causa ad Capitulum Generale non accedat, Pro-Minister tastimonium juratum à toto Diffinitorio adducat, in quo causa legitima excusationis exprimatur.

17. Et cum in Constitutionibus Generalibus Ministria Provincialibus Ultramontanæ Familiæ conccdatur procurare eleemosynam pro Missia, diebus Dominicia celebrandis, usque ad quantitatem ducentorum scutorum, seu ducatorum quolibet anno, ut ex præfata eleemosyna libri probati pro communibua Bibliothecis perficiendia emantur; similiterque Generales Prælati facultatem concedere soleant, ut ex earundem Missarum Dominicarum stipendiia, pauperum Conventuum necessitates subleventur, vel Ecclesiarum ædificia instaurentur, consultò statuimus, quòd si Provincialea stipendia pro prædictia Sacrificiis applicandia non invenerint, teneantue Guardiania injungere, ut pro Benefactoribua, ut de more est, offerantur, ab ipsisque de adimpletione testimonium sumere, & ex eleemosynia tam pro libris emendia, quam pro aliis ex numeratia necessitatibua expensis, vel ex rebus in propria specie oblatia, (quando ex consensu Diffinitorii necessum fuerit, distributionem facere pro celebrandia Capitulis, vel Congregationibua in utraque Familia) vel de Defunctorum spoliia (si quæ, quod absit, inveniantur) & de aliis eleemosynia, si fortè fuerint, adstricti sint in Capitulo Provinciali, coram Diffinitorio, & Capituli Præside rationem reddere. Et qui infideles inventi fuerint, per triennium subsequena voce activa, & passiva irremissibiliter priventur.

Chronol. Seraph.

18. Deinde præcipimus, ac declaramus, quod omnes Religiosi cujuscumque dignitatis sint, etiam si Patrea Provinciæ, pro Intentione Prælati, & ipsi Prælati pro Communitate, à qua aluntur, celebrare debeant. Si tamen Patrea Provinciæ necessitatem aliquando Sacra faciendi, vel pro parentibus, vel pro suia benefactoribua, Prælatia exposuerint, obtenta licentia à locali Superiore, poterunt pro prædictis necessitatibus Sacrificia offerre, dummodo sint in numero non notabile damnum Communitati inferente, & sine alicujua stipendii receptione.

19. Nullua autem Religiosus ex nunc possit Pulpitum Quadragesimale, vel Adventua prætendere, sub pœna expulsionia à Conventu, & privationia ab exercitio prædicationis; Prælati tamen locales poterunt ab Illustrissimia Dominia Episcopia Concionea petere Quadragesimales, maximè in locia, & Oppidia Conventibua viciniis, & pro eisdem exercendis idoneos Prædicatores, qui verbo, & exemplo proficere, & auditorea in lege Dei cum animarum fructu instruere possint, destinare teneantur. Et quo ad eleemosynam Concionum observetur Breve Sanctissimi Domini nostri die 16. Octob. 1686. & prædictum n. 8. acceptatum.

20. Monemus præterea omnes Religiosoa tàm subditos, quàm Prælatoa, ut habitua, & tunicaa, quando opua fuerit, resarcire, vel repetiare non negligant, nec statim, ac aliqua ex parte disruptoa viderint, novis indui cureot. Si enim pauperea, & mendici sumus, magis re assutis vestibus mendicorum, statui conformemur.

21. Similiter & Chordæ, quibus vi Regulæ cingimur, non solum præcinctoria signa castitatia sint, sed etiam paupertatia, & vilitatia indicium, exclusia quibusdam curiositate, & artificio in nostris elaboratia partiboa, vel ex Indiia provenientibua, ex nunc præcipimua, quòd Chordæ ad usum Fratrum deservientes ex canapacea materia, quæ ubique vilia, & nota est, solummodo fiant. Et qui prohibitsa chordaa portare ausus fuerit, ut Inobediens & paupertatia, honestatisque inimicua puniatue.

22. Et Religiosi particularea, qui pro Defunctorum funerali amictu, habitum pecunia commutaverint, ut proprietarii, aliisque pœnia, si opua fuerit, judicio Prælatorum imponendia, indispensabiliter plectantur.

23. Item declaramus Statutum à Sanctitate Domini nostri Innocentii XI. in forma speciali confirmatum, in quo præcipitur Procuratoribus particularibua causarum Beatificationis, & Canonizationia; ut nihil in ipsia agere præsumant, Inconsulto Procuratore, vel Commissario Curiæ respectivè, intelligendum esse præcipue quoad expensas pecuniæ, & quascumque aliaa. Et oneratur conscientia Officialium Curiæ, ut omnibua modis procurent, quod nullæ expensæ à dictis Procuratoribua fiant, quæ puritati nostræ paupertatis non sint conformea. Admittiturque Breve ejusdem Sanctissimi Domini nostri Innocentii XI. *Religionis zelus* incipiena, ad favorem jurisdictionis Officialia Curiæ Ultramontanæ, die 27. Maii 1687. expeditum, ac decernitur, ut in posterum omnes Ultramontani Curiæ Officialea, privativè quoad omnea alios Prælatos Cismontanos, Fratrra suæ Familiæ Romæ, sive permanentea, sive transeuntea, etiam pro negotiis Cismontanis commorantea, ad illius præscriptum corrigera, & tanquam Superiorea localea gubernare possint, ac debeant.

R e   24. Com-

24. Commissarii Terræ Sanctæ, extra Curiam Romanam degentes, etiamsi à Superioribus Generalibus sint instituti, Provincialium jurisdictioni, quoad correctionem morum, & paternam visitationem subsint, ipsisque, dum exeunt è Provincia, teneneantue insinuare discessum, & notificare regressum, neutiquam autem expectare debeant responsum. Insuper ipsi, & tanto magis Socii, tenenantue statutis diebus cum aliis Fratribus dicere culpas in Refectorio, & petere benedictionem exeundi è Conventu à Superioribus localibus, qui eam denegare non possint, sicut nec eos impedire ab exercitio proprii muneris, inconsultis Superioribus Generalibus, quinimmò quicumque Superiores teneantur Commissariis, & Sociis compartiri omnem religiosam charitatem, & assistentiam, ut tanto operi in servitium Sanctorum locorum exactè, & commodè satisfacere possint, sicut aliàs determinatum fuit.

25. Pro Lectoribus Scholasticis innovantue Statuta Generalia anni 1652. & si aliquis in primis annis inveniantur, qui absque prævia oppositione ibi præscripta ad Lectoratum Philosophiæ assumptus fuerit, ei tempus Lectionis ad jubilationem non computetur, & quin præfatam oppositionem emittat, Lector Theologiæ non instituatur.

26. Insupee pro augendo Ordinis nostri decore, & instauranda Patrum ipsius memoria, eorum opera, seu scripta, quæ hactenus in lucem exire non potuerunt, vel quorum exemplar impressum vix aliquod invenitur, typis mandari debere censuimus, ad idque curam, ac solicitudini Reverendissimi Patris Ministri Generalis committimus, ut aliquibus è Viris Ordinis peritis seriò imponat, quod Archiva, ac Bibliothecas Conventuum, seu Collegiorum sedulo perlustrent, & ubi originalia, seu exemplaria Virorum celebri fama pollentium invenerint, ea à præfatis locis non auferendo, attenta mente revideant, ac in lucem publicam iterum, vel de novo disponant; transumptaque, si non adsint, efficiant, & Typographis, seu Librariis, qui propriis expensis illa typis dare voluerint, consignare queant; sub conditione tamen, quod exemplaria impressa, quæ pro Ordinis Conventibus necessaria fuerint, pretio moderatiori ipsis donari, seu vendi debeant.

27. Ne autem, prætextu Brevium Apostolicorum, quæ sine instantia alicujus Capituli, vel Ministri Generalis ad favorem Bibliothecarum, Archivorum, aut Fratrum alicujus nationis, vel Conventus, seu instituti huc usque emanarunt, & præsenti dispositioni contraria visa fuerint, universus Ordo, cujus publicæ utilitati, non autem alicujus particularis membri, in boni communis præjudicium, commodo, aut præeminentiæ, Romani Pontifices in præmemoratis Brevibus consulere voluerunt, præfato honore privetur, Præcipimus Patri Procuratori Generali Curiæ, ut, ad evitandas lites, hujus Decreti confirmationem à Sacra Congregatione Regularium obtinere solicitet, qua obtenta, nulli Ordinis nostri Religioso, sive subdito, sive Superiori unquam licebit, contra illius tenorem, aliquid attentare. Si quis autem secus fecerit, pœnis rebellium, ac inobedientium irremissibiliter puniatur. Viri verò periti, qui prædictæ solicitudini incubuerint, præeminentiis à Ministro Generali pro laboris qualitate taxandis, remunerari possint, ac debeant.

Pro Provinciis Hispaniæ.

28. IDem Diffinitorium Generale jus concedit Provinciæ Bethicæ de Observantia proponendi Rev. P. Ministro Generali, quando Vice-Commissarius Generalis Indiarum eligendus sit, tres Religiosos idoneos ejusdem Provinciæ filios, ut ex illis unum, quem maluerit, eligat, & instituat. Si autem ex illis nullum admittat Sua Reverendissima Paternitas, alios à Provincia proponi permittet, nisi urgens causa aliud suadeat.

29. Pro Provincia Sancti Petri de Alcantara Minorum Discalceatorum Regni Neapolis decrevit, ut Pontificia Diplomata, quæ ad ipsius regimen, ac felicem progressum à Sancta Sede hue usque expedita fuerunt, ab omnibus tàm Subditis, quàm Superioribus, ad quos spectant, sub pœnis in ipsis appositis strictè observentur.

30. Pro Provincia Majoricæ, in qua doctrina Beati Raymundi Lullii Doctoris illuminati maximè ad hæc usque tempora floruit, consultò sancimus, quod tertius cujuslibet studii Theologiæ Lector Lectiones, juxta ipsius Doctoris illuminati mentem, semper legat, & publicas Conclusiones quolibet anno disputandas proponat. Dum autem nova dictæ tertiæ lecturæ provisio se obtulerit, quin Lector pro ea, prævia oppositione approbatus, in Provincia reperiatur, oppositio more solito coram Diffinitorio, ac quatuor Patribus in præfata doctrina versatis, à Provincia designandis, indispensabiliter fiat, in qua illi oppositori conferatur, qui magis idoneus ad eam docendam à majori parte judicum fuerit inventus. Nec ulli tempus ad jubilationem computetur, qui aliter ad dictam tertiam Lecturam fuerit promotus, vel secus in ea se gerere præsumpserit.

31. Diffinitorium Generale ad instantiam Patrum Vocalium Nationis Lusitanæ, præcipit, ut Capitula, & Congregationes Provinciarum Portugalliæ, Algarbiorum, & Tertii Ordinis, extra Curiam Regiam, in Conventu à Superioribus Generalibus eligendo, imposterum indispensabiliter celebrentur. Committitque Reverendissimo Patri Ministro Generali, ut pro majori etiam aliarum Provinciarum ejusdem Regni quiete, idem in illis observari procuret.

32. Quo ad Provinciam autem Tertii Ordinis decernit, ut in electionibus Breve alternativæ à S. M. Alexandri VII. die 16. Junii 1663. expeditum in perpetuum observetur. Et quod transgressores pœna privationis vocis activæ, & passivæ per sexennium irremissibiliter plectantur.

33. Pro Provincia verò Solitudinis Discalceatorum approbat Statutum Provinciale, in quo fuerat sancitum, quod Capitulum semper celebraretur in Conventu Sancti Antonii Vallis Pietatis Civitatis Portuensis. Id tamen solum fiat, si Superiores Generales Capituli celebrationi interesse nequeant: quando verò adesse decreverint, consilium à Ministro Provinciai petant, & Conventum sibi benevisum ad dictam celebrationem assignent. Pro eademque Provincia declarat, quòd si Provincialis è vita discedat (stante alternativa dictæ Provinciæ à Sede Apostolica præscripta) sigilla debeant consignari Patri in tota Provincia absolutè digniori, ut ipse Diffinitorium, ad Vicarii Provincialis electionem, convocet; non verò Patri digniori illius partis, ex qua erat Provincialis defunctus.

Pro Provinciis Galliæ.

34. Cum ex authenticis præsentis Capituli actis exteriùs constet, Vocalibus Provinciarum Galliæ nullam, ex parte Religionis, datam fuisse legitimam occasionem resistendi honori Diffinitionum Generalium, quæ suæ Nationi concedi solent, & recedendi à congressibus electionum, ac dispositionum, quæ canonicè, ac ritè celebratæ, ac peractæ fuerunt, declarandum censuimus, prout præsentis Decreti tenore declaramus, præfatas dictæ Nationis Provincias, earumque Vocales, Fratres, & Alumnos electionibus, Actis, Decretis, ac Statutis præmemoratis, omnimodam reverentiam, observantiam, ac paritionem præstare debere; non secus ac si eorum interventu, & suffragiis celebrata, vel ordinata fuissent. Et quia pluribus aliquarum Provinciarum illius Nationis recursibus coram Nobis factis opportunam provisionem, sine pleniori informatione à Superioribus præstanda, præbere non valemus, Reverendissimo P. Ministro Generali committimus, ut circa eos, ac alios occursuros, id, quod magis expediens fuerit, propria, & Diffinitorii Generalis authoritate decernere dignetur.

Pro Provinciis Germano-Belgicis.

35. Quoad Provincias Germano-Belgicas, auditis aliquibus oppositionibus, & annotationibus à Revisoribus Compilationis Statutorum ipsarum super aliquibus punctis factis, Diffinitorium Generale aliqua addenda, alia verò demenda fore decrevit, & sub hac conditione, seu limitatione præfatam Compilationem approbavit: Patribus illius Nationis injungendo, ut in illius initio Lectorem de hoc Decreto, & de paritione contextus ipsius, per publicum instrumentum certioratum reddant.

36. Insuper concessit, quod quando Commissarius Generalis illius Nationis è vita discedere contingat, præfatæ Nationis Vocales possint quatuor Patres aptiores proponere, ut ex illis unus à Reverendissimo P. Ministro Generali eligatur, salva tamen manente semper ejusdem Reverendissimi auctoritate, aliud, justa de causa, in casu speciali determinandi.

37. Deinde præcipit, ut Statutum ultimi Capituli Generalis pro alternativa, quoad Agentes Nationum editum, cum Provincia Hiberniæ observetur: executionem verò arbitrio Reverendissimi P. Ministri Generalis ob exposita à Patribus Hibernis consulto reliquit.

38. Decrevit præterea, ut quando, favente gratia, Fides Catholica in Regno Hiberniæ cum plena libertate sequatur, Patres Provinciæ prædictæ uti queant favoribus, gratiis, & privilegiis a Sixto IV. anno 1475. concessis, ipsisque liceat studere, legere, docere, & lauream suscipere, cum hac tamen limitatione, quod lauream non accipiant mediis expensis pecuniariis. Expediensque censuit Ministrum Provincialem ejusdem Provinciæ in sua possessione mittendi Fratres ad alias Provincias conservare, cum moderatione tamen a Reverendissimo Ministro Generali, & a Commissario Nationali examinanda, qui eum, si excesserit, punire debeant. Provinciales autem teneatur Ministrum Generalem certiorem facere de numero Religiosorum, quos in Hispaniam miserit.

39. Deinde declaravit, quod si quatuor Hospitis Provinciæ Hiberniæ duodecim Fratres de familia habere possint, illa in Conventus Diffinitorium Provinciæ eligere valeat. Insuper concessit, ut Commissarius prædictæ Provinciæ in Curia Regis Catholici eligatur ex propositis à Diffinitorio, salva tamen auctoritate Reverendissimi determinandi aliud in speciali casu.

40. Decretum Provinciæ Hiberniæ editum ad majorem pacem, & concordiam Collegiorum de specificatione, ex qua Plaga dictæ Provinciæ sit quisque eligendus in suis Ultramontanis Collegiis, decernit Diffinitorium Generale, ut semper observetur.

Pro Monialibus.

41. Omnibus Monialibus directioni, & obedientiæ Ordinis subjectis strictè injungimus, ut Statuta Generalia anno 1639. facta, & Decreta jussu S. M. Clementis VIII. edita, nec non motum proprium felicis recordationis Leonis X. *Cum sicut accepimus* incipientem, integrè observent; ea quippe omnia præfata Sanctitas ejusdem Domini Nostri Innocentiis Undecimi in Brevi *Exponi Nobis* de die 20. Februarii 1688. executioni mandari decrevit.

Pro Tertiariis, & Chordigeris.

42. Similiter ordinamus, & totis cordis visceribus Patres Guardianos Conventuum in Domino rogamus, ut omnem adhibeant diligentiam, quatenus Sacrum Tertii Ordinis pro Sæcularibus Institutum ubique promoveatur, & attentè dilatetur, solicitèque procurent, ut magna in veneratione tam à Fratribus, quam a Populis habeatur (quod facilè consequentur, si curaverint, ut Prædicatores sæpius, sicuti tenentur, ejus dignitatem, & utilitatem in Concionibus declarare non desistant,) quodque altaria, seu Capellæ in tanti Instituti decus, & pro peragendis Fratrum, & Sororum exercitiis in omnibus locis, & terris erigi, aut destinari non differatur. Ad idque jubemus, ut in Visitatorem, seu Commissarium, Religiosus moribus, & doctrina præstans, ubique eligatur, qui omnibus diebus Dominicis Tertiarios exhortari valeat, ac teneatur, tam ad perseverantiam, quàm ad proficiendum in debito Deo honore, & morum reformatione. Præfati autem Tertii Ordinis Fratres, & Sorores, tam in propriis domibus, quàm in Congregatione, sine votis tamen Religionis, degentes, directioni, correctioni, ac visitationi nostri Ordinis, ad præscriptum Constitutionum Apostolicarum, quas Sanctitas Domini Nostri Innocentii XI. in suo Brevi *Exponi Nobis* die 15. Maii 1688. expedito, observari mandat, subjecti conserventur.

43. Et juxta ipsarum, & Decreti Sacræ Congregationis Regularium die 21. Martii 1688. expediti, seriem, ac tenorem, nulli Eremitæ, Donato, Hospitalario, Infirmario, quæstuario, aut Eleemosynario, nullique mulieri cujuscumque conditionis, aut exercitii ex prædictis, aut ex aliis quibuslibet sit, sub habitu prædicti Ordinis Tertii incedere permittatur, nisi de licentia, & consensu Superiorum nostri Ordinis, ad quos, privativè quoad omnes alios, prædictum habitum concedere, & Sæculares ad professionem Regulæ hujus Ordinis admittere, legitimè spectat: nec unquam permittatur, quòd aliquæ Moniales sibi jus habendi similes Tertiarios, absque consensu nostræ Religionis usurpent.

44. Similiter statuimus, ut in quolibet Regularis Observantiæ Conventu Confraternitas Chordæ S. P. Fran-

Digitized by Google

Francisci, ad præscriptum Constitutionis Sixtinianæ, quamcitius erigatur, & tam erectas, quàm erigendas, etiamsi in earum libris soli Tertiarii Fratres, ac Syndici, & Procuratores Conventuum scripti sint, Reverendissimus P. Minister Generalis benignè confirmat, & si opus fuerit, de novo erigit, ac instituit. Pro earum autem prosperiori incremento, & profectu idem Reverendissimus cum suo Diffinitorio Generali decernit, quod præmemorati Tertii Ordinis Alumni, & hujusce Confraternitatis Chordæ Confratres illis privilegiis, indulgentiis, ac Indultis fruantur, & per ea Statuta gubernentur, quæ in Brevibus Sanctissimi Domini Nostri Innocentii XI. in Directorio pro tribus Ordinibus, Romæ Typis R. C. A. hoc anno edito, contentis, ad longum recensentur, & approbantur, ac executioni mandari præcipiuntur. Et ne Indulgentiæ ab eodem Sanctissimo pro personis utriusque sexus nostræ Obedientiæ, seu directioni subjectis, Orationi mentali in exercitio Viæ Crucis, seu Calvarii vacantibus concessæ, effectu careant, dicti exercitii frequentiam in Domino laudemus; & quin illius usum a solis Fratribus nostri Ordinis primò adinventum, seu introductum, & specialibus Sedis Apostolicæ gratiis, ac Indulgentiis postea pro personis memoratæ Obedientiæ, seu directioni subjectis, exornatum, animabus utilem, & Deo, præ multis aliis devotionibus, gratum fore speramus, ejus dilatationem cunctis Ordinis Superioribus enixè commendamus, eis insimul imponentes, ut sedulo invigilent, ne exteri, & qui nostræ obedientiæ non subsint, se in publicatione dictarum Indulgentiarum ad favorem eorum, quibus concessæ non sunt, aliquatenus ingerant, aut sibi dictum exercitium, tamquam sui instituti peculiare ornamentum, appropriare præsumant.

45. Præterea, cum inter Sacratissimum Prædicatorum Ordinem, & nostrum, à quinque jam fermè sæculis, unionem, charitatisque nexum, non hominum solertia, sed præcipuè cœlitus stabilitam fuisse credamus, & jure hæreditario à Sanctissimis nostris Parentibus Dominico, & Francisco acceptam, conservare tentamur, Sanctissimo Parenti Nostro Dominico Nobis specialiter advocato, dilecto, & ab omnibus merito diligendo, florentissimæque ipsius Familiæ debitum obsequium exhibere desiderantes, & filialem nostram venerationem mundo notam facere volentes, renovamus omnia Statuta, Decreta, & Constitutiones in Ordine nostro ad hunc finem hucusque edita; denuoque illorum Observantiam, tam quo ad obsequium, & obedientiam Reverendissimo Patri nostro Magistro Generali Sanctissimi Parentis nostri Dominici Successori legitimo, & aliis ejusdem Ordinis Prælatis respectivè, sicuti nostri Ordinis Ministro Generali, & aliis Superioribus respectivè præstandam, quàm quo ad Hospitium eorumdem Fratrum ad nostros Conventus accedentium, & illorum charitativam, & benignam receptionem pari, imò majori charitate, qua nostros recipimus, statuimus, & intimamus.

46. Et in Conventibus, in quibus hæc nostra fraternalis, & innata unio à nostrorum Ordinum felicissimo exordio proveniens, vel temporum varietate evanuisse cernitur, vel Dæmonis astutia, zizania seminantis, dissoluta deploratur, Prælatos monemus (& si opus fuerit) ipsis præcipimus, ut eam toto conatu, & viribus restaurare curent, & perpetuam stabilire cordicitus conentur. Addentes insuper, quod quotiescumque vel in conversatione, aut privato colloquio, vel in lectione mensæ, vel alio quocumque ministerio Cathedræ, vel Sermocinationis de Sanctissimo Patre Nostro Dominico pertractate occurrerit, ipsumque nominare, semper titulo Patris nostri nominetur, parique veneratione, ac Parens noster Franciscus, ab omnibus utriusque sexus nobis subditis habeatur. Et si quis in tam debita veneratione defectuosus inventus fuerit, à Prælatis reprehendatur, & corrigatur, & si opus fuerit, pœnis suo arbitrio, pro qualitate negligentiæ, puniatur.

47. Et cum pro comperto habeamus apud quamplurimos Ordinis nostri Fratres, imò & Provincias, laudabilem vigere consuetudinem portandi Sanctissimi Patris Nostri Dominici interiùs Scapularium, veluti sui amoris erga tantum Patriarcham signum, & venerationis stemma, hortamur omnes nostri Ordinis Subditos, & Prælatos, ut quisque pro suo munere talem consuetudinem imitari studeant, & alios ad simile præstandum obsequium inducat.

48. Ex instantia Fratrum trium Statuum Tertii Ordinis Obedientiæ nostræ, ac directioni subjectorum, statuitur, ut, sicut ipsi omnia Officia Sanctorum, ac Beatorum primi Ordinis recitant, eorumque solemnitates sub eo celebrant ritu, sub quo celebrantur à Nobis: ita Nos, obtenta priùs à Sac. Rituum Congregatione hujus Decreti approbatione, Officia Sanctorum, ac Beatorum sui Ordinis sub ritu, apud præmemoratum directorium trium Ordinum relato, & inter ipsos consueto, facere, ac recitare teneamur: ad idque strictè P. Procuratori Generali præcipimus, ut prædictam approbationem accuratè solicitet, nec non ut pariter obtinere curet, quod in Ordine nostro specialis fiat de Æterno Patre solemnitas cum officio, prout in optatis habent quamplurimæ diversarum partium animæ devotæ.

49. Attentis pluribus recursibus coram Diffinitorio Generali factis, & ne defectus pœna digni impuniti remaneant, Reverendissimo P. Ministro Generali commendamus, ut pro sua æquitate, examinanda circa eos examinet, & punienda puniat, respectu cujuscumque Provinciæ, vel personæ Nobis subditæ.

Pro Cismontana Familia.

1. AD coercendam inobedientiam, & frænandam vagationem aliquorum, renovatur Statutum generale, quod obedientiales Litteræ Superiorum Generalium vigorem non habeant, nisi obtento in scriptis expresso Superioris Provincialis responso, & insuper decernitur, debere esse consensum, quem in itinere teneantur ostendere una simul cum obedientialibus, aliter habeantur tanquam illegitimæ, & puniantur ut Apostatæ; & si aliquis sine præfato consensu in scriptis discesserit, ultra pœnas in Apostatas latas, rediens ad propriam, tanto tempore locum ultimum teneat, quanto tempore abfuit à Provincia, quam pœnam etiam subeant discedentes sine obedientialibus, si Sacerdotes fuerint; si verò Clerici, ad Ordinationes non licentientur, & Laici æquivalentibus pœnitentiis corrigantur: excipitur tamen casus necessitatis urgentis, quæ judicio Superioris Localis, & Discretorum, dilationem non patitur, de quo judicio Superioris, ante discessum è Conventu, eundem Superiorem Provincialem certiorem faciant, & copiam ejusdem judicii dare debeant in scriptis discedenti, ut ostendi possit in itinere, juxta præscriptum de consensu Provincialis ostendendo. Ad præcludendas autem indiscretas, vel motivo non æquo, negativas consensus, præcipitur Superioribus Provincialibus, ut

statim

statim rescribant Superiori Generali motivum, quod habuerunt denegandi consensum, quod si non approbatur legitimum, teneantur Superiores Provinciales statim dare consensum, aliter Superior Generalis opportuna correctione provideat. Et ne ignorantia excusare quis se præsumat, præcipitur Superioribus Provincialibus transmittere ad unumquemque Conventum hoc Statutum lingua vernacula, ut singulis mensibus in publica refectione publicetur, tam apud Observantes, quàm Reformatos.

2. Quærimoniæ Fratrum ad Curiam Romanam, cum maximo detrimento nostræ Religionis, delatæ, vel prætextu Statutorum generalium pro denegato vestimento ab aliquibus Provincialibus, vel Consuetudinis Provinciarum in contrarium, exigunt, prævia matura consideratione, definire, & determinare, quod Fratribus studentibus quibuscumque in aliena Provincia, & Fratribus relegatis in alienam Provinciam, vel in pœnitentiam detentis, propriæ nativæ Provinciæ provideant, & transmittant vestimentum in propria specie, sicuti aliis in propria degentibus distribuitur, sub pœna suspensionis officii per trimestre ipso facto incurrenda Superioribus Provincialibus aliter facientibus, vel ab inviolabili hujus Statuti executione eximi attentantibus, & aliis pœnis Superiorum Generalium arbitrio infligendis, ac rogatur solicitudo Superiorum Generalium, ut irremissibiliter pœnas taxatas infligant contravenientibus, & infirmantur, & abrogantur quæcumque in contrarium, etiam Consuetudines Provinciarum.

3. Ut computus Lanificii Provinciarum exactè, & cum debita intelligentia habeantur, decernitur, quod cum Ministro Provinciali, & Diffinitorio intervenire debeant præcisè ad hunc effectum Ex-Ministri Provinciales.

4. Limites quæstuationum singulorum Conventuum observentur intra Statuta Generalia, & si aliquis contravenerit, insinuetur proprio Provinciali, qui teneatur transgressorem punire ut perturbatorem quietis.

5. Ad præcludendum aditum Fratribus sine socio incedendi, statuit Capitulum Generale, quod omnes Superiores teneantur in obedientialibus litteris assignare socium, vel saltem ad arbitrium Superiorum inferiorum, qui sub pœnis, arbitrio Superioris Generalis infligendis, teneantur eum cum effectu assignare, & Superior Localis, sub pœna privationis officii, non permittat discedere sine socio Religiosum, & qui solus accesserit ad Conventum, etiam cum legitimis facultatibus, habeatur, & puniatur tanquam Apostata.

6. Ad tollenda inconvenientia circa transitum Fratrum de Observantia ad Reformationem, & è contra, statuitur, quod sive Observantes, sive Reformati, de quibus non probatur legitimus transitus ad tenorem Constitutionis Apostolicæ fel. recor. Urbani VIII. hac de re editæ, remittantur ad proprias respectivè Provincias, à quibus transitum fecerunt, & semel constito legitimum fuisse transitum de Reformatione ad Observantiam, non possint amplius remitti ad Reformationem, nisi servata forma ejusdem Constitutionis.

7. In casu, quod in Capitulo Provinciali non sequatur electio Ministri Provincialis, itaut electio devolvatur ad Superiorem Generalem, Pater antiquior, etiam inter Reformatos, juxta Statuta generalia habeat sigilla Provinciæ, eamque gubernet usque ad novam electionem, salva semper auctoritate Commissarii Visitatoris, qui Visitatur cum Vocalibus procedere possit ad electionem Custodis, & Diffinitorum.

8. Si contigerit aliquem ex Diffinitoribus Generalibus impediri, ne ad Congregationem generalem intermediam accedere possit, vocetur à Superiore Generali Pater dignior illius nationis, ut substituatur, vel subrogetur juxta præscriptum Statutorum generalium; & si notitia impedimenti pervenerit ad Superiorem Generalem cum tanta angustia temporis, ut non possit haberi Pater dignior, ut supra, vocetur Pater Ordinis dignior, qui per illud spatium temporis possit haberi, dummodo verè sit dignior, vel officio, vel antiquitate electionis, vel antiquitate habitus pariformiter, non solum comparativè ad unam Nationem, sed etiam ad aliam, & inter alias duas: Casu autem, quod nullus Pater Ordinis intra illud tempus haberi possit, substituatur Secretarius Generalis Ministri pro Familia Cismontana, si præsens fuerit, servata respectivitate ad Diffinitorem Generalem absentem, videlicet, si Observans fuerit, ut subrogetur pro Observante, si Reformatus pro Reformato; Si verò Secretarium Ministri Generalis adesse non contigerit, substituatur Secretarius Generalis Commissarii Generalis de Observantia, si Diffinitor absens sit de Observantia, vel Secretarius Generalis Reformationis, si Diffinitor absens sit Reformatus, qui respectus etiam habere debet in vocatione Patris Ordinis, taliter quod pro Reformatis nullus vocetur de Observantia, & pro Observantibus nullus vocetur Reformatus. Et si adhuc necessitas fuerit Substitutionis, dignior Pater illius Provinciæ, in qua celebratur Congregatio generalis, & peracta Congregatione generali, si Diffinitor Generalis obiisset, vel quomodocumque vacasset, in officio subrogetur Pater dignior illius Nationis, cujus erat Diffinitor Generalis. Ad tollendas autem omnes dubietates, quæ oriri possunt in angustia temporis, Superior Generalis, habita notitia impedimenti Diffinitoris Generalis, statim sine dilatione congregabit Patres Ordinis actuales, & habituales, qui in illo Conventu reperientur, & cum eis deliberabit, quinam in loco impediti vocandus sit, juxta tenorem hujus Statuti.

9. Proposito Dubio supra præcedentia Diffinitorum in eodem Capitulo electorum, quod inter se præcedant ab antiquitate habitus, si aliàs non habeant titulos, ob quos se ad invicem præcedebant, declaratur, non solum intelligendum esse de titulis, ob quos debeatur eis præcedentia super Diffinitores, sed etiam de titulis inferioribus Diffinitoriatu actuali, ut est Diffinitoriatus habitualis, & Paternitas per aggregationem, dummodò prius electione in Diffinitorem inter eos habuerint locum cum effectu, juxta Statuta generalia.

10. Renovatur Statutum generale, quo declaratur, Patres Provinciæ, aut Ordinis, qui ex electione sunt facti, semper præcedere debere illos, qui privilegio ipsorum gaudent, & imposterum pariformiter observari debere, etiam in actu officii.

12. Lectores Generales Theologiæ in quarto loco, qui intra sex menses à celebratione Capituli Generalis computandos, succedere possunt in vacantiam alicujus ex tribus Ordinariis in studio, ubi legunt, per dictum tempus tollerantur. Alii verò, qui talem vacantiam intrà tale tempus habere non possunt, omninò deponuntur, & abrogantur, relictis solum tribus Ordinariis, ad tenorem Statutorum generalium; & statuitur, quod in futurum quarti Lectores non instituantur, nec etiam de consensu Provinciarum, & si quis violentia favorum perseverare, vel de novo institui quartus Lector procuraverit, ultra pœ-

pœnas contra recurrentes ad favores Sæcularium fulminatas, eidem tempus lecturæ exercendæ quarto loco suffragari non possit, nec computari pro gradu Jubilationis, vel Paternitatis sexennalis, & patentes litteræ computantes tempus lecturæ, contra tenorem hujus Statuti, invalidæ, & nullius roboris sint, habeantque alii Lectores, vel Patres Sexennales expeditum jus contra eos: præmium enim datur lecturæ exercitæ, ne dum ad profectum personalem Lectoria, sed præcipuè pro communi studentium, quos experientia docet, non posse proficere quatuor quotidiania Lectoribus Theologiæ, cum sint obligati servitio Chori, & Conventus.

12. Tertii Lectores in studiis Provincialibus Theologiæ omnino deponantur, & tollantur, & duo solum remaneant, qui per oppositionem juxta Statuta generalia deprehensi fuerit idoniores; & ut effectus inviolabiliter habeatur, decernitur, Tertio Lectori in præfatis studiis nullam esse dandam præcedentiam, nec lecturam imposterum suffragari posse pro Paternitate Sexennali, & patentes litteræ contra, vel præter tenorem hujus Statuti, quæ expediti contigerint, nullius roboris sint.

13 Secundi Lectores Philosophiæ in quibuscumque studiis Provinciarum Italiæ, & Insularum adjacentium omninò tollantur, si intra sex menses Cursum Philosophicum absolvere non possunt, & ille solus relinquatur, qui antiquior erit in lectura; Et imposterum nullus instituatur secundus Lector artium, sed unus duntaxat, etiam in Studiis generalibus, sub pœnis suspensionis officiorum ipso facto per trimestre Superioribus Provincialibus aliter permittentibus, vel facientibus. Et Fratres non teneantur dare præcedentiam secundo Lectori, ultra dictum tempus, nec lecturæ exercitium intra præfatum tempus computari possit pro gradibus, sub pœna nullitatis.

14. Ubi sunt tres Lectores generales Theologiæ teneantur semel in Hebdomada, primus legere Mysticam, secundus explicare Regulam, & tertius casus Conscientiæ, sub pœna privationis lecturæ. Ubi sunt duo, etiam in studiis Provincialibus, primus teneatur explicare Regulam, & secundus casus Conscientiæ, semel in Hebdomada, sub eadem pœna, & ubi solus est Lector Philosophiæ, nullus Theologiæ, teneatur explicare semel in Hebdomada Regulam, sub eadem pœna, abrogatis omninò Lectoribus particularibus Mysticæ, Regulæ, & Casuum Conscientiæ in Conventibus præfatis: & ad effectum observantiæ hujus Statuti, Fratres nullam præcedentiam dent Lectoribus contra hunc tenorem institutis: In studiis verò primariis expressis in Constitutione Apostolica Clementis VIII. fel. rec. & in Statutis Sambucanis cap. 5. §. 7. possint Provinciales, de consensu Diffinitorii, ad sublevamen Lectorum Theologiæ, instituere alium Lectorem Mysticæ, Regulæ, & Casuum Conscientiæ, qui sit priùs legitimè institutus Lector Theologus, & non aliter, & præcedentiam habeat Lectorum Philosophiæ, secundum Statuta generalia. Hic Lector sic institutus, si per decem annos singulis Hebdomadibus ter, scilicet, semel Mysticam, semel Regulam, & semel Casus Conscientiæ legerit in loco designando à Ministro Provinciali, ubi Communitas intervenire possit, & sine aliqua intermissione, aut interpolatione, vel si quacumque causa interpolare, aut intermitti contigerit, duodecim annos legerit, gaudeat præcedentia, & præeminentiis PP. Aggregatorum, cum præcedentia inter eos à die Institutionis, dummodò per legitimas attestationes constiterit, sine aliqua vacantia, præter illam à festo D. Bonaventuræ, usque ad festum Nativitatis Beatæ Mariæ Virginis, sedulò, & diligenter legisse. Quod etiam Lectoribus sic Institutis in Conventibus recollectionis, si eisdem tempore, forma, & tenore legerint, statuitur, salvis Constitutionibus recollectionis.

15. Cum Statuta generalia determinent, Lectores non destinari ad Studia primæ Classis, nisi in inferioribus Studiis Theologiæ propriæ sufficientiæ specimen per sex annos dederint, & cum magno detrimento factum fuerit, quòd immediatè a Cursu philosophico, vel sine interjecto sufficienti tempore, ad Studia primæ Classis aliqui deputati fuerint; determinatur Superiorem Generalem posse, & debere secundum propriam prudentiam amovere illos Lectores, qui immediate à lectura Philosophiæ, vel sine interjecto dicto tempore, ad Studia primæ Classis deputati fuerunt, & ipsos, completis tamen tribus, vel quatuor annis, in ordine ad Jubilationem requisitis, collocare in studiis secundæ Classis, ut aliis Lectoribus detur locus pro Jubilatione, & imposterum observentur Statuta Generalia circa deputationem ad Studia primæ Classis.

16. Lectores Theologiæ etiam Generales, & Philosophiæ, teneantur singulis mensibus transmittere ad Provincialem attestationes præsedisse conclusionibus mensalibus, & Hebdomadalibus, ac satisfecisse proprio muneri, & Provinciales pœnitentiis salutaribus corrigant Lectores negligentes, & ubi non est emendatio, denuntietur Superiori Generali pro majori pœna.

17. Pro revisione, & compilatione Statutorum Generalium, prout determinatum fuit in ultimo Capitulo Generali Toletano, deputantur P. Diffinitor Generalis Antonius ab Introduco, Pater Fr. Joannes Antonius à Panormo Lector Jubilatus, P. Fr. Ludovicus ab Ameno Lector emeritus, & P. Fr. Dominicus à Sospitello Chronologus; & in casu impedimenti alius substituatur arbitrio Superioris Generalis, qui sollicitam curam habeat, intra spatium unius anni, compleri revisionem, & absolvi Compilationem. Stabilita pro Ultramontana Familia in superioribus numeris, videlicet 10. 11. 20. 28. 26. 27. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. pro nostra etiam sancita censeantur: numerusque 11. etiam respectu Commissarii Generalis Familiæ observetur.

Pro Conventibus Recollectionis.

18. CUm in Statutis Generalibus per Breve Sanctiss. D. N. *Militantis Ecclesiæ* confirmatis decernatur, quod in locis recollectionis nullus collocari possit, qui præcepta Regulæ observare non possit; rationabiliter explicatur, Infirmarias pro actualibus Infirmis, & brevi tempore convalescendis, incompossibiles non esse in præfatis Conventibus, imò consentaneas, cum charitas, & servitus erga eos, opus sit maximæ perfectionis, & à S. P. N. Francisco summoperè commendetur; benè verò in ipsis Infirmariis præfatorum Conventuum incompossibiles esse infirmos habituales, senes, & decrepitos, vel longo tempore indigentes ad convalescendum, & pro similibus assignandæ omninò sunt aliæ Infirmariæ.

Pro Terra Sancta.

19. CIrca Terræ Sanctæ Commissarios decernimus idem, quod pro Familia Ultramontana determinatur sub num. 24.

20. Ut gubernium Terræ Sanctæ, & Commissionum Italiæ, & Insularum adjacentium pro eodem Ter-

Google

Tertæ Sanctæ regimine, accuratius habeatur, decernitur, quod Sindici Apostolici singularum Commissionum contribuere faciant Sindico Apostolico Commissionis Etruriæ, Liburni deganti, debitas respectivè expensas pro Redemptione Fratrum captivorum, & itineris ad Terram Sanctam, qui sint Filii Provinciarum in propriis respectivè Commissionibus, sub pœnis Superioris Generalis arbitrio infligendis Commissariis contravenientibus.

Pro Provincia Tusciæ.

21. ATtenta amplitudine Provinciæ de Observantia Tusciæ, ut Fratres edoceri possint in cantu Gregoriano, pro servitio Chori aliorum Conventuum, consideratis Statutis Generalibus, determinatur, quod Magistri, seu Vicarii Chori Conventus Omnium Sanctorum Florentiæ, si per decem annos officium laudabiliter exercuerint, & Fratres instruxerint cantu Gregoriano, possint aggregari Patribus Provinciæ lato modo sumptis, & ultimum locum inter aggregatos teneant.

Pro Provinciis Candiæ, Carniolæ, olim Bosnæ Croatiæ, Poloniæ, & Ragusii.

22. DEcernitur ne imposterum in Conventu Sancti Spiritus Venetiarum Provinciæ Candiæ fiat Noviriatus Clericorum, sub nullitate Professionis, cum satis eidem Provinciæ de Novitiatibus in Oriente provisum sit, & per Diffinitorium provideri possit.

23. Renovantur Statuta aliàs edita, quibus cavetur, ne filii Provinciæ Candiæ possint in aliis incorporari, sub nullitate incorporationis, & qui hactenus incorporati sunt, intra mensem redire cogantur, sub pœna Apostasiæ, & Superiores tam Provinciales, quàm locales, qui eos retinuerint, vel imposterum acceperint, declarentur à Reverendissimo Superiore Generali incurrisse pœnas contra retinentes, & recipientes Apostatas.

24. Attendendo, quod nullus Conventus Provinciæ de Observantia Bosnæ Croatiæ situs sit in Bosna, & quod ex nomine Bosnæ Croatiæ multæ oriuntur æquivocationes, decernit Diffinitorium Generale non esse amplius vocandam Provinciam Bosnæ Croatiæ, sed Provinciam Carniolæ, & sic nominandam, & vocandam imposterum statuitur, salvis semper, & in integrum manentibus omnibus juribus, & præcedentiis, prærogativis, ac privilegiis competentibus præfatæ Provinciæ Bosnæ Croatiæ.

25. Auditis rationibus Provinciæ Reformatæ Poloniæ minoris pro conservanda incorporatione, & pacifica unione Conventuum Glivicensis, & Sanctæ Annæ in Monte Aclim in Silesia, decernitur non esse audiendos, qui oppositum attentarent. Imò, pro quieto statu Provinciarum, renovantur pœnæ per Statuta Generalia latæ contra procurantes novitatem, vel divisionem Provinciæ, nempe quod si legitimè convicti fuerint, vel procurasse extra Ordinem per Prælatos, Principes, Reges, Communitates, vel alios quoscumque, Provinciæ novitatem, divisionem, unionem, ordinationem, vel Fratrum amotionem, vel non amotionem, excommunicationis sententiam Generali reservatam, ipso facto incurrat, carceri mancipetur, ejusdem Generalis arbitrio, & insuper privationem actuum legitimorum.

26. Cum in emendata serie præcedentiæ Provinciarum, adhuc relevatum sit dubium contra locum Provinciæ Minoris Poloniæ Reformatæ, committitur Superiori Generali, ut consultis Patribus peritis, & auditis documentis partium, prout de jure determinet.

27. Concedit Diffinitorium Generale, ut aliquando, propter urgentissimam causam, possit assumi à Diffinitorio Provinciæ de Observantia Ragusii unus de corpore Diffinitorii, & eligi Guardianus, causa autem prius approbanda à majori parte ejusdem Diffinitorii, sicut aliàs concessum fuit Provinciæ de Observantia Bosnæ Croatiæ, nunc dictæ Carniolæ, quod extenditur etiam ad Provinciam Candiæ.

Pro Provinciis Hungarici Regni.

28. IN causa controversiæ inter Provincias Reformatas S. Mariæ, & S. Salvatoris in Hungaria, super prætensione fundationis novorum Conventuum in locis recuperatis à Tyrannide Turcica, & limitibus provinciarum, & super prætensione Provinciæ de Observantia S. Ladislai in Sclavonia ad antiquos Conventus Custodiarum Quinqueecclesiensis, & Zagabriensis, & super prætensione Provinciæ de Observantia Bosnæ de Argentina contra præfatas tres Provincias, cum non possit aliquid certi in Capitulo Generali determinari, decernitur, quod Superior Generalis suis patentibus litteris deputet A. R. P. Diffinitorem Generalem Antonium Lazari cum plenitudine potestatis, qui auditis omnibus interesse habentibus, eorumque juribus examinatis, interpellatoque placito Sac. Cæs. Majest. & Sac. Majest. Regiæ Hungariæ, partes componat, limites statuat, Conventus adscribat, definiat, & determinet, prout magis in Domino expedire judicaverit, secundum pacem, & concordiam, & commodius gubernium illarum Provinciarum. Interim verò nihil innovetur, salvis semper decretis, & determinationibus Superioris Generalis præteriti usque modo emanatis.

Studia noviter erecta.

29. STudium generale Conventus Sancti Antonii Titi Provinciæ de Observantia Basilicatæ transfertur ad Conventum Sanctæ Mariæ plani Calvilli, & erigitur in studium generale primæ Classis: & in Conventu Sanctissimæ Annuntiatæ Brientiæ ejusdem Provinciæ instituitur studium generale secundæ Classis.

30. In Conventu Sanctæ Mariæ Gratiarum Interamnæ Provinciæ de Observantia S. P. N. Francisci erigitur, & instituitur studium Generale secundæ Classis.

31. In Conventu Sancti Jacobi Civitatis Ajaciæ Provinciæ de Observantia Corsicæ erigitur, & instituitur studium Generale secundæ Classis. Et cum præfatæ Provinciæ provisum sit de secundo studio Theologiæ, decernitur Filios illius Provinciæ non debere exire studiorum causa, & si favorum vigore obtinerent obedientiales litteras, habeantur nullius valoris, & Superiores non permittant eis uti.

32. In Conventu Aderniosis Provinciæ de Observantia Siciliæ erigitur, & instituitur studium generale Secundæ Classis.

33. Studium Generale Secundæ Classis Conventus Leopoliensis Provinciæ de Observantia Russiæ erigitur in Studium Generale Primæ Classis.

34. Studium Generale à Conventu Tersacti Provinciæ de Observantia Carniolæ, olim Bosnæ Croatiæ, per Ex-Ministrum Generalem, ad instantiam Provinciæ, provisionaliter Labacum translatum, ut prius erat institutum, Labaci confirmatur, utpotè in commodiori loco exercitiis scholasticis, & denuò instituitur in studium primæ Classis.

45. Stu-

45. Studium generale Conventus Sancti Francisci Mantuæ, per Eminentissimum, & Reverendissimum Dominum Cardinalem Protectorem, facultate Sacræ Congregationis Episcoporum, & Regularium negotiis præpositæ, in studium Generale primæ Classis provisionaliter erectum, usque ad præsens Capitulum Generale confirmatur studium primæ Classis.

36. Conventus Cassoviensis Provinciæ Reformatæ Sanctissimi Salvatoris in Hungaria erigitur, & instituitur studium Generale Secundæ Classis.

37. Studium Generale Conventus Paradisi Viterbii Provinciæ de Observantia Romanæ instituitur Studium Generale Primæ Classis, & Studium Generale secundæ Classis erigitur, & instituitur in Conventu Sancti Laurentii Velitrarum præfatæ Provinciæ.

38. Studium in Conventu Sancti Angeli Cremonæ erigitur in studium primæ Classis.

Declarationes circa Statuta Generalia factæ pro Patribus Reformatis in hoc Capitulo Generali.

39. Quia quotidiana legum multiplicatio, aut corruptam, aut malè administratam arguit Rempublicam, in animo Discretorii Generalis non fuit nova Statuta pro Reformatione condere, neque antiqua sapientissimè digesta, & in specie ab Apostolica Sede confirmata, immutare, sed quasdam Constitutiones, tum Reformationis, tum ex Generalibus Ordinis, Reformatos etiam obligantes, quæ in aliquibus obscuræ sunt, declarare, ne ex prava ipsarum intelligantia, Reformationi, & Observantiæ confusiones, & litigia illabantur, sed pax Religiosa conservetur.

40. Primo declarat esse de novo reimprimenda Statuta Reformata generalia ab Urbano VIII. in specie approbata, cum non reperiantur amplius illorum exemplaria, Conventibus, qui illis carent, distribuenda, quibus debent inseri, opportunis illorum locis, Constitutionum Apostolicarum, & statutorum Ordinis dispositiones, spectantes ad Reformatos, emanatæ post annum 1639. per duos, vel plures viros doctos à Reverendissimo P. Commissario Generali deputandos. Cum hoc, quod postquam fuerint, aut præfertur, insertæ, ab aliis duobus ab eodem Rev. deputandis revideantur, & ad Provincias mittantur, ad hoc, ut bis in annu, in publica mensa legantur, sub pœnis latis in ipsis Statutis contra Superiores illarum lecturam negligentes.

41. Secundò declarat Statutum Reformatorum c. 2. num. 37. circa culpam dicendam à Laicis per quinquennium, debere intelligi de quinquennio integro post emissam professionem; ideò tollendum omninò abusum contrarium, sub pœna suspensionis ab officio Guardianis infligenda, Provincialis arbitratu.

42. Tertiò declaratur Statutum Reformatorum cap. 3. num. 34. circa Capititulum culparum habendum ter in hebdomada à Superiore locali esse adamussim observandum; quod si quis Superior fuerit in hoc notabiliter negligens, pœna suspensionis ab officio per trimestre puniatur.

43. Quartò declarat, quod omnimodè observandum sit Statutum Capituli Toletani 1682. Tit. pro Ultramontana Familia num. 20. circà expectationem responsionis à Superiore Provinciali, cui missa sit copia litterarum obedientialium à Superiore Generali emanatarum, sub pœna, & clausulis in eodem Statuto expressis. Provincialis autem dolosè differens responsum, ad effectum earum executionem impediendi, à Superiore Generali pro arbitrio, & modo culpæ puniatur. Cœterum observetur quidquid supra n. 2. pro Cismontana Familia prudenter sancitum est.

44. Quintò declarat, quod Pœnitentiarii deputati pro singulis Conventibus, juxtà dispositionem Statutorum Reformatorum cap. 7. n. 2. & etiam omnes alii, qui, ex concessione Superiorum Generalium, habeant facultatem absolvendi à casibus reservatis, non habeant eam respectu complicum suorum: Ideò declarat, quod nullus Pœnitentiarius, aut Confessarius, ut præfertur, privilegiatus possit absolvere à casibus reservatis in Religione, in quibus Confessarius est complex, & absolutionem, quam contrà præsentem declarationem dare quis audebit, esse nullam ex defectu Jurisdictionis.

45. Sexto declarat Titulum, & nominationem Concionatoris, vel Lectoris, de quibus loquitur Statutum reformatum cap. 5. num. 17. accipi debere pro institutione ad munus Concionatoris, sive Lectoris exercendum: Ita ut, quando ibi dicitur. *A niuno dia titolo &c. ne si nomini Lettore, e Predicatore*, intelligi debet, quod nullus instituatur, vel deputetur ad legendum, vel concionandum, nisi, post tempus ibi requisitum, ea præstiterie, quæ Statutum præscribit; proindè declaratur quod illi, qui numquam actu legerunt Artes, vel Theologiam Scholasticam, vel moralem, vel mysticam, vel regulam, saltem per annum Capitularem, legendo ad minus ter in quolibet mense, aut Concionatus laudabiliter non fuerit per integram Quadragesimam, nomen, aut titulum Lectoris, aut Concionatoris gerere non possunt, licet huc usque tali titulo irrationabiliter sint potiti, & ad munera Concionatoris, aut Lectoris obeunda fuerint examinati, & approbati. Tale enim examen habilitat eos tantummodò adhoc, ut ad officia illa exercenda possint a Diffinitorio institui, non verò eos tales habitualiter instituit, ut tales nominari possint. Quapropter declaratur hujusmodi Religiosos, sive Superiores sint, sive subditi, qui nunquam legerunt, aut concionati sunt, ut præfertur, nullo modo Lectores, aut Concionatores, multò minus Theologos, sive scribendo ad Superiores Generales, vel Provinciales, sive actus publicos signando, nominari posse: quod si imposterum contrà hanc declarationem aliquem contravenire acciderit, ista per sex annos voce passiva ipso facto privatus declaratur, super qua à solo Superiore Generali poterit dispensari. Porrò Superiores Provinciales, qui in litteris patentibus, aut obedientialibus sibi ipsi, vel aliis tales titulos indebitos dederint, suspensionem ab officio, ad tempus benè visum Superiori Generali, ipso facto incurrant. Subdito verò in Epistolarum ad eosdem datarum epigraphe, post hujus declarationis publicationem, tales titulos tribuentes, voce passiva indispensabiliter, & ipso facto careant per triennium capitulare. Id ipsum Statutum extenditur ad eos, qui tribuunt titulum Adm. Rev. Custodibus, Diffinitoribus, Guardianis, ac aliis, quibus de jure non competit.

46. Septimò declaratur Statutum generale Ordinis cap. 7. §. 7. num 2. & 10. circa appellationem, sive recursum habendum à Superiore locali ad Provincialem, inde ad Generalem, & postea ad Eminentissimum Protectorem &c. comprehendere etiam Reformatos, & ad ejus observantiam ipsos teneri, sub pœnis ibidem latis; declaratur pariter nomen *recursus*, non solum importare querelam de gravamine passo in judicio à recurrente, sed etiam quamlibet denunciationem, seu notitiam in foro, tum pater-

Digitized by Google

terno, tum judiciali de transgressionibus alterius Fratris, ob cujus emendationem, pro Religiosis bono, quilibet tenetur recurrere ad Superiorem, ipsum monendo, ut pro debito transgressorem corrigat. Declaratur ergo hujusmodi recursum debere gradatim fieri, itaut incipiat moneri Superior localis de transgressiona Regulæ, seu Statut. ab aliquo ipsius subdito commissa, quo non fungente officio suo, recursus habeatur ad Provincialem, Generalem, & totius ordinis Superiores gradatim. Quicumque ergo temere hujusmodi ordinem violaverit, & sine legitima causa à Superiore probanda (tacitis Fratrum transgressionibus respectu Superioris localis, seu Provincialis, maximè tempore visitationis) illas servaverit, aperiendas solummodo Commissario Visitatori, aut, omissis Superioribus subalternis, ad Generalem scripserit, maximè instante tempore capitulari, tamquam malignus obtrectator, non charitativus monitor, non Zelo emendationis proximi ductus, sed studio nocendi famæ alterius infammatus, indicetur; pœnamque perpetuæ privationis actuum legitimorum ipso facto, irremissibiliter incurrat, ad normam Constitutionum generalium Ordinis c. 7. §. 6. n. 34.

47. Octavò declarat, quod Lectores Duodennales, qui juxta Statut. Toletanum confirmatum per Breve speciale Sanctissimi Domini N. Innocentii XI. debent gaudere titulo, & præeminentiis Patrum Provinciæ, vocandi sunt titulo *Emeriti*, nullo autem modo Jubilati. Et qui jam per litteras patentes à Superioribus Generalibus emanatas tales declarati sunt, prædicto privilegio, absque ulla perturbatione, fruantur; Et si alii, qui adhuc prædictas patentes non habuerint, per duodecim annos Theologiam, post completum cursum Philosophicum, legerint, tales per Superiores Generales possint declarari. Imposterum verò dicto privilegio non fruantur, nisi functiones in eodem Statuto præscriptas adimpleverint: puta, quod per integrum triennium solam Logicæ & Philosophiæ cursum peregerint, Theologiam per duodecim annos legerint; saltem bis in hebdomada repetitiones, & exercitia scholastica per argumentationes discipulorum inter se fieri curaverint, in fine cujuslibet mensis, extra consuetas vacantias, Theses privatas defenderint, Lectores, seu Discipulos aliarum Religionum ad argnendum invitando, & bis in anno publicas conclusiones habuerint de omnibus materiis illo anno perlectis: Superiores verò locales de præscriptis functionibus præstitis à prædictis Lectoribus attestationes ipsis facere teneantur pro veritate, à Discretis etiam Conventus subsignandas.

48. Nono declarat Statutum Reformatorum cap. 8. num. 31. circa annos ætatis, & Religionis requisitæ adhoc, ut aliquis possit eligi in Ministrum, Custodem, seu Diffinitorem Provincialem, debere intelligi de annis completis, & non sufficere inceptos. Possit tamen Superiorem Generalem, justis de causis, aliquando dispensare, ut qui illos non perfectè compleverit, sed tantum attigerit, ad talia munera eligi valeat; Si tamen Sacræ Episcoporum Congregationi benè visum fuerit, pro quo debet supplicari.

49. Decimo declarat Statutum Reformatorum c. 4. num. 8. circa delationem, aut receptionem denariorum, debere intelligi etiam de iis, qui dantur pro eleemosyna, contemplatione Missarum celebratarum, itaut hujus Statuti violatores judicentur Superiores locales, qui per Tertiarios, vel alios Servitores Conventus tales denarios recipere in Conventu, Sacristia, vel Ecclesia faciunt, & ad Sindicum Substitutum, sive alios sic receptos deportari curant. Quandocumque ergo hujus statuti transgressor extiterit Superior, ipso facto sit privatus officio, & Tertiarius suo habitu à Religione, & Servitor à famulatu Conventus dimittatur, salvo semper modo assignato à Nicolao III. in sua decretali artic. 30. casu quo aliter fieri non possit.

40. Undecimo declarat, quòd simplex electio bis facta alicujus in Guardianum, quam Statut. Reformat. cap. 8. num. 21. & 40. videtur velle sufficere ad hoc, quod aliquis possit eligi in Ministrum, Custodem, & Diffinitorem Provincialem, minimè sufficiat, ut quis ad talia munera promoveatur, & si aliquando hucusque in aliquibus Provinciis contrarium licitum visum fuerit, hoc evenisse ex mala Statutorum intelligentia: irrationabilis enim est, ut bina electio simpliciter alicujus in Guardianum habilitet ad Provinciales dignitates, cum ex Statutis generalibus Ordinis Laicus etiam Conventus moribus, & vita probatus, possit eligi Guardianum, qui tamen ad Provinciales prælaturas promoveri nequit. Declarat ergo mentem Statuti Reformati eamdem esse cum Vallis-Oletan. à quibus desumptum est. In his potiò habetur c. 8. tit. de Diffinit. Provincial. vers. *Et quia dignitates*, ut qui dignitates Ordinis obtinere debent, alios pietate, Religione, prudentia, & doctrina præcellant, juxtà dispositionem Concil. Trident. Sess. 24. de Reformat. cap. 12. & tales esse, ut suis muneribus, ac eorum necessitatibus pares esse, & sufficienter respondere, ac satisfacere valeant. Cum ergo Patres de corpore Diffinitorii debeant esse Judices, & Consiliarii respectivè in causis civilibus, & criminalibus, Doctrinam Sacrorum Canonum, Statutorum Ordinis, ac nostræ practicæ criminalis debent habere competentem. Ad hanc autem se minimè idoneos produnt, qui in lecturæ, aut prædicationis munere aliqualiter non sint practice versati. Undè declaratur officia Lectosis, aut Concionatoris ex Statutis prædictis requisita ad hoc, ut quis possit eligi ad occupandum gradum in Diffinitorio, debere esse in praxim deducta, & non solum vano titulo habita, & sua ipsis minimè sufficere, quod aliquis sit bis functus officio Guardiani. Praxis autem esse debet, quod saltem per tres annos exercita sit lectura Theologiæ, vel scholasticæ, vel mysticæ, vel moralis, aut saltem artium, aut laudabiliter Concionatoris tempore Quadragesimæ munus, per tres similiter annos, exercuerit, non intelligendo tamen quod anni prædicti sint continui, & solares, sed sufficiant interpolati, & capitulares, & quod non requiratur, quod lectura sit semper de eadem scientia, sed possit esse de diversis ex supra recensitis, cum hoc, quod lectiones Theologiæ moralis, vel mysticæ, aut Regulæ fiant memoriter in publica mensa, & saltem ter in mense, & de tali lectura constet per attestationes Guardiani, & Discretorum Conventus, ut de Lectoribus Theologiæ supra dictum est, declarando ipso facto nullam esse electionem aliter factam, & ad Superiorem Generalem devolvi, & hoc esse indispensabile &c.

51. Duodecimo declarat Statut. Reformat. cap. 8. num 58. multas continere ambiguitates circà præcedentiam, quæ multum Religiosam pacem conturbant. Proindè committit Discretorium Reverendissimo Patri Commissario Generali, ut per viros doctos ad hoc specialiter electos, ambiguitates prædictas de medio tollendas, & resolvendas cotet, a S. Reverendissima Paternitate approbatas, pro legibus esse ab universa Reformatione, & fin-

singulis Religiosis humiliter recipiendas, & in Statut. inserendas, contra quas si aliquis insurgere ausu temerario tentaverit, pœnis statutis contrà rebelles, & pacis violatores irremissibiliter puniatur.

52. Judices pro expellendis incorrigibilibus designantur à Capitulo Generali in singulis utriusque Familiæ Provinciis sex Patres, videlicet, Minister Provincialis, & Custos, duo antiquiores Lectores Jubilati, & in Provinciis, in quibus Jubilati non sunt, duo Lectores Sacræ Theologiæ antiquiores, & duo Provinciæ Patres etiam antiquiores, defectu quorum duo Ex custodes, seu Diffinitores antiquiores in officio.

Sequuntur Suffragia.

53. PRo Sanctiss. Domino N.D. Innocentio XI. quilibet Sacerdos duplex Sacrum offerat. Clerici integrum Psalterium, & Laici ducenta Pater, & Ave dicant.

Pro Augustissimo Imperatore singuli Sacerdotes duplex etiam Sacrum faciant.

Itidem pro Rege nostro Catholico Carolo Secundo, Regina Sponsa, & Regina Matre singuli Sacerdotes Sacrum duplex.

Pro Christianissimo Rege, Sereniss. Delphino, & Familia Sacerdotes singuli Sacrum unum.

Pro Rege Portugalliæ cum Conjuge, & Prole singuli Sacerdotes Sacrum unum.

Pro Eminentissimo Domino D. Cardinali Cybo Ordinis Protectore singuli Sacerdotes Sacrum unum.

Pro reliquis Principibus Christianis, Benefactoribus nostris, Exaltatione Sanctæ Matris Ecclesiæ, hæresum extirpatione, ac felici statu Ordinis Seraphici singuli Sacerdotes tres Missas, Clerici tres Psalmos Pœnitentiales, Laici trecenta Pater, & Ave dicant.

Pro Excellentissima Domina D. Ducissa Nazaræ Marchionissa de Cannate, &c. Ordinis Patrona munificentissima, quæ larga manu hujus Capituli expensas subministravit, & pro ejus Excellentissima Familia singuli Sacerdotes offerant Missam unam.

Numerus Defunctorum a proximo ad præsens Generale Capitulum.

54. JUxta notitias PP. Vocalium, exceptis paucis Provinciis, quæ hujusmodi Cathalogum non attulerunt, aliæ verò tantum Fratrum, non Monialium, constat obiisse in hac Cismontana Familia Fratres duo mille nongentos quinquaginta novem; Moniales verò quadringentas quinquaginta sex: in Ultramontana autem Familia Fratres quinquies mille quadrigentos triginta quatuor; & Moniales bis mille trecentas, & nonaginta quatuor decessisse, quorum animæ per misericordiam Dei requiescant in pace.

ITA EST.

55. FR. Marcus Zarzosa Minister Generalis.

Fr. Petrus Marinus Ex-Minister Generalis.

Fr. Carolus Franciscus de Varesio Commissarius Generalis.

Fr. Franciscus Maria de Monelia Ex-Procurator Generalis, & Diffinitor Genereralis.

Fr. Franciscus Diaz à Sancto, Bonaventura Ex-Commissarius Generalis Curiæ, & Diffinitor Generalis.

Fr. Joannes à S. Maria Ex-Minister Provincialis, Custos, & Diffinitor Generalis.

Fr. Joannes Alvio, Ex-Provincialis, & Diffinitor Generalis.

Fr. Cornelius de Uroom, Minister Provincialis, & Diffinitor Generalis.

Fr. Vvillhelmus Ritz, Minister Provincialis Coloniæ, & Diffinitor Generalis.

Fr. Georgius à Magdalena, Diffinitor Generalis.

Fr. Cherubinus à Braciliano, Diffinitor Generalis.

Fr. Cyprianus Ruevv Diffinitor Generalis.

Fr. Antonius Lazari, Provincialis Carnioliæ, & Diffinitor Generalis.

Fr. Michael Angelus a Florentia, Provincialis Tusciæ, & Diffinitor Generalis.

Fr. Franciscus a Bassano, Custos, & Diffinitor Generalis.

Fr. Bonaventura Poerius, Lector Jubilatus, Ex-Provincialis, Custos Calabriæ, & Diffinitor Generalis.

Fr. Cœlestinus Tiessen a Mediolano Diffinitor Generalis.

Fr. Angelus Maria à Panormo Diffinitor Generalis.

Fr. Antonius ab Introduco Custos Provinciæ Romanæ, & Diffinitor Generalis.

Fr. Franciscus à D. Joanne Baptista Diffinitor Generalis Tertii Ordinis.

19. Circa confirmationem Apostolicam postulandam pro punctis contentis in num. 12. Decretorum Familiæ Ultramontanæ, Eminentissimus Dominus Protector Capituli Præses, & Rev. Patres Minister Generalis actualis, Minister Generalis præteritus, & Commissarius Generalis Familiæ, nec non Adm. Rev. Patres Commissarius Generalis Curiæ, Procurator Generalis Reformatorum, & tres Diffinitores Generales, quorum compromisso utebatur Rev. Pater Minister Generalis, ac alii Patres Ordinis loco Diffinitorum Generalium absentium, qui non compromiserant, ab Eminentissimo Domino Protectore consulti, unanimiter consenserunt, ut pro Familia etiam Cismontana postuletur.

Ita est Fr. Marcus Zarzosa Min. Gen.

Duo Brevia, quæ sequuntur, quamvis sint data sub diversis temporibus, cum pertineant ad eamdem rem, ponuntur unum post aliud,

Breve, quo separantur à Provinciis Veneta, & Bononiensi Conventus, & Monasteria sub ditionibus Serenissimi Ducis Mantuæ, & aggregantur Provinciæ Mediolanensi ejusdem Ordinis.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

MIlitantis Ecclesiæ regimini, meritis licet imparibus, Divina dispositione præsidentes, ad ea peculiares vigilantiæ nostræ curas propensa studia convertimus, quæ ad salutem Religiosorum virorum, & Sanctimonialium in via Domini directionem conducibilia fore sperantur, ut sublatis impedimentis, vota sua Altissimo in Sanctitate, & justitia reddant, & adspirante supernè favoris auxilio, lætis in dies proficiant incrementis.

Expo-

Digitized by Google

Exponi siquidem nobis nuper fecit dilectus filius Nobilis vir Ferdinandus Carolus Mantuæ, & Montisferrati Dux, quod cum nonnulli Conventus Fratrum Minorum Ordinis Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum, in ejus Statibus consistentes, nempe Conventus Sancti Francisci Mantuani, & Sanctæ Mariæ Gratiarum, ac Sancti Rochi *della Volta* nuncupati, & Sanctæ Mariæ Angelorum Terræ Hostiliæ, ad Provinciam Venetam; & Conventus Terrarum Viadanæ, & Guastallæ ad Provinciam Bononiensem dicti Ordinis respective spectent: Fratres vero Provinciarum hujusmodi, in eisdem Conventibus respectivè degentes, non eam ducant vitam, quæ eorum Statui satis congruat, & Populis sit ædificationi, nec Monasteriorum Monialium eorum curæ subjectorum gubernio, quantum oporteret, accuratè, atque studiosè invigilent. Hæc autem incommoda, ex infrequenti Ministrorum Provincialium dictarum Provinciarum visitatione non parum provenire possint: Ipse Ferdinandus Carolus Dux, pro peculiari sua erga Ordinem prædictum devotione, in se a Majoribus suis hæreditario quasi jure transfusa, providè considerans Fratres Minores de Observantia Provinciæ Mediolanensis dicti Ordinis, propter eorum religiosa studia, vitæque, & morum probitatem, optimum sui exemplum præbere, atque in magna religiositatis applicatione apud homines esse, supradictis Conventibus Fratrum, & Monasteriis Monialium optimè consultum iri existimat, si eidem Provinciæ Mediolanensi, quæ viginti sex Conventibus Fratrum, & novem Monasteriis Monialium tantum constat, incorporentur, prævia eorum dismembratione a prædictis Veneta, & Bononiensi Provinciis, ex quibus Veneta quidem triginta quinque Conventus Fratrum, & undecim Monasteria Monialium; Bononiensis vero Provincia hujusmodi itidem triginta quinque Conventus, ac decem & tria Monasteria Monialium respectivè habere reperiuntur, atque ita nec illæ ex dismembratione notabilem diminutionem, nec dicta Provincia Mediolanensis ex incorporatione hujusmodi nimium incrementum accipient, sed Conventus, & Monasteria sic incorporanda, quippe eidem Provinciæ Mediolanensi viciniora, ab illius Ministro Provinciali facilius, frequentiusque visitari, & opportuna, pro facili directione, & Religionis progressu, auxilia consequi poterunt. Quare idem Ferdinandus Carolus Dux Nobilis humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur piis, & religiosis ipsius Ferdinandi Caroli Ducis votis, ad Religionis incrementum, & felicem progressum laudabiliter tendentibus, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, eumque à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium duntaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, supradictos Conventus Sancti Francisci Mantuani, & Sanctæ Mariæ Gratiarum, ac Sancti Rochi *della Volta*, & Sanctæ Mariæ Angelorum Terræ Hostiliæ, nec non Terrarum Viadanæ, & Guastallæ, ac prædicta Monialium Monasteria, curæ, & Gubernio Fratrum eorumdem Conventuum respectivè subjecta, à memoratis Veneta, & Bononiensi respectivè Provinciis, auctoritate Apostolica tenore præsentium perpetuò separamus, & dismembramus, ipsosque Conventus sic separatos, & dismembratos, ac Monasteria Monialium sic separata, & dismembrata, memoratæ Provinciæ Mediolanensi iisdem perpetuò unimus, conjungimus, annectimus, & incorporamus. Decernentes easdem præsentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocunque spectabit, inviolabiliter observari, & illis respectivè in omnibus, & per omnia plenissimè suffragari. Sicque in præmissis per quoscunque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nec non Ordinis, & Provinciarum, & Conventuum, ac Monasteriorum prædictorum, aliisve quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & Consuetudinibus, Privilegiis quoque, Indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice duntaxat specialiter, & expressè derogamus, cœterisque contrariis quibuscumque. Dat. Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris, die Decimaoctava Novembris 1683. Pontificatus Nostri anno octavo.

I. G. Slusius.

Extractum ab ejus Originali tradito mihi Not. ab Adm. R. P. Ross, Provinciæ Mediolani Ministro Provinciali, & per me publicato in Refectorio Conventus Sancti Francisci Mantuæ, sub die 11. Jan. 1684., ut in filza meorum rogituum dicti anni, restitutoque eodem die prædicto Adm. Reverendo Patri.

Hiacynthus Cagnolus Not.

Breve, quo denuo reuniuntur Provinciæ Venetæ, & Bononiensi supradicti Conventus, & Monasteria.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Ex commissæ Nobis dispensationis officio ea interdum, quæ certis rationabilibus ex causis, etiam à Nobis concessa sunt, ipsa subinde rerum experientia suadente, & majoribus ex causis, quibus præsertim felici Christi Fidelium sub suavi Religionis jugo Altissimo famulantium statui, & salubri gubernio consulitur, revocamus, & immutamus, in hisque solicitudinis nostræ studium interponimus, prout conspicimus in Domino salubriter expedire. Aliàs siquidem Nos dilecti filii Nobilis Viri Ferdinandi Caroli Mantuæ, & Montis Ferrati Ducis supplicationibus Nobis humiliter porrectis inclinati, nonnullos Conventus Fratrum Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum in ejus Statibus consistentes, nempe Conventus Sancti Francisci Mantuan., & Sanctæ Ma-

Mariæ Gratiarum, ac Sancti Rocchi loci *della Volta* nuncupati, & Sanctæ Mariæ Angelorum Terræ Hostiliæ, ad Provinciam Venetam, ac Conventus Terrarum Viadanæ, & Guastallæ ad Provinciam Bononiensem dicti Ordinis respectivè tunc spectantes, nec non Monasteria Monialium curæ, & gubernio fratrum eorumdem Conventuum respectivè subjecta, à memoratis Veneta, & Bononiensi respectivè Provinciis Auctoritate Apostolica perpetuò separavimus, & dismembravimus, ipsosque Conventus sic separatos, & dismembratos, ac Monasteria Monialium sic separata, & dismembrata, Provinciæ Mediolanensi Ordinis prædicti itidem perpetuò univimus, conjunximus, annexuimus, & incorporavimus, & aliàs, prout in nostris desuper simili forma Brevis die xviii. Novembris M. DC. LXXXIII. desuper expeditis litteris, quarum tenorem præsentibus prò plenè, & sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, uberius continetur. Cum autem, sicut idem Ferdinandus Carolus Dux Nobis nuper exponi fecit, ex dismembratione, & incorporatione Conventuum, & Monasteriorum hujusmodi, plura in Religiosæ tranquillitatis præjudicium exorta fuerint inconvenientia, adeò, ut in Diffinitorio Generali Familiæ Cismontanæ Fratrum dicti Ordinis, pro majori Dei servitio, & regularis disciplinæ progressu, nec non pro pacifico, legitimo, & regulato gubernio Conventuum, & Monasteriorum prædictorum, omnibusque emergentibus, matura discussione perpensis, nuper consultum fuerit Conventus, & Monasteria præfata propriis Venetæ, & Bononiensi respectivè Provinciis antiquis, à quibus separata fuerant reuniri, ac sub dictarum Provinciarum Ministris Provincialibus, ut antea fuerant, regi, eorumdemque Ministrorum Provincialium jurisdictioni, & gubernio respectivè subesse debere, quatenus noster desuper, & hujus S. Sedis, prævia præfatarum nostrarum litterarum revocatione, assensus accederet. Nobis propereà memoratus Ferdinandus Carolus Dux humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportunè providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur piis ipsius Ferdinandi Caroli Ducis votis, ad salubriorem Conventuum, & Monasteriorum præfatorum directionem tendentibus, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, eumque à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium duntaxat consequen. harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, separationem, & dismembrationem supradictorum Conventuum Sancti Francisci Mantuan., & Sanctæ Mariæ Gratiarum, ac Sancti Rochi *della Volta*, & Sanctæ Mariæ Angelorum Terræ Hostiliæ, Terrarumque Viadanæ, & Guastallæ, ac præfatorum Monasteriorum Monialium curæ, & gubernio Fratrum eorumdem Conventuum respectivè subjectorum, à memoratis Veneta, & Bononiensi respectivè Provinciis, nec non unionem, annexionem, & incorporationem eorumdem Conventuum, & Monasteriorum memoratæ Provinciæ Mediolanensis à nobis factas, ut præfertur, ac emanatas desuper litteras nostras prædictas auctoritate præfata tenore præsentium revocamus, cassamus, irritamus, & annullamus, viribusque, & effectu penitus, & omninò vacuamus, ac revocatas, cassatas, irritatas, & annullatas, viribusque, & effectu penitus, & omninò vacuas esse, & fore decernimus, & declaramus, ipsosque Conventus, & Monasteria præfata Venetæ, & Bononiensi respectivè Provinciis supradictis, eadem auctoritate restituimus, & ad formam regiminis, quo ante memoratas nostras litteras respectivè gubernabantur, reducimus. Decernentes easdem præsentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, inviolabiter observari, & illis respectivè in omnibus, & per omnia plenissimè suffragari. Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præfatis litteris nostris, aliisque præmissis, ac Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nec non Ordinis, & Provinciarum, ac Conventuum, & Monasteriorum præfatorum, aliisque quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice duntaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die xxx. Julii M. DC. LXXXVIII. Pontificatus Nostri Anno duodecimo.

I. F. Albanus.

Confirmatur Decretum Sacræ Congregationis super deputatione Agentis in Urbe pro Provinciis Germano-Belgicis.

ALEXANDER PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

EManavit nuper a Congregatione Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet: In Causa Germano-Belgica Electionis Agentis vertente inter P. Ministrum Generalem Ordinis S. Francisci, ex una, & Nationem Germano-Belgicam, ejusque Commissarium dicti Ordinis partibus ex altera, *Sacra Congregatio Eminentissimorum, & Reverendissimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, referente Eminentissimo Spinula, censuit, & declaravit electionem, seu deputationem præfati Agentis spectare ad præfatum Nationem Germano-Belgii. Romæ vi. Maii 1689. P. Cardinalis Ottobonus. Loco ✠ Sigilli. B. Pancinicus Secretarius.*

Cum autem, sicut dilectus filius Philippus Corselius, Frater expresse professus Ordinis Minorum Sancti Francisci Recollectorum nuncupatorum, ac in hac Romana Curia pro Provinciis Nationis Germano-Belgicæ dicti Ordinis Agens Generalis; Nobis subinde exponi fecit, ipse Decretum hujusmodi, quo firmius subsistat, & servetur exactius, Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri summopere desi-

desideret; Nos specialem eidem Philippo gratiam facere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus inclinati; Decretum præinsertum auctoritate Apostolica, tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, salva tamen semper in præmissis auctoritate memoratæ Congregationis Cardinalium. Decernentes easdem præsentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, plenissime suffragari, sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contingerit attentari; Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit, præfatorum Ordinis, & Provinciæ etiam juramento confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenorem pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cœterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut earumdem præsentium Literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides, tàm in judicio, quam extra illud habeatur, quæ præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud S. Mariam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die v. Novembris 1689. Pontificatus nostri Anno primo.

I. F. Albanus.

Confirmatur, & innovatur Constitutio Urbani VIII. pro necessitatibus Locorum Piorum Terræ Sanctæ.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

SAlvatoris, & Domini nostri, qui pro humani generis redemptione seipsum exinanivit, factus obediens usque ad mortem, vices, licet immeriti, gerentes in terris, inter multiplices, gravissimasque Apostolicæ servitutis curas, in eam præcipuè pastoralis solicitudinis vigilantiam incumbimus, ut canti, & tam salubris Mysterii monumenta, quæ in Civitate Hierusalem, & locis circumviciniis sunt, conserventur, & omni, qua fieri poterit, majori honorificentia recolantur.

§. 1. Cum itaque aliàs fel. rec. Urbano Papæ VIII. prædecessori nostro exposito, quod, Ecclesiæ, & alia Loca Pia in Civitate Hierusalem, & aliis locis Terræ Sanctæ existentia, fere diruta erant, & quæ adhuc ibi existebant Monasteria, ære alieno, ob impiam Turcarum, Hæreticorum, & Schismaticorum tyrannidem, & pro Sanctæ Fidei Catholicæ in eisdem locis conservatione contracto, admodum gravata reperiebantur, idem Urbanus prædecessor Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis Locorum Ordinariis, nec non omnibus, & singulis quorumvis Ordinum, Congregationum, & Institutorum Regularium Generalibus commiserit, & mandaverit, ut ad minus duabus vicibus quolibet anno, Adventus, & Quadragesimæ temporibus, tam per verbi Dei Prædicatores in suis Sacris Concionibus, quam in actionibus, & functionibus publicis, necessitatem eorumdem Sacrorum Monumentorum Populo proponi, & commendari curarent, & facerent, & alias, prout in ipsius Urbani prædecessoris literis desuper in simili forma Brevis die 3. Februarii 1634. expeditis, quarum tenores præsentibus pro expressis haberi volumus, uberius continetur; Et sicut pro parte dilecti filii Bernardi Josephi a Jesu Maria Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia Reformatorum professoris, ac ejusdem Terræ Sanctæ Commissarii, & Procuratoris Generalis nobis nuper expositum fuit, ipsæ præfatæ Urbani prædecessoris litteræ, quæ à rec. mem. Inn. X. Clemente etiam X., ac Innocentio XI. Romanis Pontificibus prædecessoribus pariter nostris confirmatæ fuerunt, exactius observentur, illas per nos pariter confirmari, & innovari desideret; Nos, eorumdem Sacrorum Monumentorum conservationi, & manutentioni consulere volentes, prædictas prædecessoris nostri litteras Apostolica auctoritate, tenore præsentium confirmamus pariter, & approbamus, illasque innovamus, & observari mandamus.

§. 2. Volumus autem, ut Patriarchæ, Archiepiscopi, & Episcopi præfati in relatione status Ecclesiarum, quando visitabunt limina Apostolorum, facienda, referant se præfatis Urbani prędecessoris, & pręsentibus nostris litteris paruisse; contrariis non obstantibus quibuscumque.

§. 3. Volumus insuper, ut earumdem pręsentium literarum transumptis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personę in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides habeatur, quę pręsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitę, vel ostensę.

Datum Romę apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 18. Novembris 1689. Pontificatus nostri Anno primo.

ANte completum biennium Generalatus è vivis decessit, summo totius Religionis dolore, die 9. Januarii anni 1690. Reverendissimus P. Marcus Zarzosa, cujus mortis cum Romam notitia pervenisset, aliquæ insurrexerunt difficultates circa electionem faciendam Vicarii Generalis. Eminentissimus itaque Cybo Cardinalis Protector commisit, quod Patres præcipui graduati, qui Romæ degebant, insimul congregati, circa tria puncta versarentur.

1. Quid judicandum circa Bullam Nicolai Quarti incipientem, *Quoniam revocatur a vobis in dubium*, quæ ponitur in Orbe Seraphico Tom. pr. fol. 274. in qua prohibetur Vicarium Generalem posse eligi, sine licentia Sedis Apostolicæ, & Cardinalis Protectoris?

2. An Vicarius Generalis eligendus debeat complere sexennium, vel teneatur statim congregare Vocales Familiæ pro eligendo Ministro Generali duraturo usque ad Capitulum Generale?

3. Utrum in tali Congressu conveniret agere de modo reuniendi Provincias Galliæ separatas ab Ordine, cum protestatione in Capitulo Generali antecedente 1688.?

Ad

Ad primum itaque, omnes congregati PP. unanimes responderunt, Bullæ Nicolai IV. derogatum fuisse per non usum.

Circa secundum dubitatum fuit, & pro utraque parte adductæ rationes, & allata Statuta. Sed cum P. Ad. R. Hieronymus de Sosa, unus ex illis Patribus Congressus, produxisset leges Segoviæ, quæ disponunt Vicarium Generalem eligendum, debere complere Sexennium Generalis defuncti, & repræsentasset praxim habitam anno 1613. in quo fuit electus Vicarius Generalis P. Reverendissimus Antonius de Trejo, & per integros quatuor annos, usque ad Capitulum Generale in Officio perseveravit. His auditis omnes PP. adstantes consenserunt.

Quoad tertium punctum, Omnes asseruerunt procurandam esse reunionem illarum Provinciarum, sed non fuit propositus modus.

Interim Reverendissimus P. Julianus Chumillas Ex-Commissarius Generalis Familiæ, & Commissarius Generalis Indiarum, cui Ordinis sigilla juridicè debebantur, congregavit, pro facienda electione Vicarii Generalis Diffinitores Generales actuales Familiæ, & sex Provincias propinquiores Provinciæ Castellæ, nominavitque supradictam Castellæ, S. Joseph, Carthaginensem, Conceptionis, Aragoniæ, & Angelorum.

Auditis litteris citatoriis insurrexerunt Discalceatorum Provinciæ S. Pauli, S. Jacobi, & S Gabrielis, opponentes Statuta Generalia 1661. determinantia, congregandas esse Provincias propinquiores loco, ubi degit Pater habens sigilla, & non confinibus Provinciæ; ideircò unaquæque respectivè ex illis tribus supradictis Provinciis existimans propinquiorem esse Matrito, prætendebat suffragium ferre in electione Vicarii Generalis, cum ibi sisteret Reverendissimus P. Chumillas dignior familiæ Pater.

Convenerunt itaque omnes Vocales, observandum esse Statutum, & seligendas sex Provincias viciniores loco, & unanimes nominaverunt quinque, scilicet S. Pauli, Castellæ, Carthaginensem, Conceptionis, ac S. Joseph. Controvertebatur sexta, inter quatuor Aragoniæ, Angelorum, S. Gabrielis, & S. Jacobi: neque poterat tam facilè determinari, cum ad hoc requireretur peritis Agrimensorum, expensæ, multumque temporis. Cum autem urgeret dies electionis, de communi consensu determinatum fuit, faciendam esse pro illa vice sine sexta Provincia; reservato ab unaquaque sibi jure suffragandi in similibus casibus, juxta decisionem Peritorum.

Deventum igitur fuit ad electionem die 24. Februarii 1690. Præsidente eodem Reverendissimo P. Chumillas Ex-Commissario Generali, & Indiarum Actuali. Suffragiis quatuordecim, quæ interfuerunt, hinc inde dispersis, per tres vices protrahebant electionem; sed in quarto scrutinio octo suffragiis electus fuit in Vicarium Generalem P. Rev. Joannes Alvin L. Jubilatus, SS. Inquisitionis Qualificator, Provinciæ S. Michaelis in Extremadura Ex-Minister Provincialis, Episcopatus Placentini Examinator Sinodalis, ac Diffinitor Generalis. Publicata electione, fuit etiam confirmata à SS. D. N. Alexandro octavo per subsequens Breve exprimens duraturum fore usque ad complementum sexennii.

Extrà.

Dilecto filio Joanni Alvin Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum Vicario Generali.

Intus verò

ALEXANDER PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Dilecte fili Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

CUM sicut Nobis nuper exponi fecisti, Ordo Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum, per obitum quondam Marci Zarzosa, ultimi illius Ministri Generalis, qui nondum completo Generalatus sui sexennio, nuper ab humanis decessit, Ministro Generali destitutus remanserit; tu verò, juxta Statuta ejusdem Ordinis per Sedem Apostolicam confirmata, in dieta dicti Ordinis in oppido Matriti Toletanæ Diœcesis, novissimè celebrata, ab illis, ad quos spectabat, in Vicarium Generalem ipsius Ordinis, usque ad complementum supradicti sexennii, ad quod idem Marcus in officio Generalatus hujusmodi durare debebat, canonicè electus fueris, electionemque hujusmodi, pro majori illius validitate, & subsistentia, Apostolicæ confirmationis nostræ robore communiri summopere desideres; Nos sperantes electionem hujusmodi de persona tua, ut præfertur, factam, ob tuum Religionis Zelum, fidem, prudentiam, integritatem, & doctrinam eidem Ordini plurimum profuturam, teque specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existis, ad effectum præsentium duntaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus tuo nomine Nobis super hoc humiliter porrectis, inclinati, electionem de persona tua in Vicarium Generalem dicti Ordinis, ut præfertur, factam, Apostolica Auctoritate, tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac, quatenus opus sit, dicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice duntaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 29. Aprilis 1690. Pontificatus Nostri Anno primo.

I. F. Cardinalis Albanus.

Deinde ad supplicationem Eminentissimi Gybo Cardinalis Protectoris per subsequens Breve declaratus fuit Min. Generalis.

Era-

Breve, quo P. Joannes Alvin Vicarius Generalis Ordinis S. Francisci declaratur Minister Generalis.

ALEXANDER PAPA VIII.

Dilecte fili Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

RElgionis zelus, vitæ, ac morum honestas, aliaque laudabilia probitatis, & virtutum merita, super quibus apud Nos fide digno commendaris testimonio, nos inducunt, ut te specialibus favoribus, & gratiis prosequamur. Cum itaque, sicut venerabilis frater noster Alderanus Episcopus Ostiensis S.R.E.Card. Cybo nuncupatus, totius Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum apud Nos, & S. Sedem Apostolicam Protector, Nobis nuper exposuit, tu, qui frater expresse professus dicti Ordinis existis, per obitum quondam Marci Zarzosa ultimi illius Ministri Generalis, qui nondum completo Generalatus sui sexennio, nuper ab humanis decessit, juxta Statuta ejusdemmet Ordinis per Sedem Apostolicam confirmata, in Vicarium Generalem ipsius Ordinis, usque ad complementum supradicti sexennii, ad quod idem Marcus in Officio Generalatus hujusmodi durare debebat, canonicè electus fueris, Nosque electionem hujusmodi de tua persona, ut præfertur, factam, auctoritate Apostolica confirmaverimus, & alias, prout in nostri desuper in simili forma Brevis expeditis literis, quarum tenorem præsentibus pro plenè, & sufficienter expresso, & inserto haberi volumus, uberius continetur: Tu vero, ratione Vicariatus Generalis hujusmodi, eadem auctoritate, qua Minister Generalis Ordinis prædicti pro tempore existens utitur, pari modo utaris, & ab eo, nomine duntaxat, differas; ac ipse Alderanus Episcopus Cardinalis, & Protector plurimum expedire existimet, ut titulo pariter, & denominatione Ministri Generalis hujusmodi decoreris. Nos te, præmissorum meritorum tuorum intuitu, specialis favore gratiæ prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, seu pœnis à jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existis, ad effectum præsentium duntaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejusdem Alderani Episcopi Cardinalis, & Protectoris, Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, tibi, ut etiam titulo, & denominatione Ministri Generalis Ordinis prædicti, usque ad proximè futurum Capitulum Generale, hujusmodi uti, frui, & gaudere, teque Ministrum Generalem in quibusvis literis, Decretis, aliisque scripturis inscribere liberè, & licitè possis, & valeas, nec non interea Minister Generalis ejusdem Ordinis in quibuscumque actibus, & functionibus, tam publicis, quàm privatis haberi, & deputari debeas in omnibus, & per omnia, perindè, ac si in Ministrum Generalem Ordinis hujusmodi electus, & per literas nostras supradictas confirmatus repertireris, auctoritate prædicta tenore præsentium concedimus, & indulgemus. Decernentes easdem presentes literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac tibi in omnibus, & per omnia plenissimè suffragari, & ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, & spectabit in futurum inviolabiliter observari, sicque in præmissis per quoscunque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam, quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit, dicti Ordinis, etiam Juramentu, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alis roboratis Statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissurum quomodolibet concessis, confirmatis, ac innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice duntaxat specialiter, & expresse derogamus, cœterisque contrariis quibuscunque. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub annulo Piscatoris, die 20. Augusti 1690. Pontificatus nostri Anno primo.

Loco ✠ Annuli Piscatoris.

I. F. Cardinalis Albanus.

Breve, quo declaratur perpetuus Disertus Ordinis Reverendissimus Pater Michael Angelus de Candia.

Dilecto Filio Michaeli Angelo a Creta Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum Professori.

ALEXANDER PAPA VIII.

Dilecte Fili salutem, & Apostolicam Benedictionem.

REligionis Zelus, Vitæ, ac morum honestas, aliaque laudabilia probitatis, & Virtutum merita, quibus Te præditum esse, etiam familiari experientia novimus, Nos adducunt, ut Tibi reddamur ad gratiam liberales. Exponi siquidem Nobis nuper fecisti, quod tu, qui (ut asseris) in quadragesimo primo tuæ ætatis anno constitutus existis, ac a viginti sex annis circiter, habitum, per Fratres Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantis nuncupatorum gestari solitum, suscepisti, & Professionem per eosdem emitti consuetam expressè emisisti, regulares plures in eodem Ordine labores sustinuisti, ac plura pariter in illo munera exercuisti, dum adhuc enim viginti, & unius annorum duntaxat ætatis esses, in Civitate Venetiarum Philosophiam legere incepisti, & antequam ad Sacrum Diaconatus Ordinem promovereris, in Diœcesi Paduana Prædicatoris Verbi Dei munus quadragesimali tempore explevisti, & subindè Sacram Theologiam, sive Speculativam, sive Moralem, sive etiam Mysticam legisti, nec non etiam in præclarioribus Italiæ Civitatibus idem Dei Verbum prædicasti, ac intereà Secretarii, Diffinitoris, Custodis, & Ministri Provincialis Provinciæ Cretensis, nec non Commissarii Visitatoris in Principatus Neapolitanensis, & Sancti Thomæ nuncupatis Taurinensis, ac Diffinitoris, & Custodis in Romana respectivè Provinciis, ac demum Secretarii Generalis Familiæ Cismontanæ dicti Ordinis Officia exercuisti. Præterea, dum supradictæ Provinciæ Cretensis Ministri Provincialis munere fungereris, præsenti contra Turcas bello interfuisti, eaque occasione vulnera etiam lethalia recepisti, necnon plures dicti Ordinis Conventus in Peloponeso fun-

Digitized by Google

fundasti, ibique catholicam Religionem introduxisti. Unde Nos, præmissorum tuorum meritorum intuitu, statim ac, Divina exponente Clementia, ad Supremi Apostolatus apicem assumpti fuimus, Te Palatii Apostolici Concionatorem fecimus, & deputavimus. Cum autem, sicut eadem expositio subjungabat, Tu in præmium tot religiosorum laborum, studiorumque tuorum, privilegia, & prærogativas Fratrum dicti Ordinis, qui triennii spatio Commissarii Generalis Familiæ Cismontanæ ejusdem Ordinis munere functi fuerunt, Tibi à Nobis concedi plurimum desideres, neque hac Tibi in re ullatenus obstare existimes Fel. Rec. Urbani VIII. & Clementis X. Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum literas, super revocatione, & abrogatione, sive annullatione quorumcumque privilegiorum, & indultorum personalium Fratribus dicti Ordinis contra, vel præter Constitutiones, seu Statuta ipsius Ordinis concessorum, vel concedendorum emanata, quippe in quibus Charissimorum in Christo Filiorum nostrorum Regis Romanorum in Imperatorem electi, ac aliorum Regum Concionatores excipiuntur, adeoque multo magis noster, & pro tempore existentis, Romani Pontificis Concionator exemptus censendus sit. Nos igitur condignam prædictorum meritorum tuorum rationem habere, ac honorificentiæ, & commodis tuis, quantum cum Domino possumus, consulere, Teque specialis favore gratiæ prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à Jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existis, ad effectum præsentium duntaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, Tibi, ut voto perpetuo, aliisque omnibus, & singulis juribus, privilegiis, prætogativis, præeminentiis, præcedentiis, antelationibus, exemptionibus, honoribus, gratiis, & Indultis, quibus Fratres Ordinis prædicti, qui triennii spatio Commissarii Generalis Familiæ Cismontanæ ejusdem Ordinis munere functi fuerunt, tam de Jure, usu, & consuetudine, quàm aliàs quomodolibet utuntur, fruuntur, & gaudent, ac uti, frui, & gaudere possunt, & poterunt in futurum, pari modo, & absque ulla prorsus differentia uti, frui, & gaudere liberè, & licitè possis, & valeas in omnibus, & per omnia, perinde ac si Commissarii Generalis hujusmodi munere per triennium functus fuisses, auctoritate Apostolica tenore præsentium concedimus, & Indulgemus. Decernentes easdem præsentes litteras firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac Tibi in omnibus, & per omnia plenissimè suffragari, sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac dicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, ac litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice duntaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris, die 21. Junii 1690. Pontificatus nostri Anno Primo.

I. F. Cardinalis Albanus.

Confirmatur Decretum Innocentii XI. quo prohibetur Græcis quibuscunque pecunias quæstuare.

ALEXANDER PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Alias emanavit a felicis rec. Innocentio Papa XI. prædecessore nostro in Congregatione tunc existentium S. R. E. Cardinalium negotiis Propagandæ Fidei præpositorum, coram ipso Innocentio prædecessore habita, Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet: *Die 29. Januarii 1677. in generali Congregatione de Propaganda Fide habita in Palatio Apostolico, coram Santissimo Domino Innocentio, divina Providentia, PP. XI., ac Eminentissimis, & Reverendissimis Cardinalibus ejusdem Sacræ Congregationis*, Decretum *ne permittatur Græcis cujuscunque status, & conditionis &c. pecunias quæstuare, vel quovis alio modo eleemosynas petere.*

§. 1. Cum sancta Loca Hierosolymitana, in quibus verbum caro factum est, & nostræ reparationis Mysteria, Deo miserante, completa sunt, hactenus administrationi, & custodiæ Fratribus Sancti Francisci de Observantia a S. Seda Apostolica commissa, nuperrimis hisce diebus a Græcis Schismaticis, subornatis Aulę Turcicæ Ministris, de manu dictorum Fratrum S. Francisci, summo Latinorum dedecore, usurpata sint, iis præcipue subsidiis, quæ ex fidelium Christianorum eleemosynis iidem Græci perceperunt: ut huic sceleri modus imponatur, neve ex fidelium pietate, Schismaticis, & perpetuis Ecclesiæ Romanæ hostibus aditus, ad novas cumulandas injurias, aperiatur, Sanctissimus Dominus Noster Innocentius Papa XI. suorum prædecessorum Summorum Pontificum vestigiis inhærendo, etiam de consilio, & voto Eminentissimorum Dominorum S. R. E. Cardinalium de Fide propaganda præpositorum, omnibus, & quibuscumque S. R. E. Cardinalibus a latere Legatis, Nuntiis Apostolicis, Patriarchis, Archiepiscopis, Metropolitanis, Episcopis, Abbatibus, cæterisque omnibus Ordinariis de utroque Clero Sæculari, & Regulari, Ecclesiasticam Jurisdictionem, tam ordinariam, quam delegatam in suis Jurisdictionibus, sive Diœcesibus respectivè exercentibus, in virtute Sanctæ obedientiæ injungit, atque inhibet, ne de cætero quibuscunque Græcis tam Sæcularibus, quam Ecclesiasticis, etiam Regularibus, quacumque dignitate, quamvis Abbatiali, seu Archimandritali, Episcopali, Metropolitica, Archiepiscopali, sive Patriarchali fulgentibus, tacitè, vel expresse, sub quocumque prætextu permittant pecunias quæstuare, vel quovis alio modo eleemosynas a fidelibus petere, etiamsi de eorum unione cum Ecclesia Latina, per abjurationem Schismatis, & Fidei Catholicæ professionem in manibus Episcoporum, vel Inquisitorum contra hæreticam pravitatem literis testimonialibus docuerint, vel per alios Episcopos, & locorum Ordinarios similis quæstuationis facultates in scriptis acceperint, vel ad fidem de novo converti, aliorum Schismaticorum iram, & insidias effugere conati sint, vel ad effectum reparandi Ecclesias ab Infidelibus dirutas, & non obstantibus aliis quibuscumque prætextibus, & causis: imo potius omnes, & singulas li-

literas patentales a quocumque Præsule, etiam speciali nota digno, & a Tribunalibus Curiæ Romanæ, & ejusdem Sacræ Congregationis de Fide propaganda, dummodo contentia in præsenti Decreto specialiter, & expresse non fuerit derogatum cum posteriori data, statim ac in eorum Ordinariorum manus pervenerint, ad Sacram de Fide propaganda Congregationem transmittant. Et ne contra præmissorum omnium observantiam allegari possit futuris temporibus ignorantia, eadem Sanctitas sua, de consilio eorumdem S. R. E. Cardinalium, voluit, ut huic Decreto, aut etiam literis ad ejus formam expeditis, seu expediendis, sive scriptis, sive impressis, ab ejusdem tamen S. Congregationis Præfecto signatis, sigilloque solito munitis, fides eadem adhibeatur, quæ ipsis originalibus præstaretur: Non obstantibus quibuscumque. Datum Romæ, die 4 Februarii 1677.

P. Cardinalis de Alteriis Præfectus.

Loco ✠ Sigilli.

V. Cerrus Secretarius.

§. 2. Cum autem, sicut dilectus filius Bernardus Josephus a Jesu Maria, Frater expresse professus Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia Reformatorum nuncupatorum, & Tribunalis S. Inquisitionis Qualificator, nec non charissimi in Christo filii nostri Caroli Hispaniarum Regis Catholici concionator, ac Commissarius, & Procurator Generalis in Romana Curia totius Familiæ Terræ Sanctæ, nuper exponi fecit, firmiora sint ea, quibus iterata accedit Apostolicæ Sedis auctoritas: Nobis propterea dictus Bernardus Josephus humiliter supplicari fecit, ut Decretum hujusmodi Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communire de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 3. Nos igitur ipsum Bernardum Josephum specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, Decretum præinsertum a memorato Innocentio Prædecessore editum, ut præfertur, auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus, ac innovamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus.

§. 4. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, plenissimè suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari: sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere: ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & Consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat, specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 6. Volumus autem, ut ipsorum præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique locorum, tàm in judicio, quam extra illud habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die xxi. Octobris 1690. Pontificatus nostri anno secundo.

Confirmatur, & innovatur Constitutio Urbani VIII. approbans Constitutiones contra occupantes, vel ad alios usus convertentes bona Locorum Terræ Sanctæ.

ALEXANDER PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam.

EX injuncto Nobis cœlitus Apostolicæ servitutis munere, illa, quæ a Romanis Pontificibus prædecessoribus Nostris, pro fideli bonorum ad Sacra loca spectantium conservatione, piè, provideque emanasse noscuntur, ut solidiori robore persistant, Apostolici muniminis nostri præsidio, cum id a Nobis petitur, libenter constabilimus.

§. 1. Dudum siquidem fel. rec. Urbanus PP. VIII. prædecessor noster, piorum locorum, tam in Civitate Hierusalem, quam extra eam in tota Terra Sancta, existentium idemnitati consulere volens, rec. mem. Sixti V., & Pauli etiam V., ac Gregorii XV. Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum, tunc suorum, in simili forma Brevis literas, super prohibitione quibusvis personis facta, sub excommunicationis Majoris latæ sententiæ pœna, ne quævis bona ad loca præfata spectantia indebite apud se retinerent, in alios usus, etiam quantumvis pios, & urgentes converterent, vel alias quoquo modo distraherent, emanatas, auctoritate Apostolica confirmavit, & approbavit: & nihilominus omnibus, & singulis utriusque sexus personis cujuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis, & conditionis, in virtute Sanctæ obedientiæ, ac sub eadem excommunicationis majoris latæ sententiæ pœna, a qua non nisi ab eo, vel Romano Pontifice pro tempore existente, præterquam in mortis articulo, absolvi possent, districte præcepit, & mandavit, ne de cœtero cujusvis generis bona, ad loca hujusmodi spectantia, quovis prætextu, causa, vel occasione apud se retinere auderent, seu præsumerent, sed illa eisdem locis, seu illorum Agentibus realiter, & cum effectu restituerent, & alias, prout uberius continetur in ipsius Urbani Prædecessoris literis desuper in eadem forma Brevis expeditis, tenoris, qui sequitur, videlicet:

Urbanus Papa VIII. ad perpetuam rei memoriam. Alias a fel. record. Sixto V. & Paulo etiam V. Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris emanarunt literæ tenoris sequentis, videlicet, Sixtus Papa V. Ad futuram rei memoriam. Nostri Officii Pastoralis partes a nobis postulant, & exposcunt, ut in iis auctoritatem Nobis ab Omnipotenti Deo, cujus vicem hic in Inferiori Terrarum Orbe gerimus, concessam, quandocumque ita necessarium est, interponamus, per quæ legata in favorem piorum locorum, tam in Civitate Hierosolymitana, quàm ex-

extra eam in tota Terra Sancta existentium facta, juxra piam ipsa legata facientium, & constituentium intentionem, debitos sortiantur effectus, & ab illorum occupatoribus, & detentoribus piis locis hujusmodi, ut decet, relaxentur. Cum itaque nullatenus dubitari possit, quin per totum Christianum Orbem, multa mobilia, & immobilia bona Religiosorum domibus, & aliis locis piis in Terra Sancta existentibus, tam per viam Legati pii, quam Eleemosynæ, & aliàs diversimodè relicta fuerint, ipsa vero bona, vel eorum aliqua a diversis Personis, quarum Curæ, & Fidei executio Legatorom, & Eleemosynarum hujusmodi commissa existit, occupentur, & detineantur, in non modicum ipsorum animarum periculum, & detrimentum domorum, & locorum hujusmodi, quæ tanquam in partibus Infidelium existentia magis præmuntur necessitatibus. Nos, qui salutem singulorum sinceris desideramus affectibus, piorumque locorum quorumlibet indemnitati, quoad possumus, consulimus, ut tenemur in præmissis, opportunè providere volentes, ac omnium, & singulorum bonorum, & aliarum rerum dictis locis piis per quoscumque quovis modo relictarum, & penes quoscumque existentium situationes, qualitates, & valores, præsentibus pro expressis habentes, motu proprio, & ex certa scientia, maraque deliberatione nostris, omnibus, & singulis Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis locorum Ordinariis, per universum Orbem Christianum constitutis, eorumque Vicariis, Officialibus nunc, & pro tempore existentibus, in virtute Sanctæ obedientiæ committimus, & mandamus, ac districtè præcipimus, quatenus ipsi, & eorom quilibet per se, aut eorum Vicarios, & Officiales in spiritualibus generales, aut alias Personas ab eis deputandas, quotiescumque pro parte nunc, & pro tempore existentis Procuratoris Generalis Ordinis Fratrum Minorum de Observantia domorum, & locorum hujusmodi, ad Eleemosynas, & Legata similia recuperanda deputati, requisiti fuerint, vel eorum aliquis requisitus fuerit, in omnibus, & singulis suarum Civitatum, & Provinciarum, Cathedralibus, Collegiatis, & Parrochialibus Ecclesiis, tribus Dominicis, seu aliis festivis diebus, dum inibi major Populi multitudo ad Divina convenerit, omnes, & singulas personas, pecunias, aurum, argentum, gemmas, ac alias res, & bona quæcumque mobilia, vel immobilia supra summam, seu quantitatem, sive valorem, ex arbitrio, & conscientia taxandum, domibus, & locis piis prædictis tam per viam Legati, quam eleemosynæ, & aliàs quomodolibet relicta, & ad illa alias spectantia, pertinentia, occupantes, & detinentes, seu ab aliis occupari, & detineri scientes, & non revelantes, requirant, & moneant, seu requiri, & moneri faciant, quatenùs omnia, & singula bona mobilia, vel immobilia eisdem domibus, & locis piis Legata, & ad illa quomodolibet spectantia, ac per easdem Personas, & earum quamlibet, occupata, & detenta dicto Procuratori nunc, & pro tempore existenti, seu ejus locum tenenti, cum effectu restituant, & consignent, ac illorum occcupatores, & detentores revelent, & detegant, alioquin factis tribus canonicis monitionibus hujusmodi in omnes, & singulos bona hujusmodi occupantes, & usurpantes, seu ab aliis detineri, & usurpari scientes, & non revelantes, excommunicationis sententiam, a qua, non nisi prævia satisfactione, absolutionis beneficium obtinere possint, eo ipso ferant, & pronuncient, seu ferri, & pronunciari faciant. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quacumque forsan prætensa longi temporis præscriptione, & continuata possessione, cæterisque contrariis quibuscumque. Et quia difficile foret præsentes literas ad singula quæque Mundi loca perferri, volumus, quod earum præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici, vel ordinarii loci, aut alterius Personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ subscriptis, eadem prorsus fides ubique locorum, & gentium adhibeatur, quæ adhiberetur, si ipsæ præsentes literæ originaliter exhiberentur. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die 13. Decembris 1680. Pontificatus nostri anno quinto.

Paulus Papa V. Ad perpetuam rei memoriam.

Cœlestis Regis, qui pro humani generis redemptione seipsum exinanivit factus obediens usque ad mortem, vices, licet immeriti, gerentes in terris, inter graves officii nostri curas, hanc præ cæteris in visceribus gerimus, ut tanti, ac tam salubris mysterii monumenta, quæ in Civitate Jerusalem sunt, conserventur, & ea, qua decet, honorificentia recolantur, ac Christifidelium eleemosynæ in hanc causam piè erogatæ, in alios usus non distrahantur. Quo circa dilectis filiis Generali, ac Provincialibus Ministris, Commissariis, tàm de Curia, quam aliis quibuscumque, necnon Custodibus, seu Guardianis, aliisque Officialibus, & præsertim dictæ Civitatis, nec non Fratribus quibuslibet nunc, & pro tempore existentibus Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum, aliisque omnibus, & singulis ubique locorum degentibus, ad quos spectat, & in futurum quomodolibet spectabit, sub privatione vocis activæ, & passivæ, nec non officiorum, quæ obtinent, aut obtinebunt, ac inhabilitatis ad illa, & aliis imposterum consequenda, pœnis ipso facto incurrendis, tenore præsentium perpetuo præcipimus, & mandamus, ne perpetuis futuris temporibus Eleemosynas, seu aliquam earum partem, sive in pecunia, sive in quibusvis aliis rebus cujuscumque generis consistant, quæ tam pro conservatione, restauratione, ac subsidio piorum locorum dictæ Civitatis, divinique cultus in illis augmento, quam etiam pro Fratrum dicti Ordinis inibi degentium, & Peregrinorum in earumdem domibus hospitantium sustentatione, ac in necessitatibus, vel aliàs per quoscumque Christifideles erogabuntur, quavis de causa, ratione, aut occasione, vel sub quocumque prætextu, quæsito colore, vel ingenio in alios usus, etiam quantumvis pios, & urgentes, ac etiam ejusdem Ordinis, convertere, vel quibusvis aliis Personis cujuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis, vel conditionis existentibus, etiam pro brevi temporis spatio, commodare, alienare, hypotecare, vel alias quomodolibet distrahere audeant quoquomodo, vel præsumant, sed eas pro dictis piis locis, & eorumdem Ministrorum usu fideliter conservent, & eorumdem locorum Agentibus nunc, & pro tempore integre consignent, & tradant, seu consignari curent, & faciant, contrariis non obstantibus quibuscumque. Volumus autem, quod præsentium transumptis manu alicujus Notarii publici subscriptis, ac sigillo alicujus Personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 22. Januarii anno 1618. Pontificatus nostri anno decimo tertio.

Et subinde pro parte tunc existentis Terræ Sanctæ Commissarii fel. mem. Gregorio Papa XV. etiam prædecessori nostri exposito, quod in diversis Christiani Orbis partibus nonnullæ Personæ varia bona ad dicta loca San-

Digitized by Google

Sancta spectantia, non sine gravi Animarum suarum periculo, ac eorumdem locorum maximo detrimento, indebite detinerent, idem Gregorius Prædecessor literas præinsertas, & in eis contenta quæcumque, perpetuo approbavit, & confirmavit, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjecit; & nihilominus utriusque sexus Personis cujuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis, & conditionis existentibus, in virtute Sanctæ Obedientiæ, ac sub excommunicationis majoris latæ sententiæ poena, a qua non nisi ab eo, vel Romano Pontifice pro tempore existente, præterquam in mortis articulo constituti, absolvi possent, districtè præcepit, & mandavit, ne de cœtero cujusvis prætextu, causa, vel occasione apud se retinere auderent, seu præsumerent, sed illa iisdem locis, seu illorum Agentibus realiter, & cum effectu restituerent, & aliàs, prout in ejusdem Gregorii Prædecessoris hujusmodi literis desuper sub annulo Piscatoris die xviii. Octobris 1621. expeditis, quarum tenores præsentibus pro expressis haberi volumus, uberius continetur.

Cum autem, sicut pro parte Venerabilis Fratris Ægidii Patriarchæ Hierosolymitani, ac dilecti Filii Andreæ de Arco Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci Reformatorum nuncupatorum Professoris, ejusdem Terræ Sanctæ Commissarii, Nobis nuper expositum fuit, ea firmiora sint, quibus iteratæ confirmationis Apostolicæ robur adjicitur, & propterea dictus Ægidius Patriarcha, & Andreas Commissarius præfatus, Prædecessorum nostrorum hujusmodi libertates per Nos confirmari, & alias in præmissis opportunè provideri desiderent, Nos earumdem locorum Sanctorum indemnitati, quantum cum Domino possumus, consulere volentes, supplicationibus Ægidii Patriarchæ, & Andreæ Commissarii præfatorum Nobis desuper humiliter porrectis inclinati, præfatas Sixti V., & Pauli etiam V., & Gregorii XV. Literas, cum omnibus contentis in illis, Apostolica auctoritate, tenore præsentium perpetuo confirmamus, & approbamus, ac illis perpetuæ inviolabilia Apostolicæ firmitatis vim, & robur adjicimus. Et nihilominus omnibus, & singulis utriusque sexus Personis cujuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis, & conditionis existentibus, in virtute Sanctæ obedientiæ, & sub excommunicationis majoris latæ sententiæ poena, a qua non nisi a Nobis ipsis, vel Romano Pontifice pro tempore existente, præterquam in mortis articulo constituti, absolvi possint, districtè præcipimus, & mandamus, ne de cœtero cujusvis generis bona ad loca hujusmodi spectantia, quovis prætextu, causa, vel occasione apud se retinere audeant, seu præsumant, sed illa eisdem locis, seu illorum Agentibus realiter, & cum effectu restituant. Quo circa Venerabilibus Fratribus, Archiepiscopis, & Episcopis ubivis locorum existentibus, ac dilecto Filio causarum Curiæ Cameræ Apostolicæ Generali Auditori, per præsentes committimus, & mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios, præsentes literas, & in eis contenta quæcumque, ubi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte dicti Ægidii Patriarchæ, aut præfati Andreæ moderni, & pro tempore existentis Terræ Sanctæ hujusmodi Commissarii, fuerint requisiti, solemniter publicantes, ejusque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra præmissa omnia, & singula ab omnibus, ad quos spectat, & pro tempore quomodolibet spectabit, inviolabiliter observari, contradictores quoslibet, & Rebelles per censuras, & poenas Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione postposita, compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii Secularis. Non obstantibus fel. rec. Bonifacii Papæ VIII. Prædecessoris nostri de una, & in Concilio Generali edita de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate præsentium ad judicium non trahatur; nec non omnibus illis, quæ dicti Prædecessores in præsentibus eorum literis voluerunt non obstare, cœterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut præsentium transumptis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici, & Ordinarii loci, aut alterius Personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ subscriptis, eadem prorsus fides ubique locorum, & gentium adhibeatur, quæ adhiberetur, si ipsæ præsentes literæ originaliter exhiberentur. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die 18. Junii 1644. Pontificatus nostri anno vigesimo primo.

M. A. Maraldus.

§. 2. Cum autem, sicut dilectus Filius Bernardus Josephus à Jesu Maria, Fr. expresse professus Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia Reformatorum nuncupatorum, ac Charissimi in Christo filii nostri Caroli Hispaniarum Regis Catholici Concionator, nec non Tribunalis Sanctæ Inquisitionis Qualificator, ac Commissarius, & Procurator Generalis in Romana Curia totius Familiæ ejusdem Terræ Sanctæ, Nobis nuper exponi fecit, in diversis Christiani Orbis partibus plerique rea, & bona ad loca hujusmodi spectantia, non sine gravi animarum suarum pernicie, ac earumdem locorum damno, occupare minime timeant, ac proinde ipse Bernardus Josephus, quo præfatæ Urbani Prædecessoris literæ exactius de cœtero observentur, illas per Nos confirmari, & innovari plurimum desideret: Nos piis ejusdem Bernardi Josephi votis hac in re, quantum cum Domino possumus, benigne annuere, ipsumque Bernardum Josephum specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, præinsertas Urbani prædecessoris literas, omniaque, & singula in eis contenta, dicta auctoritate tenore præsentium approbamus, & confirmamus, ac innovamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus.

§. 3. Decernentes pariter ipsas præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere; ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab illis respective inviolabiliter, & inconcusse observari: sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicare, & definiri debere: ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nec non omnibus, & singulis illis, quæ in præinsertis Urbani prædecessoris literis concessa sunt non obstare, cœterisque contrariis quibuscumque.

§. 4. Volumus autem earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis,

eadem prorsus fides tàm in judicio, quam extra illud habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die x. Novembris 1690. Pontificatus nostri anno secundo.

Epistola Sac. Congr. Episc. & Regul. ad Episc. Cremonen. qua declaratur eidem non licere assistere per se, vel per alium, dum Superior Regularis recipit Monialium Suffragia pro admittendis educandis in earum Monasteriis.

„ Riferito in Sagra Congregazione dal Cardinal „ Caraffa quanto V. S. ha rappresentato con sua „ Lettera in ordine al dubio proposto dal Priore „ del Convento dell'Ordine de' Predicatori di Soncino di cotesta Diocesi, se nell'accettazione dell' „ Educande nel Monastero delle Monache di S. Paolo di detto luogo, soggetto al suo Ordine, possa intervenire alla Ballotazione, che si fa delle „ Monache, il suo Vicario Generale, o altra Persona da deputarsi da lei. Questi Eminentissimi miei „ Signori hanno risoluto, che non abbia potuto, nè „ possa intervenirvi. Glie lo significo, ed il Signore Dio la prosperi.

„ Roma 15. Settembre 1690. Ex reg. authographo Sac. Congr.

Acta Congregationis Generalis Habitæ 1691.

Tabula, & acta Celeberrimæ Congregationis Generalis hujus Almæ Cismontanæ Familiæ Celebratæ in hoc Almo Conventu Aracœlitano Romæ, in Vigilia Pentecostes, die 2. Junii anni 1691. fel. rec. Alexandri VIII. Sede vacante,

Præsidente Reverendissimo Patre Fr. Josepho Falzes, ejusdem Ordinis Lectore Jubilato, S. Officii Qualificatore, ac S. Burgensis Provinciæ Ex-Custode, ad id specialiter Delegato ab Eminentissimo, & Reverendissimo Principe D. D. Alderano Card. Cybo Episcopo Ostiensi, S. Collegii Decano, & totius Ordinis S. P. N. Francisci Protectore, ex specialissima remissione Reverendissimi D. N. Fr. Joannis Alvin Totius Ordinis Seraphici Ministri Generalis.

Hæc est Tabula, & Series integra omnium Actorum Capitularium Congregationis Generalis Cismontanæ Familiæ Fratrum Observantium, & Reformatorum Celebratæ in Almo Aracœlitano Conventu Anno Domini 1691.

In Nomine Domini Amen.

Commissarius Generalis Familiæ Cismontanæ.

IN primis, expleto laudabilissimè Triennio Commissariatus Generalis Reverendissimi P. Caroli Francisci de Varesio ejusdem Cismontanæ Familiæ Observantium, & Reformatorum: Reverendissimus Pater Noster Fr. Antonius ab Introduco, Lector Jubilatus, Almæ Romanæ Provinciæ Observantium Ex-Custos, & actu Minister Provincialis, nec non actualis Diffinitor Generalis, incredibili applausu, & amore, omnibus calculis in Commissarium Generalem, juxtà novissimas constitutiones S. Mem. Innocentii Papæ XI. de Vocalium numero, & de Alternativa inter Regulares, & strictioris Observantiæ Fratres servanda, ritè, & canonicè electus est.

Patres Ordinis hujus Familiæ.

Reverendissimus P. Fr. Carolus Franc. de Varesio, S. Theologiæ Lector emeritus, bis Jubilatus, S. Supremæ Inquisitionis Qualificator, Romanæ Reformatæ Provinciæ Ex-Minister Provincialis, Ex-Procurator Generalis Reformatorum, & Totius Cismontanæ Familiæ Ex-Commissarius Generalis.

Reverendissimus Pater Fr. Michael Angelus de Candia, S. Theologiæ lector Generalis, S. Officii Consultor, plurium Italiæ Principum Theologus, Sacri Palatii Apostolici Concionator ordinarius, Provinciæ Candiæ de Observantia Ex-Minister Provincialis, Almæ Romanæ Ex-Diffinitor, & Custos, & Ex-Secretarius Generalis Familiæ, Per Breve Fel. Rec. Alexandri Papæ VIII. inter Ex-Commissarios Generales Familiæ speciali favore adscriptus, ac actualis Commissarius Generalis Curiæ.

Procurator Generalis Ordinis.

A. R. P. Fr. Joannes Lopez Perez, S. Theologiæ lector Jubilatus, S. Inquisitionis Qualificator, & Provinciæ Observantis Aragoniæ Custos habitualis, & Pater.

Commissarius Generalis Curiæ Romanæ.

Reverendissimus Pater Michael Angelus de Candia, Discretus perpetuus, qui supra, Provinciæ Romanæ Observantium Filius.

Procurator Generalis Reformatorum.

A. R. P. Fr. Accursius de Borno Theologus, & Provinciæ Reformatæ Brixiæ Ex-Provincialis, cum compleverit triennium, Ad. R. P. Jo. Baptista de Monelia, lector emeritus, Examinator Sinodalis, S. Officii Consultor, & Provinciæ Reformatæ Genuæ Ex-Minister, atque actualis Procurator Reformatorum.

Diffinitor Generalis Subrogatus.

A. R. P. Fr. Archangelus de Roma Theologus, Prædicator Generalis, Ex-Secretarius Generalis Ordinis, Almæ Romanæ Provinciæ de Observantia Ex-Minister Provincialis, & Ex-Diffinitor Generalis.

Guardianus S. Montis Syon, et Totius Terræ Sanctæ Custos.

A. R. P. Joannes Baptista ab Atina, lector Jubilatus, Provinciæ Observantis Principatus Ex-Minister Provincialis, & Cismontanæ Familiæ olim Secretarius Generalis.

Die 27. Maii 1691.

REverendissimus P. N. F. Carolus Franciscus de Varesio Commissarius Generalis, assumptis Patribus Diffinitorii Generalis in hoc Conventu congregatis, adivit cum eis Reverendissimum P. F.

P. F. Josephum Falzes, ibique in ejus Cella, repetita lectura litterarum patentalium Eminentissimi, & Reverendissimi D. Cardinalis Protectorie, die 15. Maii 1691. ex Remissione Reverendissimi Patris Nostri Ministri Generalis Ordinis, omnes recognoverunt eum tanquam Congregationis Generalis Præsidentem.

Die 18. Maii 1691.

Congregati Reverendissimi Diffinitorii Generalis Patres in solita Camera Superioris Generalis Familiæ, pro Sindicatu Reverendissimi Patris Caroli Francisci de Varesio, eo tamen absente a congressu, juxte Constitutiones Apostolicas, visis Scripturis, & testimoniis e variis Provinciis tam Observantium, quam Reformatorum ad Generalem Congregationem transmissis, non modo ex Patrum juramento nihil in Provinciis repertum est contra regimen, & Personam Suæ Reverendissimæ Paternitatis, sed sub eadem Jurisjurandi censura asseveraunt laudabiliter, & exemplariter eumdem Reverendissimum Patrem Carolum Franciscum Commissariatus Generalis totius Familiæ Observantium, & Reformatorum officium exercuisse; proinde Diffinitorium Generale maximas ei gratias totius Familiæ nomine refert: ingressoque Conclavi Reverendissimus Pater Præsidens omnium vice communem brevi laudationis Sermone gratitudinem expressuit, præsentique actus transumptus, Syndicatusque testimonium relaxari, ex Diffinitorii Generalis voto, mandavit.

Secretarius Diffinitorii Generalis deputatus est Ad. Rev. Pater Diffinitor Generalis Fr. Joannes Hieronymus a Massa.

Auditores Causarum pro Observantibus deputati sunt P. F. Romanus de Roma, & Pater Fr. Joannes Antonius de Panormo lectores Jubilati.

Pro Reformatis verò Pater Fr. Casimirus Lusitanus Diffinitor, & Pater Fr. Joannes a Monte Aseli Lector S. Theologiæ.

Revisio Computuum Terræ S. committitur Patri Fr. Joanni Baptistæ Collins, Ex-Ministro Provinciali Tusciæ Observantium, adhibitis in Rationales P. F. Josepho de Liburno, & Ferdinando de Bononia.

Lecta in Diffinitorio Generali Epistola Patris Ministri Provincialis Observantiæ Calabriæ supplicantis, ut liceat sibi cum suo Diffinitorio dimittere Conventum Terræ Nuvellę, ex eo quod ibi nullo modo, per ipsius Provinciæ Fratres, observari possit juxte Nostram Seraphicam Regulam, & Constitutiones Ordinis, rigor Observantiæ Regularis. Diffinitorium Generale præbuit consensum pro tali dimissione, ratione prædictæ incapacitatis, obtenta prius licentia a S. Congregatione.

Die 29. Maii 1691.

Quoniam in aliquibus Provinciis abusus invaluit, aut ubi introductus non videtur, timendum sit, ut invalescat, ut Patres, contra Bullæ tenorem Fel. Rec. Urbani Papæ VIII. de restituendo candore, Statutique Generalis 1670. confirmati in forma specifica per Constitutionem S. Mem. Innocentii Papæ X. incip. *Militantis*, die 22. Novembris 1679. §. *quia ex bene &c.* satisfactiones Conventuum, sub titulo satisfactionis, directionis, convenientiæ, vel aliis, contra sensum earundem Sacr. Constitutionum, inventis prætendant, & acriter pro his obtinendis, usque ad Provinciarum inquietudinem, turbationes, & scissuram contendere non vereantur, atque ad Superiores Majores irreligiosa fronte recurrere audeant, si non obtinuerint. Volens Congregatio Generalis gravissimo huic malo in iis Provinciis, sive Observantiæ, sive Reformationis, in quibus grassatur, opportunè providere, & impedire, quominus in alias irrepere possit, committit Patribus Officialibus Curiæ Observantis, & Reformatæ, ut typis dari curent antedictam Constitutionem Urbani, & Paragraphum Innocentianæ adhoc præcisè punctum spectans, quorum sic reimpressorum exemplar ad singulas transmittant Provincias, obtentis etiam pro eorum executione litteris Eminentissimi Cardinalis Protectoris, & siqua Provincia ea non receperit, vel publicare per singulos Conventus renuerit, iidem Officiales Curiæ subtrahant ei Provinciæ solitam Concessionem Vestiarii Semestris; nec illam ad aliquam Provinciam transmittant, donec Provincialis constare fecerit, se paruisse præsenti Decreto, sub cujus etiam vigore præcipitur omnibus Commissariis Visitatoribus, & Provincialibus singularum Provinciarum, ut Urbani præfati litteras Apostolicas, dictumque Innocentianum statutum, & singulis Conventibus tempore Visitationis per eos respectivè faciendæ, nec non plenæ Fratrum Communitate, præsente toto Diffinitorio Provinciæ, tempore Celebrationis Capitulorum Provincialium, & Congregationum intermediarum respectivè, & ante illorum, illarumque Celebrationem, toties, quoties, republicari faciant, sub pœna privationis Officii, vocisque activæ, & passivæ per decennium ab ipsis, & toto Diffinitorio incurrenda, ac sub nullitate electionis omnium Guardianorum, cæterorumque Officialium ipso facto, si ad electionem, illis non publicatis, sub quovis prætextu, processum fuerit. Rogat autem Congregatio Generalis Eminentissimum D. Cardinalem Protectorem, ut pro sua erga Ordinis disciplinam Pietate, & Zelo contra delinquentes, pœnas exigi irremissibiliter mandet, præsensque decretum pro hoc triennio indispensabiliter valiturum, in Capitulo Generali proximè Celebrando ad perpetuam stabilitatem renoveri, & toti Familiæ in prædicto Capitulo Generali reintimari jubeat.

Cum fel. rec. Papa Alexander VIII. arbitrio D. Cardinalis Protectoris remiserit Memoriale, seu libellum supplicem, quo S. Suæ supplicabatur, ut iis Religiosis, qui de Commissione legitima Superiorum Generalium pro tempore, Procuratoris omnium Causarum Beatificationis, & Canonizationis Servorum Dei nostri Ordinis intra Reformatam Familiam, tantum officium per integrum duodennium, cum laudabili fructu, & effectivo Causarum ipsarum profectu, ac Religionis honore functi fuerint, in hac Alma Romana Curia, præmium aliquód labori, & merito conveniens assignaretur a placueritque eidem Eminentissimo, ut tale præmium ab hac Congregatione Generali, ut ex E. S. Scripto remissione constat, pensatis omnibus de Religiosa æquitate, & prudentia pensandis determinaretur: Decrevit Congregatio Generalis, vigore præfatæ Remissionis, ut quisquis Religiosus Reformatus prædictum officium Procuratoris omnium Causarum Beatificationis, & Canonizationis Servorum Dei in hac Curia, per duodecim annos completos, cum fructu, & Religionis effectivo decore, a Patribus Diffinitorii Generalis pro tempore considerando, recognoscendo, & approbando exercuerit, post talem obtentam approbationem, gaudeat ex litteris Patentalibus Præfati Generalis, omnibus, & singulis juribus, & præeminentiis, qui-

bus

bus ii potiuntur, qui Provincialatus officio functi sunt, ita ut sit verè Pater Provinciæ post Lectores Emeritos; Mandatque Diffinitorium Generale omnibus, & singulis, ad quos spectat, & imposterum spectare poterit, ne a tali prærogativarum Patris Provinciæ fruitione ullo modo tales duodennales Procuratores omnium Causarum quis eos audeat deturbare, sub pœna privationis actuum legitimorum Superioris Generalis infligenda.

Nequiens Diffinitorium Generale diutius tolerare transgressionem Constitutionum Generalium, in materia institutionis lectorum tam artium, quam S. Theologiæ., & disciplinæ docendi, & exercendi functiones Scholasticas, deplorans incommoda, quæ Ordo ex tali transgressione, ac studiorum multiplicatione in dies experitur; renovat Statuta ultimi Capituli Generalis, de non habendis quartis lectoribus, & de non promovendis ad Studia primæ Classis lectoribus, qui in inferioribus studiis per sex annos prius ipsam Theologiam Scholasticam non perlegerint, quod imposterum indispensabiliter servandum esse declarat. Deinde declarans verba illa motus proprii Fel. Rec. Urbani VIII. Circa Jubilationem, videlicet, ut Theologiæ lectio in ordine ad futuram Jubilationem non introducatur, nisi ubi studia formata viguerint, & generalia, atque a Capitulis, & Congregationibus Generalibus instituta, dicit nullum studium intelligendum esse formatum, & Generale, licet à Capitulo, aut Congregationibus Generalibus male forsitan aliquando informatis institutum, nisi in eo Conventu, ultra Superiores Officiales, & Confessarios, cœterosque loci servitio necessarios fratres, decem saltem studentes Generales Sacræ Theologiæ, partim Sacerdotes, & partim Clericos, nisi fortè omnes Clerici essent, vel Sacerdotes, cum solita communicatione Provinciarum inter se, arbitrio Superioris Generalis, præter suos lectores Generales, ali, & substentari valeant, & ex consuetis Eleemosynis vivere possint; & præcipuè, nisi etiam hoc studentium habito numero in eo loco sint alii Conventus Regularium habentes studia, aut Universitates, unde possit cum extraneis habere Scolasticas conferentias. Idenque mandat suppressionem omnium studiorum Generalium, quæ sine prædictis duabus circumstantiis, numero Studentium, & capacitatis litterariarum collationum cum extraneis, hactenus instituta reperiuntur, pro qua suppressione, & abrogatione, intra annum omninò facienda, si necesse foret recurrere ad Sacram Congregationem, committit Reverendissimo Patri Commissario Generali Curiæ, ut communi nomine, hujus Decreti, seu potius Declarationis, & pro Dei Obsequio, & Scholarum gubernio necessariæ provisionis, ratificationem humillime postulet, executionemque Reverendissimo Patri Commissario Generali commendat.

Renovantur Statuta Generalia, quibus cavetur, ne aliquis studens Artium ad Theologiæ transeat studium, nisi per tres Annos Logicæ, Physicæ, Animasticæ, & Methaphysicæ, cœterisque Philosophicis tractatibus vacaverit. Nec ullus studens Theologiæ instituatur Prædicator, nisi per tres annos, aut Lector, nisi per quatuor, Sacræ Theologiæ studuerit: & hoc indispensabiliter, salvo casu, quo Superior Generalis ad summum ad quatuor, vel sex menses, cum aliquo rari ingenii, & certæ expectationis studente, prævio publico examine, & non aliàs, censuerit dispensandum, quam tamen gratiam, non sine magna ponderatione concedi rogamus, Et hoc quidem quantum ad institutionem Lectorum; quantum verò ad collocationem in Lectura, saltem in Seminariis Generalibus, procedatur omninò per oppositionem ad præscriptum Constitutionum Generalium.

A Lectura Artium ad Theologiam nullus promoveatur, nec Theologiæ Lector instituatur, nisi juratas exhibuerit attestationes morigeratæ Vitæ, & Servatæ disciplinæ Regularis in Lectura Philosophica, quæ signari debeant a Guardiano, & Discretis Conventuum, in quibus Artes perlegerit, nec tamen subscribantur, si aliquando, ob defectus in regulari vita commissos, ab eo Conventu, aut Lectura talis Lector legitimè remotus fuerit. Ultra hæc producantur per Promovendum attestationes pariter juratæ Provincialis cum Diffinitorio, quod integrum Philosophiæ Cursum, scil. Logicam, Physicam, Metaphysicam, Animasticam, per tres annos legendo compleverit, & cum profectu studentium cursum Lecturæ absolverit, ac publicas Theses defenderit. His attestationibus non muniti ad examen admitti non possint, & nullus, sine examine publico, in quo, prævio juramento, per Ordinis examinatores præstito, adhibitis etiam, quantum fieri poterit, externis aliorum Ordinum examinatoribus, rigorosè super prædictis omnibus tractatibus, ac in tractatibus Theologicis præcipuis, ultra lectiones, & defensiones punctorum de more, & ex consuetudinum præscripto faciendas, examinetur, & ad actuale Sacræ Theologiæ legendæ exercitium promoveatur, & hoc indispensabiliter, ut nisi antedictum examen, per jurata nostrorum, & sincera aliorum testimonia, etiam circa lectionem, & defensionem scripto facienda, constiterit, Superior Generalis nullum ad Lecturam Generalem, vel Provincialis ad Provincialem, sub nullitate facti, & depositione promoti, valeat omnino destinare. Super quo puncto in Provincialium, & Generalium Sindicationibus peculiaris reflexio habeatur.

Fiat intra spatium præsentis triennii, tempore Reverendissimo Patri Commissario Generali beneviso, & in principalioribus Italiæ Civitatibus, Conventibusque a sua Reverendissima Paternitate designandis, examen Generale omnium Lectorum Generalium, qui per sexennium Sacram Theologiam non perlegerunt, vel in Capitulis, & Congregationibus Generalibus publicas Theses non habuerunt, ad quod examen præcipuè concurrant Lectores Studiorum Generalium, liberumque sit etiam Lectoribus non Generalibus ad talem concursum Generalem accedere pro Generali Lectura obtinenda. Ad hoc examen nullus omnino admittatur, qui juratas attestationes non exhibeat de Philosophico Cursu, ut supra, integre, & laudabiliter perfecto, & de Vita, & moribus, ut præfertur; nec ab eo talis suffultus testimoniis repellatur. In eo verò examine rigore supra præscripto procedatur, præsentibus Ministro, & Lectoribus Jubilatis Provinciarum, intra quorum Conventus examen fieri mandabitur, de quorum jurato testimonio, & Patrum extraneorum sincera in scriptis affirmatione, & judicio ad Superiorem Generalem transmittendis, examinati habilitas censeri debeat, an syndicari. In paritate autem habilitatis per terminos Boni, Melioris, & Optimi taxandæ, illi prius de Lectura Generali provideantur, qui jam in illius possessionem reperiuntur, post eos, Lectores Generales studiorum, quæ supprimentur, qui etiam si explevissent lecturæ sexennium, ad tale examen admitti debebunt, deinde lectores Theologi Provincialium, postremo qui expleto adamussim Artium Cursu, nondum Theologiam legere inceperint; ita ut Optimi Melioribus, Meliores Bonis, Boni verò cœteris, intra præfatas Le-

Lectorum Classes, omnino, indispensabiliter, & sub violatæ justitiæ, læsæque Conscientiæ censura, per examinatores ipsos, ac Superiorem Generalem præponantur, habito respectu ad Filios Provinciæ.

Satis quidem per Constitutiones Generales Studiorum rationi provisum est, sed executione deficiente, huic etiam opportunè duximus, pro Salute Ordinis, consulendum. Eapropter explicantes Statutum Generale cap.5. §.4. num.9. & 15. præter disposita pro Lectoribus Artium, declaramus omnes Theologiæ Lectores in quolibet studio, ad mentem Scoti, sub immediata amissione lecturæ, teneri ad Sacram Theologiam legendam, sed unum ex ipsis antiquiorem in lectura legere debere textum Scoti, illumque audientibus studentibus, sine scripto, in Cathedra interpretari, secundum saniorem, & fideliorem modernorum Scotistarum expositionem. Cæteris præscribantur quot annis à Superiore Generali materiæ aliorum librorum ab eo, qui ex litterà prælectus fuerit, diversæ, scripto tradendæ, ita ut incipiendo post imminentes vacationes Generales, in quolibet studio Generali eædem omninò materiæ perlegantur faciliori, & breviori methodo, qua fieri poterit, & intra triennium omnes tractatus Theologici speculativè, in eodem studio perlecti fuerint, & in quarto anno ab iisdem lectoribus tradantur tractatus formaliter morales, ad casus Conscientiæ pertinentes, doceanturque discipuli modum concionandi, & interpretandi Sacram Scripturam. Ut autem Dogmatica lectio in Constitutionibus præscripta non omittatur, non solum Lectores scripto docentes in fine cujuslibet quæstionis Scholasticæ speculativa methodo lectæ, eandem dogmaticè ex Sacra Scriptura, Conciliis, & Patribus tradant, si materia patiatur, vel exigat dogmaticè tractari, sed etiam Lector, qui litteram Scoti exponit, in fine quæstionum, quæ dogmaticam admittunt doctrinam, circa illas scripto tradant quæ ad instruendos dogmaticè, quo ad eas quæstiones, discipulos conducant; si quis autem Lector, aut propositam sibi à Superiore Generali materiam tam speculativo, quam dogmatico respectivè modo, in sua schola legere, & docere renuerit, absque alia reclamatione, lectura privetur, atque ad reassumendam perpetuo inhabilis existat, & hoc indispensabiliter, sicut etiam indispensabiliter teneantur, inceptis vacationibus Generalibus, quolibet anno ad Superiorem Generalem mittere attestationes juratas, quibus Guardiani, Discreti, & studentes in sua conscientia, & sub Dei Judicio, affirment in scriptis prædictos Lectores sedulo perlegisse materias sibi in mandatis Superioris Generalis præscriptas, tam speculativè, quam dogmaticè, menstruasque, & annuales publicas, super iisdem materiis conclusiones laudabiliter defendisse, & in sua conversatione religiosè se gessisse. Quas Testimoniales qui mittere neglexerit, in studii, post ipsas Generales Vacationes, principio indispensabiliter lectura privetur, & defacto alius in ejus locum sufficiatur.

Fiat etiam in unaquaque Provincia Studentium examen, & incapacibus, negligentibusque rejectis, ii tantum Studia prosequi permittantur, qui spem dederint proficiendi. Tales autem, nisi jam pro institutione, in Prædicatores ultra triginta menses, & in Lectores ultra tres annos studuerint, cursum sic, ut præfertur, in singulis Theologicis Studiis ordinandum, reincipiant, & primi per tres annos, alii per quatuor, juxta antescriptam regulam, studere cogantur, sub pœna omnimodæ amissionis Studii renuentibus, ac reclamantibus. Denuò autem nullus ad studendum, intra, vel extra Provinciam destinetur, nisi prævio examine, & ad formam aliàs editarum Constitutionum.

Die 30. Maii 1691.

ELato per Adm. Rev. Patrem Diffinitorem Generalem Fr. Antonium Lazari successu Commissionis Hungariæ sibi per Diffinitorium Generale in generali nuperrimo Capitulo demandatæ, lectisque memorialibus Procuratorum Provinciarum Bosnæ Argentinæ Observ., & Hungariæ SS. Salvatoris Reformatorum, petentium audiri super decreto edito per prædictum P. Lazari in Conventu Golgoezensi, in causis controversiarum inter Provincias Reformatas Sanctæ Mariæ, & SS. Salvatoris in Hungaria, & Observantes Bosnæ, ac S. Ladislai, prout in determinatione, & actis Capituli Generalis præfati num. 28. latius continetur, Salvatoriani quidem, prætensioni gravaminum, Bosnenses verò, ex eo, quod in congressu interesse habentium legitimus eorum Procurator non intervenerit, adeoque non fuerint auditi; decrevit Diffinitorium Generale Bosnenses quidem omninò audiendos esse, Salvatorianos verò non in causæ meritis, sed in solis gravaminibus, quæ prætendunt, quæ si calumniosa fuerint, & criminalitatis capacia, tam principales, quà ipsos exmissos esse puniendos: Assignatque hujus gravissimæ causæ Auditores Adm. RR. PP. Diffinitores Generales FF. Franciscum de Bassano, & Cœlestinum de Mediolano, qui auditis audiendis, & informatione ab omnibus partibus jam hic præsentibus verbo, & scripto, quatenus opus fuerit, recepta, visisque omnibus ad utramque causam, & connexas spectantibus, illarum statum cum proprio Judicio ad Congregationem Generalem pro expeditione, & decisione referant.

Die 31. Maii 1691.

IN causa præcedentiæ inter Patres habituales Provinciæ Observantiæ Bononiæ, & Lectores Generales, prætendentibus illis pro se consuetudinem, istis in sui favorem producentibus legem, decrevit Diffinitorium generale, quod Patres ipsi, videlicet Ex-Custodes, & Ex-Diffinitores teneantur coram Judice, à Reverendissimo Patre Commissario Generali delegando, probare intrà terminos sex mensium, prætensam consuetudinem immemorabilem præcedendi Lectoribus Generalibus in Conventibus, in quibus actu legunt, pacifice possessam, & legitimè præscriptam, aliter serventur in favorem Lectorum Constitutiones, & contra impedientes procedatur tanquàm contra pacis publicæ turbatores. Interim verò nihil innovetur, sed utraque pars remaneat per sex Menses in statu, in quo reperitur, & in omni Provincia, in qua idem casus litis occurrat, similiter procedatur. Quo ad præcedentiam autem Lectorum Generalium extrà proprium Conventum, donec provisum fuerit, servetur consuetudo uniuscujusque Provinciæ.

Orta difficultate super præcedentia Jubilatorum extra propriam Provinciam, cum gaudere debeant in omnibus, & per omnia privilegiis Ex-Provincialium, quibus extrà propriam assignatur præcedentia post Ex-Provinciales illius Provinciæ, in qua reperiuntur, declaramus idem intelligi de Jubilatis, ita ut, si extrà propriam Provinciam reperiantur de Familia in aliquo Conventu, gaudeant præcedentia Jubilatorum in ultimo loco, dum tamen in propria habeant præcedentiam, & possessionem Jubilationis.

Circa eandem materiam de præcedentia, explicando Statuta eo titulo in Constitutionibus Ordinis posita, pro Lectoribus Theologis, Prædicatoribus Clarissimis, aliisque aggregatis, dicimus, quod cum in nulla Provincia esse possint plures, quàm quatuor Pa-

Digitized by Google

Patres aggregati ex vi part versus completus, & obtentarum litteralium Patentium, non competere eis præcedentiam, nisi comprehendantur acta in possessione loci intra numerum taxatum quatuor aggregatorum, juxta decreta Apostolica, & Ordinis.

Ut provideatur litibus exorientibus inter Guardianos diversorum Conventuum in eadem civitate, vel loco, sub eadem Cruce cum suis Familiis processionaliter procedentes, extenditur ad quemlibet cujuslibet Provinciæ Conventum de Observantia declaratio facta in nupertimo Capitulo Generali pro Reformatis, videlicet, quando Familiæ duorum Conventuum processionaliter incedunt sub una cruce, si ambo Guardiani adsint, associentur, sed dexteram teneat ille, cujus Crux erigitur; Vicarii verò, vel suum quisque locum retineat, ubi fuerit consuetudo, vel concordatum hujusmodi, vel Vicarius Conventus, cujus Crux elevatur, immediate sub Diffinitoribus, alter autem, ac si non esset Vicarius, sine ulla præcedentia incedat. Quod si Guardianus illius Conventus, qui Crucem erigit, absit, Guardianus alterius Conventus præcedat omnes. Quando verò ambo Guardiani absentes sunt, tunc Vicarii consocientur simul, dexteram tenente illo, cujus Crux elevatur, & omnes præcedant, præter Patres, & Diffinitores actuales, quibus semper subsunt, nisi Guardiani absuerint spatio unius dietæ, si verò præsens sit Guardianus, cujus Crux defertur, alter autem absit, tunc Vicarius Guardiani absentis poterit ad sinistram alterius Guardiani incedere, nisi impediat præsentia Patrum, ac Diffinitorum, ut supra cautum est, sed cum contigerit Guardianos simul, & Vicarios utriusque Conventus longè esse, Fratres præcedent secundum locum sibi competentem, nullo habitu respectu illius Conventus, cujus Crucem sequuntur. Huic tamen additur, quod si plures, quam duo Guardiani, fuerint etiam diversarum Provinciarum, salva præcedentia super omnes illius, cujus Crux erigitur, inter se præcedant Guardiani, si adfuerint cum suis Familiis, secundum antiquiorem Conventum, si verò non cum suis Familiis intervenerint, gaudeant præcedentia Guardiani extrà suos Conventus degentes per Constitutiones præfixa; Vicarii verò, cum inter eos, & Diffinitores medient inter Observantes alii gradus, videlicet Lectores Generales, Patres habituales, & aggregati, utantur præcedentia in prædicto decreto pro Reformatis edito præfixa, proportionaliter ad tales, qui eodem jure præcedunt ex Constitutionibus.

Declaratur circa Statutum de Patrum aggregatione, numerum quatuor Patrum aggregatorum, tàm in Provinciis magnis, quàm parvis, non posse à suo loco repelli per multiplicationem Patrum per electionem factorum, sed si ex aliqua dispensatione, quam rarissimè, & meritioribus viris tantùm concedi desiderabile est, multiplicentur Patres ex electione, ultra numerum octo, vel duodecim Patrum, respectivè ad magnas, vel parvas Provincias, nullum indè præjudicium resultare Provincialibus aggregatis, ita ut semper idem numerus quatuor Patrum ex eis integretur, & in eorum defectu, alter legitimè aggregatus reponatur, non obstante quocumque abusu in contrarium.

Declaratur Statutum ultimi Capituli Generalis tit. pro Cismontana Familia n. 2. circa vestimentum ministrandum à qualibet Provincia Filiis suis in aliena studentibus, vel relegatis, aut in pœnitentiam detentis, decernitorque quemlibet Ministrum Provincialem cum suo Diffinitorio teneri collocare in Conventibus suæ Provinciæ deputatis pro studio, respectivè ad capacitatem studentis, & ad numerum Fratrum taxatum pro eodem Conventu, prædictos Studentes, ut ab illorum Guardianis eisdem vestiarium in propria specie ministretur, & trasmittatur, comparatum ex Eleemosynis Conventus, licet ibi actu non morentur; relegatis verò de vestimento Minister Provincialis provideat ex ipso suo lanificio, & ubi non fuerint lanificia, ex eleemosynis Diffinitorii judicio colligendis: ubi autem viget consuetudo, quod per fixam taxam à quolibet Conventu lanificio ministrari solitam, Provincialis de vestimento cunctis provideat, etiam studentibus, prædictisque relegatis, & pœnitentiatis, absque ulteriori Conventuum gravamine, Provincialis ipse ex lanificio vestimentum provideat, sub pœnis immediatæ privationis Officii Guardiani, & Provincialibus contradicentibus, & aliter fieri permittentibus, aut facere attentantibus.

Die 3. Junii 1691.

Vacante per promotionem Reverendissimi Patris Antonii ab Introduco ad Commissariatum Familiæ Generalem Diffinitoriatu Generali in Nationæ Lombardicæ Observantiæ, nec existente aliquo antiquiore Ordinis Patre non impedito, subrogatur in locum vacantem Adm. R. P. F. Archangelus Romanus antiquior Ex-Diffinitor Generalis, qui jam ultra biennium à præcedenti subrogatione vacavit.

Die 4. Junii 1691.

Lecto memoriali Patrum Lithuanorum asserentium unumquemque Lectorum jubilari solere in gente sua, videlicet Lithuanum pro studio Vilnensi, pro Cracoviensi autem Polonum, ac propterea cum in studio Vilnensi reperiatur lector Generalis Lithuanus, labore scholastico par cum Lectoribus Generalibus Polonis, licet in Religione junior, supplicant declarari à Diffinitorio Generali jubilationem isti deberi pro studio Vilnensi, & prout latius in supplici libello: Reverendissimum Diffinitorium Generale decrevit, quod Reverendissimus Pater Commissarius Generalis compellat Patres Lithuanos ad verificanda exposita, circa unicujusque Jubilationem in gente sua, & in parvitate temporis absolutionis lecturæ, de mandato hujus Congregationis Generalis, quæ in suam Reverendiss. Paternitatem ad hoc compromittit, assignet Jubilationem Lithuano pro studio Lithuaniæ, licet eodem die jubilaret Polonus in habitu Religionis antiquior; idemque servetur in prælationem Poloni pro studio Generali Cracoviensi in Polonia, & ita quo ad Provinciam Poloniæ Minoris de Observantia tantùm, declaratur Bulla Urbani VIII. de Jubilatis in hac particula, pro unoquoque studio Generali in singulis Provinciis existente, duo tantùm Jubilati permittantur, & quolibet deficiente, loco ipsius alter sufficiatur, qui lectionis cursum prius absolverit.

Lecto memoriali Dominorum Guardiani, & Deputatorum societatis sub titulo Sanctæ Mariæ Angelorum Venetiis erectæ in Ecclesia abbatiali S. Galli, de jure patronatus Serenissimorum Ducum Venetorum pro tempore, alias vocatæ Suffragium S. Galli, quo petunt sibi, suæque sodalitati, ac successoribus permitti, ut tàm in associatione cadaverum Defunctorum, quàm in aliis sui instituti functionibus, deferant Saccum, seu habitum Nostri Ordinis, Congregatio Generalis petitam gratiam concedit, dummodò prædictum habitum prima hac vice Confratres ipsi recipiant per manus P. Provincialis, vel Guardiani alicujus ex nostris Conventibus in ea inclyta Urbe existentibus, pro libito societatis; & ita permittimus, quantùm

tiri in Nobia est, absque præjudicio Juris tertil, si quod, &c. & servatis aliàs servandia.

Letto memoriali Religiosorum virorum in Polonia sub titulo Immaculatæ Conceptionis, curantium Religionem, seu Congregationem, servatia serv. sua particulari regula erigere, supplicantiumque recipi sub directione, protectione, & obedientia Ordinia, Congregatio Generalis contenta est eos recipere, salvo beneplacito Sedis Apostolicæ, & aliis de jure servandia omnino servatia, promittitque eos gubernare ad præscriptum Regulæ, quam de Sedia Apostolicæ maudato erunt professuri, & per Constitutionea eorum Statui congruentea, sub Obedientia, & jurisdictione Reverendisa. Patria Superioris Generalls Cismontani de Observantia.

Considerantea Patrea Congregationia Generalia statum, in quo reperitur revisio operum S. Jo: de Capistrano, serio commendat Reverendissimo Patri Commissario Generali, quatenua pro sua pietate, & Doctrinæ Zelo, eorumdem revisionem, ac perfectam pro impressione præparationem sollicitet, cumque in promptu fuerint, ut typis mandari possint, & Typographis, seu librariia, qui propriis expensia edant, consignari faciat, sub conditione tamen, quod exemplaria impressa, quæ pro Ordinis Conventibua fuerint necessaria, moderatiori pretio per Syndicos Apostolicos ipsis Conventibus comparabuntur.

Declaratur Statutum, quo cavetur quintum Diffinitorem, in casu vacantiæ alicujua Diffinitoris in n. ordinario electi, non debere in deficientis locum intrare; diciturque, quod non fiat, nisi in casu, quo Diffinitor, cujus locus vacat, actualem sui Diffinitoriatua possessionem non cepisset, vel à Sac. Congregatione, sicut aliàs accidit, permitteretur, pro quo etiam ad habendam regulam Generalem Officiales Curiæ tàm Observantium, quam Reformatorum, pro suia quisque supplicabunt, imò si per Breve Apostolicum alicui Provinciæ de toto Diffinitorio cum quinto Diffinitore provideretur, & ante Brevis executionem aliquia ex quatuor Diffinitoribus moreretur, sicut nuper accidit, vel alias in n. ordinario, non fiat electio novi Diffinitoria, neque per Capitulum, neque per Diffinitorium subrogetur antiquior, sed quintua Diffinitor omnino evadat quartus, ex vi hujus declarationia. Verùm tamen est, quod Congregatio Generalia omnino desiderat quinti Diffinitoris abusum, tam inter Observantea, quam inter Reformatos, penitua auferri, interdicitque Officialibus Curiæ ne consensum hac in parte præbeant, nisi in casu, quo totum Provinciæ alicujus pro publico bono Diffinitorium supplicaret, quod etiam commendat Reverendissimo Patri Commissario Generali.

Die 5. Junii 1691.

PRo expensis cujuslibet Congregationia Generalis Romæ celebrandæ cognoscit Diffinitorium Generale necessariam esse Summam elemosynæ trecentorum Scutorum Monetæ Romanæ, Conventui Aracœlitano a singulia totiua Familiæ Provinciis Observantibua, & Reformatia, per Syndicos Apostolicos servandam repartitionem, à Superiori Generali faciendam, ejusdem Syndico remittendam, ideoque successoribus hanc advertentiam ex justitia commendat.

Studium Generale Secundæ Classis in Conventu Zagabriensi erigitur in studium Generale primæ Classia in ordine ad jubilationem, sed commendatur Ministro, & Diffinitorio Provinciæ Observantia S. Ladialai, ut aliud studium Provinciale Theologiæ instituant, unde assumi possint post lecturam sexennales lectorea, cum Statutum de non assumendia ad Lecturam primæ Classis, nisi post sex annoa in inferioribus studiis Theologiam Scholasticam legerint, sit indispensabile.

Concedit Diffinitorium Generale, ut aliquando possit in præfata S. Ladialai Provincia, propter urgentissimam causam à majori parte Patrum illius Diffinitorii prius recognoscendam, & approbandam, eligi in Guardianum unus Diffinitor, sicut aliàs concessum est in Congregatione Generali Romana 1679. Provinciæ Bosnæ Croatiæ, eo semper salvo, ut tempore, quo Guardianua fuerit, nullo modo, neque ut actualis, neque ut subrogatus, aut substitutus, in Diffinitorium admitti valeat, juxtà pluries resoluta in Capitulis Generalibus.

Eidem S. Ladialai Provinciæ permittitur, ut recipere possit residentiam Ossekensem, dummodò verum sit illius loci incolas nostros Religiosos requirere, & Provincia Bosnæ Argentinæ ibi non habeat residentiam, quo casu, ad servandam pacem, à sua possessione Bosnenses non turbentur.

Die 6. Junii 1691.

INstante Ministro Provinciæ Observantis Principatus, ut Conventus, seu locua Boschi noviter fundatua, erigatur in Conventum formalem, Diffinitorium Generale compromittit in Reverendissimum Commissarium Generalem, ut ser. ser. & si à suo Visitatore opportuno tempore destinando receiverit omnia necessaria ad Conventua formalis erectionem in eo concurrere, illum in talem erigat, & suo decreto declaret.

Exposito dubio, an Generale Statutum cap. 8. §. 5. n. 6. quo decernitur, ut in absentia Ministri Generalis, aut Præsidentis ab eo specialiter ad Capitulum Generale delegati, dignior Pater, seu antiquior Discretua Ordinis, qui Capitulo Generali interfuerit, præsideat, hocque præcisè, præter fixionem temporis Capituli Generalis ad Vigiliam Pentecostes, & ubi n. 2. intelligatur tàm de Capitulo Generali sexennali, quàm de intermedio, seu de Congregatione Generali, dante causam dubio in Constitutione Innocentiana, qua pariter electio Commissarii Generalia in Congregatione Generali facienda ad Vigiliam Pentecostes avertatur, re acriter, & maturè discussa, stante identitate rationis, scilicet fixationia electionis Commissarii Generalia ad Vigiliam Pentecostea, in tali Congregatione Generali, sicut Ministri Generalia in Capitulo Generali, viso etiam rescripto Eminentissimi D. Cardinalia Protectoria resolventia Congregationem Generalem ultrà Vigiliam Pentecostea non posse differri, & considerata dispositione Statutorum Generalium anni 1648. in Capitulo Generali Victoriæ indefinitè, & non pro ea tantùm Familia procedentium, declaratum est, quod dato casu absentiæ Reverendissimi Ministri Generalia, & Præsidentia à sua Paternitate Reverendissima delegati, & specialiter ad præsidendum destinati, cum Familia non sit in mora, & ad evitandam controversiam revolutionia, omnisque alterius juria, qui Congregationi Generali interesse debeat Rmus Pr. Commissariua Generalia, seu quilibet aliua fuerit antiquior Discretus Ordinis, aut Familiæ, qui Congregationi Generali tanquam Vocalia interfuerit, novi Commissarii Generalis electioni præsideat, & cum sit præsea à jure, licet non habeat speciale mandatum ab homine, electum canonicè confirmet, juxta sensum dispositionis Statutariæ eodem capite §. 3. n. 17. & sicut fieret in electione Commissarii Generalia, si in Capitulo Generali, absente Ministro Generali eligeretur. Cujua declarationis specialem,

integramque notitiam Commissarius Generalis Curiæ per suas literas deferet Reverendissimo Patri Nostro modatno Ministro Generali.

Die 7. Junii 1691.

Auditis per Patres Diffinitores Generales deputatus Procuratoribus interesse habentibus in causa Hungatica, & Decreto Lazariano, super divisione finium quatuor Provinciarum, videlicet Sanctæ Mariæ, & S. Salvatoris Reformatorum in Hungaria, Bosnæque Argentinæ, & S. Ladislai de Observantia, omnibus partibus verbo, & scripto informantibus, ad relationem prædictorum Patrum, decernit Diffinitorium Generale, quoad Provinciæ Marianæ, & Salvatorianæ ad invicem controversiam, standum esse decisis in Decreto Lazariano, & maximè attento sensu Sac. Cæsareæ Majestatis in suis clementissimis litris ad Congregationem Generalem datis, & Imperiali decreto originaliter exhibito per Marianos in geminis paribus expresso, perpetuum super hoc negotio in Religionis conspectu silentium utrique parti, sub pœnis in Decreto ipso Galgierensi contentis, & pacis turbatoribus irremissibiliter per Superiores Generales infligendis imponit. In controversia autem inter Provinciam Bosnæ Argentinæ de Observantia, cujus nullus legitimus Procurator Galgaczensi interfuit, & Sanctæ Mariæ Hungariæ Reformatorum, ac S. Ladislai in Slavonia Observantium, declarantes Decretum Lazarianum, dicimus Bosnenses remanere debere in pacifica possessione locorum Budensis, Vilikensis, Posloegensis, & Essikensis, & aliorum, in quibus actu reperiuntur, impostero sub supra memoratis pœnis perpetuo, quoad hoc punctum, silentio Marianis, & Ladislaianis. Imposterum verò, juxta idem Lazarianum decretum, Bosnensis nec fundare, nec recipere audeant Conventus, aut residentias, sive in Hungaria, sive in Slavonia, nisi de consensu Cæsaris, & interesse habentium, sub iisdem præfatis pœnis, & si quæ loca contra hujus declarationis tenorem receperint, ultra irremissibilem pœnarum incursionem, si fuerint in Hungaria Hungaris, si in Slavonia ladislaianis, ax nunc intelligantur adjudicata.

Ad satisfaciendum debitis necessariò contractis in elapso Capitulo Generali Romano 1688. expensis faciendis consentit Congregatio Generalis, quod Reverendissimus Commissarius Generalis tationem exquirat status Pannificinarum Familiæ tam Observantium, quam Reformatorum, & proportionaliter ab ipsarum Syndicis Apostolicis exigat subsidium, cum obligatione tamen procurandi solitam eleemosynam ab Excellentissimo Duce de Arzera, Capituli Generalis Patrono, & ex eis Pannificinis ipsas pariter ad proportionem reintegrandi, & reficiendi.

Ad pacem servandam renovatur Statutum Capituli Generalis Tolet. 1682. tenoris ut sequitur: Confirmatur etiam, & innovatur Statutum interdicens PP. Reformatis petitionem eleemosynarum intra limites Conventuum Patrum Observantiæ, nisi prius ejusdem Observantiæ Ministri Provincialis obtineatur facultas in scriptis, & viceversa PP. Observantibus absque Ministri Provincialis Reformati consensu, etiam in scriptis obtento, sub pœna gravis Apostasiæ, & exilii quæstoribus ab illo Conventu, nec non Privationis Officii Guardianis mittentibus, & suspensione per semestrem Provincialibus, qui ejusmodi Statuti observantiam, & pœnarum executionem neglexerint, ac proinde utrique, sub eisdem pœnis, in petitione eleemosynarum stare debent limitibus antiquitus præscriptis, vel denuò ab utroque Diffinitorio, scilicet in unaquaque Provincia præscribendis, ubi præscripti adhuc non sunt, quæ dispositio est pro locis, in quibus non sunt simul Conventus Reformatorum, & Observantium, sed alterutrius ipsorum, ubi verò sunt Conventus utrorumque, quæstuationes sint indistinctæ intrà limites: & illud Capituli Generalis Romani 1688. tit. pro Cis. Familia n. 4. videlicet: Limites quæstuationum singulorum Conventuum observentur juxta Statuta Generalia, & si aliquis contravenerit, infiruatur proprio Provinciali, qui teneatur trasgressorem punire ut perturbatorem quietis, quarum Constitutionum observantiam cum pœnarum exactione commendat Zelo, & Vigilantiæ Reverendiss. Superioris Generalis.

Lecto memoriali D. Syndici Apostolici Provinciæ Observantis, & Provinciæ Reformatæ Tusciæ, super expensis factis in transitu per eas Provincias Patris Reverendissimi piæ memoriæ Generalis Ministri Marci Zarzosa pridem Defuncti, & contentionem super his intet utramque Provinciam exortam, Diffinitorium Generale remisit causam superiori Generali, ut eam, audito P. Provinciali Reformato, pro justitia definiat.

Lecto pariter memoriali P. Guardiani Conventus S. Romani ejusdem Provinciæ Tusciæ de Observantia supplicantis mandari P. Ministro Reformato Tusciæ, ut refici faciat ejusdem Conventus Syndico Apost. expensas factas in curia Episcopali S. Miniati in quadam causa, ut in ipso continebatur: remittuntur partes ad eumdem Superiorem Generalem, qui ipsis auditis de justitia provideat.

Die 8. Junii 1691.

Statutum cap. 8. §. 12. num. 4. de comitatu Ministri Generalis, ubi disponitur, quod Minister Provincialis in ingressu uniuscujusque Provinciæ tantum illum comitetur, intelligatur de utroque Ministro, scilicet Observante, & Reformato, & ab utraque Provincia necessaria suppeditantur, ubi Provinciæ aruna promiscuè Observantium, & Reformatorum; quod etiam fieri debeat in transitu Commissarii Generalis Familiæ.

Declarantes Statutum cap. 8. §. 11. n. 11. de Statutis indispensandis, dicimus, quod non possint per Superiorem Generalem dispensationes fieri in his Statutis, quæ vel expressè dicunt, quod Superior Generalis non dispensent, vel circa quæ non erit in possessione dispensandi, quod pro regulari, ex regestis Generalibus; & hoc quantum ad Statuta hactenùs confecta: quantùm verò ad ea, quæ imposterum fient, non incipiant superiores dispensare sub nullitate dispensationis, si apponatur eis clausula indispensabilitatis absolutæ; si autem sint materiæ pertinentes ad Officium Provincialium, & aliorum Prælatorum Generali inferiorum, indispensabilitas non intelligatur contra auctoritatem Superioris Generalis, sed restrictiva potestatis ipsorum inferiorum, & hoc tam pro Observantibus, quàm pro Reformatis.

Quoties in Statutis Generalibus præscribitur ætas pro Officiis obtinendis, nec fit mentio, quod annus sit completus, declaramus, quod intelligendum veniat de anno incepto tantum, & hoc sufficiat: illud autem, quod in compilatione Sambuc. reponitur de annorum excessu ad electionem Provincialium, Custodis, Diffinitorum, & Guardianorum, cum in originalibus non reperiatur talis præscriptio, excessus reducatur ad terminum præsentis declarationis, & sic imposterum judicetur in difficultatibus, & litibus, quas super hac materia anni incepti, vel completi oriri aliquando contigerit, quæ dispositio, explicatioque, du-

bii-

biique resolutio æquè procedat pro electionibus Observantium, & Reformatorum.

Eo quod Statutum Capituli Generalis Romani 1688. tit. pro Cismontana Familia num. 10. quo vetera Statuta circa Patrum electionem, & ex Privilegio præcedentium renovantur, importat per illam particulam semper non modicas difficultates, dicimus, & declaramus, quod Pater Provinciæ, aut Ordinis ex Privilegio factus, videlicet ultra numerum Diffinitorum ordinariorum, cedat semper præcedentiam iis, qui ante ipsum fuerint, & suis condiffinitoribus, licet esset antiquior in Religione, sed respectu successorum tam in numero ordinario, quàm in extraordinario, qui post eum eligentur, cæteris paribus, ipse tanquam antiquior Ex-Diffinitor in habitualitate præcedat ex electione factis, dummodo officium exercuerit.

Deputantur ad revisionem Compilationis, & correctionis Statutorum Gen. ante Capitulum Generale proximum omnino imprimendorum, & publicandorum RR. PP. FF. Carolus Franc. de Varesio, & Michael Angelus de Candia Discreti Perpetui totius Familiæ. adeoque Patres revisures, seu compilatores jam deputati, & deficientium loco suffecti, vel à Reverendissimo Patre Commissario Generali ex necessitate forte sufficiendi, sollicitè curent opus absolvere, & iisdem revisoribus deputatis pro confrontatione, & approbatione præsentare, de quorum voto Reverendissimus Pater Commissarius Generalis ea tam pro Observantia, quam pro Reformatione imprimi procurabit, & per singulos Conventus repartiri, ita quod, sub pœna privationis Officii, quilibet Provincialis tot exemplaria teneatur recipere, quot pro singulis Conventibus, & etiam pro suo archivo ad usum Superioris Provinciæ pro tempore fuerint necessaria, & pro ipsorum numero impressuri opportunè respondere.

Die 10. Junii 1691.

CONgregatio Generalis utens facultate sibi ex constitutione Urbani VIII. de jubilandis proveniente ad deputationem studiorum, declarat, quod si qua Provincia habeat duo studia primæ Classis, & nullum secundæ Classis, reducatur ad secundam Classem illud, quod posterius institutum est primæ Classis, ut faciendum decrevit de studio Conventus Sancti Francisci Mantuæ, similiter quod in iis Provinciis, ubi sunt tria studia primæ Classis, posterius ex illis in primam Classem erectum redeat ad studium secundæ Classis, ut statuit pro Cremonensi S. Angeli in Provincia Bononiensi, & generaliter nullam Provinciam habere debere plura studia primæ, quàm secundæ Classis, ubi sunt plura studia Generalia.

Respondens Diffinitorium Generale, quod in Constitutionibus Capituli Generalis Romani 1659. confirmatis in forma specifica per breve S. Mem. Urbani VIII. tit. de Diffinitoribus Generalibus, & eorum subrogatis, & substitutis, habentur sequentia. *Patres illi, qui loco Diffinitorum, dum adhuc vivunt, & absentes sunt, substituuntur pro Capitulo Generali, deinceps inter Provinciæ suæ Patres numerentur, dummodo ultimi sint, & post eos locum habeant, qui Ministri, & Vicarii Provinciales jam extiterunt, vel post eisdem officiis perfungentur*, cum quibus apertissime pugnant ea, quæ in Tolet. 1683. tit. pro Ultramontana Familia num. 20. disponunt pro substitutis in Diffinitorio Generali præcedentiam, & Paternitatem tantum, & post Ex-Guardianos Jerusalem, Ex-Secretarios Generales, & Lectores jubilatos inter Observantes: inter Reformatos verò, Ex-Secretarios Generales, & absque jure subrogandi; ad conciliandum duplicem hunc textum, & quidem secundum pugnantem cum primo habente approbationem, & confirmationem Apostolicam, & considerato, quod in aliquibus casibus, videlicet in Capitulo, vel Congregatione Generali, Superior Generalis aliquando vices suas alteri committit, suique loco præsidentem substituit, declarat Toletanum valere quidem pro substitutis in locum Diffinitorum Generalium, sed Romanum antiquius sine ulla limitatione, sed cum omni latiori interpretatione, etiam quoad jus subrogandi post Ex-Vicarios Provinciales, valere pro substitutis in locum Ministri Generalis ad præsidendum, & quia illud procedit pro utraque Familia, supplicat Diffinitorium ipsum Generale Eminentissimo Nostro Cardinali Protectori, ut hanc declarationem extendere dignetur ad utramque Familiam.

Statutum illud Capituli Generalis Romani 1688. tit. pro Cis. Fam. num. 8. quo declaratur Fratres itinerantes, absque scripto consensu sui Provincialis, licet habeant obedientiales Superioris Generalis, habendos esse ut Apostatas, declaratur non solum pro Consensu Provincialis, cujus Frater est naturalis subditus ratione Filiationis, si iter incipiat à propria Provincia, sed etiam pro consensu Provincialis, in cujus Provincia Frater habet domicilium, si iter incipiat ab aliena, idemque consensus expetatur, & expectetur à volentibus transire ab Observantia ad Reformationem, vel a Reformatione ad Observantiam, ita ut licet habeant licentiam Generalis pro tali transitu, obedientiales non exequantur, nisi habito in scriptis consensu Provincialis sui naturalis, qui tamen nisi habeat legitimas causas coram Superiore Generali probandas, talem transitum, & pro eo consensum, denegare non possit, & hæc omnia declarantur tam pro Observantibus, quam pro Reformatis.

Computus Terræ Sanctæ mittantur ad Capitulum, & Congregationem Generalem numericè distincti, & coram Diffinitorio Provinciæ legitimati, & iis Commissariis, qui ad præsentem Congregationem Generalem eos non numericè, sed in unica tantum summa miserunt, vel à Diffinitorio non legitimatos, Superior Generalis nomine Diffinitorii Generalis Epistolam scribat correctivam; verum tamen est, quod in his Provinciis, in quibus Diffinitorium non est unitum in uno Conventu, legitimari debeant in ultima Sessione Diffinitorii, quæ fiet pro Syndicatu præfatorum ad Capitulum, vel Congregationem Generalem dimittendo, ne præcisè propter hoc Diffinitorium cum incommodo Conventuum pluries congregetur, & siquæ, post talem ultimam Diffinitorii Sessionem, expensæ fiant, & sufficiat quod post legitimatos, ut præfertur, computus, ipsæ legitimentur coram Superiore Provinciale, una cum Syndico Apostolico Terræ S. Guardiano Loci, & Custode, si possit haberi.

Commissarius Terræ Sanctæ in sua Commissione, præter expensas ordinarias, nullam omnino alicujus momenti, & præcipuè in comparandis Sacris paramentis alicujus pretii, vasisque, ac lampadibus aureis, aut argenteis possit facere expensam, nisi de consensu scripto Superioris Generalis Familiæ, qui tamen illum non concedat, nisi sibi constiterit necessitas illam expensam faciendi legitimam, per Epistolam à Guardiano Terræ Sanctæ, Discretis, & Procuratore Generali Sanctæ Custodiæ. Commissarius, qui contra hujus declarationis formam expensas extraordinarias fecerit, indispensabiliter, & irre-

Digitized by Google

miſſibiliter commiſſione privatus ſit, & non admiſſe ipſius computibus, tamquam fraudis, & dilapidationis reus à Superiore Generali puniatur.

Quæ declaratio circa expenſas extraordinarias non faciendas intelligatur etiam de Procuratoribus cauſarum pro Beatificatione, & Canonizatione Sanctorum in Noſtra Familia, ad formam Statuti Romani 1688. pro Ultramont. n. 23.

Conſtitutio cap. 12. §. 13. num. 2. qua cavetur, ne Guardianus Hieruſalem in ulla re gravi ſolus ipſe judicium ferat, ſed Patrum Diſcretorum, & totius Communitatis conſilium petat, & expectet; declaratur intelligenda etiam de prædictis ſuperfluis, & extraordinariis expenſis demandandis, & de Fratribus ad Principum curias dimittendis pro geſtatione negotiorum Terræ Sanctæ, ad quæ tantum ſufficiat conſenſus Procuratoris, & Diſcretorum.

Privilegium antiquiſſimum Terræ Sanctæ Fratrum repoſitum cap. 12. §. 9. num. 7. de electione arbitraria Confeſſarii, declaramus non poſſe à Guardiano ullo modo reſtringi quo ad paſſivitatem, cum agatur de foro interiori Sacramentali, & ſalute animarum. Ille verò, qui debet Confeſſiones audire, probet coram Superiore loci, in quo morabitur in Sancta Cuſtodia, propriam idoneitatem per oſtenſionem ſuæ inſtitutionis in Confeſſarium à Superiore Generali, vel ſuo proprio Provinciali habitæ, exhibendo litteras patentes. Guardianus S. Montis Syon, & totius Terræ S. Cuſtos eligitur Adm. R. P. F. Jo: Bapriſta ab Atina, Lector Jubilatus, & Provinciæ Obſervantis Principatus Miniſter Provincialis.

Lecto in Diffinitorio Generali Breve S. Mem. Innocentii XI. die 15. Feb. 1687. confirmantis literas patentes Reverendiſſimi olim Miniſtri Generalis Patris Fratris Petri Marini Sormani diei 29. Junii 1686. quibus proponuntur Capitula Miſſionum Ægypti, & pariter Epiſtola Reverendiſſimi P. Noſtri Generalis actualis diei 15. Martii 1691. ad Reverendiſſimum Patrem Fratrem Carolum Franciſcum de Vareſio Ex-Commiſſarium, tunc actualem Commiſſarium Generalem, tenoris, ut in eis, ad quę habeatur relatio. Pater Commiſſarius Curiæ, ſalva Reverendiſſimo Generali debita reverentia, proteſtatus eſt, quod cum in patentibus per Breve præfatum confirmatis eorum Capitulorum cognitio, & ſuper eis reſolutio, à limine fundationis reſervetur in Diffinitorio Generali, idem Reverendiſſimus Vareſius nihil innovet in ea materia miſſionum Ægypti virtute prædictarum literarum, à Reverendiſſimo Generali, fortè non informato, relaxatarum; quapropter Diffinitorium Generale in omnibus hanc cauſam Capitulorum, & miſſionum, nec non prædictarum literarum commendat Reverendiſſimis Patribus Commiſſario Generali actuali, & pręterito, Reliquiſque Patribus Ordinis tam de Obſervantia, quam de Reformatione in hac Alma Urbe poſt ſolutam Congregationem Generalem remanentibus, expeditionemque iſtius graviſſimi negocii illis committit, in eoſdem compromittens, quatenus, auditis Patribus Commiſſario Generali Curiæ Obſervantium, Commiſſario Generali Terræ Sanctæ, & Fr. Franciſco Maria Salem: primò quidem circa jus Diffinitorio Generali ex memorata patente reſultante, & ſuper Commiſſione alteri data, privativè quo ad omnes alios Officiales Ordinis, per prædictam Epiſtolam Reverendiſſimi Generalis, ſecundo verò, ſuper jure S. Cuſtodiæ, ſi quid in ea cauſa prætendat, tertio autem, pro informatione Status Miſſionum Ægypti, in quo moraliter, & phyſicè nunc reperiuntur, rem omnem Congregationis Generalis nomine definiant, & Superioribus majoribus, etiam ante cauſę Diffinitionem, prout opus fuerit, communicent, ſalva ſemper auctoritate Sac. Congregationis de Propaganda fide.

Statuimus, quod ad futurum triennium nullus Religioſus Ultramontanæ Familię retineatur in Conventibus apud Curias Principum, & præcipuè in hac Alma Urbe ad agenda negotia alicujus Nationis, vel Provinciæ, niſi habeat ſpeciale mandatum Reverendiſſimi Patris Miniſtri Generalis, aut Adm. R. P. Procuratoris Generalis Ordinis, aut Obedientialem Superioris majoris, non autem Provincialium, vel Diffinitorii, ſub pœnis in recipientes Apoſtatas latis, & hoc tam pro Obſervantibus, quam Reformatis.

Supplicamus enixè, & in Domino humiliter rogamus Reverendiſſimum Patrem Miniſtrum Generalem, ut pro ſuo erga Ordinem Amore, & erga animarum ſalutem ferventiſſimo zelo, ſollicitè gerat curam, omneque dignetur adhibere ſtudium pro reuniendis Ordinis corpori diſſitis in malo conſcientiarum ſtatu, propter injuſtam, & arbitrariam ſeparationem à Religionis Obedientia, & communicatione, exiſtentibus Provinciis, commendationem ab Ordine, & pręmium à Deo optimo maximo recepturus.

Provincia Obſervantium S. Ladiſlai ſi indigeat reformatione, & abuſuum extirpatione, omnino reformetur ad normam regulæ, & Ordinis noſtri, atque Apoſtolicarum Conſtitutionum, intra Statum Provinciarum Regularis Obſervantiæ, quem profitentur, & ſi indigentes noluerint taliter reformari, & ad normam ſuæ profeſſionis vivere, in Capitulo Generali tractetur de eorum obſtrictiori Reformatione.

Circa titulum, & Statum Provinciæ Carniolæ, olim Boſnæ Croatiæ, cum nihil poſſimus in præſentiarum innovare, nullam omnino manum apponimus.

Appellationem P. F. Bonaventuræ Utimar videat Reverendiſſimus Pater Commiſſarius Generalis, audito prius exactiſſimè Adm. R. P. Diffinitore Generali F. Antonio Lazari.

Sac. Cæſareæ Majeſtati, Exc. D. Banno Regni Croatiæ, Ill. Epiſcopis, aliiſque magnatibus, qui ad Congregationem Generalem literas dederunt, reſpondeat juxta reſoluta reſpectivè in materiis, quas proponebant, Rev. P. Commiſſarius Generalis.

Cæterum omnes noſtræ totius Familiæ tam Obſervantes, quam Reformatas Provincias, charitativè, & paternè monemus, ut recordentur cujus Capitis, & cujus corporis membra ſint, ne Sanctę Regulę, quam profeſſi ſumus, aut Conſtitutionum, quibus ad eam ſervandam dirigimur, obliviſcantur, adeoque de propria ſalute, & proximorum ædificatione ſolliciti, abuſus extirpemus, & ſi qui in hanc Domini Sabaoth vineam irrepſerint, & in ſtadio religioſæ minoritice profeſſionis currentes, relaxationum offendicula, pedum ad Spiritualem profectum tendentium cruentamenta caveamus, ut ad æternum, pro quo laboramus, adipiſcendum pervenire poſſumus.

Judices pro expellendis incorrigibilibus, ſi occurrerit, ſint iidem, qui in nuperrimo Capitulo Generali Romano deſignati ſunt.

Eadem, quæ à Capitulo Generali pro Principibus, & Benefactoribus Suffragia decreta ſunt, omnino pro iiſdem fiant.

Numerus Fratrum Defunctorum à Capitulo Generali uſque ad præſentem Congregationem Gene-

Digitized by Google

neralem, cum paucæ Provinciæ id significaverint, annotari non potest, sed committitur Ministris Provincialibus, ut illum pro integro sexennio deferant ad Capitulum Generale.

Subscriptiones Patrum.

Ita est Fr. Joseph Falzes Præses Congregationis Generalis.
F. Carolus Franciscus à Varesio, Ex-Commissarius Generalis.
F. Michael Angelus de Candia, Discretus perpetuus, & Commiss. Gen. curiæ.
Fr. Jo. Baptista à Monelia, Procurator Generalis Reformatorum.
F. Franciscus de Monelia, Ex-Procurator Generalis, & Diffinit. Generalis.
F. Archangelus de Roma, Ex-Minister Provincialis, & Diffinit. Generalis.
F. Cherubinus à Bracciliano, Diffinit. Generalis.
F. Antonius Lazari, Diffinitor Generalis.
F. Cyprianus Rù, Diffin. Gen.
F. Michael Angelus de Florentia, Diff. Generalis.
F. Franciscus de Bassano, Diffinitor Generalis.
F. Bonaventura Poerius, Diffinit. Generalis.
Fr. Cœlestinus à Mediolano, Minister Provincialis, & Diff. Generalis.
F. Angelus Maria à Panormo, Diffinit. Generalis.
F. Joannes Hieronymus de Massa, Diff. Generalis.

Loco ✠ Sigilli.

Die 11. Junii 1691.

Lecta, subscripta, & publicata fuere hæc omnia acta in pleno Diffinitorio Generali, & soluta Congregatio Generalis.

Fr Jo. Hieronymus de Massa
Diff. Generalis, Secretarius.

Hic apponenda esset fel. rec Innocentii XII. Constitutio data Romæ sub die 29. Septembris 1691. confirmativa Constitutionis Urbani VIII. pro necessitatibus Locorum Terræ Sanctæ: sed quoniam eadem omnino est cum altera, quam supra retulimus, Alexandri Papæ VIII. incipient. *Salvatoris, & Domini nostri Jesu Christi* &c. ideo illam omisimus. Notandum porro alteram quoque huic consimilem edidisse Constitutionem Innocent. XII. die 24. Februarii 1696. ad preces *P. Hieronymi Rouvnis Ordinis Minorum S. Francisci Recollectorum, de Observantia nuncupatorum Professoris, pro Gallia Commissarii Generalis ejusdem Terræ Sanctæ*, quam, ob eamdem mox dictam rationem, minime referimus.

Confirmantur Decreta circa alternativam inter Fratres Minores Sancti Francisci de Observantia Reformatos Provinciæ Sancti Nicolai.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

EXponi nobis nuper fecit dilectus filius modernus Minister Provincialis Provinciæ Sancti Nicolai Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia Reformatorum nuncupatorum, quod alias dilectus pariter filius Joannes ab Aquila, Frater expresse professus dicti Ordinis, cum in eadem Provincia, quæ in duas partes, videlicet Baren., & Licien. divisa reperitur, munere Commissarii Visitatoris fungeretur, dissensiones componere, & inconvenientibus, quæ inter Fratres Provinciæ hujusmodi, Capitulorum, aliarumque similium electionum occasione, oriebantur, occurrere, cupiens, pro Communi ipsius Provinciæ beneficio, & quiete, concordiam quamdam, seu Alternativam ab omnibus dictæ Provinciæ Vocalibus legitime ad id Congregatis, firmari, & acceptari, ac unanimi omnium consensu subscribi curavit, per Decretum Capituli Provincialis in Conventu Tarentin. Sancti Antonii die 6. Aprilis 1690. desuper emanatum, tenoris, qui sequitur, videlicet: *Decretum Provinciale*.

„ Cum toti huic Provinciæ strict. Observantiæ Sancti Nicolai universalis rumor acceperit paci consulendæ, pietati firmandæ, jurgiis, dissidiisque totam Provinciam vagantibus, quippe plausu, & omnium Religiosorum consensu desiderare non destitit, ut Provincia æqua justitia gubernetur, & partium causa ad Tribunal Eminentissimi Domini nostri Alderani Cybo vigilantis Protectoris, atque Reverendissimi Patris nostri Caroli Francisci de Varesio dignissimi Commissarii Generalis devolvenda, scrutinio deliberaretur, ut in posterum dissidia cederent, & Barensis Religiosorum Pars, atque Liciensis invicem ne altercari audeat, magno Sæcularium scandalo, strictioris Observantiæ detrimento; ideo Adm. R. P. Joannes ab Aquila in hac Divi Nicolai Provincia actualis Commissarius Visitator, auditis omnium utriusque partis vocibus, & toto animo stabilimentum communi paci investigans, ipsemet uno alio desiderio ardens, nisi jurgia abolere, nisi pacem firmare, nisi justitiæ consulere, tandem certiores redditi Eminentissimus Protector, & Reverendissimus P. Commissarius Generalis præfati, eidem Commissario Visitatori Decretum transmisit, ut videre est in caies - Nos Frater Carolus Franciscus de Varesio &c. & sub fine, omnes adamussim observent.

„ Cum voto Eminentissimi D. Nostri Protectoris ipse Pater Comm. Generalis, magna cum prudentia, & justitia, ad officia ipsius Provinciæ obeunda, Alternativam transmisit, omni Justitiæ consonam, præcipiendo in virtute S. Obedientiæ, & sub pœnis contra inobedientes, & rebelles a legibus taxatis. Inde P. Commissarius Visitator, perpensis mature omnium desideriis decretum, R. P. Comm. Generalis publicat, & ejus mentem in hoc nostro Provinciali decreto firmare decernit, quam videre est in originali decreto citato, ut supra: Alternativam, (sic ajens) Provincialatus ejusdem Provinciæ ponendam, stabiliendam, atque in perpetuum figendam esse judicamus inter

„ Pa-

„ Patres, seu Religiosos Partium, nationum, seu Provinciarum Barensis, & Liciensis. Unde Adm. RR. PP. Commissarius, & Judex, ac Minister Provincialis, cum PP. Definitoribus, & Vocalibus Provinciæ ad Comitia Provincialia convocatis, talem Alternativam toto animo acceptare desiderantibus, ita quod in quibuslibet Comitiis Provincialibus, seu Capitularibus congressibus, Pars Liciensis habeat in Definitorio tres satisfactiones, & etiam tres Pars alia Barensis, tali ordine, ut Pars Liciensis, tanquam copiosior fratribus, & Conventibus, successive per duas vices, habeat Provincialatus officium, ipsum habere incipiendo a proximo imminenti Capitulo, cum adscriptione duorum nationalium PP. in Definitorio, ideoque in singulos novennos annos Pars Barensis habeat semel Provincialem, cum duobus Definitoribus, & alio sexennio Custodes cum Definitoribus binis in unoquoque triennio; Sic Licienses per consequens habeant reliqua in Definitorio officia. Præterea disponere etiam volumus Guardianatus, pro ejusdem Provinciæ communi pace, & sine offensione justitiæ distributivæ, ita quod Patres Barenses duodecim habeant Guardianias; ne autem summa inæqualitas videatur in Electionibus futurorum Capitulorum, volumus duas alias Guardianias addi parti Barensium, ita quod duo alii Guardiani eligantur a Barensibus ad ipsorum satisfactionem, sed eligendi sint natione Licienses, usque dum Conventus ab ipsis recipiendi ad æqualem numerum pervenerint Conventuum Liciensium. Si vero in futurum Conventus Barenses Liciensium numerum excesserint, ad æqualitatem in utramque partem reductum iri censemus. Quapropter partem Barensem duodecim Guardianiis confectam præscribemus Geografice, & secundum naturam, per divisionem vulgo *la Gravina di Castellaneta*, & Provinciam Liciensem a Castellaneta exclusive, usque ad Præsitium. Pariformiter, ut radicitus omnis dissensionis fomentum tollatur in receptione Novitiorum, quæ indifferenter fieri debet, præcipimus, ut de receptis, & approbatis intra numerum solitum a Sacra Congregatione concedi pro quolibet anno duodecim Juvenes, octo Clerici, quatuor Laici de melioribus respective, pro parte Barensi recipiantur ad habitum, & Professionem; Reliqui vero, pro complemento numeri præfixi a Sacra Congregatione, ex alia parte tamquam numerosiori vestiantur. Unde consulto Adm. RR. PP. Commissarius Visitator, & Judex, Minister Provincialis, Custos, & PP. omnes Definitores, quam Vocales, ad pedes Eminentissimi Protectoris, & Reverendissimi P. Commissarii Generalis subjicientes unanimi consensu, quo majori favore deprecantium vota prosequi dignentur, pro majoris roboris validitate, apud Sac. Congregationem Cardinalium Decreto obsignari. Et quæ in hoc Decreto præscribuntur, ab omnibus in futurum adamussim observentur, sub pœna nullitatis Electionum, quæ in contrarium oriri possint. Datum Tarenti in loco nostri Discretorii Conventus S. Antonii, tempore Comitiorum Provincialium, die 6. Aprilis 1690.

„ Ego F. Thomas a Matera, Lector Theologiæ Prov. Baren. acceptavi, ut supra.

„ Ego F. Franciscus Veliis, Lect. Sac. Theol. Provinciæ Licien. acceptavi, ut supra.

„ Ego F. Theodorus a Taranto, Lect. Sac. Theol. Prov. Licien. acceptavi, ut supra.

„ Ego F. Cherubinus a Nerito, Lect. Sac. Theol. Prov. Licien. acceptavi, ut supra.

„ Ego F. Seraphinus a Turo, Theologus Gen. Guardianus, & Vocalis acceptavi, ut supra Prov. Bare.

„ Ego F. Franciscus Maria Valenzano Theol., Guard. & Voc. acceptavi, ut supra.

„ Ego F. Franciscus a Gravina, Prov. Baren. Vocalis acceptavi, ut supra.

„ Ego F. Franciscus a Cellerario, Provinciæ Baren. acceptavi, ut supra.

„ Ego F. Bonav. a Brisuto, Prov. Baren. Theol. Guard. acceptavi, ut supra.

„ Ego F. Franciscus a Turre, Lector. Prov. Lic. acceptavi, ut supra.

„ Ego F. Antonius ab Alliste, Prov. Licien. Guar. Vocalis acceptavi, ut supra.

„ Ego F. Bernardus a S. Vito, Provinciæ Licien. acceptavi, ut supra.

„ Ego F. Bonav. a Gallipoli, Provin. Licien. Guardianus acceptavi, ut supra.

„ Ego F. Antonius a Nucibus, Guardianus Provin. Baren. acceptavi, ut supra.

„ Ego F. Barthol. a Castellaneta, Guardianus Prov. Baren. acceptavi, ut supra.

„ Ego F. Antonius a Crispola, Guardianus Provinc. Baren. acceptavi, ut supra.

„ Ego F. Angelus a Criptaliis, Guardianus Provinciæ Licien. acceptavi, ut supra.

„ Ego F. Bonav. a Castellaneta, Guard. Provinciæ Baren. acceptavi, ut supra.

„ Ego F. Joseph Maria a Francavilla, Guardianus Prov. Licien. acceptavi, ut supra.

„ Ego F. Bernardinus a Gravina, Guard. Provinciæ Baren. acceptavi, ut supra.

„ Ego F. Joannes a Bario, Guardianus Prov. Baren. acceptavi, ut supra.

„ Ego F. Joannes a Castelletto, Guard. Prov. Baren. acceptavi, ut supra.

„ Ego F. Franciscus a Legiis, Guard. Prov. Licien. acceptavi, ut supra.

„ Ego F. Antonius a Castro Græcor. Guard. Prov. Licien. acceptavi, ut supra.

„ Ego F. Nicolaus, Guard. Provinciæ Baren. acceptavi, ut supra.

„ Ego F. Ludovicus a Mandurio, ex-Def., & Guar. Prov. Licien. acceptavi, ut supra.

„ Ego F. Jacobus ab Altamura, Ex-Def., & Guar. Prov. Baren. acceptavi, ut supra.

„ Ego F. Bonav. ab Altamura, Ex-Def. & Guard. Prov. Baren. acceptavi, ut supra.

„ Ego F. Bernardus a Cequolis, Ex-Def. Prov. Licien. acceptavi, ut supra.

„ Ego F. Angelus a Solero, Ex-Def. Prov. Licien. acceptavi, ut supra.

„ Ego F. Joannes a Turo, Guard. Barensis acceptavi, ut supra.

„ Ego F. Antonius a Brundusio, Def. actualis Prov. Licien. acceptavi, ut supra.

„ Ego F. Antonius a Malleis, Def. actualis Prov. Licien. acceptavi, ut supra.

„ Ego F. Bonav. a Francavilla, Def. actualis Prov. Licien. acceptavi, ut supra.

„ Ego F. Antonius a Josia, Definitor actualis Provinciæ Licien. acceptavi, ut supra.

„ Ego F. Honuphrius, Custos actualis Provinciæ Licien. acceptavi, ut supra.

„ Ego F. Laurentius a Licio, Guardianus Ex-Minister Provinciæ Licien. acceptavi, ut supra.

„ Ego F. Honuphrius a Cannato, Minister Provincialis Provinciæ Baren. acceptavi, ut supra.

„ Ego F. Joannes ab Aquila Commissarius Visitator.

§. 2.

§. 1. Et subinde dilectus etiam Filius Carolus Franciscus de Varesio, tunc temporis Commissarius Generalis dicti Ordinis, Decretum præinsertum confirmavit, ac observari mandavit per suum pariter Decretum tenoris sequentis, nempe.

Decretum Confirmationis.

Ex debito pastoralis officii, paci, & tranquillitati nostræ Reformatæ Provinciæ Sancti Nicolai Barensis consulentes, Alternativam in rescripto Instrumento descriptam, & in pleno Capitulo, celebrato Tarenti, die 6. Aprilis 1690. examinatam, propriis subscriptionibus firmatam, & acceptatam a Patribus Vocalibus, unanimi consensu, & communi omnium lætitia, in executione ponendam, stabiliendam, atque in perpetuum figendam esse judicamus, inter Patres, seu Religiosos Partium, Nationum, seu Provinciarum, Barensis, scilicet, & Liciensis, ideo tenore præsentium præfatam Alternativam, prout in dicto Instrumento jacet extensam, præfigimus, stabilimus, & confirmamus, tamquam rationabilem, atque secundum Justitiæ distributivæ præscriptum, majorique pacis, ac tranquillitatis augmento accomodatam, nec non fixam, approbatam, & confirmatam, conditione, serie, & ordine superius expresso, volumus haberi ab omnibus ejusdem Provinciæ, tam Superioribus, quam Subditis, præcipientes in virtute S. Obedientiæ, & sub pœnis contra inobedientes, & rebelles a legibus taxatis, & in omnibus Capitulis, Congregationibus, & Congressibus in posterum faciendis, quæ in ea præscripta sunt omnes inviolabiliter observent, nec contra præfata aliquid attentare præsumant, sub pœna excommunicationis ipso facto incurrenda. Datum ex nostro Ara-Cœlitano Conventu de Urbe, hac die 26. Aprilis 1690. F. Carolus Franciscus de Varesio Commissarius Generalis. De mandato S. P. Reverendissimæ. F. Innocentius de Criptis Secretarius.

§. 2. Ac demum Ven. Frater noster Alderanus Episcopus Ostien. S. R. E. Cardinalis Cybo nuncupatus, dicti Ordinis apud Nos, & Sedem Apostolicam Protector, suum quoque Decretum super præmissis edidit, tenoris, qui sequitur, videlicet: Alderanus miseratione Divina Episcopus Ostien. S. R. E. Cardinalis Cybo, Sacri Collegii Decanus, ac totius Ordinis S. Francisci apud Sanctam Sedem Protector. Cum retroscriptæ conventiones, & pacta pro conciliânda, & stabilienda Religiosorum pace, & quiete, in Provincia Reformata Sancti Nicolai, de consensu totius Capituli Provincialis decreta fuerint, nec non per Commissarium Generalem approbata, & confirmata: Nos hujusmodi pacem, tranquillitatemque summopere cupientes, prænarratas conventiones, Decreta, pacta, Alternativam, auctoritate, qua fungimur Protectoris, confirmamus, & approbamus, non solum præmisso, sed etiam meliori modo. Præcipientes omnibus, & singulis Superioribus, & Subditis præfatæ Provinciæ, & quibuscumque aliis districte, in virtute sanctæ obedientiæ, ne imposterum quovis prætextu, aut quæsito colore directe, vel indirecte, contra prædictum concordatum, & alternativam aliquid innovare, aut attentare præsumant, sed prout jacet, eam servent, & executioni mandent, nedum sub pœnis in Decreto Commissarii Generalis, sed nullitate omnium actuum, aliisque arbitrio nostro, & pro tempore existentis Protectoris infligendis. Non obstantibus &c. Datum Romæ, hac die 26. Martii 1690. A Card. Cybo Protector.

§. 3. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, dictus Minister Provincialis Decreta hujusmodi, ut firmius subsistant, & serventur exactius, Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri summopere desideret: Nos specialem ipsi Ministro Provinciali gratiam facere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum consilio, & attenta dicti Alderani Episcopi Cardinalis, & Protectoris, ac dilecti pariter Filii moderni Commissarii Generalis Ordinis hujusmodi relationibus ad eosdem Cardinales transmissis, Decreta præinserta à memoratis Capitulo Provinciali, ac Carolo Francisco tunc Commissario Generali, & Alderano Episcopo, Cardinali, & Protectore edita, ut præfertur, cum omnibus, & singulis in eis respectivè contentis, auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, salva tamen in præmissis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium.

§. 4. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab illis respectivè inviolabiliter observari: sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non, quatenus opus sit, Provinciæ, & Ordinis prædictorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris, die 27. Maii 1692. Pontificatus nostri anno primo.

Conceduntur nonnullæ Ordinationes in Causa à Sancta Sede definienda, de Alternativa Officiorum Generalium inter Provincias Gallicas, & alias FF. Minorum Sancti Francisci de Observantia, ac Recollectorum.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

INjuncti Nobis cœlitus Pastoralis Officii sollicitudo Nos admonet, ut paternam Christifidelium, divinis Obsequiis sub arctioris vitæ instituto laudabiliter incumbentium, curam gerentes, eos in pace, & Justitia continere, ac errata inter ipsos Animorum dissidia, ne amabilis concordiæ, fraternæque charitatis serenitatem diutius conturbent, opportunis rationibus recidere, nec non illorum Statui, & quieti, quantum nobis ex alto conceditur, consulere studeamus.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt di-

Digitized by Google

lecti Filii Ludovicus Duval, & Claudius Bonaventura Sicault, necnon Edmundus Godelle, & Salvianus Paquin Procuratores, seu Deputati Provinciarum Nationis Gallicæ Ordinis FF. Min. S. Francisci tam de Observ., quam Recollectorum respective nuncupatorum, quod cum alias, videlicet an. 1688. tunc existentes Vocales ejusdem Nationis, Electionibus, aliisque in Capitulo Generali dicti Ordinis in hac Alma Urbe celebrato actis, ob sibi tunc denegatam ad Generalatum, aliaque officia Generalia ejusdem Ordinis, quam prætendebant, alternativam, interesse recusaverint, eaque de causa a Capitulo Generali prædicto recesserint: ipsum vero Capitulum Generale ad electionem trium Definitorum Generalium pro prædicta Natione, cœteroquin eligi solitorum, minime devenerit, abinde omnes, & singulæ personæ utriusque sexus Provinciarum hujusmodi, obedientiam tunc existenti in memorato Capitulo Generali electo, ac subinde dilecto Filio moderno, Ministris Generalibus ejusdem Ordinis, nullatenus hucusque præstiterunt.

§. 2. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, jam nunc personæ hujusmodi unionem spiritus in vinculo pacis servare cupientes, tàm eidem moderno, quàm ejus pro tempore successoribus Ministris Generalibus dicti Ordinis canonice eligendis, debitam obedientiam, juxta Apostolicarum, & ipsius Ordinis Constitutionum præscriptum, præstare, dictumque Capitulum Generale pro ritè, & canonicè celebrato habere, paratæ sint; quinimo ipsi Exponentes, earumdem personarum nomine, obedientiam hujusmodi jam præstiterint, seque supradictum Capitulum Generale, pro ritè, & canonicè celebrato habere declararint: Verum præmissa, atque inde sequuta, quo dictarum Provinciarum Religiosæ tranquillitati plane provisum sit, Apostolicum paternæ Providentiæ nostræ præsidium exposcant: Nobis propterea Exponentes præfati humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 3. Nos igitur, qui Ordinem præfatum in visceribus gerimus charitatis, perturbationibus, & incommodis, quæ præmissorum occasione in dies oriri possent, mature occurrere, & opportunum jam exortis remedium adhibere cupientes, ipsosque Exponentes, & alios infrascriptos dicti Ordinis Professores specialis favore gratiæ prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes; nec non causæ, & controversiæ super alternativæ præfatæ statum, & merita, nominaque, & cognomina, ac qualitates Judicum, & Collitigantium, seu contendentium quorumcumque, & alia quælibet, etiam specificam, & individuam mentionem, & expressionem requirentia, præsentibus pro plene, & sufficienter expressis habentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, ac audita super præmissis dilectorum filiorum Procuratoris Generalis, ac aliorum Superiorum utriusque Familiæ dicti Ordinis, quos desuper audiendos duximus, relatione, Causam, & controversiam præfatas in statu, & terminis, in quibus de præsenti quomodolibet reperiuntur, tam a dicto Capitulo Generali, quam ab aliis quibuscumque Judicibus, & Tribunalibus ad Nos, & Sedem Apostolicam, prout juris fuerit, terminandas, auctoritate Apostolica tenore præsentium avocamus.

§. 4. Porro, cum iidem Exponentes dictarum Provinciarum nomine etiam institerint, ut quartum Definitorem Generalem ex Fratribus Recollectis Provinciarum hujusmodi addere, & deputare vellemus, Nobis similiter, & Sedi prædictæ facultatem statuendi hac in re quidquid in Domino expedire censuerimus, harum serie reservamus, ac proinde omnibus, & singulis Nationis, & Ordinis prædictorum Superioribus, Fratribus, & Personis, ne tam conjunctim, quam divisim in præmissis, vel eorum aliquo directe, vel indirecte, aut alias quomodolibet quidquam innovare, vel attentare audeant quovis modo, seu præsumant, districte inhibemus, illisque præcipimus, & mandamus, ut a quibusvis attentatis, seu innovatis hujusmodi humiliter abstineant, donec a suprema nostra, & ejusdem Sedis æquitate habeant Justitiæ complementum.

§. 5. Præterea, ut de cœtero munus Agentis, seu negotiorum gestoris, quem Provinciæ præfatæ in Romana Curia habere consueverunt, quoties illud vacare contigerit, is tantummodo assumatur, quem pro tempore existens Minister Generalis dicti Ordinis, ex tribus Religiosis sibi ad id per Superiores pro tempore pariter existentes earumdem Provinciarum præstandis, idoneitate, & meritis præstantiorem esse judicaverit, auctoritate, & tenore prædictis statuimus, & ordinamus.

§. 6. Cæterum omnes, & singulas personas utriusque sexus Provinciarum, & Nationis hujusmodi, quæ post celebrationem Capituli Generalis obedientiam pro tempore existentibus Ministris Generalibus ejusdem Ordinis, sicut præmittitur, hactenus non præstiterunt, ex nunc, prout ex tunc, postquam obedientiam hujusmodi a dictis Exponentibus illarum nomine præstitam, ac declarationem circa memoratum Capitulum Generale ab eis factam, ut præfertur, realiter, & cum effectu ratificaverint, a censuris quibuslibet, si quas propter præmissa quomodolibet incurrerunt, seu incurrisse dici, vel prætendi possunt, eadem auctoritate, harum serie, in utroque foro absolvimus, & totaliter liberamus. Ac cum illis ex Fratribus Provinciarum, & Nationis prædictarum, qui censuris hujusmodi, si quas propter eadem præmissa incurrerant, innodati, Sacrosanctum Missæ Sacrificium (non tamen in contemptum clavium) celebraverint, seu aliis Ordinibus ministraverint, super irregularitate per eos quomodolibet inde contracta, ita ut illa, & iisdem præmissis non obstantibus, dummodo nullum aliud Canonicum eis obstet impedimentum, Clericali charactere, quo alias rite insigniti fuerunt, illiusque Privilegiis, ac susceptis per eos pariter rite quatuor minoribus, nec non Sacris Subdiaconatus, Diaconatus, & Presbyteratus Ordinibus uti, & quatenus illos nondum susceperint, ad eos, si ad id idonei reperiantur, servatis alias servandis, promoveri, & promoti in illis, etiam in Altaris Ministerio ministrare libere, & licitè possint, & valeant, in utroque pariter foro dispensamus. Personas itidem supradictas, & eorum quamlibet, si quam, propter eadem præmissa, privationis vocis activæ, & passivæ pœnam incurrerunt, ad vocem activam, & passivam hujusmodi, adversus præmissa, opportunè rehabilitamus, illosque in integrum, & pristinum, ac ad eum, in quo antea quomodolibet erant, statum restituimus, reponimus, & plenarie reintegramus.

§. 7. Omnes insuper, & singulos, tam Capitulares, quam Difinitoriales, & alios quoslibet, tam judiciales, quam extrajudiciales actus, & functiones in supradicto rerum stato, alias tamen legitime per quoscumq. Superiores, Fratres, & personas di-

cti Ordinis in memoratis Provinciis, earumque, & aliis quarumcumque Civitatum, Terrarum, & Locorum Charissimo in Christo Filio Nostro Ludovico Francorum Regi Christianissimo subjectorum Conventibus, Monasteriis, ac Domibus Regularibus, tàm Virorum, quam Mulierum ejusdem Ordinis hactenus gestos, & factos, respectivè cum omnibus inde, cœteroqui pariter legitime, secutis, dicta auctoritate earumdem tenore præsentium validamus, & confirmamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, etiam substantiales, si qui desuper propter præmissa quomodolibet intervenerunt, seu intervenisse dici, censeri, vel prætendi possint, sanamus, & supplemus.

§. 8. Ne autem Natio prædicta tribus Definitoribus Generalibus pro ea hactenus, sicut præmittitur, eligi solitis, diutius destituta remaneat, dilectos Filios Gulielmum Beccard, & Nicolaum Potin de Observantia, ac Hyacintum le Feburs Recollectorum, respective Fratrum Nationis, & Ordinis hujusmodi Professores, de quorum fide, prudentia, rerum agendarum usu, pietate, integritate, charitate, & Religionis Zelo plenam in Domino fiduciam habemus, prædicti Ordinis Difinitores Generales, pro memorata Natione Gallicæ, usque ad proxime futurum Capitulum Generale ejusdem Ordinis duraturos, cum omnibus, & singulis præeminentiis, prærogativis, facultatibus, auctoritate, privilegiis, gratiis, & Indultis, ac honoribus, & oneribus solitis, & consuetis; itaut ipsi Officis Definitorum Generalium hujusmodi, usque ad idem proxima futurum Capit. Generale, gerere, & exercere libere, licite, & valide possint, & valeant in omnibus, & per omnia, perinde ac si ad illa in Capitulo generali dicti Ordinis, de pleno Vocalium consensu, servatisque omnibus servandis, canonice electi fuissent, eadem auctoritate harum serie creamus, facimus, ac constituimus, & deputamus.

§. 9. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit quandocumque, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab ais respective inviolabiliter, & inconcusse observari, & adimpleri: Sicque, & non aliter in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales de Latere Legatos, & dictæ Sedis Nuntios, & alios quoslibet quacumque præeminentia, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 10. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non, quatenus opus sit, prædictorum Ordinis, Nationis, Provinciarum, Conventuum, Monasteriorum, & Domorum Regularium, aliisque quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis, illis, eorumque Superioribus, & personis quibusvis, sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, & Decretis in genere, vel in specie, etiam consistorialiter, & alias quomodolibet concessis, confirmatis, ac pluries approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus specialis specifica, expressa, & individua, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, & singulorum tenores, causas, & occasiones præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, insertis, servatis, & specificatis respective habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, & derogatum esse volumus, cœterisque contrariis quibuscumque.

§. 11. Volumus autem, ut intra quatuor menses, proximos, nomine quarumcumque personarum, Nationis, Provinciarum, Conventuum, Monasteriorum, & Domorum Regularium hujusmodi, dilecti Filii Superiores earumdem Provinciarum, seu alii, ad quos spectat, debitam subjectionem, & obedientiam, juxta Apostolicas, & Ordinis hujusmodi Constitutiones, eidem moderno, ejusq. pro tempore successoribus Ministris Generalibus canonice eligendis a supradictis Exponentibus præstitam, & declarationem circa proxime præteritum Capitulum Generale prædictum ab eis factam, ut præfertur, realiter, & cum effectu ratificare, nec non in subjectione, & obedientia hujusmodi sincere in posterum permanere, præsentiumque literarum dispositioni in omnibus, & per omnia acquiescere omnino teneantur, alioqui eędem præsentes nullæ sint eo ipso. Insuper volumus, ut personæ supradictæ, si quæ, propter præmissa, absolutione in foro Conscientiæ indigeant, pœnitentiam, quam eis Sacerdos idoneus propter eadem præmissa respective imposuerit, omninò adimpleant, alioquin ipsæ præsentes eis, quoad absolutionem in foro Conscientiæ hujusmodi, minime suffragentur.

§. 12. Utque earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die ix. Decembris 1692. Pontificatus nostri anno secundo.

Conceduntur Indulgentiæ perpetuæ utriusque Sexus Personis Ordinis S. Francisci de Observ., nec non Christifidelibus societatum in illorum Ecclesiis erectarum.

INNOCENTIVS PAPA XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

AD ea, per quæ Animarum Christifidelium salus procuratur, libenter intendimus, & eorumdem Christifidelium devotionem, ut spiritualibus exercitiis ferventius incumbant, cœlestium munerum elargitione libenter fovemus, & incitamus.

§. 1. Itaque, de Omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, supplicationibus quoque dilecti Filii Francisci Diaz a Sancto Bonaventura, Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum, Definitoris Generalis, nec non Missionum pro familia Ultramontana dicti Ordinis Procuratoria nomine Nobis super hoc humiliter porrectis incline-

clinati, omnibus, & singulis Fratribus, & Monialibus, & aliis utriusque sexus personis Ordinum, & Congregationum obedientiæ, seu directioni Ministri Generalis ejusdem Ordinis, & pro tempore subjectis, ac etiam Christifidelibus Confratribus, & Consororibus quarumlibet Confraternitatum, & Societatum, sive sub Immaculatæ Conceptionis B. M. Virginis, sive sub alio quolibet titulo, seu invocatione, tàm hactenus in eorumdem Fratrum, & Monialium Ecclesiis canonice erectarum, quam imposterum canonice erigendarum, qui per quadrantem horæ Orationi mentali vacaverint, pro qualibet vice centum dies, qui per duos quadrantes continuatos, vel saltem per quadrantem horæ singulis diebus, & per totum mensem dabunt operam, & vere pœnitentes, & confessi Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum sumpserint, ac pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam semel quolibet mense omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem, quam per modum suffragii Animabus Christifidelium, quæ Deo in charitate conjunctæ ab hac luce migraverint, applicari possint, & Apostolica auctoritate tenore præsentium misericorditer in Domino concedimus. Insuper, quod Fratres, & Moniales, ac utriusque sexus personæ hujusmodi orationi mentali, sive (ut dicitur) *Viæ Crucis exercitiis*, ad quam, seu quod, ratione eorum Regulæ, & Constitutionum, quolibet die tenentur, operam dantes, prædictas omnes, & singulas Indulgentias, & peccatorum remissiones, & pœnitentiarum relaxationes proportionabiliter lucrari, & consequi possint, & valeant, auctoritate, & tenore prædictis indulgemus. Præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 2. Volumus autem, quod præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici, vel Secretarii Generalis dicti Ordinis subscriptis, & sigillo Ministri Generalis ejusdem Ordinis, vel alterius Personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique locorum habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die xxiv. Decembris 1692. Pontificatus nostri anno secundo.

Extenditur facultas confirmandi Guardianos, & promovendi Definitores ad Guardianatum pro Provincia Franciæ ad Provinciam S. Bonaventuræ Fratrum Sancti Francisci de Observantia.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

Alias fel. rec. Innocentio Papa XI. Prædecessori nostro, pro parte tunc existentis Vicarii Provincialis Provinciæ Franciæ Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum, tam suo, quam Definitorii ejusdem Provinciæ nomine, juxta Capitularem resolutionem, die 3. Maii tunc proxime præteriti factam, exposito, quod cum juxta Sedis Apostolicæ, dictique Ordinis Constitutiones, quæ a quindecim circiter abinde annis suum sortitæ fuerant effectum, Guardiani in suis officiis ultra triennium continuare non possent, nec deberent, minusque plura officia in eadem persona combinari, dicta autem Provincia ita vasta, & ampla existeret, ut rarus in ea esset, & vix sufficeret numerus Religiosorum iis qualitatibus præditorum, qui triginta octo Conventibus, & duobus Hospitiis, quibus Provincia prædicta componebatur, digne, & laudabiliter, sub Guardiani, vel Superioris titulo, præficerentur; Fratres Definitorii ejusdem Provinciæ in eorum Provincialibus Capitulis, & Congregationibus intermediis plures, non quidem habiles, sed inter cæteros minus inhabiles, ad Guardiani officium promovere coacti fuerant. Et in eadem expositione subjuncto, quod dictus Vicarius Provincialis in decursu Visitationum Conventuum hujusmodi, quas fecerat, regularem disciplinam exinde in plerisque eorum non mediocrem perpessam fuisse jacturam, ipsamque Provinciam variis, eaque magna in spiritualibus, & temporalibus detrimenta in dies experiri animadvertisset, & ut opportunum his incommodis remedium adhiberetur, idem Vicarius Provincialis Fratribus Definitorii dictæ Provinciæ, ut in tunc proximo eorum Capitulo Provinciali Guardianos, quos magis idoneos reperiissent, in suis officiis, usque ad sequens Provinciale Capitulum, absque præjudicio suffragiorum eisdem in electionibus competentium, & perinde, ac si per tres annos tantum Guardiani extitissent, non solum continuare, sed etiam in uno, eodemque religioso, alias capaci, & idoneo, illa officia ipsum vacare posse judicassent, continuare libere, licite, & valide possent, & valerent, a prædicto Innocentio Prædecessore indulgere plurimum desiderabat: Idem Innocentius Prædecessor, supplicationibus dicti Vicarii Provincialis nomine sibi super hoc humiliter porrectis, inclinatus, Provinciali, & Definitoribus prædictæ Provinciæ, quoties necessitas exegerit, confirmandi Guardianos in eorum officiis ultra triennium, & usque ad Capitula Provincialia, salvis eorum juribus, & prærogativis, nec non eligendi ad Guardianatus officium eos, qui Definitoriatus munere fungebantur, facultatem, auctoritate Apostolica, concessit, & impertitus fuit, & alias, prout in ipsius Innocentii Prædecessoris literis desuper in simili forma Brevis, die 22. Februarii 1678. expeditis, quarum tenorem præsentibus pro plene, & sufficienter expresso, & inserto haberi volumus, uberius continetur.

§. 1. Cum autem, sicut dilectus Filius Franciscus *le Roux* Min. Prov. Provinciæ S. Bonav. dicti Ordinis, in Sacra Theologia Doctor, tam suo, quam Definitorii Provinciæ S. Bonav. hujusmodi nomine, Nobis nuper exponi fecit, in Provincia S. Bonav. præfata eædem prorsus rationes, imo urgentiores, militent, quandoquidem ipsa Provincia Franciæ supradicta amplior existit, majorque in ea, quam in quavis alia dicti Ordinis Provincia, Conventuum numerus reperitur, ac proinde dictus Franciscus Minister Provincialis facultatem a memorato Innocentio Prædecessore pro dicta Provincia Franciæ, sicut præmittitur, concessam, ad Provinciam S. Bonaventuræ præfatam per nos extendi summopere desideret: Nos ipsum Franciscum Ministrum Provincialem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis, inclinati, ac audita super præmissis dilecti Filii Procuratoris Genera-

Digitized by Google

neralis dicti Ordinis relatione, facultatem Provinciali, & Definitoribus Provinciæ Franciæ supradictæ, quoties necessitas exigeret, confirmandi Guardianos in eorum officiis ultra triennium, & usque ad Capitula Provincialia, salvis eorum Juribus, & prærogativis, nec non eligendi ad Guardianatus officium eos, qui Definitoriatus munere fungebantur, a prædicto Innocentio Prædecessore per suas literas prænarratas concessam, ut præfertur, ad prædictam Sancti Bonaventuræ Provinciam, servata tamen earumdem literarum forma, & dispositione, ac itaut circa temporis extensionem conscientia pro tempore existentis Ministri Generalis dicti Ordinis onerata intelligatur, auctoritate prædicta tenore præsentium extendimus, & ampliamus.

§. 2. Decernentes easdem præsentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, plenissimè suffragari. Sicque in præmissis per quoscunque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nec non Provinciæ S. Bonaventuræ, & Ordinis prædictorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, Privilegiis quoque, Indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice duntaxat specialiter, & expressè derogamus, cœterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, die xx. Februarii 1693. Pontificatus nostri anno secundo.

Constitutio Moderatoria facultatum Protectorum Ordinum Regularium.

INNOCENTIUS

Episcopus Servus Servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

CHristifidelium, qui spretis Sæculi hujus illecebris, sub suavi Religionis jugo Divini Numinis sese manciparunt obsequiis, salubriori regimini, & felicioribus in Domino progressibus, quantum Nobis ex Alto conceditur, prospicere satagentes, inter multiplices curas, quibus occurrentium rerum, negotiorumque varietatibus obsidemur, ad illam quoque nostræ considerationis aciem dirigimus, per quam hujusmodi Religiosorum Ordines S. R. E. Cardinalium protectioni commissi, ita ejusdem protectionis perfruantur subsidio, ut claustralis disciplinæ vigor illibatus permaneat, Institutique observantia sarta tecta servetur, ac propterea, quæ curæ hujusmodi Protectorum, & quæ censuræ Superiorum Regularium respectivè, & magis aptè conveniunt, congrua distinctione ordinentur, seu potiùs, quæ respectu alicujus Ordinis per Romanos Pontif. Prędecessores Nostros provida desuper ordinata noscuntur, quo ad illum confirmationis nostræ munimine constabiliantur, & quo ad eumdem, & alios Ordines prȩfatis Protectoribus, sive similiter, sive dissimiliter commendatos, pro una, eademque Regula, ad limites tamen præsentium, pariformiter constituantur.

Sanè, licet S. Franciscus de Assisio in ejus Regula per Sedem Apostolicam confirmata, hisce verbis præceperit -- Per obedientiam ad hoc injungo Ministris, ut petant à Domino Papa unum de Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, qui sit Gubernator, Protector, & Corrector istius Fraternitatis, ut semper subditi, & subjecti pedibus ejusdem S. R. E. Stabiles in fide Catholica, paupertatem, & humilitatem, & Sanctum Evangelium Domini Nostri Jesu Christi, quod firmiter promisimus, observemus -- Nihilominus nonnulli Romani Pontifices Prædecessores Nostri, Protectoris hujusmodi facultates declarandas, finesque, quibus illę concludi deberent, præscribendos esse, in Domino existimarunt, suisque desuper editis literis decreverunt.

Cùm enim aliqui eorumdem Protectorum suam potestatem nimium extendisse dicerentur in pluribus, ex quibus in Ordine Minorum graves perturbationes, & scandala fuissent exorta, fel. rec. Gregorius Papa XI. Prædecessor Noster, suis Sexto Kal. Junii Pontificatus sui anno tertio expeditis literis, ut idem Ordo in sua primæva quiete permaneret, de virtute in virtutem iret assiduè, & quibuslibet amotis præpedimentis, eradicatisque spinis, & tribulis, fructum non solum consuetum, sed etiam uberiorem afferret, ad radicalem submotionem turbationum, & scandalorum ejusmodi jam exortorum, & ne orirentur imposterum, providere, ac ejusdem Ordinis pro tempore existentibus Protectoribus transgressionis suæ potestatis occasionem tollere efficaci remedio cupiens; Auctoritate Apostolica eisdem Protectoribus districtiùs inhibuit, ne præsumerent quæcumque ordinata, statuta, sive disposita, aut ordinanda, statuenda, seu disponenda per Generalia, vel Provincialia, aut Custodialia Capitula, infringere, reprobare, corrigere, suspendere, aut dispensare super ipsis, seu contra ea, vel eorum aliquid, quomodolibet immutare, nisi contra præmissos articulos in præfata regula, ut præfertur, positos, vel aliquem ipsorum, existeret manifestè.

Aut quemcumque Prælatum, seu Officialem dicti Ordinis, seu alicujus loci ejusdem quocumque nomine nuncuparetur, ponere, seu instituere, aut deponere, destituere, seu privare, aut à suo Officio suspendere, seu impedire super ejus libero exercitio quovis modo.

Aut aliquem Fratrem Ordinis antedicti ad Lectoratum, aut quamcumque lecturam, seu studium, vel gradum promovere, aut promotos ab eis removere, seu etiam revocare,

Aut de loco ad locum mittere, aut mutare, sive alicui Fratrum eorumdem eundi ad quodcunque Monasterium, vel locum alium, vel domum, vel aliquam personam, licentiam impartiri.

Et ne insuper, quemvis singularem Fratrem memorati Ordinis de quocunque crimine, vel delicto punire, vel à pœna, seu pœnitentia liberare, aut eam minuere, augere, vel immutare.

Aut etiam alicui Fratri locum, Cameram, Cellam, libros, vel alias res dicti Ordinis concedere, vel ejus usui deputare.

Aut quemcumque per Prælatos ejusdem Ordinis, aut alios deputatum quomodolibet amovere.

Nec etiam de rebus, aut correctione Fratrum di-

Digitized by Google

cti Ordinis, nisi in casibus præmissis contentis in præfata regula, seu eorum aliquo se aliquatenus intromittere quovis modo, ita ut dictus Ordo, seu Fratres ejusdem Ordinis in nullo subessent futuris Protectoribus, nisi in casu, in quo ipsorum Fratrum communitas, vel generale Capitulum (quod abesset) à prædictis articulis, vel eorum aliquo deviassent, alioquin, si secus fecissent, id decrevit irritum, & inane.

Et nihilominus Fratres, qui contra ejusmodi inhibitionem quidquam impetrassent, seu post inhibitionem ejusmodi usi fuissent etiam per alios impetratis, punirentur illis pœnis, quibus fuissent pro gravibus culpis, secundum Statuta dicti Ordinis, puniendi, & nihilominus essent actibus privati legitimis, & à suis, si quæ habuissent, suspensi Officiis ipso facto.

Cœterum memoratus Gregorius Prædecessor eosdem futuros Protectores hortatus fuit attentiùs, quod per facti efficaciam sic nominis sui Officii procurarent effectum, ut Ordo ipse per eos non læderetur in aliquo, sed potius ab adversis, pro tempore forsan imminentibus, suo opportuno defensionis clypeo, protegeretur, & a noxiis præservaretur; Sic actuit providè, & æquitatis, ac modestiæ limites servaturi, ut non traheretur ad noxa, quod provisum fuerat ad salutem, sed ex charitativis gestis eorum Ordo præfatus quietem, & consolationem perciperet, & ipsi Protectores magnum apud Deum præmium sortirentur, & super contrario non opporteret dictæ Sedis providentiæ aliud remedium adhibere.

Successivè rec. mem. Sixtus Papa IV. etiam Prædecessor noster, qui cùm sibi in minoribus constituto memorati Ordinis Generalis cura, & administratio incubuisset, saluberrimum, opportunum, & necessarium dicto Ordini fuisse conspexerat, ut Protectores, ultra præfixum ab ejusdem Ordinis regula, auctoritatem non extenderent; nam expertus fuerat, & viderat, quanta pax, quies, utilitas, quantaque commoda præfato Ordini, & Fratribus ejusdem ex firma, & inconcussa præfatarum literarum dicti Gregorii pariter Prædecessoris observantia, provenerant, quæ, & quantæ pertubariones, jacturæ, incommoda, damna, & gravia scandala in dicto Ordine suscitata fuerant, quoties illius Protectores, suæ auctoritatis limites excedere attentantes, in particularibus dicti Ordinis, & Fratrum ejusdem causis, & negotiis se intromittere, & usurpata sibi auctoritate, ea videre, cognoscere, judicare, & decernere voluerant; Cupiens, ut Religio, & Ordo præfatus, quem affectuosissima Charitate complectebatur, utporè quis in eo à teneris annis enutritus, & doctrinis, ac regularibus disciplinis, & moribus institutus fuerat, quieto consistens statu, virtutibus, & meritis augeretur, & multiplicaretur, ut fidei Catholicæ, & Christianæ Reipublicæ augmentum, & multiplex, ac solidum fundamentum ex ejusdem Ordinis Fratrum operibus, & exemplis, sapientia, & splendore, ac fructuosis studiis, & prædicationibus provenirent, promptissimo, & liberali animo ori dignum censuit, & debitum, ut ea, quæ pro ipsius Ordinis quiete, pace, tranquillitate, & prosperitate à Romanis Pontificibus Prædecessoribus providè statuta, & ordinata fuerant, illibata perdurarent, suæ approbationis munimine solidavit, interpretatus fuit, & declaravit, prout ipsius Ordinis tranquillitati conspexit salubriter expedire.

Præmissa igitur dictarum memorati Gregorii Prædecessoris literarum insertione, ac prævia hujusmodi narrativa, idem Sixtus Prædecessor, ut de cœtero ipsius Ordinis professoribus omnis evagandi extra Religionem occasio tolleretur, & vera suis Prælatis obedientia, in qua Religionis verum, & solidum firmamentum, & robur consistit, exhiberetur, præfatique Ordinis, & Fratrum ejusdem negotia, & causæ, non alibi, neque per alios, quàm in ipso Ordine, & per ipsius Prælatos tractarentur, agitarentur, judicarentur, & determinarentur, tunc existentis Generalis dicti Ordinis Ministri, & totius Generalis Capituli in hac parte supplicationibus inclinatus, inhibitionem, & literas præfatas memorati Gregorii Prædecessoris auctoritate Apostolica, suarum tenore literarum, approbavit, & robur perpetuæ firmitatis obtinere debere decrevit.

Et per eas Protectori præfato pro tempore existenti, nisi in illis casibus, & articulis in regula dictorum Fratrum expressis, & præfati Gregorii Prædecessoris literis declaratis, neque illis, dum non universi, sed aliqui ipsius Ordinis professores, in quovis numero, à Fidei unitate, Sacr. sanctæ Romanæ Ecclesiæ obedientia deviarent, vel regulam præfatam non servarent, sed de eorumdem deviantium, & non observantium regulam correctione, aut reductione, ac aliis quibuslibet causis, & negotiis dicti Ordinis se intromitteret, inhibitum fuisse, dicta auctoritate decrevit, & declaravit.

Hortatusque fuit illum, qui ad Officium Protectionis hujusmodi, quod tunc per obitum bo. me. Bessarionis Episcopi Sabinensis, dicti Ordinis, dum viveret, Protectoris, vacabat, assumi, & deputari contigisset, & ipsius successores dicti Ordinis Protectores, ac eis, in virtute S. Obedientiæ, districte præcipiendo inhibuit, ne extra prædictos articulos, & casus in regula præfata contentos, & expressos, nec etiam in illis, cum non universus Ordo, sed aliqua ipsius pars, vel speciales personæ errarent, ipsorum fratrum querelas audire, seu de ipsorum causis, & negotiis, contra literas, & declarationes hujusmodi, intromittere se quoquomodo præsumerent, sed curarent, vigilarent, & intenderent, uti erat eorum Officium, & prædicti S. Francisci, & præfatæ Sedis intentio fuerat, ipsum Ordinem in quieto, tranquillo, & pacifico statu conservare, & augere, & ab impugnantibus, molestantibus, & perturbantibus protegere, defendere, & tueri, ne, secus agendo, Ordinem præfatum, non solum non protegerent, conservarent, & exaltarent, ut tenebantur, sed in animarum suarum perniciem, & dicti Ordinis detrimentum, & scandalum, perturbarent, destruerent, & confunderent, ut in ejusdem Sixti Prædecessoris, Anno Incarnationis Dominicæ millesimo Quadringentesimo Septuagesimo secundo, quinto Kal. Februarii, Pontificatus sui Anno secundo, expeditis literis continetur.

Quas, & alias præfatas memorati Gregorii Prædecessoris literas, piæ me. Julius Papa II. etiam Prædecessor Noster, qui in Minoribus constitutus, Cardinalatus honore fulgens, dicti Ordinis Protector viginti sex annis, & ultra fuerat, dictosque Fratres tanquam peculiares filios in visceribus charitatis gerens, eadem commoda, & tranquillitatem sinceris affectibus exoptabat, prævis ambarum præfatarum insertione, aliis suis literis sub Dat. Anno Incarnationis præfatæ millesimo quingentesimo octavo, Idibus Octobris; Pontificatus sui Anno quarto, approbavit, ac earumdem suarum literarum patrocinio communivit.

Cupientes itaque, ut pluries animo attentè revolvimus, etiam in hac parte Apostolicæ solicitudinis studium apponere, ac nolentes salutaris provisionis remedium, jamdiu a Nobis præmeditatum, ac etiam à quampluribus diversorum Ordinum Regularibus suppliciter petitum, diutius differre, dictorumque Romanorum Pontificum Prædecessorum vestigiis inhæ-

hæ-

Digitized by Google

hærentes, motu proprio, ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, nec non de nonnullorum Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, & dilectorum filiorum Romanæ Curiæ Prælatorum, pietate, doctrina, prudentia, & rerum usu præstantium, ad hunc effectum, de mandato nostro, congregatorum consilio, præfatas memoratorum Gregorii, Sixti, & Julii Prædecessorum literas tenore præsentium approbamus, confirmamus, innovamus, & ad primævum statum, pristinumque usum reducimus, & reintegramus, illisque in omnibus, & per omnia perpetuum, & inviolabilis firmitatis robur adjicimus.

Insuper, ut in omnibus, & singulis quorumcumque Regularium Ordinibus memoratorum Protectorum curæ commissis, seu committi consuetis, una, eademque, & pariformis, hujusmodi Protectionum sit, & perpetuò esse debeat regula, & disciplina, omnia, & quæcunque, tam in præfatorum Prædecessorum, ut præfertur, confirmatis, quam in præsentibus nostris literis contenta, in omnibus, & singulis, sive S. Francisci, sive cujuscunque alterius Regulæ, vel Instituti, ac quomodocunque erectis, reformatis, seu existentibus, ac erigendis, reformandis, seu futuris, & quomodolibet nuncupatis, seu nuncupandis Ordinibus, Religionibus, Congregationibus, vel Reformationibus tàm virorum, quàm mulierum, curæ Protectorum Ordinis, cujus illi, seu illæ existunt, generaliter commissorum, seu commissarum, observanda, attendenda, ac omnimodæ exequutioni demandanda esse, & fore, motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus, hac in perpetuum valitura Constitutione sancimus, & mandamus. Et nihilominus, ne hujusmodi Protectores in aliquibus negociis, causis, seu rebus, quæ universum Ordinem, seu totum corpus Religionis non concernunt, ex quacunque causa, occasione, titulo, seu prætextu se se quoquo modo intromittant, seu ingerant, etiam tenore præsentium penitùs prohibemus, statuimus, atque decernimus.

Hinc cum, retento præfatarum à Nobis confirmatarum, & ad omnes Ordines Regulares extensarum, ac præsentium nostrarum literarum themate, congruere, & in consequentiam venire videatur, ut memorati Protectores, etiam à cognitione, & definitione causarum, seu litium, vel negotiorum dictos Regulares, vel eorum bona, jura, domos, aliaque, ut præfertur, particulariter concernentium, pariter, seu magis abstinerent: Vice autem versa causæ, lites, instantiæ, petitiones, vel negotia hujusmodi, sive ex indultis, privilegiis, aut Constitutionibus Apostolicis, sive ex regulis, vel Statutis, seu Ordinationibus aliquorum Ordinum, sive ex declarationibus, vel decretis dictæ S. R. E. Cardinalium aliquibus Congregationibus præpositorum, sive ex usu, vel quacunque consuetudine, in aliqua instantia, seu gradu, cujuscunque appellationis, vel recursus à memoratis Protectoribus, seu eorum aliquibus hactenus cognita, examinata, seu judicata fuerint, vel cognosci, examinari, seu judicari potuisse, vel debuisse dignoscerentur, seu prætenderentur: Propterea ut modus, forma, & ordo in præfatis confirmatis, & extensis, ac præsentibus nostris literis constituti, suum plenarium, & consimilem etiam in hac parte sortiantur effectum, omnibus, & singulis præfatis Indultis, Privilegiis, Constitutionibus, Regulis, Statutis, Ordinationibus, Declarationibus, Decretis, usibus, & consuetudinibus, quorum omnium, & singulorum tenores, ac si de verbo ad verbum inserti essent, pro planè, & sufficienter expressis habemus, plenissimè, & amplissimè, motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, derogamus, & derogatum esse volumus, & mandamus, illis aliàs in suo robore permansuris, ac quamcumque instantiam, sive gradum cujuscunque appellationis, vel recursus coram Protectoribus, seu ad Protectores hujusmodi, removentes, tollentes, seu resecantes, quamcumque instantiam, prout de jure, & juxta Ordinis instituta, relinquimus, & cujuscunque appellationis, seu recursus gradum, quem singulis Cardinalibus Protectoribus tenore præsentium omninò, & absolutè adimimus, ipsis Cardinalibus, insimul tamen in Congregatione negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita convenientibus, eamdem tenore præsentium restituimus, concedimus, tribuimus, & impartimur, seu verius utrumque, seu duplicem appellationis gradum, qui super præmissis prius ad Cardinales Protectores præfatos, & successivè, vel respectivè, omisso medio, ad memoratam Congregationem devolvebantur, in eadem Congregatione consolidamus, annectimus, & unimus, & ad unum cognitionis, seu appellationis gradum reducimus.

Ad hæc, cum pariter ex Indultis, Privilegiis, seu Constitutionibus Apostolicis, vel ex Regulis, Statutis, seu Ordinationibus, sive ex usibus, & consuetudinibus, vel aliàs quoquo modo, aliqua nonnullos Prælatos, Superiores, seu alios in aliquibus Ordinibus eligendi, seu deputandi, vel alia quæque facultas, seu auctoritas nonnulla quæcunque gerendi, committendi, mandandi, demandandi, seu ordinandi, præfatis Protectoribus, seu aliquibus eorum quomodolibet attributa, commissa, commendata, seu demandata, specialiter, vel generaliter, contra formam præfatarum Gregorii, & Sixti Prædecessorum literarum existat; Hinc Nos hujusmodi electiones, seu deputationes ad limites Sacrorum Canonum, seu Regularum, & Instituti, vel ad modum, & formam in Comitiis generalibus, seu per Nos auctoritate Apostolica statuendum, & statuendam reducimus, & reductas esse volumus, & mandamus. Quo verò ad cætera, facultatem, seu auctoritatem, quas iisdem singulis Cardinalibus Protectoribus in præmissis, & circa ea penitus adimimus, eorumdem Cardinalium Congregationibus, juxta cujuslibet Congregationis facultates, congrua congruis referendo, similiter restituimus, concedimus, tribuimus, & impartimur; sub ea tamen moderatione, seu declaratione, ut præfatæ Congregationes in illis duntaxat, quæ ad Protectores hujusmodi ex Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, seu ex Statutis, Regulis, vel Constitutionibus cujuslibet respectivè Ordinis, non autem ex usu, consuetudine, vel aliàs spectarunt, loco eorumdem Protectorum subrogentur, & subrogatæ sint, & intelligantur.

Quia verò sæpe sæpius contingit, ut in causis, seu negotiis, quæ in memoratis dictorum Cardinalium Congregationibus proponuntur, exquiratur super expositis informatio, ac quandoque etiam votum, seu delegetur resolutorum exequutio, eamdem proportionem, seu distinctionem, quam præmisimus, etiam in hac parte servari mandamus, ut nimirum in respicientibus totum Ordinem, Protectorum curæ, ut præfertur, commissis, seu relictis, iisdem Protectoribus; In cæteris verò causis, & negotiis, Superiori Generali, vel Procuratori Generali, & in utroque, seu alterutro casu, etiam Congregationi, sive Assistentium, sive Definitorum, sive Consultorum, sive aliter quomodocunque nuncupatæ hic in Urbe, vel in alio Italiæ loco existenti, in qua Ordinis negotia tractantur, seu tractari solent, vel debent,

bent,

Digitized by Google

bent, & quo ad illos Ordines, in quibus hujusmodi insimul, & continue conveniens Congregatio non existit, seu existit, sed extra Italiam, eidem Procuratori Generali, vel soli, vel insimul etiam nonnullis aliis ejusdem Ordinis Superioribus, seu Prælatis, tametsi in diversis locis in Italia, seu extra eam respectivè, ut præfertur, commorantibus, arbitrio semper cujuslibet ex præfatis Cardinalium Congregationibus, juxta rerum, locorum, & personarum qualitates, & circumstantias respectivè, informatio, & votum, ut præfertur, nec non executio hujusmodi, congrua congruis referendo, & servata cœteroquin quoad singulos Ordines forma propriæ Regulæ, Statutorum, seu Instituti, remittatur, delegetur, seu committatur.

Perpendentes etiam Christianæ Reipublicæ præ cœteris expedire, ut Ordinibus Regularibus Prælati inculpatæ vitæ, morumque integritate, virtutibus, meritis, rerumque experientia præstantiores, & aptiores præficiantur, & ad hunc effectum omnimodam, & ab humanis respectibus undequaque immunem, & Sacrosanctam libertatem in illorum electionibus, nedum mirabiliter conferre, sed requiri, memoratos Protectores in Domino hortamur, & enixè obsecramus, ac Electoribus pariter in Domino, & in virtute S. Obedientiæ districtè præcipimus, seu hortationes, obsecrationes, & præcepta hujusmodi renovamus, ut in Comitiis præsertim Generalibus, quibus eosdem pro tempore præsidere, & respectivè interesse contigerit, nedum inter se, & aliis intra Claustra degentibus, sed exteris ipsis quibuscunque, etiam Laicis, quacunque majestate, præeminentia, gradu, & dignitate fulgentibus, propriæ indifferentiæ, ac unici in Dei gloriam, & Religionis bonum respectus, ita se præbeant singulare specimen, & exemplar, talemque hujus rectæ intentionis, & melioris operationis odorem diffundant, ut illi propterea vexationes, & importunas commendationes, ubi spiritus Paraclitus spirat, & præsidet, inutiles, & incongruas esse, seu fore, certius agnoscentes, ab iisdem prorsus abstineant, seu desinant, indeque tam intrinsecus, quàm extrinsecus, omnibus vexationibus, commendationibus, machinationibus, humanisque finibus eliminatis, & explosis, integra, illibata, & intacta Vocalibus remaneat eligendi facultas, & tàm superioris Generalis, quàm aliorum respectivè Prælatorum, undequaque libera, optima, & canonica sequatur electio, ad quam cum Voto, si quod, & eo modo, quo Protectori, juxta cujusque Ordinis Regulas, statuta, vel aliàs, competit, Deum, ejusque honorem, & gloriam duntaxat præ oculis habens, concurrat. Nolumus tamen absentium vota, nec Protectoris, nec cujuscunque alterius, nec etiam ipsorum Cardinalium Congregationum auctoritate suppleri, seu alios Vocales eorumdem absentium loco, seu vice, subrogari, deputari, seu eligi, sed jus eligendi in solis, juxta juris, & Instituti regulas, ad hunc effectum assumptis, & in destinatis loco, & tempore convenientibus consolidari, seu aliàs, prout de jure, permanere omninò volumus, & mandamus.

Ut autem præmissa omnia, & singula eò magis debitum consequantur effectum, & executioni demandentur, ac ad majorem cautelam, seu declarationem, omnia quæcunque, & singula, quæ in præmissis confirmatis, & extensis, & præsentibus nostris literis sunt quoquo modo explicitè, vel implicitè memoratis Protectoribus interdicta, imposterum annullamus, cassamus, & irritamus, seu potiùs nulla, cassa, inania, irrita, nulliusque roboris, & momenti ipso jure, & ipso facto, omni meliori modo declaramus, atque decernimus. Mandantes iisdem nunc, & pro tempore in futurum existentibus Protectoribus, ne cuncta, vel singula præmissa quoquo modo injungant, faciant, mandent, committant, permittant, sive tolerent; nec non quibuscunque Regularibus utriusque sexus, tùm superioribus, etiam Generalibus, tùm subditis, ne iisdem omnibus, & singulis, ut præfertur, præmissa pareant, obediant, morem gerant, adhæreant, seu illa tolerent, vel permittant, sivè omnia, vel singula præmissa quæcunque fiant, seu attententur per sententias, vel decreta, sive in forma judiciali, sive extrajudiciali, tàm per Patentes, quam per privatas literas, seu epistolas, sive per seipsos, sive per quoscunque alios, nedum per viam præcepti, jussionis, mandati, vel commissionis, sed etiam commendationis, & sive palam, sive secretè, tum in quibuscunque scriptis, tùm oretenùs, & tam directè, quàm indirectè, mediatè, vel immediatè, ac aliis quibuscunque formis, & modis, nihil penitùs omisso, præfatorum omnium conscientias desuper onerantes.

Propterea omnes, quascunque, & singulas facultates, auctoritate, & jurisdictione quomodocunque, qualitercunque, & quandocunque, tam in genere, quàm in specie omnibus, & singulis ante hac, sive nunc existentibus Protectoribus hujusmodi, & tam eorum personis, quam gradui, muneri, vel officio concessas, & attributas, vel communicatas, seu ab illis quoquo modo exerceri consuetas, etiam speciali, & individua mentione, moderatione, seu revocatione dignas, earumdem omnium, & singularum tenores, ac si de verbo ad verbum inserti essent, pro plenè, & sufficienter expressis habentes, in omnibus, & singulis, quæ præmissis adversantur, moderamur, reformamus, & ad limites, modum, formam, & tenorem præsentium reducimus, & pro sic moderatis, reformatis, & reductis haberi, censeri, & intelligi volumus, & decernimus; sicque pariter, & non alias, quam servata forma præsentium, & omnium, ac singulorum in illis contentorum facultates, jurisdictiones, & auctoritates hujusmodi, nec non deputationes eorumdem Protectorum imposterum quomodocunque concedendas, attribuendas, seu communicandas, & respectivè faciendas, observari, attendi, intelligi, & exequi omninò volumus, & mandamus.

Quocirca præfatæ Congregationi memoratorum negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum Cardinalium, & dilecto filio Curiæ Causarum Cameræ Apostolicæ Generali Auditori, per Apostolica scripta motu simili mandamus, quatenus omnibus, & singulis præmissis semper salvis, in suo robore permanentibus, Congregatio, vel Auditor præfati præsentes literas in ea parte, quæ prædictam moderationem, seu limitationem facultatum Protectorum hujusmodi, ac in contrarium desuper ab iisdem Protectoribus gerendorum, nullitatem, seu irritationem duntaxat concernunt, ubi, & quandoque opus fuerit, quoties pro parte quorumcunque desuper interesse habentium Congregatio, vel Auditor præfati fuerint requisiti, solemniter publicantes, eisque desuper efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra easdem præsentes in dicta parte duntaxat firmiter observari, & singulos, quos eædem literæ in dicta parte concernunt, illis pacifice gaudere, non permittentes eos quomodolibet indebite molestari, contradictores auctoritate nostra, appellatione postposita, compescendo.

Decernentes, easdem præsentes literas, & in eis contenta quæcunque, etiam ex eo, quod omnes, & singuli supradicti, & alii quicunque cujusvis status,

gra-

Digitized by Google

gradus, ordinis, conditionis, præminentiæ, vel dignitatis, seu alias specifica, & individua mentione, & expressione digni, in præmissis quomodolibet jus, vel interesse habentes, seu habere prætendentes, iisdem præmissis non consenserint, nec ad ea vocati, seu auditi fuerint, tametsi suorum indultorum, vel privilegiorum vigore consentire, seu vocari, & audiri semel, vel pluries quoquo modo debuissent, aut ex alia quacunque juridica, privilegiata, & rationabili, se etiam tali, quæ ad effectum validitatis præmissorum necessariò exprimenda foret, causa, & occasione, colore, prætextu, titulo etiam coeroso, & capite etiam in corpore juris clauso, ullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, vel interesse habentium consensus, aliove quolibet etiam maximo, substantiali, essentiali, & formali, aut incogitato defectu notari, impugnari, infringi, invalidari, retractari, rescindi, in controversiam revocari, ad terminos Juris reduci, seu adversus illas, aperitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcunque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, seu etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus concesso, quempiam in Judicio, vel extra illud uti, seu se juvare nullatenus posse, sed easdem præsentes literas, & in eis contenta quæcunque semper, & perpetuò firma, valida, & efficacia existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere debere, & ab omnibus, ad quos spectat, & pro tempore quandocunque, & quomodocunque spectabit, inviolabiliter, & inconcussè observari; sicque, & non aliter per quoscunque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, & quoscunque Nuncios, & Cardinales, etiam de latere Legatos, necnon quascunque earundem Cardinalium Congregationes, & quovis alios qualibet auctoritate, præeminentia, & potestate fulgentes, & quandocunque fungturos; Sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, judicari, & definiri debere; Irritum quoque, & inane, quidquid secùs super his a quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus omnibus, & singulis præmissis, & quatenus opus sit, nostris, & Cancellariæ Apostolicæ Regulis, & signanter illa de jure quæsito non tollendo, & alia, quod Cardinales in Constitutionibus, & Regulis per nos edendis non comprehendantur, nisi illæ eorumdem Cardinalium favorem concernant, vel ipsæ edendæ Constitutiones de illorum, seu Majoris partis eorum consilio editæ fuerint, aliisque quibuscunque, etiam in Generalibus, Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis, Generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, etiam Apostolicis, necnon quorumcunque, & singulorum Ordinum Regularium, Religionum, Congregationum, seu Reformationum Institutis, Regulis, Statutis, Decretis, & Ordinationibus quibuscumque, etiam in limine erectionis, fundationis, seu Reformationis, etiam in Comitiis Generalibus quoquo modo factis, ac usibus, stylis, & consuetudinibus quibuscunque, etiam centenariis, & immemorabilibus, Privilegiis quoque, & Indultis, ac literis Apostolicis quibuscunque, sub quibusvis tenoribus, & formis, & cum quibuscunque etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & aliis Decretis in genere, vel in specie, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, etiam consistorialiter, ac alias quomodolibet, in contrarium præmissorum concessis, editis, confirmatis, & approbatis, ac pluries, & quantumcumque vicibus innovatis; Quibus omnibus, & singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, & singulorum tenores, formas, causas, & occasiones, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata exprimerentur, & insererentur, iisdem præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, insertis, servatis, & specificatis respectivè habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum harum serie specialiter, & expresse, ac plenissimè, & amplissimè derogamus, & derogatum esse volumus, & mandamus, cæterisque contrariis quibuscunque.

Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides in judicio, & extra illud habeatur, quæ haberetur præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Nulli ergo omninò hominum liceat paginam hanc nostrarum approbationis, confirmationis, innovationis, reductionum, reintegrationis, sanctionis, mandatorum, prohibitionis, statuti, decretorum, derogationum, voluntatum, ademptionum, restitutionum, concessionum, consolidationis, annexionis, unionis, hortationis, obsecrationis, præcepti, renovationis, annullationis, cassationis, irritationis, declarationis, onerationis, moderationis, & reformationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursurum. Dat. Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ millesimo Sexcentesimo nonagesimo tertio. Quarto decimo Kalend. Martii Pontificatus Nostri Anno tertio.

I. F. Card. Albanus.

B. Card. Prodatarius.

Visa de Curia I. Sacripantes.

D. Ciampinus

Loco ✠ Plumbi.

Confirmatur Decretum Congregationis Episcoporum, & Regularium approbans quædam Statuta pro tribus Cœnobiis Recollectionis Provinciæ Sancti Michaelis in Betica Tertii Ordinis S. Francisci.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

NUper pro parte dilectorum filiorum Ministri Provincialis, Custodis, & Definitorum Provinciæ S. Michaelis in Bætica Fratrum Tertii Ordinis Sancti Francisci, Congregationi Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium propositæ, exposito, quod ipsi alias tres Conventus Recollectionis nuncupatos in eadem Provincia erexerant, ad hoc, ut ii Religiosi, qui in eo secessu vitam transigere, ac altissimo, absque ulla perturbatione, famulari cupiebant, certos, & determinatos Conventus haberent: verum, quia pro felici Recollectionis hujusmodi directione nullæ aderant specialiter constitutæ Leges, Definitorium dictæ Provinciæ ad tam salutarem Institutionem constabiliendam, juvandosque eorum, qui eam amplexi fuissent, in via Domini, progressus, nonnulla ediderat Statuta tenoris, qui sequitur, videlicet:

Constitutiones pro Conventibus Recollectionis Provinciæ Andalusiæ Religionis Tertii Ordinis pœnitentiæ S. Francisci, videlicet Conventus nostræ Dominæ Canonicos Sanctos *fundati intra terminos Villæ de Olvera Diœcesis de Malaga, Conventus S. Joannis Baptistæ de Motarina intra terminos Villæ de* Bollullos del Contedo; *ac Conventus S. Joannis Baptistæ* de Alfarache *extra muros Beticæ, ambo Diœcesis Betici Archiepiscopatus.*

„ In primis. Ut illa celsitudo Sanctissimæ paupertatis conservetur, ordinamus, & statuimus, ut Communitas obligata maneat ad providendum quæque necessaria singulis Religiosis præmemoratæ Reformationis, quin aliquis ipsorum, nec sub necessitatis prætextu, absque Provincialis speciali licentia, possit ad ullius rei usum habere recursum.

„ Secundo. Quod constituatur in quovis Conventu locus, ubi cuncta necessaria pro Regulari vestitu reponantur, videlicet habitus, pallium, Tunicæ, Tunicellæ, & cœtera sic.

„ Tertio. Statuitur ut taliter in hisce honesta nuditas, ac Seraphica paupertas observetur, quod nullus Religiosus pluribus induatur, quam interiori una lanea tunica, tunicella una, femoralibus de lino, habitu latitudinis sexdecim palmorum, talari, ut in Regula præscribitur, ac mantello, ad habitus proportionem, abbreviato, & quoad calceamenta singuli portabant sandalies usque ad calcaneum apertas.

„ Quarto. Statuitur, ut Religiosi in Cellis rebus curiosis, aut ornatum construentibus non utantur, itaque dumtaxat habebunt Crucem ligneam, tabulatum, aut arundineum lectulum, duo stragula, unum pulvinar, duas sedes humiles, parvulam unam mensam, & circa librorum usum, eos apud se habere poterit, quos juxta exercitium, & capacitatem Rev. Patris Provincialis sufficientes censuerit.

„ Quinto. Statuitur, ut Religiosorum nemo per se, aut per interpositam personam possit retinere Missarum eleemosynam, sed debeat quamcitius eam Prælato manifestare, & exhibere, & tunc Prælatus ei facultatem præstabit, ut illas Missas, juxta declaratam necessitatem, applicet.

„ Sexto. Statuitur, ut in Matutinis media nocte inviolabiliter per singulos dies Deum benedicant, quin in toto Anni curriculo aliquando dispensetur tam cœlestis hora, in qua a Regalibus Sedibus Altissimus venit, inter Sacratissimæ Virginis brachia primus intonuit, surgens in requiem suam, & noctem sicut diem illuminare monstravit. De cœtero Divinum officium paulatim, reverenter, ac devote recitetur, nec ulla dies absque Missa Conventuali pertranseat.

„ Septimo. Statuitur, ut singulis diebus per duas horas Oratio mentalis exerceatur. Prima hora ante Primam, & secunda post Completorium, & insuper ad prædictarum horarum perfectiorem expeditionem, unusquisque intra Cellam suam, in profundo silentio solus maneat, ante Completorium per unam horam, & ante Missam officii per aliam.

„ Octavo. Statuitur, ut Religiosi, quam minus possint, e Domo egrediantur, nec nisi a quindena in quindenam alicui licentia præbeatur.

„ Nono. Statuitur, ut per totum annum disciplinam habeant feria secunda, quarta, & sexta; exceptentur tamen præsignati dies, si cum solemnibus festivitatibus concurrant. Monemus nec non, quod si aliquis Religiosus Divino fretus auxilio, austeriorem vitam, & carnis mortificationem vellet amplecti, ne, propriæ voluntatis fere imperceptibili laqueo cingens se, pereat, antea omnia Prælatum localem consulat, ejusque nutui se subjiceat, ut alius cingat eum, & ferat, quo non Satanæ, sed Deo proficiat.

„ Decimo. Statuitur, ut nec R. P. Provincialis, nec R. P. Commissarius Visitator possint mittere ullum Religiosum, ut in supradictis Conventibus commoretur, quin prius constiterit eis de exemplari vita, & spiritu probato Religiosi commoraturi, nec Prælatus localis eum commorantem habebit, nisi supposita approbatione Religiosorum, etiam per vota singulorum exhibita.

„ Undecimo. Statuitur, ut nullus Religiosus possit eligi prædictorum Conventuum Guardianus, quin prius laudabiliter per duos annos continuos in eis vitam eorum communem duxerit.

„ Duodecimo. Statuitur, ut nullus Religiosus ob vitam improbam pœnitentia correctus, nunquam a Superioribus Prælatis ad commorandum in præfatis Conventibus mittatur.

„ Tertiodecimo. Statuitur, ut post prandium, & Cœnam tam Benedictio, quam Gratiarum actio decantetur, itaut post prandium, ad Ecclesiam cuncti Religiosi eant, prout in hac nostra Provincia consuetum est, ac deinceps recitantes Psalmum *Miserere mei &c.* regrediantur ad abstergendum scutellas, in quibus manducaverunt.

„ Quartodecimo. Statuitur, ut in singulis Sabatinis diebus omnes Religiosi post Vesperas conveniant ad scopandum Conventum, & Ecclesiam, atque tum ad purificandum Altaria.

„ Quintodecimo. Statuitur, ut in singulis hebdomadibus inter Religiosos conferatur, & dilucidetur aliquod punctum mysticæ Theologiæ, prout moris est.

„ Sextodecimo. Statuitur, ne prædicti Religiosi possint Terras colere, & in eis seminare, nisi tantum unum, aut duplex parvulum spatium, in congruæ sustentationis subsidium, at neque id fiat,

nisi

„ niſi ex gratis, & ad titulum paupertatis Sanctiſſimæ Srctatores, prout in Conventu *de Caſtos,Sanctiei* obſervatur.

„ Decimoſeptimo. Statuitur, ut in Refectorio menſæ non exornentur mappis, ſed duobus linteolis panperculis pro munditie cujuſvis Religioſi.

„ Decimo octavo. Statuitur, ut nemo cæterorum Religioſorum Provinciæ, poſſit apud tres Recollectionis Conventus remanere, niſi ut per aliquos dies a R. P. Provinciali deliberandos, ſerio ſpiritualia eorum exercitia ſequatur, & dum aliquis ſub alio fine, ac prætextu accedat, duobus tranſactis diebus ſubito recedere compellatur.

„ Decimonono. Præcavemus, ut a Sæcularium colloqnio penitus Religioſi abſtrahantur, quapropter dum hoſpites recipere opus ſit, ad devote, & charitative eis neceſſaria miniſtrandum, dumtaxat adſit Patee Guardianus, aut Præſes, vel loco ipſorum, Religioſus modeſtior, à Patre Guardiano deſtinandus, & ſeligendus.

„ Vigeſimo. Statuitur, ut nemo ad habitum induendum recipiatur, quin prius in præordinatis inſerviendo Communitati exerceatur, ſi ſit ad Chorum, per unum menſem, & per duos ſi ſit ad Laicalem ſtatum, & his peractis, circa ſufficientiam, & habilitatem pro ſtatu ſuſcipiendo, ſingulorum vota ſumantur.

„ §. 2. Tandem ultimo ſtatuitur, ut nunquam qui in præſtabilitis tribus Conventibus habitum ſuſceperunt, ab eis ad cæteros Provinciæ Conventus transferantur, niſi gravi urgente cauſa, aut pro bono communi Provinciæ; veruntamen hæc approbanda per Definitorium, una cum Superioris Generalis licentia: & quicumque hanc Regulam ſequuti fuerint Pax ſuper illos.

„ §. 2. Ac proinde pro parte eorumdem Miniſtri Provincialis, Cuſtodis, & Definitorum prædictæ Congregationi Cardinalium ſupplicato, ut trium Conventuum hujuſmodi erectionem, ſive aſſignationem, ſicut præmittitur, factam, nec non ſtatuta præinſerta confirmaret, emanavit ab eadem Congregatione Cardinalium Decretum tenoris ſequentis, videlicet — *Sacra Congregatio Eminentiſſimorum, & Reverendiſſimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſita, attenta relatione Eminentiſſimi Cybo, Ordinis Sancti Franciſci apud Sanctam Sedem Protectoris, referente Eminentiſſ. de Laurea, cenſuit ſupraſcripta ſtatuta eſſe approbanda, prout præſentis Decreti vigore approbat, atque confirmat. Romæ 5. Julii 1693.* — G. Cardinalis Carpineus — A. Altovitus Secretarius.

§. 3. Cum autem, ſicut præfati Miniſter Provincialis, Cuſtos, & Definitores Nobis ſubinde exponi fecerunt, ipſi Decretum hujuſmodi, quo firmius ſubſiſtat, & ſervetur exactius, Apoſtolicæ confirmationis noſtræ patrocinio communiri plurimum deſiderent. Nos eorumdem Exponentium votis hac in re, quantum cum Domino poſſumus, favorabiliter annuere volentes, & eorum ſingulares perſonas a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſolventes, & abſolutas fore cenſentes, ſupplicationibus eorum nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præinſertum auctoritate Apoſtolica tenore præſentium approbamus, & confirmamus, illiq; inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus, ſalva tamen ſemper in præmiſſis auctoritate memoratæ Congregationis Cardinalium.

§. 4. Decernentes ipſas præſentes, literas ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectabit, in omnibus, & per omnia pleniſſime ſuffragari, & ab eis reſpective inviolabiliter obſervari: Sicque in præmiſſis per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari: Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac, quatenus opus ſit, Conventuum, Provinciæ, & Ordinis præfatorum, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus; Privilegiis quoque, Indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis illorum tenores præſentibus, pro plene, & ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

§. 5. Volumus autem, ut earumdem præſentium literarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſuſcriptis; & ſigillo perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides tam in judicio, quam extra illud ubique locorum habeatur, quæ haberetur ipſis præſentibus, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris, die xv. Auguſti 1693. Pontificatus noſtri anno tertio.

Confirmatur erectio trium Cœnobiorum Recollectionis in Provincia Bætica Tertii Ordinis S. Franciſci.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

ALias Nos ſupplicationibus dilectorum filiorum Miniſtri Provincialis, Cuſtodis, & Definitorum Provinciæ Sancti Michaelis in Bætica Fratrum Tertii Ordinis S. Franciſci Nobis nuper ſuper hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum quoddam a Congregatione Venerabilium Fratrum Noſtrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſita emanatum, quo nonnulla Statuta a Definitorio dictæ Provinciæ, pro felici directione trium Conventuum Recollectionis nuncupatorum, in eadem Provincia non ita pridem erectorum, edita, confirmabantur, toto ſtatutorum hujuſmodi tenore inſerto, per quaſdam noſtras in ſimili forma Brevis, die 15. Auguſti proxime præteriti expeditas literas approbavimus, & confirmavimus, prout iiſdem literis, quarum tenorem præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſo, & inſerto haberi volumus, uberius continetur.

§. 1. Cum autem, ſicut Miniſter Provincialis, Cuſtos, & Definitores prædicti Nobis nuper exponi fecerunt, in Decreto ſupradicto ſtatuta præfata dumtaxat confirmata fuerint, ipſi vero Exponentes etiam eorumdem Conventuum erectionem Apoſtolicæ confirmationis noſtræ patrocinio communiri plurimum deſi-

Digitized by Google

desiderent. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 2. Nos igitur ipsos Exponentes amplioris favore gratiæ prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de memoratorum Cardinalium consilio, & attenta relatione, quam Ven: Fr. noster Alderanus Episcopus Ostien. ejusdem S. R. E. Cardinalis Cybo nuncupatus, dicti Ordinis apud Nos, & Sedem Apostolicam Protector, eisdem Cardinalibus super præmissis fecit, Erectionem prædictorum trium Conventuum Recollectionis in eadem Provincia factam, ut præfertur, auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus pariter, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, salva tamen semper in præmissis auctoritate memoratæ Congregationis Cardinalium.

§. 3. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari; Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac, quatenus opus sit, Conventuum, Provinciæ, & Ordinis prædictorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitatite alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ad de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die xxi. Novembris 1693. Pontificatus nostri anno tertio.

SS. D. N. D. Innocentii Divina Providentia Papæ XII. Statutum, quòd de cætero Procurator Generalis Provinciarum Reformatarum Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci Strictioris Observantiæ nuncupatorum, in Capitulo Generali ejusdem Ordinis de sexennio in sexennium eligatur.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

Cum Nos nuper per Nostram, super moderatione facultarum quorumvis, etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, Ordinum Regularium quorumlibet apud Nos, & Sedem Apostolicam Protectorum, editam Constitutionem, inter alia quamcumque eisdem Protectoribus nonnullos Ordinum hujusmodi Superiores, seu Ministros deputandi attributam potestatem sustulerimus, & abrogaverimus, Superiorumque, seu Ministrorum hujusmodi electiones ad Sacrorum Canonum, seu Regularium eorundem Ordinum Institutorum limites, seu aliàs, ad modum, & formam in Comitiis Generalibus ipsorum Ordinum, seu per Nos, & Sedem prædictam respective statuendum, & statuendam reduxerimus, & reductam esse voluerimus, & mandaverimus, ac proindè quæcumque antehac pro tempore existenti Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia, & Reformatorum, seu Strictioris Observantiæ nuncupatorum apud eandem Sedem Protectori Procuratorem Generalem Provinciarum Reformatarum dicti Ordinis in Romana Curia residentem, de triennio in triennium deputandi, sive quarundam Apostolicarum literarum vigore, sive alias quomodolibet competens facultas sublata, & abrogata remanserit. Hinc est, quod Nos, ut Procuratoris Generalis hujusmodi electio rectè, & canonicè in posterum fiat, quantum cum Domino possumus, providere volentes, motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione Nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, ut Procurator Generalis supradictus, qui de triennio in triennium ab eodem Protectore, sicut præmittitur, deputari hactenus consuevit, deinceps de sexennio in sexennium in Capitulo Generali ejusdem Ordinis eligatur, in ejusque electione votum, sive suffragium Fratres Vocales earundem Provinciarum Reformatarum Familiæ Cismontanæ dicti Ordinis tantùm, ibidem unà cum Ministro Generali pro tempore existente Ordinis supradicti, insimul congregati, habeant, & ferant, ac habere, & ferre liberè, & licitè possint, & valeant, tenore præsentium perpetuò statuimus, & ordinamus. Quod si Procuratoris Generalis sic electi Officium antè expletum sexennium per cessum, vel decessum illud pro tempore obtinentis, seu aliàs quomodolibet vacare contigerit, ad Nos, seu pro tempore existentem Romanum Pontificem, pro opportuna desuper provisione obtinenda recurratur. Porro ut ad Procuratoris Generalis hujusmodi electionem, juxta earundem tenorem præsentium faciendam, quantò citiùs, nempe in Capitulo Generali dicti Ordinis propediem, benedicente Domino, in Hispaniis celebrando, deveniri possit, Officium præfatum, quo dilectus Filius Petrus Paulus de Gellia Frater expressè professus Provinciæ Tusciæ ejusdem Ordinis de præsenti fungitur, tametsi illud vigore Literarum Patentium ei a Vener. Fratre Nostro Alderano Episcopo Ostiensi, ejusdem S. R. E. Cardinale Cybo nuncupato, Ordinis hujusmodi apud Nos, & Sedem prædictam Protectore, desuper expeditarum diutius durare deberet, usque ad proximè futurum Capitulum Generale supradictum dumtaxat durare debeat. Cæterum ipsi Petro Paulo Procuratori Generali, quem munus suum fideliter hactenus, & laudabiliter exercuisse accepimus, ut votum, seu suffragium in eodem proxime futuro Capitulo Generali habere, & ferre, necnon omnibus, & singulis privilegiis, gratiis, & indultis, quibus Fratres dicti Ordinis, qui integri triennii spatio Procuratoris Generalis hujusmodi munere in Curia præfata functi fuerunt, tam de jure, usu, & consuetudine, quam alias quomodolibet utuntur, fruuntur, & gaudent, ac uti, frui, & gaudere possunt, & poterunt in futurum, pari modo, & absque ulla prorsus differentia, uti, frui, & gaudere, libere pariter, & licite possit, & valeat, in omni-

omnibus, & per omnia, perinde ac si muneris hujusmodi per integrum triennium functus fuisset, harum serie concedimus, & indulgemus. Præterea privilegia, prærogativas, gratias, & indulta hujusmodi eidem Petro Paulo Procuratori Generali, non ex gratia, vel favore, aut privilegio personali, sed intuitu realium laborum, & tanquam justum præmium ei debitum, concessa fuisse, & de jure competere, nec in fel. record. Urbani VIII. & Clementis X., aliorumve Romanorum Pontificum Prædecessorum Nostrorum Literis, vel Decretis super revocatione, & abrogatione, sive annullatione quorumcumque privilegiorum, & indultorum personalium Fratribus dicti Ordinis contra, vel præter Constitutiones, seu Statuta ipsius Ordinis concessorum, vel concedendorum hactenus emanatis, & quandocunque emanaturis, ullo modo comprehensa fuisse, vel esse, aut fore, seu comprehensa censeri, prætendi, vel intelligi, neque ejusmodi revocationes, abrogationes, & annullationes illi ullatenus obstare, aut eum illarum occasione, seu prætextu quomodolibet molestari, perturbari, vel inquietari posse, earundem tenore præsentium decernimus, & declaramus. Decernentes pariter easdem præsentes Literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter, & inconcusse observari, & adimpleri, sicque, & non aliter in præmissis per quoscunque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. præfatæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, & Apostolicæ Sedis Nuncios, & alios quoslibet, quacumque præeminentia, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, ac, quatenus opus sit, Nostra, & Cancellariæ Apostolicæ Regula de jure quæsito non tollendo, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non Provinciarum, & Ordinis præfatorum, aliisve quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & Consuetudinibus, etiam immemorabilibus; privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis sub quibuscunque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus, in genere, vel in specie, seu aliàs quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, & singulorum tenores, formas, causas, & occasiones præsentibus pro planè, & sufficienter expressis, insertis, servatis, & specificatis respectivè habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, & derogatum esse volumus, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut earumdem præsentium Literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in judicio, & extra illud habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die VII. Aprilis MDCXCIV. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

I. F. Card. Albanus.

Statutum, quod de cætero Procurator Generalis, & Commissarius Generalis Curiæ Romanæ Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum in Capitulo Generali ejusdem Ordinis de Sexennio in Sexennium eligantur.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

SAcrosancti Apostolatus solicitudo, quam, meritis licet, & viribus longè impares, authore Deo, gerimus, Nos stimulat ad ea peculiari studio statuenda, per quæ prospero Christi fidelium divinis obsequiis sub suavi Religionis jugo mancipatorum statui, ac regimini opportunis rationibus consulatur. Cum itaque Nos nuper alias nostras in simili forma Brevis litteras, ut Procurator Generalis Provinciarum Reformatarum Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia Reformatorum, seu strictioris Observantiæ nuncupatorum, qui antehac, de triennio in triennium, a pro tempore existente Ordinis hujusmodi apud Sedem Apostolicam Protectore deputabatur, deinceps de sexennio in sexennium in Capitulo Generali ejusdem Ordinis eligatur, in ejusque electione votum, sive Suffragium Fratres Vocales earumdem Provinciarum Reformatarum Familiæ Cismontanæ dicti Ordinis tantum, ibidem unà cum Ministro Generali pro tempore existente Ordinis supradicti insimul congregati, habeant, & ferant, ac habere, & ferre liberè, & licitè possint, & valeant, sub certis modo, & forma tunc expressis statuerimus, & ordinaverimus; & sicut accepimus, felici dilectorum filiorum Fratrum de Observantia dicti Ordinis gubernio, regularique illorum disciplinæ magnopere conducibile futurum sit, si idipsum, quoad illorum Procuratorem Generalem, & Commissarium Generalem Curiæ Romanæ, qui hactenus, de triennio itidem in triennium, à Ministro Generali supradicto, de Diffinitorium Generalium ejusdem Ordinis Consilio, & assensu, fuit aliàs institui, & deputari consueverunt, pariformiter per Nos statuatur. Hinc est, quod Nos, qui Ordinem prædictum in visceribus paternæ gerimus charitatis, salubri Fratrum de Observantia præfatorum directioni, quantum cum Domino possumus, similiter providere volentes, motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, quod de cætero perpetuis futuris temporibus Procurator Generalis, ac Commissarius Generalis Curiæ præfatæ eorumdem Fratrum de Observantia, qui hactenus de triennio in triennium à memorato Ministro Generali, sicut præmittitur, institui, seu deputari consueverunt, in

in Capitulo Generali ejuſdem Ordinis de ſexennio in ſexennium eligantur, in eorumque reſpectivè electione votum, ſive ſuffragium Fratres Vocales illius Familiæ tantum, Ciſmontanæ ſcilicet, ſeu Ultramontanæ, ex qua nimirum, cœteroqui juxta Regularia Ordinis prædicti Inſtituta per Sedem Apoſtolicam approbata, Procurator Generalis, ſeu Commiſſarius Generalis Curiæ hujuſmodi reſpectivè aſſumendi erunt, unà cum eodem Miniſtro Generali ibidem inſimul congregati habeant, & ferant, ac habere, & ferre liberè, licitè poſſint, & valeant, tenore præſentium ſtatuimus, & ordinamus. Quod ſi Procuratoris Generalis, ac Commiſſarii Generalis ſic electorum Officia, ſive eorum alterum per ceſſum, vel deceſſum illa, ſeu illud pro tempore obtinentium, vel obtinentis, ſeu aliàs quomodolibet vacare contigerit, ad Nos, ſeu pro tempore exiſtentem Romanum Pontificem, pro opportuna deſuper proviſione obtinenda, recurratur. Cœterum, ut ad eorumdem Procuratoris Generalis, ac Commiſſarii Generalis electionem, juxtà earumdem tenorem præſentium faciendam, quanto citius, nempe in Capitulo Generali dicti Ordinis prope diem, benedicente Domino, in Hiſpaniis celebrando, deveniri poſſit, Officia præfata, quibus dilecti filii moderni Procurator Generalis, ac Commiſſarius itidem Generalis ejuſdem Curiæ de præſenti funguntur, ac illorum quodlibet, tametſi illa vigore quarumvis litterarum patentium eis, ac eorum cuilibet à dilecto filio moderno Miniſtro Generali dicti Ordinis deſuper expeditarum, ac forſan etiam auctoritate Apoſtolica confirmatarum diutius durare deberent, uſque ad proximè futurum Capitulum Generale ſupradictum duntaxat durare debere, motu ſcientia, deliberatione, & poteſtatis plenitudine paribus, harum ſerie decernimus, & declaramus. Decernentes pariter eaſdem præſentes literas, & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo, quod quicumque in præmiſſis intereſſe habentes, ſeu habere quomodolibet prætendentes illis non conſenſerint, nec ad ea vocati, citati, & auditi fuerint, ſeu ex alia quacumque cauſa, colore, prætextu, & capite, etiam in corpore Juris clauſo, nullo umquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, ſeu intentionis noſtræ, aut intereſſe habentium conſenſu, aliove quolibet, etiam formali, & ſubſtantiali defectu notari, impugnari, infringi, retractari, aut ad terminos juris reduci, ſeu in controverſiam vocari, aut adverſus illas aperitionis oris, reſtitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, ſeu impetrato, etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, conceſſo, vel emanato, quempiam in Judicio, vel extra illud uti, ſeu ſe juvare poſſe, ſed ipſas præſentes literas ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectabit, in omnibus, & per omnia pleniſſimè ſuffragari, & ab eis reſpectivè inviolabiliter, & inconcuſsè obſervari, & adimpleri, ſicque, & non aliter in præmiſſis, per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, & Apoſtolicæ Sedis Nuncios, & alios quoſlibet quacumque præeminentia, & poteſtate fungentes, & functuros; ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & authoritate, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtan. præmiſſis, ac, quatenus opus ſit, noſtra, & Cancellariæ Apoſtolicæ regula de Jure quæſito non tollendo, aliiſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, nec non dicti Ordinis, aliiſve quibuſvis, etiam Juramento, Confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, etiam immemorabilibus; Privilegiis quoque, indultis, & litteris Apoſtolicis ſub quibuſcumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiſque efficacioribus, & inſolitis clauſulis, irritantibuſque, & aliis decretis etiam motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine paribus, in genere, vel in ſpecie, ſeu aliàs quomodolibet in contrarium præmiſſorum conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas Generales idem importantes mentio, ſeu quævis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquiſita forma ad hoc ſervanda foret, illorum omnium, & ſingulorum tenores, formas, cauſas, & occaſiones præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſis, inſertis, ſervatis, & ſpecificatis reſpectivè habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum hac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus, & derogatum eſſe volumus, cœteriſque contrariis quibuſcumque. Volumus autem, ut earumdem præſentium litterarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis, manu alicujus notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides in Judicio, & extra illud habeatur, quæ ipſis præſentibus haberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud ſanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris, die 10. Aprilis 1694. Pontificatus Noſtri Anno tertio.

I. F. Card. Albanus.

Digitized by Google

CAPITULUM GENERALE SEPTUAGESIMUM OCTAVUM.

In Dei Nomine Amen.

Hæc est Tabula Celeberrimi Capituli Generalis totius Ordinis Fratrum Minorum S. P. N. Francisci, in Conventu ejusdem, Victoriæ in Vigilia Pentecostes, die 29. Maii 1694. celebrati.

Ad quod ex utroque Orbe ducenta octaginta novem suffragia convenere.

Præsidente in eo Illustrissimo & Reverendissimo D. D. Fr. Joanne à Sancta Maria Alonso, & Valeria Episcopo Celsonense, Sanctissimi D. N. Innocentii Divina Providentia Papæ XII. Prælato domestico, & in Cappella Pontificia Episcopo Assistente, insignis Ecclesiæ Collegiatæ Sancti Sepulchri Priore, & Catholicæ Majestati à Consiliis, ex ipso Sacro Ordine assumpto, tanquam specialiter Subdelegato Illustrissimi, & Reverendissimi D. D. Federici Caccia Archiepiscopi Mediolanensis, apud Carolum Secundum, Regem Catholicum, Nuncii Apostolici, atque ad idem Capitulum Generale per Breve ejusdem SS. D. N. Papæ Innocentii XII. feliciter regnantis, cum facultate Subdelegandi Præsidentis, specialiter Delegati.

MINISTER GENERALIS.

IN primis. Absoluto feliciter sexennio, ex quo Reverendissimus P. Fr. Marcus Zarzosa ad Ministeriatum Generalem Romæ promotus fuerat, & ante completum sui officii biennium, cum magno bonorum mœrore è vivis sublatus, in ejusque vices, & locum Reverendissimus P. N. F. Joannes Alvin Provinciæ Sancti Michaelis in Extramadura, Lector Jubilatus, Ex-Minister Provincialis, & actualis Diffinitor Generalis, primò per consueta electorum suffragia, ad præscriptum statutorum, in totius Ordinis Vicarium Generalem, deindè per Breve speciale felic. record. Alexandri Papæ VIII. in Ministrum Generalem fuerat electus, quadriennio hujus cum totius Ordinis ædificatione completo.

Reverendissimus P. N. F. Bonaventura Poerius de Taberna, Lector Jubilatus Provinciæ Observantis Calabriæ, Ex-Minister Provincialis, Ultramontanæ Familiæ Ex Secret. Generalis, Ex-Diffinitor Generalis Ordinis, & actualis Commissarius Generalis Romanæ Curiæ, cunctorum animis in ipsum confluentibus, singularumque Nationum votis expetitus, plenis Patrum vocalium suffragiis, incredibili, & usque ad lacrymas tenero applausu, in totius Seraphici Ordinis Generalem Ministrum ritè, & canonicè electus est.

Commissarius Generalis Cismontanæ Familiæ.

Rev. P. F. Hyacinthus Hernandez de la Torre, Lector bis Jubilatus, Scriptor Ordinis, Episcopatus Cæsaraugustani Examinator Synodalis, ac Religiosissimæ Provinciæ Aragoniæ de Observantia Ex-Minister Provincialis, & Custos actualis, similiter canonicè electus est in Commissarium Generalem Familiæ Cismontanæ.

Pater Diffinitor, ac Discretus perpetuus utriusque Familiæ.

Reverendissimus P. Fr. Joannes Alvin, Lector Jubilatus, Sanctissimæ Inquisitionis Qualificator, Catholicæ Majestatis pro Immaculata Conceptione Theologus, & totius Ordinis Ex-Minister Generalis.

Pater Diffinitor, ac Discretus perpetuus Familiæ Cismontanæ.

Rev. P. F. Julianus Chumillas, Lector Jubilatus, Provinciæ Carthaginensis Ex-Minister, Ex-Commissarius Generalis Familiæ, & actualis Indiarum Commissarius Generalis.

Patres Diffinitores, ac Discreti perpetui Familiæ Ultramontanæ.

Reverendissimus P. F. Carolus Franciscus de Varesio, Lector Emeritus, supremæ Romanæ Inquisitionis Qualificator, Lateranensis Pœnitentiariæ Præses, Reformatæ Provinciæ Romanæ Ex-Minister, Ex-Procurator Generalis Reformatorum, atque Ultramontanæ Familiæ Ex-Commissarius Generalis.

Reverendissimus P. F. Antonius ab Introduco, Lector Jubilatus, Romanæ Provinciæ Observantis Ex-Minister, Ex-Diffinitor Generalis Ordinis, Eminentissimi, & Reverendissimi D. Cardinalis Othoboni S. R. E. Vice-Cancellarii Theologus, ac Ultramontanæ Familiæ immediatus Ex-Commissarius Generalis.

Reverendissimus P. F. Michael Angelus de Candia, Provinciæ Romanæ Lector Generalis, Ex-Provincialis Candiæ, Ex-Commissarius Generalis Romanæ Curiæ, Sancti Officii Consultor, plurium in Italia supremorum Principum Theologus, & Consiliarius, S. Pal. Apost. sub fel. record. Alexandro Papa Octavo, & feliciter regnante SS. D. N. Innocentio XII. olim Concionator Pontificius ordinarius, Sac. Congreg. Visitationis Apostolicæ, & Status Regularium à Sanctitate sua cum suffragio adscriptus, & à prædicto Alexandro VIII. Ex-Commissariis Generalibus Ultramontanæ Familiæ in omnibus, & per omnia adnumeratus.

Officiales Generales Romanæ Curiæ.

Juxtà dispositionem Litterarum Apostolicarum SS. D. N. Innocentii XII. per vota secreta, & ballotationes Patrum vocalium suarum respectivè Familiarum, Præsidente, & proponente Reverendissimo P. N. Ministro Generali, canonicè electi sunt.

Procurator Generalis Ordinis.

A. R. P. F. Joan. Bapt. ab Atina, Lect. Jubilatus, Ex-Secretar. Generalis Ultramontanæ Familiæ,

liæ, Provinciæ Observantis Principatus Ex-Minister, & Sacri Montis Syon Guardianus, ac totius Terræ Sanctæ Custos actualis.

Commissarius Generalis Romanæ Curiæ.

A. R. P. F. Franciscus *de la Fertilla*, Almæ Provinciæ Cantabriæ Pater, & Lector Jubilatus, ac hujus Conventus Victoriensis actualis Guardianus.

Procurator Generalis Reformatorum.

A. R. P. F. Petrus Paulus de Cellis, Senensis, Sacræ Theologiæ Lector Generalis, Provinciæ Reformatæ Tusciæ Ex-Minister Provincialis, & immediatus Ex-Procurator Generalis, per vota secreta, & ballotationes Patrum Discretorum Ordinis, & Familiæ, nec non Vocalium Reformatorum ejusdem, juxta novam dispositionem Brevis Pontificii, sub eadem Præsidentia, & propositione, canonicè pariter electus est.

Diffinitores Generales Ultramontanæ Familiæ.

A. R. P. F. Franciscus de Ragusio, Lector Jubilatus, Provinciæ Observantis Ragusiæ Ex-Minister Provincialis, Pro-Minister actualis, atque aliàs Diffinitor Generalis.

A. R. P. Fr. Didacus de Lauro, Concionator Generalis, Sancti Officii Consultor, & Provinciæ Reformatæ Terræ Laboris actualis Minister Provincialis.

A. R. P. F. Fidelis à Papia, Sac. Theologiæ Lector Generalis, & Provinciæ Reformatæ Sancti Didaci secundò Minister Provincialis actualis.

A. R. P. F. Franciscus à Clusis, Concionator Clarissimus, Sancti Officii Consultor, Provinciæ Observantis Vallis Mazzariæ Ex-Minister Provincialis, & actualis Custos.

A. R. P. F. Joan. Jacobus Romanus, Lector Jubilatus, Ex-Secretarius Generalis Familiæ Ultramontanæ, & Almæ Romanæ Observantis Provinciæ Minister Provincialis.

A. R. P. F. Sixtus ab Alphianello, Sac. Theologiæ Lector Generalis, Sanctæ Inquisitionis Consultor, & Provinciæ Obser. Brixiæ tertio Minister Provincialis actualis.

A. R. P. F. Mattheus à Sancto Stephano, Lector Jubilatus, Provinciæ Observant. Terræ Laboris Ex-Minister Provincialis, & actualis Custos.

A. R. P. F. Franciscus Caccia, Prædicator Generalis, Lector Emeritus, & Provinciæ Reformatæ Austriæ Custos actualis.

A. R. P. F. Franciscus Cajetanus de Fulgineo, S. Theologiæ Lector Generalis, Almæ Provinciæ Obser. S. P. N. Francisci Ex-Minister Provincialis, & actualis Custos.

A. R. P. F. Joannes Franciscus de Rapallo, Sac. Theologiæ Lector Generalis, Ex-Secretarius Generalis Ultramontanæ Familiæ, & Provinciæ Reformatæ Genuæ Prominister.

Diffinitores Generales Familiæ Cismontanæ.

A. R. P. F. Martinus Vdalaccbea, Lector Jubilatus, & Almæ Provinciæ Cantabriæ secundò actualis Minister Provincialis.

A. R. P. F. Joseph Fellin, Lector Jobilatus, Archiepiscopatus Valentini Examinator Synodalis, & Provinciæ Valentiæ pro secunda vice Minister Provincialis actualis.

A. R. P. F. Bonifacius Maes, Lector Jubilatus, Ex-Diffinitor Generalis, & Provinciæ Sancti Joseph in Flandris ter Ex-Minister Provincialis, & actualis Prominister.

A. R. P. F. Ludovicus à Sancto Joseph, Lector Theologus, Sancti Officii Qualificator, ac Provinciæ Sancti Antonii Discalceatorum in Lusitania Ex-Minister Provincialis, & Custos actualis.

A. R. P. F. Philippus Thaure Gallus, Doctor Tolosanus, & Provinciæ Aquitaniæ Antiquioris secundo Minister Provincialis actualis.

A. R. P. F. Franciscus Du-Valen, Gallus, Doctor Theologus, & Magnæ Provinciæ Turoniæ Ex-Minister Provincialis, ac Prominister actualis.

A. R. P. F. Henricus Tempel, S. Theologiæ Lector Generalis, ac Provinciæ Saxoniæ S. Crucis Ex-Minister Provincialis, actualis Prominister.

A. R. P. F. Hieronymus Raoult Gallus, Provinciarum Galliæ in Romana Curia Agens Generalis, per speciale Breve Sanctissimi utraque voce in hoc Capitulo Generali donatus, & Provinciæ Recollectorum Immaculatæ Conceptionis in Gallis Ex-Diffinitor.

A. R. P. F. Joseph à S. Joanne, Sac. Theologiæ Lector, & Provinciæ Sancti Joseph Discalceatorum in Hispania Custos actualis.

A. R. P. F. Franciscus de Aranda, Lector Jubilatus, & Provinciæ Tertii Ordinis Sancti Michaelis in Bætica secundo Minister Provincialis.

Guardianus Sac. Montis Syon, & totius Terræ Sanctæ Custos.

A. R. P. F. Balthassar Caldera, Provinciæ Observantis Mediolani Ex Diffinitor, & Pater, ac Terræ Sanctæ in Ducatu Mediolanensi Commissarius duodennalis.

Vicarius.

P. F.

Guardianus Constantinopolitanus.

Relinquitur arbitrio Reverendissimi P. N. Ministri Generalis.

Studia Generalia, & Lectores Generales.

Relinquuntur liberæ dispositioni Reverendissimi P. Ministri Generalis, prout factum est in Capitulo Generali Toletano de anno 1633.

Confirmatio Electionis Reverendissimi Patris Fratris Bonaventuræ Poerio in Ministrum Generalem totius Ordinis Minorum Sancti Francisci.

INNOCENTIUS XII.

DILECTE Fili salutem, & Apostolicam benedictionem. Cum, sicut Nobis nuper exponi fecisti, tu in Capitulo Generali Fratrum Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupato, in oppido, Civitate etiam nuncupato Victoriæ, Calagiritanum Diœces. novissime celebrato in Ministrum Generalem ejusdem Ordinis canonicè electus fueris, Electionemque hujusmodi, pro majori illius validitate, & subsistentia, Apostolicæ confirmationis nostræ robore communi-

ri

Digitized by Google

ri summopore desiderea; Nus sperantes electionem hujusmodi de persaua tua, ut præfertur, factam, ob tuum Religionis zelum, fidem, prudentiam, integritatem, & doctrinam, eidem Ordini plurimum pro futuram; teque specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasiune, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existis, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus tuo nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Electionem de persona tua in Ministrum Generalem dicti Ordinis, ut præfertur, factam, authoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, &, quatenus opus sit, dicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice duntaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die xxx. Julii 1694. Pontificatus nostri anno quarto.

I. F. Cardinalis Albanus.

Frater Bonaventura Poerius Lector Jubilatus, ac totius Ordinis Fratrum Minorum S. P. N. Francisci Minister Generalis, & Servus, Dilectis Nobis plurimum in Christo Patribus, & Fratribus, Superioribus, & Subditis ejusdem Ordinis in utraque Familia sub nostra obedientia Deo famulantibus salutem in eo, qui est vera salus.

Robusta procerrimæ staturæ corpora, & superflus featent humorum copia, & pro athletici habitus qualitate procliviora sunt in ruinam. Malum autem effectum à bona aliàs origine derivatum, nec sine remediis esse fatentur, cum Hippocrate Medici, nec longè à remedio benè valere posse plethoricum hominem docent, quod tamen in eo solum possunt, ut minorantibus mali humores evacuentur, & præservantibus bonorum qualitas à maligno præliberetur. Nonnè Seraphicus Ordo noster, Fratres, & Filii mei dilectissimi, gigas ad cum sole totius Orbis currendam viam non impariter exultans? Quis ergo mirabitur, quod tàm frequentes inter nos prodeant, & tàm variæ Constitutiones? Uterque Orbis Corporum saluti medicinas parat, nec dissimiliter utroque ex Orbe congregatum Religionis Minoriticæ Generale Capitulum, vastissimæ molis corpori legum pharmaca adaptat, quorum virtute humorum fervor & temperetur, ne noceant, & putre expellatur, ne occidant, & temperies servetur, ut prosit, & præoccurretur alterationi, ut inter fragilitatis humanæ variationes, quietiùs, tutiusque subsistant. Ideo enim factæ sunt leges, ut earum metu humana coerceatur audacia, tutaque sit inter improbos innocentia, & in ipsis improbis formidato supplicio refrænetur nocendi facultas.

En ergo vobis in Christo charissimi pharmaca, quæ Franciscana Ecclesia nostra toto Orbe in Spiritu Sancto congregata, communi saluti consulens, in nuper celebrato Victoriensi Generali Capitulo proponere decrevit. Finis Medici sanitas est, siquidem objectum ejus corpus sanabile. Qui autem dicit hominem, docente Augustino, dicit peccatorem, infirmum videlicet, atque adeò à Medico Legislatore curandum. Leges condendi Medicina à legis æternæ Conditore est, à quo est omnis medela. Quis autem curationem negligat, nisi qui donum Dei respuere etiam audeat? Altissimus enim de terra creavit medicamenta, & vir prudens non abhorrebit illa. His ut impleamini, quantum cujusque patiatur necessitas, ægritudinis ipsius invitat Natura: Solus enim ille scandalizatur in lege, cujus vita contra regularem disciplinam parat insidias.

Proponentibus ergo Nobis toti Ordinis Fraternitati paucas istas noviter paratas leges, hortantibusque ne in vacuum Dei gratiam recipiatis, libenti animo intendite, ut ex medicamine proficiatis. Habetis hic variorum generum plura; quippe non omnia proposita Regulæ respiciunt substantiam; sunt & de præcedentia, sunt & de privilegiis Fratrum dispositiones: id enim est medicè procedere, ut non viscera tantum, & sanguis, sed & cutis, & ungues curentur, inferioribus non neglectis. Quæ ad boni regiminis providentiam attinent, non eo titulo sunt negligenda, quia minima; immò quia lapillus grande simulacrum percutiens prostravit, hæc parva quoque attendenda sunt, ut illis in quiete positis, nihil habeat Regulæ observantia, quod expavescat turbationis.

Eja ergo, Fratres Charissimi, pro vobis metipsis, pro Ecclesiæ lætitia, pro vestri Populi gloria dilatanda, poculum, quod præsentamus, ebibite, in quo nihil ignotum, nil prorsus novum, licet arte fortè nova manipulatum. Quæcumque hic ad vestram doctrinam scripta sunt, nihil ampliùs dicunt, quam vestram salutem, & ea dictantium spiritus nihil de suo hic voluit, præter curandi solicitudinem: cuncta in Seraphicæ Regulæ hortulo, in veterum Constitutionum campo, in precelsis Apostolicarum declarationum montibus sunt collecta. Gustate fructum gutturi vestro dulcem futurum, & videte, quoniam suavis est Dominus, à quo malis vestris remedia sperare, mediis legum Pharmacis, rationabiliter debetis.

Id unum de nostro ponemus, quod, ne pereat in nostra conscientia Frater, pro quo mortuus est Christus, sicut in olla, publici boni zelo succensa, Patres nostri in Capitulo Generali hæc legum medicamina paravere: sic nos, quibus Medicorum vestrorum soluto Collegio, ad infirmorum imbecillitatem sustinendam totius corporis per Generalem Ministeriatum est demandata curatio, virgam vigilantem, in legum exigenda observantia præferemus; vigilantem quidem, ut eas servari curemus, virgam verò, ut non servantem correctione consolemur, aut punitione compescamus. Vigilabimus ergo observantiæ, ne videamur in Tabernaculo Heli custodiens legem, cujus in filiis suis observantiam non curavit. Ut vos tanquam filios diligamus in visceribus Charitatis, virgæ non parcemus: non enim minùs, quam David Ammon suum primogenitum, vos diligimus, sed ne impuniti à Patre, Ammon mortem exigat Tartareus Absalon, increpare, & castigare, cum opus fuerit, pro va-

letu-

Digitized by Google

getudiue vestra studebimus. Hæc vobis breviter de harum Constitutionum publicatione, nostroque, eirea illarum observantiam, animo duximus significanda, considerantes, quod non de filia Sion, sed filia Ægypti per Jeremiam Dominus dixit, frustra multiplicari medicamius, cum nulla illi fanitas esset futura. Valete, & pro Legislatoribus vestris, de salute vestra sollicitis, nec non pro Nobis perpetuæ vastræ in utroque homine incolumitatis studiosis, orare mementote. Datum Matriti in Regio Conventù nostro S. P. Francisci, die 25. Augusti 1694.

Fr. Bonaventura Poerius
Minister Generalis.

Locus ✠ Sigilli.

De mandato S. Reverendissimæ Paternitatis.

Fr. Ludovicus de la Torre
Sec. Generalis Ordinis.

Sequuntur Statuta, Ordinationes, & Decreta præsentis, Capituli Generalis,

Pro Utraque Familia.

1. IN primis Capitolum Generale desiderans totis visceribus puram Regulæ Observantiam, & Regularem Instituti nostri Seraphici Disciplinam, in qualibet Ordinis Pruvincia fartam, tectam, atque illibatam conservare, & sicubi ex humana fragilitate collapsa fuerit, restaurare, sincerè, & solemniter protestatur, se nullam admittere, circa ullum Præceptum Regulæ dispensationem, vel Apostolicam concessionem, per quam aliter, ac in textu ejusdem Regulæ, & declarationibus Nicolai III. & Clementis V. Summorum Pontificum, quo ad puram, & strictam Regulæ Observantiam litteralem Nobis vivere permittatur, iis omnibus, ad exemplum etiam Majorum nostrorum, ex animo renuncians, & cum effectu pro renunciatis haberi volens.

2. Ea propter omnes, & singulos abusus, si qui, vel ex Fratrum imbecillitate, vel ex malo, aut Nobis omnino illicito Privilegii alicujus usu, cujus virtute in quoquam Regulæ Præcepto [illegible] Æquipolente, aut vim præcepti habente, cum Ordine, vel Provincia, vel Conventu dispensetur, vel ex temerè antiquatis in aliqua Provincia, aut Conventu, ex aliqua parte præfatis Nicolai, & Clementis Constitutionibus irrepserunt, concorditer, & una voce Vocales omnes, in utriusque Familiæ Discretorio, detestantur, damnant, rejiciunt, & proscribunt, ac pro detestatis, damnatis, rejectis, & proscriptis haberi volunt: solisque prædictis Nicolai, & Clementis declarationibus, posterioribusque successorum Romanorum Pontificum eas confirmantibus Constitutionibus, & præcipuè S. M. Innocentii XI. quæ incipit: *Sollicitudo Pastoralis Officii, &c.* de anno 1679. die 20. Novembris, nobis uti, & secundum eas in Regulæ Observantia vivere licitum esse, Capitulum Generale declarat, non autem secundum pravam aliquam, etiam inveteratissimam, consuetudinem, aut Doctrinam, aut cujusvis generis privilegium, vel in substantialibus dispensationem.

3. Cùm autem Religionis intentio sit, hanc solemnem puræ, & litteralis observantiæ protestationem, non in solo nomine, solisque vocibus debere consistere, sed ad optatum finem, executionemque perduci: In primis, per Sanctam obedientiam, & sub actuum legitimorum, atque officii privatione serio injungimus, ac præcipimus Superioribus Localibus Conventuum, pro Novitiatu in qualibet Provincia deputatorum, ut antedictas Nicolai, & Clementis declarationes à quolibet Novitio, post recitationem Regulæ, antequam pro ejus professione ultima Communitatis vota exquirantur, memoriter recitari faciant, sive Latina, sive ad majorem facilitatem, & intelligentiam vernacula lingua, saltem summariè, compendiosè, & quo ad omnia puncta substantialia.

4. Omnium etiam Conventuum, tam Novitiatus, quàm non Novitiatus Superiores Locales bis in anno, videlicet Mensibus Januarii, & Julii, sub pœna privationis suorum officiorum, ad Communem Mensam legi faciant easdem Apostolicas declarationes communitati Fratrum congregatæ, vel Latina, qua editæ sunt, lingua, vel vernacula, in qua per extensum ad omnium captum, & notitiam traduci eas faciant. De cujus Decreti executione Ministri Provinciales, & Commissarii Visitatores, tempore visitationis nominatim inquirant, & si Superiores Locales non obedierint, eos officio irremissibiliter privare teneantur, quod si essent citò completuri, voce activa, & passiva eos per triennium destituant.

5. Deinde sub Divini districtione Judicii, ac Officiorum privatione, atque ad ea, & omnia alia inhabilitatione perpetua Patribus Provincialibus mandamus, ut in sua quilibet Provincia, postquam præsentium Actorum exemplaria impressa receperint, intra duos menses, per se, quantum fieri potest, & per suos Commissarios, Religiosos doctos, & graduatos, ac status nostri Zelatores, qui de consilio, & assensu Patrum Diffinitorii instituantur, in omnibus suæ Provinciæ Conventibus, circa observantiam paupertatis diligenter inquirant.

6. Præsertim iidem Ministri Provinciales, & eorum Commissarii sic instituti, & expediti in assignatis sibi Conventibus, scripturas omnes fundationum, assignationum, & Legatorum, sive perpetuorum, sive ad tempus nondum elapsum; & quaruncumque eleemosynarum, quovis titulo, authore, & via, Conventibus obvenienentium, visitent, perlegant, & recognoscant; illarumque copias in iis tantum particulis, quæ tales fundationes, assignationes, obventiones, Legata, & eleemosynas certas, concernunt, cœteris omissis, fideliter extractas, per se ipsos, ac Guardianos, & Discretos Conventuum subscriptas, & Conventus pariter sigillo munitas, secum asportent.

7. Sindicos quoque Apostolicos alloquantur, & eorum administrationis libros videant, ut ex adnotatis, & eorum vocali informatione cognoscant: Primò. An Conventus quidquam contra Regulæ puritatem possideat: Secundò. An judicialiter à Fratribus, tanquam Dominis, an verò eleemosynaliter, assignationes, obventiones, & Legata nostro statui permissa exigantur. Tertiò. An in Hortis Conventuum fructus ad vendendum, aut uvæ ad vinum faciendum, colligantur; aut Triticum, & alia Grana serantur, aut segetes, & sub quo nomine. Quartò. Tandem an ipsi Sindici in omnibus suum Officium liberè, & exactè adimpleant.

8. Opere inter quatuor Mensium spatium completo, & scripturis sic, ut prefertur, exaratis, & collectis, Minister Provincialis cum eorumdem PP. Diffinitorii assensu, deputet quatuor ex magis graduatis Provinciæ Patribus in Diffinitorio votum non habentibus

bentibus, ſive Ex-Provinciales fuerint, ſive Ex-Cuſtodes, aut Ex-Diffinitores, ſive Lectores Jubilati, quibus ſcripturæ omnes ſupradictæ revidendæ, & adviſcerandæ tradantur; eo primum animadverſo, an in his aliqua ex prædictis diligentiis, aut informationibus deficiat, ut poſſit ſuppleri, & perfici.

9. Hi deputati, diebus, & horis opportunis, ad bene viſum temporis ſpatium congregentur, & ſigillatim cujuslibet Conventus ſcripturas diſtinctè recognoſcant, perlegant, & diligenter examinent; Denique, ac Sancto P. N. Franciſco præ oculis habito, gravitate materiæ ponderata, Ordinis bono, Fratrum ſalute, & ſuamet conſcientia conſideratis, cujuslibet Conventus ſtatum in Summarium redigant, deſcriptumque ſuo voto, & ſententia, ac manuali ſubſcriptione muniant; omnia tamen conferentes cum textu Regulæ, & prædictis Nicolai III. Clementis V. & Innocentii XI. declarationibus, & Conſtitutionibus, Ordiniſque Statutis, ut inde colligant, an in eo Conventu juxtà ſtatum, & litteram Regulæ, & Conſtitutionum prædictarum vivatur, conformiter ad noſtram ſanctam paupertatem; quidquid reſultaverit, ac quid ipſi ſuper eo ſentiant exprimentes, adjecta cuilibet capiti ſui voti ratione.

10. Ad quæ omnia peragenda ſex menſium tempus, poſtquam à P. Provinciali præfatorum Conventuum ſcripturas receperint, & non ultra, eis aſſignatur. Quibus peractis, ſummaria prædicta cum eorum voto, & ſcripturarum reſtitutione, P. Provinciali, & Diffinitorio conſignent, expreſſa in iiſdem ſummariis die eorum deputationis, & die item, qua opus expleverint.

11. Ut autem commodiùs tàm neceſſario operi & Commiſſarii, & Deputati ſupradicti vacare poſſint, exemptiones, quas Lectores actuales Theologiæ de jure, vel conſuetudine in ea Provincia gaudent, pro eo tempore, quo huic miniſterio inſervierint, illis conceduntur; nec Guardiani eos in aliquo alio Conventus exercitio occupare poſſint, illiſque omnia ad hanc incumbentiam neceſſaria ſuppeditare debeant, atque à tota Provincia tanquam boni publici fideles operarii venerentur.

12. Prædicti verò Patres ad talem Congregationem, & Deputationem ſelecti, ſi abſque legitima cauſa Diffinitorio probata, id charitatis ſuæ Provinciæ impendere impiè recuſaverint, per ſex annos actibus legitimis priventur: ſi verò minus fideliter exercuerint, tanquam inimici boni publici ad omnia Ordinis officia perpetuò ſint inhabiles.

13. Provincialis ergo huic negotiorum maximo ſollicitè incumbens, congregatis iterum PP. Diffinitorii relationes ipſas, ſeu ſummaria, & deputatæ Congregationis vota, eorumque rationes, rigoroſo examine conſiderent; & quatenus abuſus aliquos eſſentiales, præcipuè circa paupertatem, vel totius Provinciæ, vel alicujus Conventus, vigere agnoverint, eos ad Regulæ litteraliter intellectæ, Conſtitutionum Apoſtolicarum prædictarum Nicolai, Clementis, & Innocentii Summorum Pontificum, Ordiniſque Statutorum amuſſim, & præſcriptum, omninò tollant, & fortiter, ac viriliter extirpare omnibus viis, & mediis, omninò ſtudeant, & conentur, ità ut nullus prorſus reperiatur Conventus in ſua Provincia, cujus Status circa bona quælibet mobilia, vel immobilia, aſſignamenta, legata, obventiones, & eleemoſynas certas à Commiſſariis non recognoſcatur, à Deputatis non conſideretur, & cum voto, ac voti ratione non referatur, & à Provinciali, & Diffinitorio non judicetur, & in caſu abuſuum, remedio practico, & executivo, cum effectu appoſito, ad puritatem obſervantiæ non reducatur.

Chronol. Seraph.

14. His diligenter peractis, fiat de ſummariis ipſis, & Deputatorum votis, & Diffinitorii judicio, ac de appoſito, ubi neceſſe fuerit, remedio, authentica copia, eorumdem PP. Diffinitorii manibus ſubſcripta, ac Provinciæ ſigillo munita; & ad Superiorem Generalem in Familia reſidentem tranſmittatur, cui de omnium prædictorum executione intrà biennium, ad ſummum, à præſentium Statutorum receptione ratio reddatur, & poſt acceptam à Superiore Generali ſuper his approbationem, & reſponſum, omnium Conventuum Status, & ſummaria cum Deputatorum votis, & Diffinitorii judicio, ac remedio in Provinciæ Regeſtu fideliter exarentur, & per Secretarium Provinciæ fiant de Stato, & ſummario, ac de remediis appoſitis uniuſcujuſque Conventus reſpectivè authenticæ ſimiliter copiæ, quæ ad Superiores locorum à Provinciali tranſmittantur, injuncto illis præcepto, ut prædictas copias in libris Conventuum reponere, & conſervare faciant.

15. Superior autem Generalis, cum primum finales à qualibet Provincia præmiſſorum informationes acceperit, cum aliquibus Ordinis Patribus, quos ad manum habere licuerit, eas exactè conſideret; vineæque ſuo cultui commiſſæ conditionem obtutu Seraphico, & qui S. P. N. Franciſci fidelem deceat ſucceſſorem, perluſtret; & ſicubi negligentes, vel tranſgreſſores, ac ſuo muneri aliquos defeciſſe comperérit, nulla admiſſa excuſatione, in aliorum exemplum, juxta qualitatem negligentiæ, vel malitiæ, taxatis pœnis ſubjiciat.

16. Omnium verò prohibitorum remedium nullum aptius, aut pro conſcientiis tutius cognoſcitur, quam bona quæque immobilia contra formam prædictarum declarationum Apoſtolicarum nobis relicta, & quæ fortè à Conventibus ſint poſſeſſa, cenſus quoque, ac legata perpetua, quorum directum dominium ſortis principalis, ſeu capitalis, Provinciis, Conventibus, vel Fratribus ſit adſcriptum, omninò his, ad quos de jure ſpectat, renuncientur, cum effectu tradantur, vel ſaltem ad tradendum, officio Judicis relinquantur.

17. Si autem temporales earumdem rerum Domini, pro Majorum ſuorum ſuffragiis, voluerint ea Conventibus, ad præfatarum tenorem declarationum, quo ad fructus remanere, retenta in ſe proprietate, vel ſuis hæredibus, aut communitati loci alicujus, ſeu Hoſpitali, Confraternitati, Collegio, aut alteri loco pio, ſive tertiæ perſonæ adſcripta, cum onere Nobis miniſtrandi fructus indè provenientes, eleemoſynaliter, ſive pro Eccleſiæ, fabricæ, infirmariæ, aut alterius particularis neceſſitatis levamine, ſive pro aliquo opere Nobis à Benefactore impoſito; id quidem, præmiſſa proteſtatione in Statutis expreſſa, & non niſi per viam ſimplicis eleemoſynæ, ac per Syndicum Apoſtolicum recipi poterit. Non enim Regulæ puritati repugnat, ex toties à S. Sede declaratis, nos habere legata, etiam perpetua, quorum Capitalium directum dominium ſit omnino extra nos, & fructus nobis eleemoſynaliter ab hæredibus gravatis, ad teſtatorum mentem erogandi, à nobis, vel à noſtro Apoſtolico Syndico eleemoſynaliter etiam petantur: pro quo attendi poſſunt diſpoſita à S. Sedis proviſionibus, quæ in fine horum actorum impreſſæ dabuntur, ad hoc ut ſciant Fratres nullum Legatum aliter factum, eſſe validum, & illud exigentes, vel recipientes Fratres, in malo conſcientiæ ſtatu eſſe, & Paupertatis Seraphicæ violatores.

18. His ita pro tollenda proprietate in communi diſpoſitis, ad hoc ut etiam in particulari nullis in Ordine noſtro, quantum per humanas diligentias provideri poſſit, reperiatur proprietas, reintimantur in pri-

Digitized by Google

primis Decreta prohibentia, ne in ullo Conventu collocentur plures Fratres, quàm ii, qui ex consuetis eleemosynis in illo, juxta nostri status Paupertatem, valeant sustentari.

19. Deindè reintimantur etiam Statuta pœnalis, quibus mandatur Prælatis localibus, ut omnibus, & singulis Religiosis tam sanis, quam infirmis omnia necessaria pro victu, vestitu, & cellæ supellectile ad Paupertatem accomodata, & quidem ea ad Religiosam sufficientiam, & decentiam ministrent.

20. Quatenus verò pro talibus inevitabilibus necessitatibus victus, vestitus, curationis, & habitationis, & pro cujuslibet Religiosi officio, sive ordinario, sive extraordinario, de Prælatorum mandato decenter adimplendo, Conventus eleemosynæ non sufficiant, Superior ipse, juxta memoratas declarationes, vel per se ipsum, vel indigentem Fratrem, vel per alium à se specialiter deputatum, taxata priùs per se quantitate eleemosynæ procurandæ, quæ necessitatis mensuram non excedat, ad amicos spirituales recurrat, pro vera tantùm, præsente, vel imminente necessitate, non autem pro futura, possibili, excogitata, incerta, saltem quoad tempus, fictitia, aut merè arbitraria, & multò minùs pro superfluitate; servata in reliquis pro tali recursu, & pro circunstantiis expendendi eleemosynas, pro talibus necessitatibus ab Amicis spiritualibus collectas, forma præscripta in sæpè laudatis declarationibus.

21. Ad tollendam autem Fratribus omnem excusationem recurrendi ad Amicos spirituales, vel absque Guardiani licentia, vel non servata forma constitutionum Apostolicarum, nec non congregandi, aut conservandi in manu Sindici Apostolici, seu alterius substituti, aut interpositæ personæ eleemosynas pecuniarias, renovantur omnia statuta, & Decreta in Ordinis Constitutionibus, & Superiorum Generalium Patentibus litteris, quibus inculcatur Guardianis, ut singulis Fratribus suis de prædictis necessariis omninò provideant; & quod habeant in Conventibus ad continuum Fratrum usum communitates toties ordinatas; adeò ut omnibus, & singulis Religiosis, conformiter ad nostrum Statum, & Sanctam Paupertatem, provideatur ad sufficientiam de Habitibus, Capuciis, Tunicis, Mantellis, Caparonibus, Cingulis, Calcepodiis, ubi sunt in usu, cum suis corrigiis, fœmoralibus, aliisque minoribus lineis pannis.

22. Quod ut exactè observetur, de totius Capituli Generalis voto statuitur, ut in Capitulis Provincialibus Guardiani non admittantur ad suffragandum, nisi priùs coram Capituli Præside, & Diffinitorio, per juratas suorum Religiosorum, & Sindici Apostolici attestationes, constare faciant, se cuilibet indigenti ad supradictam methodum necessaria ministrasse. Illi verò, qui tales attestationes ad Capitula non detulerint, in eo Capitulo voce passiva careant, & cujusvis officii tunc distribuendi incapaces existant, sub pœna nullitatis, & post Capitulum activa, & passiva voce per duo subsequentia triennia solatia sint privati.

23. Ne tamen Conventus aliqua ad se justè pertinente eleemosyna defraudetur, & per hoc inhabilis ad prædicta implenda vel reddatur, vel prætendatur, iterum proclamamus, omnes, & singulas eleemosynas, quæ à particularibus Personis, & benefactoribus, sponte, & gratis, aut aliàs quomodolibet Fratri alicui, vel pro eo Conventus Sindico, aut substituto dantur, intuitu laborum particularium Fratrum, videlicet Prædicationis Quadragesimalis, Adventualis, Annualis, aut occasionalis, seu Lecturæ publicæ, aut privatæ, tam in Universitate & Collegio, quàm in alio quovis loco intra, vel extra Ordinem exercitæ, moderationis organi, Capellaniæ, Theologatus, confessionis, aut alterius cujusvis, quocumque nomine nuncupatæ, occupationis, exercitii, officii, incumbentiæ, & actionis, cui merces aliqua, vel donarium certum, aut incertum cujuslibet etiam modicæ, & exiguæ quantitatis correspondeat, ad Conventum pertinere, & eleemosynarum illarum proprietatem, dummodò licitis titulis, & modis proveniant, ad S. Sedem Apostolicam spectare; ac proinde nullam super his Fratri particulari, neque etiam quoad usum, inesse jurisdictionem, sed in manu Sindici esse deponendas, & ab eodem independenter à particularis Fratris beneplacito, & respectu, tanquam Conventus eleemosynas esse recipiendas, & cum cæteris hujusmodi describendas, & incorporandas, ac permiscendas, & confundendas, prout ex natura rei, eo ipso quod à Benefactoribus erogantur, sunt, & remanent confusæ, permixtæ, & incorporatæ, atque in necessarios usus, tam communitatis Conventus, quam singularum ejusdem personarum, sive quorum intuitu, & labore datæ sunt, aut acquisitæ, sive aliarum, de Prælatorum præscripto per Sindicos expendendæ.

24. Fratres autem particulares, qui eleemosynam vel suo labore acquisitam, vel pro se datam (dummodo non sit pro aliqua speciali, vera, præsente, vel imminente necessitate, à Guardiano probata, & de ejus licentia, ut supradictum est) tanquam suam in Sindici Apostolici, vel alterius cujusque manu servare ausi fuerint, vel pro se expendi, & non tanquam Conventus, & de Guardiani mandato fecerint, aut scandalosè prætenderint, proprietarii sunt, & communium eleemosynarum dilapidatores, ac proinde proprietariorum pœnis plectendi, & ex Constitutionum præscripto, si in tali statu (quod Deus avertat) decesserint, incapaces Ecclesiasticæ Sepulturæ. Ultra pœnas autem proprietariorum, pro contumaciæ modo, actibus legitimis, voceque activa, & passiva per sexennium priventur; & si fuerint Ordinis, aut Provinciarum Patres, per idem tempus substitutione, & subrogatione in Diffinitorio, tam Provinciali, quam Generali careant, neque in Discretorium Provinciæ, aut in Capitulum locale, ex quavis causa habendum, sub nullitate actus, admittantur.

25. Guardianus verò, qui id permiserit, & Sindicus Apostolicus, qui ad Fratris particularis libitum eleemosynam servaverit, vel expenderit, contrà formam a Declarationibus Pontificiis taxatam, si de his legitimè convicti fuerint, per Provincialem cum Diffinitorio, aut etiam per Generales Prælatos, advocata ad se causa, suis officiis priventur, & ad ea in quolibet loco exercenda perpetuò inhabiles declarentur, & tanquam sacrilegi latrocinii cooperatores pronuncientur.

26. Provinciales etiam, qui de alicujus in præmissis transgressione admoniti, taxatas pœnas, tam contra reos proprietatis, quam contra Guardianos, & Sindicos cum reis colludentes, exigere culpabiliter neglexerint, à Prælato Generali, causa prius per Commissarium specialiter Delegatum, vel per Provinciæ Visitatorem instructa, cognita, & discussa, suis officiis irremissibiliter privandi sunt, & ad ea, ac similia imposterum obtinenda inhabiles declarandi.

27. Quod ut Ordo faciliùs, & securiùs consequatur, Commissarius Visitator de hoc præcisè articulo in uniuscujusque Conventus visitatione exquirat, & in Provincialis Sindicatione rationem exigat.

28. Cum autem non in solis pecuniis, Legatis, eleemosynisque sive perpetuis, sive annualibus, sive ma-

Digitized by Google

mannalibus, possint inter Fratres abusus serpere, verum etiam in iis, quæ Habitus, & vestitus nostri Seraphici Instituti qualitatem respiciunt, non pauca suboriantur inconvenientia; ut his quoque prudenter occurrat, Capitulum Generale communi totius Discretorii utriusque Familiæ voto, renovat decreta in Statutis Ordinis, & Bullis Apostolicis aliàs intimata, super prohibitione delationis calceamentorum, camisiarum, & aliorum indecentium indumentorum, absque manifesta necessitate, & licentia ibi præscripta, & injungit omnimodam observantiam citatæ Constitutionis Innocentii XI. circa hoc punctum, præcisè de non utendo pluribus vestimentis, quàm illis, quæ Regula præscribit, nempè una tunica cum caputio, chorda, & femoralibus, & alia tunica sine caputio, nec non mantello, sandaliis, vel calepodiis usu Ordinis jam probatis, exceptis casibus in Regulæ declarationibus, & constitutionibus aliàs legitimè permissis, & cum circumstantiis, & conditionibus, quæ per eas, ad conscientiæ tutelam, requiruntur.

29. Quod, ut fideliùs observetur, Capitulum Generale renovat, & quatenus opus esset, denuò intimat pœnas omnes, tàm contra deferentes prohibita, quam contra Superiores deferri tolerantes, extra casus, qui à præcepto excusent, præcipitque tam Provincialibus, quam Commissariis Visitatoribus per S. obedientiam, ut super hoc puncto specialiter, & exactè inquirant, & contra delinquentes, eosque non punientes, respectibus quibuscumque post habitis, procedant, & de inquisitione, atque executione hujusmodi Prælatum Generalem commonefaciant.

30. Cui quidem intento optimè consequendo, & honestati, ac Religiositati, imò & uniformitati vestimentorum, quantum fieri poterit, in toto Ordine comparandæ, serius intendentes, communi voto, ejusdem utriusque Familiæ Vocales renovant Statuta posita in corpore suarum ultimarum compilationum respectivè, & omnia alia pertinentia ad erectionem, & conservationem lanificii in qualibet Provincia, ad vilitatem, & ruditatem, ac paupertatem pannorum pro induendis Fratribus comparandorum, vel fabricandorum, & ad numerum, figuram, & mensuram vestimentorum: mandatque Capitulum Generale, ne permittatur in Provinciis, & Provinciarum lanificiis, fabricari, vel ubi nostra non habentur, ex alienis pannificiis provideri pannos, qui non sint verè cordellati, ac pauperes, & in tali grossitie, ut indifferenter cuique Anni tempori inservire possint, & qui judicio peritorum veri panni nostrates non censeantur, sub pœna privationis officii Provincialibus aliter permittentibus, & earumdem officinarum Præfectis, aut Superintendentibus aliter permittentibus, aut tolerantibus, & non cogentibus Fratres, ut communi, & ad præscriptam normam intextis pannis vestiantur.

31. Prælati verò Generales, & Commissarii ab eis ad visitandas suo tempore Provincias missi, teneantur recognoscere in decursu visitationis lanificia, & pannos, qui in illis fabricantur, atque delatorum à Patribus, & Fratribus indumentorum qualitatem attendere, ut vel sic ipsis clarè constet, an præcisè Fratres communi panno cordellato, & paupere, & juxtà Regionis morem nostrate, & in convenienti grossitie utantur, & an aliis, quàm talibus pannis pro Habitibus, & mantellis fabricandis (permissis ad interiores tunicas subtilioribus, & minùs asperis) lanificii Officiales insistant.

32. Sicubi autem Ordinis mentem compererint defraudatam, Statutique hujus transgressionem irrepere, aut invalescere cognoverint, contra Provinciæ Prælatos, ac lanificii Præfectos, ad supradictarum executionem pœnarum procedere teneantur, omni, saltem quo ad suspensivum, appellatione postposita; & de iis omnibus, quæ circa præmissa occurrerint, Superiores Generales certiores reddant.

33. In Capitulis autem Generalibus, & Provincialibus, inter cœtera Sindicationis puncta, superiores tàm Generales, quam Provinciales respectivè, super hoc articulo à se in viridi observantia conservari procurato, vel, quod absit, neglecto, exprofesso sindicentur, & expressè, non autem per clausulas generales, rationem reddere teneantur.

34. Illæ autem Provinciæ, quæ lanificia propria non habuerint, intrà annum, juxtà Constitutiones aliàs editas, & à S. Sede confirmatas, eas erigere teneantur, sub pœna privationis officii Provinciali, & Diffinitorio, inappellabiliter incurrenda.

35. In his verò panni fabricentur omninò in colore, qualitate, cordellatura, & grossitie æquales, intexti ex lana alba, & nigra, in tali portione, peritorum adhibito judicio, commiscenda, ut pannus cinericius evadat, juxtà colorem, quem videmus inesse tunicis, & mantellis S. P. N. Francisci, S. Bernardini Senensis, ac S. Joannis de Capistrano, quæ licet in diversis Provinciis, & Regnis reperiantur, omnes tamen in colore cinericio, plus minusvè claro, conveniunt. Omnino verò, præter lanam albam, & nigram, vel ad summum subrufam, ubi pro qualitate Regionis terrei coloris lana uti necessarium fuerit, cujusvis alterius coloris, & præcipuè cerulei, aut alias quomodolibet artificialis, lanam in Habituum, tunicarum, & mantellorum panno adhiberi, commisceri, aut superaddi vetatur, sub pœna privationis actuum legitimorum Prælatis permittentibus, & subditis tales indecentes, nobisque penitus improprios pannos deferentibus.

36. Quod si externa aliqua causa prohibente (de qua tamen Præfatis Generalibus legitimè Provincialis, & Diffinitorii juratum testimonium, cum verificatione causæ, & ejus insuperabilitatis probatione constare debebit) tales pannificinas Provinciæ erigere non voluerint, tunc è vicinioribus Ordinis Provinciis pannos fabricantibus, sub præfatis pœnis, Prælatus, cui, secundum Provinciarum consuetudinem, cura vestiendorum Fratrum incumbat, decentes, atque ut supra contextos pannos nostrates exigere, & Fratribus suis distribuere teneantur.

37. Si autem etiam hoc pro impedimentis Generali Prælato probatis, obtentu sit impossibile, Mercatoribus, è quorum officinis panni pro vestiendis Fratribus coemuntur, præsentis Decreti tenorem, sub præfatis pœnis, Provinciales, & Guardiani intimare teneantur, & quibuslibet exquisitis remediis mercatores ipsos ad pannos, omninò juxtà hanc normam, fabricandos inducere satagant, monitis etiam Superioribus Generalibus de difficultate, si qua à mercatoribus ad hoc non implendum prætendatur, ut eam sua prudentia, & zelo, interpellata cujusvis potestatis opera, vincere possit.

39. Quæ omnia, ut cum effectu in Provinciis præstentur, omnes, & singuli Religiosi cujuscunque qualitatis, & conditionis, tàm Superiores, quam subditi pannis hic præscriptis indui teneantur, alias Superiores officiis, quæ obtinent, immediatè priventur; subditi verò voce activa, & passiva triennio careant: & quibus hæc pœna non competit, carceris pœnam luant Superiorum arbitrio.

39. Audiens Diffinitorium Generale periculum imminere, ut in quadam Cismontana florentissimæ Nationis Provincia introducatur usus Galeri, seu

Digitized by Google

Pilei nigri coloris, Ordini nostro indecentissimi, omnino prohibet in toto Ordine talis coloris usum in Fratrum Galeris, mandatque Prælatis tàm localibus, quàm Provincialibus, ut si quis in suis Conventibus, & Provinciis Religiosus, aut etiam Tertiarius nigro Galero utatur, illum omninò his auferant, nec quemquam in posterum nigrum Galerum portare permittant; qui contrafecerit, & vel ablationi præmissæ restiterit, vel in idem correctus relapsus fuerit, si fuerit superior, officio suspendatur per semestre, si subditus, suffragiorum jure triennio careat; & cui hæc pœna non competit, per annum probationis signum deferre cogatur, si Tertiarius, Habitu omninò privetur.

40. Ex quo sacrorum Rituum Congregatio sub die 27. Martii 1694. benignè approbavit Decretum Capituli Generalis Romani 1688. tit. Pro Tertiariis, & Chordigeris num. 48. quo statuitur, ut deinceps in toto nostro Ordine recitetur de Sanctis Tertii Ordinis sub eodem Ritu, quo apud Tertiarios celebrantur, conveniens judicavit Diffinitorium Generale, ut per Procuratorem Ordinis in Curia Romana solicitetur apud Sac. Rituum Congregationem approbatio Officii proprii S. Joannis de Capistrano, & aliorum, quæ ibi sint jam proposita, & deindè fiat impressio novi Breviarii pro omnibus Religiosis utriusque sexus Ministro N. Generali subjectis, in quo apponantur locis suis in corpore Officia S. Trium Ordinum à S. Sede approbata, & nobis concessa, cum nova collecta de ejusdem Sac. Congreg. Decreto sub die 2. Augusti anni 1692. recitanda pro commemoratione SS. Trium Ordinum à S. P. N. fundatorum, loco veteris Orationis, quando fient in Laudibus, & Vesperis SS. Suffragia; & addantur, & mutentur quæ oportuerit ad Lectiones, vel alia officii loca jussu ejusdem Sacræ Congreg. addita, vel mutata.

41. Ideo commendatur zelo Reverendissimi P. N. Ministri Generalis talis impressionis solicitudo, & mandato præcipitur omnibus Provinciis, Conventibus, Monasteriis, Fratribus, & Monialibus singulis Reverendissimæ Paternitati suæ quomodolibet subjectis, ut ad conformitatem in Divinis Laudibus persolvendis servandam, non alio, nisi tali, postquam fuerit impressum, utantur Breviario.

42. Non sine justo animi angore perpendit Diffinitorium Generale, quanta in pluribus Provinciis evenerint scandala, post novam aliquam canonizationem servi Dei, qua Altissimus Ordinem nostrum dignatus est decorare, cujus occasione elapsis annis, vel ratione solemnizandi canonizationis festum, vel vitam Sancti imprimendi, vel ejus Imaginem, sive sculptam, sive pictam cum aliqua intitulatione, Inscriptione, narrativa, aut rethorica compositione vulgandi, vel de eo prædicandi, vel canonizationis Processionem faciendi, vel aliud quidpiam in ea solemnitate peragendi, lites, & dissensiones, inter aliqua totius corporis Observantiæ membra, in variis Provinciis exortæ, Fratrum turbationes, publica jurgia, mendacia utrinque fortè vulgata, libri, & scripturæ à temerariis authoribus, tàm proprio, quàm alieno nomine, absque legitima licentia impressi, plus damni, quàm honoris nostro Sacro Ordini, & plus admirationis, quàm ædificationis apud Christi fideles conciliavere.

43. Volens itaque Diffinitorium Generale talibus in posterum dissonantiis, secundum Deum providere, consultò, & maturè decernit, quod si servus Dei, de quo agatur causa Beatificationis, vel Canonizationis apud S. Sedem, aut qui a Summo Pontifice fuerit Beatificatus, vel Canonizatus, sit ex Observantia, & mortuus sit filius alicujus Provinciæ, vel Custodiæ Observantis, tàm in actis causæ, quàm in picturis, sculpturis, laminis, libris, scripturis, elogiis, & foliis, ac locis quibuscumque, exprimatur, quod est Ordinis Minorum de Observantia: si verò fuerit ex Reformatis Ultramontanæ Familiæ explicetur, quod est strictioris Observantiæ, vel Minorum Observantium Reformatorum: sin autem fuerit ex Discalceatis, vel Recollectis Provinciis hujus Cismontanæ Familiæ, dicatur Ordinis Minorum Observantium Discalceatorum, vel Recollectorum; quod etiam addatur, si dicatur strictioris Observantiæ, itaut nunquam particularis status, in quo mortuus est Sanctus, sive sit Observantiæ, sive Reformatorum, sive Discalceatorum, sive Recollectorum taceatur, aut status cum statu confundatur.

44. Solemnitas festi Beatificationis, aut Canonizationis servi Dei ad totum corpus Observantiæ pertinentis, & processio in ea fieri consueta, prius fiat à Conventu illius membri, cujus servus Dei, dum viveret, portio fuerat, videlicet Reformatorum, si mortuus est Reformatus, Observantium, si Observans, Discalceatorum, aut Recollectorum, si Discalceatus, vel Recollectus, in Cœlum migraverit. Et si plures fuerint ejusdem membri Conventus, prius fiat à principaliori, deinde liberum sit cæteris etiam alterius membri, etiam eodem tempore cum aliis Conventibus (non tamen cum principaliori prædicto membri, ad quod Sanctus immediatus pertinet) eam celebrare solemnitatem.

45. Ad Processionem autem, quæ à principaliori prædicto Conventu fiet, aliorum Conventuum Communitates concurrere teneantur; & sub privatione officii, vocisque activæ, & passivæ per triennium, Prælati cum suis Familiis omninò conveniant.

46. Si vero in loco non extiterit Conventus immediatioris Instituti illius novi Sancti, solemnitas, & Processio, cui omnes alii in loco, vel Civitate coexistentes Conventus interesse, sub iisdem pœnis, teneantur, fiat primo in Conventu Ordinis antiquiori, ex quocomque membro Observantiæ sit, dummodò in omnibus Imaginibus, libris, & foliis exprimatur cujus membri de corpore Observantiæ Sanctus ille, vel Beatus in sua pretiosa morte filius fuerit.

„ Super hoc Statuto extat etiam Decretum Sacræ „ Rituum Congregationis tenoris, ut sequitur.

Cum Sac. Rit. Congr. expositum fuerit in Capitulo Generali Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci die 24. Maii 1694. Victoriæ celebrato, conditum fuisse Statutum tenoris sequentis, videlicet.

Non sine justo animi angore &c. „ Refertur hoc „ in loco integrum mox relatum Statutum, addi- „ tur vero:

Cumque ex parte FF. Martini de Albitaria Procuratoris Generalis Ordinis, Hieronymi à Laurino Commissarii Generalis Curiæ, Francisci à Brandelio Procuratoris Generalis Reformatorum, ac Joannis Damasceni Mesnard Procuratoris Generalis Excalceatorum, & Recollectorum, unanimi consensu, ad tollendas quascumque controversias inter FF. supradictorum Ordinum, pro confirmatione supradicti Statuti, nec non pro pœnali decreto contra transgressores, Sacr. Rit. Congr. humillime supplicatum fuerit, eadem S. R. C. suprascriptum Statutum benigne confirmavit, & contra ejusdem transgressores, sub pœna privationis vocis activæ, & passivæ procedi posse decrevit. Die 9. Decembris 1715.

G. Cardinalis Carpineus.

Loco ✠ *Sigilli.*

N. M. Tedeschi Episcop. Liparitanus
S. R. C. Pro-Secretarius.

47. Omnes,

47. Omnes, & singuli Procuratores causarum servorum Dei in Conventu Aracœlitano Romæ commorantes, ex quacumque Familia sint, ad infrascripta Diffinitorii Generalis Decreta exequenda teneantur.

48. 1. Quod non habeant Sindicum particularem, apud quem de suo privato mandato deponi faciant eleemosynas ad causam spectantes, vel suis necessitatibus levandis, servata forma Constitutionum, applicatas; sed eas omninò integras, & singulas consignari faciant in manibus solius Sindici Generalis Ordinis à Ministro Generali pro tempore instituti, vel instituendi.

49. 2. Quod sub pœna proprietatis non audeant eidem Sindico mandare, ut faciat expensas ullas, nisi Apochæ, seu Policæ subscriptæ sint à Ministro Generali, vel eo absente, ab Officiali Curiæ ejus Familiæ, cui causa subest; exceptis casibus expensarum, quæ non excedant summam quinque scutorum monetæ Romanæ, pro quibus datur illis facultas Apochas subscribendi. Sindico autem Apostolico intimetur in Patentibus suæ Institutionis, vel per hujus decreti impressæ copiæ significationem, quod si contra hoc præscriptum solverit, ære, & damno suo solvet, & citra Religionis, aut causæ obligationem ad satisfaciendum pro aliter solutis.

50. 3. Sub pœna privationis officii Procuratoris causæ teneatur quilibet Procurator singulis sex mensibus coram Superiori Generali, & Officiali Curiæ suæ Familiæ, aliisque Patribus, ejusdem Generalis judicio, in ratiocinatores adhibendis, rationem reddere, tam habitarum eleemosynarum, quàm factarum expensarum, & Decretum admissionis semestrium computorum in eodem expensarum libro per ipsos, Generalem, Officialem, & Patres subscribendum exigere. Si autem inventi fuerint non se fideliter gessisse, aut in superflua, & ad causam non spectantia, eleemosynas ipsas consumpsisse, pœnis contra Guardianos dilapidatores in constitutionibus Ordinis taxatis puniti, ab administratione, & procuratione causæ amoveantur.

51. 4. Non habeant nisi socium unum Sacerdotem Ordinis, vel Laicum professum; non autem Clericum, & ad summum unum Tertiarium, nullo verò modo servitorem sæcularem. Provinciæ verò, ad quas causæ spectant, in singulos dies Missas pro Conventus Aracœlitani obligationibus, pro victu Tertiarii, celebrari faciant, quod item pro socio præstabitur, si fuerit laicus: & de tali celebratione in singulos sex menses Procurator ipse per attestationem juratam sua manu subsignandam, certiorem reddere teneatur Guardianum Aracœlitanum.

52. 5. Tam ipsi Procuratores, quàm eorum socii convenire teneantur Communitatibus Chori, Ecclesiæ, & Refectorii, aliisque publicis Conventus functionibus, excepto tempore, quo in suorum officiorum actualibus negotiis legitimè fuerint impediti, super quo eorum conscientias oneramus. Negligentes autem à suis Prælatis moneantur, & corrigantur, & quatenus in tantum excedat negligentia, ut Communitati scandalo sit, exemplariter puniantur.

53. 6. Hujusmodi Procuratores, licet plures habeant causas sollicitandas, etiam si integræ unius Nationis, aut Familiæ, nullo modo, sub pœna privationis actuum legitimorum per sexennium, & amotionis ab officio, audeant usurpare sibi titulum Commissarii, seu Agentis, vel Procuratoris Generalis talis Nationis, causæ, vel causarum; cum Ordo alios non habeat Commissarios Generales, nisi Familiæ Indiarum, Curiæ Romanæ, & Terræ Sanctæ in Persona Guardiani Jerosolimitani, aut Commissarii unius integræ Nationis; nec alios Procuratores Generales, nisi Ordinis, & Reformatorum; nec alios Agentes Generales, quàm Nationum Gallicæ, & Germano-Belgicæ Romæ residentes.

54. Quamvis per Constitutiones Ordinis, Sacri Concilii Tridentini dispositionibus innixas, vetitum sit omnibus, & singulis utriusque Familiæ Religiosis, ne libros imprimere audeant, nisi de Prælati Generalis licentia, prævia Theologorum approbatione, qui opus maturè examinaverint, imo pro hac Cismontana Familia Statuto Generalis Congregationis Victoriensis cautum fuerit, etiam sub pœna excommunicationis majoris, & privationis actuum legitimorum, ne quis audeat imprimere memorialia, informationes, & libellos, licet sub prætextu honoris vindicandi; cum tamen experientia constet, quòd aliquorum temeritas nullis coerceatur præceptis, aut pœnis, ideò Diffinitorium Generale hujusmodi delinquentes, de præterito reos, benignè monet, ut consulat quisque conscientiæ suæ.

55. Imposterum autem extendit ad utramque Familiam prædictum Victoriense Statutum, & absolutionem censuræ Prælato Generali Familiæ transgressoris reservat.

56. Explicat tamen, quod si memorialia, informationes, libelli totius Ordinis interesse respiciant, non sine Ministri Generalis licentia, prævio examine, in scriptis concedenda, imprimantur; si verò Familiæ res pertractent, non sine Familiæ Prælati scripto beneplacito typis dari poterunt. Quod si negotium Provinciæ sit, & dilationem non patiatur, ac pro eo, de Diffinitorii judicio, aliqua scriptura typis vulganda sit, poterit Prælatus Provinciæ in hoc tantum casu imprimendi facultatem concedere, idemque præstare poterit quilibet officialis Curiæ tàm Observantium, quàm Reformatorum, circa scripturas in causis gratiosis, vel contentiosis, apud ea Tribunalia vertentibus, & ad Provincias suæ Familiæ, & Officii pertinentibus, dummodo ipsi eas priùs revideant, & scripto approbent, cum obligatione reddendæ rationis Prælato Generali, si quid impudenter scriptum imprimi permiserint.

57. Religiosi, qui sine tali facultate scripturam quamcumque imprimi fecerint, si in Pontificia, vel Cæsaris, aut Regum, seu Principum Curiis deliquerint, præter prædictas pœnas, perpetuæ ab ea Curia amotionis pœnam subeant, si extra Curias, præter prædictas Victoriensis statuti pœnas, alias etiam arbitrio Generalis Prælati infligendas incurrant. Quibus etiam subjaceant Provinciales, qui extrà prædictum casum, ac sine Diffinitorii assensu, aliquid imprimendi licentiam dederint; exceptis Thesibus Scholasticorum, quarum impressionis facultas usus obtinuit, ut ad Provinciales pertineat.

58. Cùm ex impressione aliquorum volantium foliorum, quæ temerè à quibusdam in ipsa Capitulorum Generalium imminentia vulgantur impressa, anonyma, & sine ulla facultate, atque omninò insciis Prælatis Generalibus, nullum bonum resultet Ordini, imò magis turbationes, novitatum desideria, simultates, & rixæ oriantur, decernitur, ut sub pœnis supra recensitis, ac aliis in pacis turbatores taxatis, nemo talia folia, & opuscula, seu libellos imprimere, vulgare, ac publicare audeat sine præfatis licentiis.

59. Quandoquidem ex nova Provinciarum Sectio-

Digitized by Google

ctione, præcipuè ex motivo divisionis alterios Proviuciæ provenieute, non pauca Ordo experiatur incommoda, decernitur, ut præter observantiam omnium aliarum conditionum, ad novam alicujus Provinciæ erectiouem, & in statu Provinciæ conservatiooem, sanctione Apostolica, vel Religionis eequisitarum; Provincia, quæ de oovo erigi prætendatur, habeat ad minus viginti Conventus, inter quos sint aliqui ad primum, & secundum Novitiatum, aliqui ad Recollectionem, & saltem tres ad Artium, & Theologiæ studia deputati.

60. Quod si externæ Potestatis impulsu aliqua sine tali Conventoum numero, & qualitate Provincia noviter erigeretur, ea in Capitulis Generalibus oeque activam, neque passivam vocem habeat, nisi postquam ad eum numerum, & qualitatem Conveotuum formalium pervenerit, suamque præcedentiam, etiam respectu Provinciarum post se cum prædicto Conventuum numero, & qualitate erectarum, à die impletæ conditionis hic præscriptæ dimetiatur; non autem à die erectionia sine prædictis conditionibus.

61. Ad servandam io Ordine uniformitatem intitulatiooіs, tàm Prælatorum, & subditorum in particulari, quàm Provinciarum. & Conventuum in commuoi, ex totius Capituli Generalis compromisso, statuitur, quod nullus Religiosus seu activè, seu passivè vocari, aut intitulari possit, nisi conformiter ad statum, io quo reperitor, videlicet, Observans, si sit ex Observantibus, Reformatus, si ex Reformatis, Discalceatus, si ex Discalceatis, & si ex Recollectis, Recollectus: eo tamen observato, quod à Capitulo Generali per Recollectum intelligitur filius Provinciæ Recollectæ, non autem Religiosus Provinciæ Observantis degens io Conventu Recollectionis: cum tam Fratres, quam Conventus hujusmodi in toto corpore Observantiæ pertineant ad membrum particulare Observantium, prout hoc differt a membria particularibus distinctis Reformatorum, Discalceatorum, & Recollectorum; idem etiam omninò servetur io Provinciarum, & Conventuum appellatione, seu intitulatione.

62. Qui autem seipsos, aut suas Provincias, & Conventus, vel alias Provincias, & Conventus, aut alios Fratres ex toto corpore Regularis, seu strictioris Observantiæ, sive vivos, sive mortuos, aliter ioscripserit, aut oovo titulo à S. Sede Apostolica non admisso appellaverit, pœnam Superiori Generali, vel Provinciali arbitrariam incurrat: Salva etiam dispositione Leonis X. iu Bulla unionis circà oominum, & titulorum impositionem.

63. Prælati quoque, ad evitandam ridiculam titulorum copiam, duos tantum titulos io suis Patentibus poni faciant ex Ordine prodeuntes, præter eos, qui ex occupationibus honorificis extra Ordinem sibi proveniant: itant Generalis appelletur Lector Jubilatus, & Minister Generalis, & oon dissimiliter Commissarius Generalis Familiæ, vel Nationis, supposito, qood tales fuerint. Provinciales pariter, & Visitatores eodem titulorum numero utantor, videlicet litterario potiori, quem habeat, & officii quod exercent, atque ad summum Paternitatis Ordinis actoalis, vel habitualis, qua gaudeant; hanc verò normam eos, & reliquos Ordinis, & Provinciarum Patres, & Fratres intitulandi, atque scribendi omnes servare debeant, sub pœna aliter scribentibus, in Statutis comminata. Permittitur tamen, ut in Dedicatoriis, & aliis poblicis foliis singuli tituli personam Religiosam intrà, vel extrà Ordinem qualificantes, exprimi possint, dummodò non ementiti sint, aut exagerati, & non ita ponantur, ut derisum potiùs, quàm venerationem concilisot.

64. Insuper, oltra prædicta, Minister Generalis totius Ordinis, & Commissarius Generalis Familiæ, ex quocumque Religionis membro fuerint, ad tales dignitates assumpti, sivè ex Observantibus, sivè ex Reformatis, aut Discalceatis, vel Recollectis, io suis Patentibus hunc titulum simpliciter apponant, oimirom: Frater N. N. Lector Jubilatus, vel emeritus, ut supra, &c. Minister Generalis totius Ordinis Fratrum Minorum S. P. N. Fraocisci. Frater N. N. Commissarius Generalis Ordinis Minorum S. P. N. Francisci in tota Familia Cismontana, vel Ultramontana. Et Religiosis omnibus præcipitur, ut oec ore, nec scripto, nec publicè, nec privatè, audeant ipsus alio titulo afficere, vel aliter ouncupare.

65. Docente experientia, quod in maximom communis boni detrimentum aliquando cedit, Ministrum Generalem carere Secretario lioguarum, poterit Reverendissimus P. Minister Generalis Sanctissimo supplicare pro moderatione Statuti Secretarii linguarum officium abrogantis, à Sede Apostolica io forma specifica confirmati, ad hoc ut tàm ipse, quàm successores in urgenti necessitate, aliquorum Ordinis Patrum consilio probata, talem Generalem linguarum Secretarium ex qualibet Familia, non tamen ex Natione alterius Secretarii Generalis actualis, possit assumere, qui in actu, & habitu officii cœterorum Secretariorum Generalium privilegiis, juribus, & præeminentiis io omnibus, & per omnia, absque ulla penitus differentia, gaudeat.

66. Longissimam Prælatorum Generalium, ac officialium Curiæ vacantiam Ordioi esse incommodam, docente experientia, Diffinitorium Generale injungit Officialibus Curiæ, ut Sanctissim. D. Nostro supplicent pro illius moderatione, & reductione ad duplum temporis, quo exercuerunt officium, vacantiæ odiositatem importans, sicut disponitur pro Prælatis, & officialibus Provinciarum; cuentque proinde Pianæ, & Gregorianarum Constitutionum, quoad præmissa, moderationem.

67. Si contingat, ot in Proviocia aliqua, etiam Reformatorum, ante discessum Prominist̃ri pro suffragio ad Capitulum Generale ferendo electi, cesset in Ministro, vel Vicario Provinciali impedimeotum, quod Proministri electioni causam dederat, vel aliàs quomodolibet velit ipse, etiam cum soo incomodo, ad Capitulum Generale personaliter se conferre, & Regulæ Præcepto per se ipsum satisfacere; declaratur non posse à Proministro quidquam io contrarium prætendi, sub pœna apostasiæ si iter arripiat, & privationis actuum legitimorum, si Provinciam propter hoc per lites turbaverit: cum ex termiois constet Proministrum esse substitutum Ministri, nec habere locum præsente principali. Si aotem Prominister ante Provincialis convalescentiam, vel novam deliberationem è Provinciæ terminis exierit, remaneat Provincialis io Provincia, cum jam ei cessaverit debitum, & jura Provinciæ sint alteri legitimè commissa.

68. Succedente quocunque ex caso vacantis Guardianatus alicujus Conventus, post captam à Visitatore officii possessionem, deputatio Præsidentis ad ipsum Visitatorem pertineat, usque ad novam Guardiani electionem, non obstante quacunque consuetudine io contrariom; cum non possit Provincialis disponere de Fratribus jam subditis Visitatori, nisi io casibus Prædicationis, & Confessionis Monialium, expressis in nostria legibus.

69. Jux-

69. Juxt dispoſita in brevi motu proprio expedito à feliciter regnante SS. D. N. Papa Innocentio XII. quod incipit, *Sacroſancti Apoſtolatus*, &c. ſub die 10. Aprilis 1694. Procurator Generalis Ordinis, & Commiſſarius Generalis Curiæ Romanæ impoſterum eligautur in Capitulo Generali per vota ſecreta, & ballotationes, proponente Miniſtro Generali, in qua electione ſuffragium ferant omnes Vocales Provinciarum illius Familiæ tantum, ad quam pertinet Officialis eligendus. Qui quidem ſic electus, uſque ad ſequens Capitulum Generale in officio durabit.

70. Renovantur Statuta prohibentia Fratres cujuſcunque gradus, & conditionis exiſtant, agere in Romana Curia, ſeu procurare negotium aliquod concernens totum Ordinem, Familiam, vel Provinciam, ſub pœna privationis actuum legitimorum, ſed ea omnia Superiori Generali, aut officiali Curiæ peragenda tradantur, & relinquantur expedienda, etiam inter Reformatos.

71. Cum Reverendiſſimus P. N. Prior Generalis totius Ordinis Carmelitani per ſuas officioſiſſimas, & Religioſiſſimas litteras petere dignatus fuerit correſpondentiam pauperrimæ Religionis noſtræ cum Ordine ſuo Illuſtriſſimo, & magis particularem utriuſque Sacroſanctæ Familiæ amicitiam, præcipue ex eo, quod S. P. N. Franciſcus, dum adhuc viveret, B. Angelo Martyri Carmelitæ in maxima fuerat charitate, & Divinorum ſecretorum mutua revelatione conjunctus, Diffinitorium Generale humiles gratias P. S. Reverendiſſimæ referens, per ſanctam obedientiam præcipit omnibus, & ſingulis Ordinis noſtri Fratribus, tam Prælatis, quam ſubditis, ut cum præfato Sacro Ordine Carmelitano mutuam, Religioſam, particularem, & devotiſſimam, tum in communi, tum in particulari, correſpondentiam habeant, colant, & oſtendant; ejuſque Ordinis Religioſos in noſtris Conventibus, ſi ad nos diverterint, hoſpitio excipiant, & charitativè pertractent, ac ſummo ubilibet honore proſequantur. Quia verò idem Reverendiſs. P. Generalis deſiderat, ut in Ordine noſtro officia recitentur B. Virginis de Monte Carmelo, & B. Angeli Martyris ante dicti, committitur Officialibus Curiæ, ut pro ea gratia obtinenda ad Sac. Rit. Congregationem, ſine cujus indulto ſpeciali officia recitare non poſſumus, opportunè recurrant.

72. Attenta ſumma neceſſitate uniformitatis in toto Ordine, & omnibus Provinciis reſpectivè, circa expeditionem litterarum Patentium, ex quarum tenoris varietate non pauca oriuntur inconvenientia, Diffinitorium Generale committit Reverendiſſimo P. Fr. Michaeli Angelo de Candia, ut exactum componat Formularium ad negotiorum omnium, & proviſionum Ordini, Provinciis, & Conventibus Familiarum exigentiam paratum, & juxta ſibi benè notam Diffinitorii Generalis mentem, exprimendo in qualibet formula omnes, & ſingulas clauſulas neceſſarias, & opportunas. Poſtquam autem illud fuerit perfectum, & à Reviſoribus, à Prælato Generali deputandis, approbatum, ab Officialibus Curiæ, de ejuſdem Prælato mandato, typis dari curetur, & ad ſingulas totius Ordinis Provincias transmittatur, eoque Secretarii, tanquam publico Ordinis Promptuario, uti, ſive Latina, ſive vernacula, in quam fideliter traductum ſit, lingua, juxta Nationum, aut Provinciarum morem, teneantur.

73. Relata per graviſſimos Patres Ultramontanæ Familiæ doctrina, qualitate, atque utilitate novæ practicæ criminalia typis datæ à R. P. Fr. Ludovico de Ameno, Reformatæ Provinciæ S. Didaci Lectore emerito, decernit Diffinitorium Generale, ut Prælati Ordinis, & Provinciarum illa in utraque Familia utantur; ideoque officiales Curiæ ſufficientia illius exemplaria ad ſingulas Provincias, ab intereſſe habentibus in impreſſione, remitti curabunt.

74. Maxima pietas, & eximia devotio Excellentiſſimæ Dominæ D. Mariæ Michaelis da Texada, Borja, Velaſco, & Mendoza, Duciſſæ de Naxera, & Marchioniſſæ de Cannete, Viduæque relictæ Excellentiſſimi D. D. Antonii Emanuelis Manriqua de Lara, Seraphicæ noſtræ Religionis, dum viveret, Patroni, & Benefactoris amantiſſimi, teſtimonia noſtræ gratitudinis exigit; eo etiam attento, quod Excellentiſſima Domina Duciſſa de Naxera actualis Marchioniſſa de Cannete, Religionis in præſentiarum Patrona beneficentiſſima, Excellentiæ ſuæ filia, pari pietate Ordinem noſtrum proſequitur, hæreditaria in Seraphicum Patrem benevolentia.

75. Excellentiam igitur ſuam da toto Ordine, & pluribus Capitulis Generalibus, ſui Patronatus tempore, non ſine ingenti æris ſui profuſione, celebratis, benemeritam, quo decet obſequio reſpiciens Diffinitorium Generale, decernit, ac mandat, ut poſtquam Excellentia ſua fato cedens ad immortalem vitam emigraverit, pro ejus Anima in qualibet Provincia, Conventu, & Monaſterio, à ſingulis Sacerdotibus, Clericis, Laicis, & Monialibus Ordini ſubjectis, eadem prorſus ſacrificia offerantur, & officia celebrentur, ac preces perſolvantur, quæ ad Conſtitutionum Ordinis præſcriptum pro Patronis Capitulorum Generalium ab hac vita decedentibus offerri, celebrari, & perſolvi conſueverunt: quatenus piorum operum ſuorum, & eleemoſynarum in Ordinis levamen erogatarum à nobis fructus colligere, & Sacroſanctis adjuta ſuffragiis, tanquam pientiſſima Ordinis Mater, à Seraphico Noſtro Patriarcha S. Franciſco Divinæ Gloriæ ſolio valeat præſentari.

Pro Ultramontana Familia:

1. Diſcretorium Generale Familiæ Ultramontanæ neceſſarium eſſe cenſuit, pro negotiorum expeditione, aliquorum Diffinitorum Generalium in Romana Curia reſidentiam, & Superiori Generali in ea præſenti aſſiſtentiam; ideò de totius Diſcretorii Generalis ejuſdem voto, & aſſenſu, præſentis Statuti vigore decernitur, ut in Romana Curia reſideant ſemper, ſaltem duo Diffinitores Generales ex actualibus, ſeu per legitimam vacantiam ad formam Conſtitutionum ſubrogatis in proprietate, à Miniſtro, vel Commiſſario Generali per turnum pro ſuo libito ſeligendi, & ibi apud Superiorem Generalem quocunque gradu, & titulo polleat, ad minus per integrum biennium, commoraturi.

2. Provinciæ, ex quibus aſſumpti fuerint, illos communibus expenſis, Diffinitorii judicio, uſque ad Romanam Curiam adducere, & inde ad proprias Provincias opportuno tempore reducere, ſi aliqua pro ætate, aut infirmitate, vel neceſſitate eorumdem in iis adducendis, & reducendis, per modus noſtro Inſtituto conformes, facienda ſit expenſa, teneantur; ac toto tempore, quo in Curia reſederint, iis pro veſtitu, epiſtolarum à Tabellariis redemptione, cœteriſque ad illorum officii exactum ſpectantibus complementum, per Sindicum Apoſtolicum debeant providere.

3. Quod ſi ſocium laicum habuerint, illorum Provinciales pro laici victu à Conventu reſidentiæ præſatæ miniſtrando, Miſſam quotidie in beneficium alentis Conventus, & pro illius Sacriſtiæ obligationibus, remiſſa in ſingulos ſex menſes ad præfatos Diffinitores Generales celebrationis atteſtatione,

ne, Superiori locali per eosdem fideliter consignanda, celebrari faciant.

4. Hujusmodi autem Diffinitores Generales à Prælato Generali Familiæ ad Curiam vocati, si culpabiliter recusaverint ad eam accedere, causa cognita, officio priventur, & nulla Diffinitoriatus Generalis præeminentia gaudeant, licet biennium, aut longius in eo tempus complevissent: iisque privatis, antiquiores, quibus de jure competit, servata subrogationis lege, in eorum locum subrogentur, & ad Curiam accedant, sub iisdem pœnis, & juxta superiùs disposita.

5. Quod si ab ipso Prælato Generali in aliis operibus in obsequium Ordinis, ut in commissione Terræ Sanctæ, in librorum impressione, vel similibus, Diffinitor Generalis fuerit occupatus, vel actualiter infirmus reperiatur, Superior Generalis de Assessorum consilio, justificata causa, poterit cum illo super talis residentiæ, & ad Curiam accessus, atque in ea permanentiæ obligatione dispensare; dummodò procedatur utrinque bona fide, super quo omnium sive in dispensando, sive in se ipsos, aut Collegas obligatos excusando, interesse habentium conscientias oneramus: eo semper salvo, ut saltem duo Diffinitores actuales Generales, vel ex vera vacantia subrogati, ex qualibet Natione Familiæ, pro libito Prælati Generalis, per turnum assumendi, in Curia indispensabiliter resideant.

6. Componatur ergo Consultatio ex Prælato Generali, Discretis perpetuis Ordinis, aut Familiæ, si aderint, Officiali Curiæ, & præfatis duobus Diffinitoribus, aliisque actualibus, seu verè subrogatis, non autem substitutis Diffinitorii Generalis Patribus, si quos in Curia quomodolibet reperiri contigerit, die, hora, & loco à Prælato Generali statuendis cogenda, & congreganda. Si autem negotium totam Observantiam utriusque Familiæ respiciat, ad Consultationem vocentur pariter Officialis Curiæ alterius Familiæ, ejusdemque Discreti perpetui, ac Diffinitores Generales, sive actuales, sive ex vera vacantia subrogati, non autem substituti, qui per id temporis in Curia adessent, nec non Agentes Generales Nationum, quarum Diffinitores Generales in Curia non sint, si ad suarum Nationum Observantes Provincias negotium extendatur. Si verò ad totum omninò Ordinis corpus res, de qua agitur, pertineat, præter prædictos omnes, vocentur Procurator Generalis Reformatorum, & eorum Diffinitores Generales actuales, vel subrogati in Curia præsentes.

7. In ea Consultatione per Reverendissimum Generalem Prælatum, vel ab eo deputandos Ponentes, negotia, & eorum status proponentur, quæ non solum à sacris Curiæ Tribunalibus, & Congregationibus committantur, verum etiam quæ Ordinis, Observantiæ, & Provinciarum gubernium respiciant; & post propositionem, & discussionem, singuli oretenus sua vota depromant, à Secretario Generali ibi præsente describenda, & in iis quidem, quæ ab externis Tribunalibus committuntur pro informatione, & voto, aut executione, de consilio majoris partis congregatorum procedatur: in iis verò, in quibus hactenus Superior Generalis, se solo, vel cum, aut de Patrum Consilio disponere consuevit, aut debuit, pro sua conscientia, & prudentia præstitum consilium vel sequatur, vel omittat, juxta negotiorum, & sententiarum gravitatem, & temporum rationem, suæque prudentiæ, & conscientiæ dictamen.

8. De ejusdem Consultationis voto, ad suffragiorum pluralitatem, recognita, examinata, ac maturè discussa, & quatenus in majus Provinciarum bonum, aut commodum cedat, poterit Superior Generalis dispensare in qualibet Ordinis Constitutione, Regulæ observantiam præcisè non tangente, etiam ubi in Statutis dicitur, quod non dispenset, exceptis casibus, quod Constitutiones ipsæ in forma specifica sint à Summis Pontificibus confirmatæ, si habuerint clausulas irritantes, vel quod in præsentibus, vel futuris Constitutionibus exprimatur, quod neque de Assessorum, aut Consultationis voto, & assensu dispensetur: sufficiens enim tali Consultationi ad præmissa per præsens Decretum facultas tribuitur; confidente Capitulo Generali, quod illa, non nisi in casibus necessariis, & Ordini utilibus Patres tam graves usuri erunt.

9. Ad hujusmodi Magistratus gravissimi dignitatem plurimum conducente, ut ea, quæ secretò tractantur, sub eodem etiam conserventur, decernimus, ut si quis, personæ cuilibet de corpore Consultationis non existenti, ea, quæ inibi tractata, discussa, & absoluta fuerint, scripto, voce, vel nutu, vel alias quomodocunque revelaverit, aut quinam unius, vel alterius sententiæ in discrepantiis, & controversiis fuerint, significaverit, unde scandala, dissensiones, & odia in Ordine, vel Provinciis oriantur, aut ex natura rei oriri possint, & de eo legitimè convictus fuerit, pœnas revelantium Diffinitorii secreta, absque ulla in Collegis dispensandi facultate, incurrat.

10. Rogamus Superiorem Generalem, ut in committendis in Curia negotiorum, aut scripturarum, & actorum, seu processuum, tam civilium, quàm criminalium relationibus, revisionibus, informationibus, & summariis, adhibere dignetur viros in re, de qua agitur, peritos; ne puris Lectoribus, aut Prædicatoribus, qui nunquam in Diffinitorio fuerint, ea, quæ ad gubernium, vel Patribus non Lectoribus ea, quæ ad studia pertinent, committantur, ne sic sutores ultra crepidam se ingerere vel cogantur, vel permittantur, cum ex facilitate aliter, & indistinctè committendi, non pauci, aut modici errores bono regimini aliquando irrepserint.

11. Omnia tandem, quæ hic de Consultatione à Prælato Generali convocanda, & habenda præscribuntur, strictiori jure Officiali Curiæ injunguntur, cui in eadem negotiorum cathegoria, & commissionum circumstantia iidem assignantur Assessores, sine quorum consilio, & assensu nullam omninò apud Romanæ Curiæ Tribunalia sollicitare dispensationem possit; imò, prout aliàs à Majoribus nostris sancitum reperitur, nulli super statutis ipsis dispensationi assensum præbeat, nisi de prædictorum expresso dato consensu.

12. In Consultatione autem, quæ fiet pro negotiis ad Officialis ipsius ministerium pertinentibus, ejus Secretarius, vota, & sententias descripturus, assistat, non autem Secretarius Generalis, licet Generalis ipse Officialis Consultationi adesset; eo semper servato, ut pro utraque Consultatione liber ad hoc paratus, & distinctus pro alterutrius officio adsit, in quo tractata, discussa, & resoluta describantur, & ad perpetuam memoriam in archivo servanda, registrentur, & à Secretario, ad cujus officium liber attinet, subscribantur.

13. Ne pauperrimus Aracœlitanus Conventus, pluribus aliàs dispendiis obnoxius, notabiliter gravetur, decernit Diffinitorium Generale, ut singulis annis quatuor Provinciæ per turnum ab eodem Superiori Generali opportuno tempore designandæ, & præmonendæ, eidem Prælato, ipsiusque

Digitized by Google

que Secretariis, Scriptoribus, & reliquæ Familiæ, ad repartiendam ratam, necessaria pro decenti religioso vestimento interiori, & exteriori, teneantur suppeditare.

14. Omnia verò supellectilia pro cellis, & ministerio Secretariæ, & servitiis religiosè necessariis Prælato, Ministris, & Familiæ, Aracœlitanus Conventus ministrabit, providendo lucernas, oleum, papirum, stramentaria, atramentum, pulverem, calamos, bostias, sigillarem ceram, & quælibet alia pro Observantium Secretaria, sicut de ea, quæ ad se pertinet, curat strictior Observantia.

15. Prælatus autem Generalis duas Missas quotidie in iis Familiæ Provinciis, quæ pro eo, & subsequenti anno in vestimenti ministrationis turno comprehensæ non fuerint, in Sacristiæ Aracœlitanæ levamen celebrari curabit; renuentes Provinciales, & Guardianos celebrare nolentes, officio suspendendo, aut pro contumaciæ modo, & qualitate, arbitrio majoris partis Generalis Consultationis, privando.

16. Pro necessitatibus autem Secretariæ alterius Familiæ, & linguarum, si quando aderit, & pro vestimento, atque aliis, quibus opus habuerint Ministri illis inservientes, ita Generalis Minister curet provideri, ut & indigentiis succurratur, & Aracœlitanus Conventus non gravetur; cum æquum sit, ut Communitati inservientes, a Communitate ipsa, & non ab uno tantum Conventu, in quo magis permanenter vivunt, sibi, & officiis necessariis percipiant.

17. Plurium Prominiſtrorum, qui Capitulis Generalibus in hac Familia celebratis ex altera interfuere, querelis auditis, & rationibus consideratis, attento etiam, quod cum Prominister, & Custos par votum activum, & passivum in omnibus electionibus, & Discretoriis Capituli Generalis habeant, non plus Prominiſtri qualitas Capitulo Generali importet, quam Custodis; decrevit Diffinitorium Generale, quod de cætero ad gaudendum privilegiis Prominiſtrorum a Capitulo Generali Toletano anni 1658. taxatis, sufficiat, ut tempore suæ electionis passivæ Prominister eas habeat conditiones, quas in eligendo in Custodem statuta requirunt; dummodo tamen ætatem habeat triginta quinque annorum, & Religionis saltem quindecim, & non alias: revocata, quo ad hanc conditionum præfinitionem, constitutione Toletana prædicta, & aliis subsequentis, incipiendo a Prominiſtris, qui ad præsens Capitulum Generale accesserunt.

18. Id autem semper animadvertatur, quod licet Prominiſtri ab exitu a Provincia usque ad reditum inclusive Custodibus convocalibus suis præcedant, post reditum tamen Custos Prominiſtrum convocalem suum, cæteris paribus, præcedere debet, excepto casu, quo hic in Diffinitorio Generali per subrogationem, vel substitutionem fuerit suffragatus, cum pro talibus particulares statuta providerint, quorum tenores confirmantur.

19. Decrevit Diffinitorium Generale, quod de cætero Lectores Jubilati, qui non comprehenduntur in numero cuique Provinciæ per Constitutiones competente, locum, & præcedentiam habeant supra Lectores Generales actuales Theologiæ (salvo jure Ex-Custodum, & Prominiſtrorum, qui in Capitulis Generalibus votum dedere) ultra titulum Lectoribus Jubilatis de numero competentem, sine tamen jure subrogandi, nisi eis aliunde competat; inter sese autem, si plures fuerint, pro antiquitate Jubilationis præcedant, cæteris paribus.

Chronol. Seraph.

20. Quod si aliquis prædictorum Jubilatorum de non numero extiterit aliquando Custos, aut Diffinitor, alios Jubilatos pariter de non numero, qui illud officium non habuerunt, licet in Jubilatione essent antiquiores, præcedat; servata antelatione modernioris Ex-Custodis supra antiquiorem Ex-Diffinitorem, & inter pares, prioritate electionis, sicut disponitur in statutis pro Ex-Custodibus, & Ex-Diffinitoribus non Jubilatis; extra autem Provinciam, tam Jubilati numerarii Ex-Ministrorum privilegiis Apostolico indulto gaudentes, quàm hi extranumerarii, eos, qui pari gaudent prærogativa, subsequantur, quilibet sub sua respective catheguria.

21. Ad finem magis promovendi studiorum incrementa, pro eorundem informatione, directione, & moderatione, Lectorumque institutione, deputatione, & exercitio, Diffinitorium Generale decernit, præcipit, & mandat.

22. 1. Quod deinceps nullus promoveatur ad Lecturam, sive Artium, sive Theologiæ, præsertim in studiis Generalibus, nisi prævio examine, & oppositione, juxta Ordinis Constitutiones, & nisi a majori numero Examinatorum, seu Judicum, titulum, & qualificationem, *optimi* promeruerit, qui autem semel optimus non fuerit judicatus, usque ad tertiam vicem distinctis temporibus ad examen admittatur; quod si etiam tertio inter optimos non fuerit, non ampliùs examinetur, sicuti qui semel fuerit reprobatus, ad examen redire non possit.

23. 2. Quod nullus ad legendam Theologiam in Studiis Generalibus primæ classis destinetur, qui priùs per tres, vel quatuor annos, juxta aliàs resoluta, in Studiis inferioribus Generalibus, vel Provincialibus eandem facultatem laudabiliter non legerit, nisi superior Generalis, pro sua conscientia, & prudentia, cum aliquibus præclari ingenii Lectoribus, pro majori Studiosorum profectu, & Ordinis decore, super hoc dispensandum censuerit, & salva declaratione Sac. Congreg. Episcoporum, & Regularium de anno 1689. in favorem Lectoris Seminarii Aracœlitani, cum quo etiam, post plurium impressarum Thesium defensioni præstitam assistentiam, circa examen poterit dispensari.

24. 3. Quod nullus deputetur quartus Theologiæ Lector, super quo in omnibus, & per omnia servetur Statutum Capituli Generalis Romani de anno 1688. quod renovatur, sub pœnis in eo contentis.

25. 4. Quod Philosophiæ, & Artium Lector teneatur intra triennium, diebus, & temporibus in unaquaque Provincia solitis, & consuetis, legere, & absolvere integrum cursum Philosophicum, nempè Summulas, Logicam, Physicam, Metaphysicam, librosque de Anima, de Generatione, & Corruptione, & si tempus supersit de Cœlo, & Mundo, ac de Metheoris; faciatque cum suis Scholaribus exercitia litteraria defensionis Thesium, tàm per hebdomadam, quàm mensalium; & singulis annis, vel saltem circa finem cursus impressarum, & publicè in Ecclesia cum externorum præsentia, & impugnatione defendendarum; quidquam horum prætermittentes, ad concursum pro lectura Theologica non admittantur, nec eis locus Theologiam legendi assignetur.

26. 5. Quod Lectores Theologiæ, tam Provinciales, sub pœna non consequendæ sexennalis Paternitatis, quàm Generales, sub pœna non Jubilandi, teneantur intrà quatuor annorum spatium legere suis Studentibus, vel scribentibus, vel ex

textu Scoti audiantibus, omnes Theologicas materias, videlicet singulorum Tractatuum quæstiones principaliores in quatuor libris sententiarum Doctoris subtilis contentas, & omnino ad ejus mentem.

27. 6. Quod commodè fiet, si per triennii decursum, unus primi, alter secundi, & alter tertii materias, & Tractatus legerit, vel dictaverit; & in quarto anno omnes tres simul quarti sententiarum materias complere curaverint; itaut singulo quadriennio Studentes à tribus illis Lectoribus simul totam audiant Theologiam, & singuli ipsorum eam integram duodennio perlegant.

28. Si autem tempus eorum alicui superfuerit ex prædictarum materiarum lectura, vel etiam aliquibus diebus vacationum ad utile recreationis exercitium, Sacræ Scripturæ, & reliquorum ad conciones componendas necessariorum præceptorum notitiis studentes suos imbuant. In quem finem Reverendiss. P. Minister Generalis curabit, ut per omnes Provincias Familiæ, & quaslibet Conventus habentes Theologiæ, Casuum conscientiæ, aut Artium studia, vel Prædicatores annuales, evulgetur liber jussu Reverendissimi Patris Ex-Commissarii Generalis à P. Fr. Octavio Zaratino Lectore primario Aracœlitano compositus, & à Diffinitorio Generalis approbatus, utpotè Tyronum nostrorum instructioni utilissimus, cui titulus est: *Introductio ad lecturæ Theologicæ, & Prædicationis Evangelicæ officium*. Cujus quidem libri lectura, & usus utrique Familiæ Ordinis, ac etiam Reformæ commendatur.

29. 7. Ut in omnibus Scholis nostris legantur eodem tempore iidem tractatus, & materiæ, tam pro Lectorum, quàm pro studentium utilitate, si ab uno in aliud studium transferantur, Superior Generalis Familiæ pro tempore ad prædictam dispositionem assignet, atque in Elencho impresso ad Provincias mittat materias, & tractatus legendos, & complendos pro quolibet anno; prout à celebratæ Congregationis Generalis Romanæ anni 1691. tempore, fructuosè hactenus practicatum est.

30. Ut Ordo noster, cujus fidei à Divina elementia, & S. Sedis benignitate, Sacra Palestinæ loca à tot sæculis sunt commissa, & non paucæ extrà Palestinam Missiones sunt commendatæ, fructuosius valeat animarum salutem in demandatis Missionibus, & locis sanctis procurare, statuit Diffinitorium Generale, quod in nostra Familia duo Collegia, linguæ Arabicæ, & linguæ Græcæ instituantur in Provinciis intrà Nationes Lombardicam, & Regnicolam à Prælato Generali pro tempore designandis, in quibus eas linguas discere possint Religiosi, qui ex qualibet Familiæ Provincia tàm utili exercitio se velint dedicare, aut de Prælatorum mandato fuerint applicari.

31. Quæ quidem Collegia in omnibus, & per omnia sint subjecta Prælatis Provinciarum, intra quarum fines ea deputari contigerit, veluti cœteri Conventus earumdem: & Fratres ibi morantes ejusdem Provincialis obedientiæ, visitationi, & correctioni subsint, sicut & Superioris Localis Curæ, jurisdictioni, & obedientiæ subesse debent.

32. In iis nullus aligatur Guardianus, qui ejusdem Provinciæ filius non sit, & qui à Superiore Generali per Provincialem, aut Capituli, vel Congregationis Præsidem, ante electionem opportunè monito, approbatus non fuerit.

33. Lectores prædictarum linguarum, sicut & studentes exterarum Provinciarum, à Prælato Generali deputari debent; studentes verò, qui sunt filii earumdem Provinciarum, in quibus prædicta Collegia erigentur, atque omnes reliquæ Familiæ Fratres, à Provinciali, & Diffinitorio, sicut in aliis Conventibus, destinentur.

34. Hujusmodi verò Lectores inibi deputandi, coram Superiore Generali à linguarum Peritis Romæ examinentur; & dum actu legunt, prærogativis Lectorum Theologiæ Provincialium in omnibus, & per omnia gaudeant.

35. Illi, qui tales linguas, vel earum alteram per octo annos continuos, licet cum interpolatione Adventus, & Quadragesimæ, laudabiliter docuerint, fruantur Privilegiis Lectorum sexannalium, ultimo immediatori loco post eos ipsis assignato; si autem per duodecim continuos annos, absque ella intarpolatione, aut per quatuordecim, cum interpolatione Adventus, & Quadragesimæ duntaxat, prædictas linguas, aut eorum alteram legerint, vel docuerint, locum immediatè habeant post Lectores Jubilatos in Sacra Theologia, qui sunt de numero, cum omnibus, & singulis prærogativis, & præeminentiis talibus Lectoribus Jubilatis concessis.

36. Provincia verò illa, quæ tale aliquod novum Collegium recipere noluerit, ultra pœnas Inobedientium Provinciali, & Diffinitorio infligendas, excidat titulo, & privilegiis Almæ, seu Magnæ Provinciæ, si talis fuerit; si verò fuerit ex parvis, per quatuor Generalia Capitula nullum Generale officium, etiam delegatum, habere possit. Quæ autem libenter illud exciperit, si fuerit ex Parvis Provinciis, gaudeat titulo, & Privilegiis Magnarum Provinciarum; si verò fuerit ex Magni, Generalis Prælatus arbitrio Diffinitorii relinquat concessionem dispensationis, ut in Capitulo Provinciali unus Religiosus habens omnia requisita, in novum Diffinitorem, absque speciali S. P. Reverendiss., super completo numero Patrum, dispensationa, eligi valeat.

37. Duo etiam Chronologi in Ultramontana Familia à Prælato Generali instituantur, unus ex Observantibus, alter ex Reformatis, quibus Diffinitorium Generale injungit, ut sibi invicem opera, seu materias, & operum schemata, quæ scripturi erunt, & Congregationum Generalium Acta, quæ cum solo Diffinitorio Generali nunc fiunt, colligant, incipiendo à Cismontana anni 1685. & deinceps prosequendo; sub pœna autem privationis Actuum legitimorum non audeant quidquam imprimere, nisi opera in Romana Curia per doctiores Ordinis viros, de Superiorum mandato, sint revisa, antequam ad typos licentientur: curabitque Superior Generalis, ut Chronologi Observantis opera, Reformatorum Revisorum censuræ subjiciantur, & Reformati, ab Observantibus volumina qualificentur.

38. Diffinitorium Generale committit Reverendissimis Patribus Fr. Carolo Francisco da Varesio, & Fr. Michaeli Angelo da Candia, nec non Adm. Reverendis Patribus Procuratoribus Generalibus Ordinis, & Reformatorum, duobusque Diffinitoribus Generalibus, arbitrio Reverendissimi Patri N. Ministris Generalis deputandis, revisionem Compilationis Statutorum Generalium in Capitulo Generali præsentatæ, assignans eis tempus duorum annorum, et omnia in ea contenta examinent, & confrontationi subjiciant; nullum admittendo novum Statutum, quod legitime in Capitulorum Generalium Actis in substantia non reperiatur, vel in aliquo Sacrorum Tribunalium Romanæ Curiæ

riæ decreto expressè non contineatur. Et si contingat aliquem eorum ex hac vita decedere, vel alias necessario ab urbe abesse, alter in ejus locum à Reverendissimo P. Generali sufficiatur, itaut biennio Compilationis examen compleatur, & antè quartum suæ Reverendissimæ Paternitatis Gubernii annum Compilatio ipsa revisa, approbata, ac prælo data, per singulos cujuslibet Provinciæ Conventus distribuatur.

59. Cum nonnullæ Provinciæ ex nostris Ultramontanis, tàm de Observantia, quàm de Reforma scripto recurrerint ad Diffinitorium Generale, conquerentes se positas esse in confessu Capitulari in locis inferioribus, & sibi incompetentibus, ac per hoc protestantes de gravamine, & petentes audiri; communi Diffinitorii Generalis voto responsum est, novam audientiam non habere locum, & servandas esse Constitutiones Capitulorum Generalium, Romani de anno 1676. & Toletani de anno 1682. cum Decreto executivo Reverendissimi Sormani in tomo quarto Orbis Seraphici à Gubernatis relato.

Pro Provincia S. P. N. Francisci.

1. Privilegia, & prærogativæ, quibus gaudent Religiosi, qui Chori Aracœlitani per sexennium Vicarii fuerunt, sub eisdem conditionibus, & oneribus, extenduntur etiam ad eos, qui in Conventu S. Mariæ Angelorum de Portiuncula idem officium pari tempore exercuerint: ad quod ex qualibet Familiæ Provincia assumi possit Magister, sicut fit pro Choro Aracœlitano.

2. Studium Generale Sacræ Theologiæ secundæ classis, quod in Conventu Sanctæ Mariæ Gratiarum Interamnæ, Capituli Generalis Romani Decreto, erectum fuerat anno 1688. supprimitur, & instantibus ejusdem Provinciæ Ministro, ac Patribus, cum eadem qualitate, & Lectoribus, transfertur in Conventum S. Hieronymi Civitatis Perusiæ ejusdem Provinciæ.

Pro Provinciis Dalmatiæ, & Bosnæ Argentinæ.

1. Diffinitorium Generale approbat pro hac vice tantum, & absque eo quod transeat in exemplum, causas absentiæ Vocalium Dalmatiæ, & Bosnæ Argentinæ, eosque eximit, & dispensando absolvit à pœnis, quas ex præscripto Constitutionum incurrunt, qui ad Capitula Generalia non accedunt. Si quæ autem negotia contra eas in hoc Capitulo Generali se obtulerint, declarat, quòd nullum, propter eorum absentiam, præjudicium Provinciarum juribus inferatur, sed omnia, firmo remanente rerum statu, decidenda remittuntur futuro Capitulo Generali.

2. Ad quod, instante Provincia S. Ladislai, nunc pro tunc peremptoriè citantur Vocales Provinciæ Bosnæ Argentinæ, ad ventilationem causarum confinium, Conventuum, Residentiarum, & Parochiarum, præscindendo à decisis in præterita Congregatione Generali Romana 1691. judicandi in contumacia, si per se, vel legitimos Procuratores sufficiens habentes mandatum, de in causa, & causis concludendo, vel per viam sententiæ, vel per viam concordati, cum suis juribus, & rationibus, omni tergiversatione postposita, non comparuerint.

Pro Terra Sancta.

1. Duratio Commissariorum Terræ Sanctæ nullum habeat terminum præfinitum, sed omninò maneat sub arbitrio, & potestate Ministri Generalis pro tempore, eos vel in officio continuare, vel etiam, nulla interveniente causa, tam tempore Capituli Generalis, quàm alio quocumque, licet ante octennium, vel duodennium amovere; sicut de Lectoribus statuta disponunt: imò in literis Patentibus eorum institutionis, vel continuationis apponatur clausula durationis *ad beneplacitum*.

2. Quod si aliquis eorum à S. Sede suarum patentium literarum confirmationes, etiam in forma specifica, extorserit, non exprimendo in expositiva, quod durant ad beneplacitum Generalis pro tempore, literæ Apostolicæ intelligantur tantum corroborativæ facultatum, ex vi Constitutionum Ordinis officio suæ Commissionis competentium, non autem impeditivæ amotionis; cum ex hoc capite essent subreptitiæ.

3. Nullus ex prædictis Commissariis Terræ Sanctæ (exceptis duntaxat Matritensi, Romano, Viennensi, ac Parisiensi Commissariis) vocetur, aut se subscribere, vel inscribi facere audeat cum titulo Procuratoris, vel Commissarii Generalis Terræ Sanctæ; licet enim in Capitulo Generali Salmantino talis tituli institutio reperiatur, officium tamen Commissariatus in statu præsenti, nec quo ad extensionem, nec quo ad formam deputationis est illud, quod ibi præscribitur, & instituitur; ideoque errore irrepsit, si Amanuensium defectu hujusmodi Commissarii in aliquo publico Ordinis, vel Prælatorum Generalium documento, Commissarii Generales Terræ Sanctæ appellentur: quod non aliter intelligendum est, quàm sicut intelliguntur mandata procuratoria per Notarios fieri solita, videlicet, quod Generalitas cadat supra negotia, non autem supra officium, afficiendo illud qualitate Generalitatis.

4. Hujusmodi Commissarii non habeant nisi socium unum, & ad summum unum Tertiarium, & socius non se inscribat, aut subscribat titulo Secretarii, nec Vice-Commissarii, cum sit merus socius ad servitia.

5. Tam ipsi Commissarii, quam socii, & alii quicunque Fratres Terræ Sanctæ servitiis, etiam in Romana Curia, deputati, quantum per legitimas occupationes licuerit, convenire teneantur Communitatibus Chori, Ecclesiæ, & Refectorii, cæterisque omnibus actibus, functionibus, & Processionibus, quæ à Communitate fiunt.

6. Nec prædictorum aliquis, sub Apostasiæ nota, exire audeat è Conventu, nisi accepta toties quoties à Superiore Locali benedictione, & licentia, juxtà statuta Capituli Generalis Toletani 1658. renovata in Capitulo Generali Romano 1664. Guardianus autem prædictam licentiam toties quoties petitam negare non possit, inconsulto Prælato Generali.

7. Commissariorum personæ sunt immediatè Superiori Generali Ordinis, & Familiæ suarum Commissionum subditæ, extendendo ad Familiam Ultramontanam ea, quæ in Vallisoletana Generali Congregatione Anno 1661. tit. *Pro Terra Sancta* decreta sunt, & revocando quamlibet dispositionem in contrarium, tanquam contra Summorum Pontificum dispositiones, circa subjectionem ad Commissarium Generalem Familiæ, tam pro istis, quam pro cœteris alterius Familiæ Fratribus, emanatam. Venerabuntur tamen, & recognoscent Guardianum loci, tanquam suum Superiorem, quo ad vitam regularem, ex dispositia in Capitulo Generali Tolet. 1658. tit. *Pro Terra Sancta*, n. 3.

8. Socii autem Commissariorum, & reliqui Fratres pro Terra Sancta intra fines Commissariorum

Digitized by Google

operantes, subditi sunt Provincialis, & Superioris localis, quo ad vitam Monasticam, & Regularem disciplinam, morumque correctionem, sicut habetur in statutis Capituli Generalis Romani 1639. ab Urbano VIII. in forma specifica confirmatis, tit. *de Commissaria Terræ Sanctæ in Curia Regis Catholici reparanr*: Unde sicuti Commissarii, si deliquerint, puniendi sunt à Superiore Generali Familiam regente, ita socii, & reliqui à Provinciali, & Prælato Locali, tanquam cæteri Fratres, monendi, corrigendi, & puniendi erunt.

9. Vice-Commissarii Terræ Sanctæ institutio in qualibet commissione, vel Provincia, non fiat à Commissariis, sub nullitate actus, & indè secutorum, ac privatione officii Commissario contra facienti, ad normam dispositorum in Capitulo Generali Toletano 1658. à S. Sede Apostolica in forma communi confirmatorum, tit. *Pro Terra Sancta*, num. 1. & 2. sed eorum institutio ad Ministrum Generalem privativè pertineat, & per solas ipsius Patentes litteras valida sint, ad memorati statuti præscriptum. Quod si Superior Generalis alicui Commissario expressè concedat in scriptis, ut Vice-Commissarium benè visum in aliqua Provincia instituat, id intelligatur juxta disposita in ante dictis Salmantinis Anno 1618. videlicet, ut non nisi is deputetur, quem Provinciæ Diffinitorium ad id muneris idoneum judicaverit.

10. Tam Commissarii, quam Vice-Commissarii advertant, quod in præfata Constitutione Toletana illis inhibetur, destinare Fratres ad quæstuandum pro Terra Sancta, nisi accedat beneplacitum, & approbatio Ministri Provincialis, cujus ipsi quæstuarii fuerint subditi: eosdemque, expleta quæstuatione, & ratione reddita Commissariis, vel Vice-Commissariis, à quibus dimissi fuerant, recto tramite ad suos Conventus redire debere. Quod si quæstuarii absque beneplacito, & approbatione Provincialis ad quæstuationem iverint, aut expleta ipsa ad suos Conventus illicò non redierint, à suis Provincialibus, vigore præsentis statuti, gravium Apostatarum pœnis puniantur.

11. Tales autem quæstuatores, cum in districtibus Conventuum fuerint, Guardianis locorum se præsentare, & suas quæstuandi facultates, sub pœna carceris, exhibere teneantur: nec in Domibus sæcularium, absque urgenti necessitate, pernoctare permittantur, & nullo modo in locis, ubi Ordinis Conventus adsunt; ubique autem exemplariter, & prout decet, religiosè se gerant. Quod si in prædictorum aliquo deliquerint, à Superiore Provinciali, vel locali, cui id legitimè, licet summarie, constiterit, in custodia detineantur, & juxtà facultates sibi competentes puniantur, destinatis tamen aliis ad quæstuationes in Terræ Sanctæ subsidium complendas, & monitis tam Superiore Generali, quam Commissario Terræ Sanctæ de iis, quæ acciderint.

12. Conquerentibus pluribus Provinciis Ultramontanis, quod in maximum Conventuum præjudicium fiant, & fieri mandentur pro Terra Sancta (præter consuetas eleemosynarum collectiones) quæstuationes insolitæ, ut erogata à fidelibus, cum eorum deindè scandalo vendantur, videlicet, tritici, olei, vini, casei, olerum, carnium salitarum, & similium; districtè præcipitur, & sub officii privatione mandatur Commissariis, & Vice-Commissariis, ut omninò abstineant à talibus quæstuationibus rerum, quas in propria specie in sanctorum locorum, & Fratrum ad ea pertinentium necessitatem impendere non possunt: cum ad solum effectum vendendi, superflua colligere ex Regulæ nostræ professione Nobis nullo modo liceat. Verum in locis, ubi sunt Portus Maritimi, ex quibus Fratres ad Terram Sanctam euntes solent Navigio discedere, permitti poterunt aliquæ talium rerum quæstuationes, ad effectum duntaxat, ut Fratribus ipsis provideantur pro itinere necessaria in propria specie; cum ea tamen moderatione, & discretione, quod Conventibus præjudicium non inferatur. In cæteris autem commissionibus servetur consuetudo, dummodo Conventus non damnificentur, super quo Superior Generalis providere curabit pro suo zelo, ne scandala, & turbationes eveniant.

13. Singulis sex mensibus tam Commissarii, quàm Vice-Commissarii, juxtà præscriptum veterum Statutorum, & præcipuè Salmanticensium in statutis Capituli Generalis Romani 1639. in forma specifica à S. Sede confirmatis renovatorum, rationes reddere teneantur eleemosynarum, tam pecuniarum, quàm cujuslibet alterius rei in propria specie, quas pro Terra Sancta quomodolibet collegerunt, & expenderunt, aut colligi, & expendi fecerunt, aut ad eos undecunque, & quomodocunque pervenerunt, sub pœna privationis officii; extendendo etiam, quatenus opus sit, prædictum statutum Salmantinum ad utramque Familiam.

14. Hanc autem rationem reddere debebunt ex libris rationalibus, tam suo, quàm Sindici Apostolici Terræ Sanctæ, qui ad invicem confrontari omninò debebunt, juxtà dispositionem prædictorum Salmanticensium, præsentando libros originaliter coram Provinciali, & Diffinitorio Provinciæ, in qua residet Commissarius, vel Vice-Commissarius, cum interventu ejusdem Sindici, vel ejus substituti. Si autem Superior Generalis Ordinarius, vel Delegatus, ibi præsens fuerit, & redditioni rationis adesse voluerit, id coram ipso, cum aliquibus gravioribus Patribus, privativè quo ad Diffinitorium, in eo casu fieri poterit. Sin vero in Conventu residentiæ Provincialis non soleat residere Commissarius, vel Vice-Commissarius, reddatur ab iis ratio coram Guardiano, & Discretis Conventus: sicuti si Diffinitorium cum Provinciali non adsit, poterit pro suo arbitrio Provincialis assumere aliquos ex gravioribus, & principalioribus Provinciæ Patribus in suæ Residentiæ Conventu commorantibus. Quod si de infidelitate, vel mala administratione Commissarius, vel Vice Commissarius in talibus rationum redditionibus argui possint, per litteras Patrum illius congressus, in quo ratio reddita fuerit, Superior Generalis de resultatis moneatur, ut de justitia providere possit.

15. Ab hac autem dispositione reddendi computum Prælatis inferioribus excipitur Commissarius Mattritensis, pro quo est statutum peculiare in Segoviensibus à S. Sede Apostolica cum Romanis anno 1639. illud renovantibus, confirmatum, cujus dispositio omninò servetur.

16. Sindicorum Terræ Sanctæ Institutio ad solum Ministrum Generalem spectet; sed in casu repentino, ad Provincialem Provinciæ, in qua est Commissio, vel Vice-Commissio, recursus haberi poterit, qui Sindicum interim instituat, cum clausula tamen, *donec Reverendiss. P. N. Minister Generalis provideat*; idque ne commissionis Oeconomis absque Sindico maneat; aliter deputati Sindici, vel amoveantur, vel legitimè instituantur.

17. Sub pœna privationis officiorum, indispensabiliter exequenda, præcipitur omnibus, & singulis Terræ Sanctæ Commissariis in una, vel altera Fami-

lia

sta residentibus, ne faciant, aut fieri procurent, vel permittant ex eleemosynis pro Terra Sancta oblatis, vel procuratis, ornamenta, vasa, lampades, candelabra, vel aliud quodcunque supellectilis genus, nec prædictis eleemosynis emant rem aliquam, vel Jerosolymam transmittant, nisi prius à Guardiano, seu Custode Terræ Sanctæ, & ejusdem Procuratore fuerint requisiti, & à Superiore Generali licentiam in scriptis obtineant, aliquid præmissorum expressum, & determinatum transmittendi. Et sub eadem privationis officiorum pœna mandatur iisdem, ne in Hospitiis Terræ Sanctæ construatur de novo aliqua fabrica, absque expressa ejusdem Superioris Generalis licentia.

18. Declarat Diffinitorium Generale, quod statuta, quæ in quovis Capitulo Generali ponuntur sub titulo Terræ Sanctæ, æque pertinent ad utramque Familiam, nisi in eorum aliquo fiat restrictio ad Familiam, Nationem, vel Provinciam, aut ex textu verborum aliter, absque tergiversatione, intelligendum veniat.

19. Lecto Memoriali nomine aliquarum Provinciarum Ultramarinarum hujus Cismontanæ Familiæ supplicantium Diffinitorio Generali, ut detur certa regula quæstuationi, & eleemosynarum collectioni, quæ fiunt pro Terra Sancta à Commissariis particularibus, vel aliis deputatis in Indiis Orientalibus, & Brasilia, ac in Regno Portugalliæ, factaque relatione status illarum rerum à Reverendissimo P. Ex-Ministro Generali, censuit Diffinitorium Generale committendum esse, prout præsenti Decreto committit Provincialibus cujusve Provinciæ prædictarum Indiarum Orientalium, & Brasiliæ, ut cum suis Diffinitoriis super hujusmodi negotio omninò provideant, stabiliendo modum nostro statui conformem, quo & quæstuationes pro Terra Sancta exactè fieri, & Fratrum inutilis, superfluus, & parum Religiosus per ea loca districtus Conventuum discursus evitari, & eleemosynæ Sindico Generali opportunè consignari possint.

PRO REFORMATIS.

Discretorium Generale Reformatorum sub deputato Præsidente, more solito Collegialiter congregatum, variis sessionibus infrascripta Decreta, & declarationes edidit.

Die 27. Maji 1694.

Præmissa protestatione de pura, & absque ullo privilegio, vel abusu observantia litterali Regulæ S. Francisci, cum declarationibus Nicolai III. & Clementis V. ac juxta Statuta Reformatorum anni 1639. ad quam omnes responderunt, placet.

§. 1. *De Lectoribus, & Concionatoribus emeritis seu duodenalibus.*

1. NE prærogativæ concessæ Lectoribus, qui per duodennium Sac. Theologiam docuerunt, & Concionatoribus, qui totidem annis in Quadragesima prædicaverunt laudabiliter in suggestis conspicuis, fint ignorantiæ pabulum, vel commoditatis occasio, sed virtutis remuneratio, & laborum præmium, Discretorium Generale determinat, & declarat prædictum duodennium debere imposterum esse sine ulla prorsus interpolatione; Lectores autem omnia, & singula exercitia scholastica facere debeant, quæ in Capitulo Generali 1688. tit. pro Reformatis num. 47. sancita sunt, vel etiam majora à Superiore Generali sancienda, atque in studio principaliori propriæ, vel alterius Provinciæ à Patribus Diffinitorii, vel à Discretorio Provinciali designando in unaquaque Provincia, saltem per sexennium legere debeant, quo sexennio absoluto, locum cedant aliis Lectoribus, ipsi verò in inferiori studio suum poterunt duodennium complere. Nemo tamen Lecturæ studii principalioris succedere possit, nisi, vel per oppositionem, vel per examen faciendum coram Judicibus competentibus, inter optimos reperiatur. Completo duodennio Paternitatem quidem, & præcedentiam, non verò jus suffragandi, nec subrogandi imposterum habeant, quacumque declaratione, Decreto, jussione, statuto in contrarium minimè obstantibus: exceptis Provinciis Germaniæ, quæ circa hoc punctum subrogationis in sua libertate se velle continuare protestatæ sunt.

2. Prædicatores verò, nisi in suggestis verè conspicuis, uti sunt, & Discretorium Generale declarat esse Ecclesias Cathedrales, Collegiatas insignes, & loca, ubi in Quadragesima plurium Prædicatorum adest concurrentia, prædicaverint, suis respectivè prærogativis (sine jure suffragandi, & subrogandi) minimè deinceps gaudere valeant.

3. Nec Lectores, nec Prædicatores emeriti instituantur, nisi prius constiterit per legitimas juratas attestationes totius Diffinitorii, & Discretorum Conventus, omnia, & singula supradicta laudabiliter implevisse, aliter institutiones hujusmodi nullæ sint, atque inanes.

§. 2. *De Promovendis ad Gradus Diffinitorii.*

1. Quia in Capitulo Generali de anno 1688. inter alia pro Reformatis declaratum fuit, quod promovendis ad Gradus Provincialatus, vel Diffinitoriatus non sufficit bina electio in Guardianum, sed quod legant, vel prædicent per tres annos, ut ibi: Discretorium Generale considerans, quod aliquando sunt in Provinciis aliqui, qui quamvis munera præfata non exercuerunt vel ex accidentibus exercere non potuerunt, sunt nihilominus majoris, vel æqualis intelligentiæ, & capacitatis, sicut illi, qui legunt, vel prædicant, iraut pro Judicibus, vel Conjudicibus inservire possint Ministris Provincialibus; idcircò determinat, & declarat, quod constito Præsidi Capituli, & Diffinitorio, nemine ipsorum discrepante de prætacta dictorum sufficientia, & capacitate, non obstante citata declaratione 1688. ad Diffinitoriatum duntaxat, & Custodiatum promoveri queant.

2. Qui verò Diffinitores, vel Provinciales fuerunt, quamvis non legerint, aut prædicaverint per triennium, ad eosdem Gradus respectivè reeligi possint, & valeant; jus enim acquisierunt vocis passivæ per antiquas electiones, & ita Discretorium Generale declarat.

§. 3. *De Provincialibus absoluta officis.*

1. Capitulum Generale innixum statuto Reformatorum cap. 8. num. 58. quo statuitur, ne Ministri Provinciales in Capitulo, ubi ab officio absolvuntur, ad Guardianatum, Vicariatum, aut Confessoratum Monialium eligi possint, præter indispensabilitatem ibidem positam, addit nullitatis pœnam, in casu, quo hujusmodi Provinciales ad prædicta eligerentur.

Dis

Digitized by Google

Die 2. Junii 1694.

§. 4. *De Procuratoris Generalis electione.*

1. Procurator Generalis Reformatorum, juxtà dispofita à Sanctiffimo D. N. Innocentio XII. in fuo Brevi motu proprio, quod incipit, *Cum nos nuper, &c.* fub die 7. Aprilis 1694. in futurum eligi debebit in Capitulo Generali per vota fecreta, & ballottationes omnium, & fingulorum Vocalium Provinciarum Reformatarum tantum, proponente Miniftro Generali, & durabit in officio ufque ad fubfequens Capitulum Generale, ficut cœteri officiales Generales Ordinis in Curia Romana.

Die 7. Junii 1694.

§. 5. *De præcedentia Ex-Provincialium extra propriam Provinciam.*

1. Propofito de ordine Diffinitorii Generali dubio: An Ex-Miniftri Provinciales extrà propriam Provinciam præcedere debeant in omnibus, & fingulis actibus Diffinitores actuales illius Provinciæ, in qua illis ex quacunque caufa contigerit degere, feu morari? Omnes Patres Difcretorii unanimiter refponderunt affirmativè, & decreverunt confirmandas effe declarationes factas de anno 1688. à Reverendifs. P. Carolo Francifco de Varefio, impreffas, & colligatas Tabulæ Generali Capituli Generalis anni præfati 1688.

§. 6. *De Clericis.*

1. Ne fruftretur jufta, rationabilis, atque expreffa intentio ftatuti Reformatorum cap. 2. num. 40. circa fexennium Clericatus præfcriptum, antequam quis ad Ordinem Sacrum Presbyteratus fufcipiendum licentietur; Difcretorium Generale vult, & determinat, quod deinceps à Superioribus non difpenfetur, nifi appofita in difpenfationibus hac claufula (dummodò per tempus difpenfatum abeis, ad quos fpectat, in exercitiis à Clericis præftari folitis detineantur) Superiores verò Locales, qui in hoc negligentes reperti fuerint, ab officio fint ipfofacto fufpenfi arbitrio Provincialis.

§. 7. *De Lectoribus, & Concionatoribus.*

1. Ex quo per ftatuta Reformatorum ftabilitum eft, ut nemo inftituatur Lector, nifi per quatuor integros annos Theologiæ ftuduerit; nec Prædicator, nifi per tres annos eidem facræ facultati incumbat, ita obfervare illud mandat Difcretorium Generale, ut non nifi ingenio excellenti præditis, judicio, & atteftatione Provincialium, per quatuor vel fex menfes ad fummum, & non plus, queant difpenfari, fub pœna nullitatis inftitutionum aliter factarum.

Pro Provinciis S. Salvatoris, & S. Mariæ in Hungaria.

1. Lectis memorialibus Reformatarum Provinciarum S. Salvatoris, & S. Mariæ in Hungaria, quibus prima fupplicat pro nova audientia; fecunda verò pro manutentione Decretorum, de affenfu Cæfareo ad formam Commiffionis Diffinitorii Generalis in Capitulo Generali Romano 1688. relaxatæ, factorum ab A. R. P. Fratre Antonio Lazari tunc Diffinitore Generali, & causæ Commiffario, pro divifione terminorum utriufque Provinciæ; & Decretorum, pariter à Congreg. Generali Romana anni 1691. in gradu appellationis, fuper eadem caufa, partibus verbo, & fcripto informantibus, atque auditis, emanatorum: Refolutum eft à pleno utriufque Familiæ Diffinitorio Generali, quod nifi Patres Salvatoriani adducant nova motiva, & jura ultra exhibita in primo, & fecundo judicio, ftetur omninò Decretis Congregationis Generalis, nec ampliùs audiantur. Cum autem in effectu nihil produxerint, fub pœna turbatorum pacis mandatur illis per fanctam obedientiam, ut quiefcant, & perpetuum utrique Provinciæ fuper ea terminorum controverfia filentium imponitur.

Pro Provincia Genuæ.

1. In caufa Januen. Moderationis Brevis inter P. F. Joannem Baptiftam Gherfi ex una, & totum ferè corpus Provinciæ ex altera partibus, pro quo, de fpeciali refcripto Sanctitatis fuæ, debeat Capitulum Generale fuum votum proferre, nihil dici poteft, eo quod P. Gherfius in limine propofitionis caufæ, & poft affixas citationes, fcriptura exhibita, præter impreffam vulgatam, totam Ultramontanam Familiam fufpectam allegavit.

Pro Cifmontana Familia.

1. Quoniam per Decreta Generalia S. Sedis de Celebratione Miffarum edita 1625. à Sac. Congreg. Concilii, & in Conftitutionibus Capituli Generalis Romani ejufdem anni à S. M. Urbano VIII. fub die 20. Novembris eodem anno confirmatis acceptata, & præfertim huic Familiæ intimata, adimitur omninò Ordinibus Regularibus facultas reducendi Miffarum onera, quæ alias à S. Trid. Concil. Generalibus Prælatis in Capitulis Generalibus fuerat conceffa, & ea Sac. Congr. prædictæ refervatur: Exortum eft dubium in Diffinitorio Generali utriufque Familiæ fuper fubfiftentia delegationum Provincialis, & Diffinitorii cujufque Provinciæ factarum pro tali Miffarum reductione in fubfequentibus Capitulis Generalibus, & præcipuè in Tuletano 1645. & Vallifoletano 1670. neque per varias opiniones, & per praxim Synodorum Diœcefanarum, in quibus idem aliquando agitur, nec non per doctrinas Authorum non vulgarium ex omni ftatu, qui in iftis partibus poft ante dicta Decreta fcripferunt, ac per vulgatam diftinctionem Reductionis auctoritativæ, & Reductionis interpretativæ, feu alias qualibet, accuratè, & maturè tractata; ad fecuritatem tandem confcientiarum, communi voto, refolutum eft, quod Reverendifs. P. Min. Generalis officiali Curiæ hujus Familiæ committat, ut ad Fratrum confcientias quietandas S. Sedi Apoftolicæ omnino fupplicet pro Generali fanatione factarum Reductionum, cum fit moraliter impoffibile, quod à quinquaginta jam annis inveniri poffint quales, & quantæ in qualibet Provincia factæ fuerint.

2. Impofterum autem Diffinitorium Generale declarat, & folemniter intimat, recurendum effe toties quoties pro hujufmodi Reductionibus ad Sacram Congreg. Concili præfatam, juxtà textum prædictorum Decretorum Generalium de celebratione Miffarum §. *Ac primo &c.* & refolutionis ad dubia §. *Ad primum, & fi legatum &c.* cum expreffione motivorum, ex quibus Reductionis neceffitas importetur, explicando femper, cujus culpa, vel caufa, capitalia, ex quorum fructibus celebrandarum Miffarum eleemo-

Digitized by Google

mosynæ erant percipiendæ, sint distracta, vel destructa, aut minus fructificantia.

3. Si quis verò Provincialis se solo, sive cum suo Diffinitorio, de cujusvis doctrina, aut licentia, Reductiones hujusmodi in futurum facere ausus fuerit, cum de eo Generali constiterit (quod tamen tàm ipse, quàm ejus Visitatores specialiter investigare debebunt) tàm Provincialem, quàm Diffinitorii Patres talem reductionem facientes, vel facienti Provinciali non obsistentes, nec non Guardianos talem Reductionem à Provinciali, vel Diffinitorio petentes, vel ab iis factæ consentientes, officio privare, & ad illa, & alia quæcumque in futurum obtinenda perpetuò inhabilitare teneatur.

4. Reductiones etiam aliter factæ nullæ omninò esse censeantur, prout ex natura facti nullæ fuit; & cum per eas impositis Missarum oneribus minimè satisfiat, tàm reducantes, quàm Reductionem sic nulliter factam exequentes, reos esse furti Animabus Purgatorii, & Benefactoribus facti pronuncientur, & pro talibus semper habeantur.

5. Cum experientia ostenderit, non paucos abusus oriri in applicatione Missarum Dominicalium à Generali Provincialibus concessa, decernitur, quod Superior Generalis Provincialibus eas applicandi non tribuet facultatem, nisi per authentica documenta, cum juramento Diffinitorii sibi constiterit de expressa, vera, præsente, vel imminente necessitate Provinciæ.

6. Si autem Provincialis, vel Diffinitorium (quod tamen videtur incredibile) Prælatum Generalem fallerent in causæ expressione, vel justificatione, suis officii irremissibiliter priventur; sicuti & Provinciales, qui absque hujusmodi cautelis, ac licentia Missas applicaverint, & Guardiani, qui super tali Missarum applicatione cum Provinciali quoquomodo colluserint.

7. Cæteræ Missæ Dominicales, qui prædicto modo non fuerint applicatæ, à Guardianis pro Benefactoribus omnino applicentur, sublata Provinciali eas aliter applicandi potestate, aut pro iis sub quovis prætextu à Prælatis Localibus eleemosynas repetendi, & Guardiano eas largiendi, sub pœna furti, cum ex nunc Diffinitorium Generale, ad veterum Constitutionum formam, eas pro Benefactoribus applicet, atque applicatas esse declaret.

8. Si compientibus officium Provinciali, & Diffinitorio, existant apud Sindicum eleemosynæ non consumptæ, sive hæ proveniant à Missis, sive ab aliis quibusvis Piorum largitionibus, eas Provincialis ipse, & Diffinitorium, unà cum suis schedis, & apochis, in eo, statu prorsus integras, in quo reperiuntur, successoribus immediatis resignent, absque eo, quod sibi post officium neque implementum oneris, quod forte adsit, neque jam probatæ necessitatis providentiam, neque aliam quamcunque talium eleemosynarum applicationem valeant reservare, sub pœnis contra proprietarios decretis, & contrà eos à novo Diffinitorio irremissibiliter sententiandis, & exequendis.

9. Sub officiorum, & actuum legitimorum privatione caveant tàm Provinciales, quàm integrum Diffinitorium, ne debita contrahant, aut sub titulo publicæ necessitatis Provinciæ contrahi permittant, nisi pro vera, imminente, aut præsente necessitate Superiori Generali notificata, ac justificata, & cum ipsius licentia; & tunc non nisi medio Sindico Apostolico, & per modos statui nostros conformes, proportionatos, & convenientes.

Pro Natione Hispanica.

1. Examinatis scripturis adductis per Religiosos laicos professos Provinciæ de Aragonia ex una, & Patrem Guardianum Conventus S. Mariæ à Jesu Cæsaraugustæ ejusdem Provinciæ ex altera, partibus, in causa præcedentiæ, seu antelationis locorum antiquorum supra Clericos in sacris non constitutos, re maturè per totum Diffinitorium Generale discussa, communi Patrum voto decretum est, ut in præfata Aragoniæ Provincia servetur circa præmissa inveterata consuetudo, ita quod in iis locis, & actibus, in quibus Juniores Clerici antiquiores laicos, antè motam litem, præcedere solebant, in ea præcedentia Clerici conserventur, in Processionibus autem, aliisque locis, & actibus, tàm publicis, quàm privatis, in quibus antiquiores laici juniores Clericos in sacris non constitutos, ante motam, vel intentatam pariter litem, præcedere consueverunt, in ea præcedentia laici manuteneantur, nihilque omninò circa talem præcedentiam de statu, in quo ante litem reperiebantur, mutetur, vel innovetur, sub turbatæ pacis pœna, aliisque Diffinitorii arbitrio, Fratri non obedienti, & se huic Decreto non conformanti infligendis.

2. Custodi, & Prominístro Provinciæ S. Saturnini in Sardinia, qui suffragati sunt in præsenti Capitulo Generali Victoriæ celebrato, & aliis, qui ex eadem Provincia ad futura Capitula Generalia in qualibet Familia celebranda suffragaturi accedent, eadem privilegia, & antelationes conceduntur, quæ Prominístris in altera Familia suffragantibus per Constitutiones adjudicantur, ob æqualia, & forte majora itineris incommoda, & pericula, dummodò habeant requisita.

3. Licet Vicarius Monialium Monasterii Medinæ *Fumar* hujus Provinciæ Cantabriæ non habeat sub cura sua sex Religiosos, prout statuta Capituli Generalis Romani de anno 1676. requirunt in talibus Vicariis, ut possint suffragari in Capitulo Provinciali; verumtamen, quia a limine fundationis, ex condicto cum Fundatore, & rigore scripturæ a Provincia acceptatæ, & a S. Sede confirmatæ, is Vicarius debeat habere votum in Capitulis Provincialibus, & eum effectu semper habuerit: Diffinitorium Generale, visis documentis, & re ponderata, decrevit, standum esse Concordato, & casum non comprehendi in prædicto Statuto Romano.

4. Vicarius Chori Conventus Sancti Francisci Matriti, qui per decem continuos annos, absque ulla interpositione, laudabiliter exercuerit officium suum, iis expletis, locum, & præcedentiam post Lectores Jubilatos, nondum habentes votum, Prædicatores Generales, Commissarium Curiæ, & Lectores Theologiæ actuales immediatè habeat, gaudeatque, Privilegiis Ex-Diffinitoribus suæ Provinciæ concessis, sine tamen jure subrogandi, & quoad præcedentiam tantùm.

5. Institutio Conventus de Baños Civitatis Hispalensis in domum Recollectionis à S. P. N. Innocentio XII. per suum Breve Apostolicum confirmata, eo humiliter recepto, approbatur, & sub rebellionis, & inobedientiæ pœnis, injungitur omnibus, ad quos spectat, ut Brevis tenorem, quoad omnia, executioni demandare satagant.

6. Superior Oratorii nuncupati S. Ludovici de Monte *Mor* in Provincia Portugalliæ, in quo aluntur decem Religiosi, habeat imposterum votum in Capitulo suæ Provinciæ, cum in eodem suffra-

gium

gium ferant Superiores duorum Oratoriorum quinque tantùm Religiosos habentium, juxtà exposita à P. Ministro illius Provinciæ, & illius instantiam.

Pro Natione Gallica.

1. Diffinitorium Generale statuit, & decrevit, quod Doctores, sive Regentes, sive Conventuales nationis, gaudeant quidem in Universitatibus quolibet honore, & privilegio Doctorum; intrà Ordinem vero, nisi habeant omnia requisita ad lauream Jubilationis, nullo modo Lectorum Jubilatorum honores, & privilegia, in laborum præmium Jubilatis concessa, sibi usurpare audeant, aliàs tanquam violatæ quietis rei puniantur.

2. Cùm significatum fuerit Diffinitorio Generali Patrem Ministrum Provinciæ Turoniæ Pictaviensis, post convocatum Diffinitorium ad expedienda negotia pro Capitulo Generali, incidisse in Lethalem morbum, & cum se agnosceret morti proximum, se proponente, & suffragante, elegisse simul cum Patribus Diffinitorii in Commissarium Provincialem Patrem Fr. Nicolaum Ronland, ea conditione, ut Provinciam gubernaret pro tempore suæ infirmitatis tanquam Commissarius; in casu autem suæ mortis, ejusdem electionis virtute, eam regeret tanquam Vicarius Provincialis in Capite, usque ad futurum Capitulum Provinciale: supplicaverunt Patres Prominister, & Custos ejusdem Provinciæ, ut pro bono pacis dicta electio, modo, qui præfertur, facta, confirmaretur, & quatenus opus esset, validaretur, & sanaretur. Diffinitorium autem Generale non habens potestatem sanandi electiones substantialiter vitiatas, declarat, electionem, de qua agitur fuisse, & esse nullam, & invalidam, ac præsenti Decreto eam annullat, cassat, & invalidat, cum indè secutis: præcipitque, & districtè mandat per S. Obedientiam ejusdem Provinciæ Patribus Vicarii Provincialis electoribus, ut, nulla interposita mora, ad novam Vicarii Provincialis electionem, legitimè, canonicè, & juxta disposita in Constitutionibus, faciendam conveniant, sub pœna rebellionis, tàm ipsi Patri Nicolao, si se in officio Vicarii Provincialis, ex vi præfatæ nullæ electionis, seu potiùs intrusionis, conservare præsumpserit, quàm cœteris, qui ejus in hac parte prætensioni faverint, & Vocalibus prædictis, qui ad electionem Vicarii Provincialis canonicè faciendam vocati convenire renuerint, nec non subditis quibuscunque utriusque sexus, qui prædictum Patrem Fratrem Nicolaum Ronland tanquam Vicarium Provincialem ex supradicta electione recognoverint, eique ut Prælato Provinciæ obedierint.

3. Lecto Memoriali Procuratorum Provinciæ S. Antonii in Artesia recurrentium contra Vocales indè ad Capitulum Generale emissos, & instantium ne cum cœteris Vocalibus admitterentur ad suffragandum, ac proferentium Decretum Summi Pontificis reservatis sibi sanationem illius Capituli Provincialis à Diffinitorio expetitam, remittentisque alias ejusdem Provinciæ causas ad Capitulum Generale: Auditis ex alia parte Vocalibus Artesianis prædictis; Diffinitorium Generale decernit, quod, firmo remanente rerum statu, & relictis memoratæ Provinciæ pendentiis, ac negotiis in terminis, in quibus reperiuntur, sine præjudicio electionum, & actionum Capituli Generalis, vel jurium utriusque partis, tàm in petitorio, quàm in possessorio Vocales admittantur ad suffragandum; ita tamen, quod hujusmodi præstatio suffragii nihil influat in prætensam sanationem Summo Pontifici reservatam. De cœteris autem illius Provinciæ negotiis non fuit tempus agendì in Capitulo Generali.

4. Facta per P. Guardianum Parisiensem, Auditorem deputatum, relatione recursus, & status causæ P. F. Bonaventuræ Cavenac Provinciæ Aquitaniæ Antiquioris, communi voto Patrum Diffinitorii Generalis statum est, ut cum electus fuerit novus Minister Generalis, provideat de opportuno Commissario Delegato, qui ad formam Sacrorum Canonum, & Ordinis Constitutionum, accepto etiam placito, & sensu Regis Christianissimi, auditis diligenter partibus, & interesse habentibus, totoque statu causæ accuratè inspecto, opportunam justitiam per definitivam sententiam, auctoritate delegata, ministret: firmo interim remanente rerum statu pro utraque, & qualibet parte.

Pro Natione Germano-Belgica.

1. Lecto memoriali P. F. Luciani Bosquel Provinciæ S. Andreæ in Flandria Diffinitoris conquerentis, quod in ea Provincia non servetur in electionibus Guardianorum forma præscripta in Bulla fel. record. Alexandri VII. incipient. *Creditæ nobis &c.* sub die 18. Februarii 1663. & Decreto Sac. Cong. Episcoporum, & Regularium, sub die 25. Martii 1663. cum statuto Generali ibi approbato, & ad hanc totam Familiam circa hanc materiam extenso, in quibus disponitur, ut Guardiani eligantur per vota secreta, & ballottationes, proponente Præside, sub nullitate electionis: excusantibusque se Patribus illius Nationis per suos Diffinitores Generales, notitiam memoratæ Bullæ, & Decretorum ad suas Provincias non pervenisse: Diffinitorium Generale (admissa, quantum valeat, excusatione de præterito, vel saltem ea prudenter dissimulata) intimat ex nunc præfatorum Apostolicorum mandatorum notitiam eidem Nationi Germano-Belgicæ, in personis suorum compromissariorum Diffinitorum Generalium in eodem congressu ante novas electiones præsentium, & acceptantium, ac pro Natione se obligantium, nec non in personis novorum Diffinitorum Generalium illius Nationis præsentibus Actis subscribentium; mandatque integræ præfatæ Nationi, ut tàm Breve, quàm Decretum, & statutum antedicta, quorum copia prædictis Patribus Diffinitor. Generalibus præteritis data est, cum omnibus in iis contentis, non solum quo ad electionem Guardianorum, sed & aliorum Officialium ibi nominatorum, in singulis Nationis Provinciis observentur, electionemque ipsæ imposterum fiant, proponente Præside per vota secreta, & ballottationes, non autem per voces, sub nullitate ipso facto omnium electionum, quæ per voces, seu aliter fierent, atque Actorum inde provenientium, nec non privationis officiorum suorum aliter eligentibus, ipso facto incurrenda.

Pro Provinciis Indiarum Occidentalium.

1. A Reverendissimo P. F. Joanne Alvin, Ex-Ministro Generali, fuit in Diffinitorio Generali exhibitum, & lectum quoddam Decretum Regis Catholici, quod incipit: *Por quanto aviendose movido controversia entre el Ministro Generale de S. Francisco, y el Commissario General de Indias, &c.* & definit: *Fecho en Madrid à 26. de Setiembre 1693.* cum subscriptionibus; nec non exhibitum, & lectum pariter Breve SS. Dom. N. Innocentii Papæ XII. quod incipit: *Sua nobis dilectus filius, &c.* ac desinit:

Datum

Digitized by Google

Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ 1691. die 9. Maii, Pontificatus nostri anno primo, cum subscriptionibus; quod fuit admissum à Rege Catholico, ut patet ex quadam epistola ab expeditionis universalis Regio Secretario P. Alonso Carnero eidem Patri Ex-Ministro Generali scripta, super controversia jurisdictionis habita inter Ministrum Generalem Ordinis ex una, & Commissarium Generalem Indiarum in Curia Regis Catholici residentem, ex altera, partibus: Diffinitorium Generale omnibus pleoè intellectis, cognoscens fuisse proposito negotio, ac utriusque Prælati jurisdictioni per præmissa sufficienter provisum, qua decet humilitate, Breve Pontificium, Regiumque Decretum venerans, Reverendiss. P. Ministro Generali commisit, ut Majestati suæ gratias, pro pace hisce officiis data, referret, Breveque ipsum, ac Decretum originaliter in Archivo Generali Matritensi reponi faceret, ac fideliter custodiri mandaret, datis authenticis utriusque copiis, tàm Commissario Generali præfato, quàm Archivo Aracœlitano, nec non officialibus Generalibus utriusque Familiæ in Romana Curia residentibus.

2. Ad consulendum bono, utilitati, & felici conservationi, atque incremento Provinciarum Indiarum Occidentalium, innovatur intimatio pœnarum, & censurarum in Apostolicis, & Ordinis Constitutionibus contentarum (quæ in præsentibus pro expressis habeantur) contra Provinciales, & alios, tàm Prælatos, quàm subditos Nationis Hispanicæ, qui Religiosos quoscunque, præsertim probos, & doctos, cupientes pro zelo salutis Animarum, & nostræ sanctæ fidei dilatatione, ad Indos ex Hispaniis transire, quoquomodo audeant impedire, vel retardare præsumant.

3. Custodes, & Prominiftri Provinciarum Indiarum Occidentalium, qui ad præsens Capitulum Generale accesserunt, vel imposterum in alternativa Familia accedent, si ex quacunque causa ad ipsas Provincias, pro quibus suffragium tulerint, non redierint, cogantur restituere Sindico Generali Indiarum Matriti residenti dimidium subsidii, quod ratione itineris à Provincia, ex qua ipsis fuerat impensum, notificata Reverendiss. P. Commissario Generali Indiarum quantitate recepti, & restituti, ut de eorum fidelitate constare possit. Quod si moniti non paruerint, tamquam proprietarii puniantur; & nihilominùs adhibitis juris, & facti remediis, ad restitutionem prædictam cum effectu faciendam compellantur.

4. Prædictarum Provinciarum Prominiftris, tàm eundo ad Capitulum Generale, quàm ad Indias redeundo, assignetur in Refectorio Conventus N. P. S. Francisci Matriti eadem mensa, quæ earundem Custodibus assignata est: in Choro autem, processionibus, & cœteris aliis functionibus, & actis Communitatis, ac disciplinæ Regularis, eadem omninò præcedentia prædicti Custodes, & Prominiftri in illo, & aliis Hispaniarum, atque Ordinis Conventibus gaudere debebunt, quæ per Ordinis statuta, & consuetudinem omnibus aliis cœterarum Provinciarum Custodibus, & Prominiftris extrà proprias competit.

Judices pro Expellendis Incorrigibilibus juxtà Apostolicas Constitutiones designantur.

Pro Familia Ultramontana.

1. A. R. P. F. Joannes Jacobus Romanus, Diffi. Gen.
2. A. R. P. F. Franciscus de Ragusio, Diff. Gen.
3. A. R. P. F. Joannes Baptista de Menelia, Ex-Procur. Gen. Reform.

Chronol. Seraph.

4. A. R. P. F. Bernardus Sannig, Pater Ordinis.
5. A. R. P. F. Ludovicus ab Aquis, Pater Ord.
6. R. P. Minister Provinciæ Romanæ pro tempore.

Pro Familia Cismontana.

1. A. R. P. F. Martinus Udalacchea, Diffi. Gen.
2. A. R. P. F. Bonifacius Maes, Diffi. Gen.
3. A. R. P. F. Philippus Taure, Diffi. Gen.
4. A. R. P. F. Sebastianus de Arroyo, Ex-Commiss. Gen. Curiæ.
5. A. R. P. F. Georgius de Magdalena, Pater Ord.
6. R. P. Minister Provinciæ Castellæ pro tempore.

Loca, & Conventus, in quibus celebrabuntur tàm futura Congregatio Generalis hujus Cismontanæ Familiæ, quàm Capitulum Generale in Ultramontana Familia cogendum, relinquuntur deputanda arbitrio, & dispositioni Reverendissimi P. N. Ministri Generalis.

Numerus Fratrum Defunctorum ab ultimo Capitulo Generali Romano usque ad præsens, quantum ex testimoniis per Patres Vocales Provinciarum, qui convenerunt ad hoc Capitulum Generale, productis, facta computatione, ascendit ad octo millia, centum, & triginta sex.

Sororum verò ad decem millia, & ducentas.

Inter quos in utroque sexu non paucos cum sanctitatis opinione obiisse, nonnullos etiam pro fide Catholica mortem perpessos esse, refertur.

Sequuntur Suffragia.

Pro Sanctissimo Domino Nostro Innocentio Papa XII. Summo Pontifice, Imperatore, Regibus, & Principibus Orthodoxis, Eminentissimo Gardinale Protectore, exaltatione Sanctæ Matris Ecclesiæ, Hæresum extirpatione, Felici statu Ordinis Nostri, ejusdemque Patronis, fiant assueta, & injuncta in anterioribus Capitulis Generalibus præscripta suffragia.

ITA EST.

Ego Frater Joannes Episcopus Celsonensis Capituli Gen. Præses.
F. Bonaventura Poerius Minister Gen.
F. Joannes Alviso Ex-Minister Gen.
F. Hiacynthus Hernandez de la Torre, Commiss. Gen.
F. Antonius ab Introduco, Ex-Commiss. Gen. immediatus.
F. Julianus Chumillas, Ex-Commiss. Gen. & actualis Indiarum.
F. Carolus Franciscus de Varesio, Ex-Commiss. Gen.
F. Michael Angelus de Candia, Discretus perpetuus Ordinis.
F. Franciscus de la Portilla, Commiss. Generalis Curiæ.
F. Petrus Paulus de Cellis, Procurator Gener. Reform.
F. Franciscus de Ragusio, Diffin. Gen.
F. Didacus de Lauro, Diffin. Gen.
F. Fidelis a Papia, Diffin. Gen.
F. Franciscus à Clusis, Diffin. Gen.
F. Joannes Jacobus de Roma Diffi. Gen.
F. Sixtus ab Alphianello, Diffin. Gen.
F. Matthæus à S. Stephano, Diffin. Gen.

F. Franciscus Caccia, Diffin. Gen.
F. Franciscus Cajetanus de Fulgineo, Diffinit. Gen.
F. Joannes Franciscus de Rapallo, Diffinitor Gen.
F. Martinus Udalacchea, Diffin. Gen.
F. Joseph Fellin, Diffin. Gen.
F. Bonifacius Maes, Diffin. Gen.
F. Ludovicus à S. Joseph, Diffin. Gen.
F. Philippus Tsure, Diffin. Gen.
F. Franciscus Du-Valene, Diffin. Gen.
F. Henricus Tempel, Diffin. Gen.
F. Hieronymus Ranoult, Diffin. Gen.
F. Joseph à S. Joanne, Diffin. Gen.
F. Franciscus de Aranda Diffi. Gen.

Declarationes Sedis Apostolicæ, & Ordinis circa Legata Perpetua, quorum capaces sunt FF. Minores.

STatutis Victoriensibus recensitis, statim in veteri Chronologiæ editione, juxta id, quod in illis tit. *Pro Utraque Familia* §. 17. fuerat supra pag. 361. enunciatum, Apostolicæ occurrunt nonnullæ Declarationes, quibus evincitur *Legata Perpetua* Franciscanæ Paupertati neutiquam adversari, si tamen illa fiant a Testatoribus, & a Fratribus respective acceptentur, modo, & forma iis debita. Cum autem adhuc non desint qui in controversiam vocent, num revera ad præscriptum Regulæ, quam profitemur, simus eorumdem Legatorum capaces, unde lites in Ordinem excitantur; & ex adverso plures Superiores Locales, defectu notitiarum, quæ ad id pertinent, aut plus æquo in conscientia timidi, rejiciunt in dies quæ acceptare possent; aut in conscientia laxiores, quod pejus est, ea ultro recipiant, quæ respuenda fuissent: ideo opportunum esse credidi illis, quæ antiquis typis fuerant exarata, alia quoque addere Sacrar. Congregationum Decreta, Sacræque Rotæ Decisiones, quæ eamdem respiciunt materiam, sive præcesserint, sive hæc sint tempora subsecuta, una cum celebri D. Bonaventuræ doctrina, cui tanquam solidissimo fundamento innixa semper est, præcipue hac super re, Minoritica Religio, & declaratione Nicolai III. aliisque, ut in unum collecta locum, simul habeantur documenta potissima circa *Legata Perpetua* in Ordine. Sit itaque.

Doctrina D. Bonaventuræ ex ejusdem Apologetico desumpta.

„ CUM asserentia vos secundum Regulam, & Professionem vestram nullos debere recipere proventus redituum, seu possessiones, exceptis domibus, in quibus habitatis, videmini transgressores Regulæ vestræ in eo, quod recipitis domos, vel areas non contiguas vestris areis, in quibus habitatis, eodem enim modo, si hoc licet, poteritis etiam vineas recipere, & agros, & mansos, & similia quæque recipere, imo Grancias, & Villas, & Castra, & Terras, & Oppida, & quæcumque fuerint vobis data, & sic pristina paupertas, & mendicitas, quam professi estis, paulatim evanescere, & non eritis Discipuli S. Francisci, cum non sequamini vestigia ejus, nec ejus Regulam teneatis: de domibus enim vobis contiguis potest esse excusabile, quod pro dilatanda area vestra illas quandoque recipistis, sed de aliis non ita, in quibus homines alios pro censu locatis, quem Procurator vester loco vestri exigit, & in usus vestros convertit de voluntate vestra.

„ R. Si qui talibus incaute agunt, dolemus, & contradicimus, & prohibemus. Qualiter autem in hoc licitè agere possimus adverte, & tunc non judicabis Nos (si sane intelligis) transgressores. Protestamur Nos secundum Regulam nostram nil debere, seu velle possessionis, vel certorum redituum recipere, vel habere. Quia vero mendici sumus, & pauperes, ea, quibus pro præsenti necessitate indigemus, ideo recipimus, prout licet, sive pro solvendis debitis, vel aliis necessariis procurandis. Cum ergo aliquis ex devotione vult Nobis legare domum suam, vel aream non contiguam nostræ mansionis, non recipimus eam per Nos, nec per interpositam personam, ut nostram; sed si ille eam disponit per alium quemcumque, ut ea vendita, de prætio ejus provideatur Nobis ex parte sui, in his, quibus tunc indigemus, procurandis, vel solvendis debitis, acceptamus. Si autem ille timens, ne forte ejus talis dispositio per hæredes suos, vel alios imposterum impediatur, & propter hoc præoccupat roborare illam sigillo alicujus Judicis, vel civium, vel alterius &c., & sic committit eam alicui amico suo, vel Fratrum, qui conservat, quod ipse disponit de domo tali, vel area, nil ad Nos, cum de rebus suis possit ordinare quod vult, nec locum talem, vel domum dicimus esse nostram, cum nihil juris Nos in ea protestemur habere. Similiter si aliquis disponeret per amicum, vel alium, quod de prætio, vel de proventibus illis, vel illis darentur Fratribus tot panes quotidie, vel tantum eleemosynæ singulis septimanis, aut annis, non essemus propter hoc prædii, vel redituum possessores: nam si me petente eleemosynam aliquis dives promittat, quod singulis annis velit dare Fratribus duas tunicas, vel tantum unam, vel singulis hebdomadibus tot panes, & hoc committat officialibus suis, ut vice sui ista dent, etiam eo absente, & hoc pro Fratribus recipiam, vel etiam, si illi negligant dare, admonendo exigam, numquid propterea certos reditus habere dicendi sumus? Cum non ex jure, sed ex gratia solum talem eleemosynam recipiamus, vel exigamus. Et si post obitum illius uxor ejus, vel alii Amici pro anima illius adhuc velint aliquo tempore talem Nobis eleemosynam per se, vel ex dispositione illius largiri, possumus similiter accipere ex tali gratia, ita quod, quandocumque nollent amplius ista dare, nihil peteremus ab eis, quasi ex debito, sed more mendicorum recurreremus ad domum clementia Domini pro quotidiana eleemosyna, quamdiù illi placeret; sed quando plus nollet, discedimus vacui, gratias agentes de dato, non murmurantes de negato. Hæc est vera, & pura vita mendicorum, quod datur, ex gratia recipere, non ex jure.

„ De censibus verò domorum Fratribus legatarum nihil quærimus, sicut de aliis redditibus: Si autem antequam vendantur aliquem inde censum dare volunt hi, in quorum tunc potestate sunt illæ domus, nihil juris habere in eo protestamur, sed eleemosynam Nobis spontè oblatam simpliciter recipimus, sicut aliundè donata. Quia verò Dominus docet, Nos cavere ab hominibus, Matth. 10., & Apostolus, ab omni specie mala abstinere, 1. Thess. 5. ne putemur ab ignorantibus transgressores Regulæ nostræ, debemus aperte protestari nihil Nobis juris in talibus donationibus velle habere; sicut tenetur suspectus de fornicatione omnia illa cavere, ex quibus posset ista suspicio probabilis judicari. Hæc omnia D. Bonaventura.

Vi-

Vidrantur Statuta Congreg. Generalia Aracœlitanæ habitæ 1628.

Hanc confirmat Nicolaus PP. III. percelebri sua Constitutione *Exiit qui seminat, &c.*, in qua §. 18. hæc habet.

„ Ad hæc, quia Fratribus ipsis interdum in ultimis voluntatibus sub diversis modis nonnulla legantur, nec expresse quid de his agendum sit, in Regula, vel prædecessorum nostrorum declarationibus continetur; ne in ipsis dubitari contingat in posterum, providendo legantibus, & Fratrum conscientiis præcavendo, declaramus, ordinamus, & dicimus, quod si testator modum, secundum quem Fratribus (eorum conditione inspecta) recipere non liceret, exprimat in legando, ut si legaret Fratribus vineam, vel agrum ad excolendum, domum ad locandum, vel similis verba in similibus præferret, aut modos similes in relinquendo servaret, a tali legato, vel ejus receptione per omnem modum Fratres abstineant.

„ Si vero modum licitum Fratribus in legando testator expresserit, ut si diceret: lego pecuniam pro Fratrum necessitatibus expendendam, vel domum, agrum, vineam, & similia, ad hoc, quod per certam personam, vel personas idoneas distrahantur, pecunia de rebus ipsis accepta in ædificia, vel alia Fratrum necessaria convertatur; aut in legando similibus modis, vel verbis utatur: In hoc casu illud in omnibus, & per omnia (consideratis eorum necessitatibus, & moderaminibus supradictis) quantum ad Fratres servari decernimus, quod per Nos est superius in concessis pecuniariis eleemosynis declaratum. Ad quæ legata solvenda, tàm hæredes testatorum, quam executores se liberales ex hibeant, & etiam Prælati, & Sæculares, quibus de jure, vel consuetudine provisio ista competeret (cum expedierit) se ex officio suo promptos exhibeant ad pias voluntates deficientium adimplendas; Nam, & Nos etiam per modos licitos, & Fratrum Regulæ congruos intendimus providere, quòd hæredum cupiditas legitimis ictibus feriatur, ne pia defunctorum destituatur intentio, ac ipsi Fratres pauperes opportunis auxiliis non fraudentur. Si vero Fratribus ipsis generaliter aliquid, absque modi expressione, legetur; In hoc legato sic indeterminatè relictu, in omnibus, & per omnia intelligi, ac servari volumus, & in perpetuum præsenti Constitutione jubemus, quod supra in pecunia, seu eleemosyna Fratribus indeterminatè oblata, vel missa, voluimus, ac expressimus observari, videlicet, ut sub modo licito Fratribus intelligatur esse relictum, ita quod, nec legans meritu, nec Fratres ipsi effectu relicti fraudentur.

Porrò Sac. Congregatio a felic. recor. Urbano VIII. circa eandem rem specialiter deputata, pluribus distinctionibus, & dubiis propositis, tandem disposuit, ut infra.

DISTINCTIO PRIMA.

De Legatis bonorum mobilium.

„ Articulus primus. An Fratres Minores tam de Familia, quam Reformati sint capaces Legatorum bonorum mobilium, quæ unica solutione, seu præstatione adimplentur, tam in pecunia numerata, quàm in aliis speciebus?

„ Articulus secundus. An possint eadem legata in judicio, aut extra exigere per seipsos, vel Sindicum Apostolicum?

„ Articulus tertius. An Fabricæ S. Petri liceat in hujusmodi Legatis se ingerere infra annum, ex quo dies legati cessit?

„ Articulus quartus. Et quid elapso anno?

DISTINCTIO SECUNDA.

De Legatis factis Fabricæ.

„ Articulus primus. An valeat Legatum annui redditus factum Fabricæ, Sacristiæ, vel Ecclesiæ Fratrum Minorum, tam de Familia, quam ex Reformatione?

„ Articulus secundus. An liceat Fratribus hujusmodi legata in judicio exigere per eorum Procuratores, vel Sindicos Apostolicos?

„ Articulus tertius. An liceat eisdem erogare prædicta Legata in usus Fratrum? an vero illa omnino converti debeant in usus a Testatoribus præscriptos?

„ Articulus quartus. An Fabricæ Sancti Petri liceat infra annum se ingerere in proprietate horum Legatorum pro Fabrica, vel Sacristia, transigendo cum hæredibus, aut alias de eadem proprietate disponendo?

„ Articulus quintus. Et quid transacto anno?

„ Articulus sextus. An liceat eidem Fabricæ Sancti Petri se immiscere præstationibus, seu fructibus eorumdem Legatorum ab anno decursis, & non solutis?

„ Articulus septimus. Et quid infra annum, ex quo cessit dies præstationis?

DISTINCTIO TERTIA.

De Legatis annuis cum onere.

„ Articulus primus. An Fratres Minores, tàm de Familia, quàm Reformati sint capaces Legatorum annuorum, quæ fiunt adjecto onere celebrationis Missarum?

„ Articulus secundus. An iidem possint pro his legatis in judicio experiri agendo, aut Judicis officium implorando?

„ Articulus tertius. An possint Fratres illa accipere a sponte offerentibus celebrando Missas ad rationem rei acceptæ?

„ Articulus quartus. An possint illa spontè oblata accipere per seipsos, an verò per Sindicum Apostolicum?

„ Articulus quintus. An Fratres possint hujusmodi Legata extinguere, aut illorum proprietatem vendere, & pretium erogare in usum Fabricæ, vel Sacristiæ?

„ Articulus sextus. An liceat Fabricæ Sancti Petri proprietatem eorumdem Legatorum cum onere Missarum sibi vendicare, tàm elapso anno, quam antea?

„ Articulus Septimus. An eidem Fabricæ liceat sibi vendicare annuas præstationes decursas, & non solutas, tàm ante annum, quàm post?

DISTINCTIO QUARTA.

De Legatis annuis sine onere.

„ Articulus primus. An Fratres Minores, tam Observantes, quam Reformati, sint capaces Legatorum annuorum sine aliquo onere, aut modo adjecto, saltèm ad effectum illa extinguendi, & præ-

,, pretium erogandi in usus Fabricæ, vel Sacristiæ?
,, Articulus secundus. An ad hunc effectum pos-
,, sint eandem proprietatem in judicio petere per Sin-
,, dicum Apostolicum?
,, Articulus tertius. An possint illam convertere
,, in usus Fratrum?
,, Articulus quartus. Et quid, si ceperint illorum
,, annuas præstationes accipere?
,, Articulus quintus. An possint Fratres exigere ju-
,, dicialiter annuas præstationes eorumdem Legato-
,, rum in vim Martinianæ?
,, Articulus sextus. Et quid post ultimum Decre-
,, tum Sacr. Congr. hoc de re editum?
,, Articulus septimus. An Fratres teneantur pro-
,, testari se esse incapaces eorumdem Legatorum?
,, Articulus octavus. An possint illa a sponte dan-
,, tibus accipere per seipsos, vel per Sindicos Apo-
,, stolicos?
,, Articulus nonus. An Hæredes teneantur illorum
,, præstationes Fratribus solvere in foro conscientiæ?
,, Articulus decimus. An Fabrica Sancti Petri jus
,, habeat sibi vendicandi horum Legatorum proprie-
,, tatem, tàm elapso anno, quam antea?
,, Articulus undecimus. Et quid de annuis præ-
,, stationibus decursis, & non solutis?
,, Articulus ultimus. An hæc omnia procedant
,, etiam in Legatis annuis ad modicum tempus?

Die 9. Septembris 1680. Sacra Congregatio nego-
tiis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observan-
tia, a Sanctissimo Domino Nostro præposita, ad
singulos articulos superius propositos ad hunc mo-
dum respondit, videlicet:

Distinctione Prima.

Ad primum Articulum. Fratres Minores, tàm de Familia, quàm Reformatos esse capaces Legatorum bonorum mobilium, quæ unico solutione, seu præstatione adimplentur, tàm in pecunia numerata, quàm in aliis speciebus: dummodo tamen hujusmodi Legata sint in quantitate moderata, & non in fraudem paupertatis.

Ad secundum. Fratres quotidie, nec per se ipsos, nec per interpositam personam posse eadem Legata in judicio exigere, sed Sindicum Sedis Apostolicæ tantum Judicis officium implorare: dummodo similiter illa in moderata sint quantitate, sine ulla fraude paupertatis, & reipsa erogentur in Fratrum necessitates. Extra judicium verò ita demùm Legata hujusmodi accipi posse a Fratribus per se ipsos, si in aliis speciebus consistant, & accipiantur in ea tantùm quantitate, quam vera, & imminens eorum necessitas postulet, seu superfluam, aut pecunias à Sindico tantum posse accipi, dum tamen id omne in Fratrum necessitates convertatur.

Ad Tertium. Non licere Fabricæ Sancti Petri hujusmodi Legata bonorum mobilium se ingerere infra annum, & quo dies Legati cessit.

Ad quartum. Elapso anno licere ad præscriptum suarum facultatum.

Distinctione Secunda.

Ad primum articulum. Valere Legatum annui redditus solium Sacristiæ, vel Fabricæ Ecclesiæ, vel Conventus Fratrum Minorum, tàm de Familia, quàm Reformatione nisi adsit excessus in quantitate.

Ad secundum. Nec per se ipsos, nec per alios, licere Fratribus in judicio exigere hujusmodi Legata, sed Sindico Apostolico dumtaxat.

Ad tertium. Non licere eisdem annui redditus Legata erogare in usus Fratrum, sed illa omninò converti debere in usus à Testatoribus præscriptos.

Ad quartum. Fabricæ Sancti Petri non licere infra annum se ingerere in proprietate horum Legatorum cum hæredibus, transigendo, aut alios disponendo de eodem proprietate.

Ad quintum. Itidem non licere.

Ad sextum, & septimum. Posse Fabricam Sancti Petri se immiscere in præstationibus, seu fructibus eorumdem Legatorum ab anno decursis, & non solutis; Non autem infra annum, ex quo dies præstationis cessit.

Distinctione Tertia.

Ad primum Artic. Fratres Minores, tàm de Familia, quàm ex Reformatione, nullatenus esse capaces Legatorum annuorum, quæ sunt adjecta onere celebrationis Missarum.

Intellige de Legatis annuis cum tali onere, quorum jus maneret apud Fratres, & essent ipsis Fratribus directè relicta; Hæc enim ne momento retinere possunt, Vespign. compend. privileg. R. Fab. pag. mihi 71. in margine.

Ad secundum. Non posse pro his Legatis in judicio experiri, aut Judicis officium implorare.

Ad tertium. Posse Fratres illa accipere per modum eleemosynæ a sponte offerentibus, celebrando Missas ad rationem rei acceptæ, citra tamen ullam obligationem ad onus perpetuum, & dummodo prius protestentur se illorum capaces non esse.

Ad quartum. Sindicum Apostolicum, & pro Fratrum necessitatibus; non autem Fratres ipsos, etiam per alios, posse hujusmodi Legata, utcumque sponte oblata, accipere, si in pecunia consistant.

Ad quintum. Non posse Fratres hujusmodi Legata extinguere, aut illorum proprietatem vendere, & pretium erogare in usus Fabricæ, vel Sacristiæ.

Ad sextum. Licere Fabricæ Sancti Petri, ad suarum facultatum præscriptum, sibi vendicare eorumdem Legatorum proprietatem cum onere Missarum celebrandarum tàm elapso anno, quam antea.

Ad septimum. Similiter licere.

Distinctione Quarta.

Ad primum articulum. Fratres Minores, tàm Observantes, quam Reformatos, non esse capaces Legatorum annuorum, quæ sunt sine aliquo onere, aut modo adjecto, nisi ad effectum illa extinguendi, seu illorum proprietatem, & pretium convertendi in usus Fabricæ, vel Sacristiæ.

Ad secundum. Non Fratres ipsos, sed Sindicum Apostolicum tantum posse eamdem proprietatem in judicio petere.

Ad Tertium. Posse convertere.

Ad quartum. Si Fratres ceperint illorum annuas præstationes accipere, ne hinc fiat fraus paupertati, expedire, ut de cætero decernatur, eo casu non licere amplius Fratribus eamdem proprietatem vendere, ac pretium in usus fabricæ, vel Sacristiæ erogare: Ideoque agendum cum Sanctissimo Domino Nostro.

Ad quintum, & sextum. Fratres nullo modo posse in judicio exigere annuas eorumdem Legatorum præstationes.

Ad septimum. Teneri.

Ad octavum. Posse illa per modum eleemosynæ, & à sponte dantibus accipere, etiam per seipsos, si in aliis speciebus consistant: quod si in pecunia, non nisi per Sindicum Apostolicum.

Ad nonum. Non teneri.

Ad decimum. Fabricam Sancti Petri nullum jus habere

bere vendicandi horum Legatorum proprietatem, nisi elapso anno, juxta suas facultates.

Ad undecimum. Similiter non habere jus vendicandi hujusmodi annuas præstationes, nisi ob anno decursos.

Ad ultimum. Hæc omnia locum non habere in Legatis infra decennium; sed in his tantum, quæ sunt ad decem annos, & ultra.

Decreta Sacr. Congreg. Fabricæ super eadem re.

I.

,, Cum sæpiùs fuerit habitus recursus ad Sacram Congregationem Venerabilis Fabricæ S. Petri super annuis Legatis factis, seu faciendis ad favorem Fratrum Sancti Francisci Minorum de Observantia, cum onera Missarum, seu officiorum, sive gratis, sive alio modo, Prætendente Venerabili Fabrica S. Petri ad illam spectare, propter dictorum Fratrum incapacitatem, hujusmodi recipere tuta conscientia, quatenùs hæres ex sua libera voluntate voluerit illa dare in eleemosynam, & committere Fratribus dictas Missas, & Officia, juxta sententiam Sancti Bonaventuræ, & Decreta Sacræ Congregationis a Sanctissimo D. Nostro Fratrum Minorum de Observantia Sancti Francisci Cismontanæ Familiæ Consultationibus propositæ, sub die 4. Junii 1628. publicata.

,, Eadem Sacra Congregatio pro opportuna præmissorum provisione, facta priùs relatione Sanctissimo D. N. Urbano Papæ VIII., ac de illius expresso ordine, & mandato, decrevit, in futurum super hujusmodi Legatis observari, ut infra.

,, Quod hujusmodi Legata per Debitores, vel hæredes non extinguantur, vel reducantur per compositionem cum Ministris Fabricæ faciendam, vel alio quovis modo, sed illorum Capitale, sive Sors principalis, vel proprietas, absque aliqua diminutione conservetur semper, & perpetuo ad effectum, ut in usus Romano Pontifici pro tempore existenti bene visos possint applicari; Ita tamen, ut quandiu applicationem spacialem auctoritate Apostolica fieri non contigerit, hæredes, vel debitores possint liberè, si velint, dictis Fratribus dare dicta annua legata per eosdem Fratres recipienda in eleemosynam, non autem per eos exigenda. Et quod quævis extinctio, reductio, seu diminutio capitalis, seu proprietatis aliter absque speciali Romani Pontificis permissione facta, eo ipso nulla sit, nec debitoribus, aut aliis quibuscumque suffragetur.

,, Quodque Commissarii, aliique Ministri Venerabilis Fabricæ super hujusmodi capitale, seu proprietate supradicta, se de cætero non intromittant, nec dictos hæredes, seu Debitores aliquo modo molestent, nisi ad effectum reinvestiendi in casu reinvestimenti, seu providendi, ut conservetur, ut supra, aut aliàs in executionem applicationis auctoritate Apostolica factæ, vel faciendæ.

,, Et quod nolentibus dictis hæredibus, vel debitoribus dare supradictis Fratribus dictas eleemosynas, seu annuas præstationes, sive legata, ut supra, solvere, vel illas, seu illa non solventibus, tunc, & eo casu, lapsis duobus annis a die obitus Testatorum, si fuerit maturatum Legatum, vel a die maturatæ illius solutionis, eadem Fabrica, & illius Commissarii, & Ministri id totum, quod solutum non fuerit pro præterito, pro rata tamen, in qua fuerit, ut supra elapsum biennium, vel ultra, possit, & valeat annuas præstationes hujusmodi exigere, exigique facere ad sui beneficium, juxta suas facultates, & Privilegia; salvo semper capitale, seu proprietate, ut supra, ad effectum, quod hæredes, vel debitores (dummodò de eis per Romanum Pontificem pro tempore existentem aliter non fuerit dispositum, nec prædicta legata in alios usus ejus auctoritate applicata fuerint, vel applicari contigerit) possint, si velint, etiam quandocumque futuris temporibus, & sic deinceps in perpetuum, dare dictis Fratribus dicta annua Legata in eleemosynam, ut supra, nec Fabrica eosdem hæredes, vel Debitores molestare possit, & valeat toties, & quoties casus contigerit, nisi pro præterito, & tunc in illis terminis tantum, post quorum maturationem fuerit elapsum biennium, vel ultra, ut supra, salva semper erectione Beneficiorum, & applicatione Legatorum, seu quorumcumque bonorum, & redituum, ac jurium eisdem Beneficiis, seu aliis usibus piis auctoritate Apostolica facta, vel in posterum quandocumque, & quomodocumque facienda, & executione literarum Apostolicarum desuper expeditarum, seu expediendarum; Ita ut præfata decreta ad illas nequaquam se extendant, sed illæ semper firmæ, & illæsæ remaneant, ac suos plenarios, & integros effectus sortiri debeant, ita quod neque Fabrica, neque hæredes, vel Debitores præfati, ullo modo illas impedire, retractare, vel controvertere valeant, & salvis semper Sedis Apostolicæ Auctoritate, ac facultatibus competentibus dictæ Sacræ Congregationis Venerabilis Fabricæ.

,, Prohibuit tamen eadem Sacra Congregatio Fratribus supradictis, sub pœna excommunicationis ipso facto incurrenda, ne audeant, seu præsumant nec quilibet eorum audeat, seu præsumat per se, nec per alios Sindicos, Ministros, seu Procuratores, tàm Sæculares, quàm Regulares, dictas annuas præstationes, seu Legata, nec judicialiter, tàm coram quocumque Judice Ecclesiastico, quàm Sæculari ordinario, vel delegato, nec alias, nisi juxta formam dicti Decreti Congregationis Fratrum Minorum de Observantia S. Francisci Cismontanæ Familiæ à Sanctissimo Domino Nostro deputatæ, ab hæredibus, seu quibusvis aliis eorum Debitoribus petere, minusve dictis hæredibus, seu Debitoribus facere aliquas receptas pro dictis annuis præstationibus, nisi pro rata, & pecunia, seu eleemosynis supradictis cum effectu, ac verè, & realiter eisdem Fratribus data, vel soluta, seu datis, vel solutis, nec sub alia data, nisi sub ea, qua verè fuerit iisdem Patribus, aut aliis pro eis facta realis satisfactio, & insuper, ne Provisos Apostolicos pro tempore de Beneficiis, quibus Legata supradicta fuerint applicata, vel eorum Procuratores, & Ministros super exactione dictorum Legatorum directe, vel indirecte impedire, vel molestare quovis quæsito colore, vel prætextu audeant, vel præsumant. In quorum fidem &c. Datum Romæ ex Collegio Sacræ Congregationis, die 24 Februarii 1633.

I I.

,, Sacra Congregatio generalis Rev. Fabricæ Sancti Petri de Urbe, ad consulendum non minus indemnitati Fratrum Ordinis Minorum de Observantia S. Francisci, quàm providendum malitiæ

,, hæ-

Digitized by Google

„ hæredum, & aliorum quomodolibet obligatorum, qui differunt ultra biennium illis solvere annua Legata pia cum oneribus Missarum, seu officiorum, vel etiam gratis dictis Fratribus, seu eorum Ecclesiis relicta, ac etiam in futurum relinquenda, sub spe postea super illis pro minori summa se componendi cum Commissariis, & aliis Rev. Fabricæ Ministris, & Officialibus. Prohibuit, & expressè mandavit Commissariis, Œconomis, Secretariis, & aliis quibuscumque Officialibus, & Ministris Rev. Fabricæ præsentibus, & futuris, & tam Urbis, & Status Ecclesiastici, quam Regni Neapolis, & aliorum quorumcumque locorum, sub pœnis arbitrio ejusdem Sacræ Congregationis, ne de cætero cum hæredibus, vel aliis quomodolibet obligatis ad solutionem dictorum Legatorum, ad aliquam compositionem, remissionem, vel transactionem deveniant, sed ab illis omnes annatas supra biennium decursas, & non solutas integraliter exigant, & exigere faciant, in beneficium dictæ Rev. Fabricæ, sine relaxatione alicujus minimæ portionis, seu quantitatis, servato in reliquis tenore Decreti in hac materia ab eadem Sacra Congregatione editi, sub die 14. Februarii 1633. Et compositiones, seu remissiones quascumque in contrarium quomodolibet faciendas eo ipso nullas, & irritas esse decrevit, & declaravit, mandans ita componentes ad residui sic sibi remissi, seu condonati solutionem adstringi, & cogi posse, perinde, ac si compositio, seu relaxatio per eos obtenta non esset. Et ne ab aliquo hujus Decreti ignorantia prætendi, & allegari possit, decrevit illud in lucem edi, publicari, & pro negociis Status Ecclesiastici affixum in Urbe in Januis Sacrosanctæ Basilicæ Vaticanæ, in acie Campitoræ, aliisque locis consuetis, & pro negociis Regni Neapolis in Januis Ecclesiæ Archiepiscopalis Neapolis, nec non solitæ residentiæ Tribunalis ipsius Reverendæ Fabricæ, perinde afficere, ac si omnibus interesse habentibus personaliter intimatum esset. Datum Romæ in Collegio ejusdem Sacræ Congregationis, die 15. Decembris 1646.

Quod sane jam pridem ipsa quoqua Religio declaraverat, ut patet ex Patentibus Literis P. Didaci de Cea, Commissarii Generalis in Romana Curia pro Ultramontana Familia ad P. Eliam Petiot Ministrum Provinciæ Turoniæ, quæ confirmatæ fuerunt Brevi Apostolico Urbani VIII. incipient. *Exponi Nobis* sub die 27. Julii 1637. In his autem hæc inter alia habentur:

„ Insuper ad serenandas Fratrum conscientias eadem auctoritate Eminentiss. facultatem tibi concedimus, quatenus Fratribus, & Conventibus dictæ Provinciæ vice nostra declares, imo Nos nomine, & auctoritate dicti Eminentiss. Protectoris declaramus, dictos Conventus, Fratresque Minores respectivè, licitè, validè, tuta, & salva conscientia *tenere posse annuos, & perpetuo legatos, vel certos aliquos redditus, aut proventus annuos, & perpetuos* „ puritati nostræ præfatæ Regulæ consentaneos, per modum eleemosynæ, aut juxta primam, & præcipuam S. Patris Francisci vivendi rationem, ejus consilio, & exemplo firmatam, & roboratam, pretii, seu mercedis vice pro spirituali dictorum Fratrum nostrorum labore recipiendos; nempe pro Missarum solemnium, privatarumque sacrificiis, aliisque divinorum officiorum oneribus, secundum pias Benefactorum, seu vivorum, aut Defunctorum intentiones institutis, sive pro Fabricis, & reparationibus Ecclesiarum nostrarum, sive pro studiis Sacræ Theologiæ, & bonarum disciplinarum, nec non aliis Conventuum utilitatibus, sive pro prædictis omnibus causis, aut aliqua illarum divisim, vel conjunctim, jamdiu prædictos redditus, aut proventus fundatos, & constitutos, vel fundandos, & constituendos super hujusmodi bonis, cujuscumque sint naturæ, nunc, & in perpetuum abdicandis, transmittendis, & alienandis, juxta prædictos modos licitos, & puritati Regulæ nostræ congruos servando, & retinendo, *facta prius ex animo, & optimo corde dictorum redditum, aut proventuum, simili, vel efficaciori protestatione, & renunciatione a Doctore nostro Seraphico S. Bonaventura præscripta, atque observata;* „ & quod dicti redditus aut proventus in unoquoque Conventu non sint in tanta copia, & excessiva quantitate, ut mendicitatem excludant, aliisque servatis clausulis, & circumstantiis; *nec non gratiis, & juribus contentis, & expressis in allegatione pro sustinenda validitate fundationis, & perpetuorum Legatorum Conventus Victoriæ, Sancti Patris Nostri Francisci Recollectorum in Hispania, alias per Nos præsentata Eminentiss. Dominis Cardinalibus Sacræ Congregationis Concilii Tridentini, & ab eis approbata, & confirmata per Decreta edita, sub datis hic Romæ vigesima Junii, & tertia decima Julii anno Domini 1635.*

Formula autem Protestationis faciendæ a Guardiano, & Discretis Conventus, cui Legatum relinquitur, est ut sequitur.

„ NOS Fr. N. Guardianus, & Fratres Discreti hujus Conventus Nostri, dicimus, ad nostram notitiam pervenisse N. de N. certam eleemosynæ quantitatem Conventui huic distribuendam perpetuo gratis, vel forsan pro aliquibus Officiis, & Missis dicendis, legasse. Cumque Legata hujusmodi, nisi per viam simplicis eleemosynæ acceptare ex Instituto Sancto Nostro, & jure Nobis non liceat; ideo per præsentes liberè protestamur in Domino, quod Legatum prædictum, tamquam illius incapaces, ex vi Legati recipere nolumus, nec intendimus. Si tamen Hæres Commissarius, aut Legatarius ipsius Testatoris dictam quantitatem per viam simplicis eleemosynę, omni obligatione, dominio, & proprietate penitus cessantibus, nobis liberè conferre voluerit, illam simpliciter accipiemus, & piæ Testatoris voluntati, quantum in Nobis fuerit, plene, & fideliter satisfaciemus.

Quæ formula fuit approbata a Congr. particulari ab Urbano VIII. deputata, de qua supra. Hæc subscripta a Guardiano, & Discretis Conventus, dabitur illi, qui tenetur voluntatem Testatoris implere, eademque in Libro Memoriarum Conventus, pro Guardianorum instructione, scribetur.

CLEMENS PAPA X.

Ad futuram rei memoriam.

NUper pro parte Dilecti filii Sindici Apostolici Conventus S. Petri de Syrchis in Sardinia Ordinis S. Francisci de Observantia, &c. Congregationi Vener. Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis &c. Episcoporum, & Regularium præpositæ, exposito, quod quondam Petrus Morós de Molines in suo ultimo testamento, quod anno 1645. condiderat, diversa annua legata pro missis per Fratres dicti Ordinis celebrandis, fe-

Digitized by Google

fecerat modo sequenti. *Primò mando*, quod meus hæres teneatur expendere pro confectione tumuli, & exequiarum quolibet anno lib. 25. pro una Missa cantata, & aliis sexdecim Missis pro Animabus meorum parentum *celebran. à Fratribus* Franciscanis S. Petri de Syrchis, & pro hoc legato volo, quod sint perpetuò obligata bona mea. *Item volo*, quod dictus meus hæres solvat ex dictis bonis meis quolibet anno lib. 40. quæ inserviant pro oleo lampadis meæ Cappellæ majoris in dicta Ecclesia S. Petri. *Item relinquo* in perpetuum Missas septem qualibet hebdomada pro Animabus Purgatorii, &c. & eleemosyna sit septem solidorum pro qualibet Missa, &c. & proprietas illarum est 1400. lib. quæ sit super domo mea, in qua habito. *Item relinquo* pro eleemosyna dicto Conventui S. Petri de Syrchis lib. 300. ut illæ applicari debeant per meos Curatores in loco securi ad rationem lib. 24. annuarum, & inserviant pro emendia linteamentis pro Pauperibus Fratribus Infirmis. *Item* quia D. Mater mea reliquit, ut dicantur duæ Missæ perpetuæ qualibet hebdomada à dictis Fratribus, mando, quod super bonis meis solvantur quolibet anno lib. 28. *Item* quia D. Pater meus reliquit unam Missam perpetuam qualibet hebdomada celebrandam à dictis Fratribus, & reliquit pro eleemosyna censum lib. 250. debitum à Gavino Paduano, &c. quatenus perdiderint censum supradictum, mando, ut meus hæres solvat lib. 11. annuas, &c. & factis aliis pluribus legatis profanis, &c. instituit sibi hæredem Deum, & Animam suam, mandans suis exequutoribus, ut adimpletis, & satisfactis Legatis, instituerent unam tertiam dignitatem Archidiaconalem in Cathedrali Turritana, cum annuo redditu lib. 1000. & de residuo unum, vel plures Canonicatus, secundum capacitatem bonorum suorum, & alias, prout in dicto testamento dicitur uberius contineri. Et subindè in executionem dicti Testamenti unus Canonicatus, & unus Archidiaconatus in Ecclesia Turritana erecti fuerant, dictusque Archidiaconatus, ex dispositione ejusdem Petri testatoris collatus fuerat quondam Didaco Moròs ejus Fratri Germano, & exequutori testamentario, qui bona fide, dum in vivis erat, eadem legata pia adimpleri curaverat; verùm post ejus obitum de eodem Archidiaconatu provisus fuerat dilectus filius Carolus de Capudoro, ad cujus favorem dilectus filius Provicarius Generalis Turritanus, nesciebatur quo jure, declaraverat Fratres Minores prædictos Legatorum capaces tantum factorum pro oleo lampadis, & linteaminibus infirmorum, & incapaces pro reliquis, quæ Archidiacono prædicto adjudicaverat, prout in ejus sententia dicitur contineri: undè dictus Sindicus, tanquam unus de Populo, pro suffragiis Animarum, pro quibus instituta fuerunt dicta legata pia, & pro sua pietate erga dictos Fratres de Observantia, qui in magna necessitate, propter eleemosynarum deficientiam, in prædicta Insula Sardiniæ reperiebantur, prout ex attestatione juratorum, & officialium Civitatis Turritanæ constare dicebatur; Nobis humiliter supplicaverat, ut omnimodum adimplementum Legatorum prædictorum Ven. Fratri Archiepiscopo Turritano, non obstante prædicta Provicarii Generalis sententia, committere de benignitate Apostolica dignaremur. Instantia verò hujusmodi ad prædictam Cardinalium Congregationem à Nobis remissa, & de mandato ipsius Congregationis citato dilecto etiam filio Alexandro Bulla, supradicti Caroli de Capudoro Archidiaconi Procuratore, Sindicus prædictus pluries cupiebat declarari, prædictos Fratres Minores de Observantia posse recipere præinserta annua legata Missarum per modum puræ, & simplicis eleemosynæ; juxta Doctrinam S. Bonaventuræ in quadam Constitutione fel. record. Urbani Papæ VIII. prædecessoris nostri, cujus initium: *Sacrosanctum Apostolatus Ministerium*, *&c.* proindè debere dictum Archiepiscopum Turritanum, tanquam executorem ultimarum voluntatum, & præcipuè piarum, curare omnimodum adimplementum eorundem legatorum, & voluntatis dicti Petri Testatoris, compellendo hæredes, & Detentores bonorum ad satisfactionem, ne Animæ ejus Auctorum, & benefactorum suffragiis defraudatæ remanerent: Emanavit ab eadem Cardinalium Congregatione Decretum tenoris, qui sequitur: *Sac. Congreg. EE. S. R. E. Cardinal. negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, Procuratore Archidiaconi Turritani sæpiùs citato, referente Eminentiss. D. Cardinale Portocarrero, decrevit esse dandas declarationes sæpè alids factas, videlicet Fratres Minores de Observantia non posse possidere census, & bona stabilia, posse tamen recipere per viam eleemosynæ quidquid eis traditur ab exequutoribus ultimarum voluntatum pro celebratione Missarum, & Anniversariorum, & propterea censuit committendum, prout præsentis Decreti tenore committit Archiepiscopo Turritano, ut ad limites prædictæ declarationis in causa, de qua supra agitur, procedat, & ad illius observantiam, quatenus opus fuerit, juris remediis, & in subsidium, etiam censuris Ecclesiasticis compellat. Romæ 3. Augusti 1674. Cardinal. Brancacius Loco ✠ Sigilli, &c.* Cum autem, sicut dictus Sindicus Nobis subindè exponi fecit, ut Decretum hujusmodi firmiùs subsistat, & observetur exactiùs, Apostolicæ nostræ confirmationis patrocinio communiri summopere desideret. Nos ipsum Sindicum, &c. absolventes, &c. Supplicationibus ejus inclinati, &c. *Decretum præinsertum authoritate Apostolica, tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, &c.* Sicque in præmissis per quoscumque Judices, &c. irritum, &c. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem die 22. Augusti 1674. Pontificatus nostri anno quarto &c.

Non obstante supra relato favorabili Sac. Congr. Decreto, hujusque Pontificia approbatione, & confirmatione; nihilominus Pars recursum iterum habuit ad Sacram Congregationem, quæ, ut tutius ageret, exquisivit ad ea re votum a Sacra Rota, quæ illi similiter consensit. Cum autem & iterum proposita fuisset causa eidem Sacræ Rotæ, prodiit altera itidem favorabilis Decisio: Quæ ambæ Decisiones, cum sint punctuales, & in iis amplissime materia hæc examinetur, censui illas ex Decisionibus Emerix Junior. Tom. III. Decis. 1719. & 1326. ad verbum referre, prout sequuntur.

I.

Turritana Eleemosynarum, seu Legatorum. Lunæ 10. Januarii 1695.

Decisio MDCCXIX.

SEptem perpetua pia Legata annua, singula sub expresso eleemosynarum titulo, instituit, & ordinavit in suo Testamento condito 1645. Petrus Moros de Mollinos, favore Ecclesiæ, sive Conventus, & Fratrum Sancti Petri de Sirchis Minorum de

de Observantia S. Francisci, primum librarum 25. pro suis exequiis quotannis, cum certo Missarum numero, peragendis. Secundum librarum 40. pro oleo lampadis, quæ die, noctuque ardere deberet in Cappella majori juris Patronatus suæ Familiæ: Tertium librarum 112. pro celebratione Missæ quotidianæ; Quartum census librarum 300. in sorte, cujus redditus erogandus esset in emptionem Syndonum pro Fratribus infirmis; Quintum alterius census in sorte librarum 500. cum onere celebrationis trium Missarum qualibet hebdomada; Sextum librarum 28. Et septimum librarum 12. in adimplementum Legatorum Missarum a semetipso relictorum per utrumque Parentem. Solutis autem, ac satisfactis hisce Legatis, in reliquis omnibus suis bonis instituit hæredes Filios, si quando ipsos suscepisset, & quando iis non susceptis, Deum Dominum nostrum, & Animam suam, cum ordine, quod de illis erigeretur in Cathedrali Ecclesia Turritana Archidiaconatus tertia dignitas, cum Dote annuarum librarum 2000. ac de eo, quod superesset, tot in eadem Ecclesia Canonicatus. Erectus fuit post ejus obitum Archidiaconatus, & ad ipsum institutus Didacus ejus Frater, qui pro tempore, quo vixit, exactè satisfecit præfatis Legatis. Sed eo defuncto, Carolus ejus Successor continuare renuit in eorum satisfactione ex capite incapacitatis Fratrum, & introducta Causa in Sacra Congregatione Episcoporum, & Regularium, Decretum prodiit tenoris sequentis ... *Dandas esse declarationes sæpe alias factas, videlicet Fratres Minores de Observantia non posse possidere Census, & Bona stabilia, posse tamen recipere per viam Eleemosynæ quidquid eis traditur pro celebratione Missarum, & Anniversariorum; proinde censuit, committendum, prout commisit, Archiepiscopo Turritano, ut ad limites prædictarum declarationum in Causa procedat*, quod deinceps approbatum, & confirmatum fuit per Breve sa. me. Clementis X. ac in executionem, Archiepiscopus mandavit Legata pro Oleo Lampadis, & Syndonibus Infirmorum libere solvi Sindico Apostolico Conventus, & alia pro Anniversariis, ac Missis in manibus tertii, ad effectum de iis disponendi prout de jure. Reclamante autem ad eandem Congregationem Carolo, placuit Eminentissimis PP. exquirere desuper votum nostri Auditorii. Unde subscripto per me Dubio 1. *An, & quæ Legata debeantur, sive quæ secundum voluntatem Testatoris sint adimplenda?* Eoque hodiè proposito, responsum fuit, Legata deberi, & esse adimplenda, juxta modum inferius exponendum.

Deberi siquidem visum fuit Legatum pro Oleo Lampadis; nàm licet Fratres Minores ex Regula Sancti Francisci, quam profitentur, & Constitutionibus sa. me. Nicolai III., & Clementis V. in Capite *Exiit, & cap. exivi de Paradiso, de verb. significat.*, incapaces sint cujuscumque juris, & proprietatis, tàm in communi, quam in proprio, hujusmodi tamen incapacitas procedit quoad ea, quæ concernunt utilitates, & commoda ipsorum Fratrum pro quotidiano victu, & vestitu, non autem quoad ea, quæ concernunt decorem eorum Ecclesiarum, ac certum usum Cultus Divini, ut in terminis similium Legatorum vini pro Sacrificiis, frumenti pro hostiis, pecuniæ pro luminaribus tradunt. *Ancharan. in dicta Clement. exivi de Paradiso vers. Cumque annui redditus num. 13. Abb. cons. 63. n. 4. Lib. 2. Pellizar. in Manual. Regular. de paupert. Frat. Min. tract. 4. cap. 3. sect. 2. num. 103. Sanchez ad precept. Decal. lib. 7. cap. 26. num. 42. Rodriquez quæst. regular. tom. 2. quæst. 126. art. 5. per tot. Amostaz de caus. piis lib. 4. cap. 3. num 59.* & in puncto Legati pro Oleo Lampadis *Menoch. cons. 1014. num. 37. Barbos. in jus Canon. tom. 4. lib. 5. Clement. tit. 11. num. 19. Camarell. de Legat. lib. 2. tit. de deportat. num 40. Addit. ad Burattam decis. 756. n. 22. Rota decis. 456. num. 27. & seq. coram Merlino* Hocque Legatum uti non in Fratres ipsos collatum, sed in eorum Ecclesias, quæ sunt in proprietate Ecclesiæ Romanæ, eorum nomine peti poterit per Sindicum Apostolicum, *Pellizar. in manual. regular. tom. 1. tract. 4. de Voto Regular. cap. 2. sect. 2. n. 103. 105., & 110. in fine, Suarez tom. 3. de Religion. lib. 7. cap. 17. num. 18. Barbos. in jus Canon. tom. 4. lib. 5. tit. 11. num. 28. & seq. Amostaz de caus. piis lib. 4. cap. 3. num. 78.*

Simili modo deberi visum fuit Legatum pro Sindonibus Infirmorum: quidquid enim sit in abstracto loquendo, An Legatum Fratribus Minoribus factum pro Infirmaris sustineatur, aliis affirmantibus, ut in specie *Jo. de Anani cons. 30. num. 5. per tot Duran. de art. testam. tit. 1. caus. 11. num. 2. Rodriquez quæst. canon. & Regular. tom. 2. quæst. 126. art. 4. §. ult. Dian. resol. moral. part. 3. tract. 2. resol. 33. in princ.* ut videtur fuisse de mente *Rot. decis. 319. num. 5. & 6. coram Cerro*, & Sac. Congregationis Concilii in Romana Donationis relata per *Lantusc. in Theatr. Regular. verb. legat. num. 1.* Aliis autem negantibus, ut plenè *Fagnan in capit. In præsentia num. 55. usque ad 69. deprobat. Castropal. tom. 3. tract. 25. dispositione. 3. punct. 9. num. 19. Torr. de pact. futur. success. cap. 36. num, 81. Castrill. de aliment. cap. 5. num. 29.* Difficultas cessat in concreto Legati, de quo agitur, quod, tamquam relictum pro Sindonibus Infirmorum, non pertinet ad alimoniam, seu necessariam substentationem Fratrum, sed ad solatium, seu sublevamen, & majorem quandam ipsorum Infirmorum curam, quamque aliàs illis præstari posset per eorum Conventus, quod proinde ex natura rei, motivo pietatis erga pauperes infirmos videtur subsistere: Et hic forsan fuit sensus Sacræ Congregationis Concilii in dicta Romana Donationis, in qua agebatur de annuo legato pro pane albo ministrando Fratribus Infirmis; Pro eo autem non competit actio Sindico Apostolico, ut supra, nomine Ecclesiæ Romanæ, sed solum officium Judicis, quod succedit in locum deficientis actionis, ut per *Rodriquez dicta quæst. 126. art. 4. §. fin. Castropal. tom. 3. tract. 25. disputat. 3. punct. 9. n. 22. vers. deinde.*

Quo vero ad alia pro Anniversariis, ac Missis, visa fuerunt non deberi, quia repugnat Instituto Fratrum Minorum, in altissima paupertate, ac mendicitate fundato, possidere redditus annuos, qui inter stabilia computantur, ut in dicta *Clem. exivi §. Cumque annui redditus de verbo signific.* tametsi maxime relicta fuerint cum onere celebrationis Missarum, qui possunt quidem ipsi Missarum stipendia recipere, per modum eleemosynæ manualis, non autem per modum assignationis perpetuæ, nam toti debent ab incerto pendere, totique niti Providentiæ divinæ, ut in his terminis firmant *Barbos. in dict. Clement. exivi n. 20. & de Jur. Eccl. lib. 3. cap. 27. n. 77. Fagnan. in cap. nimis prava n. 31. usque ad 46. de excess. prælat. Sanchez ad precept. Decal. lib. 7. cap. 26. num. 49. Lezzan. in Sum. vers. legata relicta Regularibus num. 21. & in mare magn. minor. num. 121. Amostaz de caus. piis lib. 4. cap. 3. num. 70. Card. de Luca de Regulari disc. 35. n. 27. Adden. ad Buratt. decis. 756. num. 11. Rota decis. 456. num. 15. coram Merlino*; ac pluries declararunt SS. Congregationes Concilii, Reverendæ Fabricæ Sancti Petri, & particularis super ipsorummet Minorum negociis deputata a san. mem. Urban. VIII. ut referunt *Fagnan. in dicto cap. nimis prava, num. 3. Lantusc.*

tuse. in Theatro Regular. verb. bona temporalia, *Pignatell. consult. Can. 16. num. 7. & 8. tom. 3. Torr. de pact. futur. success. lib. 2. cap. 36. num. 75.*

Sed cum nihilominus legata hujusmodi adimplenda sint ex parte hæredum, juxtà *Text. in leg. hæredes in fin. ff. de petition. hæreditatis*, ibi.. *quamvis enim stricto jure teneantur actione hæredes ad monumentum faciendum, tam principali auctoritate compelluntur ad obsequium supremæ voluntatis*, *Bart. in l. Civitatibus n. 5. ff. de leg. 1., & in tractat. minoritic. lib. 12. distinct. 7. n 41. Lara in l. si quis a liberis §. verum n. 14. ff. de lib. agao. Sorb. in compend. privil. mendic. verb. legat. in annotat. ad finem, & n. 58. Cordub. in expos. Reg. S. Francisci cap. 6. quæstion. 7., & 11. punct. 2., & 4. Rodoau. de Spol. Eccles. quæst. 8. num. 47.* Et possit, ac debeat Judex ad id auctoritatem suam interponere, vel ex officio, vel ad instantiam etiam cujuslibet de populo, pluribus adductis *Leoncill. de privileg. pauper. part. 2. privil. 52. num. 5. Amostaz. de caus. piis lib. 4. cap. 3. num. 56.*

Non refragantibus auctoritatibus in contrarium adductis, quæ procedunt in legatis, ut hic, annexum habentibus onus celebrationis Missarum, cum non sint animæ Testatorum debitis suffragiis fraudandæ, ut declarat *Amostaz. ubi proxime num. 74.*

Poterunt Fratres illa recipere ab hæredibus, seu executoribus, vel a Judice, sponte dantibus per modum puræ, ac simplicis eleemosynæ, & cum ipsis satisfacere missis, aliisque oneribus injunctis a Testatore, ita tamen, ut prius solemnem protestationem emittere teneantur subsignatam sigilio Conventus, & in ejus libris insinuandam, transmittendamque hæredibus, seu executoribus, quod ipsi nullum sibi jus vindicant, aut afferunt ex iisdem legatis, ne non modò sint, sed ne videri quidem possint Regulæ transgressores, juxta monitum D. Bonaventuræ relatum per *Fagnan. in cap. nimis prava n. 58. in fine de excessibus prælat.* Et ità expressè sentiunt *Cordub. in exposit. Reg. S. Francisci cap. 9. quæst. 11. punct. 4. notab. 2. Rodriquez tom. 2., quæst. Regular. quæst. 126. art. 4. per tot. tom. 2., & in summ. tom. 2. cap. 199. verb. eleemosyna num. 8. mirand. in exposit. dictæ regulæ cap. 65. difficult. 22. Anton. Cucb. Instit. Conon. tit. 1. num. 36., & sequen. Sylvest. in summ. verb. legatum 1. quæst. 3. n. 5. Pellizar. in manual. Regular. tom. 2. tract. 4. de vot. Regular. cap. 62. sect. 2. num. 42. & 95. Roxas de incompatibilit. part. 7. cap. 5. n. 54. Amostaz. de Causis piis lib. 4. cap. 3. num. 56. Barbos. in summ. Apostol. decis. collectan. 446. num. 4.* Et constans, & inconcussa fuit opinio Sacrarum Congregationum, videlicet Sac. Congregationis Concilii super fundatione Conventus Victoriæ apud *Fratrem Joannem de Neapoli in tract. de Pontific. Constitut. ad Seraphic. reg. spectant. folio 378.* Congregationis particularis constitutionibus Fratrum Minorum de Observantia Cismontanæ Familiæ præpositæ a san. mem. Urbano VIII. nec non Reverendæ Fabricæ S. Petri apud *Fagnan. in sepedicto cap. nimis prava num. 49., & 61. de excess. prælat.*, & Congregationis Episcoporum, & Regularium, ut in resolutione edita in una *Lucana anno 1677. Summario Sindici Apostolici num. 7. litt. A.*

Neque hoc modo obfuscatur puritas Regulæ, quoniam Fratres legata recipiunt, ut profertur, non tanquam debita, sed tanquam puras, & simplices eleemosynas neque rursus de illis sunt omninò certi, quia semper residet in prudenti, & rationabili judicio executorum, vel Judicis super hoc aditi, perspectis circumstantiis eleemosynarum, atque locorum, pias Testatorum voluntates exequendas, vel iisdem Fratribus legatariis relinquere, vel aliis committere; imo quandoque eorum officio continebitur, ut aliis committant, si comperiant legata, seu eleemosynas sic adauctas, ut eximant Fratres a necessitate sibi victum quærendi incerta mendicitate, quemadmodum tenentur, ut constat ex traditis per *Castill. de aliment. cap. 5. num. 26. vers. præterea observa, Amostaz. de caus. piis lib. 4. cap. 3. n. 66.*

Nec officit, quod in præsenti pro consecutione præfatorum Legatorum agat Sindicus Apostolicus, quia tunc officeret, si ageret tamquam Sindicus Fratrum, non autem quotiea, ut ex ejus instantia, & sententia Archiepiscopi patet, agit tanquam unus de populo, prout ex præmissis ipsi de jure permittitur. Nec pariter releevat, quod aliqua ex iisdem Legatis præseferant relictum sortium, quia ex earum lectura liquet, in Legato principaliter fuisse annuum redditum, & sortes stare loco cautionis pro securiori, seu commodiori eorum satisfactione, & in omnem casum, ex duobus expressis modis, expressio unius illiciti non vitiat alius licitum, & a jure non improbatum, ut concludit *Abb. cons. 63. num. 7. vers. non obstat. argumentum lib. 2.* Denique non obstat, quod instantia dirigatur adversus Archidiaconatum vix hodie, ob decrementum redditum hæreditariorum, patientem dote annuarum librarum 500. itaut æquitas non suadeat, quod iste, qui jam erectus existit, extenuetur, ac subvertatur ad affectum sustendaudi legata; quia (præter quod nullum allatum fuit documentum decrementi præfati) contrarium procedit stante expressa voluntate, & judicio Testatoris sub initio recensito, quod primitus persolvantur, ac satisfiant ipsa legata.

Et ita decisum fuit utraque &c.

II.

Turritana Eleemosynarum, seu Legatorum. Veneris 6. Aprilis 1696.

Decisio MCCCXXVI.

DOmini re iterum sedulo, ac maturè discussa, steterunt in decisis sub die 10. Januarii 1695 juxta modum inferius exprimendum. Retenta siquidem divisione Legatorum, de quibus agitur, in tres species, quoad illud pro oleo lampadis retinendæ in Ecclesia ante Cappellam de jurepatronatus Testatoris, rursus censuerunt deberi, & esse adimplendum, quia non concernit commoditates, aut quotidianum victum, & vestitum ipsorum Fratrum, sed tantum usum cultus Divini, & majus Ecclesiæ ornamentum, ac decorem, ut præter allegatos in præterita Decisione in terminis similis Legati tradunt *Ventrigl. in prax. part. 2. adnot. 28 §. 2. num. 17. Portell. in dub. regular. verb. Legatum sub num. 3. Cucch. instit. Canon. lib. 3. tit. 1. num. 36. cum seqq. Maraat. controvers. lib. 1. respons. 41. num. 30. Barbos. de Jur. Eccl. univers. lib. 3. cap. 28. num. 76. a S. Ubald. in quodlibet. Regular. quodlibet. 11. num. 1127.*

Quò verò ad aliud pro emendis Syndonibus ad usum Infirmorum, visum fuit, absolute loquendo, non deberi, utpotè collatum in ipsosmet Fratres, & Conventum per modum annui, ac perpetui Census, cujus illi sunt prorsus incapaces ex Regula

S. Francisci, quam profitentur, quamvis fuerit relictum ad usum Infirmariæ, cum pro ejus necessitatibus, & urgentiis, ipsi, ut perpensis verbis ejusdem Regulæ inquit *Text. in cap. exiit, vers. in alio quoque capitulo, & Clement. ex ivi §. Porrò cum d. Sanctius de verb. signific.* debeant recurrere ad Amicos spirituales, & sibi providere ex incerta quæstuatione, ac vivere in spe divinæ providentiæ, & de veriori sententia etiam tenent *Castropal. tom. 3. tract. 15. disput. 3. punct. 9. num. 19. Castil. de aliment. cap. 5. num. 29. Tarr. de pact. futur. success. lib. 2. cap. 36. num. 81. Sanchez ad præcept. Decal. lib. 7. cap. 26. num. 47.* & reprobato *Anania*, aliisque ejus sequacibus, latè probat *Fagnan. in cap. 1. in præsentia a num. 55. ad plures seqq. ubi probat.* Et licet *Rota coram Cerro decis. 319. num. 8.* videatur inclinasse in opinionem contrariam, ex ejus tamen lectura apparet non fuisse tunc examinatum articulum ex professo, sed potiùs tactum incidenter, & resolutionem fuisse stabilitam in alio fundamento penitùs diverso.

Nihilominus tàm inspecta illius speciali natura, non respiciente victum, seu necessariam sustentationem Infirmorum, sed potius majorem quamdam ipsorum curam, & solatium, quam etiam ponderata obligatione illa naturali, qua hæres, aut executor tenetur erga defunctum, pro totali adimplemento ejus voluntatis, maxime circa executionem operis adeò pii, & tàm enixe per ipsum voliti, non videbatur adeò irritum, & improbatum in præcitatis Pontificiis Constitutionibus, quin rejecto modo illicito, non possint ipsi Fratres annuam præstationem recipere per modum simplicis eleemosynæ ab hærede, seu executore sponte dantibus, facta prius solemni protestatione, sibi nullum jus competere ad illius consecutionem, juxta formulam registratam per *Fagnan. in cap. nimis prava num. 57. de excess. prælat.* & monitum D. Bonaventuræ relatum in præcedenti Decisione, ut in specie de simili legato pro pane albo ministrando Fratribus infirmis, respondit Sac. Congreg. Concil. in Lucan. Donationis, de qua *Lantusch. in Theatr. regular. verb. legatum num. 1.*, & in alia penes *Nicol. in Flosculi. verb. legatum num. 1*; ita tamen, ut Archiepiscopus, tamquam Ordinarius Executor quorumcumque piarum dispositionum, juxta *Text. in cap. nos quidem de testam.* possit rationabiliter arbitrari, respectu subministrationis prædictarum Syndonum, juxta majores, vel minores Infirmorum indigentias, & necessitates; & quidem in ipsamet specie, seclusa ex parte FF. quavis Instantia, etiam per implorationem simplicis officii Judicis; atque hoc modo obviare, ne in alios usus convertantur; & hoc facilius videbatur dicendum, dum idem Archiepiscopus, qui fuit per Testatorem electus in Executorem hujus piæ dispositionis, non solum contradicit illius implemento, qui non procedens tanquam Judex auctoritate Apostolica delegatus, pronunciavit per sententiam, illam esse executioni demandandam, ac proinde sublata remanet cuicumq. alteri exceptio nullitatis, aut incapacitatis Fratrum, qui alias possunt per viam eleemosynæ recipere spontè datum ex superiùs firmatis.

Demùm, quoad reliqua legata pro Anniversariis, & Missis, similiter censuerunt non deberi ex eodem capite incapacitatis Fratrum possidendi, aut habendi quemcumque annuum redditum, tanquàm redolentem speciem immobilium, & repugnantem arctissimæ paupertati eorum regulæ, juxta *Text. in d. Clement. exivi §. Cumque annui redditus, de verb. signific.* etiamsi fuerint relicta cum onere perpetuæ celebrationis Missarum, cum eis non liceat habere Missarum stipendia per modum annuæ, & certæ assignationis, utpote destructivæ puræ mendicitatis, & quotidiani quæstus, sed tantum, per modum manualis eleemosynæ pendentis ab incerta Fidelium largitione, & pietate, ut communiter tradunt *Lezan. oper. moral. tom. 1. verb. legata n. 21. Sanchez ad præcept. Decal. d. cap. 26. n. 44. Fagnatel. consult. lib. 3. consult. 16. n. 6. Marant. controv. lib. 2. dicto respons. 41. num. 70.* ubi dicit, hodie inanem esse hanc quæstionem, *Adden. ad Baratt. decis. 756. num. 15. Rot. coram Merlino decis. 456. num. 15. & seqq.* cum aliis antiquioribus, & resolutionibus Sacr. Congregationum relatis in præcedenti Decisione.

Præsertim, quia pleraque ex illis fuerunt facta ipsis Fratribus, & Conventui, mediante assignatione, & constitutione certorum Capitalium, seu Censuum de directo adversantium eorum regulæ, juxtà quam non possunt quidquam habere in proprietate, ut præter supra allegatos latè tradit *Pasqualig. de Sacrif. Miss. quæst. 1092. num. 2. & seqq.* unde tametsi iidem sint capaces recipiendi, & possint actualiter recipere hujusmodi legata ab hærede, seu Executore spontè dantibus per modum eleemosynæ, & stipendii manualis Missarum, facta prius memorata protestatione; nihilominus, quia id intelligitur, dummodo hæres, aut executor ex eorum omnimoda voluntate, & libertate, illis committant Missarum celebrationem, itaut nullus præcedat impulsus Judicis, per quem indirectè violetur puritas regulæ, in quo sensu loquuntur, & intelligi debent Doctores, & resolutiones Sac. Congregationum allegatæ in præterita decisione §. *Poterunt*, ut declararunt duo Capitula generalia convocata Burgis anno 1523., & Assisii 1526. in his terminis relata per *Sanchez ad præcept. Decal. d. cap. 26. num. 49. circa finem*, & consonant verba D. Bonaventuræ impressa apud *Fagnan. ubi supra num. 58.* ibi...... *Et si post obitum illius, Uxor ejus, vel alii amici, pro anima illius adhuc velint aliqua tempore talem nobis eleemosynam per se, vel ex dispositione illius largiri, possumus similiter recipere ex eadem gratia, ita quod quandocumque nollent amplius ista dare, nil peteremus ab eis, quasi ex debito, sed more mendicorum recurreremus ad Domum Clementis Domini pro quotidiana eleemosyna, quoadiu illi placeret, sed quando plus nollet, abiremus vacui, gratias agentes de dato, & non murmurantes de negata....* non possunt Fratres, neque per se, neque per Sindicum Apostolicum, etiam agentem tanquam unum de Populo, imo neque extrajudicialiter, molestare hæredem, aut Executorem, ut sibi Missarum celebrationem committant, ne per æquipolens sibi liceat habere, quod ex Regula, & Pontificiis Constitutionibus prohibetur, ad tradita per *Marant. d. resp. 41. num. 73. Fignatel. consult. 16. num. 6. vers.; & sanè*, Et ita negocio maturè examinato resolvit Congregatio specialiter proposita a san. mem. Urbano VIII. negociis eorumdem Fratrum, ut apud *Fagnan. d. cap. nimis prava num. 53.*, ac similiter decrevit Congregatio Reverendæ Fabricæ relata penes *Marant. d. resp. 41. versus finem, vers. prohibuit*, ubi in casu contraventionis comminatur pœnam excommunicationis non resistentibus auctoritatibus in contrarium allegatis; quia illæ procedunt in legatis relictis modo licito, seu non repugnanti eorum Instituto, non autem in relictis modo illicito, qualia sunt legata annui redditus, licet habentia annexum onus Missarum, ut *Text. in d. cap. exiit vers. ad hæc quia*, latè distinguit *Fagnan. in d. cap. nimis prava num. 46. & seqq.*

Quoniam vero legata hujusmodi, stante incapacitate Fratrum, non ita corruunt, & caducantur, ut hæres, aut Executor omninò liberentur ab onere ipsis

Digitized by Google

ipsis injuncto, vel bonis anneao in suffragium animæ testatoris, sed ipsi, quentum in se est, adhoc teneator illius voluntatem adimplere modo meliori, quo fieri potest, ne ejus anima debitis suffragiis Missarum, & Anniversariorum defraudetor, ut argumento *Textus in lib. 1. §. secunda vere Cod. de caduc. tollen. & in l. hæreditas in fine ff. de petit. hæred. Marant. d. resp. 41. num. 83. Sanchez d. cap. 76. num. 50. Castrapal. d. punct. 9. num. 17. Amostaz. de cons. piis lib. 4. cap. 3. num. 74. plenè Didacus de Cea in allegatione pro fundatione Conventus Victoria impress. inter Bonifac. Constitut. recollect. per P. Joannem a Neapol. fere per tot.* Imo plenius adimpleant, si per ipsos Fratres, & in Altaribus a Testatore designatis, id exequi curent, ut monet *Sanchez d. cap. 26. num. 5.* potest, & debet Archiepiscopus, vel ex officio, uti Ordinarius Executor omnium piarum dispositionum, juxta relatum *Test. in dict. cap. nos quidem de testam.*, vel uti Executor specialiter per Testatorem deputatus, curare, & sollicitus esse, ut celebrentur Missæ, vel per ipsosmet Fratres, vel per alios Sacerdotes ad ejus arbitrium, ut tradit *Marant. de respons. 41. num. 78.*

Et hoc modo, nedum non læditur, verùm potius religiose servatur puritas eorum Instituti, tolliturque quævis certitudo eleemosynæ ex parte Fratrum, cum semper stet in prudenti arbitrio, & vigilantia ejusdem Archiepiscopi, pensatis omnibus circumstantiis, eleemosynarumque augmentis, ac respectivè decrementis, vel ipsis Fratribus, vel aliis committere Missarum celebrationem, ut bene advertitur in præcedenti decisione; imo si eidem constiterit, quod annui redditus assignati Archidiacono in erectione dignitatis, fuerint adeo diminuti, ut ex iis decenter, & congrue sustentari nequeat, ei pro tempore applicare partem proventuum ad hunc effectum relictorum, injuncta illi proportionabili Missarum celebratione.

Nec turbat, quod legata relicta Fratribus Minoribus modo illicito, seu repugnanti eorum Instituto, quippè quæ recipiunt substantiam a modo, sint nulla, & consequenter caduca, ac si non fuissent scripta; quoniam (quidquid sit de articulo in genere respectu legatorum ad piae causas, in quo plures Doctores sentiunt, posse per Episcopum commutari) id intelligitur de Legatis relictis sine onere perpetuo, veluti agro, seu Censu ad fruendum, possidendum, aut locandum; tunc enim, cum illa appereant facta sola contemplatione ipsorum Fratrum, & sub unico fine, ut illis acquirantur, tanquam defectiva in substantia, corruunt, & ceducantur ad commodum hæredis, & in hoc sensu, distinguendo modum licitum ab illicito, loquuntur, *Lezan. loc. citat. sub num. 6. Sanchez dicto cap. 26. num. 18. Fagnan. in dicta cap. nimis prava num. 31., & seqq. Barbos. de Jur. Eccles. dicto cap. 27. num. 76.* Secus vero procedit in relictis cum onere celebrationis Missarum; quia cum Testator non minus censeatur voluisse satisfactionem onerum, quam quod legata acquirerentur Fratribus Legatariis, stante eorum incapacitate, remanent quidem nulla in ordine ad ipsos, itaut eis nullum jus tribuant ad illorum consecutionem, sed adhuc onus adimpleri debet ex parte hæredis, vel executoris; ut explicant *Amostaz. de Cons. piis dicto cap. 3. num. 74. Barbos. dicto cap. 27. num. 81. Sanchez d. cap. 26. num. 50.*

Idque est adeò verum, ut in similibus Legatis cum onere Missarum, non obstante incapacitate Fratrum, intrent facultates Reverendæ Fabricæ Sancti Petri, quod utique non eveniret, si ea essent omninò nulla, & caduca, ut tradunt *Marant. sæpe. respons. 41. num. 116. Rot. 2. coram Cavaler dec. 212. sub num. 6. vers. superat*, & ita resolvit Congregatio particularis deputata a san. mem. Urbano Octavo, apud *Fagnan. in dicto cap. nimis prava, sub n. 13.* & Congregatio ipsius Fabricæ, apud *Marant. ubi proxime num. 88. ibi ... Declaramus hujusmodi, quæ a principio Personis incapacibus facta sunt, sive ex post facto incapaces sunt redditæ, non ad hæredes gravatos, seu alios obligatos spectare, seu ut caduca ab eis vindicari posse, sed ad Fabricam ipsam &c.*

Et in hunc modum, suffragantibus hodie omnibus DD. post secundam Causæ propositionem, conclusum fuit.

DECRETUM.

Sacr. Congreg. Episcoporum, & Regular. in una Lucana.

Sacra Cong. Eminentissimorum, & Reverendissimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regul. præposita: *Sæpiùs declaravit Fratres Minores de Observantia Sancti Francisci, quamvis attenta dispositione, Baivl de Paradiso, & Constitutione Nicolai III. & Clementis VIII. sint incapaces obtinendi census perpetuos, & bona stabilia, posse tamen per viam puræ, & simplicis eleemosynæ recipere quidquid ab executoribus ultimarum voluntatum eis traditur pro celebratione Missarum, pro ornamento Ecclesiæ, aliisque necessariis procurandis*, juxta doctrinam D. Bonaventuræ, relatam in Constitutione S. Mem. Urbani VIII. incipien. Sacrosanctum Apostolatus ministerium, &c. *atque in præfatis casibus dictos exequutores ultimarum voluntatum curare debere, ut hujusmodi piæ dispositiones adimpleantur*, ne testatorum Animæ debitis suffragiis defraudatæ remaneant. Quam quidem declarationem, illiusque tenorem, *in casu, de quo agitur, eadem Sacra Congregatio servari præcipit*, committendo Ordinario Lucensi pro tempore existenti, ut quatenùs alius executor non existat, prænarratam pii testatoris dispositionem executioni demandet. Romæ 26. Martii 1677.

Episcopus Urbaniæ volens Canonicatum erigere ex quodam legato relicto Conventui S. Angeli in Vado, sub prætextu, quod Fratres illius legati incapaces essent, Sac. Cong. Fabricæ 28. Maii 1639. & die 30. Augusti ejusdem anni ad eundem Episcopum scripsit, legati summam Fratribus restituendam fore, quia Fratres erant capaces illius, non obstante perpetuo onere Missarum, & quaidam Festivitates celebrandi.

Et die 30. Julii ejusdem Anni 1639. sub eadem forma scripsit ad Episcopum Civitatis Castelli. Et quia Episcopus difficultatem movit, ne Fratres legati fructus reciperent, eadem Sac. Congreg. die 18. Augusti 1640. scripsit ei, ut omnia removeret impedimenta, & testatoris voluntas impleretur, &c.

Eadem S. Cong. in una Anconitana die 31. Decembris 1639. declaravit, quod Fratres illius Civitatis, per modum eleemosynæ, capaces erant legati quinque annuorum scutorum, cum onere celebrandi officium, &c.

Sub die 17. Martii 1640. in altera Maglianen. in qua agebatur de legato sc. 1500. cum obligatione injuncta hæredi de reinvestiendo dictam summam, & solvendo fructus annuos PP. erogandos ab illis in perpetuum, pro Celebratione duarum Missarum, &

& pro emenda Sacra supellectili Altaris, & applicato R. Fabricæ per Commissarium illius, hæc demandavit talis applicationis revocationem ita. *E perchè detti PP. Osservanti credono detta sentenza non possa sussistere, id per aver questa S. C. dichiarato del 1633. che essi sono capaci di simili Legati per* modum eleemosynæ &c., *e parendogli la dimanda ragionevole, ne danno la facoltà di poter rivedere, conoscere, e terminare detta Causa per giustizia, con facoltà di reintegrare detti Osservanti*. Prout de facto Commissarius eosdem PP. ad Legatum reintegravit. Demum adsunt consimiles declarationes emanatæ sub diebus 28. Julii 1640. 20. Decembris ejusdem anni 5. Octobris, & 2. Novembris 1641., & aliæ, quas brevitatis causa omittendas censui, quæ omnes declarant capacitatem cum tali modificatione per viam eleemosynæ.

DECRETUM.

Sacræ Congregationis Concilii in Faventina Legatorum.

IN assignationa bonorum facta per Constantiam Severolam anno 1657. ad effectum fundandi in Terra Mutilianæ, vel beneficium Ecclesiasticum, vel Monasterium Monialium, tria onera Fundatrix imposuit. Primum, annuæ præstationis lib. 100. Olei pro manutentione Lampada ante Sacras Reliquias in Ecclesia PP. Capuccinorum dictæ Terræ. Secundum lib. 25. Ceræ altæ pro usu ejusdem Ecclesiæ. Et tertium denique, unius ferculi valoris Solidorum 20. ipsis PP. Capuccinis per singulas hebdomadas subministrandi.

„ Secuta de anno 1686. Monasterii fundatione, „ recusarunt Moniales subministrare dictas præstatio- „ nes, sub prætextu omnimodæ incapacitatis Fratrum „ Capuccinorum. Quare ad instantiam Alexandri „ Roncoui, tamquam unius de Populo, citatis, & „ informantibus quoque Monialibus, declarari hu- „ militer supplicatur.

I. An Monasterium Monialium teneantur subministrare singulis annis dictas libras centum olei, & 25. ceræ albæ pro usu Ecclesiæ Fratrum Capuccinorum?

II. An similiter teneantur præstare singulis hebdomadis supradictum ferculum bononenorum 20. ipsis Capuccinis?

Die 2. Martii 1697. Sacra Congregatio Concilii: Ad primum respondit *Affirmativè*.

Ad secundum, *Servanda esse Decreta Congreg. Fabricæ die 14. Februarii 1633.*

Mandatum ad rem. A. C. A.

Potentissimo, & Catholico Principi D. D. Carolo ab Austria &c. felici, prosperitatis augumentum, &c. ejusque Regnorum, & Provinciarum, &c. Officialibus &c. ad quos præsentes nostræ pervenerint, seu quomodolibet præsentabuntur: *Franciscus Columna in utraque signatura SS. D. N. Papæ Referendarius, causaque, & consorum hujusmodi &c.* Salutem &c. Noveritis, quod introducta aliàs in partibus coram Vicario Generali Catacen. lite, & causa inter Sindicum, & RR. PP. Sancti Francisci Minor. Observant. Civitatis Tabernarum Catacen. ex una, & RR. DD. Theodorum, & Dominicum de Garcia, ex adverso principales, Partibus ex altera, de, & super solutione eleemosynæ debitæ pro Missis, pro quibus agitur, rebusque aliis, &c. Dictus D. Vicarius Catacen. in causa hujusmodi procedendo suam protulit sententiam, sive Decretum tenoris sequentis, videlicet: *Per Curiam Episcopalem Catacen. Visa particula ultimi Testamenti quondam Felicianæ Rina Civitatis Tabernorum, conditi sub die 20. Maii 1634. &c. ac insuper inspecto tenore Bullæ SS. D. N. fel. record. Clementis Papæ X. sub datum Romæ die 32. Augusti 1674. pro confirmatione Decreti Sac. Congregationis negotiis Episcoporum, & Regularium præpositæ loci sub die 3. Augusti 2674. declarantis Fratres Minores de Observantia posse recipere legata annua Missarum per modum puræ, & simplicis eleemosynæ, etiam pro executione ultimorum voluntatum testatorum, visis actis omnibus &c. ac Partibus pluries auditis, fuit provisum, & decretum, suspensionem duarum Missarum in hebdomada per eamdem Curiam latam omninò tollendam esse, ac proinde PP. Minores de Observantia Conventus supradictæ Civitatis Tabernarum reintegreatur ad legatum celebrandi easdem duas Missas in hebdomada, & ab hodie in antea RR. DD. Theodorus, & Clericus Dominicus Garcia correspondeant eisdem Fratribus scutos decem singulis annis pro celebratione prædicta &c. & ita &c. datum &c. die 24. Januarii 1691. &c. Antonius Pavani Vic. Generalis &c.* A qua inserta sententia, sive decreto &c. appellantibus DD. DD. Theodoro, & Dominico de Garcia, fuit hæc causa ad curiam devoluta, *& coram Illustrissimo, & Reverendissimo D. Thomato in utraque signatura Referendario &c. Illustrissimi, & Reverendissimi D. A. C. Locumtenente introducta, qui servatis servandis procedendo, sua diffinitiva sententia, præinsertam sententiam, seu Decretum D. Vicarii Generalis Catacen. confirmavit, & approbavit*, ad effectum tamen exequendi super bonis per d. Victoriam Rivam donantem &c. A qua sententia Illustrissimi, & Reverendissimi Thomati iterum appellantibus DD. Theodoro, & Dominico de Garcia, *fuit Causa hujusmodi Nobis commissa, vigore specialis commissionis ejusdem Sanctissimi*, de qua in dictis actis &c. *Nos in causa, & causis prædictis, ritè, & rectè, & legitimè procedentes &c.* Tandem D. Hieronymo Leto ex adverso Procuratore DD. DD. Theodori, & Dominici Garcia ex adverso principalium &c. per unum ex ejusdem Sanctissimi Cursoribus more solito citato, *nostram protulimus, & promulgavimus Diffinitivam sententiam præinserti Decreti, seu sententiæ D. Vicarii Generalis Catacen & aliam Illustrissimi, & Reverendissimi Thomati confirmatoriam*, prout in dictis Actis infrascripti Archivii Romanæ Curiæ Scriptoris. Sed quia à tribus sententiis conformibus non licet ampliùs appellare; ideò ex parte ejusdem Sanctissimi, & ad instantiam dicti D. Sindici dicti Vener. Conventus, & RR. PP. Minorum de Observantia fuit nobis directa, & præsentata commissio exequutorialis tenoris sequentis: *sequitur tenor Comissionis.* Nos denique &c. dicto D. Hieronymo Leto ex adverso Procuratore dicti Theodori, & Dominici Garcia ex adverso principalium, iterum, ut supra, citato, *præinsertam sententiam, sive Decretum Vic. Gen. Catacen. aliamque dicti Reverendissimi Thomati, & dictam nostram respectivè diffinitivam sententiam exequi mandavimus, & in illorum executionem, & rei judicatæ præsens mandatum exequutivum ad favorem dicti Sindici RR. PP. Sancti Francisci Minor. Observant. Civitatis Tabernarum, Diœcesis Catacen. contra, & adversus DD. bona per dictam Victoriam donata, dictis DD. de Garcia, pro Ducatis viginti quinque Monetæ Regni, debitis pro supra dicta eleemo-*

Digitized by Google

mosynn Missarum ab Anno 1691. per totum mensem ·, unii proximè præterici, ad rationem Ducentorum decem pro quolibet anno, sine præjudicio aliorum per annum Decursorum, decrevimus, & relaxavimus, exequi volumus, & mandamus per præsentes. Quo circa vos Potentissimum Regem, vestrosque Regios Ministros studiose requirimus, & perbenignè in Domino hortamur, attenteque rogamus. Vobis verò, aliis omnibus, & singulis supradictis &c. tenore præsentium committimus, & in virtute Sanctæ Obedientiæ, ac sub excommunicationis &c. pœna &c. mandamus, quatenus statim visis præsentibus, & quoties præsentium vigore fueritis requisiti, seu alter vestrum fuerit requisitus &c. Ex parte nostra, seu veriùs Apostolica authoritate cogatis, & compellatis, cogique, & compelli faciatis &c. DD. Theodorum, & Dominicum Garcia, ad dandum, solvendum, tradendum &c. & effectualiter exbursandum dicto Reverendo Sindico DD. PP. S. Francisci Minor. Observant. &c. scuta vigintiquinque monetæ Regni, ut præfertur, debita, una cum aliis scutis quatuor, & Juliis septem monetæ Romanæ, pro expensis præsentis mandati &c. In quorum, & singulorum fidem &c. Datum Romæ Anno 1693. Indictione prima die verò 7. Mensis Augusti, Pontificatus Sanctissimi D. N. Innocentii Divina providentia Papæ XII. Anno ejus tertio.

Æsina Legati . 4. Maii 1697.

„ BAlthassar de Calvanis anno 1639. Instituta hærede usufructuaria Pieria uxore gravavit tàm ipsam, quam hæredes proprietatis ad tradendum in perpetuum PP. Capuccinis eleemosynam juliorum septem singulis hebdomadis, pro duobus ferculis, seu pitantiis, injuncto onere eidem Pieriæ faciendi intra certum tempus investimentum æquivalens annuæ satisfactioni prædicti Legati per hæc verba. *Lascia la medesima Signora Pieria, mentre sarà viva, e gl' infrascritti Eredi, e Successori in infinito, siano obligati, siccome esso Testatore espressamente comanda, di fare due volte la settimana la Limosina alli Capuccini di Gesù di Giulj tre, e mezzo per ciascheduna volta di Carne, o Pesce, e che per detto effetto, pagati li Scudi cento di Legato fatto di sopra per l' Altare di San Giuseppe detta Signora Pieria sua Consorte, trà lo spazio di quattro, o cinque anni, o quanto prima si possa, si pagga a frutto quella quantità di denaro, che sarà bastante per lo stabilimento perpetuo delle dette Limosine delle due Pietanze la Settimana per li detti PP. e che fra a detto cumulo, e stabilimento la Signora Pieria si compiaccia, siccome esso Testatore la grava, di tener communicati li frutti della sua Dote, e Contradote, pregando li medesimo Signor Testatore li detti PP. Capuccini, per la detta Carità, di pregare nelle loro Orazioni il Signore per l' Anima di esso, e de' suoi Antenati morti &c.*

„ Neglexerunt tàm Pieria, quàm primi hæredes, nedum primum investimentum, verum etiam traditionem supradictæ Eleemosynæ per plures Annos. Quare Nicolaus, & Theodorus de Calvanis hæredes mediati condemnati fuerunt à Rev. Fabbrica, per viam compositionis, ad solutionem Scutorum 300. pro eleemosynis decursis, & non solutis.

„ Modo autem volentes iidem hæredes executioni demandari præfati Testatoris voluntatem, quoad investimentum Capitalis prædicti oneris, cu sub fundamento, quod ubi ad formam Testamenti factum fuisset illius ascendentes tunc ad annua scutorum 36. vix hodie ascenderunt ad medietatem, attenta notoria diminutione fructuum, censuum, aliorumque stabilium.

„ Verum audito desuper Episcopo comprobante narratorum veritatem excitata fuit difficultas. An onus investimenti, tanquam adjectum executioni Legati dicatur stare demonstrative, vel taxative, ita ut investimentum modo faciendum, sit ab hæredibus perpetuo manutenendum pro integra satisfactione summæ legatæ. Cumque placuerit EE. VV. demandare, ut instantia prædicta describeretur in folio. Hinc in præsenti Congregatione informantibus prædictis hæredibus exquiritur.

I. „ An, & in qua quantitate præfatum investimentum sit faciendum?

II. „ An, post factum investimentum, ac superveniente aliqua diminutione tam in Capitali, quàm in fructibus, hæredes teneantur cum bonis hæreditariis perpetuo supplere summam deficientem?

Die quarta Maii 1697. S. C. EE. S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum censuit.

Ad primum faciendum esse investimentum in quantitate equivalenti ad integrum onus.

Ad secundum respondit affirmativè.

Item eamdem capacitatem pluries approbavit Sacra Congregatio Concilii, & signanter *sub die* 12. *Julii* 1704. *in Salernitana Legati Fabritii Pinto* in famosa causa vertente inter PP. Theresianos hæredes, & Minores de Observantia, Reformatos, & Capuccinos Legatarios, ubi rescripsit: *Observentur Decreta Rev. Fabricæ emanata die* 14. *Februarii* 1633, hoc est recipiant per modum eleemosynæ. Quod & expressa in eadem causa decrevit *Sacra Congregatio Rev. Fabricæ sub die* 20. *Julii* 1707. & 9. *Februarii* 1708. In quorum Decretorum observantiam fuit datum mandatum executivum *sub die* 12. *Augusti ejusdem anni* 1709. fuit lata sententia à R. P. D. Sinbaldo Judic. Rev. Fabricæ, declarans, & statuens DD. PP. Theresianos, in executionem præfatorum Decretorum, teneri, & obligatos esse solvere annuum Legatum, per viam eleemosynæ, relictum per dictum Fabritium Pinto dictis Minoribus de Observantia, Reformatis, & Capuccinis, & tam dicta sententia, quam mandatum, datum a Collegio Eminentissimorum, & Reverendissimorum DD. Cardinalium S. C. R. Fabricæ S. Petri de Urbe deputatorum, refertur ad literam a D. Petro Marcellino de Luccia *in sua dissertatione unica de Legatis pro victu Religiosis Mendicantibus relictis*, qui sane adeundus est per totam, cum rem erudite non minus, quàm ample pertractet. Obiter tamen animadverto, eumdem, nisi mea me fallit opinio, hallucinari quam maxime, cum ait esse magis consona Regulæ, quam profitemur, Legata illa, quibus aliquid dandum præscribitur nobis, aut Ecclesiis, & Conventibus nostris, sine ulla oneris impositione, quàm ea, quibus aliquod subeundum onus injungitur, scilicet Missarum, aut aliarum precum Deo offerendarum. Nam, præterquam quod illorum satisfactionem nobis de jure non deberi asseramus, ac propterea non per modum pretii illam respiciamus, sed dumtaxat tamquam puram, puramque eleemosynam; accedit etiam, quod a Seraphico P. N. præcipitur, ut laboremus *de laboritio, quod pertinet ad honestatem*. Neque sane aliud honestius laboritium inveniri poterit, quàm Sacrificia Deo offerre, ad eumque preces effundere, Psalterium canere, conciones ad Populum habere, doctrina Christiana pueros imbuere, & alia his similia, pro quibus, si contingat scribi aliquid a Testa-

Digitized by Google

fatoribus nobis dandum, per modum simplicis eleemosynæ, non video cur id minus consonum Regulæ nostræ esse videatur, quàm in altero casu.

Nec silentio prætereundum existimo celebre Eminentissimi Card. Ludovici Belluga Votum, quod exquisitus à Sacr. Congr. Concilii dedit in causa *Lirien. Legatorum*, in qua, inter alia, agebatur de annuo Legato perpetuo relicto Conventui Sancti Patris Nostri Francisci de Liria, in Provincia Valentiæ Sancti Joannis Baptistæ Discalceatorum, quodque non modo eadem Sacra Congregatio probavit, sed juxta illud fuerunt etiam expeditæ Apostolicæ Literæ: quæ omnia sunt, ut sequuntur.

Votum Emi Cardinalis Belluga super Legatis perpetuis relictis Fratribus Minoribus.

Emi, & Rmi Domini mei Observandissimi.

„ UT oneri mihi per Eminentias Vestras imposito, in requisitione meæ sententiæ super adnexis precibus, faciam satis, cum de omni eo, quod in libello continetur, sufficientem notitiam habeam, & aliqualem curam impenderim, ut tam Clerum Villæ de Liria, medio suo Sindico hodie in Curia præsente, quam Nepotes Testatoris quietarem, & de eo instruerem, quod in præsenti casu peti à Sanctissimo Domino nostro poterat, ut omnia ex æquitate manerent composita, & controversiæ, quin ad lites transirent, omnino sopitæ, ea omnia mihi videntur adnotanda, quæ ad hoc me moverunt, & ad dilucidandam materiam valde conducere existimo, ut ex his melius clarescat judicium, quod infra exponam, de æquitate, & convenientia illius, quod per Sindicum Conventus, ut unum de Populo, Sanctitati S. exponitur. Certum itaque est I. Conv. PP. Disc. Sancti Francisci de Liria esse incapacem Legatorum perpetuorum, sive cum onere, sive sine onere, ratione Regulæ, quam dicti Patres profitentur, juxta declarationes D. Bonaventuræ, Capitulorum Generalium sui Ordinis, Sacrarum Congregationum, ac Roman. Pontific., quibus continuo teneatur renunciare, ac renunciationem notificare hæredibus; & insuper nec posse per se ipsos, nec per suum Sindicum comparere in judicio ad petenda præfata Legata, sub pœna excommunicationis latæ sententiæ ipso facto incurrendæ, juxta Decreta Sacræ Congregationis ab Urbano VIII. deputatæ pro Fratribus Cismontanæ Familiæ circa ea facta, quæ omnia idem Urbanus VIII. approbavit; ubi excipiuntur perpetua annua legata, quæ relicta sunt pro Fabbrica Conv. pro Sacristia, oleo pro Lampadibus, & ornatu Ecclesiæ: cum ea tamen restrictione, quod in quantitate ea Legata immoderata non sint, nec in usum, & alimoniam Fratrum converti possint, ut in dictis Decretis habemus, sub dist. 8. loco cit. num. 58. quæ omnia non per Fratres, sed per Sindicos exigi possunt.

„ 2. Certum est dictos PP. facta dicta renuntiatione, per viam eleemosynæ posse ab hæredibus sponte dantibus recipere dicta annua Legata perpetua, sive aliquod onus adnexum habeant, sive non, debereque onus impositum adimplere, juxta declarationem Capituli Generalis Romæ celebrati die 13. Maii 1603. ibi - Si tamen, facta ista protestatione, hæres ex sua libera voluntate voluerit dare eleemosynas illas, & committere Fratribus dicta Officia, & Missas, tunc Fratres tuta conscientia possunt eleemosynas hujusmodi admittere. Quod Decretum est conforme Doctrinæ Sancti Bonaventuræ, atque adeo ex voto S. C. Fabricæ fuit approbatum ab Urbano VIII. ut videre est apud laudatum Fagnan. loco citato num. 61.

„ Certum est 3. proprietatem Legatorum perpetuorum Fratribus Minoribus relictorum, si sint cum onere, non posse vendi, nec prætium erogari in usus Fabricæ, & Sacristiæ, ut per eamdem S. C. declaratum fuit, prout videre est apud laud. Fagnan. loco citat. num. 49. & 53. nam cum dist. 3. art. 5. loquendo de Legatis annuis cum onere dubitatum fuisset.

„ An Fr. Minor. possint hujusmodi Legata extinguere, aut illorum proprietatem vendere, & prætium erogare in usus fabricæ, vel Sacristiæ? Sac. Congreg. respondit - Non posse, ex eo motivo, ut tradunt DD. quod ita extingueretur obligatio Missas, aut festa perpetuò celebrandi, & onera à Testatore ordinata adimplendi, ad quæ onera adimplenda semper hæredes tenentur.

„ Certum est 4. in annuis Legatis sine onere Frat. Min. relictis hæredes non teneri in foro Conscientiæ Fratr. annuas præstationes solvere, ut eadem S. C. apud eumdem Fagn. sub distinct. 4. artic. 9. num. 50. & 54. decrevit, nam, cum loquendo de his Legatis sine onere fuisset dubitatum - An Hæredes teneantur illorum præstationes Fratribus solvere in foro Conscientiæ? S. C. declaravit - Non teneri: quæ declaratio varie intelligitur a DD. de quo postea.

„ Certum est 5. quod etiam si hæredes non teneantur in Conscientia dictas annuas præstationes sine onere FF. solvere, nec FF. capaces sint eas extinguendi, sunt tamen capaces eas per modum eleemosynæ recipiendi, si ab hæredibus illis elargiantur, nec non proprietatem extinguendi, & prætium convertendi in usum Fabricæ, vel Sacristiæ, prout eadem Sac Congreg. declaravit, ut videre est apud eumdem *Fagnan. loc. cit. sub distinct. 4. art. 1. num. 50., & 54.* ubi cum dubitatum fuisset - An Fratres Minores tàm de Observantia, quam Reformatorum sint capaces annuorum Legatorum sine aliquo onere, aut modo adjecto, saltem ad effectum illa extinguendi, & prætium erogandi in usum Fabricæ? Sacra Congregatio respondit - FF. Minor. tàm de Observantia, quàm Reformat. non esse capaces Legatorum annuorum, quæ sunt sine aliquo onere, aut modo adjecto, nisi ad effectum illa extinguendi, & prætium convertendi in usum Fabricæ, vel Sacristiæ - quia in hoc casu, ex ejus extinctione, nullum præjudicium resultat animæ Testatoris, nec ejus voluntati, cum ille nullum perp. onus reliquerit ordinatum.

„ Certum est 6. quod si hæredes nolint per viam eleemosynæ ad prædictum effectum dicta perpetua Legata Fratribus tradere, non ex hoc possunt ea extinguere, & proprietatem in alios usus convertere. Namque, si sint Legata annua cum onere, debent onera a Testatore imposita perpetuo adimplere, & sic fundum, & proprietatem perpetuo conservare; si sint sine onere, debent ea in se perpetuo retinere; dummodo de iis, per Romanum Pontificem pro tempore existentem, aliter non fuerit dispositum, nec prædicta Legata in alios usus, ejus auctoritate, fuerint applicata, vel applicari contigerit: sic iisdem verbis cautum est in Decreto S. C. Fabricæ approbato, & confirmato per Urbanum VIII. ut videre est apud toties *laud. Fagn. loco cit. sub num. 61.* ut ita Successores in hæreditate, semper ac velint, possint Fratres Minores

„ nores, per viam eleemosynæ, Legatum tradere, quæ profectò libertas successoribus in hæreditate tolleretur, fructum annuum Legati Frat. per viam eleemosynæ tradendi, & consequenter PP. possibilitas illum eodem modo recipiendi, si proprietas aliter, quam auctoritate Sanctæ Sedis, arbitrio hæredum extingueretur. Hoc quoad proprietatem sub dubio cadere non debet. Quod annuas tamen præstationes, quæ PP. ex Legatis annuis sine onere non solvuntur, vel etiam quoad id, quod superfit ex Legatis cum onere, oneribus satisfactis, est valde dubium, cujus decisio dependet ex eo, quod sequitur.

„ His suppositis, licet dubitari non valeat præfatam doctrinam esse magis conformem Regulæ S. Francisci, attenta dispositione Nicolai III. in Cap. *Exiit qui seminat* de verb. sig., & Clement. V. in Cap. *Exivi de Paradiso* eodem tit., & declaratione ipsius Regulæ per Sanctum Bonaventuram, & Decret. Cap. Gen. Declarationibus SS. CC., & Constitutionibus Roman. PP. tamen adhuc viget illud gravissimum Dubium, quod inter DD. versatur, quomodo veniat intelligendum, quod hæredes in Conscientia non teneantur ad solvendum FF. Minor. ea Legata annua a Testatoribus relicta, sive cum onere, sive sine illo, in quo magis communiter DD. procedunt cum litera declarationis S. C. supra relatæ, & cum aliis similibus declarationibus; & omninò sentiunt hæredes non ad aliud teneri in Conscientia, quam ad adimplementum onerum, si sit legatum cum onere pro suo arbitrio, vel committendo Fratribus adimplementum, si velint, vel aliis Sacerdotibus, in Ecclesia tamen PP., si fieri possit, ut Navar. lib. 3. Concil. tit. de Testam. Consil. 14. num. 10. Thom. Sanch. lib. 7. in Decal. cap. 26. num. 49., 50., & 51. cum multis aliis, quos laudat. Quam opinionem etiam sequitur Sacra Rota decis. 1306. a num. 9. coram Emerix. recedendo ab eo, quod senserat in decis. 1219. coram eodem. Et Eminentissimus Petra ad Constitut. 5. Honor. III. Sect. 4. num. 18. Fagn. loc. citat., & alii quamplurimi. Et consequenter ad hanc doctrinam docent ipsis hæredibus accresci annuos fructus, sive annuas præstationes, oneribus adimpletis, si sint Legata cum onere, & aliquid supersit, vel in integrum, si sint sine onere, dummodo aliud per Sanctam Sedem non disponatur, ut videre est apud laudatum Navarro, & Sanchez loc. citat. licet uterque, & præcipue Navarro, in id inclinet consilium dandum esse hæredibus, ut Monasteriis pauperibus ab ipsis eligendis illud impendatur, & non sibi approprient.

„ Alii sentiunt illud *Non teneri in Conscientia*, debere intelligi attenta incapacitate PP. ad exigendum, itaut ad illos, ratione juris proprii, non teneantur, cum nullum ad prædicta Legata jus habeant; teneri tamen in vim obligationis sibi a Testatore impositæ, qui cum hoc onere, & conditione illos hæredes instituit, & sic eo modo, quo possunt, & Patribus, juxta suam regulam, est licitum, videlicet per viam eleemosynæ, cujus sunt capaces, debere singulis annis Legatum, per viam eleemosynæ, ipsis Patribus solvere, sive Legatum sit cum onere, sive sine illo, & in hoc sensu credunt venire intelligendas omnes declarationes S. C. allegando alias, quæ suæ opinioni favere existimant. Et hanc sequitur Angel. V. Legat. q. 3. dist. 3. Fab. V. Legat. quest. 4. num. 5. Eman. Rodriquez q. q. reg. tom. 2. q. 127. art. 4. Amostaz de Causis piis lib. 4. cap. 3. num. 76. & 77. Pitou discep. 3. num. 22. & 23. & alii; Et latè Felix Potestas in examine Conf. tom. 1. part. 2. cap. 9. a num. 119. ubi varias affert declarationes S. C., quas sibi favere credit. Et qui hanc opinionem sequuntur, dicunt, quod si hæredes legata non solvunt, licet PP. petere ea in judicio non possent; Ordinarius tamen, tamquam exequutor ultimarum voluntatum, tenetur eos compellere, ut solvant; & posse a Sindico, tamquam uno de Populo, vel a quolibet alio de ipso populo, implorari ejus officium.

„ Sed quidquid sit de ista secunda opinione, cui in tanta latitudine non adhæreo, in præsenti recursu ad Sanctissimum sumus extra casum omnium opinionum, quandoquidem sumus in Themate, in quo nemo dubitare valet, præfata Legata annua Patribus Minoribus relicta, remanere penes dispositionem Sanctæ Sedis, & sic SS. D. N. posse circa præsens legatum, de quo memoriale agit, ordinare, ut petitur, quod ea portione ex capitali deducta, quæ correspondere possit oneribus perpetuis a Testatore volitis, reliquum, quod superest, consideratum ac si esset legatum sine onere, applicari Conventui de Liria possit, ad effectum illud extinguendi, & in effectus in memoriali a Sindico expositos convertendi, nimirum dilatationis Sacristiæ, provisionis ornamentorum, creationis unius ex Conventibus Provinciæ in Collegium pro Missionariis, & subventionis necessitatis nepotum Testatoris, quo, nedum extinguitur legatum, & ex perpetuo fit manuale, quod nedum est valde conforme supra allatæ declarationi S. C. ab Urbano VIII. approbatæ, verùm & extinguuntur controversiæ super hoc legato exortæ, pro parte dictorum Nepotum, adhuc & Cleri dictæ Villæ, quæ hac vis compositæ manent. Et insuper in eo, quod applicatur pro Collegio Missionum extra Conventum de Liria, præcavetur, quod Legatum tam pingue, integrum non remaneat penes dictum Conventum, & ita non lædat puritatem Regulæ, ut læderet, si huic soli Conventui applicaretur, cum sine dubio Legatum excedat necessitates ipsius Conventus expositas per Sindicum. Et sane in hac applicatione pro disponendo dicto Collegio Missionum optimè servatur Consilium Navarri, qui, licet lib. 3. consil. tit. de Test. 14. num. ultim. benè, & nervosè fundet opinionem, quam semper sequuta fuit Sac. Congreg., & Romani Pontifices confirmarunt, nimirum hæredes non teneri hæc Legata annua, etiam cum onere, PP. Min. ministrare, sed tantummodo ad adimplenda onera Testatoris ordinata in Ecclesiis ipsis FF. Minor., si fieri possit, & illud permittant, vel per ipsos Patres, vel per alios Sacerdotes, pro suo arbitrio, tamen subjungit -- Quod posset pie declarari, quod si quid de præfatis scutis superesset, soluto justo stipendio celebrantibus præfatas Missas, illud impenderetur Monasteriis pauperibus, quæ ipsi eligerent. Quod multum facit pro præsenti casu. Quibus omnibus accedit, quod tam Clerus, quam Nepotes conscii sunt de hac Sindici petitione, & in ea conveniunt, ut mihi constat.

„ Idcirco sentio annui posse precibus dicti Sindici, & per Sacram Congregationem consuli Sanctissimo, ut rescribere dignetur pro gratia, dummodo tamen præcedat renuntiatio de hoc Legato facienda a Patre Guardiano cum Discretis Conventus, juxta declarationem Divi Bonaventuræ, & formam dispositam per Cap. Gen. anni 1603. apud Fagnan. loco citat. sub num. 57. videnda, quam tradere omninò debeat Clero dictæ Villæ,

„ & in

„ & in libris Conv. ipsius eam transcribere, ut in dicta Cap. fuit Statutum, quod usque adhuc Conventus non fecit, commitendo Ordinario Valentino, ut cum interventu dicti Sindici Conventus primo exigat a Clero Liriæ hærede Testatoris administrante, rationem suæ administrationis, & cum liquido constet, ad quam summam ascendit hæreditas, & illius fructus a tempore mortis Testatoris, deductis omnibus expensis hucusque factis in dicta administratione, separare faciat omne id, quod medietati hæreditatis ad præfatos fines applicandæ correspondet. Et ex ea primò deducat 600. petias octo Juliorum, quæ Scuta Romana quatercentum, & octoginta componunt, quæ stare debeant penes Clerum, ad hoc ut investiri possint, ut ex earum fructu celebrari singulis annis debeant tres festivitates a Testatore volitæ, de quibus Memoriale mentionem facit, ultra eam Festi celebrandi infra octavam Corporis Christi, quam Testator reliquit impositam supra Horto, de quo memoriale agit, quam Clerus celebrari etiam facere debet. Et insuper ex eadem medietate deducat etiam mille, & quatuorcentas petias octo pariter Juliorum, quæ Scuta Romana mille, & viginti componunt, pro octo Nepotibus Testatoris ex Sororibus pauperibus, inter quos ea æqualiter dividat. Ultra quatuor mille petias a Testatore relictas pro fundatione duorum Cappellaniarum, ad quas dictos suos Nepotes vocavit, & ultra sexcentas petias, quas illis pro una vice reliquit. Reliquum verò dictæ medietatis venundari faciat, & prætium Sindico Conventus tradi, cum hac lege, ut converti debeat prætise, cum interventu P. Provincialis, in præfatos usus superius expositos; itant primo, & ante omnia ad effectum perducatur erectio unius Conventus Provinciæ in Collegium pro Missionariis, cum eorumdem ingressu, ne dum onerando super ejus erectione Conscientiam Patris Provincialis, verum etiam ordinando Reverendissimo Archiepiscopo Valentino, aut ejus Vicario Generali, ut omnino curet de hac erectione perficienda. Et ulterius mandet, ac statuat, quod domus Testatoris, de qua usufructuariam reliquit suam uxorem, ordinando, ut post ejus obitum debeat incorporari sua hæreditate, integra remaneat pro Clero, quin in divisione veniat in considerationem habenda, adhoc ut dictus Clerus satisfieri possit de diversis expensis ab ipso factis, ob hæreditatis defensionem in controversiis excitatis, ut in Memoriali exponitur.

„ Et quoad onerum adimplementum sum etiam in sensu S. Suam, ex spetiali gratia, concedere posse, ut Beneficiati, & Clerus dictæ Villæ in se assumendo curam investiendi dictam portionem sexcentarum petiarum, seu quatuorcentum octoginta scutorum Romanorum, quæ applicari debet pro annua dictorum onerum adimpletione, vel id, quod ex dictis quatuorcentum octoginta scutis remaneat, deductis oneribus, & expensis, juxta praxim illius Regni, ad hoc investimentum, vel impositionem requisitis, fructus, seu redditus, qui ex dicto investimento, aut impositione procedat, per dictos Beneficiatos, & Clerum administretur, & percipiatur, & una cum fructu ducentarum librarum, quas Testator, ut in libello exponitur, imposuit super horto dicto Clero relicto pro festo infra Octavam Corporis Christi, quod per Patres dicti Conventus celebrari singulis annis voluit, Sindico ipsius Conventus ab eisdem beneficiatis, per modum eleemosynæ, ad Sanctæ Sedis beneplacitum, ministretur, ut ex illo expendere valeat omne id, quod necessarium fuerit ad Ecclesiam ornandam, & alias expensas faciendas, ut dicta tria festa a Testatore ordinata possint per Patres celebrari, nimirum Sancti Vincentii Martyris, Sancti Vincentii Ferrerii, & Conversionis Sancti Pauli, ultra illud aliud festum, & processionem infra octavam Corporis Christi celebrandam, quod antea ordinaverat. Quam applicationem, & si sit legati annui cum onere, bene fieri potest per SS. D. N. ait Navar. loco supracitat., quem sequitur Thomas Sanch. in præcept. Decal. dict. lib. 7. cap. 16. num. 50. Cum Menoch. consil. 114. num 4. vol. 11. Ut potiori titulo in Cas., in quo tot circumstantiæ concurrunt, & quidem facta applicatione ad S. Sedis beneplacitum, quo de medio tollitur omnis suspicio perpetuitatis; quando quidem cum hac limitatione gratia revocabilis remanet, & sic non tam de facili per PP. Minor. similes gratiæ exquiri poterunt, quibus certe sua Regula non levi vulnus pateretur, ut optimè laud. Navar. loco, & num. proximè citatis affert, quâ cum loquendo de præsenti materia dixisset — Sua Sanctitas posset confirmare prædicta Legata, & dispensare cum præfatis Fratribus, ut accipere ea pro necessitatibus præteritis, vel præsentibus, & etiam pro futuris -- addit -- Fortassis hoc non expediret Regulæ illi mirabili Sancti Francisci, & puritati illius, & honori Ordinis ejus Illustrissimi, eo quod præberetur occasio petendi alias mille dispensationes similes FF. ejusdem Ordinis -- Et profecto si hæ gratiæ frequentes essent, valde desfiguraretur mirabilis hæc, & tantæ ædificationis in Ecclesia Dei, ac tot miraculis, tamque continuis comprobata Regula Seraphici Ordinis: sed ex præsenti casu exemplum desumi nunquam poterit, ob speciales rationes, quæ concurrunt sufficientes, ut movere possint animum S. Sanctit. ad hanc spetialem gratiam concedendam, tùm propter solatium octo Nepotum Testatoris prætendentium sibi hæreditatem deberi, quorum necessitati hac via, sine lite, quam prosequi non possunt, subvenitur; dum præter maximum bonum, quod ex erectione Collegii pro Missionariis saluti animarum resultabit, sub qua conditione hæc gratia conceditur, tum propter expositas dicti Conventus necessitates; dum denique propter extinctionem imminentium litium, tam per Nepotes Testatoris prætendentes testamentum fuisse nullum, quam per Clerum contendentem totam hæreditatem, ratione incapacitatis FF. uti caducatam, apud ipsum manere debere, quibus litibus hæreditas inaniter consumeretur, ita ut, iis durantibus, nec Clerus posset PP. per viam eleemosynæ quidquam libere clargiri, nec PP. consequenter illud recipere, nec Nepotes illud subsidium habere possent.

„ Hæc sunt, quæ Sanctitatem Suam movere valent ad hanc gratiam concedendam, & quæ me movent ad ita in his circumstantiis fieri posse judicandum. Et licet extrajudicialiter mihi constet tum hac providentia tàm Clerum, quàm Nepotes contentos esse, tamen si Sacræ Congregationi placuerit, decreto adjungi poterit, accedente consensu Nepotum; & etiam Cleri dictæ Villæ, quatenus illi imponitur onus administrationis bonorum pro annuis festis, quæ adimpleri modo dicto debent, & ratione Commutationis voluntatis Testatoris. Sic sentio, salvo in omnibus Superiori Sacr. Congregat. judicio. Datum Romæ die 16. Julii 1729.

Ludovicus Cardinalis Belinga.

Li-

Digitized by Google

Literæ Pontificis, quibus præscribitur exequutio eorum, quæ in relato voto continentur.

BENEDICTUS PAPA XIII.

Venerabilis Frater, seu dilecte Fili salutem, & Apostolicam Benedictionem.

EXponi Nobis nuper fecit dilectus Filius Modernus Sindicus Conventus S. Francisci Villæ de Liria illius Valentinæ Diœcesis Ordinis Fratrum Minorum ejusdem Sancti Francisci de Observantia Excalceatorum nuncupatorum, quod quondam Vincentius Huete e dicta Villa in ultimo suo Testamento, quod die 22. Januarii 1725. condidit, animam suam hæredem ex Asse instituit, relicta Clero, & Beneficiatis Parochialis Ecclesiæ Villæ hujusmodi bonorum suorum administratione, voluitque, ut satisfacto prius diversis Legatis per eum demandatis, medietas suæ hæreditatis eisdem Clero, & Beneficiatis remaneret, & in eorum commodum cederet, qui tamen quasdam illis impositas obligationes adimplere tenerentur, utque Clerus, & Beneficiati præfati fructus alterius medietatis hæreditatis, seu bonorum prædictorum ipsi Conventui Sancti Francisci tradere deberent, cum onere illius Fratribus tres quotannis festivitates, nempe SS. Vincentii Martyris, & Vincentii Ferrerii, ac Conversionis Sancti Pauli Apostoli celebrandi, necnon animam suam Deo jugiter commendandi, & alias prout in dicto Testamento uberius dicitur contineri. Porrò unaquæque ex medietatibus hæreditatis, sivè bonorum ejusmodi, cum fructibus hucusque decursis, ad summam septem millium petiarum, octo juliorum pro qualibet monetæ illarum partium, vel circiter, ad præsens ascendit, quin quidquam eorum, quæ a Vincentio Testatore ordinata fuerunt, executioni demandatum fuerit, propter diversas quæstiones, & controversias excitatas, tum per octo Nepotes dicti Vincentii Testatoris, enarratum Testamentum nullum, ac irritum esse, aliudque prius ab eo conditum, in quo ipsi hæredes scripti fuerant, sustineri debere allegantes, tum pro parte Cleri, & Beneficiatorum prædictorum contendentium, nedum secundum Testamentum nullum, ac irritum non esse; sed totam, atque integram hæreditatem ad se spectare, absque ulla obligatione tradendi fructus dictæ medietatis eidem Conventui Sancti Francisci, etiam titulo, ac per viam eleemosynæ, eo quod illius Fratres sint incapaces Legatorum perpetuorum, ipsisque Clero, & Beneficiatis solum incumbere supradictas tres Festivitates in Ecclesiis sibi benevisis celebrare faciendi. Quibus quæstionibus, & controversiis durantibus, voluntas, ac dispositio ejusdem Vincentii Testatoris, non sine illius animæ detrimento, neglecta, & inexequuta remanet, pejusque eveniret, si deducerentur in judicium, si erumperent in lites formales, in quas redditus hæreditatis, seu bonorum præfatorum verisimiliter absumerentur. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, Sacrarium dicti Conventus Sancti Francisci, utpote admodum angustum, ampliatione, multisque necessariis supellectilibus, quibus destitutum est, egeat, ac Fratres Provinciæ, cui prædictus Conventus Sancti Francisci subest, unum ex Conventibus ejusdem Provinciæ, & Domum, seu Collegium pro solis Missionariis, prout aliæ similes Domus, seu Collegia in aliis Provinciis Hispan. Ordinis præfati reperiuntur, redigere cupiant, ad hæc verò omnia peragenda, & exequenda multa expensa opus sit, nec quæ ex quotidianis, & manualibus eleemosynis proveniunt, satis esse possint, ipse modernus Sindicus, tanquam unus de Populo, opportunum, ac expediens fore existimat, si dicta bona hæreditaria in duas partes æquales dividerentur, illorumque medietas Conventui Sancti Francisci, ut præfertur, relicta venderetur, ad effectum ex pretio inde proventuro Sacrarium hujusmodi ampliandi, ac necessariis supellectilibus instruendi, Domumque, seu Collegium Missionariorum, in uno ex Conventibus prædictæ Provinciæ erigendi, & ut præfati octo Nepotes ex Sorore ejusdem Vincentii Testatoris, qui tametsi non satis solidis rationum fundamentis pro annullatione enarrati Testamenti obtinenda niti videantur, pauperes tamen existunt, omnino acquiescant, præter, & ultra sexcentas petias octo juliorum supradictæ monetæ eis in dicto Testamento relictas, ex præfata medietate bonorum ipsi Conventui Sancti Francisci obveniente, aliæ mille, & quadringentæ petiæ hujusmodi inter ipsos æqualiter dividendæ assignentur, prout quoque aliæ 600. petiæ extraherentur penes Clerum, & Beneficiatos prædictos relinquendæ, & in re fructifera investiendæ, ad hoc, ut annui illius fructus erogentur in celebrationem, tùm præfatarum trium Festivitatum, tum alterius Solemnitatis infra Octavam Sanctissimi Corporis Christi, à memorato Vincentio Testatore demandatæ, pro qua seorsim a sua hæreditate eisdem Clero, & Beneficiatis assignavit hortum valoris 200. petiarum similis monetæ, cum onere illius fructus Fratribus dicti Conventus consignandi, & quia Clerus, & Beneficiati ratione, & occasione hæreditatis hujusmodi, diversas expensas subierunt, statueretur pro eorum indemnitate, quod quædam Domus, cujus usumfructum idem Vincentius Testator Uxori suæ, vita ejus naturali durante, reliquerat, post illius obitum in commodum, & utilitatem ipsorum Cleri, & Beneficiatorum liberè, & integrè cederet: quo pacto, si res conficiatur, atque transigatur, dictus Sindicus exploratum habet eam non minus Clero, & Beneficiatis, quam Nepotibus ejusdem Testatoris probandam, nec non ultra utilitatem, quæ toti Provinciæ præfatæ ex Domo, seu Collegio Missionariorum hujusmodi proveniet, Populo dictæ Villæ cupienti, quod Fratres dicti Conventus relicta eleemosyna potiantur, gratam, & acceptam fore, omnesque inter partes prædictas quæstiones, & controversiæ conticescent, ac dirimentur, litesque imminentes devitabuntur, nobis propterea Sindicus prædictus humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere dignaremur. Nos igitur ejusdem Sindici votis hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, eumque a quibusvis &c. ac dicti testamenti tenorem, & alia quæcumque, etiam specificam, & individuam mentionem, & expressionem requirentia, præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & specificatis habentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de VV. FF. NN. Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinal. Concilii Tridentini interpretum, qui dilecti Filii nostri Ludovici Cardinal. Belluga, & Moncade nuncupati, ad hoc negotium examinandum ab ipsis Cardinalibus deputati votum perpenderunt, Consilio, Fraternitati tuæ Frater Archiepiscope, seu discretioni tuæ Fili Officialis per præsentes committimus, & mandamus, ut veris existentibus narratis, & facta prius per Guardianum, & Discretos Conventus Sancti Francisci Villæ de Liria legitima renunciatione Legati, de quo agitur, ac præstito tam per Clerum, & Beneficiatos Parochialis Ecclesiæ dictæ Villæ, quam per Nepotes Vincentii Testatoris coram Te consensu, ad commutationem voluntatis ipsius Vincentii Te-

Testatoris, & applicationem respectivè partis illius hæreditatis, nostra, & Sanctæ Sedis auctoritate procedas, atque devenias, juxta sequentem modum, nempè primo rationes exigas à Beneficiatis Parochialis Ecclesiæ Villæ præfatæ, administrationis hæreditatis supradicti Vincentii Testatoris pro toto tempore, quo eam gesserunt, cum interventu Sindici Conventus dictæ Villæ Sancti Francisci, & bonificatis expensis administrationis hujusmodi, eandem hæreditatem divides in duas partes æquales. 2. Firma remanente medietate ipsius hæreditatis ab ipso Vincentio Testatore relicta favore Cleri, & Beneficiatorum prædictorum, cum omnibus oneribus injunctis, ex altera medietate separes summam petiarum mille quadringentarum de juliis octo pro earum qualibet monetæ illarum partium, easque, nisi alias sexcentas petias patis monetæ ab eodem Vincentio Testatore relictas, persolvi cures octo illius Nepotibus inter se æqualiter insuper dividendas. 3. Item ex eadem medietate hæreditatis separes aliam summam sexcentarum petiarum similium, illamque summam relinquas penes Clerum, & Beneficiatos supradictos, qui eam in aliqua re fructifera tuta, atque secura investire, ac investimenti fructus, deductis expensis, quotannis per viam eleemosynæ, & ad dictæ Sedis beneplacitum, persolvere teneantur Sindico præfati Conventus Sancti Francisci, ad effectum, ut illius Fratres quolibet anno celebrent tres Festivitates ab eodem Vincentio Testatore demandatas, scilicet Sancti Vincentij Martyris, Sancti Vincentii Ferrerii, & Conversionis Sancti Pauli Apostoli. 4. Mandes quoque prædictos Clerum, & Beneficiatos exolvi ipsi Sindico, titulo itidem eleemosynæ, & ad ejusdem Sedis beneplacitum, fructus annuos horti valoris biscentarum petiarum similium, a præfato Vincentio Testatore particulariter relicti, ad hoc, ut Fratres prædicti celebrent Festivitatem cum Processione infra Octavam Corporis Christi, juxta voluntatem ejusdem Vincentii Testatoris. 5. Demum quid quid ex hac medietate hæreditatis supererit (præter Domum ipsius Vincentii Testatoris, quæ post obitum illius Uxoris usufructuariæ, sola, & integra devolvi, & pertinere debeat ad Clerum, & Beneficiatos præfatos) vendi, & alienari, pretiumque integrè consignari facias prædicto Sindico, sub ea tamen lege, & conditione, quod pecuniæ fideliter erogentur, primum in erectionem Collegii pro Missionariis in uno ex Conventibus supradictæ Provinciæ, & deinde in ampliationem Sacrarii dicti Conventus Sancti Francisci de Liria, & provisionem ornamentorum ejusdem, cum consensu Ministri Provincialis ipsius Provinciæ, onerata desuper ejus Conscientia, qui ulterius, prout etiam Ordinarius ipse Valentinus pro tempore, invigilare debeat præmissorum omnium executioni, salva tamen semper in præmissis auctoritate memoratæ Congregationis Cardinalium. Non obstantibus &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris 8. Septembris 1719. Pontificatus nostri anno 6.

F. Card. Oliverius.

Foris - V. Fratri Archiepiscopo Valent. seu Dilecto Filio ejus Officiali.

Consulto omisi Resolutiones hac de re editas a S. C. Boni regiminis, quarum sane innumeras afferre potuissem, ne quis dicat ad illam non pertinere judicium de eo, quod nobis vi Regulæ licitum, aut vetitum est; sed tantum jura Communitatum Ditionis Pontificiæ tueri, aut earumdem obligationum adimplementum curare.

Denique rem concludam verbis nupertimæ Decisionis Rotalis, coram R. P. D. Elephantutio in *Romana Legatorum, & eleemosynorum* contra Heredes Veronicæ Martini, in favorem pauperum Puellarum, & PP. Reformator. S. Francisci ad Ripam, ac PP. Capuccinorum, *Veneris 16. Januarii* 1750. ubi num. 25. hæc habentur:

„ Quæ autem huc usque dicta sunt quoad subsidia dotalia, pari jure procedunt quoad Eleemosynam Carnis, ac vini singulo Mense præstandam pro Infirmaria PP. Reformatorum, ac Capuccinorum; absque eo, quod excipi valeat de illorum Incapacitate talis assequendi relicta. Quid quid etenim sit de ea quæstione in abstracto, an Legatum Eleemosynæ Fratribus Minorum relictum sustineatur, ac per eos peti valeat jure actionis; omnis cessat difficultas in circumstantiis subjecti casus, in quo agitur de Legato respiciente, non jam alimonium, ac necessariam ipsorum Fratrum sustentationem, sed majorem quamdam illorum curam, ac bonam valetudinem: neque petitur ab ipsis jure actionis, quam nullam habere jam antes professi fuerant; sed postulatur ab illorum Sindicis, comparentibus nomine Ecclesiæ, vel tamquam Personæ de Populo; in quibus sanè terminis constans est *Doctorum, ac Tribunalium* sententia hujus generis Legata tali modo petita minimè lædere mendicitatem, atque Institutum Regulæ præfatorum Fratrum, itaut heredes officio Judicis compelli debeant ad illorum præstationem, ut suprema pii Largitoris voluntas impleatur, *Amostaz. de caus. piis lib. 4. cap. 13. n. 78. Card. de Luc. de Regular. disc. 1. n. 112. & disc. 35. n. 19.* aliisque relatis plenè scripsit *Piton. discept. Eccles. tom. 1. discept. 2. per tot.*, & signanter *num. 20. 21. & 22.* ac definitum fuit per *Rot. coram Emerix Jun. decis. 1219. & decis. 1326. fere per tot.*

Et ita &c.

Quod pariter confirmatum fuit altera decisione coram eodem data *Lunæ 8. Junii 1750.*

Confirmatur concordia inter Fratres Provinciæ S. Jacobi in Hispania Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia super divisione Provinciæ, & Officiorum.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

Debitum Pastoralis Officii, quo Catholicæ Ecclesiæ regimini, meritis licet imparibus, per ineffabilem Divinæ Sapientiæ, atque clementiæ abundantiam, præsidemus, exigit, ut paternam Religiosorum Virorum, quos in pacis amœnitate vota sua Altissimo reddere decet, curam gerentes, illa, quæ pro dirimendis inter eos exortis dissidiis, perpetuaque stabilienda animorum concordia, prudenti, providoque Conventa noscuntur esse consilio, quo firma semper, atque inviolabilia permaneant, Apostolici muniminis nostri præsidio roboremus.

§. 1. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti Filij Franciscus Diaz à Sancto Bonav. Lector Jubilatus, & Diffinitor Generalis Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum, ac Benedictus de Norriega Sacræ Theologiæ Lect. itidem Jubilatus, nec non Didacus *del Castillo* Verbi Dei Prædicator, Fratres expressè professi Provinciæ S. Ja-

Digitized by Google

Jacobi in Hispania dicti Ordinis, ac Procuratores diversarum respectivæ partium, seu Nationum ejusdem Provinciæ, quod cum juxta Constitutionum Apostolicarum, & statutorum Generalium ejusdem Ordinis dispositionem, cuique Provinciæ Ordinis prædicti sua particularia statuta condere fas sit, prout Nationum, temporum, & locorum, aliarumque circumstantiarum exigit ratio, præcipuè quando per eadem generalia statuta non satis provisum reperitur paci, ac utilitati alicujus Provinciæ, quæ particularibus, & accommodatoribus indigat legibus, ut immunis reddatur a jurgiis, litibus, & partialitatum zizaniis, quæ cœteroquin oriri, ac in dies, non sine maximo ipsius Ordinis dedecore, excrescere possent: ipsa verò Provincia S. Jacobi tali potissimum indigeat provisione, ut malis, quæ, ob lites inter partes prædictas nonnullis ab hinc annis vertentes, perpessa est, opportunum remedium adhibeatur, ipsi Exponentes legitimis suffulti mandatis ad effectum procurandi, & obtinendi ab hac Sancta Sede, nomine earumdem partium ea, quæ in posterum in prædicta Provincia servari oporteat, ut lites hujusmodi dirimantur, nec illæ in posterum reviviscant, aut aliæ suboriantur, neque divisio aliqua amplius in illa prætendatur, pro pace, & quiete dictæ Provinciæ, nec non regularis disciplinæ, qua illa ante hac eximie floruit, instauratione, charitative, & religiose ad concordiam super præmissis (reservato tamen desuper nostro, & hujus Sanctæ Sedis beneplacito) devenerunt, cum diversis pactis, & conditionibus, prout continetur in scriptura desuper emanata, tenoris qui sequitur, videlicet.

§. 2. In Conventu S. Isidori Fratrum Hibernorum Almæ Urbis Ordinis Minorum de Observantia, die 27. Novembris anni Domini 1693. convenerunt in unum R. A. P. F. Franciscus Diaz a S. Bonaventura Lector Jubilatus, S Off. Qualificator, Sacrarum Congregationum Iudicis, & Rituum Consultor, Provinciæ S. Jacobi primus Pater, & Dif. Generalis Ordinis prædicti, F. Benedictus de Norriega Sac. Theol. Lector Jubilatus; & Fr. Didacus *del Castillo* Prædicator, omnes Professi & Alumni dictæ Provinciæ S. Jacobi, Regularis Observantiæ in Hispania, memorati Ordinis, & Instituti, & Procuratores respective diversarum partium, & Nationum prædictæ Provinciæ, in lite, quæ ab aliquot retro annis vertitur inter Partes prædictas, super divisione officiorum, aut partitione ejusdem Provinciæ, ut inferius latius constabit. Qui quidem Patres attenta mente recogitantes præfatam Provinciam a Seraphico P. S. Francisco in primo Capitulo Generali Portiunculæ, anno a prima Ordinis, & Regulæ approbatione Apostolica, septimo, a fundatione vero Conventus Compostellani, per eumdem S. Patriarcham mirabiliter incepta, quarto, rite erectam, ac institutam extitisse, destinato ad ipsam in eodem Capitulo uno e dilectissimis Sociis ipsius Seraphici Patris, qui eidem tanquam Provincialis Minister præesset, a cujus Ministeriatu usque ad tempus præsens Regularis semper in ipsius Conventibus, seu Eremitoriis viguit observantia, illinc ad quamplures Provincias, nonnullasque Hispaniarum Ditionum reformationes studio, ac zelo Alumnorum ejusdem Provinciæ vel institutas, vel promotas, cunctis Ordinis sæculis feliciter propagata, atque transfusa; nec non præ oculis insimul habentes, quod præfata Provincia, quæ olim magnam partem Regnorum Hispaniæ, ac Lusitaniæ complectebatur, jam nunc ad eam solam amplitudinem redacta est, quæ faciliter in quolibet triennio lustrari, ac visitari valeat a quovis vigilanti Superiore: hinc publico ejusdem Provinciæ decori, ac perpetuæ Fratrum, ac Monialium ipsius tranquillitati quamcitius consulere meditati sunt. Concordiæ itaque super lite diuturna studentes, & desiderantes obviam ire scandalis, & inconvenientibus, quæ hucusque ex illa pullularunt, & in dies pullulare poterunt, tam quoad disciplinam regularem, quam quoad literarum (quibus semper prædicta Provincia maxime floruit) splendorem, amice, & charitative tractarunt de dirimenda prædicta lite, & discordia, per viam compositionis, & concordati; & post maturam, & longam discussionem punctorum, in quibus maxime vertebatur dissidium, tandem convenerunt in transactione mutua suorum respective Jurium, & prætensionum, sub infra exprimendis conditionibus inviolabiliter (accedente tamen Sac. Episcoporum, & Regularium Congregationis consensu, nec non Apostolicæ Sedis confirmatione) in perpetuum observandis. Primo itaque concordes dixerunt, & mutuo sibi promiserunt, quod pro parte PP. Castellanorum, Asturicensium, & Forensium renunciaretur prætensioni dividendi dictam Provinciam, pro qua in Sacra Congregatione instabant; sicut de facto prædicti PP. Benedictus de Nurriega, & Didacus *del Castillo*, utentes facultate, quam habent a suis Principalibus, nomine eorum prædictæ prætensioni renunciarunt, volentes, quod prædicta Provincia in sua, qua de præsenti gaudet, amplitudine conservetur: & inconvenientibus, quæ prædictam divisionem exigere videbantur, occurrendum esse remediis ab eisdem omnibus excogitatis, & mox suo ordine ponendis. Deinde subjunxerunt, quod etiam pro parte PP. Forensium renunciaretur Brevi tripartitionis officiorum in eorumdem favorem jam de anno 1684. a Sanctissimo D. N. Innocentio XI. fel. record. expedito, & de facto memoratus P. Didacus *del Castillo* eorum Procurator, utens facultate sua, vice, & nomine suorum Principalium, renunciavit omni juri quæsito, aut quærendo, & ex prædicto Brevi quomodolibet ipsis obvenienti, aut resultanti, & sub infra ponendis conditionibus acquievit sententiæ ab Eminentissimo Ordinis Protectore jam pridem ex commissione Apostolica, contra præmemoratum Breve prolatæ, ac omnimodæ executioni mandatæ: ne vero PP. prædicti Forenses fraudentur per hoc officiis, muneribus, & honoribus Provinciæ, mutuo hinc inde consensu prædicti concordantes, sequentem perpetuo practicandam providentiam adhibuerunt.

§. 3. Nimirum, omnes Fratres nati extra terminos Provinciæ, sive in ipsa vestiti, sive in ea sint incorporati, sine alicujus Nationis discrimine recipiendi sunt, prout reipsa recipiuntur, & vi hujus concordiæ, ex nunc in perpetuum acceptantur inter Fratres nativos ejusdem Provinciæ, cum æquali jure ad distributionem officiorum, ac isti habent. Sed cum Provincia ista constet principaliter quatuor Nationibus, juxta modum, quo Nationes distinguuntur, & reputantur in Universitate Salmanticen. scilicet Gallæciæ, Camporum, Cantabriæ, ratione Principatus Asturiarum, qui in dicta Universitate cum Cantabria reputatur, & Extremaduræ, cujus caput est ipsa Civitas Salmantina: ad has quatuor Nationes, ad effectum distributionis officiorum postea statuendæ, omnes alias Hispaniarum, & extra Hispanias Nationes hoc modo reduxerunt: nempe ad Nationem Gallæciæ reducuntur Fratres omnes Nationis Lusitaniæ, & quotquot nati sunt extra Hispaniarum continentiam, prout jam Apostolico Decreto reducti reperiuntur, & tanquam si nativi Gallæci essent in posterum reputandi. Ad Nationem Cantabriæ pertinebunt Astures, & quotquot nati sunt in terminis Nationis Cantabriæ, juxta dimensionem hujus Nationis in

in prædicta Universitate Salmantina, & ita, ultra prædictum Asturiarum Principatum, continebit pars ista Montana Burgorum, Guipurcoam, Alavam, Vasconiam meram, seu Viscayam, Rivogiam, & Navarram. Ad Nationem Campensem pertinebunt Fratres prædictæ Nationis, incipiendo a confinibus Gallæciæ, sed insuper Natio Castellæ novæ, quod vulgo *Mancha* in eadem Universitate nominatur. Denique ad Nationem Extremaduræ pertinebunt omnes Fratres Diœcesis Salmanticen. quę, ut præfertur, est illius Nationis Caput, & omnes alii ad hanc Nationem pertinentes, juxta morem illius Universitatis, & cum illis Fratres ex Nationibus Andalusię, & Aragonię; & cum sub hac distributione comprehensi reperiantur omnes Fratres, qui sunt, & esse possunt in prædicta Provincia, proinde convenerunt, quod in posterum, sub pœna perturbatorum Pacis, & Discolorum a transgressoribus ipso facto incurrenda, abstineatur a Nomenclatura Forensium, ut minus bene sonante inter eos, qui omnium rerum proprietatem a se abdicarunt, ut non habeant domum, aut locum, aut aliquam rem, sed sint (ut in Regula ipsa monetur) Peregrini, & advenę in hoc Seculo, in paupertate, & humilitate Domino famulantes: ideo omnes a Natione, ad quam pertinent, denominationem capiant.

§. 4. Hac facta incorporatione omnium Nationum inter Nationes Intraneas Provinciæ, prædicti PP., ut præfertur, concordes addiderunt, quod, ad pacem perpetuo in Provincia conservandam, & præoccupandum unius Nationis prædominium, ac congruam omnium Nationum satisfactionem introducendam (quod erat præcipuum inconveniens, quod urgebatur pro divisione) officia Provinciæ deinceps dividantur sic in singulis Capitulis, & Congregationibus, sub pœna nullitatis omnium electionum ipso jure, & facto incurrenda, ut scilicet uno triennio Minister Provincialis, & duo Diffinitores fiant de Fratribus Nationis Gallæciæ, cum suis incorporatis indistincte. Custos vero, & alii duo Desinitores ex aliis tribus Nationibus ex adverso: cum vero prædictæ tres Nationes, juxta præfatam distributionem, & incorporationem, restent fere æquales, & eadem æqualitas regulariter perseveratura merito credatur, tria ista officia inter ipsas distribuantur, itaut unus aut Definitor, aut Custos, quæ duo munera æquivalenter se habent, assumatur de Natione Camporum, cum suis incorporatis, alter de Natione Asturiarum, cum suis Cantabris incorporatis: sequenti triennio vice versa Minister Provincialis, & duo Definitores eligantur de corpore harum trium Nationum eodem ordine, ut scilicet Minister assumatur ex una, unus Definitor ex alia, & alius Definitor ex tertia, cum suis respective incorporatis; sic tamen, ut Provincialatus, quando huic parti obtigerit, per easdem Nationes ordinate, & successive decurrat, nisi in aliquo casu id adamussim servari nequeat, manifeste reluctante Justitia distributiva, aut electionis necessaria libertate, quod, ne cavillandi contra præsentem concordiam ansa præbeatur, determinandum erit a toto Capitulo per secreta suffragia alba, & nigra, si aliquando casus occurrerit, qui nonnisi rarissime, & difficile occurret. Custos vero, & alii duo Definitores de Natione Gallæciæ, cum suis respective incorporatis eligantur, quin unquam sub illo prætextu, aut motivo, etiam urgentissimo, fraudare valeat hæc Natio, seu portio aliquod ex officiis sibi per hanc alternativam competentibus, haud facile siquidem ad illa deficient in præfata portione viri satis idonei; Guardianatus vero, & Vicariatus Monialium eadem proportione distribuantur, scilicet media eorum pars detur Fratribus Gallæciis cum suis incorporatis, & pars altera Fratribus ex tribus aliis Nationibus, per partes æquales, procurando, ut tam in prima divisione facienda inter Gallæcos, & alias Nationes, quam in subdivisione, quæ inter tres prædictas Nationes fieri debet, servetur, non solum quantitas, & numerus, sed etiam qualitas, & graduatio Conventuum, ut scilicet ex præcipuis sex Conventibus, tres obveniant Gallæciæ, cum suis incorporatis, & tres distribuantur inter prædictas tres Nationes concurrentes ex adverso, ut unaquæque ex his unum præcipuum Conventum obtineat, & sic de reliquis, ut omnis discordiæ, & querimoniæ aditus præcludatur. Nec poterit aliquis a prædictis officiis, & muneribus excludi, sub prætextu, quod vitam communem non observet, nisi legitime constet de ejus inhabilitate ad observandam regulam, juxta declarationes Romanorum Pontificum, & expositiones Sanctorum Bonaventuræ, Bernardini, Joannis de Capistrano, & aliorum probatissimorum Expositorum ipsius; qui enim jam juxta præmemoratas declarationes, & expositiones observaverint, licet non sint sequaces vitæ, quæ est communis omnibus regulam stricte, ad literam, & secundum rigidiores declarationes observantibus: sequuntur tamen vitam communem illis, qui eam non transgrediuntur, & alicujus peccati gravis in ipsius observantia rei non sunt, quod sufficit ad hoc, ut ab officiis non excludantur, si alias ex vitio, & malitia, aut ex alio notabili defectu indigni, vel incapaces non censentur: illi siquidem, qui studio, ætate, & observantia diuturna vires ad austeritates corporales substinendas amiserunt, prudentia tamen, experientia, scientia, & zelo robustiores, ac magis sanos, seu juniores sunt supergressi, eisdem aptiores creduntur ad spirituale Gubernium Religionis. Ad Vicariatus autem Monasteriorum Monialium S. Claræ Tertii Ordinis, & Immaculatæ Conceptionis assumantur solum viri pii, scientia, ac zelo Religionis prædìti, ætatem 40. annorum excedentes, qui de earum Institutis, & modo conducendi animas Deo dicatas, ad spirituales cum Sponso æterno nuptias, sint plene instructi, & si PP. Definitorii contrarium fecerint, sciant, se rationem Domino reddituros de exiguo ipsarum profectu in via perfectionis.

§. 5. Sub præfata tamen officiorum distributione non debent cadere Lectores Philosophiæ, aut Theologiæ, propterea quod, cum pauci sint numero concurrentes, & expediat ad hæc munera promovere, non solum sufficientes, sed optimos, si prædicta lege distribuantur, sæpe continget, ut compellantur Electores eos promovere, qui forte minus perspicaces sunt (ne alternativæ legibus contradicant) post positis habilioribus, & ad docendum aptioribus, cum summa honoris Provinciæ, & rei literariæ jactura. Ideo pro promovendis Lectoribus Philosophiæ proponi debet libee concursus inter Collegiales ex tum Albanensis Collegii, qui saltem in eodem Collegio unum cursum, ab exacto Theologiæ triennio, compleverint, & contra quos nulla in Regulari disciplina infamia fuerit suborta (hi enim Collegio arcendi sunt, qui vero in ipso conservantur, eo ipso censentur sufficientes quo ad morum probitatem) & ex his eligantur qui in literario examine majora dederunt profectus, & futuræ utilitatis specimina, undecumque sint, & omni respectu posthabito. At, ne privata affectio in publicum præjudicium aliquando detorqueat præsens concordatum, per Definitorium Provinciæ sex Judices hujus concursus deputentur, ex quibus unus, & præcipuus erit Minister Provincialis, si concurrere voluerit, vel alius, cui

Digitized by Google

cui suas vices commiserit, & cum ipso duo Lectores Theologiæ Jubilati, vel actuales, de suo corpore, & pro alio corpore tres Lectores, vel Jubilati, vel actuales, & qui de corpore trium Nationum assumuntur, unus de una, & unus de alia, & unus de tertia Natione eligantur, & si Minister fuerit de hac parte, ipse pro sua Natione Judex erit: hi priusquam concursum aperiant, in unum congregati, septimum eligent de illo corpore, de quo non est Provincialis, qui solum suffragium feret in casu, quo non contingat Electio per suffragia sex Electorum Provinciæ, & omnes septem coram Secretario examinis per Provincialem deputando, juramentum facient super quatuor Sancta Evangelia de bene eligendo his verbis: *Ego N. Judex deputatus ad promotionem Lectorum Philosophiæ, quarum examen, & concursus in proxima sunt, juro per hæc Sacrosancta Evangelia D. N. J. C., quæ manu tango, sub pœna perjurii, & æterni reatus, me illos electurum ad prædictas lecturas, nulla habita privato respectu Patriæ, Sanguinis, uti affectionis quavis vi examinis, & concursus inexadi, magis habiles, & idoneos cognovero ad hoc munus obeundum, cum Provinciæ utilitate, & Discipulorum profectu: Sic Deus me adjuvet, & hæc Sancta Evangelia.* Et de juramento Secretarius examinis actum rogabit, quod ab omnibus subscribetur finito examine de more Provinciæ, & ad præscriptum Statutorum generalium convenient prædicti Judices, & Præses proponet unam lecturam, & unusquisque ex sex Electoribus mittat in Urnam nomen illius, quem extimavit aptiorem, quod ut facilius, & brevius fiat, poterit quilibet portare schedas sufficientes omnium nominum concurrentium, & si aliquis in eo scrutinio reperiatur, habuisse quatuor suffragia, ille erit ipso jure electus. Sin minus, relinquantur pro secundo scrutinio duo illi, qui plura habuerunt suffragia, & si hi reperiantur in secundo scrutinio æquales, adhibeatur septimus Judex, qui suo suffragio litem dirimat; si vero contigerit, quod in primo scrutinio, nedum non sequatur electio, sed propter suffragiorum dispersionem, aut æqualitem, non possint haberi duo illi, qui remaneant pro secundo scrutinio, adhibeatur septimus, & omnes secreto eligant unum ex illis excludendum, qui erit ille, qui plura habebit suffragia, & si opus sit, sic fiat, quoad usque secundum scrutinium reducatur ad duos, ex quibus sex Electores eligant, sicut dictum est, & in casu æqualitatis, adhibito septimo, electio resolvatur, & unius Conventus provisa lectura, prosequantur ad alium sub eadem formula.

§. 6. Pariter Collegiaturæ prædicti Collegii Albanensis per concursum, & examen provideantur, vocatis illis, qui expleto triennio Theologiæ testimonio Lectorum, sub quorum disciplina studuerunt, apti sunt concurrere, qui quidem in prædicto Collegio ultra triennium non commorabuntur, sed triennio expleto, ad aliquem Conventum studii Theologiæ, seu Philosophiæ mitti poterunt; indispensabiliter locum cedant aliis: si qui vero judicio Ministri Provincialis ex his, qui Collegium absolverunt, apti concursui lecturæ censebuntur, poterunt etiam ad eumdem concursum vocari. In prædicto vero Collegio censuerunt mutandam esse methodum exercitii, videlicet, ut non exponantur disputandæ, nisi selectiores, & utiliores quæstiones unius tractatus, quibus bene intellectis, aliæ quæstiunculæ facile patent, & ut locus sit, ut Collegiales melius præparentur, nonnisi una quæstio quotidie, vel mane in æstate, vel vespere in hyeme exagitetur; disputatio tamen post propositionem, & probationem conclusionis ad duas integras horas protendatur: finito vero uno tractatu, alius incipiatur, & principaliores etiam quæstiones discutiantur, & postea ad alium fiat processus: nam hoc modo poterunt potiores tractatus totius Theologiæ uno triennio percurri. Sed ne Philosophiæ difficultates exolescant, die Jovis, & Sabbathi (singulis namque diebus exercitia habenda sunt) proponat defendens duas conclusiones Philosophicas loco conclusionis Theologiæ, de quibus fiet controversia, una hora de prima, & altera de secunda, & hæ in quæstionario præfigentur juxta ordinem, quo in concursu Philosophico traduntur. Circa alia autem, quæ ad mores religiosos, observantiam Regulæ, cultum Divinum, ac disciplinam regularem spectant, executioni mandentur Statuta Provinciæ pro dicto Collegio edita, eaque introducantur, quæ pro simili alio Collegio confirmata inveniuntur in Brevi San. mem. Innocentii XI. *Ecclesiæ Catholicæ* incipiente, die 18. Septembris 1685. promulgato.

§. 7. Etiam convenerunt prædicti PP., quod nec Prædicatores præcipui Conventuum, qui Conventuales dicuntur, debeant cadere sub legibus prædictæ distributionis, sed quod libere eligantur per Definitorium illi, de quibus magis sperari possit Auditorum profectus, & Religionis decus, non attendendo, an sint de hac, vel illa Natione, minus enim in re tanti ponderis duxerunt habendam esse rationem de unius Nationis satisfactione, quam de Dei servitio, proximorum ædificatione, & splendore Provinciæ.

§. 8. Consimiliter, ut personarum omnis periculosa acceptio precludatur, nullis ex his, qui in Provincia prædicta vestiri desiderant, habitus denegetur, undevis sit, eo respectu, quod sit de hac, vel illa Natione, sed quotquot reperientur Sacrum habitum, Deo vocante, postulare, si habeant qualitates per Apostolicas, & Ordinis Constitutiones præscriptas, & numerus Fratrum receptionem non impediat, sine cunctatione acceptentur, & ad omnem fraudem in re tanti ponderis, & quæ pacem tamdiu desideratam turbare sufficit, Superior Provincialis, qui fuerit de opposito convictus, pœna privationis a suo munere irremediabiliter coerceatur. Ne vero numerus Fratrum plus justo possit excrescere, sub eadem pœna cohibetur, ne aliquos Juvenes admittat ad habitum, præterquam in Conventibus recollectionis, prout antiquus Provinciæ mos semper tulit. Ad officium autem, seu munus Magistri Novitiorum Viri probi, experti, Zelo Religionis pollentes, devoti, ac maturæ ætatis assumantur, qui eidem cum decore Ordinis, & profectu Juventutis Deo dicatæ planè, ac congruenter satisfacere queant, & si possibile fuerit, sint Definitores habituales, seu Lectores, aut Prædicatores Jubilati, vel saltem Exguardiani, & in observantia Regulæ, & exercitio Orationis mentalis satis versati, & qui laudabiliter huic muneri operam navaverint, cæteris præferantur in remunerationibus a Capitulis, seu Congregationibus in futurum impartiendis.

§. 9. Præterea concordes dixerunt, quod ad præcavendum inconveniens, quod urgebat, postulantes divisionem ex longissimo, intempestivo, & periculoso Fratrum discursu dimanans, in notorium damnum salutis corporalis, & puræ Regulæ observantiæ notoriam jacturam, & præjudicium, deinceps Superior Provincialis Fratres, qui sunt de Familia in Conventibus citra Montes, non destinabit ad Conventus ultra Montes, & multo minus ad distantiores, vel è converso, nisi publici muneris, vel studiorum causa, sed Conventuum indigentiæ succurratur per

Fra-

Fratres assumptos de Conventibus vicinioribus, vel vicinis. Quod si aliquando contrarium practicari oporteat, saltem ita transitus moderetur, ut non compellatur Frater, qui est in remoto citra montes Conventu, convolare ad remotum ultra montes, & operam dent, ut prædicti transitus non fiant, nec summa æstate, nec summa hyeme, ob imminens utriusque in illis partibus stationis periculum; Provinciales autem, qui sub prætextu puniendi aliquem Religiosum, seu alio quovis titulo contrarium fecerit, severe puniatur a Superiore Generali, ab eoque, si excessus nimius fuerit, & iteratus, ab officio suspendatur. Eademque pœna plectatur, si discolos, litigiosos, aut inobservantes ad Conventus Recollectionis transmiserit: ii siquidem Conventus, tanquam destinati ad exercitia Orationis mentalis, & purioris observantiæ Regulæ, præservandi sunt ab omni eo, quod ipsis in similibus exercitiis præjudicium afferre queat, ac pro moderatione, ac punitione excessuum præfatorum Fratrum, aptiores creduntur Conventus principaliores Provinciæ, in quibus facilius reprimuntur, non tam metu carceris, & supplicii, quam auctoritate Superiorum, & Patrum, quibus abundare, & ornari solent Communitates præfatorum Conventuum.

§. 10. Cum discursus Fratrum recenter professorum, & parum in observantia Regulæ radicatorum, perniciosissimus sit, & capitalis origo Regularis disciplinæ relaxationis, quia cum parum sint assueti indigentiis, & pressuris itinerantium, facile refrigescunt, & sibi suadent in quavis etiam communi necessitate, omnia licere, quæ contra jus divinum non sunt, esto Regula, quam professi sunt, prohibeantur, hic tamen inordinatus abusus in prædicta Provincia nimis, non sine aliqua partialitatis suspicione, invaluerit, cum juvenes statim, ac professionem emittunt, studiorum causa compelluntur longissime iter facere, & si in Collegio locus non sit, iterum regredi ad Conventus, in quibus non sunt professoria, nec sub disciplina Magistri Clericorum, prout par est, degunt. Inhærentes prædicti Patres Apostolicis Constitutionibus Clementis VIII., & Urbani VIII. nec non decretis Sac. Congregationis super statu Regularium, quibus præcipitur, ut recenter professi, si a loco Novitiatus discedere necesse sit, ut subintrantibus Novitiis locum cedant, destinentur ad Conventus, in quibus sunt professoria, ubi sint sub cura, & disciplina Magistri Clericorum, in quibus simul disciplinæ regulari, & literis debent operam navare; utque simul præcludatur aditus querelæ aliquarum Nationum ortæ super eo, quod sui Clerici de Studiorum commoditate non providentur, concordarunt, quod omnes Clerici, postquam professionem emiserunt, destinandi sunt ad studia Philosophica, in quibus ipsis assignetur locus distinctus a loco Sacerdotum, & ibi sint (prout Provincia habet in praxi) sub cura Magistri Clericorum, & disciplina Philosophiæ, ut nullus possit conqueri sub prætextu denegatæ studendi opportunitatis, prout hæc Italiæ familia, non sine fructu perpetuo, est executa tempore Vicariatus S. Joannis de Capistrano, qui in suis Statutis Cap. 9. in fine ait, se ad hoc fuisse inductum insinuatione SS. & fel. recor. Eugenii IV., & plurium S. R. E. Cardinalium exhortationibus.

§. 11. Ulterius desiderantes, quantum possibile sit, Juvenum discursibus obviare, & operam dare, ut Philosophicis disciplinis simul cum morum ornatu diteutur, & commodius instruantur, nec non quod onus Clericorum dividatur æqualiter inter Conventus præcipuos, tanquam expediens judicarunt, quod in Conventibus Salmanticæ, S. Jacobi Legionis, & Oveti, in quibus modo traditur solum Theologia, deinceps tradatur etiam Philosophia, sic, ut numerus studentium utriusque facultatis non excedat numerum eorum, qui de præsenti Theologiæ tantum student, & ad supplendum numerum, qui videtur desiderari, erigantur utriusque facultatis studia in Conventibus Monfortensi, & Auriensi, in Conventibus vero Zamorensi, & Taurensi, ac Tudensi solum Philosophia tradatur. Hinc enim primo assequi posse sperant, occurrere juventutis discursibus magna ex parte, quia cum in pluribus ex his Conventibus sit Novitiatus, quando ibi incipit cursus philosophicus, possunt in eodem Conventu, in quo professi sunt, studere primo Philosophiæ, & postea Theologiæ, deinde melius instruentur in disciplinis Philosophicis ex concursu studii Theologiæ. Nam Lector Philosophicus coram Theologis sedulo munus suum obire cogetur. Ulterius Theologi species Philosophicas, assistendo conferentiis hujus facultatis, excitabunt, quod ut commodius fiat, sic disponentur, ut die Lunæ, Mercurii, & Veneris fiant conferentiæ Theologicæ, diebus vero reliquis Philosophicæ. Denique Conventus graviores æqualiter sentient Clericorum gravamen. Sed ne per hoc videantur Lectores plus justo multiplicari, duxerunt statuendum, quod in nullo studio, præterquam in Salmantino, sint nisi duo Lectores Theologiæ, & in nullo sit Magister Scholasticorum: hoc enim exercitium penitus odiosum videtur, sed unusquisque Lector Theologiæ suas Conclusiones defendet in Aula, alternando per hebdomadas, ea vero, quæ Salmanticæ, aut alibi, præstare solet extra Conventum Scholasticorum Magister, modernus Lector Theologiæ præstare tenebitur, & hoc modo minori numero Fratrum, quam de facto occupantur in quatuor studiis Theologicis Provinciæ, sex studia auctoratius, & commodius subsistent.

§. 12. Sed quamvis omnes Clerici ad professoria mittendi sint, in quibus Philosophicis disciplinis studeant, non propterea omnes indistincte ad Theologica studia, post Philosophiæ positum tyrocinium, sunt destinandi, sed illi dumtaxat, qui posito examine reperti fuerint in Philosophia ita profecisse, ut de ipsis sperari possit, quod in Theologia progressus facient, & vel Lectores, vel Verbi Dei Concionatores competentes evadere poterunt. Reliqui vero, qui ad Theologiam Scholasticam sufficientes reperti non fuerint, ad Studia Theologiæ moralis, quæ olim consultissime per statutum Congregationis Tolet. 1673. fuerunt erecta in Conventibus Asturicensi, & Corrunensi, & nunc denuo sunt instauranda, remmittentur, in quibus per triennium operam dantes sub disciplina Lectorum, de quibus infra, si habiles reperti fuerint, confessionario destinabuntur, sin minus, perpetuæ Chori sequelæ, & Altaris servitio, aliisque Conventuum Ministeriis mancipabuntur.

§. 13. Ne vero Provincia Fratribus inutilibus injuste gravetur, sub pœna privationis vocis activæ, & passivæ per decennium, voluerunt prædicti PP. nomine suorum Principalium, remanere obstrictos Ministros Provinciales, qui admittunt ad habitum Juvenes, qui humanioribus literis non fuerint competenter instructi, quod, ut facilius executioni mandetur, Minister nullum admittat, quem in consessu discretorii Conventus non examinaverit, vel Guardianus de ejus Commissione, sed ipse Minister, dum Provinciam visitat, tenetur iterum ab ipso non examinatos experiri, & si invenerit Examinatores deliquisse, tanquam Religioni injurios eadem pœna punire, juvenemque expellere, nisi forte fuerit ad moderamen Chori, vel Organa pulsanda

da

Digitized by Google

da receptus, cum quibus poterit mitius institutere examen, sed hi, post emissam professionem, ad aliud Ministerium Litterarium minime contendant.

§. 14. Eundem finem bonæ educationis juventutis præ oculis habentes, & adhærentes Decretis Apostolicis memoratis, nec non diversis Ordinis Statutis, pœna privationis ab officio voluerunt ipso facto, & irremediabiliter coercendos esse Guardianos, qui Juvenes Philosophiæ studentes, sub quovis prætextu foras mittunt, excepta causa Sacros Ordines recipiendi, aut, qui eos extra Conventum quæstuandi causa, etiam in loco, ubi consistit Conventus, exire permittunt, præterquam in actibus Communitatis, vel aliquando omnes, & si rarissime exire oporteat, brevi reversus Juvenis aliquis, nonnisi associatus suo magistro Conventu exeat, & cum eodem incedat, & regrediatur; Sacerdotes vero Studentes nonnisi extra tempus lectivum, de consilio, & consensu Lectorum, necessitate postulante, extra locum egredi permittantur.

§. 15. Alia, eaque non levis occasio itinerandi, nascitur ex abusu designandi in singulis Capitulis, sive Provincialibus, sive intermediis, tres, aut plures Prædicatores Conventuales pro singulis quibuscumque Conventibus, contra mentem Statutorum Segoviensium, quæ, dum de ipsis mentionem faciunt, videntur supponere, unum debere esse tantum in quovis Conventu. Ideo dixerunt prædictam corruptelam, ex qua ultra ansam prædictorum discursuum, etiam ascitur, quod plures Fratres, quam oporteat, exemptionibus gaudeant, omnino abolendam esse, unumque solummodo Prædicatorem debere esse in unoquoque Conventu, qui gaudeat prærogativis, & exemptionibus debitis prædictis Prædicantibus per Statuta generalia; ipse tamen tenebitur omnes conciones intra Conventum, & in Ecclesia Matrice solus facere. In Conventibus vero principalioribus, in quibus infra annum est multa copia Sermonum, dabitur ipsi Coadjutor, cui inferiores exemptiones suo proportionatas labori, Definitorium taxabit: & quia experimento comprobatum est, quod ob remunerationis defectum, Prædicatorum munus elanguit, ad accendendos animos judicarunt, quod in Conventibus studii Theologici, sive Scholastici, sive moralis, statuatur ea series Quadragesimæ, quæ observatur in Conventu Teurensi, & Prædicatores, qui per duodenium laudabiliter munus suum in his Conventibus obierint sine interpolatione, & postmodum per triennium integrum officium Visitatoris Tertii Ordinis, aut Magistri Novitiorum exercuerint in quovis Conventu, in quo floreat prædictus Ordo, vel Novitiatus existat, gaudeat prærogativis sedendi immediate post Lectores Jubilatos, & aliis exemptionibus ipsis competentibus, sub titulo Prædicatoris Jubilati, excepto suffragio; sed sicut Jubilatis est præfixus numerus, its & illis præfigatur, scilicet, quod solum octo antiquiores debeant gaudere, reliqui vero optare in horum vacantia, juxta ordinem suæ jubilationis. Interim vero gaudeant supra Prædicatores Conventuales; si vero per sexennium, post duodennium Prædicationis, Visitationis prædictæ, vel Magisteriatus Novitiorum munus exerceant, gaudeant inter Definitores habituales, nec locum illis cedant, qui postea ad Definitionis habitualis gradum conscenderint, nisi antea jam sint Definitores actuales: utrumque enim munus longe excedit sexennium solius Visitationis, cui in Statutis generalibus 1633. taxatur præcedentia inter Definitores habituales, & qui hoc secundo modo suam jubilationem fuerint assecuti, omnes, absque ulla restrictione, statim ac per authentica documenta, instar Lectorum, constare fecerint laudabilitatem sui exercitii, ad gaudendum admittantur.

§. 16. Cum ex concordatis in superioribus studia Theologiæ moralis denuo excitanda sint, & in ipsis maxime expediat præficere duos Lectores, qui cursum scholasticum absolverint; qui resolutoria methodo, brevi, & facili tractatus morales percurrant, ut sub eorum disciplina habiles pœnitentiarii instruantur, ad prædictorum Jubilatorum incitamentum, concordarunt, ut Lectoribus, qui per sexennium, post primam Jubilationem, hoc munus laudabiliter obierint, tractando materias morales methodo resolutiva, & dictando opiniones sanas, securas, & magis probabiles, ac tutiores, prout debent, hoc sexennium computetur ipsis pro sexennio scribendi, & Typis dandi Theologiam Scholasticam positivam, vel moralem, & gaudeant illis prærogativis, quæ per Statuta generalia Vallisoletana 1670. prædictis scriptoribus conceduntur. Si tamen id per unum solum triennium fecerint, aut per idem triennium munere Magistri Novitiorum, aut Visitationis Tertii Ordinis in uno e sex Conventibus principalioribus Novitiatuum Provinciæ vacaverint, præmemoratos Prædicatores Jubilatos sex annorum præfatorum numerum præcedant. Cæterum, nec his, nec Prædicatoribus Jubilatis tempus computabitur ad prædictas prærogativas obtinendas, si simul fuerint Guardiani eorumdem Conventuum. In præfatis autem prærogativis nullum debet intelligi concessum Jus subrogendi.

§. 17. Ut vero necessarii, & inexcusabiles transitus studentium, & Lectorum opportuno tempore fiant, neve Juvenes diu, post professionem emissam, studia desideret, & denique, ut omnes integrum, tàm Philosophiæ, quam Theologiæ triennium adimpleant, concordarunt, quod singulis quibuscumque annis debeant incipere aliqua studia Philosophiæ, in quibus locentur Juvenes recenter professi, & ad hunc finem instituatur concursus pro Lectoribus eligendis eo tempore, ut possint prædicti Lectores incipere die sequenti commemorationem Defunctorum, qua omnia studia Provinciæ debent aperiri, & claudi pridie ad Vesperas Seraphici Doctoris B. Bonaventuræ, abrogata consuetudine, quæ hucusque invaluit contra morem, & praxim omnium Religionum, videlicet, quod studia incipiant, & terminentur per Capitula Provincialia, & intermedia: ex qua pullulabat illud inconveniens, quod aliquando, ob dilationem Capitulorum, studentes per septennium detinebantur, non dato loco expectantibus, aliquando ob anticipationem eorumdem, solum per quinquennium Philosophiæ, & Theologiæ operam dabant, contra præscriptum statutorum Generalium, & bonam studentium educationem: siquidem Lectores his suppressi accidentibus, nequeunt suas lectiones, & tractatus, prout expedit, regulare. Illud vero infallibiliter observetur, sub pœna jubilationis non obtinendæ, quod lecturæ, nulla interruptione Adventus, & Quadragesimæ, discontinuetur, sed Lectores iis temporibus, certe opportunioribus pro studiis, incessanter dictent, nec possint, aut debeant prædicare, nisi forte in loco ita Conventui vicino, ut Sabbatho post prandium possint exire, & regredi Dominica, ad continuandam lectionem: si quis vero Guardianus sub quovis prætextu huic articulo refragari tentaverit, privatione sui muneris sine cunctatione puniatur.

§. 18. Circa electionem Lectorum Theologiæ concordarunt, quod sine novo concursu per Definitorium assumantur ii, qui cursum Philosophicum absolverunt ordinate, ut qui prius Philosophiam docuerunt, prius ad Theologiam tradendam vocentur, nisi aliquis ita im-

Digitized by Google

mmineat, ut ipsius Definitorii judicio, Religionis decori, ipsum aliis praeferre, summopere expediat. Quia vero, ut ipsi PP. concordantes pluries audierunt, Romana Curia anxie desiderat, ut Doctoris Seraphici Doctrina, quae ab omnibus ubique commendatur, ut pia solida, & devota vigeat in Religione nostra, expediens judicarunt, ut Lectores tradant Doctrinam ipsius Seraphici Doctoris, simul cum Doctrina Subtilis, utriusque opiniones, quae ut plurimum conveniunt, ex utroque eruendo, confirmando, & defendendo, ubi vero contrarii sunt, & concordari nequeunt, eas problamatice tradendo: Sic enim brevi fiet, ut a Provincia D. Jacobi derivetur in alias Hispaniae Provincias Doctrina Seraphica, cum maximo Scholae nostrae splendore, sicut ad eamdem propagata est Doctrina Scoti: & ad utriusque majorem dilucidationem, Ordinisque decorem in Universitatibus Salamantina, Ovetensi, & Compostellana poterit Minister Provincialis, de consilio, & assensu Patrum Definitorum, nullo alio expectato, Viros idoneos eisdem Universitatibus praesentare, ad hoc ut in eis gradus, juxta statuta Toletana, tam Congregationis Generalis anni 1673. quam Capituli Generalis anni 1682. & ipsorum declarationem a Sacra Congregatione Episcoporum, & Regularium die 29. Decembris 1687. approbatam, ritè recipiant; in unaquaque tamen praesentatione pro qualibet Universitate, duo tantum assumentur Religiosi praesentandi, unus e parte Castellanorum, cum aliis eidem adhaerentibus, & aliquo ex his decedente, poterit alter ex eadem parte substitui, ut nunquam aliqua e praedictis partibus simili honore fraudata, vel inaequaliter cohonestata, ac praedita reperiatur. Et in omnibus, quę ad hanc materiam tam intra, quam extra Claustra spectat, Conventus, & Fratres praememoratae Provincię, ex Privilegiorum, & Indultorum communicatione, gaudebunt, quę confirmata invenitur in Constitutione San. mem. Innocentii XI. *Exponi Nobis* die 5. Septembris 1686. expedita.

§. 19. Ut memoratę Provincię communes Bibliothecę pristino splendori restituantur, & in dies cum profectu studiosorum augeantur, ęstimarunt omnino opus esse, ut statuta Capituli Generalis 1633. a fel. rec. Urbani VIII. de hujus Sacrę Congregationis consilio approbata, & nuperrime a San. mem. Innocentio XI. suis Literis *Exponi Nobis* sub datum 1685. specifice innovata, & confirmata, usu, & inalterabili praxi roborentur. Ulterius, cum jam per literas fel. rec. Martini V. incipien. *Ad hoc cura* pro hac eademmet Provincia specialiter editae, praescribatur, quod libri decedentium Fratrum Bibliothecae illius, in quo decesserint, Conventus integre applicentur; praedicti PP. cupientes earum augumentum, dixerunt, quod hujusmodi libri ipso jure praedictis Bibliothecis respective Conventuum, in quibus Fratres eos habentes e vita migraverint, sint applicati, quin vel Guardianus, vel alius Frater, aut Superior quicumque, etiam Generalis, alias, vel alio modo de eis disponere valeat, sub poenis in praedictis statutis, & literis Apostolicis impositis contra extrahentes libros, vel alias scripturas ex Communibus Conventuum Bibliothecis. Pariter quaecumque alia a decedente Religioso superfuerint, cujusvis sint conditionis, eodem modo, ipso jure eidem Conventui censeantur incorporata, & officinis ejusdem respective applicentur, quibus publico commodo opportunius valeant accomodari, prout de eorumdem Religiosorum superstitibus libris, & Ecclesiasticis ornamentis, memoratis Literis Martini V. dispositum invenitur, quin Guardiani, vel Superiores alii alio modo disponendi facultatem habeant.

§. 20. Attamen si ratione editionis alicujus libri, vel alterius similis necessitatis concessum fuerit alicui Religioso, quod possit recurrere ad Sindicum Apostolicum, & ad hunc finem tunc in ejusdem Sindici potestate eleemosynae pecuniariae, ab iis, quae pro communibus Conventus necessitatibus reponuntur a Benefactoribus, distinctae, praedicto Religioso decedente, eleemosynae ejusmodi, aut aliae quaecumque pecuniariae, non debent incorporari, & confundi cum eleemosynis Conventus, sed Guardianus cum Discretis Conventus debet, quam citius potuerit, sic agere, ut praedictae eleemosynae deponantur apud Sindicum totius Provinciae, a quo Chirographum subscriptum de eorum receptione accipiat, & hujusmodi tradito, earum rationem Definitorio Provinciae exhibebit, a quo, & non alio antedictae eleemosynae applicentur simili, vel differenti necessitati, prout ipsi visum fuerit expedire, quod intelligi debet, nulla decedentium Fratrum exceptione habita, sive scilicet Guardianus esset, sive Provincialis, vel alio quovis gradu actuali, vel habituali gavisus fuisset praedictus Frater, qui decesserit; nam semper, & in omni eventu de superstite pecuniaria Fratrum eleemosyna hoc modo disponendum est.

§. 21. De eleemosynis vero jam applicatis pro expensis Capituli tam Provincialis, quam intermedii, & aliis publicis Provinciae necessitatibus, iis praecipuè, quae ex propinis quibuslibet, & ex Provinciae Missis Dominicalibus resultant, teneatur Minister Provincialis eidem Definitorio rationem reddere claram, & distinctam, quam Definitorium pro justitia vel approbet, vel rejiciat, & quod residuum fuerit, applicet ut publicae utilitati magis expedire cognoverit. Quod si Minister praedictum Computum reddere renuerit, poenis Proprietariis impositis plectatur, & si fraus aliqua, vel dolus in eo reddendo deprehendatur, vel aliquam pecuniam sibi sub quocumque praetextu, aut motivo reservaverit, ab eodem Definitorio privilegiis Ex-Ministrorum Provincialium in perpetuum privetur, nec unquam abilitari queat, nisi de consensu totius Capituli Provincialis per secreta suffragia praestando. Si autem Definitorium in praemissis negligens fuerit, a Superiori Generali ad parendum compellatur, procedendo contra singulos Patres usque ad poenam privationis Officii irremissibiliter infligenda.

§. 22. Caeterum, quia mutua Fratrum, & Conventuum obligatio postulat, ut si Fratres nihil sibi ex proventibus undecumque venientibus reservant, prout supradicta statuta anni 1633. praescribunt, Communitas eisdem in necessariis non deficiat, idcirco innovandas aestimarunt omnes Ordinis, & Apostolicas Constitutiones, quae praescribunt; ut Superiores Locales omnibus suorum Fratrum necessitatibus ita provideant, ut nihil, quod pro bono publico, aut pro victu, & vestitu, ac studiis Religiosorum, eorumque transitu de uno ad alium Conventum, seu pro mercede Vecturae literarum, itineratione pro gravi Religionis negotio, aut exacta executione muneris sibi demandati, & aliis hujusmodi indigentiis attendendis secundum unicujusque gradum, & qualitatem, ac benemerentiam in Religione, necessarium sit, juxta Discretorum Provinciae, vel Conventus respective dictamen, & judicium, ipsis quovis praetextu denegetur, alioquin, ultra quam quod Superiores rei erunt Fratrum transgressionis, & ad pecunias recursus, si secus fecerint, sint suo munere ipso facto privati, & ad alia Ordinis officia inhabiles per sexennium, nec ullo gaudeant habituali privilegio, ratione anteacti muneris, seu officii, si ex subscriptionibus, & attestationibus Fratrum suae Communi-

muni-

munitatis ad Congregationes intermedias, & ad Provincialia Capitula transmittendis, constare non fecerint Provinciæ Definitorio, se juxta Discretorii judicium præfatæ obligationi ex integro satisfecisse. Unde in quovis Conventu Prædicatorum, Lectorum, & aliorum Fratrum Cellæ instruantur paupere, & necessaria Suppellectili, respectu habito ad statum uniuscujusque, ut scilicet Cellæ Prædicatorum, & Lectorum, ac Confessariorum, ultra mensam, lucernam, humiles sedes, & lectulum (quibus juxta laudabilem Provinciæ moderationem quævia cellula instrui debet) competenti librorum numero, suæ professioni opportuno, exornetur, itaut Religiosus ex uno in alium Conventum decedens, nihil, quod sit transportari necesse, habeat, præter proprios labores, & manuscripta, quæ omnia, & pauculos exquisitos libros, si in usu habuerit, Conventus unde recedet, ad Conventum, ad quem accedet, transportare tenebitur, sub eisdem pœnis Superioribus respective infligendis. Porro sub eisdem pœnis teneantur Guardiani enixe operam dare, ut quam primum in uno quovis Conventu unus instituatur locus, in quo habitus, Tunicæ, & femoralia pro servitio Fratrum conserventur, cui præficiatur Religiosus, qui eorum conservationis, & mundiriei curam gerat, ut dum Religiosis ex communi necessaria obria sunt, privatæ suppellectilis usum non affectent, & si affectent, Jure possint a suo Prælato, omni tergiversatione preclusa, puniri, & ad observanda quæ promiserunt Domino, coerceri. Pro Infirmis vero tam actualibus, quam habitualibus valetudinarium in singulis Conventibus, vel saltem in principalioribus, ad quos cœterorum infirmi deferri queant, quamcitius constituatur, in eoque Fratres omnes, cum ægrotaverint, sedulo, ac charitative curentur; habituales vero de necessariis rebus exacte provideantur; si alterius Conventus fuerint, inde, nisi recuperata sanitate, abire non permittantur, ipsorumque Superiores illud subsidium ex communi sui Conventus, Communitati illius, in quo valetudinarium fuerit, præstabunt, quod in Provinciæ Definitorio taxatum fuerit. Constituatur etiam ex communibus Provinciæ eleemosynis, seu erigatur a Ministro Provinciali, sub pœna privationis officii ipso facto incurrenda, infra unius anni spatium, Officina in uno è Conventibus ad id commodioribus, in qua confici queat sagus, vulgo *Sayal*, pro induendis omnibus Provinciæ Fratribus, qui omnea ex eodem imposterum vestiri teneantur, alias vero induti ad officia, & dignitates Provinciæ inhabiles indispensabiliter censebuntur. Sagus autem illius coloris erit, qui ex lana alba, & sive naturaliter, sive artificialiter nigra, sine ullius alterius mixtura, resultare valet, in ipso tamen, & in aliis Fratrum indumentis ea vilitas ostendatur, in qua asperitas, & paupertas Minoritices alte relucere possit. Quoad cuncta alia, quæ ad disciplinam regularem tam Fratrum, quam Monialium spectant, exacte debebunt observari Decreta reformationis pro uno, & altero regulari statu a fel. rec. Clemente VIII., & Urbano VIII. edita, nec non Brevia Alexandri VII., & Clementis IX. pro Monialibus Regnorum Hispaniæ, ad instantiam Regiam jam pridem promulgata, staturaque generalia Ordinis, præcipue Romana anni 1688. prædictis Decretis Apostolicis exacte cohærentia.

§. 23. Quoad Tertiarios vero, & Chordigeros, serventur statuta, seu Decreta Capituli Generalis Romæ, ut præfertur, anno 1688. celebrati, omnimodeque adhibeatur cura, ut in cunctis Confraternitatibus erectis, seu erigendis in Ecclesiis Conventuum, seu Monasteriorum prædictæ Provinciæ exercitium Viæ Crucis, & orationis mentalis quam citius stabiliatur, eoque introducto, una è Dominicis, seu diebus festivis pro quolibet mense, a superiori locali, de assensu Discretorii Conventus, seu Monasterii, in perpetuum assignabitur, ad consequendam Indulgentiam plenariam novissime a Sanctissimo Domino Nostro Innocentio XII. in Brevi: *Ad ea benigne* concessam. Et quia Indulgentiæ Stationis Sanctissimi Sacramenti revocatæ non sunt, ipsius recitatio quotidiana omnibus tàm Fratribus, quam Monialibus, & Tertiariis Secularibus enixe commendatur.

§. 24. Quoad Tertiarios, seu Eremitas habitu nostri Ordinis, seu de pœnitentia illegitime indutos, omnem adhibeant curam Visitatores Tertii Ordinis prædicti, ut Ordinarii Locorum eos irremissibiliter puniant, juxta præscriptum Constitutionum Apostolicarum, quas Sacra Congregatio Episcoporum, & Regularium, die 21. Martii 1686. eisdem executioni omnino mandare præcepit. Legitime vero, ac rite induti poterunt admitti ad pernoctandum, & demorandum sub vulgari titulo, & habitu Donatorum in Conventibus Provinciæ, licebitque Guardianis eos ad quæstuandum transmittere, quando, & quoties præsentia Religiosorum non fuerit necessaria: Et dum hæc indispensabilis judicetur, mittantur primo Laici Religiosi, secundo Sacerdotes Confessarii, quarto Prædicatores vulgo *Sabbathiai* dicti: Quinto Prædicatores qualificati; sexto Lectores Philosophiæ actualia muneri Lectoratus non incumbantes, septimo Sacerdotes, actuali studio, sive Philosophiæ, sive Theologiæ applicati, nunquam tamen mittantur Clerici, choristæ apud Hispanos nuncupati, nec posteriores Patres in præfata serie appositi, nisi non adsit, vel sint jam occupati, seu impediti anteriores, ut sic rectius consulatur recessui intra claustra, quo quisque eorum indiget ad explendum suum munus respective. Quæstuantes autem, si eleemosynas omnes ex integro communitati non consignaverint, aut quidquam ex illis sibi sub quovis prætextu, aut motivo reservaverint, pœna proprietariorum a Guardiano indefectibiliter puniantur.

§. 25. Conventus Recollectionis ad pristinum sui instituti rigorem quam citius redigantur, in eisque Novitiatus, & professoria pro Clericis, seu Choristis constituantur, ut sicut alii pro studiis, & exercitiis literariis deserviunt, ipsi pro educatione perfecta, & spirituali Juventutis Provinciæ in maxima habeantur existimatione, poteruntque ibidem admissi ad professionem, aut alibi professi, ad eos tamen transmissi, pro opportuniori in bonis moribus radicatione, ex illis ad studiorum Conventus a Ministro Provinciali, juxta superius disposita, sine ulla nota transferri, nec non ad lecturas, aliaque munera, & exercitia promoveri, quibus expletis, si ad eosdem Recollectionis Conventus sponte regredi voluerint, non poterunt impediri; ad hujusmodi tamen regressum nullus erit adstrictus, quia valde expediens censetur, quod omnes, qui Recollectionis Instituto sint mancipandi, speciali Dei vocatione illud libere, ac spontanee amplectantur.

§. 26. Deinde, ad tollendas de medio difficultates, quæ emergere solent circa electionem Vicarii Provincialis, in casu renunciationis, promotionis, vel mortis Ministri, quo casu statuta generalia 1651. præscribunt, quod dignior Provinciæ Pater, penes quem remanet facultas convocandi ad electionem Vicarii, teneatur conscium reddere Superiorem Generalem de vacantia prædicta, si consistat intra tres dietas a confinibus Provinciæ, dixerunt, & declararunt, quod quando Superior Generalis Matriti consistit,

sistit, ubi est regulariter ejus residentia, a memorato Provinciæ Patre digniori certiorari debet de prædicta vacantia. Siquidem Conventus Matritensis a Confinibus prædictæ Sancti Jacobi Provinciæ per tres Dietas non distat, imo, si attendantur utriusque Provinciæ confinia, vix sexdecim leucæ distantiæ inter ipsa computantur, unde necessario in prædicto casu Superior Generalis est adeundus, & si electioni præesse voluerit, omnino expectandus.

§. 27. Dixerunt postremo tam nomine proprio, quam eorum omnium, quorum procurationem agunt, se libere, ac spontanee omnia supradicta pro firmo, stabili, ac perpetuo concordato a quovis Alumno Provinciæ ea nunc in posterum semper observando ad invicem acceptare, nec velle unquam contra aliquod ex præmissis quidquam prætendere. Declararunt tamen, quod si circa ea, quæ in præsenti concordia continentur, & alias Brevi aliquo, seu Decreto Apostolico usque nunc munita, & roborata non erant, aliquando necessarium, seu expediens fuerit dispensare, vel quidquam addere, seu minuere, vel immutare, proponatur prius in pleno Capitulo Provinciali dubium, an expediat, seu necesse num sit? vel non? Quod dubium resolvetur per suffragia secreta omnium Vocalium, adhibitis ad id Calculis albis, & nigris: Et si ea quatuor partibus Capitularium tres integræ fuerint pro una parte, & quarta solum pro altera, illud resolvatur, in quod dictæ tres partes integræ convenerint: parique modo postea debebit procedi, cum deveniatur ad dispensationem, seu immutationem, & hoc ita indispensabiliter, ut quilibet excessus ultra quartam partem, sufficiens sit ad impediendum illud, pro quo steterint suffragia cæterorum Capitularium, nec unquam poterit id resolvi per viam compromissi, sed semper fiet a toto Capitulo, non intermedio, sed Provinciali, & ad tempus tantum, pro quo talis providentia credatur necessaria, seu opportuna. Si quid vero in posterum postulandum sit vel a S. Sede, vel a Capitulo Generali, seu Superiore Ordinis, vel Familiæ quocumque, ex quibus resultare queat præmemorata dispensatio, aut additio, vel diminutio, seu immutatio, sub eadem forma, & servato eodem ordine, exquiratur prius consensus ejusdemmet Capituli Provincialis, præstandus similiter per suffragia secreta a tribus integris partibus Vocalium, eoque deficiente, nullam vim obligatoriam habere possit quævis dispositio, ordinatio, concessio, aut constitutio ad introducendam aliquam novitatem, seu alterationem, per quam gubernium præmissum, aut vita regularis Provinciæ mutari, aut alterari queat. Qui verò contrafecerint, aut attentaverint, puniantur ad præscriptum statutorum Ordinis in Capitulo Generali 1688. innovatorum, & Constitutionum Apostolicarum Julii II. Leonis X. Clementis VII. Julii III. & aliorum Romanorum Pontificum Successorum, editarum contra indebite procurantes Indulta, & Privilegia quæcumque in simili, aut in alia materia, quas fa. me. Inn. XI. in præcitato *Brevi Exponi Nobis* ultimo confirmavit, legatique censeantur ipso facto censuris ibidem taxatis, & præscriptis.

§. 28. Ad quorum omnium firmitatem, præsentatis prius suorum Principalium legitimis Procuræ mandatis, se die, Mense, & anno, ut supra, propria manu subscripserunt. F. Franciscus Diaz a S. Bonaventura, Primus Provinciæ Pater, ac omnium Vocalium partis Gallæcorum, & plusquam quingentorum Fratrum illius, nec non plurium Vocalium, & Fratrum cæterarum partium Procurator. F. Benedictus de Norriega Lector Jubilatus, & Vocalium, ac Fratrum plurium Asturiarum, Legionis, & Castellæ Procurator. F. Didacus *del Castillo* Vocalium, & plurium Fratrum Extremaduræ, ac aliorum regnorum Procurator.

§. 29. Quare Exponentes prædicti Nobis humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 30. Nos igitur ipsos Exponentes specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, Censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum consilio, concordiam præinsertam auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus, salva tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium.

§. 31. Decernentes easdem præsentes literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit quandocumque, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respectivè inviolabiliter observari: sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quo circa Venerabilibus Fratribus Archiepiscopo Compostellan. & Episcopo Oveten. ac dilecto filio Scholastico Ecclesiæ Salmanticen. per præsentes committimus, & mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios easdem præsentes Literas, & in eis contenta quæcumque uti, & quando opus fuerit, & quoties pro parte interesse in præmissis habentium, seu alicujus eorum, desuper fuerint requisiti, solemniter publicantes, illisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra illos præsentium Literarum, & in eis contentorum hujusmodi commodo, & effectu pacifice frui, & gaudere, non permittentes illos desuper a quoquam quavis auctoritate quomodolibet indebite molestari, perturbari, vel inquietari; Contradictores quoslibet, & Rebelles per sententias, censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione postposita, compescendo, legitimisque super his habendis servatis processibus, censuras, & pœnas ipsas, etiam iteratis vicibus aggravando; invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii Secularis. Non obstantibus præmissis, ac fel. record. Bonifacii PP. VIII. prædecessoris nostri de una, & Concilii Generalis de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate præsentium in Judicium non trahatur, aliisque Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nec non, quatenus opus sit, præfatorum Ordinis, & Provinciæ, aliisve quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum te-

no-

Digitized by Google

nores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die xix. Maii 1694. Pontificatus nostri anno Tertio.

Breve Sanctissimi D. N. Innocentii XII. concedentis authoritatem Ministro Generali, ut visitet totum Ordinem tanquam Commissarius Apostolicus specialiter Delegatus.

Dilecto Filio Bonaventuræ Poetio Ministro Generali Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum.

INNOCENTIUS XII.

Dilecte Fili salutem, & Apostolicam benedictionem. Ex debito Pastoralis Officii, quo Catholicæ Ecclesiæ regimini, Divina dispositione, præsidemus, in eam præcipue curam solicitis studiis incumbimus, ut Religiosi Ordines in Ecclesia Dei piè, sanctèque instituti, in viis Domini prospere dirigantur, & sicubi à regularis disciplinæ tenore recesserint, ad primævum religiositatis spiritum, atque vigorem, adjuvante superni favoris aura, reducantur. Cum itaque, sicut accepimus, Tu, ut incumbenti tibi muneri Ministri Generalis Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum, satisfacias, Ordinem præfatum, illiusque Conventus, & Provincias, ac etiam Monasteria Monialium jurisdictioni tuæ subiectarum propediem, benedicente Domino, visitari intendas: Nos, qui eundem Ordinem in visceribus paternæ gerimus charitatis, cupientes, ut visitationem hujusmodi fructuosè, ac feliciter peragas, Motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, Tibi per præsentes committimus, & mandamus, ut etiam tamquam noster, & Sedis Apostolicæ Commissarius, omnes, & singulas Provincias, Conventus, Monasteria, & alia loca Regularia quæcumque tam Fratrum, quam Monialium dicti Ordinis, illorumque Superiores, Fratres, Moniales, & Personas quascunque, tam in capite, quam in membris, etiam authoritate nostra visites, & reformes, ac in earumdem Personarum statum, vitam, mores, ritus, & disciplinam, ubi opus esse compereris, diligenter inquiras, necnon Evangelicæ, & Apostolicæ Doctrinæ, Sacrorum Canonum, & Generalium Conciliorum, præsertim Tridentini Decretis, & Sanctorum Patrum traditionibus, atque regularibus ejusdem Ordinis institutis, Apostolica authoritate confirmatis, inhærendo, & prout occasio, rerumque qualitas exegerit, quæcunque correctione, atque emendatione indigere cognoveris, corriges, & emendes; abusus quoscumque tollas, regulas, institutiones, & Ecclesiasticam, Regularemque disciplinam, ac in primis Divinum cultum, ubicumque exciderint juxta ejusdem Ordinis Regulam, & Constitutiones dicta authoritate confirmatas, modis congruis restituas, & reintegres; si verò aliquos, seu aliquas delinquentes in aliquo repereris, illos, seu illas, juxta Canonicas Sanctiones, & regularia instituta prædicta punias, & castiges, ac ad debitum vitæ modum, statumque Sacris Canonibus, & Concilio Tridentino, regularibusque Institutis hujusmodi conformem reduces, & revocas; Ac quidquid ad hujusmodi reformationis negotium spectans statueris, & ordinaveris, absque dilatione, & appellatione, quæ executionem quoquomodo ulteriùs impediat, aut suspendat, neque, nisi ad effectum devolutivum duntaxat, suffragetur, observari facias, ac inobedientes, & contradictores quoslibet, & rebelles per sententias, Censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna Juris, & facti remedia cogas, & compellas. Mandantes propterea in virtute Sanctæ obedientiæ, ac sub indignationis nostræ, aliisque arbitrii nostri pœnis, omnibus, & singulis Superioribus, Fratribus, Personis, & Monialibus prædictis, ut Tibi in præmissis promptè pareant, & obediant, tuaque salubria monita, & mandata humiliter suscipiant, & efficaciter adimplere procurent; alioquin sententiam, sive pœnam, quam ritè tuleris, seu statueris in rebelles, ratam habebimus, & faciemus, authore Domino, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac, quatenus opus sit, dicti Ordinis, ejusque Provinciarum, Conventuum, Monasteriorum, & locorum regularium quorumcumque, aliisve quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, Privilegiis quoque, Indultis, & Litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice duntaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XXVIII. Augusti MDCXCIV. Pontificatus nostri Anno Quarto.

Loco ✠ Sigilli à parte exteriori.

I. F. Cardinalis Albanus.

Concordat cum suo originali, quod tradidi Reverendissimo P. N. Ministro Generali: in cujus fidem me subscripsi, & Ordinis sigillum minus apposui, in hoc Conventu S. P. N. Francisci Matritensi, die 30. Septembris 1694.

Fr. Ludovicus de la Torre.
Secret. Gen. Ordinis.

Chronol. Seraph. Eee 2 DE

DECRETUM,

Super Secularibus ad nostri Ordinis habitum Clericalem pro Religioso tyrocinio admittendis, & recipiendis.

Fr. Bonaventura Poerius Sacræ Theologiæ Lector Jubilatus, Totius Ordinis S. P. N. Francisci Minister Generalis, ac authoritate Sanctiss. D. N. Innocentii Papæ XII. Commissarius Apostolicus &c.

SAnctissimi D. Nostri Innocentii XII. feliciter Regnantis zelus Nobis pluries inculcare dignatus est, quod in receptione Novitiorum ad habitum Clericalem nostri Ordinis, in Provincias gravissimi, ex eorum, ad quos attinet, incuria, irrepserint abusus, in Religionis dedecus, & regularis observantiæ detrimentum. Planè Beatissimi Pontificis zelantissimus erga Religionem Nostram Seraphicam amor Religiosi status summam designavit. Quid enim spei de Religionis incremento in litteris, & probitate remanebit, si, aut viliorum natalium homines, aut christianæ vitæ fama non honestati Juvenes, aut humanarum litterarum sufficientia destitutæ personæ Claustra recipiant? Descriptos nimirum nec innatæ ingenuitatis pudor ad virtutem alliciet, nec bonæ educationis semina ad meliora perducet, nec ingenii primæva, & subsequens instructio ab otio, vitiorum fonte, & ab ignorantia, cunctorum errorum matre, retrahet.

Quare Nos, quantum cum Domino possumus, Ordinis Nostri splendori, & honori prospicere volentes, consideratis præcipuè Decretis generalibus fa: me: Clementis VIII. sub die 19. Martii 1603. super receptione Novitiorum; nec non fel. record. Innocentii X. jussu à Sacra Congregatione editis anno 1655. atque Constitutionibus generalibus Ordinis Nostri: Consideratis insuper Decretis à Reverendissimo Patre Fr. Petro Marino Sormano prædecessore nostro, nunc Illustrissimo Episcopo Viglevanensi, in hac materia Generalatus sui tempore emanatis sub die ...... anni ...... sequentes ordinationes auctoritate nostra, & Apostolica in hac visitatione commissa, singulis Italiæ Provinciis, tam Observantium, quàm Reformatorum, pro qualitatibus recipiendorum in Clericos, demandamus, prout sequitur.

1. Cùm nulli ad regularem, & præsertim Clericalem habitum aditus patere prorsus debeat, cujus spiritus probatio, quantum fieri potest, Nobis non innotescat, in eo scilicet, quod perfectioris status desiderio, non autem humano aliquo motivo, aut necessitate ducatur. Proinde Patres Provinciales, nedum diligenter inquirant de moribus, & Christiana conversatione admittendorum ad habitum, atque hujus rei adamussim legales, & juratas attestationes Parochi, vel alterius, ad quos spectat, exigant, præcipuè quod instructionem Doctrinæ Christianæ, & Ecclesiæ Sacramenta frequentaverint; sed etiam ante omnia oretenus coram toto Diffinitorio Patres Provinciales per se, vel per aliquem Religiosum Asceticæ professionis expertum, diligenter interrogent de inspiratione divina, super id, quod petunt, an à parentibus, vel aliis eis fuerit persuasum hujusmodi vitæ genus; aliaque similia studiosè scrutentur.

2. Non recipiatur qui totam saltem Grammaticam benè non calleat, & super ipsa in pleno Diffinitorio, & non per solum Provincialem, etiam de compromisso Diffinitorii, examinetur diligentissimè, & ulterius testimonium deferat sui Præceptoris, a quo totam Grammaticam, vel aliam superiorem liberalem artem didicerit: & ut fraudibus, & collusionibus obvietur, præcipimus, ne talis scripta attestatio admittatur, vel suffragetur, nisi sit jurata, & legalizata in forma probante, quæ etiam in Archivo cum aliis ad Novitium spectantibus testimonialibus litteris asservetur; & de qua in acceptationis testimonio expressa mentio fieri debeat.

3. Non sufficiat, quòd de vita, & moribus, ac statu libero hactenùs exhiberi consuevit testimonium, nisi expressè in eo dicatur, quod recipiendus non habeat parentes, & sorores, aut fratres impuberes, pauperes, & qui sine ipsius ope, utpotè aliis filiis, vel majoribus fratribus, aut aliis sui curam habentibus destituti, vivere non possint.

4. Nec honestatem parentum, aut cognationis sufficienter probatam esse admittimus per terminos generales, sed præcisè per oppositionem in authenticis documentis coram toto Diffinitorio verbatim perlegendis, conditionis genitorum, & consanguineorum in primo gradu, videlicet, an sint Doctores, vel Nobiles, vel Cives, vel Mercatores, vel Artifices, nominando expressè artem, & declarando, si habeant, vel non, tales Genitores, & Consanguineos, artis, aut conditionis vilis, vel infamis, infamia juris, vel facti, vel Bannitos, vel Galeotas, vel extremo supplicio à Tribunalibus damnatos, aut satellites; & nullus ex taliter maculatis recipi possit, super quo solicitè invigiletur, sicut etiam nullus, cujus Mater, Soror, Cognata, vel Amita honestatis mala fama, vel publica suspicione laboret, aut aliquando laboraverit, recipiatur.

5. Nec dispensationes aliquando à Superiore Generali concedi solitas pro Tertiariis, seu Donatis, & Servitoribus Conventuum, qui inserviunt, vel aliquando inservierunt, quocumque nomine nuncupentur, valeant, ut aliquis ad Clericalem habitum recipiatur, sed tantùm ad Laicalem.

6. Nullus Romanæ Curiæ Officialis, vel Superior consensum præbere possit, sub pœna privationis officii ipso facto incurrenda, ut aliquis contra prædictorum formam Decretorum, ab aliquo Romanæ Curiæ Tribunali, etiam à Summo Pontifice gratiam ullam extorqueat, vel obtineat, cujus vigore ad habitum Clericalem admitti possit, & præcipuè Tertii, & Quarti non servata forma.

7. Nec pro assensu ad Clericatum, sive in statu Novitii, sive Professi, Laicus reperiatur, consensum sub eisdem pœnis, Officiales, aut Superiores prædicti præstare possint, cum maxima sit indecentia apud Sæculares videre tales ad Altare, & nonnisi cum tædio, & stomacho eorum audiant Missas, aut ab iis recipiant Sacramenta.

8. Et circa eos, qui intra Italicas Provincias hactenus à Laicali ad Clericalem Statum, licet legitimis facultatibus muniti, transierunt, vel imposterum per gratias motu proprio Sanctæ Sedis quomodolibet fortè obtinendas, vel aliàs contra præsentium formam extorquendas, declaramus eos esse inhabiles ad omnia Ordinis Officia, & actibus legitimis illos destituimus, & pro talibus haberi mandamus, nec illi, qui Imposterum vi aliqua ad Clericatum fortè irreparabiliter promoverentur, Missam celebrare permittantur, imò, nec ad Ordines Sacros promoveri, nisi priùs omnia documenta supra numeris 2. 3. & 4. Diffinitorio Provinciæ authenticè exhibuerint; & tandem his Sacerdotio initiatis omninò prohibemus Sacramentales audire Confessiones, reservantes Nobis super hoc facultatem eosdem admittendi ad examen, atque jam approbatos suspendimus à Confessionibus audiendis.

9. Om-

9. Omnes, & singulas receptiones, & admissiones, sicut etiam Hebræorum, & Hæreticorum ipso facto nullas declaramus, si quid contra præsentium Decretorum tenorem in iis commissum fuerit, & receptores, tam Provinciales, quàm reliquos Diffinitorii Patres ad pœnas privationis Officiorum, quæ tunc obtinent, atque ad omnia alia Ordinis Officia imposterum obtinenda inhabilitatis condemnamus, sola facti veritate reperta, & appellatione, quæ executionem saltem impediat, omninò remota; ultra quam quod irremissibilem vestiarii privationem Provinciæ ipsæ, ex talium trasgressionum reatu, omninò incurrent.

10. Ne alio unquam tempore in hac materia fraudibus, aut negligentiis locus sit, præcipimus Patribus Diffinitorii cujuslibet Provinciæ, ut in describenda alicujus Novitii receptione, seu examine, & Sindicatione ad Nos trasmittenda pro approbatione, non alia utantur formula pro singulis, qui se coram ipsis præsentaverint, & quorum à Nobis approbationem exquirent, nisi sequenti, videlicet.

Die mensis Anni in Conventu coram Patribus Diffinitorii hujus Provinciæ collegialiter congregatis se personaliter præsentavit N. N. filius legitimus N. N. & N. conjugum natus in Civitate N. Diœcesis N. Die mensis anni, & baptizatus die mensis anni in Ecclesia Parochiali N. N., Sacro Chrismate delibutus ab Illustrissimo, & Reverendissimo Domino N. N. Episcupo N. die mensis anni in Ecclesia N. N. de quo per authenticas, & juratas attestationes N. N. exaratas die in loco N. constat, quod sit optimæ indolis, morigeræ conversationis, in doctrina Christiana benè instructus, atque Sacramentorum Ecclesiæ frequentator. Insuper ex jurata fide Domini N. data die in loco N. apparet, quod præfatus in studiis totius Grammaticæ sit exercitatus, quorum experimentum coram toto Diffinitorio sufficienter fecit (vel rethoricæ, vel logicæ &c.) Corpore sanus apparet, nec aliqua sui parte vitiatus, mutilus, debilis, vel impotens. Item visis Testimoniis productis constat, quòd parentes ejus non sunt ita pauperes, ut ejus ope aliquando secundum præsentem providentiam possint indigere, exercent artem N. Habet Fratres N. exercentes artem N. Sorores maritatas cum Personis artis nec vilis, nec infamis, & in ejus consanguineitate ascendente, vel laterali non reperitur persona infamis infamia juris, vel facti, nec aliquis Bannitus, vel ad triremes damnatus, vel ultimo supplicio peremptus ob delicta, nec fœminæ de inhonestate suspectæ. Attulit attestationes de vita, & moribus, & quod nec ipse artem ullam vilem, vel infamem exercuerit, nec ære alieno gravatus sit, nec in aliquo Tribunali Ecclesiastico, sive Sæculari criminaliter inquisitus. Habuit vota secreta N. &c.

Et sic describantur singuli, mutatis mutandis, & expressis exprimendis, ad formam Constitutionum, & præsentium Decretorum. Deindè subscribant singuli de Diffinitorio in hunc modum.

Ita est F. N. N. sub juramento &c. & subsequenter reliqui.

11. Sciant Patres Provinciales, & cœteri de Corpore Diffinitorii singularum Provinciarum, quod quando ad Nos pervenerint hujusmodi examinum testimonia, nullum ex à se examinatis approbaturi sumus, nisi de consilio Patrum Ordinis, & Congregationis à Nobis ad hoc specialiter deputatæ, juxta Decreta Apostolica de mandato fel. recor. Innoc. X. edita anno 1654. §. 2. *Tum deinde hoc examen* &c. Quibus etiam Patribus per præsentes seriò committimus, & mandamus, ut in discussione trasmissorum scrutiniorum ea omnia servent, quæ in præfato § & Decreto continentur.

12. Ut autem præsentium notitia ad omnes perveniat, & jugiter memoriæ teneatur, mandamus, ut hæc ipsa Decreta quàm primum in singulis Provinciarum Conventibus perlegantur, & in posterum in omnium Capitulorum Provincialium, & Congregationum intermediarum celebratione, in publica Fratrum Communitate, præsentibus singulis Diffinitorii Patribus, perpetuò perlegantur, sub pœna privationis Officii Provincialibus negligentibus, & Guardianis locorum, ubi Capitulum, vel Congregatio celebratur. De cujus executione, ut Nobis constare possit, Superior ipse localis, talis lecturæ juratum testimonium à se, & Conventus Discretis propria manu, & expresso juramento firmatum, sigilloque Conventus munitum ad Nos hoc tempore, & deinceps, sub præfata pœna, transmittere omninò teneatur. Datum Romæ ex Almo Aracœlitano Conventu, hac die xiv. Mensis Aprilis Anni MDCXCV.

Fr. Bonaventura Poerius
Min. Gen. & Comm. Apost.

Fr. Jos. Maria de S. Cruce
Secr. Gen. Ordinis.

De singulari, & Divina Portiunculæ Indulgentia.

Quæ per hæc tempora circa singularem, Divinamque *Portiunculæ* Indulgentiam evenere tanti sunt ponderis, & momenti in Ordine nostro, ut illa prætermittere nefas putaverim: experientia namque compertum habeo, quandoque olim quempiam ex Superioribus magnopere hallucinatum fuisse, non alia de causa, quam quia ipsi ignota erant quæ breviter sum infra dicturus.

Seraphicum P. N. S. Franciscum a Deo obtinuisse plenariam peccatorum remissionem pro omnibus, qui confessi, aut saltem corde contriti, ingressi fuissent parvam Ecclesiam Divæ Mariæ Angelorum, vulgo de *Portiuncula*, quæ caput, & Mater est totius Ordinis Minorum, dummodo tamen id sibi probari a Romano Pontifice, ejus Vicario, curasset, idque peregisse, & consecutum fuisse Virum Apostolicum, pro uno dumtaxat die, hoc est à primis Vesperis Kalendarum Augusti, usque ad Vesperas sequentis diei; notius est quam quod maxime. Id sane publice recitandum in Officio Dedicationis dictæ Ecclesiæ singulis annis concessit Sedes Apostolica universæ Franciscanæ Familiæ. Hæretici, qui cane pejus, & angue oderunt semper Supremam Romani Pontificis in Ecclesia auctoritatem, Confessionem auricularem, & valorem Indulgentiarum, quæ tria per relatam historiam cumulatissima comprobantur, illam proinde inter aniles fabulas reponendam non dubitarunt. Fuerunt etiam ex Catholicis nonnulli, quibus negotium facessere visum est silentium Scriptorum, qui D. Francisci æquales, aut suppares fuerunt, quique ne verbum quidem de tali Indulgentia fecisse deprehendebantur. Verum, postquam Clarissimus Stephanus Balutius in libro 4. pag. 491. suorum Miscellaneorum edidit luculentissimum testimonium ejusmodi Scriptorum, erutum ex insigni Bibliotheca Colbertina, nunc Christianissimi Francorum Regis, nul-

lus

lus pena remansit apud cordatiores dubitandi locus, si fortè axelpias quibus omnia in controversiam vocare maxime delectet.

Successu temporis invaluit etiam pia quædam opinio in Ordine memoratam Indulgentiam esse *quotidianam*, & non uni tantum anni diei addictam. Quibus argumentis hujusmodi inniteretur opinio hic non oportet referre: certum est tamen vim magnam posuisse Fratres in quodam vivæ vocis oraculo Paulii III. de quo profertur authenticum testimonium F. Messei Bardi Minoritæ, postea Episcopi Clusini.

In hoc rerum statu placuit cuidam ex Fratribus apponere supra Januam Portiunculæ, circa annum 1625. Tebellam cum hac inscriptione: *Veniam Augusti dat tibi quæque dies*. Huic opponi videbatur Gregorii XV. Constitutio *Romanus Pontifex in specula &c.* qua omnia Pontificum vivæ vocis Oracula cassantur, & abolentur; atque altera Urbani VIII. *Alias felicis record. Gregorius*, quæ præcedentem renovat, & confirmat. Quamobrem Minister Provinciæ Seraphicæ necessarium duxit ea de re Pontificem interrogare, quem re ipsa adivisse fertur, eique repræsentasse Ecclesiam Portiunculæ habuisse plenariam indulgentiam pro die secunda Augusti, eamdemque subinde ampliatam fuisse a Paulo III. ad omnes anni dies. Cui Pontificem reposuisse ajunt, se nunquam in mente habuisse revocandi, quæ sui Prædecessores concessissent. (Intelligas de iis, quæ non vivæ vocis oraculo Pontifices concessissent; nam hæc laudata concessione omnino jam pridem aboleverat.)

Contentus itaque Minister talis Pontificii responsi, quod certè nil aliud fuisset, quam alterum vivæ vocis oraculum, Fratres suos in pia de quotidiana Portiunculæ Indulgentia opinione confirmavit, qui demum supradicta sublata Tabella, in lapideo arcu ejusdem Januæ Portiunculæ aureis litteris scribi fecerunt: *Augusti hic veniam dat tibi quæque dies*. Contra hanc novitatem diu conclamatum est, donec delata caussa ad Supremum Inquisitionis Tribunal, (nondum enim Sac. Indulgent. Congregat. instituta erat) auditis, ac perpensis utriusque partis rationibus, die 3. Octobris 1691. sequens emanavit

DECRETUM.

Facta relatione per Patrem Magistrum Bernardinum Ordinis Prædicatorum de juribus hinc indè deductis a Patribus Ordinis Minorum Conventualium, & Minorum de Observantia respectivè, super prætensa Indulgentia perpetua, & quotidiana, tanquam concessa a Paulo III. Ecclesiæ Sanctæ Mariæ Angelorum Fratrum Ordinis Minorum de Observantia, Eminentissimi Domini, prædictis juribus, visis, & auditis, dixerunt, ex hactenus deductis non constare de dicta Indulgentia quotidiana perpetua, & proinde abradendam, seu removendam esse inscriptionem super Janua Cappellæ Ecclesiæ Sanctæ Mariæ Angelorum Assisii, scilicet *Augusti hic veniam dat tibi quæque dies*.

In cujus Decreti executione abrasa fuit supra relata inscriptio.

Decretum hoc statim ab Adversariis per universum fere Terrarum Orbem fuit divulgatum; neque de hoc conquesta fuisset nostra Religio, quæ singulari suæ Regulæ, quam profitetur, præcepto, *promittit obedientiam, ac reverentiam Domino Papæ Honorio, ejusque Successoribus canonicè intrantibus, & Ecclesiæ Romanæ*, nisi simul audivissent, Fratres, licet perperam, atque injuria, ubique locorum venditari tamquam Impostores, & Sacrar. Indulgentiar. confictores, non sine nostri Ordinis dedecore, & magno Christianæ pietatis scandalo. Ut igitur utrique malo remedium aliquod pararent, Orthodoxorum Principum, qui Seraphicam paupertatem ingentibus beneficiis semper cumulaverant, opem, ac patrocinium implorarunt, a quibus sequentes Literae ad Innocentium XII. tunc Ecclesiæ Clavum tenentem, obtinuerunt.

Epistola Sac. Cæsar. Maiestat. Leopoldi Roman. Imperatoris.

Beatissimo in Christo Patri Domino Innocentio Duodecimo, Divina Providentia Sanctæ Romanæ, & universalis Ecclesiæ Summo Pontifici, Domino Reverendissimo.

Beatissime in Christo Pater, Domine Reverendissime, post officiosissimam commendationem, filialis observantiæ continuum incrementum. Exposuit Nobis Reverendus Pater Generalis Ordinis Minorum S. Francisci, Ecclesiã de Portiuncula pluribus sæculis Indulgentia Plenaria singulis diebus gavisam esse, cum ingenti Fidelium animarum consolatione, & fructu; nunc verò dictis Indulgentiis, ex defectu instrumentorum authenticorum in forma a Curia Romana pro hujusmodi Concessionibus desiderata, carere. Sperat autem idem Pater Generalis Thesaurum hunc pro dicta Ecclesia recuperare, ubi nostra apud Sanctitatem vestram filialis intercesserit interpellatio. Cum igitur nos minimè lateat ardentissimus Beatitudinis Vestræ Zelus, quo in salutem, & fructum spiritualem animarum fertur, & quam liberalis sit, Thesaurum Sanctæ Ecclesiæ Fidelibus Christi communicare, præfati Generalis desiderio facile annuimus, atque Sanctitatem Vestram, debito filiali affectu, prout hisce facimus, requirendam decrevimus; quatenus memoratam Ecclesiam de Portiuncula, in maximam totius Seraphici Ordinis consolationem, & copiosum tot millium Fidelium animarum fructum, Quotidianis Indulgentiis Plenariis noviter ditare dignaretur. Favori huic singulari peculiaribus affectus filialis officiis correspondere non intermittemus; de reliquo autem, ut Optimus Deus Sanctitatem Vestram in majus Ecclesiæ suæ incrementum quam diutissime servet florentem, cordicitus optamus.

Datum in Arce Nostra Lexemburgi die 3. Mensis Maii Anno 1695. Regnorum nostrorum, Romani trigesimo septimo, Hungarici quadragesimo, Bohemici verò trigesimo nono. Ejusdem Sanctitatis Vestræ

Obsequens Filius
Leopoldus.

Epistola Sacr. Catholic. Majestat. Caroli II. Hispaniar. Regis.

A Nuestro Muy Santo Padre.

Muy Santo Padre. Con motivo de bolver à esta Corte el Ministro General de la Religion de San Francisco, me hà representado de nuevo, que la Indulgencie Plenaria que Nuestro Señor J E S U Cristo concediò por su misma boca al Santo en le Iglesia de Santa Maria de los Angeles, que se llame de Portiuncula, se havia estendido *vivæ vocis oraculo* por los gloriosos Antecessores de Vuestra Santidad, para todos los dias del

Digitized by Google

del año, como lo manifestava la inscripcion que estava puesta ao una losa, qun havis en dicha Iglesis, y el curso de algunos siglos, que durò esta Indulgencia, hasta que los Religiosos Claustrales se opusieron, y consiguieron se quitasse la losa poe no constar da Brevo, o Bula la tal concession. I siendo esto de gran desconsuelo a la Religion Serafica, y muys singular el afecto, y devocion que yo la profeso, no puedo dexar de repetir a Vuestra Beatitud mis humildes, y reverentes ruegos, para que se digne condeceuder alas instancias que harà sobre materis tan del servicio de Dios, provecho, y salud de las almas de los fieles el mismo General; asagurando a Vuestra Santidad, que para mi sera de gran consuelo, y especialissimo favor el qun Vuestra Beatitud en esto, y en todo se sirviera de hazerle, por lo que su Zelo, y religiosa attencion han merecido con migo al tiempo que se ha detenido an esta Corta, como mas particularmente lo representarà a Vuestra Santidad en mi nombre el Duque de Medinaceli mi Embaxador. Nuestro Señor guarde la muy Santa Persona de Vuestra Beatitud al bueno y prosperoso regimiento de su Universal Iglesia.

De Madrid a 29. de Octubra del 1694.

De V. Santidad,

Muy humilde y devota hija D. Carlos por la gracia de Dios Rey de las Españas, de los dos Sicilias, de Jerusalem, que los Santos Pies y manos Besa. El Rey.

D. Alonso Carnero &c.

Epistola Sac. Cathol. Majest. Marianæ Viduæ Hispaniarum Reginæ.

A Nuestro Muy Santo Padre.

MUy Santo Padre. El Ministro General de la Religion de San Francisco me ha represeutado, que en la Iglesia de Santa Maria de los Angeles de la Cindad de Asis, estava esteudida la Iudulgeucia Pleuaria del Jubileo de la Portiuncula, para que los fieles gozasen de tan precioso fructo todos los dias del año, haviendose observado asi de muchos años à esta parte, con grande veneracion, y concurso, hasta que los Claustrales sa opusieroo, y se ha mandado que cese esta Indulgencia, supplicame que por el Tesoro que pierden los fieles, y por ser a quella Iglesia la primitiva y Caveça de toda la Religion Seraphica, me interponga para qua Vuestra Santidad se digna da conceder a la misma Iglesia la Indulgencia da la Porciuncula en todos los dias del año. I siendo esta causa de piedad, y davocion, vengo humildemente a Vuestra Beatitud coo al mayor empeno, para que favorezca esta pretencion, segun espero dever ala grande benignidad de Vuestra Santidad, por lo mucho qua se interessa an ella mi afecto al bien universal de los fieles, y al consuelo da esta sagrada Religioo, y sus devotos. Guarde Nuestro Señor la muy Santa Persona de Vuestra Santidad al bneoo, y prosperoso regimiento de su Universal Iglesia, como la Cristianidad hà menester.

De Madrid a 24. Settlembre 1694.

D. V. Beatitud

Muy humilde y devota hija D. Mariana De Austria por la Gracia de Dios Reyna de la España, de los dos Sicilias, de Jerusalem, que sus Santos Pies y manos besa. La Reyna

D. Garcia du Bustamante &c.

Epistola Sac. Cathol. Majest. Mariæ Annæ Reginæ Hispaniarum.

A Nuestro Muy Santo Padre.

MUy Santo Padra. Estando informada por el Ministro General de la Orden de San Francisco, que en la Iglesia de Santa Maria de los Angeles de la Ciudad de Asis (que se llama la Portiuncula) ademas de la Indulgencia Plenaria, que Nuestro Señor JESU Cristo por su misma boca concediò para siempre al Serafico P. San Francisco, para todos los fieles, des de las primeras Visperas del primer dia de Agosto, hasta puesto el Sol de el dia figuiente, que es el de la Consagracion de dicha Iglesia; estava esta misma Indulgencia extendida por los Summos Pontifices para todos los dias dal año, como lo anunciava una losa fixada en esta Iglesia, con un titulo, que decia, *Indulgencia Plenaria para todos los dias del año*, y eo esta conformidad hà durado por muchos siglos, en los quales los fieles concurrian cada dia alas diligencias ordinarias, para ganar dicha Indulgeucia, siendo numerosos los concursos, que con singular devocion frequentaban a quel Santo Templo, conservandose an asta posesion imemorable (ò quasi) se suciiò en Roma la duda de si constava, ò nò haver los summos Pontifices concedido la ampliacion de la dicha Indulgencia para todos loa dias del año, an que fue citada la parte de la Religion Serafica, para qua exibiese, y manifestase los instrumentos de dicha concesioo, y por que asta no estava hecha por Bula, ò Breva, sino *vivæ vocis oraculo*, la Religion no pueda provarla, y asi saliò Decreto, que no constava de dicha Cotidiana Indulgencia, con que sa ordenò se quitasa dicha losa; y poe que de aqui resulta que los fieles pierden este gran Tesoro, y dicha Iglesia, que es la primera y Caveça de toda la Ordeo, no sea tan venerada y frequentada como antes, suplico a V. Santitad, que usando de su gran piedad, y poder, como Senor del rico Tesoro da la Iglesia, se digne conceder la referida Indulgencia para la Iglesia de la Portiuncula para todos los dias del año. En que yo, todos los Fieles de la Cristiandad, y la Religion Serafica eecivitemos gran consuelo, como lo espero de la benignidad, y Paternal animo de V. Beatitud, cuya muy Santa Peesona Nuestro Señoe guarde al bien y feliz regimiento de su Iglesia Universal.

Madrid a 22. de Settiembre de 1694.

De V. Santidad

Muy humilde y devota hija D. Maria Anna por la gracia de Dios Reyna de las Españas, de la dos Sicilias, de Jerusalem &c. Que sus Santos Pies y manos besa. La Reina

D. Garcia da Villagrana y Marban &c.

Epistola Sac. Majest. Eleonoræ Reginæ Poloniæ.

Alla Santità di Nostro Signore

Beatissimo Padre.

ANcorchè i Religiosi dell' Ordine de' Minori Osservanti di Sao Francesco possano sapere, che mossa Vostra Beatitudine dalla Paterna carità, a dal Pastoral suo Zelo della salute dell' ani-

anima de Fedeli, sia per indursi benignamente a restituir con suo Breve alla loro Chiesa di Santa Maria degli Angioli, detta della Porziuncola, l'Indulgenza Plenaria, che concessale in voce, come vien supposto, e secondo appariva da una Lapida, alcuno de' Sommi Pontefici di gloriosa memoria predecessori di Vostra Santità, à goduto per qualche secolo; portata non dimeno dall'affetto, e singolar divozione, che professo all'Ordine predetto, a vivamente desiderando di vederlo consolato con questa grazia, che ridonda anche in beneficio de Popoli fedeli, unisco alle suppliche degli altri le mie più riverenti, e premurose, per implorargliela dalla Santità Vostra, alla quale ne avrò ancor lo debito infinito. E inchinata alla sua benedizione, le bacio i santissimi Piedi. Insspruch 12. Giugno 1695.

Di V. Santità.

Ubbidientissima Figlia
Eleonora.

Epistola Regiæ Celsitudinis Cosmi Magni Etruriæ Ducis,

Alla Santità di Nostro Signore

Beatissimo Padre.

GEnuflesso al Trono di Vostra Beatitudine, la rinuovo i miei umilissimi rendimenti di grazie, per quella che Vostra Santità ama di farmi godere moltiplicate nella prosecuzione del mio viaggio. E le medesima mi fanno animo a supplicare la Santità Vostra di altre a pro de fedeli, a dell' Ordine Francescano, per la manutenzione dell' Indulgenza Plenaria Quotidiana in questa Chiesa di Santa Maria degli Angioli, detta della Porzincola, o per la concessione di nuovo dell' istessa, quando non sussista la già conceduta. Io porto tale alto concetto della propensione di Vostra Santità alle intercessioni mie, sollecitate dalla Legge di gratitudine verso la Religione predetta, dalla quale nel mio soggiorno qui ho ricevute tante prove d' affetto, a di bontà, che non revoco punto in dubio, aver ella da piegarsi a secondarla con ogni pienezza di affetto, anche per accrescere a me stesso i motivi della consolazione nella presente congiuntura, con quelli specialissimamente della riconoscenza ossequiosissima, che ambirò di poter professare per una simile mercede alla Santità Vostra, alla ubidienza dei di cui riveritissimi cenni mi rassegno, e profondamente m' inchino al bacio de' suoi piedi Santissimi.
D' Assisi 27. Aprile 1695.

Di V. Santità.

Umo Figlio, e Servitore
Il Gran Duca di Toscana.

Quibus receptis Literis, additis quoque precibus totius Ordinis, quas humillime Pontifici porrexit Minister Generalis, SS. Literas edidit in forma Brevis, tenoris sequentis.

Indulgentia Plenaria, quotidiana, perpetua in Ecclesia Divæ Mariæ Angelorum.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

REdemptoris, & Domini Nostri Jesu Christi vices, licet immeriti, gerentes in terris, Cœlestium munerum thesauros, quorum dispensationem humilitati nostræ commisit Deus, fidei, prudentique liberalitate libenter erogamus, sicut pia sublimium Principum præclaris in Ecclesiam Dei meritis fulgentium, ac Religiosorum virorum propriæ, alienæque saluti laudabiliter incumbentium vota postulant, & Nos ad augendam, fovendamque Fidelium pietatem profuturum in Domino arbitramur. Itaque spirituali Christi fidelium ad Ecclesiam Sanctæ Mariæ Angelorum nuncupatam Domus Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum propè, & extra muros Civitatis Assisiensis assiduè (ut accepimus) ex universis Christiani Orbis partibus Devotionis causa confluentium consolationi, atque animarum saluti, quantum cum Domino possumus, benigne consulere, nec non dilecti Filii Bonaventuræ Poerii Ministri Generalis dicti Ordinis supplicationibus, atiam totius Ordinis prædicti Nomine, Nobis super hoc humiliter porrectis, quibus piæ, atque enixæ plurium orthodoxorum Principum preces, in idipsum tendentes accesfera, favorabilem assensum præbere cupientes, ac de Omnipotentis Dei misericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, omnibus utriusque sexus Christifidelibus ad Ecclesiam supradictam, sicut præmittitur, confluentibus, qui illam verè pœnitentes, & confessi, ac sacra Communione refecti, in quocumque anni die devotè visitaverint, & ibi pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus. Præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique locorum habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub annulo Piscatoris, die 18. Augusti 1695. Pontificatus nostri anno quinto.

I. Fr. Cardinalis Albanus.

His

His promulgatis, respondit Pontifex Principibus supra laudatis, deditque literas, ex quibus cum ejus mens aliquo modo deducatur, non abs re erit illas hic apponere.

Carissimo in Christo filio nostro Leopoldo Hungariæ, & Bohemiæ Regi Illustri in Romanorum Imperatorem electo.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Carissime in Christo fili noster salutem, & Apostolicam benedictionem.

PRo charitate, qua Majestatem tuam majorem in modum prosequimur, quæ facit, ut alacriter amplectamur omnes, quæ se offerunt, occasiones obsecundandi votis tuis, Universis Christifidelibus Ecclesiam Sanctæ Mariæ Angelorum de Portiuncula nuncupatam Civitatis Assisiensis visitaturis, concessimus Plenariam, Quotidianam, & Perpetuam Indulgentiam, quemadmodum ex Diplomate hac super re expedito luculenter apparet: Prædictæ autem charitatis in aliis etiam opportunitatibus nova argumenta non deerunt Majestati tuæ, cui interim læta cuncta, factaque a Deo auspicamur, ac Apostolicam Benedictionem amantissime impartimur. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 27. Augusti 1695. Pontificatus Nostri anno quinto.

CAROLO HISPANIARUM

REGI CATHOLICO.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Carissime in Christo fili noster salutem, & Apostolicam benedictionem.

PRo charitate, qua Majestatem tuam majorem in modum prosequimur, quæ facit, ut alacriter amplectamur omnes, quæ se offerunt occasiones obsecundandi votis tuis, Universis Christifidelibus Ecclesiam Sanctæ Mariæ Angelorum de Portiuncula nuncupatam Civitatis Assisiensis visitaturis, concessimus Plenariam, Quotidianam, & Perpetuam Indulgentiam, quemadmodum ex Diplomate hac super re expedito luculenter apparet: Prædictæ autem charitatis in aliis etiam opportunitatibus nova argumenta non deerunt Majestati tuæ, cui interim læta cuncta, factaque a Deo auspicamur, ac Apostolicam Benedictionem amantissime impartimur. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 28. Augusti 1695. Pontificatus Nostri anno quinto.

Carissimæ in Christo Filiæ nostræ Eleonoræ Poloniæ Reginæ, Illustri Ducissæ Lotharingiæ.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Carissima in Christo Filia nostra salutem, & Apostolicam benedictionem.

A Deo propensam erga Majestatem tuam gerimus voluntatem, ut amplexi libenter fuerimus occasionem, eamdem tibi testatam faciendi, concedendo universis Christifidelibus Ecclesiam Sanctæ Mariæ Angelorum de Portiuncula nuncupatam Civitatis Assisiensis visitaturis Plenariam, quotidianam, & perpetuam Indulgentiam, quemadmodum Nos rogasti. Persuasum autem habere poteris, non minus prompto, alacrique animo, alias etiam, quæ se offerent, opportunitates a Nobis amplexandas, in dies magis declarandi, quam cupiamus gratificari Majestati tuæ, cui interim Apostolicam benedictionem amantissime impartimur. Datum Romæ die 27. Augusti 1695.

Carissimæ in Christo Filiæ nostræ Mariæ Annæ Hispaniarum Reginæ Catholicæ.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Carissima in Christo Filia nostra salutem, & Apostolicam benedictionem.

A Deo propensam erga majestatem tuam gerimus voluntatem, ut amplexi libenter fuerimus occasionem, eamdem tibi testatam faciendi, concedendo universis Christifidelibus Ecclesiam Sanctæ Mariæ Angelorum de Portiuncula nuncupatam Civitatis Assisiensis visitaturis Plenariam, quotidianam, & perpetuam Indulgentiam, quemadmodum Nos rogasti. Persuasum autem habere poteris, non minus prompto, alacrique animo, alias etiam, quæ se offerent, opportunitates a Nobis amplexandas, in dies magis declarandi, quàm cupiamus gratificari Majestati tuæ, cui interim Apostolicam benedictionem amantissime impartimur. Datum Romæ die 28. Augusti 1695.

Carissimæ in Christo Filiæ nostræ Marianæ Hispaniarum Reginæ Catholicæ Viduæ.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Carissima in Christo Filia nostra salutem, & Apostolicam Benedictionem.

JUxta Majestatis tuæ vota Plenariam, quotidianam, ac perpetuam Indulgentiam universis Christifidelibus Ecclesiam Sanctæ Mariæ Angelorum de Portiuncula nuncupatam Civitatis Assisiensis visitaturis concessimus. Illud autem pro explorato habere te cupimus, nullam a Nobis, quæ se offerat, dimissum iri occasionem palam faciendi, quæ sit erga Majestatem tuam paterna charitas nostra, cui inte-

rim Apostolicam Benedictionem amantissimè impartimur. Datum Romæ &c. die 18. Augusti 1695. &c.

Dilecto Fil'o Nobili Viro Cosmo Etruriæ sibi subjectæ Magno Duci.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Dilecte Fili Nobilis Vir salutem, & Apostolicam Benedictionem.

ANnuentes precibus, quas detulit ad Nos Nobilitas tua, Universis Christifidelibus quacumque anni die Ecclesiam Sanctæ Mariæ Angelorum de Portiuncula nuncupatam Civitatis Assisiens visitaturis concessimus Indulgentiam Plenariam. Uberes, autem hac de causa, Zelo, quo flagras, laudes rependentes, non omittemus in aliis etiam, quæ se offerent, occasionibus testatum tibi facere, quo in pretio habeamus officia Nobilitatis tuæ, cui interim Apostolicam Benedictionem peramanter impartimur.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris 27. Augusti 1695. Pontificatus nostri anno quinto.

Quibus ita constitutis, videbatur omni controversiæ finis impositus; cum tamen tea aliter evenerit, ut alibi suo tempore dicam.

Pro coronide autem hujus rei liceat addere, quod Indulgentia Portiunculæ pro die 2. Augusti non solcat a Romanis Pontificibus suspendi anno Jubilæi. Ita declararunt præsertim Clemens VIII. Urbanus VIII. Innocentius X. 5. Julii 1650. Clemens X. 12. Novembris 1674., & Innocentius XII. Brevi, quod sequitur.

Indulgentia Portiunculæ non suspenditur, Anno Jubilæi.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

CUM ob Sacri Jubilæi celebrationem a Vigilia Nativitatis Domini Nostri Jesu Christi proxime venturi anni inchoandam, & usque ad finem ejusdem anni duraturam, omnes, & singulas Indulgentias, & peccatorum remissiones, quibusvis Ecclesiis Monasteriis, Hospitalibus, & aliis locis piis Sæcularibus, & quorumvis Ordinum, etiam Mendicantium, Regularibus, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis clausulis, & Decretis quomodolibet concessas, de Apostolicæ potestatis plenitudine suspenderimus, ac suspensas esse declaraverimus, easque, eodem anno durante, nulli prodesse, aut suffragari debere decreverimus, prout in nostris sub plumbo desuper expeditis literis, quarum tenorem præsentibus pro expressis haberi volumus, plenius continetur; Nos cupientes, ut Ecclesiæ Sanctæ Mariæ Angelorum Domus Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia, prope, & extra muros Civitatis Assisien. congruis frequentetur honoribus, ad eamq. Christifideles lubentius accedant, quo exinde spiritualibus gratiis se uberius refectos conspexerint, tenore præsentium declaramus, mentis, & intentionis nostræ minime fuisse, nec esse sub præfata Indulgentiarum suspensione, Indulgentiam utriusque sexus Christifidelibus, prædictam Ecclesiam die secunda mensis Augusti, a primis Vesperis usque ad occasum solis diei hujusmodi, visitantibus, & requisita pro eadem Indulgentia consequenda peragentibus, concessam, comprehendere, prout minime comprehendimus, nec comprehensam esse, in verbo Romani Pontificis attestamur. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 21. Augusti 1699.

Neque aliter disposuit Benedictus XIII. anno Jubilæi 1725. imo hoc eodem privilegio decoravit Ecclesiam Sanctæ Mariæ de Aracœli, ut ex sequentibus literis fit manifestum.

Indulgenza Plenaria alla Venerabile Chiesa di Santa Maria d' Ara-Celi per il giorno del Perdono di Assisi.

Fabrizio per la misericordia di Dio Vescovo di Porto della S. R. E. Cardinale Paolucci, della Santità di Nostro Signore Vicario Generale &c.

LA Santità di Nostro Signore volendo conservare ne' Fedeli la divozione al Perdono di Assisi, detto volgarmente la Porziuncola, benignamente si compiace, anche in questo Anno Santo, non ostante la sospensione delle Indulgenze Plenarie per i vivi, di concedere per li due di Agosto, nel qual giorno occorre il detto Perdono, Indulgenza plenaria a tutti li Fedeli Cristiani dell'uno, e l'altro Sesso, i quali veramente pentiti, confessati, e communicati in qualsivoglia Chiesa, visiteranno divotamente la Venerabile Chiesa di Santa Maria d'Araceli, ed ivi per quello spazio di tempo, che li suggerirà la propria Divozione, pregheranno Sua Divina Maestà per l'esaltazione di Santa Madre Chiesa, per l'estirpazione dell' Eresie, e per la Pace ancora de Princìpi Cristiani. Dato questo di 28. Luglio 1725.

F. Cardinal Vicario.

N. A. Canonico Cuggiò Segretario.

At vero Benedictus XIV. anno præterito 1750. ardentissimo flagrans desiderio, ut universum Populum Christianum, si fieri potuisset, Romam, communem Patriam, Mundi Reginam, & Sanctæ Universalis Ecclesiæ Matrem, ac Dominam deduceret, postquam omnibus Sanctuariis Orbis negasset quamcumque plenariam pro vivis Indulgentiam applicari, peculiari quoque providentia motus, indulsit pro festo Portiunculæ, ejusdem Indulgentiam applicari dumtaxat posse in suffragium Animarum in Purgatorio degentium.

Breve confirmativum alterius S. Mem. Innocentii Papæ XI. incipientis: Solicitudo Pastoralis, & concedens Superioribus Generalibus majorem auctoritatem circa Superiores inobservantes.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

ALias à fel. rec. Innocentio Papa XI. Prædecessore Nostro emanarunt pro Ordine Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum literæ in simili forma Brevis teno-

tenoris, qui ſequitur, videlicet. Innocentius Papa XI. Ad perpetuam rei memoriam. Solicitudo Paſtoralis Officii, quo Catholicæ Eccleſiæ pet univerſum Orbem diffuſæ regimini, Divina diſpoſitione, præſidemus, Nos urget, atque impellit, ut Religioſorum Virorum Ordines, ad Omnipotentis Dei gloriam, & animarum ſalutem, ſapienti pietate ab hac Sancta Sede inſtitutos, magniſque in Eccleſiam Dei meritis fulgentes, in Sanctis, ac primævis eorum Inſtitutis confovere, & conſervare, ac à noxiis, quæ primigeniæ religioſitatis ſpiritum, atque vigorem extinguere, & relaxare poſſent, tueri, & præmunire, feliciбuſque illorum in via mandatorum Domini progreſſibus conſulere, quantum Nobis ex alto conceditur, ſtudeamus. Cum itaque (ſicut accepimus) in pluribus Capitulis Generalibus Ordinis Fratrum Minorum Sancti Franciſci de Obſervantia nuncupatorum, & noviſſimè in Valliſoletano, quod Anno M. DCLXX. celebratum fuit, unanimi omnium Fratrum Vocalium conſenſu, declaratum, & proteſtatum fuerit, in nullo Regulæ eorumdem Fratrum Minorum præcepto eatenùs cum Fratribus Minoribus de Corpore Obſervantiæ, ſive Obſervantes, ſive Reformati, ſiva Diſcalceati, ſive Recollecti dicantur, diſpenſatum fuiſſe, nec ipſum Obſervantiæ corpus ullam unquam admiſiſſe, vel admittere diſpenſationem in Regula, ſe potiùs velle pro viribus, Divino favente auxilio, illam purè obſervare, juxtà Summorum Pontificum declarationes, à Fratribus Obſervantibus, ſeu de Obſervantia in ſuis Statutis Generalibus, recompilatis pro Ciſmontanis Anno M. DC. LXIII., & pro Ultramontanis Anno M. DC. XXI., ac Reformatis, Diſcalceatis, & Recollectis in ſuis particularibus Conſtitutionibus reſpectivè admiſſas, & receptae: Nos pro majori hujus proteſtationis firmitate, & ut in Ordine præfato Status, & Regula Fratrum Minorum purè obſervetur, ſinguliſque Fratribus prætextus eam tranſgrediendi præcludatur, eamdem proteſtationem, & declarationem ſupra expreſſam harum ſerie auctoritate Apoſtolica approbantes, & confirmantes, Motu proprio, ac ex certa ſcientia, & matura deliberatione Noſtris, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, tenore præſentium declaramus, omnes, & ſingulos Fratres de Corpore Obſervantiæ dicti Ordinis teneri in conſcientia obſervare Regulam Fratrum Minorum Sancti Franciſci, & præcepta ejus à fel. rec. Nicolao III., & Clemente V. Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus Noſtris expoſita, & numerata, ad normam Conſtitutionum prædictarum reſpectivè, & ſignanter, præter præcepta, quæ non ita frequenter occurrunt, & recitationem Divini Officii, teneri ad jejunia præcepta in Regula, niſi excuſet neceſſitas; ad incedendum ſine calceamentis, hoc eſt abſque aliquo, quod pedem cooperiat, cujuſcumque illud materiæ ſit, niſi adſit vera neceſſitas, a Prælato approbanda; ad non equitandum, niſi infirmitas, vel neceſſitas judicio Superiorum probata excuſet; ad vilitatem veſtium, juxta prædictas Conſtitutiones reſpectiva; ad non utendum pluribus veſtimentis, quàm illis, quæ Regula præſcribit, nempe una tunica cum caputio, & alia ſine caputio, chorda, & ſemoralibus: nam aliud quodvis veſtimenti genus ultra prædicta (excepto mantello ab initio Religionis licito) ut induſia, ſeu camiſiæ, ſudariola, tunicellæ, & ſimilia, ſunt contra Regulam, niſi adſit vera neceſſitas excuſans a præcepto per Prælatum approbata: Ac demum teneri ad capitale præceptum Religionis Fratrum Minorum de non recipiendis denariis pet ſe, vel pet interpoſitam perſonam. Aliarum enim rerum neceſſariarum poſſunt Fratres Minores de Corpore Obſervantiæ hujuſmodi habere uſum, licèt non dominium; denariorum autem, nec dominium, nec uſum: & proinde quævis contrectatio pecuniæ, ſeu denatiorum, quæ non ſit pure naturalis, ſeu quæ ſit quovis modo politica, cujuſcumque domini ſint denarii, ſeu pecunia, Fratribus Minotibus Obſervantibus, ſeu de Obſervantia eſt omnino prohibita. Ac propterea omnes, & ſingulas diſpenſationes, conceſſiones, & conſuetudines, ſi quæ contra præmiſſa in Corpore Obſervantiæ Ordinis prædicti reperiantur, motu, ſcientia, deliberatione, & poteſtatis plenitudine paribus earundem tenore præſentium revocamus, caſſamus, irritamus, & annullamus, viribuſque, & effectu penitus, & omninò vacuamus, ac revocatas, caſſatas, irritas, & nullas, viribuſque, & effectu pœnitùs, & omninò vacuas eſſe, & perpetuò fore decernimus, & declaramus. Declarantes tamen pariter, quod per præmiſſa non prohibentur in dicto Ordine Sindici Apoſtolici, cum eorum uſus non ſit diſpenſatio in Regula, ſed modus à Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus Noſtris proviſus, pro puriori illius obſervatione, ſive ejuſmodi Sindici aſſumantur ad præſcriptum Conſtitutionum Nicolai III., & Clementis V. Prædeceſſorum præfatorum, ſive ſecundum diſpoſitionem Conſtitutionum rec. Mem. Martini IV., & Martini V., ac Pauli IV. Prædeceſſorum pariter Noſtrorum, prout illorum uſus in ſingulis Familiis, Congregationibus, Reformationibus, aut Provinciis Ordinis prædicti reſpective fuerit receptus. Ut autem in ingreſſu Religionis unuſquiſque de obligationibus, quas aſſumere vult, plenè informetur, ſtatuimus, ut nullus recipiatur ad habitum regularem in eodem Ordine, niſi prius plene informatus ſit de prædictis præceptis Regulæ obligantibus in conſcientia, & prævia hac notitia, velit probationem ſubire, nec quiſquam admittatur ad profeſſionem regularem, niſi prius examinatus ſit de intellectu Regulæ, & præceptorum ejus, juxta prædicta, & deinde immediate ante illam. coram tota Communitate fiat ei proteſtatio, quod ad obſervantiam Regulæ cum omnibus ejus præceptis, tunc enumerandis, & exprimendis, obligetur in profeſſione, camque proteſtationem admittat, & ſub ea profeſſionem faciat. Quia vero efficacius prædicta obſervandi medium eſt exemplum Prælatorum, ſive Superiorum, ideo ſtatuimus pariter, neminem eligi poſſe in Prælatum, ſive Superiorem in Ordine prædicto, qui vitam communem Obſervantiæ non ſequatur, hoc eſt, qui frequenter equitet, ſeu infirmitatem, qua ab obligatione pedibus incedendi excuſetur, habeat; qui induſiis, ſeu camiſiis, aut lineis utatur apud ſe, vel in lecto, qui calceatus incedat, qui jejunia Eccleſiæ, & Regulæ non obſervet, qui aliquando auſus ſit contrectare pecunias, niſi jam per triennium ſaltem emendatus ſit, qui notabiliter defectuoſus ſit in aſſiſtendo Communitatibus Chori, Refectorii, & aliis, prout ſibi in Conſtitutionibus præſcribitur. Porro electio illius, qui in omnibus præmiſſis vitam communem non ſequatur, irritanda ſit à Prælato, ſive Superiori Generali, capta informatione extrajudiciali pro ſua conſcientia, ſine ſtrepitu judicii, cum conſilio tamen, & aſſenſu trium Fratrum, qui Miniſtri Provinciales, vel ſaltem Diffinitores Provinciæ ſint, vel fuerint: Ipſorum autem conſcientias, ne aut ille expellatur, qui vitam communem ſequatur, aut ille confirmetur, qui eam non obſervet, oneramus. Demum, ut om-

nis occasio transgrediendi præceptum de non contrectandis denariis, seu pecuniis auferatur, omnibus, & singulis dicti Ordinis Prælatis, sive Superioribus, in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub pœna privationis suorum officiorum injungimus, ut nulli Religioso ejusdem Ordinis permittant administrationem fundorum, redditum, aut quarumcumque aliarum rerum, & bonorum mobilium, vel immobilium, cujuscumque domini illa sint; & signanter, ut nulli Religiosorum Ordinis hujusmodi permittatur administratio bonorum temporalium alicujus Monasterii Monialium, sub quovis prætextu, aut nomine, nempe Administratoris, Sindici, Factoris, Coloni, Superintendentis, Villici, aut alio quovis imaginabili. Decernentes easdem præsentes litteras, & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo, quod Superiores, & Fratres Ordinis præfati, aliique quilibet, cujuscumque status, gradus, ordinis, præeminentiæ, vel dignitatis existant, seu aliàs specifica, & individua mentione, & expressione digni in præmissis interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes, illis non consenserint, seu ad ea vocati, citati, & auditi, causæque, propter quas ipsæ præsentes emanarint, sufficienter adductæ, verificatæ, & justificatæ non fuerint, aut ex alia qualibet, etiam quantumvis juridica, legitima, & privilegiata causa, colore, prætextu, vel capite, etiam in corpore juris clauso, etiam enormis, enormissimæ, & totalis læsionis, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, aut interesse habentium consensus, aliove quolibet, etiam quantumvis magno, & substantiali, ac inexcogitato, & inexcogitabili, individuamque expressionem requirente defectu notari, impugnari, infringi, retractari, modificari, redargui, in controversiam vocari, aut ad terminos Juris, seu Statutorum, & Constitutionum dicti Ordinis reduci, seu adversùs illas aperitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, aut impetrato, seu etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus concesso, vel emanato quempiam in judicio, vel extra illud uti, seu se juvare ullo modo posse; sed easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, & per omnia inviolabiliter, & inconcussè observari, & adimpleri; sicque & non aliter in præmissis censeri, atque ita per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, & Apostolicæ Sedis Nuncios, aliosve quoslibet quacumque præeminentia, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, ac quatenùs opus sit, nostra, & Cancellariæ Apostolicæ regula de jure quæsito non tollendo, aliisque Apostolicis, ac in universalibus, Provincialibusque, & synodalibus Conciliis, editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, & ordinationibus, necnon dicti Ordinis, ejusque Congregationum, Reformationum, Provinciarum, & Conventuum quorumcumque, aliisve quibuslibet, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, usibus, stylis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis eidem Ordini, ejusque Superioribus, fratribus, & personis quibusvis, sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis in genere, vel in specie, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus, ac consistorialiter, & aliàs quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, ac quantiscumque vicibus confirmatis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, exprimerentur, & insererentur, præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice duntaxat specialiter, & expressè derogamus, ac derogatum esse volumus, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsùs fides ubique locorum tam in judicio, quam extrà illud habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die XX. Novemb. MDCLXXIX. Pontificatus Nostri Anno Quarto. Cum autem, sicut dilectus filius Bonaventura Poerius Minister Generalis dicti Ordinis Nobis nuper exponi fecit, nonnulli Visitatores ex utraque familia ejusdem Ordinis tam de Observantia, quàm Reformati, dubium proposuerint, an eorum Religiosorum, qui vitam communem in victu, vestitu, Chori frequentia, pedibus agendo, aliisque similibus à Regula præscriptis rigoribus, non observant, idque ex infirmitatis, sive alterius impotentiæ causa, quæ eos, juxtà Textum Regulæ, & Constitutionum dicti Ordinis, excusat, adeoque à transgressionis culpa eximit, electio in Prælatos, sive Superiores in eodem Ordine valida sit, eaque, si aliàs canonicè facta reperiatur, & illi officiorum, ad quæ fuerint electi, cæteroqui sint capaces, ab ipsis Visitatoribus confirmari possit, & debeat: Ipse verò Bonaventura Minister Generalis, tametsi existimet Religiosos, qui propter infirmitatem, aut aliam quamvis necessitatem, vitam communem, aliaque in præinsertis Innocentii Prædecessoris literis præscripta exactè observare nequeunt, ab officiis, & gradibus Superioritatis excludi debere, seque, ac pro tempore existentem Ministrum Generalem Ordinis supradicti, eos etiam aliàs canonicè electos, juxtà earumdem literarum formam, excludere posse, illos autem, qui culpabiliter dictam vitam communem non observant, & ex malitia delinquunt, non solum ab officiis, & gradibus hujusmodi excludi, sed etiam pœnis contra transgressores statutis puniri debere, nihilominùs dubium præfatum declarari, ac aliàs desuper opportunè à Nobis provideri, plurimùm desideret: Nos ejusdem Bonaventuræ Ministri Generalis votis hac in re favorabiliter annuere volentes, cumque à quibus-

via

Digitized by Google

vis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium duntaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ipsius Bonaventuræ Ministri Generalis nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de Venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, & dilectorum filiorum Romanæ Curiæ Prælatorum super disciplina Regulari specialiter à Nobis deputatorum, qui rem maturè discusserunt, consilio, Religiosos omnes præfati Ordinis, qui vitam communem Observantiæ in præinsertis Innocentii Prædecessoris literis præscriptam verè, & cum effectu sequi non solent, etiamsi id ex infirmitate, seu alia quavis necessitate, & absque ipsorum culpa accidat, in Prælatos, seu Superiores ejusdem Ordinis eligi non posse, eorumque electionem, si quando fiat, tametsi alià canonica foret, à Prælato, sive Superiore Generali dicti Ordinis, servata quoad hoc earumdem literarum forma, irritandam esse: illos verò, qui in prædictis Observantiæ communis exercitiis, seu in eorum aliquo culpabiliter deficere consueverunt, non modo ut supra ineligibiles esse, sed insuper pœnis Constitutionum ipsius Ordinis subjacere, auctoritate Apostolica, tenore præsentium, declaramus, ac etiam statuimus, & ordinamus. Decernentes ipsas præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, & per omnia inviolabiliter observari, sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nec non omnibus, & singulis illis, quæ in præinsertis Innocentii Prædecessoris literis concessa sunt, non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique locorum tam in judicio, quàm extrà illud habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatorio, die secunda Julii MDCXCV. Pontificatus Nostri Anno Quarto.

I. F. Card. Albanus.

Statuitur, ut Collegium S. Isidori de Urbe Provinciæ Hiberniæ Fratrum Minorum S. Francisci Recollectorum regatur juxta Constitutionem Urbani VIII., & ejus Statuta.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Prospero, felicique regimini, & gubernio Collegii S. Isidori de Urbe Fratrum Provinciæ Hiberniæ Ordinis Minorum S. Francisci Strictioris Observantiæ, seu Recollectorum nuncupatorum, quantum cum Domino possumus, consulere, ac dilectum Filium Bonaventuram Poerium Ministrum Generalem dicti Ordinis specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium duntaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejusdem Bonaventuræ Ministri Generalis nomine nobis super hoc humiliter porrectis, inclinati, ut de cætero Collegium prædictum exactè, & præcisè juxta dispositionem Constitutionis fel. rec. Urbani Papæ VIII. super erectione Collegii hujusmodi emanatæ, nec non Statutorum in limine ejus fundationis editorum regi, & gubernari debeat, auctoritate Apostolica tenore præsentium perpetuo statuimus, præcipimus, & ordinamus. Præterea omnia, & singula circa memoratum Collegium tam à Nobis, & Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris, quam a quibusvis S. R. E. Cardinalium Congregationibus, ac ipsius Ordinis Superioribus hactenus quoquo modo contra formam Constitutionis, ac Statutorum hujusmodi forsan ordinata Decreta, seu concessa, auctoritate, & tenore prædictis, quoad ea, quæ Constitutioni, ac Statutis prædictis adversantur, itidem perpetuo revocamus, annullamus, cassamus, abrogamus, & abolemus.

§. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab illis respectivè inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 2. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nec non, quatenus opus sit, Collegii, ac Provinciæ, & Ordinis hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus, Privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam majorem sub Annulo Piscatoris, die XX. Julii 1695. Pontificatus nostri Anno Quinto.

Confirmatur Decretum Ministri Generalis FF. Minorum S. Francisci Reformatorum de electione Guardianorum, aliorumque Officialium, nec non familiarium pro Cœnobio recollectorum Provinciæ Romanæ.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

Alias pro parte dilectorum filiorum Guardiani, & Discretorum Conventus S. Bonaventuræ de Urbe Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia Reformatorum nuncupatorum

rum nobis exposito, quod cum apud eos in more positum reperiretur, ut pro tempore existens Guardianus dicti Conventus, tanquam præfati, & aliorum Provinciæ Romanæ dicti Ordinis, pro Recollectione, seu secessu Fratrum Reformatorum Ordinis hujusmodi, assignatorum Conventuum Director, singulis annis occasione celebrationis Capituli Provincialis, seu Congregationis dictæ Provinciæ, duos, aut tres Religiosos, pro quolibet Conventuum hujusmodi, Definitorio ejusdem Provinciæ præsentaret, & ex iis unus arbitrio ipsius Definitorii unicuique Conventibus præfatis, in Guardianum respectivè, præficeretur, necnon ulterius idem Guardianus Director, folium quoddam nomina Religiosorum præ cæteris omnibus dictorum Conventuum Officiis aptiorum, ac in eis de familia respective collocandorum continens, dicto Definitorio similiter exhiberet; folium vero hujusmodi a memorato Definitorio approbaretur, ac subinde à pro tempore existente Ministro Provinciali Provinciæ supradictæ sobscriptum, ipsi Guardiano Directori, ad hoc ut ab eo executioni demandari posset, restitueretur; mos hujusmodi plurium annorum spatio, ob plenam, quam idem Guardianus director de suis Subditis, eorumque qualitatibus notitiam habet; cum maxima Religiosorum secessus hujusmodi pace, & tranquillitate servatus fuerat. Et in eadem expositione subjuncto, quod idem Guardianus, & Discreti verebantur, ne progressu temporis probatum hunc morem in divini servitii, ac religiosæ quietis perniciem variari, seu mutari contingeret; ac proinde pro eorum parte Nobis supplicato, quatenus eumdem morem de cœtero ab iis, ad quos spectat, & pro tempore spectasset, inviolabiliter servari mandaremus. Nos hujusmodi gratiæ concessionem per rescriptum nostrum cum facultatibus necessariis remisimus arbitrio dilecti Filii Bonaventuræ Poerii Ministri Generalis Ordinis supradicti, qui ejusdem rescripti vigore Decretum in præmissis edidit tenoris, qui sequitur, videlicet.

F. Bonaventura Poerius Lector Jubilatus, totius Ordinis Fratrum Minorum S. P. N. Francisci Minister Generalis, necnon auctoritate Sanctissimi D. N. Papæ Innocentii XII. Commissarius Apostolicus, & servus &c.

§. 1. Cum amantissimi Fratres Nostri Conventus Recollectionis, seu Recessus S. Bonaventuræ de Urbe in pacifica sint consuetudine, quod Guardianus ipsorum, tamquam Director totius Recollectionis hujusmodi, solitus sit singulis Capitulis, & Congregationibus intermediis, præsentare Provinciæ nostræ Reformatæ Romanæ duos, vel tres Fratres pro dicto, sicut & aliis ejusdem Recollectionis Conventibus, ut de eorumdem numero unus pro unoquoque Conventu dictæ Recollectionis, ad arbitrium Patrum Definitorii, præficiatur in Guardianum, præfataque consuetudine tali se Fratres ab ambitione remotos, sine querela, in humilitate, magna pace, & ædificatione conservent: Hinc inde, quod Sanctiss. Domini Nostri parentes oraculo, quod ad hunc effectum ad Nos fuit directum, ut rescripto Libello, & Apostolicæ potestatis plenitudine pro hac parte Nobis commissa utentes, hac nostra in perpetuum valitura Constitutione disponimus, mandamus, & ordinamus, ut circa memoratam consuetudinem sequentia inviolabiliter observentur. Instante in primis tempore, quo supradictæ præsentationes Definitorio sunt faciendæ, quatuor, aut quinque diebus ante convocabit Guardianus Conventus Sancti Bonaventuræ de Urbe omnes suos Discretos, tractaturus cum illis mature super idoneitate Fratrum diversorum, qui in prædictis Recollectionis, seu Recessus Conventibus reperiuntur, & magis censentur idonei ad Guardianatum prædicti S. Bonaventuræ Conventus.

§. 2. Deinde quinque, vel sex de aptioribus ex illis assumptos præsentabit toti Communitati, quæ simul cum Discretis (qui quidem in omnibus supra, & ad infra dictis voce activa, & passiva debent gaudere, servata tamen forma nostrarum Generalium Constitutionum, & Decretorum Apostolicorum tenore) per secreta suffragia, ac ballottationes, duos, vel tres Definitorio præsentandos eliget, ut unus ex eis ab eodem Definitorio libere, & canonicè in Domino in Guardianum dicti Conventus Sancti Bonaventuræ eligi valeat. In casu autem, quod vota sint paria, fiet novum scrutinium, & data paritate per duas vices, recursus habebitur ad Ministrum Generalem, vel Generalem Prælatum, qui ex illis duos, vel tres designabit præsentandos Capitulo, sive Congregationi; quos judicaverit in Domino existere digniores. Quo ad præsentationes vero cœterorum dictæ Recollectionis Conventuum Guardianorum, Vicariorum, & Magistri Novitiorum, fiet similiter per præfati Conventus Sancti Bonaventuræ Discretus matura discussio, & ex illis duo, vel tres isti præsentabuntur, qui per Suffragia secreta, & ballottationes Discretorum eorumdem, pluralitatem reperientur habere Votorum. Si quis autem contra hanc formam a Nobis de plenitudine Apostolicæ auctoritatis Nobis in hac parte specialiter commissæ, dispositam, ordinatam, & stabilitam, fuerit præsentatus, aut electus: Volumus, ut ejusmodi præsentatio, & electio invalida sit, irrita, & nullius valoris, atque ad Ministrum Generalem, vel Prælatum Generalem ejus provisio devolvatur, sicut devolvuntur electiones Capitulares non legitime celebratæ. Qui quidem Minister, vel Generalis Prælatus, utendo jure devolutivo in illo casu, & non alias, continere se debet in eligendo intra numerum præsentatum a Discretis prædicti Sancti Bonaventuræ Conventus. Circa vero distributionem Fratrum collocandorum in prædictis Recollectionis Conventibus, pro nunc decernimus, & mandamus servari consuetudinem usque modo servatam, videlicet: ut præfatus Guardianus, sive Director præsentare, & nominare possit Religiosos pro singulis Conventibus de familia collocandos Ministro Provinciali, & Definitorio Provinciæ, qui quidem, spectata, discreta, & œconomica distributione, idipsam in Domino confirmabit. Cœterum omnibus dicti Conventus Sancti Bonaventuræ Fratribus districtè prohibemus, ne quis prævie ad prædicta per Communitatem danda suffragia, audeat facere quascumque colligationes, subornationes, functiones, aut quidpiam hujusmodi. Secus præsumentes, vel minas alicui de negando suffragio intentantes, pœnas in Apostolicis, & Ordinis Constitutionibus contentas incurrant, aliisque ad arbitrium Ministri, vel Prælati Generalis gravissime puniantur. Romæ in Conventu nostro Aracœlitano die 5. Augusti 1695. Frater Bonaventura Poerius Minister Generalis, & Commissarius Apostolicus. De mandato suæ Paternitatis Reverendissimæ F. Ludovicus *de la Torre* Secretarius Generalis Ordinis.

§. 3. Cum autem, sicut Guardianus, & Discreti præfati nobis denuo nuper exponi fecerunt, ipsi Decretum hujusmodi, quo firmius subsistat, & servetur exactius, Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri summopere desiderent: Nos ipsos Exponentes specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & in-

ter-

Digitized by Google

terdict , aliisque Ecclesiasticis sententiis , censuris, & pœnis , à jure , vel ab homine quavis occasione, vel causa latis , si quibus quommodolibet innodatæ existunt, ad effectum præseotium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes , & absolutas fore censentes , supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præinsertum a memorato Ministro Generali editum , ut præfertur , cum omnibus & singulis in eo contentis , & expressis, auctoritate tenore præsentium confirmamus , & approbamus , illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus . Ac omnes , & singulos juris , & facti defectus , si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus.

§. 4. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas , validas , & efficaces existere , & fore , suosque plenarios , & integros effectus sortiri , & obtinere , ac illis , ad quos spectat , & pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus , & per omnia plenissime suffragari , & ab eis respective inviolabiliter observari : sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios , & delegatos , etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari , & definiri debere ; ac irritum , & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter , vel ignoranter contigerit attentari . Non obstantibus Constitutionibus , & ordinationibus Apostolicis , & quatenus opus sit, Ordinis , & Provinciæ , ac Conventuum prædictorum , aliisve quibusvis , etiam juramento , confirmatione Apostolica , vel quavis firmitate alia roboratis Statutis , & consuetudinibus ; Privilegiis quoque , Indultis , & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis , confirmatis , & innovatis . Quibus omnibus , & singulis illorum tenores præsentibus pro plene , & sufficienter expressis , ac ad verbum insertis habentes , illis alias in suo robore permansuris , ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter , & expressè derogamus , cæterisque contrariis quibuscumque .

§. 5. Volumus autem , ut earumdem præsentium Literarum transumptis , seu exemplis , etiam impressis , manu alicujus Notarii publici subscriptis , & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis , eadem prorsus fides tam in judicio, quam extra illud , obique locorum habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus , si forent exhibitæ , vel ostensæ .

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris , die xxii. Septembris 1695. Pontificatus nostri anno quinto .

Confirmatur Constitutio Innocentii XI. quæ confirmatur Decretum Cardinalis Protectoris circa executionem alternativæ in Provincia Januen. FF. Minorum de Observantia Reformatorum.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

EX commissi Nobis divinitus Pastoralis officii debito illa , quæ à Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris, pro felici Christifidelium divinis obsequiis sub suavi Religionis jugo mancipatorum statu conservando, illorumque tranquillitate firmiter stabilienda , pie , provideque emanasse noscuntur , ut solidiori robore persistant , Apostolici muniminis nostri præsidio , cum id a Nobis petitur , libenter constabilimus .

§. 1. Alias siquidem pro religiosa quiete Provinciæ Januen. Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia Reformatorum nuncupatorum, ad supplicationem tunc existentis Ministri Provincialis Provinciæ hujusmodi , emanarunt a fel. rec. Innoc. Papa XI. Prædecessore nostro Literæ in simili forma Brevis tenoris , qui sequitur , videlicet :

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

EXponi Nobis nuper fecit dilectus filius Antonius Maria a Finario Minister Provincialis Provinciæ Januen. Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia Reformatorum nuncupatorum, quod Ven. Frater noster Alderanus Episcopus Portuen. , & S. R. E. Cardinalis Cybo nuncupat. Religiosæ tranquillitati Fratrum dictæ Provinciæ consultum esse cupiens, Alternativam circa electionem ad Provincialatum , cæteraque Definitorii Provinciæ hujusmodi officia, in tres partes, sive districtus , quibus Provincia ipsa constat , dudum in Capitulo Provinciali ejusdem Provinciæ , ac per quasdam fel. rec. Urbani Papæ VIII. Prædecessoris nostri simili in forma Brevis Literas stabilitam , & ordinatam servari , nec quidquam in contrarium innovari , aut attentari , sub diversis pœnis præcepit , & mandavit per suum Decretum desuper emanatum , tenoris , qui sequitur , videlicet :

Alderanus Episcopus S.R.E. Cardinalis Cybo, Seraphici Ordinis S. Francisci apud Sanctam Sedem Protector . Dilectis Nobis in Christo Fratribus modernis , & pro tempore existentibus Ministro Provinciali , Custodi , & Definitoribus , cæterisque omnibus Religiosis Reformatæ Provinciæ Januen. Salutem &c. Cum alias in Capitulo Provinciali istius Reformatæ Provinciæ Januen. de consensu Vocalium, qui eidem Capitulo tunc interfuerunt, decretum fuerit , quod in posterum, ad conservandam ejusdem Provinciæ pacem , & tranquillitatem, ex tribus , quibus ipsa Provincia componitur Districtibus , qui sunt Civitas Januen. , Liguria Orientalis , & Liguria Occidentalis,assumi deberet alternatim Minister Provincialis , itaut uno triennio esset ex uno , altero triennio ex altero dictorum Districtuum , & Decretum hujusmodi fuerit a san. mem. Urbano VIII. per suas Literas Apostolicas in forma Brevis datas sub die 29. Martii 1643. approbatum , & confirmatum , cum ulteriori etiam dispositione, quod nempe Officium Custodiatus non caderet in eam partem , seu Districtum , in quo actu esset Minister Provincialis , & quod unicuique dictarum partium , seu districtuum duo vota in Definitorio, pariter alternatim, assignarentur , prout in ipsis Literis Apostolicis latius continetur ; Nos , qui ea Decreti , & Brevis prædictorum observantia , optatam pacem , & tranquillitatem hactenus Provinciam consecutam fuisse , & tandiu consecuturam, quandiu eadem observantia firma , & illæsa persistat , certiores sumus , & cupientes , quantum ex nobis est , eam in suo robore manutenere , & conservare , auctoritate, qua fungimur Protectoris, vobis omnibus , & singulis in virtute Sanctæ Obedientiæ districte præcipimus , & mandamus, ne sub quovis prætextu, aut quæsito colore , directe , vel indirecte contra Decreti Capituli Provincialis , & Brevis Apostolici prædicti dispositionem , & tenorem, aliquod innovare , aut attentare præsumatis ; non solum sub pœna nullitatis omnium actorum , sed insuper sub pœnis contra inobedientes , contumaces , & rebelles in Statutis Ordinis præscriptis , aliisque arbitrio nostro , & pro tempore existentis Protectoris infligendis , ad quas, in ca-

in casu contraventionis, inviolabiliter procedemus. Non obstantibus &c. Romæ 14. Maii 1687. A. Cardinalis Cybo Protector.

Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, dictus Antonius Maria Minister Provincialis Decretum hujusmodi, quo firmius subsistat, & servetur exactius, Apostolicæ confirmationis nostræ robore communiri plurimum desideret: Nos ipsius Antonii Mariæ Ministri Provincialis votis hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, ac supradictarum Urbani Prædecessoris Literarum tenorem præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & inserto habentes, Decretum præinsertum a memorato Alderano Episcopo Cardinale, & Protectore editum, ut præfertur, omnibus, & singulis in eo contentis, & expressis, auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus.

§. 2. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac, quatenus opus sit, Provinciæ, & Ordinis præfatorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 12. Junii 1687. Pontificatus nostri anno undecimo.

§. 4. Cum autem, sicut dilectus filius modernus Minister Provincialis Provinciæ supradictæ Nobis nuper exponi fecit, ipse præmissa, quo firmius subsistant, & inviolabilius serventur, Apostolicæ confirmationis nostræ robore communiri summopere desideret: Nos specialem ipsi moderno Ministro Provinciali gratiam facere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, præinsertas Innocentii Prædecessoris Literas, omniaque, & singula in eis contenta, auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illisque inviolabilis, & irrefragabilis Apostolicæ firmitatis robur, & efficaciam adjungimus, ipsasque literas ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, inconcusse observari præcipimus, & mandamus.

§. 5. Decernentes pariter ipsas præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 6. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non omnibus, & singulis, quæ in præinsertis Innocentii Prædecessoris literis concessa sunt non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die vii. Januarii 1696. Pontificatus nostri anno quinto.

DECRETUM.

S. Cong. Concilii Tridentini modificativum Bullæ Innocentii PP. XII. de Celebratione Missarum.

De Capsulis.

Quemadmodum probos decet Religiosos, cupientes hujus Ordinis Patres, non minus eorum Regulæ puritatem custodire, præcipuè circa paupertatis Votum tantopere à Sancto Fundatore injunctum, quam Apostolicis jussis obtemperare, humillimè expetierunt hujus S. C. oraculum super declaratione emergentis casus, qui est ejusmodi.

Urget ex una parte novissima Constitutio san. mem. Innocentii XII. super Celebratione Missarum, quæ incipit *Nuper* cum decreto irritanti, & clausula *sublata*, nec non cum derogatione expressa omnium Constitutionum Apostolicarum, & Statutorum Ordinum, tàm Mendicantium, quàm non Mendicantium, atque consuetudinum immemorabilium, quæ inter alia provida Decreta, demandat retentionem Capsularum pro Missis celebrandis, per hæc verba §. 28.: *Debeant ulterius Regulares prædicti, omnes, & quascunque eleemosynas, tam manualium, tum perpetuarum, & temporalium Missarum reponere in Capsa particulari, sub duabus Clavibus, quarum una penes Superiorem Localem, altera verò penes alium à Capitulo Conventuali deputandum, retineatur, ac de eisdem eleemosynis, & celebratione Missarum coram Patribus Discretis, seu Consiliariis, vel alio simili modo nuncupatis, singulis Mensibus districtam rationem exigere, & respectivè reddere.*

Obstare ex alia parte videntur hujusmodi Capsæ retentioni bina Decreta, alterum editum in Generali Congregatione Cismontanæ Familiæ, habita in Conventu Aracœli Anno 1625. *relatum in Tom. 3. Orb. Seraph. pag. 613.* Alterum verò, per eadem verba conceptum, itidem in Generali Congregatione in eodem Conventu celebrata Anno 1628. coram cl. mem. Cardin. Gypsio, à san. me. Urbano VIII. specialiter delegato

geto, recensitum quoque *in tom. 4. ejusdem Orb. Seraph. pag. 12.* quod & pariter eorumdem verborum teatura relatum reperitur post Constitutionem *Injuncti nobis* prelaudati Pontificis 49. in ordine Bull. *tom. 4. sub dat. 14. Junii 1628.*, & publicatum die 15. ejusdem mensis, & Anni, ibi: Capsæ, vel Trunci ad recipiendas eleemosynas pecuniarias, etiam pro missis oblatas, non solum ab Ecclesia, sed etiam à Sacristia, & à quacumque parte, quæ sit intra Clausuram Conventus, omnino prohibentur, sub pœna inobedientiæ, & excommunicationis majoris; *oblatæ autem eleemosynæ pro Missis nullo modo intrà Clausuram Conventus, aut intra Ecclesiam, vel Sacristiam ab aliquo recipi permittantur, sed ad Sindicum Apostolicum offerens remittatur; Quod si id grave illi fuerit, & voluerit Tertiario, vel Servitori Conventus, tamquam Sindici substituto, illam tradere, ut ad Sindicum ipsum ejus nomine deferatur, id fieri poterit, ea tamen lege, ut intrà Clausuram Conventus, aut Ecclesiæ, nec Tertiarius, nec Servus illum recipiat, & Guardianus, qui contrarium permiserit, privetur officio suo.* Et ibidem infrà. *Præterea nullo modo habeant in eorum Ecclesiis, vel Sacristiis, aut alibi Cippos, aut Truncos ordinatos ad offerentium, seu donantium pecunias, nec Capsulas pro eleemosynis Missarum.*

Insuper obstare videntur typis traditæ Constitutiones editæ in Capitulo Generali celebrato in eodem Conventu Aracœlitano, die 29. Maii 1700. *Pro Cismontana Familia, §. ad propositionem num: 1. pag. 30.* ubi hæc habentur. *Ad propositionem factam in Discretorio Observantium, an supplicari deberet SS. ut dispensare dignetur cum Observantibus in præcepto de retinendo Capsulas in Sacristia pro recipiendis eleemosynis pro Missis, prout insinuari videtur in Decretis de Celebratione Missarum: Diffinitorium Generale, attenta dispositione Regulæ nostræ cap. 4., ac Apostolicarum declarationum illius, aliorumque Pontificum Constitutionum, præsertim Nicolai III.* Exiit *Clem. V.* Exivi, *& Pauli III.* Exponi Nobis, *die 30. Maii 1537.* *Innocentii XI.* Solicitudo Pastoralis, *Innocentii XII.* Alias à felicis, *nec non Decreti Sac. Congregationis Consultationibus hujus nostræ Familiæ præpositæ, approbante Sanctissimo, sub dat. die 4. Junii 1628. declarat ejusmodi Capsulas statui, ac Professioni Fratrum Minorum de Observantia esse repugnantes, & proindè Fratres nostros non comprehendi sub præcepto hujusmodi de retinendis prædictis Capsulis in Sacristiis, vel suis Conventibus, & si opus fuerit, supplicetur S S. pro confirmatione hujus declarationis per Officiales Familiæ.* Harum autem Constitutionum legalitatem impugnat modernus V. Commissarius Generalis Familiæ Cismontanæ, autumans eas fuisse efformatas proprio marte mox Defuncti P. Generalis Ordinis, citra consensum Generalis Capituli; sed earum loco, hoc aliud exhibuit documentum. In Regesto Curiæ Aracœlitanæ facto ab Anno 1700. usque ad Annum 1704. *fol. 22. nu. 9.* inter alia sic legitur. *Circa Capsulam pro conservatione eleemosynarum pro Missis celebrandis recipiendarum in Sacristiis omnium Regularium, etiam Mendicantium, cum amplissimis derogatoriis omnium in contrarium quomodolibet disponentium, a Sacra Congregatione Concilii novissimis Decretis de Celebratione Missarum observari mandatum, cum circumstantiis in ea materia dispositis, Discretorium Generale optat, ut supplicetur Sanctissimo pro dispensatione Observantium ab obligatione eas Capsulas retinendi: At Diffinitorium Generale rogat Reverendiss. P. Generalem, ut perpensis perpendendis, mandet id fieri, & respectivè supplicari, quod sibi melius in Domino, ac Ordini utilius videbitur expedire,* - *Chronol. Seraph.*

Ancipites valdè sunt Religiosi præfati Ordinis utram in partem se dent super hujusmodi Capsularum retentione, exindeque in varias abierunt interpretationes, cum præjudiciali difformitate regularis Instituti, utpote qui Innocentianam Constitutionem servandam contendunt, Capsulas ad usum revocarunt; cœteri verò, qui supra relatis Ordinis statutis connituntur, easdem abjecerunt. Propterea prænominatus V. Commissarius Generalis, ad restituendam in hac parte debitam Regulæ uniformitatem, reverenter expetit EE. VV. declarationem, an sui Religiosi observantes Regulæ D. Francisci comprehendantur sub primodicta Constitutione Innocentiana de Capsulis retinendis pro Missis celebrandis?

Eminentissimus Ordinis Protector Informare desuper requisitus, præallegatas dispositiones librando, non dubitat hosce Fratres Minores Observantes comprehendi sub d. Constitutione Innocentiana, eo, quod illa specificè de Regularibus Mendicantibus loquatur, atque præmemorata Religionis Statuta ex adverso recensita non obstare subdit, attenta speciali eorumdem derogatione in eadem Innocentiana contenta, quin, & alterius Eminentiss. Relator allegando Indultum fel. mem. Gregorii XIII. permittentis usum hujusmodi Capsularum in Sacristiis DD. Fratrum, pro asservandis eleemosynis in dies oblatis, quod refertur ab Auctore *Orb. Seraph. tom. 3. pag. 381. col. 2. & pag. 446. col. 1.* censet nullum se se deprehendere inconveniens in earum usu, quoties tamen retineantur cum cautela, in locis non publicis, ne in apparentia offendatur paupertas, sed asserventur Claves apud Sindicum Apostolicum, & Superiorem localem respectivè, ad formam Constitutionis Innocentianæ, uti fusius in ejusdem relatione per manus circumferenda. His itaque expensis emergit dubium sapientissimè ab EE. VV. resolvendum.

An, & quomodo Minores Observantes valeant retinere Capsulas pro Missis celebrandis in casu &c?

Die 7. Julii 1708. Sacra Congregatio Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum respondit negativè.

B. Card. Pancioticus Præf.

Locus ✠ Sigilli.

V. Petra Secr.

Testimonium de iis, quæ præcesserunt ad electionem Reverendissimi P.F. Antonii de Cardona, ob mortem Reverendissimi P. Fr. Hyacinthi Hernandez de la Torre, *Lectoris bis Jubilati, & Commissarii Generalis Familiæ Cismontanæ; Præsidente in ea Reverendissimo P. Fr. Joanne Alvin Lectore Jubilato, Qualificatore Sanctæ Inquisitionis Hispaniæ, & ex Ministro Generali totius Ordinis.*

MOrtuo Rev. P. F. Hyacintho Hernandez *de la Torre* die vigesima tertia Mensis Novembris Anno millesimo sexcentesimo nonagesimo quinto in hoc Conventu Matritensi S. P. N. Francisci, R. Adm. P. F. Franciscus Muñoz misit sigilla, & Regesta Ordinis ad Reverendissimum P. F. Joannem Alvin, Patrem digniorem hujus Familiæ, & Filium Provinciæ S. Michaelis, qui statim misit Epistolas citatorias, convocando ad electionem futuram Vice-Commissarii Generalis, assignando Conventum Civitatis Civitatensis, & diem secundum Februarii Anni millesi-

lesimi sexcentesimi nonagesimi sexti.

PP. convocati fuerunt sequentes; Reverendissimus P. F. Julianus Chumillas Lector Jubilatus, ex Commissarius Generalis familiæ, & actualiter Indiarum, RR. Adm. PP. Diffinitores Generales; Fr. Martinus Udalsecchea Lector Jubilatus, ex Minister Provincialis Cantabriæ, & Diffinitor Generalis; F. Joseph Fellin Lector Jub. ex Minister Provincialis Valentiæ, Diffinitor Generalis; F. Ludovicus de S. Joseph Prædicator Apostolicus, Ex-Custos Provinciæ S. Antonii Portugalliæ, Diffinitor Generalis; F. Joseph de S. Joanne Ex-Custos, Diffinitor Generalis; F. Franciscus de Aranda Lector Jubilatus Provincialis Provinciæ S. Michaelis Ordinis Tertii in Regno Granatensi, Diffinit. Gen. Simulque fuerunt convocati Provinciales, & Custodes sex Provinciarum proximarum Provinciæ S. Michaelis, cujus Reverendissimus P. Alvin est filius; Provinciæ prædictæ S. Michaelis Provincialis, & Custos; Provinciæ S. Jacobi Provincialis, & Custos; Provinciæ Angelorum Provincialis, & Custos; Provinciæ S. Gabrielis Provincialis, & Custos; Provinciæ Algarbiorum Provincialis, & Custos; Provinciæ S. Pauli Provincialis, & Custos.

Antequam procederetur ad electionem apparuit testimonium authenticum RR. Adm. PP. Joseph de S. Joanne Diffinitoris Generalis, in quo dicebat non posse venire ad electionem, ob infirmitatem, & idem fecit A. R. P. F. Ludovicus de Sancto Joseph Diffinitor Generalis, quapropter judicati fuerunt legitimè excusati.

Item diebus antecedentibus ad Electionem pervenerunt ad hunc Conventum S. P. N. Francisci alii PP. convocati, videlicet Reverendissimus P. F. Julianus Chumillas Ex-Commissarius generalis, & actualis Indiarum; R. P. F. Martinus Udallacchea Diffinitor generalis, R. P. F. Joseph de S. Joanne Diffinitor generalis. R. P. F. Franciscus de Aranda Diffinitor generalis Provinciæ S. Michaelis, R. P. F. Paulus Rodriguez Lector Jubilatus, & Provincialis, R. P. F. Franciscus de Vaudo Lector Theologiæ, & Custos, Provinciæ S. Jacobi, R. P. F. Bernardinus Gonzalez Lector Jubilatus, & Minister Provincialis, R. P. F. Joannes Muñoz Lector Jubilatus, & Custos Provinciæ Angelorum, R. P. F. Franciscus *del Pozzo*, Minister Provincialis, & P. F. Michael de Mora Lector Theologiæ, & Custos, Provinciæ S. Gabrielis, R. P. F. Antonius Baptista Lector Theologiæ, Minister Provincialis, & P. F. Franciscus de Cazerezes ex Provincialis, & Custos, Provinciæ Algarbiorum, R. P. F. Joseph de Trinitate Prædicator Apostolicus, Minister Provincialis, P. F. Joannes à S. Laurentio Lector Theologiæ, qui dicebatur Custos. Denique Provinciæ S. Pauli R. P. F. Joannes à Jesu Maria Lector Theologiæ, Minister Provincialis, & P. F. Joannes de S. Joseph Prædicator, & Custos.

Item, antequam procederetur ad Electionem, repertum est, quod P. Fr. Joannes de S. Laurentio Lector Theologiæ Provinciæ Algarbiorum habebat contra suam electionem in Custodem litigium, super nullitate illius, pendens in Tribunali Rev. P. Ministri Generalis F. Bonaventuræ Poerio. Et cum non convenirent legitimè Vocales, ut admitteretur ad suffragandum ille, de cujus electione dubitabatur, visis, & consideratis nullitatibus à sua Paternitate Reverendissima, & etiam cum ipsum audivisset in judicio, decrevit, & determinavit, non esse legitimum Vocalem. Intimatum fuit prædictum Decretum præfato P. F. Joanni à S. Laurentio, qui supplicavit, ut non præjudicaret ei in futurum ultra hanc electionem.

Item apparuerunt in dicto Conventu S. P. N. Francisci Civitatis Civitatensis P. F. Petrus de Abmendralejo Prædicator, ex Diffinitor, & P. F. Franciscus de Urbina Lector Theologiæ, Prædicator Regius, & ambo Filii Provinciæ S. Gabrielis, tanquam Procuratores Provinciæ Pietatis in Regno Portugalliæ; & cum comparuissent in Judicio, proposuerunt jus suffragandi pertinere ad dictam Provinciam Pietatis, non ad alias duas Provincias Angelorum, & Algarbiorum, & postquam præsentatæ, & visæ fuerunt variæ informationes, & petitiones, aliaque Instrumenta, Reverendissimus Alvin decrevit, & determinavit, quod non obstante, quod ipsi constaret certò prædictas Provincias Angelorum, & Algarbiorum proximiores esse Provinciæ S. Michaelis, quæ est Provincia suæ filiationis, quam Provincia Pietatis, ad majorem justificationem admisit prædictos Procuratores, præbendo libertatem, ut usque ad diem electionis præsentarent, & exhiberent quæ poterant favere suo juri.

Et relicto litigio contra Provinciam Angelorum, quia ipsi videbatur notoriè proximior Provinciæ S. Michaelis, quam Provincia Pietatis, suam oppositionem fecerunt contra Provinciam Algarbiorum; & præsentatis aliquibus testibus, ut examinarentur super distantia prædictæ Provinciæ, etiamque præsentatis, vel exhibitis aliquibus Instrumentis, cum alia non haberent, conclusus fuit processus. Sua Paternitas Reverendissima cum attentè considerasset omnia allegata, decrevit, Provinciam Algarbiorum esse notoriè proximiorem Provinciæ S. Michaelis, quam Provincia Pietatis, quia Provincia Algarbiorum habet Conventum Monialium in Civitate de Icluea, & hic est vicinior Conventui de Badagoz, qui est Provinciæ S. Michaelis, & Provincia Pietatis habet Conventum Religiosorum in eadem Civitate de Icluea extra muros, & cadit ad partem Occidentalem, non ad partem Orientalem versus Civitatem de Badagoz, ut est Conventus Monialium Provinciæ Algarbiorum, & sic physicè proximior est Provincia Algarbiorum Provinciæ S. Michaelis, quam Provincia Pietatis. Hoc decretum fuit intimatum, & omnes acceptaverunt, & prædicti Procuratores petierunt transumptum litterarum Eminentissimi Cardinalis Caccia Archiepiscopi Mediolanensis, ac in his Regnis Hispaniarum Apostolici Nuncii (nam Reverendissimus Alvin habuit Breve speciale prædicti Eminentissimi Nuncii concedentis authoritatem ad ea omnia, quæ possent occurrere tempore electionis) & sua Paternitas Reverendissima illud pro ... isit transacta electione.

Item die trigesima prima Mensis Januarii prædicti Anni apparuit in Conventu S. P. N. Francisci Civitatis Civitatensis Rev. P. F. Emanuel de Monforte Prædicator, & Vicarius Provincialis Provinciæ Pietatis cum suo Custode, & antequam loqueretur cum Reverendissimo P. F. Joanne Alvin, præsentavit cessionem, in qua pro hac vice separabatur ab actione suffragandi. Lecta hac cessione Reverendissimus P. Alvin laudavit zelum R. P. Vicarii Provincialis, & admisit cessionem pro hac vice; at ne præjudicaret ipsi in futurum. His rebus conclusis die secundo Februarii supradicti Anni, hora matutina, & præmissa Missa solemni Spiritus Sancti, fuerunt congregati omnes supradicti Electores in Bibliotheca dicti Conventus, & processerunt ad electionem, in qua concurrerunt sexdecim suffragia, & facta est in Persona Reverendissimi P. F. Antonii de Cardona Lectoris Theologiæ, & ex Ministri Provincialis Provinciæ Conceptionis.

Electores fuerunt sequentes, Reverendissimus P. F. Joan-

Digitized by Google

Joannes Alvin Ex-Minister Generalis, & Præses. R. P. F. Julianus Chumillas Commissarius Generalis Indiarum. R. P. F. Martinus Udalacchea Diffinitor Generalis. R. P. F. Joseph de S. Joanne Diffinitor Generalis. R. P. F. Franciscus de Aranda Diffinitor Generalis. Provinciæ S. Michaelis, R. P. F. Paulus Rodriguez Provincialis, & P. F. Franciscus de Orando Custos. Provinciæ S. Jacobi, R. P. F. Bernardinus Gonzalez Provincialis, & P. F. Joannes Muñoz Custos. Provinciæ Angelorum, R. P. F. Franciscus *del Pozzo* Provincialis, & P. F. Michael de Mora Custos. Provinciæ S. Gabrielis, Reverend. Pater F. Antonius Baptista Provincialis, & Pater Fr. Franciscus de Cazerezes Custos. Provinciæ Algarbiorum, R. P. F. Joseph à Trinitate Minister Provincialis. Provinciæ Sancti Pauli, R. P. F. Joannes à Jesu Maria Provincialis, & P. F. Joannes à S. Joseph Custos. Electio est tenoris sequentis.

In Nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.

Hæc est electio Reverendissimi Patris Vice-Commissarii Generalis hujus Familiæ Cismontanæ Fratrum Minorum Seraphici Patris Nostri Francisci canonicè celebrata per Patres Vocales capitulariter, ac legitimè congregatos in præsenti Conventu ejusdem S. Patris Nostri Francisci Civitatis Civitatensis, die secunda Februarii Anni Millesimi sexcentesimi nonagesimi sexti, sub Præsidentia Reverendissimi Patris Nostri Fratris Joannis Alvin ex Ministri Generalis totius Ordinis, in qua quidem electione intervenerunt sexdecim Vocales, qui sequentia dederunt suffragia. Rev. P. F. Antonius de Ledesma habuit unum suffragium. R. P. F. Antonius de Cardona habuit quindecim suffragia.

Et ego F. Paulus Rodriguez ejusdem Ordinis Professor, & Provinciæ S. Michaelis Minister Provincialis, unus ex Disquisitoribus, & Compromissariis, virtute compromissi in me, & in Socios meos limitati, nomine omnium, qui in dictam Electionem convenerunt, & consenserunt, præfatum Reverendissimum Patrem Nostrum F. Antonium de Cardona Lectorem Sacræ Theologiæ, & Ex-Provincialem Provinciæ Conceptionis, in quem major pars Votorum consensit, Vice-Commissarium Generalem hujus Familiæ Cismontanæ canonicè electum nomino, & sic electum denuncio. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.

F. Joannes Alvin Præses electionis.

F. Joannes à Jesu Maria Minister Provincialis Provinciæ S. Pauli, & Disquisitor.

F. Joannes Muñoz Custos Provinciæ S. Jacobi, & Disquisitor.

Ita est Fr. Paulus Rodriguez Minister Provincialis S. Michaelis Disquisitor, & Secretarius.

Breve quo declaratur Commissarius Generalis P. Antonius Cardona, & confirmatur usque ad proximè futurum Capitulum Generale.

Dilecto Filio Antonio Cardona Ordinis Fratrum Min. S. Francisci de Observ. nuncupatorum Professori.

INNOCENTIUS XII.

Dilecte Fili Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Religionis zelus, vitæ, ac morum honestas, aliaque laudabilia probitatis, & virtutum merita, super quibus apud Nos fide digno commendaris testimonio, Nos inducunt, ut Tibi reddamur ad gratiam liberales. Cum itaque, sicut dilectus Filius Bonaventura Poerius Minister Generalis Ordinis Fratrum Min. S. Francisci de Obser. nuncupatorum Nobis nuper exponi fecit, Tu aliàs, videlicet Mense Februario proximè præterito, in locum novissimi Commissarii Generalis dicti Ordinis paulò anteà defuncti, ad gerendas ejus vices usque ad complementum temporis, ad quod ille in officio Commissarii Gen. hujusmodi durare debuisset, nempè usque ad Vigiliam Pentecostes Anni proximè venturi Millesimi sexcentesimi nonagesimi septimi, canonicè electus fueris, dictumque officium hactenus summa fide, prudentia, diligentia, & integritate exercueris, & exerceas de præsenti; ipse Bonaventura Minister Gen. è re dicti Ordinis futurum existimat, si præfatum Commiss. Gen. Officium diutiùs geras: Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut sibi in præmissis opportunè providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur ipsius Bonaventuræ Ministri Gen. votis, hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere cupientes, Tuique, & dicti Bonaventuræ Ministri Gen. singulares Personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, Censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, Tibi præfatum Commissarii Gen. Officium usque ad proximè futurum ejusdem Ordinis Capitulum Generale cum omnibus, & singulis præeminentiis, prærogativis, facultatibus, auctoritate, privilegiis, gratiis, & indultis, ac honoribus, & oneribus solitis, & consuetis, itaut in eodem Commissarii Gen. Officio usque ad proximè venturum Capitulum Generale hujusmodi continuare, illudque gerere, & exercere liberè, licitè, & validè possis, & valeas in omnibus, & per omnia, perindè, ac si in Comissarium Gen. dicti Ordinis usque ad idem Capitulum Generale proximè futurum, ab illis, ad quos ea res, juxta Apostolicas, & Ordinis hujusmodi Constitutiones, spectat, seu spectabit in futurum, electus reperireris, auctoritate Apostolica, tenore præsentium prorogamus, extendimus, & ampliamus. Mandantes propterea in virtute S. Obedientiæ omnibus, & singulis memorati Ordinis Superioribus, Fratribus, & personis, cæterisque, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, ut Te in prædicto Commissarii Gen. Officio, ejusque libero exercitio, juxta tenorem præsentium, continuare sinant, & permittant, Tibique in omnibus officium hujusmodi concernentibus respectivè pareant,

reant, & obediant, faveantque, & assistant. Ac decernentes ipsas præsentes literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac Tibi in omnibus, & per omnia plenissimè suffragari; sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his, à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cœterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 28. Julii 1696. Pontificatus nostri anno sexto.

J. F. Card. Albanus.

Hac de causa intermissa fuit Congregatio Generalis, quæ juxta Bullam *Unionis* habenda erat 25. Maii in Vigilia Pentecostes anni 1697.

Literæ Pontificiæ pro executione Decreti S. R. C. in Causa inter PP. Dominicanos, & PP. Observantes Civitatis Quitensis.

INNOCENTIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI.

Venerabili Fr. Episcopo Quitensi, sive dilecto Filio ejus Officiali, salutem, & Apostolicam Benedictionem.

SUa Nobis dilectus filius *Fr. Nicolaus de Leon Lector Jubilatus, S. Inquisitionis Qualificator, Custos, & P. Provinciæ Duodecim Apostolorum de Lima, Secretarius Generalis Ordinis, & in hac Curia Causæ Canonizationis B. Francisci Solani, & Provinciarum Quiten., & Liman. Fratrum Minorum Sancti Francisci Procurator* petitione monstravit: quod in causa inter dilectos filios *PP. Dominicanos ex una, & PP. Minores de Observantia Familiæ Ultramontanæ, & Civitatis Quiten. partibus ex altera*, cum S. Rituum Congregatio, sub die decima Mensis Februarii de anno Domini 1685. decrevisset, & declarasset: *Competere PP. Dominicanis ut peragendi Processionem Sanctissimi Corporis Christi Dominica infra octavam illius, privativè ad PP. Minores de Observantia, & signanter in Civitate Quiten. Ita tamen, ut liceret eisdem Patribus Minoribus eadem die Dominica infra octavam facere Processionem intra Claustra eorum*. Pro parte eorumdem PP. Dominicanorum Provinciæ Quiten. habitus est recursus ad Sanctæ memoriæ Innocentium Papam XI. Prædecessorem nostrum, ad obtinendam specificam confirmationem præmemorati Decreti, quam eis idem Innocentius Prædecessor benignè impertitus est per literas in forma Brevis, *Emanavit* incipientes, sub die vigesima sexta Martii, ejusdem anni 1685. expeditas. Verum Causa hujusmodi, cum juribus ex tunc ad Urbem pro Patribus Franciscanis allatis, iterum coram eadem Sacra Congregatione ad plenum discussa, ipsamet Congregatio decretum edidit, quo præscripsit quid tandem observandum sit ab utraque parte, circa prædictam Processionem, tenoris sequentis, videlicet: *In Causa Quiten.* inter Patres Ordinis Minorum Familiæ Ultramontanæ Conventus Civitatis Quiten. ex una, & Patres Dominicanos ejusdem Civitatis Quiten. ex altera partibus, a dilecto Filio nostro *Cardinale Pamphilio* reproposita, dumtaxat super dubio Processionis Sanctissimi Corporis Christi, eadem Sacra Congregatio, auditis utrisque partibus, tam in voce, quam in scriptis informantibus, censuit: *Recedendum a decisis, & in casu, de quo agitur, licere Patribus Franciscanis facere Processionem die Dominica infra octavam Sanctissimi Corporis Christi: sed Patribus Ordinis Prædicatorum de mane, Patribus vero Minoribus de sero*, & ita decrevit, & servari mandavit, die vigesima quarta Martii 1696. Attamen non acquiescentibus prædictis Patribus Ordinis Minorum Familiæ Ultramontanæ Conventus Quiten. hujusmodi Decreto in ea tantum parte, in qua hora peragendi Processionem ipsis præscribitur, reproposito ab eodem Cardinale Pamphilio in Sacra Rituum Congregatione hujusmodi dubio, eadem Congregatio, Patribus Dominicanis, licet citatis, non informantibus. *In decisis super negotio principali, & licere Patribus Franciscanis facere Processionem etiam de mane, distinctis tamen horis ab Episcopo, rescribendum censuit, & ita servari mandavit*, die septima Aprilis 1696. Sed ab hujusmodi Decreto reclamantibus Patribus Dominicanis, proposita iterum Causa per præfatum Cardinalem Pamphilium, utraque parte informante, & juribus hinc inde discussis; Sacra Congregatio prædicta rescribendum censuit: *In decisis super negotio principali, & licere Patribus Franciscanis facere Processionem extra Claustra, per loca solita, etiam de mane, distinctis tamen horis ab Episcopo, & data electione horæ Patribus Dominicanis, a qua semel electa non liceat amplius recedere: & ita decrevit, & servari mandavit*, die prima Septembris 1696. Verum quia, sicut eadem petitio subjungebat, dicti Patres Franciscani dubitant, ne executio, & observatio Decreti hujusmodi a dictis Patribus Dominicanis forsan impugnari possit, & in simili eventu idem Decretum suo frustretur effectu: Ideo prædictus Frater Nicolaus ad Nos recurrit humiliter supplicando, quatenus tibi, ut ad executionem dicti Decreti, juxta illius tenorem, & formam procedas, Apostolica auctoritate committere, aliisque sibi in præmissis opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur statum, & merita causæ hujusmodi præsentibus pro expressis habentes, ipsumque Fratrem Nicolaum a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium tantùm consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, *Fraternitati tuæ, Frater Episcope, sive discretioni tuæ, Fili Officialis* per Apostolica scripta mandamus, quatenus Tu, vocatis, qui fuerint evocandi, ad executionem memorati Decreti, juxta illius formam, & tenorem, auctoritate nostra, prout de jure, procedas, procedique mandes, & facias. Nos enim Tibi dictos Patres Dominicanos adversarios, omnesque alios, quos opus erit, etiam per Edictum publicum, constito de non tuto accessu, citandi, illisque, & quibusvis videbitur, sub sententiis, censuris, & pœnis inhibendi, contradictores in illas, servata forma Concilii Tridentini, incidisse, declarandi, aggravandi, reaggravandi, & interdicen-

Digitized by Google

dicendi, auxiliumque brachii sæcularis, si ad hoc opus fuerit, invocandi, necnon dictos Adversarios ad observationem prædicti Decreti omnibus juris, & facti remediis compellendi, aliaque in præmissis quomodolibet necessaria, & opportuna faciendi, exercendi, & exequendi plenam, & liberam, dicta Apostolica auctoritate, earumdem tenore præsentium concedimus facultatem, non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, anno Incarnationis Dominicæ 1696. 5. Kal. Martii, Pontificatus nostri anno sexto.

H. Costa.

Loco ✠ Plumbi.

B. Cardinalis Prodatarius.

Idipsum quoque expresse resolutum fuit novissime *a Sac. Congreg. Episcopor. & Regular. in Tricaricensi Processionis, die 18. Aprilis 1714. 4. Martii 1717., & in Potentina Processionis 13. Maii 1718.*

[1] *Declaratur in Constitutione Innocentii XI. circa privilegia, & Indulgentias Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia, comprehendi eorumdem loca Viæ Crucis, seu Calvarii.*

INNOCENTIVS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

ALias a fel. rec. Innocentio Papa XI. Prædecessore nostro, ad preces dilecti Filii Francisci Diaz a Sancto Bonaventura tunc Commissarii Generalis Curiæ pro familia Ultramontana Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum, super confirmatione quarumdam Literarum Apostolicarum eidem Ordini, ejusque Ecclesiis, Confraternitatibus, Domibus, locis, ac omnibus, & singulis utriusque sexus personis obedientiæ, seu directioni Ministri Generalis Ordinis hujusmodi subjectis, circa privilegiorum, Indulgentiarum, & gratiarum concessionem, & communicationem, respective concessarum, emanarunt literæ in simili forma Brevis, tenoris, qui sequitur, videlicet:

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. EXponi Nobis nuper fecit dilectus Filius Franciscus Diaz a S. Bonaventura, Charissimi in Christo Filii nostri Caroli Hispaniarum Regis Catholici Concionator, & Theologus, ac in Romana Curia pro Ultramontana Familia Ministro Generali Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum subjecta Commissarius Generalis, quod privilegia, gratiæ, concessiones, favores, & Indulgentiæ, etiam plenariæ, ac pœnitentiarum relaxationes, cæteraque Indulta Ordinibus, Congregationibus, Confraternitatibus, Domibus, Ecclesiis, Locis, Benefactoribus, ac omnibus, & singulis utriusque sexus personis obedientiæ, seu directioni prædicti Ministri Generalis Fratrum Minorum subjectis olim ab Apostolica Sede concessa, seu communicata, per plurium Romanorum Pontificum prædecessorum Nostrorum Constitutiones, & præcipuè per literas fel. rec. Clementis VIII. incipientes -- *Ratio Pastoralis &c.* anno 1597. expeditas ac Pauli V., quæ incipiunt -- *Injuncti Nobis &c.* anno 1609. concessas, & Urbani VIII. Romanorum Pontificum prædecessorum pariter nostrorum incipientes -- *In plenitudinem &c.* Tertio Idus Maii 1625. datas, confirmata, & sub aliquibus modificationibus innovata fuerunt: unde præfatæ utriusque sexus Personæ obedientiæ, seu directioni dicti Ministri Generalis subjectæ, quibus memorata communicatio Privilegiorum, Indulgentiarum, & concessionum, tam inter se, quam cum aliis Ordinibus, Congregationibus, & Societatibus, etiam Jesu, ac Confraternitatibus concessa fuit, juxta clausulas, & præscriptum dictarum Literarum Apostolicarum, & cum restrictionibus in illis appositis, & non aliter, eis usæ fuerunt. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, ut præmissa firmius subsistant, & conserventur, præfatus Franciscus Commissarius Generalis Curiæ prædictas Clementis, ac Pauli, & Urbani Prædecessorum Literas, cum clausulis in eisdem contentis, a Nobis innovari, & omnes aliorum Romanorum Pontificum Successorum concessiones ad favorem dictorum Ordinum, Congregationum, Confraternitatum, Locorum, Benefactorum, & aliarum utriusque sexus Personarum prædictæ obedientiæ, seu directioni subjectarum expeditas, Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri plurimum desideret. Nos ipsius Francisci Commissarii Generalis Curiæ votis hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum consilio, & attenta relatione, quam Vener. etiam Frater Noster Alderanus Episcopus Portuensis, ejusdem S. R. E. Cardinalis Cybo nuncupatus, dicti Ordinis apud Nos, & Sedem Apostolicam Protector, eisdem Cardinalibus super præmissis fecit, prædictas Clementis incipien. *Ratio Pastoralis &c.* ac Pauli, quarum initium -- *Injuncti Nobis &c.* & Urbani prædecessorum, quæ incipiunt -- *In plenitudinem, &c.* aliorumque Romanorum Pontificum Successorum Literas super præmissis respective emanatas, dummodo tamen sint in usu, nec sint revocatæ, aut sub aliqua revocatione comprehensæ, Sacrisque Canonibus, & Concilii Tridentini, ac posterioribus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, Regularibusque Ordinis prædicti Institutis non adversentur, auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus; salva tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis memoratorum Cardinalium. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. In contrarium facientibus non obstan-

obstantibus quibuscumque. Volumus autem, ut earumdem præsentium Literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique locorum tam in judicio, quam extra illud habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 5. Septembris 1686. Pontificatus nostri anno decimo.

I. G. Cardinal. Slusius.

§. 2. Postmodum vero pro parte ejusdem Francisci Nobis exposito, quod a nonnullis prætendebatur in præfata communicatione privilegiorum, Indulgentiarum, & gratiarum, memoratis personis prædictæ obedientiæ, seu directioni subjectis, sicut præmittitur, concessa, minime comprehendi loca, & Ecclesias Terræ Sanctæ, aliarumque partium Orientis existentium extra Jerusalem; ideoque pro ejus parte Nobis supplicato, ut loca, & Ecclesiæ hujusmodi ab eadem communicatione minime excludi declararemus: Nos supplicem Libellum Nobis super præmissis porrectum ad Congregationem Venerabilium pariter Fratrum nostrorum ejusdem S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum remisimus pro voto; ipsa vero Cardinalium Congregatio per suum Decretum die 16. Julii 1695. emanatum, præinsertis Innocentii prædecessoris Literis perpensis, censuit, si ita Nobis placuisset, prædicta loca, & Ecclesias Terræ Sanctæ, aliarumque Orientis extra Jerusalem, esse comprehensa, seu comprehensas in dictis privilegiis, Indultis, & Indulgentiis, servatis tamen in omnibus, & per omnia forma, & tenore earumdem Literarum, factaque Nobis subinde per tunc existentem Secretarium memoratæ Congregationis de præmissis relatione, Nos ipsius Congregationis sententiam approbavimus, prout in dicto Decreto plenius dicitur contineri.

§. 3. Cum autem, sicut dictus Franciscus Nobis denuo nuper exponi fecit, post Decretum supradictum adhuc nonnulli dubitent, an pia loca Viæ Crucis, seu Calvarii nuncupata, a supradictis Personis, ad instar Stationum Montis Calvarii, vigore diversorum privilegiorum eis ab hac S. Sede (ut asseritur) concessorum, erecta, in communicatione præfata comprehendantur. Nobis propterea idem Franciscus humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur ipsum Franciscum amplioris favore gratiæ prosequi volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de secundo dictorum Cardinalium consilio, & attenta relatione, quam dilectus modernus Commissarius Generalis Curiæ dicti Ordinis eisdem Cardinalibus, super præmissis fecit, etiam præfata loca pia Viæ Crucis, seu Calvarii in supradictis Innocentii prædecessoris Literis comprehendi, ac proinde frui, & gaudere posse Indulgentiis, & privilegiis in Literis hujusmodi concessis, & expressis, earum tamen tenore servato, auctoritate Apostolica tenore præsentium decernimus, & declaramus; salva tamen semper in præmissis auctoritate secundo dictæ Congregationis Cardinalium.

§. 4. Decernentes pariter easdem præsentes Literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

§. 5. Volumus autem, ut earumdem præsentium Literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique locorum, tam in judicio, quam extra illud habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die v. Decembris 1696. Pontificatus nostri anno sexto.

Literæ ejusdem Pontificis ad Archiepiscopum Valentinum etiam Inquisitorem Generalem, & Nuntium Hispaniarum circa memoratæ constitutionis executionem.

INNOCENTIUS EPISCOPUS, &c.

Salutem &c.

SUs Nobis dilectus Filius F. Franciscus Diaz a Sancto Bonaventura, Sacrarum Congregationum Indicis, Rituum, & super disciplina, seu Reformatione Regularium Consultor, ac Missionariorum diversarum Provinciarum Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci Familiæ Ultramontanæ Procurator, petione monstravit, quod alias ad ipsius instantiam a fel. record. Innocentio Papa XI. Prædecessore nostro Literæ in forma Brevis, sub die 5. Septembris de Anno Domini 1686. emanarunt, in quibus confirmata reperitur communicatio privilegiorum, & Indulgentiarum, etiam plenariarum, usque tunc non revocatarum, inter Ecclesias, Loca, Confraternitates, Congregationes, Ordines, & Personas utriusque sexus, Obedientiæ, vel directioni Ministri Generalis Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci subjectas, a pluribus Romanis Pontificibus, ipsius Innocentii, & nostris etiam Prædecessoribus, eisdem per diversa Privilegia concessa, a qua communicatione, prout iteratis vicibus a Sede Apostolica extitit declaratum, resultare dignoscitur, quod, quando decoratum reperitur Altare unius loci, vel una Ecclesia, aut una Confraternitas, seu quævis Congregatio, Ordove, aliquarum e dictis personis aliqua Indulgentia, sive plenaria, sive non, applicabili pro animabus purgatorii, ad favorem earumdem tantum Personarum, vel omnium simul Christifidelium concessa, minime tamen revocata, qui in eo Loco, Altari, vel Ecclesia Confraternitatum, in diebus in concessione expressis, perfecerint quod per eamdem concessionem fuerit præscriptum, in omni Loco, Altari, vel Ecclesia Confraternitatum, Congregationum, Ordinum, & Personarum præfatorum, eadem Indulgentia ab omnibus respective acquiratur, qui iisdem diebus easdem ibi emiserint diligentias in concessione taxatas. Verum, sicut eadem petitio subjungebat, prætendentibus nonnullis scrupulosis, quod in præfata communicatione generali comprehensa non veniant Loca, & Ecclesiæ Terræ Sanctæ, aliarumque par-

partium Orientis existentium extra Jerusalem, ad tollenda de medio quæcumque dubia, fuit nobis pro parte præfati Ordinis humiliter supplicatum, quatenus non essent exclusa præmemorata loca, & Ecclesiæ Terræ Sanctæ, & multo minus aliarum partium Orientis, a communicatione mutua, & reciproca, quæ includitur in ea generalitate amplissima, sub qua loquuntur privilegia, & Constitutiones Pontificiæ præfatæ, ad hoc, ut Indulgentiæ sæpè dictæ eisdem concessæ, & usque modo non revocatæ, obtineri valeant sine ullo dubio in aliis Ecclesiis, Altaribus, & locis piis, ac devotis spectantibus ad personas præmemoratæ obedientiæ, vel directioni subjectas, stante quod Sanctæ Sedis mens fuit semper hæc omnis loca reddere æqualiter condecorata, & à fidelibus venerata, ob meritum æquale, uniforme, vel æquivalens, quod jam dictæ Personæ in Dei, & Sanctæ Ecclesiæ servitio peragunt de continuo, declarare de benignitate Apostolica dignaremur. Nos vero præfatam declarationem commisimus Congregationi dilectorum Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, quæ sub die 16. Mensis Julii currentis anni, perpensis prædictis literis dicti Innocentii XI. Prædecessoris nostri, declaravit prædicta Loca, & Ecclesias Terræ Sanctæ, aliarumque partium Orientis extra Jerusalem esse comprehensa, sive comprehensas in dictis privilegiis, Indultis, & Indulgentiis, & deinde sub die 27. ejusdem mensis sententiam prædictæ Congregationis approbavimus, ut in Decreto dictæ Congregationis desuper edito latius continetur. Sed quia adhuc post prædictum Decretum dubitabant nonnulli, an mens dictæ Congregationis fuerit stabilire, quod pia loca Viæ Crucis, seu Calvarii ad recolendam, seu meditandam Christi passionem a præmemoratis Personis, seu Ordinibus, ad instar stationum Calvarii Montis, juxta diversa etiam privilegia Sanctæ Sedis, erecta, comprehensa sint in præfata mutua communicatione, eadem Congregatio sub die 22. mensis Novembris mox elapsi declaravit, etiam præfata pia loca comprehendi in sæpe dictis Literis Innocentii XI. Prædecessoris nostri, ac proinde frui, & gaudere posse Indulgentiis, & Privilegiis in eisdem literis contentis, & expressis, ac nos sententiam præmemoratæ Congregationis, sub die 25. ejusdem mensis Novembris, pariter benigne approbavimus, sicuti in Decreto præfatæ Congregationis desuper similiter emanato plenius continetur. Cum autem, sicut dicta petitio etiam subjungebat, Idem Exponens pro majori tam præfatorum Missionariorum, quam cæterarum personarum præmemoratarum quiete, cupiat, ut literæ præfatæ, ac declarationes, & Decreta a memorata Congregatione, cum nostra approbatione desuper emanata, suum ubique sortiantur effectum, non obstante forsan sinistra interpretatione, seu contradictione nonnullorum Religiosorum aliorum Ordinum mendicantium in illis partibus commorantium adversariorum, quod facere nequit absque speciali nostro rescripto, ideo ne Literæ, & declarationes, ac Decreta hujusmodi suo debito careant effectu, nobis humiliter supplicari fecit Exponens prædictus, ut ei in præmissis opportune providere de simili benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur statum, merita Causæ, & causarum hujusmodi præsentibus pro expressis habentes, ipsumque Exponentem a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque censuris, & pœnis Ecclesiasticis a jure, vel ab homine, quavis occasione latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium tantum consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus inclinati, Discretioni vestræ, attento, sicut dictus Exponens asserit, quod agitur inter exemptos, per Apostolica scripta mandamus, quatenus vos, vel duo, aut unus vestrum, vocatis dictis adversariis, & aliis, qui fuerint evocandi, ad executionem memoratarum Literarum, ac declarationum, nec non Decretorum hujusmodi, juxta illorum formam, & tenorem, prout de jure, & dummodo judicium super præmissis alibi ceptum non sit auctoritate nostra, procedatis, procedique mandetis, & faciatis. Nos enim vobis, & cuilibet vestrum, etiam per Edictum publicum, constito de non tuto accessu, quos, quibus, quoties, ubi, quando opus fuerit, citandi illis, & quibus videbitur, sub sententiis, censuris, & pœnis inhibendi, contradictores in illas incidisse, servata forma Concilii Tridentini, declarandi, aggravandi, reaggravandi, & interdicendi, auxiliumque brachii sæcularis ad hoc, si opus fuerit, invocandi, nec non alia in præmissis necessaria, & opportuna faciendi, exercendi, exequendi, plenam, & liberam, Apostolica auctoritate, tenore præsentium concedimus facultatem. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ 1696. decimo septimo Kal. Januarii Pontificatus nostri anno sexto.

Confirmatur Decretum Congregationis Regul., quo declaratur in Constitutione Alex. VII. de Privilegiis Provinciarum Reformatorum Strictior. Observ. in Hispania, & Indiis Occidental. comprehendi Provinciam Arabidæ in Lusitania.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

NUper pro parte dilecti Filii Antonii a Præsentatione Ministri Provincialis Provinciæ Arabidæ in Lusitania Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci Strictioris observantiæ Reformatorum, seu Discalceatorum nuncupatorum, Congregationi Ven: Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositæ exposito, quod cum alias tunc existentes Fratres Provinciarum in Hispania, & Indiis consistentium dicti Ordinis fel. rec. Alex. Papæ VII. Prædecessori nostro exponi fecissent, quod dudum rec. mem. Gregorius XIII. Prædecessor pariter noster diversa privilegia Fratribus Reformatis Provinciarum S. Josephi, & S. Joannis Baptistæ in Hispania consisten. Strictioris Observantiæ hujusmodi concesserat, quæ præsertim respectu Fratrum de Observantia a simil. memor. Clemente VIII., & Urbano VIII. Romanis Pontificibus, etiam prædecessoribus nostris, confirmata fuerant; Provinciæ vero Fratrum Reformatorum strictioris Observantiæ hujusmodi ad numerum duodenarium, cum divini cultus augmento, crevisse, tunc reperiebatur, ac propterea dicti Exponentes privilegia prædicta omnibus Provinciis Reformatis supradictis suffragari debere ab ipso Alexandro Prædecessore declarari summopere desiderabant; Idem Alexander Prædecessor illorum supplicationibus sibi super hoc humiliter porrectis inclinatus, privilegia memoratis Provinciis sancti Josephi, & S. Jo: Baptistæ, ut præfertur, concessa, & confirmata, reliquas omnes Provincias Fratrum Refor-

Reformatorum, seu Discalceatorum Strictioris Observ. hujusmodi in Hispania, & Indiis consistentes comprehendere, eisque in omnibus, & per omnia suffragari debere declaraverat, & alias, prout in ipsius Alexandri Prædecessoris literis desuper in simili forma Brevis, die 5. Novembris 1665. expeditis, uberius dicebatur contineri. Et in eadem expositione subjuncto, quod licet in dictis Alexandri Prædecessoris literis solum facta fuerit mentio Provinciarum in Hispania, & Indiis consistentium, sub nomine tamen Provinciarum Hispaniæ, etiam Provinciæ Lusitaniæ comprehendebantur, easque, sub nomine hujusmodi comprehensas intelligi ex binis piæ mem. Gregorii PP. XV. Prædecessoris pariter nostri, in eadem forma Brevis, emanatis literis, in quibus dicta Arabidæ, & aliæ, quæ in Lusitania existunt Provinciæ dicti Ordinis, inter alias Hispaniarum Provincias ejusdem Ordinis recensentur, apparebat, imo ad ipsum ex prædictis Alexandri Prædecessoris literis colligi videbatur, ea ratione, quod nisi Arabidæ, & aliæ Lusitaniæ Provinciæ prædictæ sub nomine Provinciarum Hispaniæ, & Indiarum hujusmodi, ad quarum favorem dictæ literæ emanaverant, comprehenderentur, dictus duodenarius Provinciarum Reformatorum numerus minime subsisteret, cum tunc temporis duodecim Provinciæ hujusmodi in Hispania, & Indiis prædictis non reperirentur, prout ex authenticis Instrumentis eidem Congregationi Cardinalium exhibitis constare dicebatur. Insuper fundatio dictæ Provinciæ Arabidæ tempore Sancti Petri de Alcantara initium habuisse, & anno 1561. uno videlicet, & amplius sæculo priusquam dictæ Alexandri Prædecessoris literæ emanarent, absoluta fuisse reperiebatur, ipsaque Provincia in ordine antiquitatis, & collocationis Provinciarum per Constitutiones Generales dicti Ordinis, & in quadam earum compilatione relato, tertia numerabatur, atque adeo dubium non erat, quin eadem Arabidæ Provincia una esset ex illis decem, ad quas dicta Privilegia, sicut præmittitur, extensa fuerant; Unde Superiores Generales dicti Ordinis pro tempore existentes ipsam Arabidæ, & reliquas Provincias hujusmodi in eorumdem privilegiorum fruitione, uti sub illorum extensione comprehensas, inconcusse semper conservaverant; Ideoque pro parte ejusdem Antonii Ministri Provincialis præfatæ Congregationi Cardinalium supplicato, ut dictam Provinciam Arabidæ sub præfata privilegiorum extensione comprehensam esse, ipsisque privilegiis gaudere debere, declarare dignaretur. Emanavit a prædicta Cardinalium Congregatione Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet: Sacra Congregatio Eminentissimorum, & Reverendissimorum S. Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, audito Patre Ministro Generali prædicti Ordinis, & attentis narratis, censuit, ac declaravit, præfatam Provinciam Excalceatorum Arabidæ esse comprehensam in enunciato Brevi extensivo S. M. Alexandri VII. Romæ 14. Martii 1697. G. Card. Carpinens. M. Archiepiscopus Athenarum.

§. 1. Cum autem, sicut dictus Antonius Minister Provincialis Nobis nuper exponi fecit, ipse Decretum hujusmodi, quo firmius subsistat, & servetur exactius, Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri summopere desideret: Nos specialem ipsi Antonio gratiam facere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præinsertum auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, salva tamen semper in præmissis auctoritate memoratæ Congregationis Cardinalium.

§. 2. Decernentes easdem præsentes Literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissimè suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nec non, quatenus opus sit, Provinciarum, & Ordinis prædictorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub annulo Piscatoris, die 4. Maii 1697. Pontificatus nostri anno sexto.

Confirmantur duo Decreta Ministri Generalis circa Hospitium in Cœnobio de Ara-Cœli de Urbe pro FF. Provinciarum Indiarum Occident. Ord. Minorum S. Francisci de Observantia.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

EXponi Nobis nuper fecit dilectus Filius Nicolaus de Leon F. expressè professus Provinciæ Sanctorum duodecim Apostolorum in Regno Peruviæ Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum, quod cum alias ipse, (qui, ut asserit, Lector Jubilatus, ac Officii Inquisitionis dicti Regni Qualificator, necnon causæ Canonizationis B. Francisci Solani, dum vixit, ejusdem Ordinis professoris, in Romana Curia Procurator, & Secretarius Generalis dicti Ordinis existit) ex eleemosynis Provinciarum Indiarum Occidentalium ipsius Ordinis Hospitium quoddam in Conventu S. Mariæ de Ara-Cœli nuncupat. de Urbe Ordinis hujusmodi pro Religiosis dictarum Provinciarum, privative ad alios, construere intenderet, eaque de causa Ven. Fratri Bonaventuræ Poerio Archiepiscopo Salernitan., qui tunc Ministri Generalis ejusdem Ordinis munere fungebatur, supplicem Libellum super præmissis porrexisset tenoris, qui sequitur, videlicet: Revme Pater. Exponitur humiliter Reverendiss. Patern. vestræ pro parte Fratris Nicolai de Leon Lectoris Jubilati, Sacræ Inquisitionis Qualificatoris, Excustodis, & Patris Provinciæ XII. Apostolorum

Digitized by Google

rum *del Perù* in hac Romana Curia Causæ Canonizationis B. Francisci Solani Procuratoris, & actualis Secretarii Generalis Ordinis, devoti P. V. Rmæ Oratoris, qualiter ruinam minante, & ea hac causa ab Architecto recognita, & vere ruinosa, & collabente reperta Cella, quæ a quinquaginta annis, & ultra inservierat, & usque modo inservit pro habitatione Procuratoris pro tempore supradictæ Causæ B. Francisci Solani, quod totum Reverend. Paternitati Vestræ patet: ad præcavendam hujusmodi habitationis imminentem ruinam, Orator, habito super hoc, nedum præfatæ suæ Provinciæ, sed aliarum Occidentalium Indiarum, ac insuper bon. mem. P. Juliani Chumillas Prædecessoris, & Reverendissimi P. Antonii de Cardona actualis Indiarum Commissarii Generalis maturo consilio, & assensu, ac voluntate, habitationem ipsam demoliri decrevit, aliamque a fundamentis in ampliorem, & commodiorem formam, ex eleemosynis earumdem Provinciarum ad hujusmodi effectum collectis, redigere, & erigere perpendit. Verum, quia Provinciæ præfatæ eleemosynas hujusmodi nullatenus profundere intendunt, nisi etiam, ut par est, super hoc accedat consensus, confirmatio, & approbatio Vestræ Paternit. Revmæ, ac insuper, quod novum ædificium, ejusque Cellæ perpetuis futuris temporibus stare, & inservire debeant pro habitatione dumtaxat Reverendissimi P. Commissarii Generalis Indiarum pro tempore, & earundem Provinciarum Religiosorum, & si, quatenus, quaecumque de causa, sive quomodocumque, Romam accedere, & permanere contingat, ac insuper, quod ædificium ipsum sic erectum, ejusque Cellæ perpetuis futuris temporibus sub cura, & dispositione Reverendissimi P. Commissarii Generalis Indiarum pro tempore existen. manere debeant, & in eo (casu, quo Romæ non adessent Religiosi prædictarum Provinciarum, qui primo, & principaliter in ipso domicilium habere debent, privativè ad alios) nullus omnino cujusvis gradus dignitatis, & conditionis, sive cujuscumque Nationis, Familiæ, seu Provinciæ sit, inibi recipi possit, nisi ad effectum hujusmodi ab eodem Rev. P. Commissario Generali Indiarum licentiam, seu facultatem in scriptis exhibendam obtinuerit: hoc itaque totum humillime supplicat Orator per Paternitatem vestram Reverendissimam confirmari, approbari, & respective mandari, atque inhiberi. Ac insuper pro majori horum notitia, observantia, & executione, petit idem Orator a V. P. Reverendissima, quatenus dignetur permittere, & mandare, ut eidem habitationi, sive Hospitio lapis super imponatur cum sequenti Inscriptione, si ita in Domino sibi benevisum fuerit, quod &c. *Inscriptio*. Ne habitationis inopia Religiosi ex Indiis Occidentalibus Romam accedentes hinc inde vagari cogerentur, Admodum R. P. F. Nicolaus de Leon Lector Jubilatus, Sanctiss. Inquisitionis Regni Peruani Qualificator, Provinciæ XII. Apostolorum de Lima Excustos, & Pater, nec non Canonizationis B. Francisci Solani in Curia Procurator, & Secretarius Generalis Ordinis, remota parvula, & pene collabente Cella, quæ vix Procuratori causæ ejusdem B. Francisci Solani satis erat, ex eleemosynis Provinciarum prædictarum ad hunc effectum collectis, habitationem hanc, & Hospitium a fundamentis, de assensu Superiorum Generalium, extruxit. Anno Domini 1697.

§. 1. Idem Bonaventura Archiepiscopus, tunc Minister Generalis, super supplici Libello hujusmodi Decretum edidit tenoris sequentis, videlicet: F. Bonaventura Poerius Sacræ Theologiæ Lector Jubilatus, ac totius Ordinis S. P. N. Francisci Minister Generalis, & Servus, necnon auctoritate Sanctiss. D. N. Innocentii Papæ XII. Commissarius Apostolicus &c. Oratoris precibus, utpote fraternæ, religiosæque charitati conformibus, ut Hospitium pro Religiosis Provinciarum Indiarum Occidentalium dumtaxat, & in eodem loco, ubi usque modo habitavit, & adhuc de præsenti habitat Procurator Causæ Canonizationis nostri B. Francisci Solani (diruta prius, ac demolita antiqua Cella inibi existente) Hospitium in meliorem, atque ampliorem formam a novis fundamentis construendum, erigi possit, vigore præsentis Nostri Decreti facultatem, & assensum nostrum benigne indulgemus, & concedimus, atque adeo id exequi injungimus, & mandamus. Quandoquidem vero pro hujusmodi ædificio supradictæ Provinciæ Indiarum Occidentalium independenter ab aliis, eleemosynas necessarias subministraverint; ideo primo, & principaliter earum Religiosis Romam, quacumque de Causa, accedentibus Hospitalitati inservire debebit; quod firmiter observari præcipimus: pro tempore autem, quo earundem Provinciarum Fratres Romæ non reperirentur, pariter mandamus, ut in eodem Hospitio nullus quavis de causa, aut motivo, cujusvis Nationis, Familiæ, vel Provinciæ, sive cujuscumque gradus, dignitatis, & conditionis existat, omnino ad cohabitandum recipiatur, nisi a P. Reverendissimo Commissario Generali Indiarum (cui Hospitii curam, & dispositionem committimus) facultatem, & licentiam in scriptis exhibendam, ad hunc effectum obtinuerit, *sub pœnis proprietariorum*, vocisque activæ, & passivæ ipso facto incurrendis, aliisque gravioribus ad arbitrium P. Superioris Generalis, tam aliter, quam, ut præfertur, permittentibus, quam respectivè sustinere prætendentibus; itaut semper ex nunc, & in futurum, ut æquum est, pro Fratribus earundem Provinciarum, quæ eleemosynas subministraverunt, primo, & principaliter, privative ad alios, Hospitium ipsum stare, & inservire debeat. Præterea ad majorem hujus determinationis nostræ observantiam, & subsistentiam, libenter concedimus, Lapidem cum supra scripta, sive alia clariori, idem tamen referente, Inscriptione, eidem Hospitio superimponi. *Permittentes Oratori*, si, & quatenus opus fuerit, ad majorem validitatem, & efficaciam, ut prædictorum omnium, & singulorum a Sede Apostolica Bullam confirmationis procurare, & obtinere valeat. Quibuscumque non obstantibus &c. Datum Romæ hac die 25. Februarii 1697. F. Bonaventura Poerius Minister Generalis, & Commissarius Apostolicus. Loco ✠ Sigilli. De Mandato Suæ P. Reverendissimæ F. J. Maria de S. Cruce Secretarius Generalis Ordinis.

§. 2. Subinde vero, cum idem Nicolaus dilecto filio Matthæo a S. Stephano moderno Ministro Generali Ordinis prædicti exposuisset, se Hospitium prædictum jam construxisse, ac proinde, toto Decreti supradicti tenore inserto, eidem supplicasset, ut illud confirmare dignaretur: emanavit ab eodem Matthæo Ministro Generali aliud Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet, F. Matthæus a Sancto Stephano Sacræ Theologiæ Lector Jubilatus, ac totius Ordinis S. P. N. Francisci Minister Generalis &c. Attentis Oratoris precibus in hoc retroscripto Libello ad Nos directo contentis, eisdem omnino annuendum esse censemus. Hinc est, quod insistendo vestigiis Reverendissimi Patri Bonaventuræ Poerii, nostri in officio prædecessoris, supra insertum Decretum, ab illo summa maturitate, ponderositate, & prudentia factum, tenore præsen-

Digitized by Google

tium approbamus, ratum habemus, & confirmamus, præcipientes in virtute S. obedientiæ, & sub pœnis in eodem contentis, omnibus nobis subordinatis Prælatis, & Subditis, ne illud quovis modo infringant, vel infringi permittant, sed inviolabiliter observent, & taliter faciant observari. Datum Romæ ex Aracœli die 22. Septembris 1697. F. Matthæus à Sancto Stephano Minister Generalis - Loco † Sigilli. De mandato Suæ Reverendissimæ Pat. F. Jo. Maria de S. Cruce Secretarius Generalis Ordinis.

§. 3. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, prædictus Nicolaus Decreta hujusmodi, quo firmius subsistant, & serventur exactius, Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri summopere desideret: Nos ipsum Nicolaum specialis favore gratiæ prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decreta præinserta cum omnibus, & singulis in eis contentis, & expressis, auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus.

§. 4. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari: Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nec non, quatenus opus sit, Ordinis, Provinciarum, & Conventus prædictorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die xiii. Augusti 1698. Pontificatus Nostri anno octavo.

Confirmatur Decretum Congregat. Episc. & Reg. pro executione alterius Decreti, & Constitutionis Clem. X. circa Altern. Officiorum in Provincia Cantabriæ Ord. S. Fran. de Observ.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

Nuper pro parte dilecti filii Joseph *de las Barzenas* F. expresse professi Ordinis Minor. S. Francisci de Observ. nuncupatorum, Congregationi Vener. Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositæ exposito, quod licet in Provincia Cantabriæ dicti Ordinis, quæ quatuor Nationibus, nempe Montana, Alabā, Guipuzcoa, & Bizcaya constat, introducta esset Alternativa Officiorum, ita ut Minister Provincialis pro uno Triennio eligeretur ex una dictarum Nationum, Custos, ex altera, sicque alternatim inter easdem quatuor Nationes, quarum quælibet suum Definitorem habere, cum suis Guardianis, Lectoribus, Prædicatoribus, Vicariis, Confessariis Monialium, Magistris Novitiorum, omnibusque aliis solitis Officiis dicti Ordinis, quæ æqualiter pro qualibet dictarum Nationum in eadem Provincia distribuerentur, ac alias, nempe die 21. Septembris 1671. memorata Congregatio Cardinalium alternativam hujusmodi, quæ (ut asserebatur) per tempus quinquaginta annorum, & ultra, in dicta Provincia, de superiorum Generalium consensu, pacifice inter prædictas quatuor Nationes servari consueverat, itidem in singulis ejusdem Provinciæ Capitulis de cætero celebrandis, per suum Decretum desuper emanatum, religiose servari mandavisset, & præcepisset, ac subinde fel. rec. Clemens Papa X. Prædecessor Noster Decretum hujusmodi per suas desuper in simili formæ Brevis expeditas Literas confirmasset; nihilominus, cum inter spectantes ad dictam Nationem de Bizcaya quædam reperirentur valles de Somorostro, Musquez, Sopuerta, & aliæ *Encartationes de Bizcaya* vulgariter nuncupatæ, ab immemorabili tempore exemptionibus, & Immunitatibus (quas *Fueros* vocant) ipsius Nationis de Bizcaya gaudentes, ejusque gubernio subjectæ, ac ad illius Congregationes, dispositiones, & ordinationes convenientes, non secus, ac cætera ejusdem Nationis Loca, aliqui, tametsi dictæ Vallis ad prædictam Nationem Montanam, sive quoad participationem Privilegiorum, sive quoad gubernium, aut alias directe, vel indirecte, nullatenus unquam spectasset, nec ullus Religiosus ex Vallibus hujusmodi ad supradictæ Provinciæ Provincialatum pro dicta Natione Montana a tempore, quo prænarrata Alternativa in eam, ut præfertur, introducta fuerat, etiam antequam dictum Decretum, prædictæque Clementis Prædecessoris Literæ illius confirmativæ emanassent, unquam assumptus fuisset, in proxime futuro ejusdem Provinciæ Capitulo Provinciali, in quo, juxta Alternativam hujusmodi, Minister Provincialis ex præfata Natione Montana eligi debebat, illum ex Montana Valle de Somorostro, aut ex alia de Vallibus ad prædictam Nationem de Bizcaya spectantibus eligere intendebant: Et in eadem expositione subjuncto, quod id, si fieri contingeret, non aliud foret, quam dictam Alternativam invertere, sicque jus alterius Nationis usurpare, ac lites in gravissimum pacis in dicta Provincia vigentis præjudicium excitare, atque hoc ipsum in contemptum

præ-

prædictorum Decreti, & Literarum cessurum esset, ac propterea pro parte dicti Josephi eidem Congregationi Cardinalium supplicato, ut quo inconvenientibus hujusmodi mature occurri posset, præcipere dignaretur, sub pœna nullitatis electionis eo ipso incurrenda, ne in proxime futuro Capitulo Provinciali prædicto, seu alias quandocumque, ullus Religiosus ex parentibus in dictis Vallibus permanens Domicilium, seu habitationem habentibus natus, & in illorum Ecclesiis baptizatus, ad Provincialatum, seu alias prædictæ Provinciæ Officia ad prædictam Nationem Montanam, juxta Decretum, & Literas hujusmodi spectantia, sed solum ad ea, quæ sunt dictæ Nationis de Bizcaya, quippe ad quam Valles prædictæ, juxta authentica documenta dictæ Congregationi Cardinalium exhibita, pertinere dignoscuntur, eligi, seu assumi valeret: Emanavit a prædicta Congregatione Cardinalium Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet = Sacra Congregatio Eminentissimorum, & Reverendissimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, audito Patre Commissario Generali Curiæ, censuit, ac decrevit, servandum Breve fa. mem. Clementis X. sub nullitate electionis, aliisque pœnis arbitrio ejusdem Sacræ Congregationis infligendis, & Religiosos de Vallibus descriptis non comprehendendos sub alia Natione, quam sua de Bizcaya. Romæ die 11. Aprilis 1698. = G. Cardinalis Carpineus = I. D. Archiepiscopus Athenarum Secretarius.

§. 2. Cum autem, sicut prædictus Josephus Nobis subinde exponi fecit, ipse Decretum hujusmodi, quo firmius subsistat, & servetur exactius, Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri summopere desideret. Nos ipsum Josephum specialibus favoribus prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præinsertum auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, salva tamen semper in præmissis auctoritate memoratæ Congregationis Cardinalium.

§. 3. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab iis respective inviolabiliter observari. Sicq. in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac, quatenus opus sit, Provinciæ, & Ordinis hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque Indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romę apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die v. Septembris 1698. Pontificatus nostri anno octavo.

Avocatur Causa cum extinctione litis, & impositione silentii super executione Alternativæ in Provincia Jannen. Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia Reformatorum.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

SAcrosancti Apostolatus officium, superni dispositione consilii, Nobis, nullo licet meritorum nostrorum suffragio, impositum, salubriter exequi, adjuvante Domino, jugiter satagentes, exorta inter Religiosos viros, quos vota sua Altissimo in sanctitate, & justitia, paceque fraterna reddere decet, animorum dissidia opportunis rationibus dirimere, illisque, ne rursus quandocumque excitari valeant, ansam maturo præcidere studemus, sicut prudenti deliberatione prævia, ad Omnipotentis Dei gloriam, & animarum salutem, arbitramur in Domino expedire.

§. 1. Alias siquidem Nos ad supplicationem tunc existentis Ministri Provincialis Provincię Jannen. Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia Reformatorum nuncupatorum, quasdam fel. rec. Innocentii Papę XI. prędecessoris nostri in simili forma Brevis literas, pro religiosa quiete Fratrum dictę Provincię, die 12. Junii 1687. emanatas, per quas quoddam Decretum a Venerabili Fratre nostro Alderano Episcopo Ostien. S. R. E. Cardinale Cybo nuncupato, dicti Ordinis apud Nos, & Sedem Apostolicam Protectore editum, quo Alternativam circa electionem ad Provincialatum, cæteraque Diffinitorii Provincię hujusmodi officia, inter tres partes, seu districtus, quibus Provincia ipsa constat, dudum in Capitulo Provinciali ejusdem Provincię, ac per quasdam rec. mem. Urbani Papę VIII. prędecessoris pariter nostri itidem in forma Brevis literas stabilitam, & ordinatam, idem Alderanus Episcopus Cardinalis, & Protector servari, nec quidquam in contrarium innovari, seu attentari sub diversis pœnis pręceperat, & mandaverat, confirmabatur, auctoritate Apostolica similiter confirmavimus, & approbavimus, & alias, prout in nostris desuper in eadem forma Brevis 7 Januarii 1696. expeditis literis uberius continetur. Subinde vero, cum pro parte ejusdem Ministri Provincialis Nobis expositum fuisset, quod dilectus filius Joannes Baptista Guersi, Frater expresse professus dictæ Provinciæ, qui alias post expletum, ad quod assumptus fuerat, Provincialatus Provinciæ hujusmodi officium, antequam dictę Innocentii prędecessoris literę emanassent, moderationem prędictarum Urbani prędecessoris literarum ab eodem Innocentio prędecessore obtinere, ac memoratam Alternativam in ipso limine fundationis dictę Provincię, sicut prę mittitur, stabilitam, & ordinatam, ac successive per quadraginta, & amplius annorum spatium pacifice observatam, subvertere frustra tentaverat, ac deinde cum aliis forsan ei hac in re adhærentibus, post emanatas Innocentii prędecessoris literas supradictas, eandem Provinciam acerrima lite in Congregatione Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Re-

Digitized by Google

gularium preposita, super premissis excitata, per quatuor circiter annos continuos, non sine gravi Religiosorum, & Secularium scandalo vexaverat; demum vero, cum a dicta Congregatione Cardinalium varia Decreta utrique parti Collitigantium favorabilia, & contraria respective emanassent, Nosque causam hujusmodi ad Capitulum Generale Ordinis predicti, quod tunc in Oppido Civitate nuncupato Victorię Calaguritan. Dioecesis celebrabatur, seu brevi celebrandum erat, pro informatione remisissemus, adeoque causa predicta nondum penitus terminata, sed dumtaxat suspensa reperiretur, ipse Joannes Baptista tempore, quo informatio hujusmodi capienda erat, omnes Vocales Cismontanę Familię dicti Ordinis suspectos juridice allegaverat, ac proinde ab hac Alma Urbe, ubi tunc commorabatur, ac Provinciam suam prefatam reverti auctoritate nostra jussus fuerat, etiam contra predictas nostras literas reclamabat, & ad dictam Urbem redire, prædictamque litem instaurare satagebat, ideoque idem Minister Provincialis, quo quies tandem dictę Provincię, post tot perturbationes, restitueretur, causam prędictam ad Nos vocari, perpetuumque desuper silentium imponi summopere desiderabat: Nos die 21. Augusti 1696. dictas nostras literas omnino servari, nec quempiam ullo unquam tempore adversus illas, sive in prędicta Congregatione Cardinalium, sive in quovis alio Tribunali, nisi Nobis consultis, audiri mandavimus, prout in rescripto a tergo supplicis Libelli Nobis super premissis porrecti per dilectum filium nostrum I. Franciscum S. R. E. Cardinalem Albanum nuncupatum, Sec. Brevium nostrorum Secretorum, annotato continetur.

§. 2. Cum autem, sicut dilecti etiam filii Fratres Ligurię Orientalis, & Ligurię Occidentalis, quę duas exsupradictis partibus Provincię hujusmodi constituunt, Nobis nuper exponi fecerunt, ipsi compererint dictum Joannem Baptistam adhuc non acquiescere, sed a dilecto pariter filio moderno Ministro Generali dicti Ordinis postulasse, ut sibi duos Religiosos Januenses, pro dicta lite prosequenda, ad Urbem prędictam mittendi facultas concedatur. Nobis propterea dicti Exponentes humiliter supplicari fecerunt, ut in premissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 3. Nos igitur specialem ipsis Exponentibus gratiam facere volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, ac litis, & causæ hujusmodi statum, & merita, nominaque, & cognomina, & qualitates Judicum, & Collitigantium, & alia quæcumque, etiam specificam, & individuam mentionem, & expressionem requirentia, præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & specificatis habentes, easdem litem, & causam in statu, & terminis, in quibus de præsenti reperiuntur, a prædicta Cardinalium Congregatione, aliisve quibuscumque Tribunalibus ad nos auctoritate Apostolica tenore præsentium avocamus, illasque perpetuo supprimimus, & extinguimus, ac perpetuum desuper ipsi Jo. Baptistæ, & aliis quibusvis silentium imponimus, osque occludimus.

§. 4. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere debere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari: sicque in præmissis per quoscomque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus litis pendentia, aliisque præmissis, ac Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon, quatenus opus sit, Provinciæ, & Ordinis prædictorum, aliisve quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium premissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad premissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die vii. Octobris 1698. Pontificatus Nostri anno octavo.

Renunciatio Generalatus Reverendissimi Patris Bonaventuræ Poerii, & Electio Vicarii Generalis.

Hoc anno 1697. Mense Septembris facta fuit renunciatio Generalatus à Reverendissimo Patre Bonaventura Poerio, in qua intersuerunt acta, quæ sequuntur.

Diffusa per Provincias non solum Cismontanas, sed etiam Ultramontanas, fama, quod Rex Catholicus Hispaniarum Carolus Secundus nominasset ad Archiepiscopatum Salernitanum Patrem Bonaventuram Poerium Generalem totius Ordinis Sancti Francisci; antequam hæc vox magis, magisque invalesceret, Patres admodum Reverendi Procurator Generalis Ordinis, Commissarius Generalis Curiæ, ac Procurator Generalis Reformatorum cognoscentes, quod in tali casu præsidentia in Congressu faciendo ejusdem Patris Reverendissimi Poerii foret multum proficua bono publico, & quieti Religionis; vel, ut alii putaverunt, propter peculiares fines, & inspectiones, dederunt supplicem libellum Sanctissimo Domino Papæ Innocentio Duodecimo tunc feliciter regnanti, ut dignaretur, in casu novæ electionis Vicarii Generalis, servare statutum Romanum 1651. & permittere, quod idem Pater Bonaventura Poerius, renunciato prius Generalatu, possęt præsidere electioni Vicarii Generalis. Fuit autem, ut sequitur.

Beatissimo Padre.

TRovandosi la Religione de' PP. Minori di S. Francesco nella contingenza di mutazione di Governo, per essere stato nominato dalla Maestà Cattolica per Arcivescovo della Chiesa di Salerno il Ministro Generale della stessa Religione, il quale fin' hora non ha consentito alla sudetta nomina in forma, che lo renda incapace di seguitare nell' esercizio della carica Generalizia: La Religione medesima desidererebbe, che lo stesso Ministro Generale (in caso, che avesse intenzione di passar all' accettazione della predetta nomina) convocasse prima gli Elettori, che debbono elegger il

Digitized by Google

ger il Vicario Generale, che, secondo li statuti della Religione medesima, gli deve succedere, a facendo avanti di loro Solenne rinuncia del suo officio, presiedesse all'elezzione del Vicario Generale successore, come per li casi di renuncia lo prescrivono li sopra accennati statuti. Ma potendo ciò credersi pregiudiciale alla pura, e sincera Osservanza del Breve della S. M. d'Innocenzo XI. che comincia *Militantis* spedito il di 22. Novembre 1679. nel quale si prescrive: *Illum Ministrum Generalem acceptantem aliquam ex prædictis dignitatibus, vel præsentationem, seu nominationem ad illam, statim ac eam acceptasse constiterit, non esse amplius pro Religionis Præfecto cognoscendum*.

Per levare ogni pregiudizio, collusione, & inosservanza del suddetto Breve, e provedere nel tempo medesimo all'util pubblico della Religione suddetta, con la rinuncia, & elezzione sotto la presidenza già detta, il Procuratore Generale di tutto l'Ordine, il Commissario Generale di Curia, & il Procuratore Generale della Riforma, rappresentanti di tutti li membri, che compongono il Corpo della sopramentovata Religione, in nome, e per parte della medesima, pregano l'innata benignità della Santità Vostra voglia degnarsi permettere, *pro hac vice tantum*, si seguiti, non ostante il sopradetto Breve, la forma di presidenza, & elezzione, che si trova prescritta dalli Statuti già detti per li casi di formal rinuncia del Generalato, stante il grand' utile, pace, e concordia, che da ciò puo risultare alla Religione medesima: che della Grazia &c. *Quam Deus* &c.

Fra Gio: Battista d'Atina Procuratore Generale dell'Ordine.

Fra Francesco della Portilla Commissario Generale di Curia.

Fra Pietro Paolo di Cella Procuratore Generale della Riforma.

Summus Pontifex timens talem dispensationem fortè præjudicialem fore alicui, jussit ad supplicationem notari a tergo *Reflectetur*, *& interim observentur Constitutiones*. Quo rescripto percussi Oratores quieverunt, neque ad alias progressi sunt instantias.

Reverendissimus tamen Poerius asseverans nullam sibi exhibitam securitatem per cedulam, vel litteras suæ Majestatis Catholicæ de tali Archiepiscopatu, insistebat velle omnimodè renunciare Generalatui, ut suæ tantum indulgeret conscientiæ, cognoscens se, propter varias corporis indispositiones, non posse tam amplam Religionis molem regere, sicuti oporteret. Consultis itaque prius Patribus Ordinis tunc Romæ degentibus, refulsit convocare omnes Diffinitores Generales, & Discretos Familiæ Cismontanæ, tum ad communicandam eis talem suam intentionem, tum, ut resolverent aliqua dubia pro Religionis beneficio. Hinc literas sequentes citatorias expedivit.

Fr. Bonaventura Poerius, Lector Jubilatus, Totius Ordinis Fratrum Minorum Sancti Patris Nostri Francisci Minister Generalis, ac auctoritate Sanctissimi Domini Nostri Innocentii Papæ duodecimi Commissarius Apostolicus, & Servus.

CUM post impensum Religionis gubernio in Summo Ministeriatus Generalis apice, ultra Triennii spatium, nostræ humilitatis, & imbecillitatis obsequium, talia se animo nostro aperiant motiva, quæ nos ad omnimodam Officii nostri, & Generalis solicitudinis curam totaliter deponendam inducant, internis tandem resistere motibus non valentes, re cum Deo primum, cui nos intime commendavimus, deinde cum Sanctissimo Domino Nostro Papa Innocentio duodecimo feliciter Dei vices pro tempore in Terris gerente, nec non cum aliquibus ex principalioribus Ordinis Patribus, aliisque intra, & extra Ordinem dignissimis, ac Instituti nostri amantissimis Personis collata, omnium in idem collimante consilio, in id sententiæ descendimus, ut Generalatus officio unanimi Capituli Generalis consensu humeris nostris impositο per expressam renunciationem vale diceremus. Sed quoniam Sacrosanctæ Religionis nostræ providentia cautum est, ut non absque Electorum Vicarii Generalis consensu Generalatus officium deseratur, nec liceat Nobis, absque tutius Ordinis Compromissariorum voto, creditum infirmitati nostræ salutis publicæ deponere Ministerium, Constitutionum nostrarum laudabili inhærentes dispositioni, & ad formam statutorum Generalium Capituli Generalis Romani de Anno 1651. editorum, atque à Sac. Congregatione Episcoporum, & Regularium, post maturum examen, die 20 Ju ii 1653. suo Decreto confirmatorum, volentes exactè procedere, omnes, & singulos Vicarii Generalis Electores præsentium nostrarum literarum Patentium vigore citamus, & convocamus, videlicet Reverendissimos PP. Carolum Franciscum de Varesio, Antonium ab Introduco, & Michaelem Angelum de Candia, Discretos perpetuos: Ad. Reverendos PP. Joannem Baptistam ab Atina, Ordinis Procuratorem Generalem; Franciscum de Portilla Commissarium Generalem Romanæ Curiæ; & Petrum Paulum de Cellis Procuratorem Generalem Reformatorum; nec non Adm. Reverendos PP. Franciscum de Ragusa, Didacum de Lauro, Fidelem à Papis, Franciscum a Clusa, Joannem Jacobum de Roma, Sixtum ab Alphianello, Matthæum à S. Stephano, Franciscum Caccia, Franciscum Cajetanum à Fulgineo, & Joannem Franciscum de Rapallo, ejusdem Ordinis, & Familiæ Generales Diffinitores pariter actuales, quos duntaxat Capitulum Generale præfatum Anni 1651. declaravit, post enumerationem factam in præcedenti Romano Anni 1639. quæ fuerat tantum enunciativa, imò & de novo taxativè constituit Electores Vicarii Generalis, illosque sic, ut præmittitur, citatos, absentes quidem tanquam absentes, & præsentes tanquam præsentes legitimè, & sufficienter per hæc scripta convocamus, illisque per Sanctam Obedientiam, & sub pœnis contra Vocales citatos, & legitimo cessante impedimento, ad actiones Capitulares convenire renuentes, in Constitutionibus fulminatis, mandamus, ut proxima Feria quinta, die videlicet quinta currentis Septembris, matutinis horis in hoc Aracœlitano Conventu se sistant, & coram Nobis compareant, ad effectum, ut eadem die, hora per nos in-

indicenda, collegialiter conveniee, ac eenunciationi, seu resignationi nostræ personaliter interesse, illiusque causas, quas uno loco, & tempore deducemus, examinare, & super ea, sicut in Domino judicaverint expedire, ac decernere, valeant ad mensuram compromissi, à Capitulo Generali, in eorum personas, ratione officiorum, quæ gerunt, canonicè limitati.

Ut autem in actione tanti momenti Ordinis pietas in primis elucescat, à Domino petendum esse consilium, & auxilium cognoscentes, à quo bona cuncta procedunt, paritee pee præsentes mandamus Superioribus localibus Conventuum nostrorum in hac Alma Urbe existentium, quandoquidem extra illam, ob temporis brevitatem, hæ literæ importunè exmitterentur, & per Sanctam Obedientiam illis præcipimus, ut, post ipsarum in suo Conventu publicationem, post Vesperas, & post Completorium à Religiosis in Choro adunatis Hymnum *Veni Creator Spiritus* cum versiculis, & Orationibus Spiritus Sancti, nec non Immaculatæ Conceptionis B. Mariæ Virginis, ac Seraphici Patri Nostri Sancti Francisci recitari faciant. Manè verò præfatæ diei quintæ Septembris, post Primam in Choro persolutam, cum interventu omnium Religiosorum, Solemnem Missam de Spiritu Sancto jubeant decantari, in qua omnes Clerici, & Laici Sacra reficiantur Synaxi, id intendentes à Domino postulare, quod in nostra renunciatione Scrutator Cordium, & negotiorum dispositor Deus ipse providentissimus Ordinis utilitati, & profectui præsciverit expedire, singulis pariter Sacerdotibus in eumdem sensum celebraturis.

Et ne quem præsens nostræ citationis, & convocationis dispositio lateat, mandamus, ut hæ ipsæ literæ in singulis hujus Almæ Urbis Conventibus nostri Ordinis, coram Fratribus in Refectorio, vel Capitulo ad sonum Campanellæ convocatis, & collegialitee congregatis, in prandio diei quartæ Septembris currentis publicentur, sicque publicatæ omnes, & singulos, ad quos pertinet, ita efficaciter arctent, ac si personaliter singulis intimatæ fuissent. Datum Romæ ex eodem Almo Aracœlitano Conventu, die 2. Septembris 1697.

Loco ✠ Sigilli.

Fr. Bonaventura Poerius Min. Gen.

De Mandato Suæ P. Reverendiss.
Fr. Joannes Maria de S. Cruce Sec. Gen.

Die Quinta Septembris 1697.

PErvenerunt Romam Patres citati, congregatisque in Camera Reverendissimi Patris Ministri Generalis in Conventu Aracœlitano Romæ numero decem, & septem, idem Reverendissimus Patee Minister Generalis proposuit dubium discutiendum: an præsidentia electionis Vicarii Generalis competat cum voce activa hic, & nunc Reverendissimo Patri Ministro Generali, si renunciaverit officio ex justis, & Ordini utilibus motivis, ee integra respectu præsentationis ad dignitatem extra Ordinem.

Qua facta propositione, extra Congressum egresso Reverendissimo eodem Patre Ministro Generali, remanentes sexdecim reliqui, re examinata, & maturè discussa, responderunt unanimi voto: In casu, de quo agitur, competere.

Ita est Ego F. Jo: Franciscus de Rapallo, Diffinitor Generalis.
Ego F. Franciscus Cajetanus de Fulginco, Diffinitor Generalis.
Ego F. Franciscus Caccia, Diffinitor Generalis.
Ego F. Matthæus à S. Stephano, Diffinitor Generalis.
Ego F. Sixtus ab Alphianello, Diffinitor Generalis.
Ego F. Jo: Jacobus de Roma, Diffinitor Generalis.
Ego Fr. Franciscus à Clusis, Diffinitor Generalis.
Ego Fr. Fidelis à Papis, Diffinitor Generalis.
Ego F. Didacus à Lauro, Diffinitor Generalis.
Ego F. Franciscus de Ragusa, Diffinitor Generalis.
Ego Fr. Petrus Paulus de Cellis, Procurator Generalis Reformatorum.
Ego F. Franciscus de Portilla, Commiss. Gen. Curiæ.
Ego F. Jo: Baptista ab Atina, Procurator Generalis Ordinis.
Ego F. Michael Angelus de Candia, Discretus perpetuus Ordinis.
Ego F. Antonius ab Introduco Ex-Commissarius Generalis Ordinis.
Ego F. Carolus Franciscus de Varesio Præses Congressus, & Discretus perpetuus Ordinis.

Regresso in Diffinitorium Generale eodem Reverendissimo Patre Generali Ministro, & communicata per Reverendissimum Patrem Carolum Franciscum de Varesio, Ex-Commissarium Generalem, & Præsidem antescripta decisione Suæ Reverendissimæ Paternitati, proposuit deinde sua Reverendissima Paternitas Diffinitorio Generali dubium.

An alicui, & cui Provinciali competat votum habere in electione Vicarii Generalis? & subsequenter perlecta per Admodum R. Patrem Jo: Franciscum de Rapallo, Secretarium Reverendissimi Diffinitorii Generalis, scripta protestatione Adm. Reverendi Patris Vitalis de Polo Ministri Provincialis hujus Almæ Romanæ Provinciæ, in qua instat se admittendum esse, tanquam legitimum Vocalem electionis Vicarii Generalis, rationibus, ut in Folio à se subscripto, & præsentato, deductis &c. ad quas &c. alias protestatur de nullitate, & attentatis &c.

Responderunt PP. numero decem, & septem componentes totum Congregationis præsentis Corpus, hoc modo: *non competere alicui Provinciali*, Unde conclusum est à majori parte nemini Provincialium, licet in ejus Provincia fiat electio, competere votum in compromisso electionis Vicarii Generalis Ordinis &c.

Ita est Ego Fr. Jo. Franciscus de Rappallo Diffinitor Generalis.
Ego F. Franciscus Cajetanus de Fulgineo Diffinitor Generalis.
Ego F. Franciscus Caccia Diffinitor Generalis.
Ego F. Matthæus à S. Stephano Diffinitor Generalis.
Ego F. Sixtus ab Alphianello Diffinitor Generalis.
Ego F. Jo: Jacobus de Roma Diffinitor Generalis.
Ego F. Franciscus à Clusis Diffinitor Generalis.
Ego F. Fidelis à Papia Diffinitor Generalis.
Ego F. Didacus à Lauro Diffinitor Generalis.
Ego F. Franciscus de Ragusa Diffinitor Generalis.
Ego F. Petrus Paulus de Cellis Procurator Generalis Reformatorum.

Ego

Digitized by Google

Ego F. Franciscus de Portilla Commiss. Generalis Curiæ.

Ego F. Jo: Baptista ab Atina Procurator Generalis Ordinis.

Ego F. Michael Angelus de Candia Discretus Perpetuus Ordinis.

Ego F. Antonius ab Introduco Ex-Com. Generalis Ordinis.

Ego F. Carolus Franciscus de Varesio, Præses congressus, Ex-Commissarius Generalis.

Fr. Bonaventura Poerius Minister Generalis.

Reverendissimi, & Adm. RR. PP.

Cum noster Reverendissimus Pater Generalis publicaverit, ex causis sibi notis, habere intentionem renunciandi officio Ministeriatus Generalis, & ad hunc effectum citaverit nominatim omnes PP. Diffinitorii Generalis hujus Cismontanæ Familiæ, nulla facta mentione Ministri Provinciæ, contra dispositionem Statutorum Ordinis, quæ mandant convocari prius omnes PP. qui de jure sunt Electores Vicarii Generalis, de quorum numero existit Minister Provinciæ, imò repetitis vicibus addendo particulas taxativas citatorum tantum, & Decreta Capitulorum Generalium tacitè excludentia Ministrum Provinciæ: reverenter instat, ut dignentur maturè considerare jura, & leges faventes Ministro Provinciæ, quas compendiose hic apponit, ne exponant nullitati omnia actitanda, & facienda, uti protestatur.

Prima ratio est: in Capitulo Salmanticæ 1553. Ministro Provinciæ fuit data authoritas convocandi Electores Vicarii Generalis, & præsidendi cum voto in tali congressu, quod capitulum cum omnibus suis statutis fuit confirmatum Bulla Apostolica Julii tertii, mandantis perpetuam observantiam: igitur Provincialis habet in electione Vicarii Generalis suffragium, ex Decreto Religionis facto pro utraque Familia, & confirmato auctoritate Sedis Apostolicæ.

Secunda. In Cap. Vall. 1593. Præsidentia in electione Vicarii Generalis fuit demandata Patri digniori Familiæ, remanente voto Ministro Provinciali Provinciæ, vel ejusdem Commissario, aut Vicario, & credo, beneplacito Sedis Apostolicæ, aliàs non potuisset Capitulum Generale auferre præsidentiam a Ministro Provinciali, & condere leges contrarias legibus confirmatis à Sede Apostolica.

Tertio. Capitulum Romanum 1639. enumerando Electores Vicarii Generalis, licet non nominet Ministrum Provinciæ, attamen successa vacantia Ministri Generalis Anni 1648. & facta electione Vicarii Generalis Reverendissimi Adongo, visa causa, & discussis juribus, fuit pronunciatum, quod Minister Provinciæ debeat habere Suffragium in tali electione, ad quam realiter admissus fuit Provincialis Provinciæ Romanæ Observantis, ex quo electio celebrabatur in hoc Conventu Aracœlitano.

Nec valet dicere Capitulum Romanum 1651. ponendo seriem Electorum Vicarii Generalis, non nominare Ministrum Provinciæ, imò addere illas particulas taxativas: *Hos igitur dumtaxat &c.* quia per illas particulas taxativas non potest auferre, nec verè abstulit, vocem electivam à Ministro Provinciæ: Inferior enim non potest condere legem contrariam legi approbatæ à Superiori, nisi habita expressa illius licentia, quod Provincialis non habeat vocem in electione Vicarii Generalis, sine beneplacito Sedis Apostolicæ, de qua, cum usque modo non constet, stat in robore Decretum, quod Minister habeat votum.

Nec valet dicere statuta Capituli 1651. fuisse post correctionem confirmata Decreto S. Congregationis Anno 1653. quia tale Decretum expressè excipit in confirmatione Statuta Religionis approbata, & confirmata à Sede Apostolica his Verbis, *sine tamen præjudicio Observantiæ Regularis, & Statutorum à Sede Apostolica confirmatorum*: Igitur, etsi Capitulum Generale habuisset intentionem auferendi votum à Ministro Provinciæ per illas particulas *hos igitur &c.* hoc non poterat facere sine expressa derogatione statutorum à Sede Apostolica confirmatorum.

Quod autem Capitulum Generale nunquam habuerit talem intentionem evidentissimè patet. Primo.

Quando agitur in Capitulo Generali de statuto obligante unam Familiam, Discretorium illius Familiæ solum concurrit ad præstandam vocem, & consensum, & cum hoc Statutum tangat solum Familiam Cismontanam, non videtur verisimile, quod Vocales, Ministri scilicet, & Custodes habuissent unquam intentionem auferendi suffragium à Ministro Provinciæ, quia læsissent se ipsos, & suam prærogativam, quam habebant, & hoc à fortiori redditur imperceptibile, sciendo, quod in Familia Ultramontana Electores Vicarii Generalis ultra PP. Diffinitorii Generalis, sint etiam sex Ministri, & totidem Custodes, & ipsi voluissent unum, quem habebant, auferre.

Secundo. Hoc Capitulum ponendo seriem Electorum, & illas particulas taxativas cit. in margine Capitulum Vallis. 1593. titulo *de habentibus votum*, ut patet ex originalibus impressis hic Romæ, & Matriti: ergo intendit se conformare Decreto illius Capituli, & non condere Statutum contrarium, & cum in illo Capitulo ponatur expressè Minister Provinciæ, non intendit ipsum auferre, sed tantùm taxare fixos, & perpetuos generales Electores Vicarii Generalis, de quorum numero non est Minister Provinciæ, qui per accidens, & in tantum habet votum, in quantum electio fit in suæ Provinciæ Conventu; si enim fieret in Conventu Custodiæ independentis à Ministro Provinciæ, vel in Conventu subdito immediatè Superiori Generali, nullus Provincialis haberet votum.

Tertio. In Decreto illo taxativo explicitè ponitur intentio Capituli Generalis per illas particulas *Sublata quacumque consuetudine*, scilicet velle excludere illos, qui ex consuetudine habebant votum in tali electione, non eos qui ex lege positiva confirmata, Brevi Apostolico, ut habet Minister Provinciæ. Igitur illæ particulæ non officiunt voto Ministri in electione Vicarii Generalis.

Cæterum, etsi possent adduci rationes in contrarium, cum non sint evidentes, sed tantum probabiles, & dubiæ, standum semper erit pro voto Ministri Provinciæ, qui habet jus ad illud, & possessionem ei datam à tot Capitulis Generalibus, juxta Regulam, quod potior sit conditio possidentis, & relinquenda Capitulo Generali futuro vera explicatio illius Decreti taxativi.

Multa alia possent adduci, quæ brevitatis causa, ad auferendum molestiam à Paternitatibus vestris Reverendissimis, & Adm. RR. omitto, obnixeque tantum rogo, ut ponderatis benè his rationibus, pronuncient secundum justitiam in favorem Ministri Provinciæ de Jure Electoris Vicarii Generalis; secus verò protestor de nullitate cujuscumque actionis, utpotè attentatæ, & in spretum Vocalis legitimi, & appello ad S. Congregationem Episcoporum, & Regularium, & ad quodcumque aliud Tribunal competens &c. & hoc justo, & omni alio meliori modo, & forma &c.

Fr. Vitalis de Pole Minister Provincialis.

Diffi-

Digitized by Google

Diffinitorium Generale consult, & resolvit, re- maturè discussis, & legibus ponderatis, non competere votum in compromisso electionis Vicarii Generalis.

Expeditis his omnibus, immediatè Pater Reverendissimus Poerius renunciavit Generalatui, assignando tum voce, tum scripto causas, & rationes illum impellentes ad faciendam talem renunciationem: quæ fuerunt approbatæ, & acceptatæ à toto Diffinitorio.

Eodem die illico.

Reverendissimus Pater Minister Generalis Bonaventura Poerius voce, & scripto coram iisdem Reverendissimis PP. Electoribus Vicarii Generalis renunciavit officio Ministri Generalis adducens voce causas humilitatis, & habitualium indispositionum, præcipuè vero Hippocondriacorum Flatuum, scripto verò, præter voce allatas, dans causas, ut in suo folio à se ipso lecto, & exhibito coram infrascripto Secretario, & Testibus infrascriptis, ad quod &c. quibus dictis, & Folio dato, consignavit coram Reverendissimo Diffinitorio Generali sigilla Ordinis, ad effectum, ut juxtà constitutiones de renunciatione, eligatur Vicarius Generalis, & non aliter, nec alio modo.

Quibus factis, & eodem Reverendissimo Generali extra congressum abeunte, coram ipsismet Testibus, & Secretario præexaminatis causis renunciationis, omnes PP. de corpore Diffinitorii Generalis admiserunt causas, & Reverendissimus P. Carolus Franciscus de Varesio dignior in congressu, & in eo Præses, de eorundem expresso voto, & unanimi consilio, & assensu, acceptavit nomine Capituli Generalis antedictam renunciationem; post cujus publicationem officium vacare, juxta Constitutiones Ordinis, demandavit, ad dispositis per Statuta Generalis Romana 1651. Acta sunt hæc Romæ in hoc Almo Aracœlitano Conventu hac die Jovis 5. Mensis Septembris 1697.

Ego F. Jo: Franciscus de Rapallo Diffinitor Generalis, & Sec. Diffinit. Generalis.

Eodem die lecta, & publicata fuerunt per me infrascriptum antedicta acta, prout jacent, in Refectorio Aracœlitano, coram Fratribus ad sonum Campanellæ congregatis: in quorum fide &c.

Loco ✠ Sigilli.

Fr. Jo. Maria de S. Cruce Secr. Gen. Ordinis.

In Dei Nomine Amen.

Coram Reverendissimis, & Adm. R R. P P. Electoribus Vicarii Generalis Ordinis Fratrum Minorum legitimè citatis, & hic in Domino collegialiter congregatis, ad effectum examinandi, & sicut expedire videbitur, Ordinis profectui judicandi renunciationem Ministeriatus Generalis, quam me facturum indixi per convocatorias meas litteras Patentes diei secundæ currentis Septembris Anni 1697. compareo, & sisto me personaliter, & præterea, quæ in eundem sensum, voce clara, & à singulis audita, & intellecta expressi, per hæc scripta mea manu firmata repræsento ego infrascriptus F. Bonaventura Poerius Minister Generalis Ordinis in postremo Capitulo Victoriensi Generali Anno 1694. electus. Quod, cum Serenissimus, ac potentissimus Rex Catholicus Carolus Secundus, quem Deus feliciter diutissime servet, ac fortunet, dignatus fuerit humilitatem meam ad Archiepiscopatum Salernitanum designare, idque mihi per plures privatas vias innotuerit; Ego autem cum voto solemni adstringar, ne durante Generalatu Episcopalem dignitatem, sine dispensatione, valeam acceptare, quam tamen dispensationem petendi animum non habeam, nec causæ sufficientes hic, & nunc mihi suppetant pro ea supplicandi, ex puro, & sincero, ac secundum Deum pietatis motivo, ad effectum, ut possim, à Jugo Generalatus expeditus, Deum consulere, an Mihi, Ecclesiæ, & Religioni conveniat Archiepiscopatum prædictum acceptare; & ne hunc Ego primus in Ordine nostro morem introducam petendi Apostolicas dispensationes à solemni voto de non acceptando Episcopatum. Itemque ne & Generalatum simul in actu exercito, & nominationem, de qua rumor invaluit, in spe, & designatione cogar retinere.

Protestor Primo me adhuc non esse S. Sedi pro Episcopatu Salernitano prædicto, aut alia quavis dignitate extra Ordinem præsentatum, nec dispensationem pro illa acceptanda petiisse.

Deinde bona fide, & re integra, certus, quod acceptata renunciatione, jam non sim Ordinis Generalis, & de præsentatione, præsentationis admissione, mei activa acceptatione non solùm incertus, sed omnino jejunus, ita ut, & sine Generalatu certò sim mansurus, & in libertatem eorum, ad quos spectat, sit Mihi Episcopatum conferre, & non conferre, & in mea (salvo Apostolico præcepto) illum acceptare, & non acceptare; non collusoriè, nec illusoriè quoad leges Ordinis, sponte, & liberè coram Reverendissimis, & Adm. RR. PP. præfatis Electoribus, ut præmittitur, convocatis, & collegialiter congregatis, renuncio, & cum effectu dimitto officium, & dignitatem Ministri Generalis, & officii ipsius sigilla cum effectu, & actu consignationis resigno præsentibus Testibus infra subscribendis, & ad id expressè vocatis, & rogatis, atque adstantibus, & videntibus, & audientibus. Rogoque, ut illam recipiant, & admittant ser. ser. ex quo à me adductæ causæ in Religionis utilitatem, & profectum sint cessuræ, quod est principalissimum ad renunciationis admissionem sequisitum à præfatis Constitutionibus Anni 1651. cap. 3. §. 3. n. 3. taxatum, animo tamen, ut, juxtà constitutiones de renunciatione, eligatur Vicarius Generalis, & non aliàs, nec alio modo &c.

Id tamen non siluero, quod pro Ordinis amplitudine vix sit possibile tanto muneri satisfacere, quod majoris ponderis, quam Episcopatus esse declaravit Bonifacius VIII. in causa renunciationis, teste Vvaddingo ad ann. 1296. relat. a Gubern. tom. 1. Orb. Seraph. fol. 51. Col. 2. ad finem; sine dubio ipse quoque pluribus defuisse debui, & pro humana fragilitate, ac imbecillitate pluries committendo, vel omittendo peccavi. Pro quibus omnibus & veniam precor, & ut me ad satisfaciendum Deo optimo maximo suis precibus adjuvent, enixè supplico. Dedi Romæ in Conventu Aracœlitano hac die 5. Septembris 1697.

Ego Fr. Bonaventura Poerius Minister Generalis Ordinis Sancti Francisci renuncio, manu propria.

Die quinta Septembris 1697. Præsentata per Reverendissimum Patrem Bonaventuram Poerium Ministrum Generalem Reverendissimo Diffinitorio Generali, fuit communi voto Ser. Ser. admissa, & à Reverendissimo Patre Carolo Francisco de Vare-sio

sio Ex-Commissario Generali, & Præside congressus, nomine Capituli Generalis acceptata coram infrascriptis Testibus ad id specialiter vocatis, & ad singula adstantibus.

Ego Fr. Petrus ab Urbino, Ex-Provincialis, & Secretarius Generalis Reformatorum fui præsens.

Ego Fr. Nicolaus de Leon, Lector Jubilatus, & Sec. Ordinis fui præsens.

Ego Fr. Jo: Maria de S. Cruce, Sec. Generalis Ordinis fui præsens.

Loco ✠ Sigilli.

Appropinquante tempore electionis Vicarii Generalis Reverendissimus Poerius misit litteras citatorias legendas ad sonum, Campanæ, non solum in Refectorio Aracœlitano, sed etiam in illo Sancti Francisci à Ripa, & fuerunt quæ sequuntur.

Fr. Bonaventura Poerius de Tabernis, Lector Jubilatus, & totius Ordinis Sancti Patris Nostri Francisci Ex-Minister Generalis immediatus, ac vigore Constitutionum Generalium Ordinis ad infrascripta specialiter Delegatus.

VAcante per nostram renunciationem, qua hodie verbo, & scripto coram Reverendissimis, & Adm. Rev. PP. Vicarii Generalis Electoribus Officium dimisimus, ac ejusdem renunciationis per ipsos Capituli Generalis compromissarios factam legalem admissionem ad formam constitutionum, Officio Ministeriatus Generalis, ne diutius Ordo remaneat acephalus, necessarium est eidem Ordini de idoneo, & legitimo Generali Vicario providere.

Ad effectum ergo ut juxtà dispositа à Statuto Generali Romano Anni 1651. ad electionem prædicti Vicarii Generalis valeat deveniri, præsentium nostrarum serie, & vigore, ac sub pœnis contra Vocales citatos, & convenire nolentes statutis, citamus, & convocamus omnes, & singulos Electores Vicarii Generalis hic præsentes, & audientes, videlicet Reverendissimos Discretos perpetuos, Adm. Rev. Procuratorem Generalem Ordinis, Commissarium Generalem Romanæ Curiæ, & Procuratorem Generalem Reformatorum, & decem Diffinitores Generales nostræ Familiæ, in præcedenti nostra litera convocatoria pro renunciatione nominatos, quorum etiam nomina hic pro insertis haberi volumus, ut tanquam Capituli Generalis utriusque Familiæ totius Ord. Compromissarii, ad quos dumtaxat ex præfato Romano Statuto pertinet electio Vicarii Generalis, ut conveniant ad hunc nostrum Aracœlitanum Conventum ad diem 7. currentis Mensis Septembris Anni 1697. ad effectum celebrandi in eo ritè, & canonicè, sub nostra præsidentia, electionem Vicarii Generalis totius Ordinis.

Admonemus autem illos, ut in eadem electione ad formam Sacrorum Canonum, & Ordinis Constitutionum processuri, & se gessuri, solum Deum, ejusque gloriam, & Sacræ Matris Religionis Seraphicæ bonum præ oculis habentes, & intendentes, nec personam hominis respiciant, nec favores extra Ordinem attendant, sed Ordinis gubernio de docto, pio, & exemplari, experto, & quantùm humana infirmitas noscere permittat, utili evasuro subjecto providere in votis habere se ostendant.

Quibus omnibus favorem Divinum imploraturi mandamus, ut singuli superiores locales, ad quos hoc brevi temporis spatio præsentes nostræ literæ pervenire potuerunt, Hymnum *Veni creator Spiritus* cum versiculis, & collectis de Spiritu Sancto, de Immaculata B. Virginis Conceptione, & de S. P. N. Francisco, à suis Religiosis in Choro post matutinum, & Vesperas, usque ad præfatum diem septimum, faciant recitari. In mane verò ejusdem diei septem Missam solemnem de Spiritu Sancto, ad eundem Divinæ implorandæ opis effectum, decantari faciant, in quo tum Clerici, tum Laici Fratres singuli communicabunt. Cœteri verò Sacerdotes eodem die ferventiùs celebrent, & tantæ actionis felicitatem, à qua prosperitas Ordinis dependet, Divinæ majestati commendent. Præsentibus post illarum receptionem in plena Fratrum Communitate de more publicandis. Datum Romæ Ex-Aracœli, die 4. Septembris 1697.

Fr. Bonaventura Poerius Præses.

In Dei Nomine Amen.

HÆc est electio Reverendissimi Patris Vicarii Generalis totius Ordinis Sancti Patris Nostri Francisci per PP. Vocales, qui de jure sunt Electores in hac Cismontana Familia, peracta in loco, & hoc Conventu Aracœli capitulariter, & legitimè congregatos, Anno Domini 1697. die vero septima Septembris canonicè, & ritè celebrata, in qua quidem electione Adm. R. P. Matthæus à S. Stephano, Lector Jubilatus, & actualis Diffinitor Generalis habuit vota sexdecim. Et ego Fr. Jo: Franciscus de Rapallo Provinciæ Reformatorum Genuæ, Diffinitor Generalis, unus ex Disquisitoribus, & Compromissariis virtute compromissi in me, & in socios meos limitati, nomine omnium, qui in dictam electionem convenerunt, & consenserunt præfatum Reverendissim. P. Mathæum à S. Stephano Vicarium Generalem canonicè electum nomino, & sic electum denuncio. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti Amen.

Ita est Ego F. Jo: Franciscus de Rapallo, Diffinitor Generalis, Disquisitor, & Scriba.

Ita est F. Franciscus de Ragusa, Diffinitor Generalis, & Disquisitor.

Ita est Ego F. Franciscus de Portilla, Diffinitor Generalis, & Disquisitor.

Fr. Bonaventura Poerius, Ex-Minister Generalis, & Præses confirmo.

Loco ✠ Sigilli.

Completa electione Vicarii Generalis vacabat locus unius Diffinitoris Generalis, quem ut dignior Pater Regni Neapolitani expetebat Pater Joseph Maria a Leverano, dato memoriali sequenti.

Reverendissimo Padre.

FRa Giuseppe Maria di Leverano della Provincia Osservante di S. Nicolò, Lettor Giubilato, Archivista Generale, e Padre dell'Ordine, trovandosi in pacifico possesso nel grado di Ex-Commissario Generale di Corte, in vigor del Decreto della S. Sede, da cui furono concesse al supplicante tutte le preeminenze, e prerogative, che godono in virtù delli Statuti dell'Ordine, e Bolle Pontificie, dopo il biennio dell'Officio, quelli che realmente sono stati Commissarii di Corte, supplica humilmente V. P. Reve-

rendissima à dichiararlo Diffinitor Generale surrogato nel luogo, che teneva V. P. Reverendissima, come che l'Oratore per le sopradette preminenze, e prerogative sia il più degno, trà li graduati habituali della natione del Regno, dentro della quale deve farsi tal surrogazione.

Frater Matthæus à Sancto Stephano, Sacræ Theologiæ Lector Jubilatus, & totius Ordinis Sancti Francisci Vicarius Generalis, & Servus.

Visa suprascripta Oratoris supplicatione, & audita desuper aliquorum gravissimorum Ordinis Patrum sententia, petitam sobrogationem in Diffinitorem Generalem pro natione Regni Neapolitani, ex allegata antiquioritate, & dignioritate sibi debita, eidem Oratori, juxta Apostolicas, & Ordinis Constitutiones benignè in Domino concedimus, illumque Diffinitorem Generalem subrogatum, prout de jure, per præsentes declaramus, & ab omnibus, ad quos spectat, pro tali haberi mandamus ubique locorum. Dat. Ex Aracœli, die 8. Septembris 1697.

Loco ✠ Sigilli.

Fr. Matthæus à S. Stephano, Minister Generalis.
Fr. Joannes Maria de S. Cruce, Secret. Generalis Ordinis.

Pro Coronide, Admodum Reverendi Patres Diffinitores Generales eximii meriti intuitu noviter electi Vicarii Generalis rogaverunt Pontificem maximum, ut dignaretur, non solum confirmare electionem, sed declarare electum Ministrum Generalem, ut de facto illos exaudivit.

Breve, quo declaratur Minister Generalis totius Ordinis Sancti Francisci Frater Matthæus à Sancto Stephano Vicarius Generalis.

Dilecto Nobis Filio Matthæo à S. Stephano Ordinis Fratrum Min. S. Francisci de Observantia nuncupatorum professori.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Dilecte Fili Salutem, & Apostolicam benedictionem.

REligionis zelus, vitæ, ac morum honestas, aliaque laudabilia probitatis, & virtutum merita, super quibus apud Nos fide digno commendaris testimonio, Nos inducunt, ut Te specialibus favoribus, & gratiis prosequamur. Cum itaque, sicut dilecti Filii Fratres Diffinitorii Generalis Ordinis Min. S. Francisci; tam de Observantia, quàm Reformatorum respectivè nuncupatorum, Nobis nuper exponi fecerunt, Te, qui Fr. expressè professus dicti Ordinis existis, ob egregia tua merita in Vicarium Generalem ejusdem Ordinis, usque ad illius proximè futurum Capitulum Generale inclosivè, juxta Statuta Ordinis hujuscemodi per Sedem Apostolicam confirmata, canonicè elegerint. In ratione verò Vicariatus hujusmodi Generalis eadem auctoritate, qua Minister Generalis Ordinis præfati pro tempore existens utitur, pari modo utaris; Cupiantque propterea iidem Exponentes, ut titulo, & denominatione Ministri Generalis hujusmodi decoreris, quemadmodum aliàs in casibus similibus à Sede præfata indultum fuit: Hinc est, quod Nos eorundem Exponentium votis hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere, Teque, præmissorum meritorum tuorum intuitu, specialis favore gratiæ prosequi volentes, tuique, & illorum singulares personas, à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium duntaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorundem Exponentium nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Tibi, ut etiam titulo, & denominatione Ministri Generalis Ordinis prædicti, usque ad proximum futurum Capitulum Generale hujusmodi, uti, frui, & gaudere, Teque Ministrum Generalem in quibusvis literis, Decretis, aliisque scripturis inscribere liberè, & licitè possis, & valeas, nec non interea Minister Generalis Ordinis hujusmodi, in quibusvis actibus, & functionibus, tam publicis, quàm privatis haberi, & reputari debeas in omnibus, & per omnia, perinde ac si in Ministrum Generalem Ordinis hujusmodi electus reperireris, & auctoritate Apostolica tenore præsentium concedimus, & indulgemus. Decernentes easdem præsentes literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac Tibi in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, & spectabit in futurum, inviolabiliter observari, sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, ac definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis nec non, quatenus opus sit, dicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, Statutis, & consuetudinibus, Privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus, pro plenè, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, & ad præmissorum effectum hac vice duntaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die XIX. Septembris 1697. Pontificatus nostri Anno Septimo.

REverendissimus P. Antonius Cardona sub fine sui Commissariatus Gener. nominatus fuit à Rege Catholico Carolo secundo ad Archiepiscopatum Valentinum; ideoque Commissariatum Gener. renuntiavit.

Electio Reverendissimi P. Fr. Ludovici de la Torre *in Vice-Commissarium Generalem hujus Familiæ Cismontanæ, facta in hoc Conventu Matritensi S. P. N. Francisci, die octava Mensis Novembris Anni Domini Millesimi sexcentesimi nonagesimi noni, ob renunciationem Commissariatus Generalis factam à Reverendissimo P. Fr. Antonio Folch de Cardona Lectore Jubilato, Commissario Generali supradictæ Familiæ, & Indiarum Occidentalium, Præsidente in ea prædicto Reverendissimo Patre.*

PRimò prædictus Reverendissimus P. F. Antonius Cardona, antequam procederet ad electionem, misit Epistolas Citatorias, quibus convocavit omnes Patres, qui secundum nostras Constitutiones debent concurrere, & suffragium habent in prædicta

cta electione; videlicet RR. Adm. PP. Diffinitores Cenerales hujus Familiæ, Fratrem Ludovicum de S. Joseph Provinciæ S. Antonii in Regno Portugalliæ, F. Joseph de S. Joanne Provinciæ Sancti Joseph. F. Franciscum de Aranda Provinciæ Tertiariorum in Bætica, F. Hieronymom de Sossa Provinciæ Castellæ subrogatum, & F. Joannem Perez Lopez Provinciæ Aragoniæ etiam subrogatum; simul etiam convocavit RR. PP. Provinciales, & Custodes Provinciarum Castellæ, Conceptionis, Carthaginensis, S. Joseph, & S. Pauli, quia proximiores huic Conventui Matritensi.

Facta est controversia intar Provincias Aragoniæ, & S. Jacobi, Angelorum, & S. Gabrielis, cui competeret Jus suffragandi in prædicta Electione. Reverendissimus P. Cardona desiderans hanc controversiam decidere, convocavit RR. PP. Provinciales, & Custodes, quod quilibet eorum respectivè esset die vigesima Octobris in Conventibus suarum Provinciarum, qui viderentur ipsis proximiores Curiæ Matritensi, ut tanquam partes essent præsentes in informationibus juridicè faciendis per Commissarium delegatum ab ipso Reverendissimo Padre. Decrevit insuper, quod prædictæ informationes juridicæ essent in Conventu Matritensi die prima Novembris. Prædicto die quælibet ex supradictis Provinciis suam informationem exhibuit. Et licet supradictus Reverendissimus Pater, Visis supra dictis informationibus, posset decidere hanc controversiam, noluit absque consilio, & dictamine aliorum Patrum hujus familiæ. Et hac die quarta supradicti Mensis Novembris nominavit conjudices, videlicet RR. Adm. PP. F. Josep de S. Joanne Lectorem Theologiæ, & Diffinitorem Generalem, F. Hieronymum de Sossa Lectorem Jubilatum, & Diffinitorem Generalam subrogatom, & F. Joannem Perez Lopez Lectorem bis Jubilatum, & Diffinitorem Generalam subrogatum; simulque RR. PP. Ildefonsum de Bienma Prædicatorem Regiom, simulque Theologum, & Provincialem Castellæ, F. Franciscum Herrera Lectorem Jubilatum, & Provincialem Conceptionis, F. Joannem Hydalgo Lectorem Jubilatum, & Provincialem Carthaginensem; F. Didacum de Cienpoçuelos Lectorem Theologiæ, & Provincialem S. Joseph; & Fr. Salvatorem à Conceptione Lectorem Theologiæ, & Provincialam S. Pauli.

Sessio Prima.

Die quarta Novembris, cum essent congregati supradicti conjudices in Bibliotheca supradicti Conventus Matritensis, præcepit sua Paternitas Reverendissima, ut comparerent RR. PP. Provinciales, & Custodes quatuor Provinciarum collitigantium; & cum comparuissent, præcepit, ut exhiberent, sique alia Instrumenta haberent, quæ faverent suo Juri, ultra informationes jam præsentatas, ut quilibet pro sua parte allegaret pro sua defensione, secundum Jus, intra terminom, sive ab hora notificationis, usque ad horam duodecimam diei sequentis.

Statim præcepit Reverendissimus Pater Reverendo Patri Secretario Generali, ut legeret supradictas informationes, & processus; obedivit, & cœpit legere informationem factam pro Provincia Aragoniæ, & sua Paternitas Reverendissima, & alii RR. PP. Conjudices, juxta declarationem factam per Testes, scribebat, & computabat leucas, ut postea formarent Judicium de proximitate hujus Provinciæ ad Conventum Matritensem, & postquam finem dederunt lectioni prædictæ informationis, & facta computatione leucarum juxta depositionem Testium, fuerunt lectæ aliæ duæ informationes factæ pro parte Provinciæ Angelorum, una facta à Judice Seculari probante majorem proximitatem per Conventum de *Xarandilla*, & ultimum locum sui districti, altera probans majorem proximitatem per Conventum de *Herxera*, & ultimum locum sui districti; & facta computatione leucarum juxta depositionem Testium.

Sessio Secunda.

Die quinta Novembris hora matutina fuit lecta Informatio facta in favorem Provinciæ S. Gabrielis, & hæc probat majorem proximitatem ad hunc Conventum Matritensem per Conventum de Belvis, & per ultimum locum sui districti de Belvis, qui vocatur *Cacada*: simulque probat majorem proximitatem per Conventum de Xarandilla, & ultimum locum sub districto, qui vocatur *Madrigal*. Item cœpit legi informatio facta pro Provincia S. Jacobi, quæ probat majorem proximitatem per Collegium de Alva, & per ultimum locum sui districti, qui est *Malpartida*, & solum fuit lecta informatio usque primum testem inclusivè,

Sessio Tertia.

Prædicto die, hora vespertina conclusa fuit informatio Provinciæ S. Jacobi, & conclusa lectione prędictæ informationis, R. Pater Diffinitor Generalis F. Joannes Perez Lopez supplicavit suæ Paternitati Reverendissimæ, ut exhiberet licentiam, & ipsum eximeret a decisione, quæ sumenda erat pro Jure suffragandi inter Provincias collitigantes. Visis, & auditis rationibus ab ipso allegatis, licentiam exhibuit, ut exiret de Congressu. Item fuerunt lectæ diversæ petitiones prædictarum quatuor Provinciarum contendentium, videlicet Aragoniæ, S. Jacobi, Angelorum, & S. Gabrielis.

Sessio Quarta.

Die sexto Novembris hora vespertina congregatis RR. PP. Conjudicibus: dixit Sua Paternitas Reverendissima, ut quilibet exhiberet Judicium, & dictamen circa decisionem supradictæ controversiæ. Nemine discrepante dixerunt suum dictamen, videlicet, quod Provincia Sancti Jacobi debebat præferri aliis Provinciis collitigantibus, & consequenter, quod debebat suffragium ferre in electione proximè futura. Item, quia prædictæ Provinciæ exhibuerunt petitiones, ut ipsis daretur transumptum, & tempus, ut possint allegare, quæsivit Sua Pat. Reverendissima, ut dixisset si conveniret condescendere? Responderunt omnes PP. Conjudices, quod cum dies electionis esset proximus, & hæc non debebat differri, non erat consentaneum pro nunc, ut ipsis præberetur transumptum: Si autem transacta electione vellent transumptum, posset Sua Paternitas Reverendissima ipsum dare, & etiam tempus necessarium pro suis allegationibus.

Sessio Quinta.

Die septima prædicti Mensis Novembris hora matutina, citatis Provinciis collitigantibus, ut audirent sententiam, & decisionem Causæ, conjuncti fuerunt RR. PP. Conjudices; & cum comparuissent personaliter RR. PP. Provinciales, & Custodes supradictarum quatuor Provinciarum, excepto Cu-

Digitized by Google

stodes Provinciæ Sancti Gabrielis, qui propter infirmitatem non potuit pervenire ad hanc Curiam; lecta fuit sententia in præsentia Suæ Reverendissimæ Pat., dictorumque PP. Conjudicum, & coram testibus ad hunc effectum vocatis, in qua decretum fuit, quod Provincia Sancti Jacobi sit vicinior, & proximior huic Conventui Sancti Francisci Matritensi, qui est locus, & domicilium S. Pat. Reverendissimæ, quàm aliæ tres Provinciæ. Audierunt sententiam, & appellarunt de illa. Concessa fuit appellatio, *si, & in quantum*, & non ettatdata executione.

Sessio Sexta.

Eodem die septimo Novembris hora vespertina congregati fuerunt omnes M. RR. PP. qui legitimè debent concurrere ad electionem, qui fuerunt Diffinitores Generales, Fr. Joseph de Sancto Joanne, F. Hieronymus de Sossa, & F. Joannes Perez Lopez; simulque PP. Provinciales, & Custodes Provinciarum Castellæ, Sancti Jacobi, Conceptionis, Carthaginensis, Sancti Joseph, & Sancti Pauli. Sic congregati, in prima Sessione hujus Congressus processerunt ad illam in forma sequenti.

Primò lecta fuit Epistola R. P. Diffinitoris Generalis F. Ludovici de Sancto Joseph Provinciæ S. Antonii in Regno Portugalliæ præscribens diversas causas, ob quas non poterat pervenire. Visis, & auditis Causis, judicarunt prædicti PP. esse legitimè excusatum.

Item, cum in isto Conventu transierit ad meliorem vitam die secunda hujus Mensis Decembris (stantes quasi omnes Vocales in illo) R. P. Diffinitor Generalis F. Franciscus de Aranda Provinciæ Tertiariorum in Bætica, & videndo ex una parte, quod electio Vice Commissarii Generalis esset determinata ad diem octavum Novembris, & ex alia, qui debebat subrogari, esset R. P. Joannes de S. Bernardo Ex-Diffinitor Generalis ejusdem Provinciæ, & Ordinis Tertii, & ritè pro tunc esset in Civitate Hispalensi ab hac Curia distanti quasi per centum leucas: In cujus Constitutione videbatur impossibile illum convocare intra prædictum tempus. Consultis prædictis RR. PP. supra hoc articulo, omnes unanimiter dixerunt, non debere convocari, sed posse procedi ad electionem sine isto suffragio.

Item R. P. F. Antonius de Castella Lector Jubilatus, & Custos Provinciæ Conceptionis, cum esset in isto Conventu tanquam legitimus Vocalis, & esset graviter infirmus, proposuit Sua Paternitas Reverendissima dictis Patribus hujus Congressus hæc dubitatio, si debebat omitti istud suffragium, & censeri legitimè excusatum prædictum Vocalem, attentis circumstantiis præsentibus? Resolutio fuit, quod si tempore electionis reperiretur capax deliberationis, ita ut posset subscribere manu propria suum suffragium, non debebat omitti, secus è contra.

Item legitimatis jam Vocalibus in prædicta forma, Sua Paternitas Reverendissima renuntiavit in tota forma suum officium; primò in voce transferendo sigilla, & Regestum officii Commissarii Generalis familiæ ad R. P. Fr. Joseph de S. Joanne Lectorem Theologiæ, & Diffinitorem Generalem, cum esset legitimus Præses ad hunc effectum.

Secundò fecit renunciationem in scriptis, & præsentata, & lecta coram prædictis Patribus Congressus, omnes, quamvis cum magno dolore, acceptaverunt prædictam renunciationem, & fuit scripta, & publicata coram testibus acceptatio renunciationis.

Acceptata, & publicata prædicta renunciatione, omnes PP. prædicti Congressus, simul cum testibus ad hunc effectum vocatis, transferunt ad Cellam R. P. Cardona, & coram ipso R. P. Secretarius Generalis Fr. Joannes Ximenez legit acceptationem. Et ex tunc officium Commissarii Generalis hujus Familiæ vacans declaratum fuit. Quare R. Adm. P. Diffinitor Generalis, & Præses F. Joseph de Sancto Joanne transtulit sigilla, & Regestum Ordinis ad manus Suæ Paternitatis Reverendissimæ, cui secundum Statuta Nostri Ordinis pertinebant, Sede Vacante, cum esset P. dignior hujus Familiæ: De cujus executione testimonium præbuit supradictus R. P. Secretarius Generalis.

Postquam declaratum fuit officium vacans, Reverendissimus P. Fr. Antonius Cardona, tanquam Præses futuræ electionis Vice-Commissarii Generalis, convocavit, ut præscribunt nostræ Constitutiones generales, omnes supradictos RR. PP. Vocales, assignando diem sequentem octavum Novembris hora matutina.

Sessio Septima.

Die octavo supradicti Mensis dicta Missa Spiritus Sancti, ut moris est in nostra Seraphica Religione, inter horam octavam, & nonam, paulo minus, congregati fuerunt supradicti RR. PP. Vocales in Capitulo, ad effectum electionis Vice-Commissarii Generalis. Et quia R. P. F. Antonius de Castella Custos Provinciæ Conceptionis, & unus ex Vocalibus, reperiebatur in articulo mortis, dubitatum fuit si reperiretur capax, vel non ad suffragandum? Rev. P. Præses, de consilio PP. Vocalium, misit duos PP. Disquisitores cum P. Secretario Generali ad locum ubi erat infirmus, & cum visitassent, & loquerentur, PP. Disquisitores cognoverunt mentem perturbatam. Idipsum affirmavit Religiosus assistens. De cujus executione testimonium præbuit P. Secretarius Generalis coram Sua Pat. Rev. & omnibus supradictis Patribus Congressus, & sic sine isto suffragio transierunt ad electionem Vice-Commissarii Generalis, quæ ad litteram est tenoris sequentis.

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, Amen.

Hæc est electio Rev. Pat. Vice Commissarii Generalis hujus Cismontanæ Familiæ Fratrum Minorum S. P. N. Francisci canonicè celebrata per RR. PP. Vocales ejusdem Familiæ, juxta statuta Generalis Ordinis peculiariter vocatos, & congregatos in præsenti S. Francisci Matritensi Conventu Almæ Castellæ Provinciæ, die octava Novembris anni Domini millesimi sexcentesimi nonagesimi noni.

Cum siquidem Rev. P. F. Antonius de Cardona Lector Jubilatus, Commissarius Generalis totius Ordinis in supramemorata Familia, pariterque in Occidentalibus Indiis, legitimè, ac spontaneè suum officium Commissarii Generalis, prout de jure, juxtaque nostrarum Constitutionum præscriptum, ac dispositionem, renunciasset, ejusmodique muneria cessio, atque renunciatio fuisset admissa, dictus Rev. P. accessit iterum, ac consumptis ejusdem Familiæ sigillis simul, & Regestis, quæ quidem sibi secundum nostræ Religionis Jura competunt, tanquam digniori, & Antiquiori Familiæ Patri, convocari demum jussit Ad. RR. PP. ejusdem Diffinitores Generales, scilicet F. Josephum à S. Joanne, Provinciæ S. Joseph Discal-

calceatorum. F. Hieronymum de Sossa hujus Castellæ Provinciæ, & F. Joannem Perez Lopez Provisciæ Aragoniæ. Deinde sex de more Provincias memorato Sancti Francisci Mitritensi Conventui, ubi Rev. idem Pater suum in præsens habet domicilium, viciniores, nempe Provinciam Castellæ, S. Jacobi, Conceptionis, Carthaginensem, S. Joseph Discalceatorum, & S. Pauli similiter Discalceatorum, ex istarum unaquaque binos hoc ordine Vocales, videlicet: Ex hac Castellæ Provincia RR. PP. Ildefonsum de Biezma Ministrum Provincialem, & F. Lucam Alvarez de Toledo Custodem. Ex Provincia S. Jacobi RR. PP. F. Ludovicum *della Torre* Ministrum Provincialem, & F. Antonium Salgado Custodem. Ex Provincia Immaculatæ Conceptionis RR. PP. F. Franciscum Herrero Ministrum Provincialem, & F. Antonium de Castells Custodem. Ex Provincia Carthaginensi RR. PP. Joannem Hidalgo Ministrum Provincialem, & F. Franciscum de Antona Custodem. Et ex Provincia S. Joseph Discalceatorum RR. PP. F. Didacum de Cienpoçuelos, Ministrum Provincialem, & F. Julianum à Jesu Custodem. Ex Provincia denique S. Pauli Discalcearorum pariter RR. PP. F. Salvatorem à Conceptione Ministrum Provincialem, & F. Didacum à S. Francisco Custodem. Hi omnes tanquam legitimi Vocales ad munus præfatæ electionis convocati, in supradicto Convento, concurrerunt. Præsidente autem præmemorato Rev. P. F. Antonio de Cardona, assignatisque duobus Disquisitoribus, & uno Secretario ex numero Electorum, ac observatis alias omnibus, & singulis solemnitatibus, & circumstantiis à Constitutionibus Generalibus dispositis in Electionibus, ad hanc Vice-Commissariatus Generalis sic ventum fuit. Cum autem præfatus R. P. F. Antonius de Castella Provinciæ Conceptionis Custos, graviter ægrotaret, constitutus in mortis forte periculo, sanctoque extremæ Unctionis Sacramento recepto, missis, jussu prædicti Rev. P. F. Antonii de Cardona, de consilio RR. Ad. PP. Vocalium, duobus Disquisitoribus cum Secretario Generali in locum Infirmariæ hujus Conventus, ubi Infirmus jacebat, ut certiores fierent an capax esset, vel non, suffragandi, Invenerunt prædictum R. P. F. Antonium de Castella incapacem omninò existere ad suffragandum, ob illius mentis perturbationem, quam quidem cognoverunt, nedum experimento visus, verum etiam relatione veridica Fr. Ildefonsi Garcica Infirmarii, continuoque ad Infirmi caput assistentis; de quibus fidem fecit præfatus R. P. Secretarius Generalis Ordinis. Quapropter R. P. Præses cum consilio pariter RR. PP. Vocalium, habuit præfatum R. P. F. Antonium de Castella legitimè excusatum. Sicque ad prædictam electionem processum fuit cum reliquis quindecim RR. PP. Vocalibus remanentibus, quorum omnium suffragia taliter distributa fuere.

R. P. F. Joseph Sanz Lector Iubilatus, ac Ex-Diffin. Almæ Provinciæ Castellæ habuit unum suffragium.

A. P. F. Ioseph Garzia Lector Iubilatus, ac Minister Provincialis Almæ Provinciæ Aragoniæ habuit unum Suffragium.

R. P. F. Ioannes Garzia Lector Iubilatus, ac Ex-Provincialis Almæ Provinciæ Conceptionis habuit unum Suffragium.

R. P. F. Ludovicus *de la Torre* Lector Iubilatus, Ex-Secretarius Generalis Ordinis, ac Minister Provincialis Almæ Provinciæ S. Iacobi, habuit duodecim Suffragia.

Et Ego F. Iulianus à Iesu ejusdem Ordinis professor, & Provinciæ S. Ioseph Custos, unus Ex-Disquisitoribus, & compromissariis, virtute compromissi in me, & in socios meos limitati, nomine omnium, qui in dictam electionem convenerunt, & consenserunt, præfatum Rev. Patrem Nostrum F. Ludovicum *de la Torre*, in quem major pars Vocum consensit, esse Commissarium Generalem canonicè electum, nomino, & sic electum denuncio. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen. F. Antonius de Cardona, Ex-Commissarius Generalis, & Præses Electionis. F. Lucas Alvarez de Toledo Disquisitor. F. Franciscus Herrera Disquisitor. Ita est F. Iulianus à Iesu Disquisitor, & Secretarius Electionis.

Confirmatur Decretum Provinciæ Sancti Evangelii in nova Hispania Ordinis Minorum de Observantia de eligendo uno Definitore ex Recollectis ejusdem Provinciæ.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

EXponi Nobis nuper fecerunt dilecti Filii Fratres Provinciæ S. Evangelii nuncupatæ in nova Hispania, Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia Recollectorum nuncupatorum, quod, cum in Constitutionibus Generalibus dicti Ordinis disponatur, ut in singulis Capitulis Provincialibus Provinciarum Familiæ Ultramontanæ ejusdem Ordinis pro tempore celebrandis, unus Religiosus ex statu Recollectionis Ordinis hujusmodi assumatur, & in Definitorem omnino eligatur, hæcque dispositio in dicta Provincia usu recepta reperiatur, inter Fratres vero, qui de Observantia dicuntur, in eadem Provincia existentes quædam vigeant partialitates, quas Fratres de Observantia prædicti, etiam inter ipsos Exponentes introducere tentarunt, iidem Exponentes agnoscentes partialitates hujusmodi eorum quieti, & Religiosis institutis repugnare, non solum eas omninò rejecerunt, verum etiam, quo firmius sua jura tuerentur, curarunt, ut die 23. Decembris *1696.* tota Provincia prædicta, illiusque Definitorio consentientibus, & subscribentibus inter alia ederetur Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet. Item determinatum fuit, quod quia semper Sancta Recollectio istius Provinciæ Definitorem perpetuo teneat, conformiter ad nostras Leges, eligatur semper unus Definitor Recollectionis, absque eo, quod attendatur ad aliquam partialitatem: & casu, quo vel ex morte, vel ex alia quacumque causa, Definitoris Recollectionis votum vacaret; Statutum Generale de hoc puncto pertractans servabitur.

§. 1. Cum autem, sicut eadem Expositio subjungebat, variis artibus, & coloribus Decretum hujusmodi, in maximum Recollectionis inter Exponentes præfatos stabilire præjudicium, eludi, ac saltem Indirectè averti tentatum fuerit, ac proinde dicti Exponentes illud, quo perpetuam roboris obtineat firmitatem, nec a quoquam, sub quovis prætextu, directè, vel indirectè convelli, aut prave detorqueri unquam possit, Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri summopere desiderent: Nos ipsos Exponentes specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter

ter porrectis inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum, qui dilectum etiam Filium Commissarium Generalem Curiæ dicti Ordinis super præmissis audiverunt consilio, Decretum præinsertum, auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus, salva tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium.

§. 2. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, & illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis, ac, quatenus opus sit, Provinciæ, & Ordinis hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 23. Decembris 1699. Pontificatus nostri anno octavo.

Confirmatur Decretum Congreg. Rituum circa primatum pro Provincia S. Didaci Fratrum Minorum de Observantia Discalceatorum contra FF. Augustinianos in Regno Mexicano.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

Emanavit nuper a Congregatione Ven. Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus præpositorum, ad favorem dilectorum filiorum Fratrum Provinciæ S. Didaci novæ Hispaniæ in Indiis, Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia Discalceatorum nuncupatorum, Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet: Mexicana præcedentiæ. Remissa ad Audit. Sanctissimi Domini Nostri Innocentii PP. XII. ad Sac. Rit. Congreg. Causa præcedentiæ inter Patres Discalceatos Strictioris Observantiæ Sancti Francisci Provinciæ S. Didaci ex una, & Patres Augustinianos Provinciæ Sanctissimi Nominis Jesu ex altera partibus, in Regno Mexicano, ultimo loco agitata super executione Decretorum ejusdem Sacræ Congregationis diversis temporibus ad favorem eorumdem Patrum Discalceatorum S. Francisci alias editorum, & signanter lati sub die 3. Junii 1676., & per literas in forma Brevis datas 19. Junii ejusdem anni fel. rec. Clementis Papæ X. approbati, & confirmati; Propositoque ab Eminentissimo, & Reverendissimo D. Cardinale Petruccio in eadem Sac. Rituum Congregatione infrascripto Dubio, videlicet. An Fratribus Discalceatis Strictioris Observantiæ Ordinis Sancti Francisci, non solum in Processionibus solitis, & sub propria Cruce, sed etiam in Concionibus, Disputationibus, concurrentia Prælatorum, aliisque actibus tam publicis, quam privatis, interveniente, vel non non interveniente Familia de Observantia, competat præcedentia supra Fratres Sancti Augustini? Sacra eadem Rituum Congregatio, tam in voce, quam in scriptis, partibus acerrime informantibus auditis, respondit. In casu, de quo agitur, Præcedentiam competere Patribus Discalceatis S. Francisci, ac amplius Dubium proponi vetuit. Et its decrevit, & servari, ac exequi mandavit die 13. Martii 1700. A. Cardinalis Cybo. B. Inghiramus Secretarius.

§. 1. Cum autem, sicut dilectus pariter filius Josephus Montoro prædicti Ordinis Fratrum Discalceatorum Professor, Provinciæ Sancti Didaci Custos, & Procurator, Nobis subinde exponi fecit, ipse Decretum hujusmodi, quo firmius subsistat, & servetur exactius, Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri plurimum desideret: Nos ipsum Josephum Custodem, & Procuratorem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præinsertum, auctoritate Apostolica, tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, salva tamen semper in præmissis auctoritate præfatæ Congregationis Cardinalium.

§. 2. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, amplissime suffragari: Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 4. Aprilis 1700. Pontificatus Nostri Anno Nono.

Sequuntur alia Decreta Sacrarum Congregationum.

DECRETUM.

Sacr. Congreg., quo moderantur, & confirmantur alia de Apostatis, & Ejectis edita sub Urbano VIII.

Instantibus Procuratoribus Generalibus Religiosorum Ordinum pro moderatione Decretorum de Apostatis, & Ejectis editorum à Sacra Congregatione Concilii, & a fan. mem. Urbano Papa VIII. an. 1624. confirmatorum, ut facilior modus incorri-

rigibiles ejiciendi præscribatur, Sacra Congregatio e Sanctissimo D. N. Innocentio Papa XII. super præmissis particulariter deputata, Eminentissimorum S. Romanæ E. Cardinalium Carpinei, Casanate, Mariscotti, de Norfolcia, de Lautza, de Aguirre, & Colloredi, perpensis eorumdem Procuratorum Generalium votis, ne consortio morbidarum pecudum cœteræ corrumpantur, & remedia hucusque ad sanitatem oblata male affectis officiant magis, quàm prosint, maturo examine, zelo Regularis Disciplinæ conservandæ, censuit, statuit, & auctoritate ejusdem Sanctissimi Domini Nostri sibi specialiter attributa, hæc imposterum servanda decrevit.

I. Quod firmis, se in suo robore semper manentibus prædictis Decretis de Apostatis, etiam secundum eam partem, ubi agitur de Ejectis, & Eiciendis, tanquam Sacris Canonibus, & communiori Sanctiorum Patrum menti conformibus. Quoad ejectos, eadem serventur, quæ in alio simili Decreto hac præsenti die emanato de Apostatis, & Fugitivis statuta sunt, & Indulta. Quoque ad præscriptam legem fan. mem. Gregorii IX. in cap. final. de Reg. anauatim fugitivi requirantur, & respectivè cogantur ad Claustra reverti.

II. Quod annus integer, qui in prædictis Decretis ann. 1624. præscribitur in pœnitentia, & jejunio ad eiciendos incorrigibiles, ad sex tantum Menses continuos imposterum coarctetur, & restringatur.

III. Quod facultas Generalibus Ordinum de consilio, & assensu sex ex gravioribus Religiosis in singulis Capitulis, & Congregationibus Generalibus ad Causas eiciendorum eligendis attributa, extendatur etiam ad quoscumque Provinciales: qui, electis pariter in Congregationibus Provincialibus sex gravibus à propria Provincia Religiosis, a Generali confirmandis, de illorum consilio, & assensu causas hujusmodi cognoscant, & ad effectum ejiciendi incorrigibiles suæ Provinciæ, & ejectionem pronunciant, accedente approbatione Generalis, & finiant, salva semper Sanctæ Sedis, & Sacræ Congregationis Concilii, in casu recursus, & appellationis, auctoritate.

IV. Quod in posterum Processus conficiantur juxta Regulas, Constitutiones, Ordinationes, & Stilum cujusque Ordinis, & Religionis, donec aliter fuerit a Sac. Congregatione provisum.

V. At, quia nimia, sine delectu, facilitas recipiendi quoscumque Religionis ingressum petentes, & a Religione forsan alienos, duram satis tractu temporis necessitatem parit eosdem à Claustris ejiciendi, ne hujusmodi semina, quæ a principio ad fructum faciendum cadunt in Terram bonam, paulatim contaminata inordinatis moribus, usque ad incorrigibilitatem succrescant in paleas, eadem Sacra Congregatio, annuente Sanctissimo Domino nostro, sub interminatione Divini Judicii, nec non privationis vocis activæ, & passivæ, ad dignitatum, & officiorum obtentorum, cum Inhabilitate ad eadem imposterum obtinenda; quibuscumque prædictorum Ordinum Superioribus districtè præcipit, & mandet omnia, & singula Decreta fan. mem. Clementis VIII. registrata post Decretum fan. mem. Urbani VIII. de Apostatis, & Ejectis incipien. *Regularis, Sanctissimus, & Nullus*, una cum aliis subsequentibus Decretis, provisionibus, Ordinationibus, & respective moderationibus, bis in anno legi, eadem ad unguem servari, pœnas in eisdem contentas innovari, & Capitibus Ordinum intimari, ne hujusmodi Decretorum transgressores, qui in lege gloriantur, per prævaricationem legis Deum inhonorent, & ne militiæ Christi adscripti, tàm de facili fiant desertores, ac profugi. Datum Romæ die 24. Julii 1694.

Epistola Sac. Congr. Episcop., & Regul. ad Episcopum Catanen. super approbatione ad triennium Confessarii Monialium, sub die 4. Maii 1696.

RIferito in Sagra Congregazione dall' Eminentissimo d' Adda tutto ciò, che V.S. ha rappresentato in ordine all' approvazione fatta da lei per un sol' anno del Confessore ordinario, deputato dal Provinciale della Provincia Osservante di Sicilia per le Monache del Monastero di Santa Chiara d' Adernò di cotesta Diocesi, soggetto dell' Ordine de' Minori Osservanti di San Francesco, questi Eminentissimi miei Signori sono stati di senso, ch' ella, o ammetta il Confessor deputato a compir il triennio, o assolutamente lo rigetti, e che in avvenire debba così osservarsi dal principio dell' approvazione di simili Confessori. Glielo significo, & il Signore Dio la prosperi.

Altera ejusdem Sacræ Congregationis Epistola ad Episcop. Hieracen. circa visitationem Confraternitatum in Ecclesiis Regularium.

QUesti Eminentissimi miei Signori m' hanno comandato di significarle, che da questa Sagra Congregazione de Vescovi, e Regolari è stato più volte risoluto, che gli Ordinarj possono visitare le Confraternite de Laici, erette nelle Chiese de' Regolari, e d' altre persone esenti, non solo in quanto alli beni, & entrate loro, con rivedere i Conti, ma anche le Cappelle stesse, in quanto a quello, che risguarda l' amministrazione, & altri obblighi personali, che spettano alla Compagnia, e Confrati ascritti a quella; cioè in riconoscere, se l' entrate, e limosine, che si danno per adornare, e mantenimento della Capella, e per accrescere ivi il Culto Divino, e divozione del Popolo, siano spese fedelmente, e con effetto s' impiegano ad utilità, & in beneficio della stessa Cappella, e non in altri usi; non toccando però il restante, che spetta alla Cura, e totale amministrazione de' Frati, e Regolari, che sono Padroni di tutto il Corpo della Chiesa, dove sono dette Cappelle, e Confraternite: come gli Altari, Immagini, & altre cose materiali, & utensili sagri applicati a quelle, sopra de' quali nè i Vescovi, nè altri Ordinarj hanno da ingerirsi, nè usare alcuna giurisdizione, o sopraintendenza, a segno tale, che non l' è permesso usar alcun atto giurisdizionale nelle suddette Chiese de' Regolari, fuora di quanto si è detto di sopra. Onde V.S. dovrà governarsi in questa conformità, che tale è sempre stato il senso della Sagra Congregazione.

Dubia, & Resolutiones circa usum Pluvialis in Processionibus.

„ SUpplicante humiliter Patre Procuratore Generali Ordinis Minorum Observantium Sancti „ Francisci a Sacra Rituum Congregatione declarari infrascripta Dubia.

Primum. „ An Guardiani Ordinis Minorum Ob- „ serv-

„ servantium S. Francisci Provinciarum Regni Neapolis, obtenta licentia ab Ordinariis locorum, „ oretenus, vel in scriptis, faciendi Solemnes Processiones per Civitates, vel Oppida, extra limites „ Conventuum suæ Religionis, cum Statua, aut „ Reliquia alicujus Sancti, possint Religiosi sui Ordinis uti Pluviali, licet in licentia obtenta non „ fuerit expressus usus Pluvialis?

Secundum. „ An usus Pluvialis in Processionibus Solemnibus sit testimonium, & signum jurisdictionis in utente Sacerdote?

Sacra eadem Rituum Congregatio censuit respondendum.

Ad primum: Affirmative.

Ad secundum. Negative: *& ita declaravit die 21. Martii 1699.*

DECRETUM.

Sacr. Congreg. Immunitatis super Sindicorum exemptione.

SAc. Congreg. inhærendo declarationibus alias factis, censuit Procuratorem, & Sindicum Fratrum Minorum de Observantia ex Bulla fel. rec. Clementis VII. gaudere privilegio fori, tam in causis civilibus, quam in criminalibus, & mixtis, & insuper non posse compelli ad exercenda munia publica Communitatis, neque a quoquam posse molestari, nisi coram legitimo Conservatore. In quorum fidem &c. Datum Romæ, hac die 31. Augusti 1695.

G. Cardinalis Carpineus.

Loco ✠ Sigilli.

I. Vallemanus Sec.

Spoletana. Instantibus Monialibus Monasteriorum Sanctissimæ Trinitatis, Sancti Pontiani, & Sanctæ Catharinæ, pro declaratione, Agentes dictorum Monasteriorum esse exemptos a Represaliis: Sacra Congregatio super Immunitate Ecclesiastica, & controversiis Jurisdictionalibus, habita sub die 24. Januarii 1698. censuit, Sindicos tantum, gaudentes privilegio fori, esse exemptos a Represaliis. Romæ, die 29. supradicti Mensis, & Anni.

G. Card. Carp.

Loco ✠ Sigilli.

I. Vallemanus Secretarius.

Epistola Cardinalis Præfecti Congr. de Bono Regimine ad Gubernatorem Civitatis Fani super eadem Sindicorum exemptione.

OGni volta, che Ludovico Gabbuccini sia stato legittimamente eletto per Sindico di cotesti Frati Minori Osservanti, e che costì non si trovi altro, che lui deputato a tal Carica, egli non deve esser tenoto al pagamento delle Collette per li pesi Communitativi, per li Privilegi, che competono a tali Ministri di detta Religione. Onde V. S. dovrà ordinare, che ad esso Gabbuccini si faccia godere l'esenzione dalli pesi suddetti, e Dio lo prosperi. Roma 9. Agosto 1698.

Di V. S. come Fratello - Il Card. Spada.

Francesco Caffarello Segretario.

COnsimilem Epistolam eadem Sac. Congr. de B. R. misit 24. Januarii 1699. ad Præsidem Urbini pro exemptione dicti Gabbuccini in bonis, quæ possidebat in ditione Urbinati: & alteram vidit est Congr. Sac. Consultat., sub die 20. Augusti 1701. ad Gubernatorem Fabriani, qua præcipitur, ut loco Josephi Possentia Sindici Apostolici Minorum de Observantia, utpote exempti, alius eligatur, qui ibidem Abundantiæ præsit. His tamen non obstantibus, cum Cardinalis Imperialis ad Visitationem Communitatum ditionis ecclesiasticæ se contulisset, declaravit prædictam Sindicorum exemptionem esse abusum, ac propterea non sustinendam, sed penitus abrogandam. Acta proinde est Causa coram Sacr. Congr. de B. R., adductisque rationibus, quæ Sindicis favere visæ sunt, emanavit die 19. Julii 1704. sequens Decretum: *Sindicos teneri ad onera Communitativa*. Cum vero Religio Sindicorum nomine a tali Decreto appellasset, rescriptum fuit, sub 14. Martii 1705. *In decisis, & acquiescant*.

Privatio vocis activæ, & passivæ Officialibus Generalibus Curiæ, qui Cellas Advenarum in Cœnobio Aracelitano aliis usibus addicunt.

Emi, & Rmi Domini.

F. Bonaventura Poerius totius Ordinis S. P. N. Francisci Minister Generalis exponit humiliter EE. VV., quod attenta maxima Fratrum suorum miseria, & eorum præsertim, qui ex hac Cismontana Familia legitime Romam confluunt; iis quippe Araecœlitani Conventus angustia de necessario nequit hospitio providere, unde humi, & sub atris inclementia noctes insomnes traducere sæpesæpius coguntur: & ne per hujusmodi egestatem aliquando emergant absurda, locum quemdam attendit inutilem, prius, utpote derelictum, situm è regione Lanificinæ, e parte posteriori, Templo finitimum, nisi hortulus intercederet Quæstuatorum Fratrum culturæ, & solatio addictus, ab occasu vero, majori Conventus horto, qui ad Sæculares ædes collimat, hærentem, ibique Dormitorium erigendum curavit, ad religiose hospitandos præmemoratus Fratres, & aliquem ex eadem Familia Generalem Prælatum, qui, suo peracto munere, ibidem residere valeat, implorato ad id ex Provinciis hujusmet Cismontanæ Familiæ necessario eleemosynarum subsidio. Ut autem hujusmodi provisio semper, sicut par est, in suo fine perseveret, ne ullo unquam tempore ad usus extrahatur alienos quod exhibetur: Orator supplicat EE. VV. quatenus dignentur præcipere omnibus, & singulis supradicti Ordinis Prælatis, & Subditis existentibus, & futuris, sub pœna privationis vocis activæ, & passivæ propriorum officiorum, ne præmemoratum Dormitorium, seu Hospitium quibuscumque aliis usibus, quam præfatis dumtaxat, addicere, sive applicare unquam audeant, vel præsumant. Quibuslibet Ordinis Patribus quacumque ex causa Romæ degentibus, ibidem sibi habitationem deligendi facultatem penitus interdicere, sub eisdem pœnis, ac injungere existentibus, & futuris pro Cismontana Familia

lis generalibus in curia Officialibus, ut Claves singularum Cellarum ejusdem Hospitii penes se, Hospitibus absentibus, semper retineant, nullumque, præter illos, ad quorum usus ex superius dictæ extructæ fuerunt, eas ingredi sinant ad habitandum, & pro gratis &c.

Sacra Congregatio Eminentissimorum, & Reverendissimorum S. R. E. Cardinalium, negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, attentis narratis, Oratoris precibus benigne indulsit, sub pœnis suprascriptis irremissibiliter eo ipso incurrendis. Romæ 28. Februarii 1697.

G. Cardinalis Carpineus.

Loco ✠ Sigilli.

M. Archiepiscopus Athanasium Secretarius.

DECRETUM.

Rmi P. Generalis circa nonnullas Dormitorii Aracœlitani Cellas.

F. Matthæus a S. Stephano Sacræ Theologiæ Lector Jubilatus, ac totius Ordinis S. P. N. Francisci Minister Generalis, & Servus.

PAstoralis exigit sollicitudo charitatis, ut cum hæc Fratribus, qui ex Italiæ Provinciis, aut Romã transeunt, aut eodem variis de causis confluunt, præfati novi Hospitii, sive Dormitorii constructionem præparaverit; Religiosis etiam, qui in hoc Aracœlitano Conventu de familia degunt, de Cellarum commoditate consulatur. Hinc nostro perinde Zelo, ac supplici ad hoc libello moti, nec non super expositis, principalioribus Romanæ hujus Almæ Provinciæ Patribus ex una parte, & ex altera P. Procuratore Generali Ordinis prævaudita, de Cellis commorantibus in prædicto Conventu de Familia Fratribus providendum duximus. Quapropter expressum hoc ipso supplici libello Dormitorium, quod scilicet, cum majorem Scalam ascenditur, adest a sinistris, Cellas continet novem, & a Claustro habet fenestras, quodque ad hanc diem a Fratribus habitatur hospitibus, actuali P. Guardiano, vel quovis alio titulo ejusdem Conventus Superiori, ejusque Successoribus concedimus; ita tamen, primum, ut ejusdem Dormitorii Cellæ duæ, quinta nimirum, ubi nunc P. Literarius generalis manet, & sexta, in qua habitat P. Scriptor generalis Curiæ, sint, invariabiliter, & in perpetuum sub jure, dispositione, & jurisdictione Patrum Officialium Generalium Curiæ Cismontanæ Familiæ omnino eædem remaneant, quæ nullo proinde modo in dicta concessione intelligantur comprehensæ: deinde, ut P. Guardianus Aracœlitanus præsens, & pro tempore exiturus obligationem semper habeat, & onus providendi de Cellis viginti quatuor Sacræ Theologiæ Studentibus Generalibus, hoc tamen pacto, ut ex his, tribus Polonis, singulas singulis, ac tribus Lectorum generalium Sociis, singules singulis Cellas assignet; cœteris verò ex præfixo numero pro ejusdem Superioris Zelo, prudentia, & charitate, prout hujusce nostri positione Decreti præfatum Dormitorium, sub iisdem expressis conditionibus, & exceptionibus, inviolabiliter sub prædictæ concessionis nullitate, servandis, concessum esse volumus, decernimus, & declaramus. Datum Romæ ex Aracœli die 26. Augusti 1698.

Loco ✠ Sigilli.

F. Matthæus a S. Stephano Min. Generalis.

F. Sebastianus a Benevento Sec. Generalis Ordinis.

DECRETUM.

P. Generalis circa Commissarii Generalis Nationis Germano-Belgicæ eligibilitatem in Ministrum Provincialem.

Fr. Matthæus a Sancto Stephano Lector Jubilatus, & totius Ordinis S. P. N. Francisci Minister Generalis.

IN consequentiam Decretorum a Reverendissimo P. F. Francisco Maria Rhini de Politio, tunc Ministro Generali Prædecessore nostro, declaramus Commissarium Generalem nostrum Nationis Germano-Belgicæ, licet præsideat Capitulo suæ Provinciæ, si nihil elias de jure obstet sibi tamquam personæ, ex vi officii Commissariatus Generalis, & Præsidentiæ hujusmodi, non esse ineligibilem in Ministrum suæ Provinciæ, dummodo non sit etiam illius Commissarius Visitator in proprietate, sed illam per elium visitaverit. Eo tamen animadverso, quod, cum non possit ex dispositione Sac. Concilii Tridentini retinere duo beneficia curata simul, & semel, in actu petendi confirmationem suæ electionis in Ministrum Provincialem, teneatur resignare Commissariatum Generalem Nationis; cui æque ac Prælatui incumbit cura animarum, aliàs si non resignaverit, habeatur pro resignato. Et ita in terminis præsentis propositionis declaramus, & decernimus. In quorum &c. Datum Romæ ex Aracœli hac die 13. Septembris 1698.

F. Matthæus a S. Stephano Minister Generalis.

Loco ✠ Sigilli.

Decernitur validitas Capituli Provinciæ Germaniæ Inferioris.

In Dei Nomine Amen.

IN Causa Nobis ab A. R. P. F. Henrico Tempel nostri Ordinis Min. Obs. Definitor Generalis, & in Provinciis Germano Belgica Commissario nostro Generali Nationali, proposita, juxta sequentia ex specie facti deducte.

1. An sustineatur Electio Ministri, Custodis, & Definitorum nuperrimi Capituli Provinciæ nostræ Germaniæ Inferioris, in qua, cœteris per Schedules suffragantibus, Præses, & Definitores votum suum per vocres a Collegis scrutatoribus reciproce receptas, & descriptas, secreto, & ignorante Capitulo, licet forte unus, vel alter ex Vocalibus non scrutatoribus talem materialem suffragandi formam absque oppositione animadverterit, dederunt, & per hoc dubitetur de fractura, & violatione secreti Electionis?

2. An Minister in eodem Capitulo neo-electus, & in

in Conclavi, absque solemnitatibus confirmatus, suffragari potuerit in electione Custodis, & Definitorum incontinenti in altero scrutinio subsecuta, cum contraventum prætendatur Statuto adducto a Lanthusca in *Theatro*, verbo Custos n. 2?

Nos Fr. Matthæus a S. Stephano Sacræ Theologiæ Lector Jubilatus, & totius Ordinis FF. Minorum Minister Generalis, & Judex ordinarius, re mature perpensa, & omnibus considerandis attente consideratis, auditis desuper gravioribus Ordinis Patribus, per hoc nostrum Decretum dicimus, resolvimus, & declaramus.

Ad primum, sustineri electionem, in qua aliqui etiam vocaliter dederunt secreto votum suum Scrutatoribus audientibus, & recipientibus, ac describentibus, non tamen publicè illud manifestaverunt Capitulo permittenti.

Ad secundum, Statutum a Lanthusca adductum non extendi ad Ministros Provinciales etiam neo-electos, dummodo sint a Præside, etiam in Conclavi, & absque cæremoniis, confirmati.

Adeoque prædictas Electiones sic, ut præfertur, celebratas, cum inde secutis, validas, & legitimas esse pronunciamus, & tanquam legitime factas confirmamus, & pro legitimis, ac validis, sub rebellionis, & inobedientiæ nota, ab omnibus, ad quos pertinet, haberi mandamus, præsentis nostri Decreti executionem, & publicationem præfato A. R. P. Commissario Generali committentes. Et ita &c.

Datum Romæ in hoc Almo nostro Aracœlitano Conventu hac die XI. Decembris 1699.

FUNERALIA VADEN.

Dubia proposita Sac. Rit. Congr. cum eorumdem resolutione.

Primum. „ AN associatione Cadaverum ad Ecclesias Regulares sint vocandi omnes Mansionarii, præter Parochum?

Secundum „ An Parochus ingredi possit Ecclesias „ Regularium cum Stola, & Cruce, ibique officium, & functiones peragere?

Tertium „ An liceat Parocho exigere majorem „ eleemosynam ab exteris tumulandis in Ecclesiis „ Regularium, quam a Civibus?

Sacra eadem Rituum Congregatio, utraque parte tam in voce, quam in scriptis prius audita. *Negative* in omnibus respondit. Et ita declaravit, & servari mandavit. Die 2. Augusti 1698.

A. Card. Cybo.

Loco ✠ Sigilli.

B. Inghirami S. R. Congr. Secretarius.

SARNEN. EXECUTIONIS BULLARUM.

Sententia lata in PP. Conventuales Civitatis Sarni in Regno Neapolitano, concedentes non licere PP. Minoribus de Observantia habitum pænitentiæ dare Tertiariis in suis respective domibus degentibus.

CHristi nomine invocato, pro Tribunali sedentes, & solum Deum præ oculis habentes, per hanc nostram definitivam sententiam, quam de juris Peritorum consilio in his scriptis ferimus in causa, & causis, quæ primo, & in prima coram Nobis versæ fuerunt, & vertuntur instantiis, inter RR. PP. FF. Minores Observant. Conventus Sancti Francisci Civitatis Sarni Actores ex una, & RR. PP. FF. Conventuales Conventus de Fuce dictæ Civitatis, reos conventos ex altera partibus, de, & super observantia Bullarum ab Innocentio IV. sub datum 13. Junii 1246. incipien. *Vota Devotorum Ecclesiæ* a Nicolai IV. sub datum 8. Augusti, incipien. *Unigenitus Dei filius*; a Sixto IV. sub datum 21. Decembris 1471. incipien. *Romani Pontificis providentia circumspectio*, & ab Alexandro VII. sub datum 18. Julii 1657. incipien. *Exponi Nobis &c.* emanatarum, ac respectiva exequutione earumdem, super facultate eisdem PP. Min. de Observantia concessa inducendi, & regendi Fratres Tertii Ordinis Seraphici P. S. Francisci de Pœnitentia nuncupatos, seu Tertiarios, ac illos induendi habitu, & cingendi Cingulo, seu Chorda, ad formam prædictarum Bullarum concesso, seu concessa, nec non juxta formam, & usum communem Religionis, juxta Pontificias Constitutiones, nec non ad normam litteralium Monitorialium per Prædecessorem nostrum expeditarum, dicimus, declaramus, decernimus, pronunciamus, ac definitive sententiamus, dictas Bullas superius recensitas observandas, & exequendas fore, & esse, prout exequi, & observari volumus, & mandamus, & effectu hujusmodi, ac exequutione, dicimus, declaramus, & definitivè sententiamus dict. RR. Minores Observanter manutenendos, & quatenus opus sit, reintegrandos fore, & esse ad quietam, & pacificam possessionem Induendi dictos Fratres Tertii Ordinis de Pœnitentia, seu Tertiarios nuncupatos, illosque regendi, ut supra, mandatumque manutenendo, & reintegrando decernendum, & relaxandum fore, & esse, prout decernimus, & declaramus, ac definitive sententiamus, non solum isto, sed & omni alio meliori modo.

Item pari nostra sententia dicimus, declaramus, decernimus, pronunciamus, & definitive sententiamus DD. RR. PP. FF. Conventuales Conventus de Fuce Civitatis, nisi intra quindecim dies a die intimationis præsentis nostræ sententiæ, seu infrascripti mandati de manutenendo, respective eis faciendo, computandos, realiter, & cum effectu eidem sententiæ, ac nostro mandato de manutenendo paruerint, pro nunc, pro ex tunc, suspensionem a Divinis, interdicti ingressus Ecclesiæ, aliasque Ecclesiasticas sententias, censuras, & pœnas in prædictis Bullis contentas, & comminatas damnabiliter incidisse, & incurrisse ipsosque ita suspensos, & interdictos, & censuris Ecclesiasticis suppositos, ac declaratos, publice denunciandos, & ab omnibus Christifidelibus uti tales habendos, & evitandos, prout arctius evitari mandamus, literasque declaratorias desuper necessarias, & opportunas decernen., & relaxan. fore, & esse, prout declaramus, decernimus, concedimus, & relaxamus, victosque victoribus in expensis condemnamus, quorum taxationem Nobis, vel cui de jure in posterum, reservamus. Et ita dicimus, declaramus, pronunciamus, decernimus, & definitive sententiamus, non solum isto, sed & omni meliori modo &c. die 27. Martii 1700.

Ita pronunciavit V. Petra.

Bellus Notar.

CUm P. Franciscus Portilla Commiss. Generalis in Curia Romana munus ageret, ac simul esset Minister Provincialis Provinciæ Cantabriæ, quæsivit a Sacr. Cong. Episc., & Regul. negotiis præposita, num sibi liceret in mox futuris Comitiis Gene-

Generalibus duplex dare suffragium, & in casu, quo non; supplicavit eidem, ut prædicta Provincia alium ejus loco eligeret, qui tanquam Pro-Minister suffragaretur: quod secundum Sac. Congr. benigne concessit. Eodem motus exemplo P. Michael Angelus Cretensis, Discretus perpetuus Ordinis, & actualis Provinciæ Obser. Roman. Minister, consimilem supplicem libellum eidem Sac. Congr. exhibuit, addens exempla Capituli Generalis anni 1676. cui suffragati sunt Pro-Ministri Provinciarum Observ. Romanæ, & Genuæ, quarum erant actuales Ministri P. Vincentius de Bassiano, & P. Antonius Franciscus Genuensis Definitores Generales. Super quo:

Sacra Congregatio &c. Audito P. Ministro Generali Ordinis, censuit, ac declaravit, Oratorem non posse, nisi unico voto in proximo Capitulo generali suffragari: Indulgendum tamen, prout præsentis Decreti vigore benigne indulget Definitorio præfatæ Provinciæ, ut alium eligat, qui loco Provincialis in eodem Capitulo Generali suffragium ferat: contrariis quibuscumque minime obstantibus. Romæ 30. Aprilis 1700.

G. Card. Carpinens.

Loco ✠ Sigilli.

T. Archiep. Episcopus Papien. Secretarius.

L I T E R Æ

Reverendissimi P. Ministri Generalis, quibus indicitur Capitulum Generale Romæ celebrandum Anno Jubilæi 1700.

Fr. Matthæus a Sancto Stephano, Sacræ Theologiæ Lector Jubilatus, ac totius Ordinis Sancti Patris Nostri Francisci Minister Generalis, & Servus.

Universis in Christo Jesu dilectissimis Patribus, ac Fratribus in eodem Ordine Domino famulantibus, tàm Prælatis, quàm subditis pacem, & salutem in Domino sempiternam.

Annus a Salvatoris nostri Jesu Christi Nativitate millesimus septingentesimus, qui nobis imminet, ac Jubilœi sacris tubis totum Christianum Orbem ad Urbem, & Apostolorum limina vocat, Indulgentiæque divinæ inexaustos thesauros, ad fidelium populorum utilitatem, & gaudium, Petri clavibus reserat, Nos in totius Seraphici Ordinis regimine, Deo sic disponente, constitutos, de eodem amplissimo quidem honore, gravissimoque pariter onere jam, per ejusdem Dei gratiam, deponendo, identidem admonet. Non enim ultra annum ipsum, secundum temporis œconomiam, prorogari convenit, dilectissimi, nobis Generale Capitulum, maximum scilicet totius Ordinis negotium, in quo universi Minoritici Gregis, cunctas per regiones longe, lateque diffusi, idoneus inveniendus, atque eligendus est Pastor, qui nostras qualescumque, seu negligentias, seu conniventias, majori cura, & zelo, prudenter, ac feliciter emendet; & prosperis profecto auspiciis, in eum incidit annum, qui Sanctus jure vocatur, & ad Sanctitatem singulis in operationibus amplexandam, sed in ea specialiter, a qua præcipuum nostræ Religionis bonum, & decus dependet, suomet nomine provocat. Itaque arbitrio, cum ex vi Regulæ, tum ex novissima Victoriensi dispositione, officio nostro commisso, in vestrum omnium spiritualem consolationem, uti volentes, quamvis multa secus suaderent, non alio tamen tempore, nec alio in loco, quam Romæ idem Capitulum celebrare duximus opportunum, ut sin minus alias vel nescivimus, vel nequivimus hactenus viscera erga vos omnes paternæ charitatis ostendere, hac saltem postrema nostri Generalatus actione, gratiarum portas, quantum nobis ex alto conceditur, vestris spiritualibus votis, & religiosæ devotioni aperiamus.

Huc igitur, ubi in visibili Ecclesiæ Capite (summo in terris Pontifice, ejusque Vicario, qui utriusque Ecclesiæ Pontifex perpetuo regnat in Cœlis) ille adoratur, qui humano generi æternæ quietis Jubilœum proprio sanguine misericorditer comparavit: Huc, ubi ipsemet sanctificatæ Urbis aspectus, inter Christianæ pietatis triumphos augustissimè ductos, & piorum peregrinorum undique confluentium religiosissimam frequentiam cœlestis devotionis sensus inspirat, & ad Sanctorum Martyrum, atque Pontificum, & præsertim Apostolorum Principum hic olim altè impressa vestigia alacriter sectanda conducit, nostrum Generale Capitulum, ad Pentecostes Vigiliam, juxta Seraphicæ Regulæ, & Leoninæ, atque Innocentianæ Constitutionum præscriptum, quæ dies vigesima nona mensis Maii ejusdem anni millesimi septingentesimi erit, solemniter convocamus, & in hoc almo nostro Aracœlitano Conventu ritè, & canonicè fore celebrandum, indicimus, & publicamus.

Quapropter præsentium literarum vigore citamus, & vocamus omnes, & singulos de jure, aut consuetudine convocandos, videlicet Reverendissimum Patrem Commissarium Generalem Ultramontanæ Familiæ, & Indiarum; Reverendissimos Patres Ex-Commissarios Generales, & Discretum perpetuum Cismontanæ Familiæ; Reverend. Admodum PP. Procuratorem Generalem Ordinis, Commissarium Generalem Romanæ Curiæ, Procuratorem Generalem Reformatorum, Difinitores Generales utriusque Familiæ, nostros Secretarios Generales, juxta Constitutionem Apostolicam: *Militantis Ecclesiæ regimini*, singulos Ministros Provinciales, & Custodes omnium Provinciarum, & Custodiarum independentium, utriusque pariter Familiæ, Primi, & Tertii Ordinis Nobis subjectarum, necnon Sacri Montis Sion Guardianum, utpote Custodem Terræ Sanctæ, sicuti & magni Conventus nostri Parisiensis Guardianum, & cæteros omnes habentes jus suffragandi in Capitulis Generalibus, præcipientes eorum cuilibet, cum Sanctæ Obedientiæ merito, & sub pœnis in nostris Constitutionibus contentis, ut ad diem præfixum mensis, & anni prædictorum, Romæ in memorato nostro Conventu personaliter compareant, nisi vera, realis, ac legitima causa, testimoniis fide dignis comprobata, & Definitorio Generali iterum approbanda, illorum accessum excuset. Ut autem confusioni, quæ ex Religiosorum inutili multitudine oriri solet, mature occurramus, sub pœna privationis suffragii omnibus Ministris, seu Pro-Ministris, & Custodibus mandamus observantiam præfatæ Constitutionis: *Militantis Ecclesiæ*, in qua præscribitur, ut ad Generale accedant Capitulum cum unico tantum socio, Religioso professo, qui utrique simul Vocali ejusdem Provinciæ inserviat, unoque Tertiario, seu Donato, qui Sindici Apostolici sit substitutus, ad necessarias expensas in itinere faciendas. Quos etiam omnes, & singulos serio monemus, atque exhortamur in Domino, ut venientes, & redeuntes, exemplari modestia, & religiosa composi-

Chronol. Seraph.

tione filios sese ostendant Seraphici P. N. Francisci, se dignos sanctæ humilitatis, altissimæ paupertatis, & Evangelici instituti Professores, ne (quod avertat Deus) hominibus Sæcularibus, qui catervatim ad Urbem, Indulgentiæ acquirendæ causa, summa cum pietate, & magno labore pedites, victumque mendicantes, conveniunt, scandalo sint, aut ludibrio. Mandamus insuper sub Apostasiæ, ipso facto incurrendæ, aliisque arbitrio nostro infligendis pœnis, ne præter Vocales cum suis sociis, & illos, quibus a Nobis specialis fuerit concessa licentia, ullus, sub quovis prætextu, aut colore, ad præfatum Capitulum Generale accedere, seu è propria Provincia exire audeat, vel præsumat. Tempus autem congruum, quo præfati Vocales ad Urbem, & Conventum ipsum Capitularem accedere debebunt, præfigimus Patribus Ministris, & Custodibus, diem ipsam Ascensionis, quæ erit vigesima Maii; & Patribus Definitoribus Generalibus, Dominicam ante festum Ascensionis, quæ erit sextadecima Maii, juvatque de eorum prudentia, & obedientia præsumere, quod eorum nemo, ante taxatam diem, ad Urbis fores sit compariturus, servato Reverendissimis Patribus arbitrio, cum suis sociis, die sibi benevisa, adventum ad Urbem anticipandi. Provinciarum Ministris, & præcipue Custodibus injungimus, ut sui muneris debito satisfacientes, omnium Conventuum, tum Fratrum, tum Monialium nomina, necnon Sanctorum, Beatorum, seu eorum, qui cum sanctitatis opinione ex hac vita migrarunt; cunctorumque Fratrum vivorum, & defunctorum numerum: rerum quoque notabilium, quæ in propria uniuscujusque Provincia, post exactam adhibitam diligentiam, accidisse cognoverint, veridicam relationem: insuper computus Terræ Sanctæ fideliter descriptos, & juxta disposita in Capitulo Toletano, *anno* 1682. titulo *pro utraque Familia in ordine ad loca Terræ Sanctæ*, coram Provinciæ Definitorio ad calculum liquide revocatos, ab illiusque Patribus subscriptos, una cum reliquis Provinciarum Sindicationibus, & scripturis secum ad Capitulum portare teneantur. In Provinciis, absentibus Ministris, nihil omnino innovetur, secundum dispositionem Generalium Ordinis Constitutionum; & siquid novi attentari contigerit, irritum censeatur. Denique, cum omne datum optimum, & omne donum perfectum de sursum sit, descendens a Patre luminum, nihilque aut meliùs, aut perfectius in totius Religionis bonum, & profectum optari possit a Deo, quam unanimis, pacifica, & canonica supremi nostri capitis, & Ducis, ac aliorum Generalium Officialium electio: Idcirco his literis acceptis, atque in singulis Provinciis solemniter, ut moris est, promulgatis, fervidas, & juges ad Dominum preces cuncti fundant Religiosi, apud eum devotis orationibus insistentes, ut ipse, qui facit concordiam in sublimibus suis, & a quatuor ventis electos in unam congregat Ecclesiam; sic corda tot Vocalium ex diversis Regionibus, & plerumque contrariis Nationibus congregatorum, efficiat in eligendo concordia, ut provisio celer, concors, & utilis ex eorum unanimitate sequatur. A Paschate vero Resurrectionis Dominicæ ejusdem anni, usque ad diem electionis faciendæ, qualibet feria quinta, duplici festo non impedita, in singulis Conventibus Missa de Spiritu Sancto cantetur, ac de eodem a Sacerdotibus in privatis Sacris, Collecta dicatur. In Choro autem post Matutinum, Vesperas, & Missam Conventualem, Hymnus: *Veni Creator Spiritus*, cum versiculis, & Orationibus de eodem Spiritu Sancto, de Immaculata Virginis Conceptione, de S. P. N. *Francisco* pariter recitentur. Orent etiam specialiter omnes pro utraque incolumitate Sanctissimi Domini Nostri Innocentii XII., pro S. R. E. exaltatione, hæresum, & infidelitatis extirpatione, pro Sacro Cardinalium Collegio, & præsertim Eminentissimo Domino Ordinis nostri Protectore, Christianorum Principum Pace, ac illis omnibus, quibus nos, nostraque Religio, jure patrocinii, munificentiæ, & beneficii aliqua obligatione tenemur obnoxii. Ab Ascensione verò Domini, usque ad memoratum festum Pentecostes, per Ecclesias, & Claustra, solemnes ducantur Processiones, in quibus Sanctorum Litaniæ cum suis precibus, & orationibus devote decantentur. In ipsa autem Pentecostes vigilia, singuli Religiosi sua peccata pie confiteantur, quos Patres Confessarii, plenaria nostra auctoritate possint ab omnibus casibus, & censuris Nobis reservatis absolvere. Sacerdotes celebrent, alii Sacrosanctam Eucharistiam recipiant, & summo mane Sacrum de Spiritu Sancto solemni ritu cantetur, fiatque Processio; & a Supremo bonorum Largitore cuncti humiliter petant, ut quæ agenda sunt, ad sui laudem, & honorem, nostræ Religionis incrementum, animarum salutem, totiusque Sanctæ Ecclesiæ utilitatem, & præveniendo aspiret, & adjuvando prosequatur.

Cœterum, rogamus Vos dilectissimi, ut imbecillitatis nostræ memoriam recolatis in Domino, gratias agentes Deo, si quid in vobis boni fuerimus operati, illique offerentes singula, in quibus ex humana fragilitate defecerimus. Scitis enim a prima die, qua ingressi sumus in hoc Angelicis humeris formidandum salutis vestræ Ministerium, qualiter vobiscum per omne tempus fuerimus, nihil subtrahentes utilium, quominus annuntiaremus vobis, id unum cordibus vestris, & auribus ingerentes, quantum potuimus, ut attenderetis pactam, quod spopondistis, ac æternitatis negotium ad æternæ Legis, vestræque professionis Regulam ageretis. Id enim humilitati nostræ erit perpetuæ consolationis, quod non subterfugimus, quominus annuntiaremus omne consilium Dei vobis. Infirmos, quantum licuit, suscepimus, misericordiam, Deo permittente, non denegavimus: justitiam, ubi cognovimus, non pervertimus, a nullo vestrum quidquam concupivimus (ipsi scitis) abominationem desolationis, ubi reperiri contigit (in confusionem dicimus) forti animo destruere conati sumus; & sordescentia alicubi de mundano pulvere corda Religiosorum, precibus, lacrymis, hortationibus, minis, & pœnis, nec utili spreto, nec dulci deserto expurgare curavimus, non cessantes diu, noctuque Seraphicam suo Auctori Deo Familiam commendare, qui potens est ædificare, & dare hæreditatem in sanctificatis omnibus. Fatemur quidem Nos Orationibus, Obedientia, & sollicitudine vestris adjutos, impellenti conscientia, gratiæque Dei, cujus beneficio reximus, exactius respondere debuisse: verum in hac ipsa regiminis nostri angustia, testimonium habemus conscientiæ nostræ, quod fideliter omnino depositum custodivimus, & in quibus defecimus, tenuitatem, non voluntatem nostram esse accusandam. A vobis ipsis, quibus non plene profuimus, humiliter imploramus, ut coram Deo, & Christo ejus, per bona opera vestra, quorum participes esse rogamus, fiducialiter instantes, quam ab ejus clementia, & a charitate vestra, veniam suppliciter petimus, impetretis. Valete, & ipse vobis virum, secundum cor suum, provideat, qui dat regere populos, & justitiam decernere, gloriæque suæ, utilitati vestræ, secundum altissimæ suæ providentiæ arcana, suaviter prospiciat, & benedictionibus repleat.

Datum

Digitized by Google

Datum Romæ ex Ara-Cœli, die 6. Junii 1699. PP. VV. studiosissimus in Domino Servus

F. Matthæus a Sancto Stephano Minister Generalis.

Loco ✠ Sigilli.

De mandato sua Reverendissimæ P. Fr. Nicolaus de Leon Secretarius Generalis Ordinis.

DECRETA
SACRÆ CONGREGATIONIS
DE PROPAGANDA FIDE,

Variis hujus sæculi annis edita, circa Loca Terræ Sanctæ Fratrum Minorum directioni subjecta.

Die 20. Junii 1626.

INstantibus Fratribus Joseph, & Leonardo Parisiensibus Capuccinis Missionum Pictaviensium, & Turonensium in Gallia, ac nonnullarum aliarum per eos, ex auctoritate Sacræ Congregationis, ad Orientales partes factarum, & faciendarum Præfectis, Guardiano Hierosolymitano Præcipi, ne Missionarios Capuccinos ad Palæstinam, Syriam, aliasque Orientis Provincias ejusdem Guardiani curæ commissas, destinatos, vel destinandos impediret, quominus in locis, ubi non sunt Fratres Ordinis Minorum de Observantia, officio suo, per Evangelii prædicationem, & Sacramentorum administrationem, fungi possint.

Sacra Congregatio considerans, quod frustra Missiones cum tot expensis, laboribus, & periculis fierent, si Missionariis impedimenta, & præsertim ab aliis Religiosis, in eorum officii executione, præstarentur; censuit, Missionarii cujuscumque Ordinis, & Instituti, à se, vel ab aliis auctoritate sua ad prædictas Provincias destinatis, seu destinandis, sufficere, ut litteras patentes suæ Missionis Guardiano Hierosolymitano, aut ejus Vicariis, vel Ministris ostendant: quibus ostensis, sive obtenta, sive non obtenta, ab eo, vel ab eis licentia, posse eosdem liberè, & licitè suum officium, ac munus exequi. Deinde præcipiendum esse censuit, prout Decreto præsenti districte præcipit Guardiano prædicto, ejusque Vicariis, ac Ministris, ne, post illis ostensas patentes prædictas, ullo modo impedire Missionarios debeant, quominus in locis, ubi non sunt Fratres Ordinis Minorum de Observantia, suum officium exercere possint, ac valeant, alioquin, pro modo culpæ, severè à Sanctissimo Domino nostro punientur.

Eodem die, referente Illustrissimo Domino Cardinali Marcomontio, Sanctissimus Dominus noster Urbanus VIII. Decretum Sacræ Congregationis confirmavit, & approbavit; non obstantibus quibuscumque privilegiis Guardianis Hierosolymitanis concessis, etiam cum derogatoriis derogatoriarum, & aliis omnibus in contrarium quomodolibet facientibus.

22. Februarii 1627.

CUm sancitum esset, ne aliis præter Fratres Minores liceret Missiones facere in locis Guardiano Hierosolymitano subjectis, quæsitum fuit, quæ loca per tale Decretum intelligenda essent?

„ Sacra Congregatio declaravit per illa verba „ intellexisse Urbes Hierusalem, Bethelem, Nazareth, ac Syriæ, Ægypti, vel Palestinæ loca, in „ quibus dicti Fratres Minores habent Conventus „ formatos, cum numero Fratrum a Constitutio„ nibus Pontificiis præscripto &c.

F. Card. Ludovisius Præfectus.

Loco ✠ Sigilli.

Franciscus Ingolus Secret.

Prohibetur Capuccinis loca nostra in Palæstina adire, ibique Parochialia exercere, nobis inconsultis.

Die 8. Aprilis 1628.

„ IN causa inter Fratres Ordinis Minorum de „ Observantia, & Capuccinos Gallos Missiona„ rios, Sacra Congregatio decrevit eisdem Ca„ puccinis præcipiendum esse, prout præsenti De„ creto præcipit, ne de cætero Ecclesias, Conven„ tus, & Cappellas, tam in Syria, Palæstina, „ Ægypto, quam in aliis Orientis partibus, ad eos„ dem Fratres Minores Observantia pertinentes, cas„ ve, quæ in posterum ad ipsos spectabunt, quo„ vis prætextu, vel causa occupent, seu in eas„ dem se introducant, sine eorumdem Fratrum Mi„ norum consensu, & licentia: Sacra Congregatio „ præcepit eisdem Missionariis Capuccinis, ne Sacra„ menta Parochialia, sine licentia Fratrum Ordinis „ Minorum de Observantia administrent in locis, „ in quibus a Guardiano Hierosolymitano prædicti „ Minores ad functiones Parochiales fuerint depu„ tati, non obstantibus, quoad prædicta Sacramen„ ta, Decretis alias ad favorem Missionariorum edi„ tis contra Guardianum Hierosolymitanum.

Die 25. Septembris 1628.

REferente Illustrissimo Domino Cardinali Bentivolio, omisso primo articulo, in quo probantur Instructiones Guardiani Hierosolymitani.

2. Sacra Congregatio circa articulum in Instructione memorata in primo articulo dixit, & quatenus opus sit, declaravit, noluisse, nec velle per illius generalitatem Dominis Consulibus Galliæ præjudicare, quominus pro functionibus Ecclesiasticis in propriarum domorum Cappellis, Missionariorum Capuccinorum opera utantur; dummodò tamen Sacramenta parocchialia à Minoribus de Observantia, utpotè veris Parochis, si ibi fuerint, recipiant; quod si ibi non fuerint, iisdem Dominis Consulibus licitum esse etiam à præfatis Capuccinis Sacramenta parochialia suscipere.

F. Card. Ludovisius Præfectus.

Locus ✠ Sigilli.

Franciscus Ingolus Secretarius.

In

Digitized by Google

Instruzzione per il nuovo Guardiano di Gerusalemme.

Essendosi dalla Sacra Congregazione di Propaganda Fide deputato per Responsale della Palestina, Soria, Monte Libano, Egitto, & altri Regni convicini, il Padre Guardiano di Gerusalemme, questi, per esercitar bene la Carica, & con sodisfazione della medesima Sacra Congregazione, dovrà osservare gl' infrascritti ordini.

1. Dovrà con ogni suo potere favorir le Missioni, e Missionarj, che à già mandati, e che manderà colà la Sacra Congregatione, o per se stessa immediatamente, o per mezzo di quelli, a quali data autorità di mandarli, e questi al presente sono il P. Leonardo, ed P. il Giuseppe Parigini Capuccini.

2. Dovrà ordinare alli suoi Frati, che di stanza saranno nella Città, e Luoghi di Palestina, Monte Libano, Soria, ed Egitto, che riconoscono le patenti, che farà detta Sacra Congregazione alli suoi Missionarj immediatamente, le quali saranno sottoscritte dal Signor Cardinale Ludovisio, o in sua assenza da qualche altro Cardinale della medesima Sacra Congregazione, e dal Segretario, e sigillate col sigillo grande contenente la figura di Cristo nostro Signore risuscitato con XI. Apostoli, & lettere attorno, che dicono. *Euntes in mundum universum prædicate Evangelium omni creaturæ*: Ed insieme quelle patenti, che daranno li due suddetti Padri Leonardo, e Giuseppe, alli Missionarj Capuccini, che manderanno in quelle parti, e quando li suddetti Frati avranno riconosciuto le suddette patenti, dovranno ricevere li Missionarj, ed accarezzarli, & offerirli, e prestargli gl' ajuti, che potranno.

3. Non si faranno Missioni à Gerusalemme, Bettelem, nè à Nazaret, e perciò in questi tre luoghi li Missionarj non dovranno fermarsi, ma solo per divozione, e come di passaggio si riceveranno dalli Minori Osservanti; negl' altri luoghi il Guardiano, & suoi Frati li lascieranno stare, e fermarsi; e per levare l' occasione di discordie, si darà ordine alli Missionarj, che non levino, ne cerchino di levare, sotto qualsivoglia pretesto, le Cappelle, e Chiese, che li Minori Osservanti di presente possedono, o possederanno nell' avvenire, nè che amministrino li Sagramenti Parocchiali, cioè li Matrimonj, l'Estrema Unzione, ed il Viatico, e la Communione in *Pasqhate*, nelli luoghi, ove sono li Minori Osservanti, senza licenza delli Padri deputati dal Guardiano à questi esercizj, non ostante, che nella facoltà si dia alli Missionarj autorità d' amministrar li Sagramenti.

4. Il medesimo Guardiano dovrà invigilare, ed osservare diligentemente l' azzioni de' Missionarj, per avvisare alla Sacra Congregazione il frutto, e grogressi loro, e i desserti (che Dio non voglia) si scopriranno, *in doctrina, & moribus*, procurando sempre che tra di loro, e con li suoi Frati stiano in pace, e tutti *uno numero* attendano al servizio di Dio, ed alla propagazione della nostra Santa Fede. E quando nascerà qualche difficoltà tra di loro, che con la sua destrezza e prudenza non la possa accomodare, ne darà avviso alla medesima Sacra Congregazione, cercando prima d' informarsi bene da persone disinteressate della verità de' fatti, ed accidenti, che occorreranno.

5. Dovrà il Guardiano ogni sei mesi, o vero quando si rappresenterà occasione opportuna di Vascelli, avvisare li successi più notabili, che occorrono alli suoi Frati, e alli Missionarj, in materia però spettante alla Religione, perche nelle cose politiche, la Sacra Congregazione comanda, che li Missionarj non s' impleghino, per levare l' occasione, che non siano perseguitati, perche ciò è contra l' instituto dell' istessa Congregazione.

6. Ed ultimo, dovrà deputare alcuni de suoi Frati più atti ad imparare la Lingua Arabica, la Turca, e l' Armena, procurando che imparino anco di leggere, e di scrivere in dette lingue, e per facilitar la communicazione di quei Paesi con Roma, sarà bene che deputi Frati d' età matura ad insegnare la Lingua Latina a Giovani di quelle Città, ove saranno.

Il Card. Borgia, e Velasco.

Loco ✠ del Sigillo.

Francesco Ingoli Segretario.

Die 1. Octobris 1630.

Referente Eminentissimo Domino Cardinali Barberino, Decreta particularis Congregationis habitæ die decima nona Septembris hujus anni super missionibus PP. Capucinorum Syriæ, Palæstinæ, & Ægypti: Sacra congregatio confirmavit, & approbavit, nonnullis additis, & mutatis. Decreta autem juxta placitum ejusdem Congregationis emendata sunt, quæ sequuntur, videlicet.

Die 19. Septembris 1630.

Fuit Congregatio particularis in Quirinali in habitationibus Eminentissimi Domini Cardinalis Sancti Honuphrii, super Missionibus Patrum Capuccinorum Syriæ, Palæstinæ, & Ægypti, cui interfuerunt tres Cardinales, videlicet, ipsemet Cardinalis Sancti Honuphrii, Sancti Sixti, & Barberinus, & Reverendissimus Aazolinus Episcopus Ripanus, & admodum Reverendus Pater Franciscus de Nigro, Procurator Generalis Capuccinorum, & Sanctissimi Domini nostri Concionator.

In ea, relatis petitionibus Regia Christianissimi circa præfatas Missiones, Congregatio, ad tollendas omnes controversias exortas, & quæ in futurum oriri possent inter Guardianum Hierosolymitanum, & ejus Fratres ex una, & PP. Capucinos prædictos ex altera partibus, decernendum esse censuit, prout sequitur, videlicet.

1. Licere Missionariis prædictis, salvis infra dicendis de Sacramentis Parochialibus, etiam petita, & non obtenta à prædicto Guardiano, vel ejus Vicariis licentia, omnia Sacramenta, præter Confirmationem, & Ordinem, quibuscumque fidelibus dicta loca incolentibus, vel ibi repertis, aut reperiendis, qui illa ab eis recipere voluerint, administrare: facultatibus jam concessis, & concedendis in eorumdem fidelium profectum, & utilitatem spiritualem uti: Verbum Dei in domibus, Ecclesiis, & Oratoriis propriis, & in alienis (de Rectorum tamen licentia) fidelibus, & Infidelibus, hæreticis, & schismaticis, in eisdem locis degentibus, & qui in eisdem locis reperiuntur, prædicare, aliaque omnia pro salute animarum facere, gerere, & exequi, quæ ad Missionarii munus, & officium, ac fidei propagationem spectant, & pertinent.

2. Eis-

2. Eisdem Missionariis licere, petita ut supra, licet non obtenta, licentia à Guardiano, & Vicariis prædictis, omnibus fidelibus Sacramenta Parochlalia administrare, hoc est Communionem in Paschate conferre, Matrimoniis celebrandis assistere, Extremam-Unctionem, & Viaticum infirmis præbere, in omnibus, & singulis locis prædictorum Regnorum, & Provinciarum, in quibus non erunt Fratres Minores de Observantia, ad curam animarum à Guardiano prædicto deputati. Quòd, si post præsentium Decretorum publicationem, Guardianus ad loca, in quibus Capuccinis hospitia interim receperint, Fratres suos ad curam animarum deputare voluerit, eo casu liceat Patribus Capuccinis prædictis per annum integrum Sacramenta etiam parochialia administrare, etiam petita, & non obtenta, ut suprà, licentia; ea tamen conditione, ut iidem PP. Capuccini de adventu Fratrum Minorum de Observantia ad loca illa admonere Sacram Congregationem de Propaganda Fide teneantur, quę postmodum decernet penes quos, elapso anno, jus administrandi Sacramenta Parocchialis esse debebit.

3. Censuit non licere Missionariis prædictis, salvis infra decidendis de Viatico, Sacramenta parochialis fidelibus administrare in locis prædictorum Regnorum, & Provinciarum, ubi Minores de Observantia habent Conventus, vel Cappellanias cum animarum cura, nisi de Guardiani prædicti, vel Fratrum ab eo in præfatis locis deputatorum licentia.

4. Præcipiendam esse censuit, prout præsenti Decreto præcipit Guardianis Hierosolymitanis pro tempore, ut petentibus Missionariis licentiam præbendi Viaticum infirmis, qui illud ab eis recipere volueriat, omnino concedant, alioquin etiam licentia non obtenta, id eisdem Missionariis intelligatur concessum; ea tamen conditione, ut Missionarii, qui Viaticum contulerint, schedam collati infirmo Viatici quamprimum Fratribus ad curam animarum deputatis, in utroque concessæ, vel non concessæ licentiæ casu, tradere debeant, & teneantur.

5. Ne imposterum antedictis Missionariis difficultates circa Literarum Patentium recognitionem à Guardiano, & Fratribus prædictis fieri possint, Congregatio declaravit præfatas Patentes legitimas, & legales tunc esse censendas, cum illæ per testimoniales literas à Superioribus Missionum prædictarum fuerint approbatæ.

6. Declaravit per instructionem præfati Guardiani nullam penitus illi fuisse, aut esse per sacram Congregationem de Propaganda Fide, concessam auctoritatem, potestatem, aut jurisdictionem in sæpe memoratos Missionarios, sed solum ei impositum, ut quæ de vita, & moribus, ac progressibus eorumdem Missionariorum extrajudicialiter à personis fide dignis cognoverit, certiorem faciat Sacram Congregationem de Propaganda Fide.

7. Confirmavit Decretum editum die 25. Septembris 1628. ad favorem Consulum Gallorum, ut scilicet, si voluerint, possint (Parochialibus Sacramentis exceptis, cum declaratione tamen, de qua supra, quoad Viaticum) in suis Cappellaniis uti opera prædictorum Missionariorum, non obstante, quod in illis locis existant Fratres Minores de Observantia.

8. Ne Missionarii sibi invicem, neve Guardianus, vel ejus Fratres, Missionariis, aut è contra Missionarii Guardiano, aut ejus Fratribus, in iis peragendis, quæ ad eorum munia, & officia, seu ad fidei propagationem pertinent, mutua præbeant impedimenta, aut difficultates interponant: Congregatio generaliter omnibus, & singulis eorum districtè præcipiendum esse censuit, prout præsenti Decreto præcipit, ne alter alterum mediatè, vel immediatè, per se, vel per alios, ac præcipuè infideles, hæreticos, vel schismaticos, quovis modo, via, prætextu, aut quæsito colore, directè, vel indirectè, ut præfertur, impediat, aut molestias inferat, aut denique difficultates injiciat, sub pœna privationis vocis activæ, & passivæ ipso facto, & absque alia declaratione incurrenda, aliisque arbitrio ejusdem Sacræ Congregationis de Propaganda Fide,

9. Censuit instructiones prædicti Guardiani esse diligenter ab omnibus, ad quos spectat, observandas, juxta Decreta circa illas edita: exceptis tamen, quoad prædictos PP. Capuccinos, iis, in quibus per supradicta aliquo modo corriguntur, & declarantur.

10. Et postremo declaravit, quod ubi de licentiæ petitione fit mentio intelligendum est, quod unusquisque Patrum Capuccinorum prædictorum, eorumque singuli, cum primum ad loca suarum Missionum pervenerint, illa semel tantum petere debeant, ac teneantur, & postea, sive illa obtenta, sive non, munia sua exercere, ac facultatibus suis uti, juxta superiora Decreta.

Die 22. Novembris 1630.

REferente Eminentissimo Domino Cardinali Barberino, Decretum in plena Congregatione decem Cardinalium, die prima Octobris hujus anni editum, in causa vertente inter Capuccinos Missionarios Syriæ, Palæstinæ, & Ægypti ex una, & Guardianum Hierosolymitanum, & ejus Fratres Ordinis Minorum de Observantia ex altera partibus: S. D. N. Urbanus VIII. illud confirmavit, & approbavit, & ab utraque parte observari mandavit, hoc addito, ut in casibus, in quibus licentia per Missionarios prædictos a Guardiano, vel ejus Fratribus juxta Decretum est petenda, petitio ipsa coram testibus fieri debeat, ut de ea legitimè constare possit.

F. Card. Ludovisius, Præfectus.

Locus ✠ Sigilli.

Franciscus Ingolus Secretarius.

Die 31. Maii 1631.

REferente Eminentissimo Domino Cardinali Ubaldino, petitiones Fratris Adriani *de la Brosse*, Capuccini Missionarii in Barutho Syriæ, circa Decretum editum die 22. Novembris 1630. in causa, quam habebant Capuccini Missionarii Syriæ, Palæstinæ, & Ægypti, cum Minoribus de Observantia: Sacra Congregatio, audito dicto F. Adriano, & Guardiano Hierosolymitano novo, loco Patris Stiliani, olim Commissarii Aleppi, qui ob infirmitatem comparere nequivit, quoad primam, Ut scilicet Capuccini in locis, ubi non erunt Minores de Observantia, possint per litteras, & non in propria persona, satisfacere prædicto Decreto nuncupato quinto. Respondit satis per idem Decretum esse provisum, cum Missionarii Capuccini statim, ut ad loca suarum Missionum pervenerint, debeant Superioribus ipsarum Missionum Litteras patentes ex Europa delatas ostendere; ipsique Superiores cum litteris suis testimonialibus easdem Patentes coram duobus testibus, juxta Sanctissimi D. Nostri additionem ad præfatum Decretum, præsentare Guardiano, vel ejus Vicariis, vel si fuerint absentes, curare, ut ab aliquo coram duobus

Digitized by Google

bus testibus, similiter eisdem Guardiano, vel Vicariis praesentetur.

Quoad secundem. Ut Capuccini Missionarii in locis, ubi non erunt Minores de Observantia, possint eorumdem Minorum Litteras patentes recognoscere, sicut iidem Minores illas Capuccinorum recognoscunt; Et praefato Decreto, Sacra Congregatio respondit *negativè*, cum non sit par ratio, nec conveniet quod confundantur jurisdictiones.

Circa tertiam. Ut prohibeatur tam Minoribus de Observantia, quàm Capuccinis Missionariis, ne Vicariatus Praelatorum, seu Patriarchae Maronitarum officium suscipere valeant: Sacra Congregatio dixit id jam esse prohibitum, si Vicariatus importet Jurisdictionem, secus si solam protectionem dicat.

Quoad quartam, & ultimam, Ut excommunicentur excommunicatione latae sententiae, tam Minores de Observantia, quam Capuccini, qui Sanctissimi Domini nostri Brevia, vel Litteras Sacrae Congregationis de Propaganda Fide aperuerint, & legerint, si ad eos non fuerint directae, aut litteras Missionariorum, vel Minorum de Observantia ad eumdem Sanctissimum, vel eamdem Sacram Congregationem similiter aperuerint, & legerint: Sacra Congregatio dixit id satis esse prohibitum, & proinde non esse circa hujusmodi petitionem aliquid decernendum.

F. Card. Ludovisius Praefectus.

Locus ✠ Sigilli.

Franciscus Ingolus Secretarius.

23. *Septembris* 1636.

Conceduntur Commissariis Terrae Sanctae Neapolis, & Siciliae duo Socii extraordinarii.

„ PRoposita instantia pro parte Commissariorum „ Terrae Sanctae in Regnis Neapoli, & Siciliae, „ ut Decretum editum in Congregatione particulari „ super Sanctis Locis circa duos Socios eis concessos, declararetur non debere intelligi de duobus „ Sociis Ordinariis, sed de duobus aliis extraordinariis: Sacra Congregatio Decretum praedictum „ declaravit, ut petitur, cum infrascriptis conditionibus, videlicet, -- Ut etiam ipsi Socii, tam ordinarii, quam extraordinarii subjecti sint in omnibus, & per omnia, quoad disciplinam Regularem, & mores, Superioribus localibus, & quando „ non sunt in servitio dictorum Commissariorum, „ possint Superiores locales praedicti eorum opera uti: „ ita tamen, ut praedicti Commissarii cum opus sit „ fuerit, illos ad suum servitium vocare valeant.

6. *Februarii* 1637.

Nonnulla decernuntur circa Commissarium Generalem Terrae Sanctae in Romana Curia residentem.

I.

„ SAcra Congregatio censuit primo Commissarium „ Generalem Terrae Sanctae omninò esse Romae „ retinendum, & Fratre Ambrosio *della Polla* modo „ derno Generali deputato, cedente, aut quomodolibet deficiente, alium, cum Sacrae Congregationis „ de Propaganda Fide participatione, constituendum „ esse, eoque subleto, alium deputandum, & sic deinceps futuris temporibus.

II.

„ Huic Generali Commissario, ut supra constituto „ unum tantum socium esse assignandum, ejusque „ residentiam esse, ubi eadem Sacra Congregatio de „ Propaganda Fide praeceperit, e qua, nisi cum ejus „ licentia, & relicto cum ejus participatione substituto, discedere possit.

III.

„ Hujusmodi Commissarium Generalem Privilegiis, gratiis, Praerogativis, & immunitatibus, „ quibus caeteri Terrae Sanctae Commissarii, vigore „ Constitutionum Franciscanae Religionis fruuntur, „ ac potiuntur, frui, ac potiri debere.

IV.

„ Ejusdem Commissarii, ultra onus pro Sanctis locis quaestuandi, quod exteris imponitur Terrae Sanctae „ Commissariis, ad infrascripta etiam munia obeunda „ teneri, & obligatum esse: superintendere Commissariis particularibus in diversis Christianitatis locis „ constitutis, & suo tempore constituendis, eorum „ negotia tractare, cum quibus opus fuerit, & „ praesertim in Curia Romana cum eadem Sacra „ Congregatione de Propaganda Fide, ac Superioribus Generalibus Ordinis, rationes dati, & accepti ab eis exigere, & eidem Sacrae Congregationi, ac Superioribus communicare, & denique „ omnia, & singula ad Terram Sanctam, & Guerdianum Hierosolymitanum, ac ejus Familiam, „ & Fratres quomodolibet spectantia, gerere, ac expedire.

19. *Martii* 1637.

Declaratur Commissarios Terrae Sanctae non teneri ad petendam benedictionem cum è Conventu egrediuntur.

„ QUanto el punto delle Mensa, il P. dre Paolo „ di Madrid si contenta di quello he ordinato „ Vostra Paternità, e già ha scritto al suo compagno: quanto poi, che li Commissarj abbieno „ da dir sempre il *Benedicite* quando vogliono partirsene, questo non essendo mai usato, nè usandosi qui „ in Roma da Commissarj, & altri Ufficiali, se non „ la prime volte, Vostra Paternità non ricerchi, nè „ faccia ricercere altro da detti Commissarj, messimamente, che tale obligatione in certo modo „ puo dare impedimento e detti Commissarj nel loro ufficio, e puo essere occasione d'inquietudine, „ messimamente essendovi l'uso in contrario. Finisco &c.

Francesco Ingoli Segretario.

19. Ju-

20. *Septembris* 1638.

CUm PP. Capuccini supplicassent pro dispensatione a Regulæ præcepto, quo prohibetur contactus, & usus pecuniæ, ex quo in Missionibus constituti aliter fieri non possit.

„ Sacra Congr. censuit, si SSmo placuerit, dis„ pensandum esse in casu defectus fidelis Sindici cum „ Præfectis Missionum circa pecuniæ usum, juxta „ petita; additis conditionibus, videlicet, quando „ urget necessitas, ac suavitat utilitas, doloque, ac „ fraude cessante, eorum sinceritatem cupiditas non „ seducit, eisdemque Præfectis concedendam esse fa„ cultatem eodem modo, & cum iisdem conditio„ nibus dispensandi cum Sociis Missionum eis bene „ visis. Non obstantibus &c. Eodem die Sanctissi„ mus D.N. Decretum S.C. probavit.

18. *Februarii* 1641.

„ SAcra Congregatio dixit ad Generalem, & ad „ Commissarium Generalem Ord. Minor. de Ob„ serv. &, juxta privilegia Calixti III. ad Guardia„ num Hierosolymitanum spectare, & pertinere li„ teras patentes, seu obedientias, ut vocant, Fra„ tribus sui Ordinis in Terram Sanctam proficisci „ volentibus concedere: monendum tamen esse præ„ dictum Guardianum, ut pro nunc, ob justas caus„ sas animum Congregationis moventes, ab usu „ præfati Privilegii abstineat.

Cum autem idem Guardianus recursum habuisset ad eamdem Sacr. Congr. ut manuteneretur in possessione dicti Privilegii: S. C. 8. Novembris 1642. respondit *Negative*.

19. *Junii* 1646.

Commissarii Terræ Sanctæ a Superioribus Generalibus Ordinis sunt instituendi.

„ FUit Congregatio particularis Sanctorum Lo„ corum, cui interfuerunt quinque Eminentis„ simi Cardinales. In ea, audito Ministro Generali „ Minorum de Observantia super octo articulis ab „ eo propositis, & inter alios, an Commissarii in „ principalibus Christianitatis Partibus, ad colligen„ das Eleemosynas pro Sanctis Locis, debeant eligi „ a Superiore Generali, eidemque esse subordinati?

„ Sacra Congregatio circa hunc articulum de „ Commissariis Terræ Sanctæ dixit, eorum de„ putationem spectare ad Patrem Generalem, seu „ Commissarium generalem, præsertim ad loca, ubi „ sunt portus, cum exemptionibus eis benevisis.

21. *Februarii* 1647.

MOx enunciato Decreto fuit apposita sequens clausula, cui zelantes Superiores Generales semper pro executione restitere, excepto Commissario Generali Romano, qui tanquam aliorum omnium Procurator agere debet in Curia Romana, & præsertim coram prædicta Sacra Congregatione de Propaganda Fide.

„ Quoad secundum Articulum (ommissis aliis) „ Eminentissimi Patres electionem Guardiani Hiero„ solymitani, ac ejus Familiæ, ex Religiosis vi„ ta, moribus, & doctrina probatis confiandæ P. „ Generali reliquerunt. Item Commissarium Ge„ neralem, seu Commissarios generales dictorum „ locorum esse, prout supra, a Superioribus dicti Or„ dinis proponendos Sacræ Congregationi, eaque „ approbante, legitimam eorum esse electionem, „ alias irritam, & invalidam. Cœteros Commis„ sarios particulares cujuslibet Provinciæ eligendos „ fore ex probatis Religiosis ab ipsismet prædictis „ Superioribus Generalibus.

23. *Martii* 1651.

Jura Guardiani Hierosolymitani, & Missionariorum Apostolicorum concordantur.

„ FUit Congressus coram Domino Cardinali Cec„ chino, vigore Decreti Sacræ Congregationis de „ Propaganda Fide, super jurisdictione, & jure Pa„ tris Guardiani Hierosolymitani, & Missionariorum „ Apostolicorum in partibus Orientalibus, in quo „ congressu adfuerunt Reverendissimus Pater Daniel „ a Dongo Ordinis Minorum, & Strictioris Obser„ vantiæ Sancti Francisci Vicarius Generalis, & „ Frater Picavilla Gallus Procurator Patris Guar„ diani Hierosolymitani ex una, nec non Patres „ Marcus Antonius a Carpinedulo Procurator Ge„ neralis Ordinis Capuccinorum, & Frater Britius „ a Renes Procurator Missionariorum ex altera, & „ auditis ab Eminentia sua in contradictorio par„ tibus, præsente D. Secretario prælibatæ Sacræ „ Congregationis de Propaganda Fide, ut quilibet „ possit, ad Omnipotentis Dei gloriam, Fidei Ca„ tholicæ propagationem, & Populorum ædificatio„ nem, ac salutem, in vinea Domini laborare, & „ proprio officio satisfacere, fuit a dicto Eminen„ tissimo Domino sancitum, prout infra, ad effectum, „ quod facta relatione Eminentissimis, & Reveren„ dissimis Patribus Sacræ Congregationis de Propa„ ganda Fide Cardinalibus, & approbata per ipsos „ & per Sanctissimum D. N. si opus fuerit, Capitulis, „ & Decretis infradicendis, omnimodè, & inviola„ biliter, sub pœnis infra præscriptis, aut præscri„ bendis, ab omnibus, & singulis supradictorum, „ & ab eorum Successoribus in perpetuum obser„ ventur, & executioni respectivè mandentur.

„ Et primo, confirmando Decreta alias edita, sub„ die 19. Septembris 1650., & præcipue illud, in quo „ cautum est, nullam fuisse, vel esse per Sacram Con„ gregationem de Propaganda Fide datam, aut „ concessam auctoritatem, seu jurisdictionem Patri „ Guardiano Hierosolymitano, aut ejus Vicariis, & Of„ ficialibus, seu alicui ex confratribus aliquo modo, „ causa, vel titulo inquirendi de iis, quæ ad vi„ tam, & mores Missionariorum, ac progressus spectant, „ sine expresso mandato dictæ Sacræ Congregationis „ de Propaganda Fide. Poterit tamen Pater Guar„ dianus, sive ejus Officialis eandem Sacram Con„ gregationem in casibus particularibus consolere, „ eamque certiorem reddere, si Missionarii in ali„ quo delinquantur, & maxime si præsentium De„ cretorum observationi, per inobedientiam, aliquod „ præjudicium per eosdem inferatur, ut opportuna „ possint semper præberi remedia.

2. „ Quod in locis, in quibus actualiter, & „ cum effectu non erant Patres Minores de Obser-

„ vantis, quando Missionarii illuc pervenerunt, prout „ statutum est die supradicta 19. Septembris 1630. „ possent iidem Missionarii, post productionem coram Patre Guardiano, aut ejus Officialibus, vel „ missionem literarum patentialium ad unum, vel „ ad alterum supradictorum, absque impedimento, „ aut ulla contradictione munia Parochialia libere administrare, advertendo, quod ante dictam productionem, vel missionem dictarum literarum, nullo modo officium Missionariorum valeant exercere, & propterea productio debeat fieri coram testibus, & missio per interpositam, & certam personam, ut nec unum, vel aliud possit in dubium „ revocari. Loca autem, quæ usque nunc petierunt „ Missionarii, ubi non sunt Patres Minores supradicti, sunt Tripolis, Batuti, & Abaii, & similiter cautum est, quod in posterum non liceat Missionariis ad nova loca se conferre, vel alio quovis modo Missionem extendere, nisi certiorata „ prius Sacra Congregatione de Propaganda Fide, „ & obtenta licentia, de qua certiorem reddere „ teneantur prædictum Patrem Guardianum, aut „ ejus Officiales modo, & forma, qua supra. Insuper etiam sancitum est, quod si Patres Minores de Observantia loca ab ipsis jam derelicta, „ vel ubi nunquam extiterunt, intra jurisdictionem „ memorati Patris Guardiani Hierosolymitani petant, ibique Missionarii extent, nulla prorsus prævia innovatione in jurisdictionalibus, eandem Sacram Congregationem certiorem statim reddere „ teneantur, ut semper, quod magis erit expediens „ pro Populorum ædificatione, & animarum salute „ fiat, & exequatur.

3. „ Quoad favorem Consulum, qui proprias „ habent Cappellas, sit licitum eorum Cappellanis in „ propriis Cappellaniis omnibus, & singulis ex Familia D. Consulum Sac. San. Eucharistiam in „ Paschate administrare, petita, etiamsi non obtenta, „ a Parocho licentia; declarando, quod de Familia „ tantum intelligantur Uxor, Filii, & Consanguinei, „ qui cohabitant in eadem domo, ac famuli domestici actuales ipsorum Consulum, cum ea tamen conditione, quod quilibet Cappellanus teneatur infra mensem schedulam, seu notulam eorum, qui communionem receperunt, Parocho loci tradere, penitus Interdicta Viatici, aliorumque „ Sacramentorum omnium, ac functionum Parochialium administratione, ubi sunt memorati Patres „ Observantiæ, uti veri Parochi.

4. „ Quod eleemosynæ, quæ erogari solent, & „ erogantur a Capitaneis, seu Ductoribus Navium „ pro bono itinere, ut ajunt, *di 3. Pieste*, in futurum intelligantur, & reputentur in utilitatem „ cedere, & ad beneficium datæ S. Montis Syon, „ juxta antiquam, & laudabilem consuetudinem, sub „ pœnis contentis in Constitutionibus Apostolicis.

5. „ Quod in locis, ubi sunt, vel erunt Episcopi, seu Administratores, aut Vicarii Apostolici „ personaliter in propria Diœcesi residentes, eorum „ tantum teneantur Missionarii, & non aliam recognoscere jurisdictionem, ne alicui in iis, quæ de „ jure ei competunt, aliquod præjudicium inferatur. „ In aliis vero locis jurisdictionis sæpe memorati „ P. Guardiani, ubi supradicti personaliter in propria Diœcesi non resident, jurisdictionem Guardiani recognoscant.

6. „ Quod in omnibus locis a Parochis, vel „ ab iis, qui Parochi, seu Missionarii officium „ exercent, publicentur dies festus, juxta formam, „ & dispositionem Bullæ Urbani VIII. felic. recor. „ & non aliter, aut alio quovis modo, sub pœnis „ in eadem Bulla contentis, aliisque arbitrio Sacr. „ Congregationis infligendis.

„ Cœterum, quod Missionarii non mittantur ad loca Sancta, videlicet Hierusalem, Bethelem, & „ Nazaret, nec iisdem in locis possint permanere, „ nisi uti Peregrini, & devotionis causa. Item, quod „ literas patentales suorum Superiorum, cum primum ad loca Missionum venerint, producere, vel „ mittere teneantur, ut supra. Item, quod in casibus alicujus difficultatis, controversiæ, seu declarationis præteritorum, præsentium, & futurorum „ decretorum, & in quibuscumque aliis occasionibus, & causis, ad solam Sanctam Sedem Apostolicam, & Sac. Congreg. de Propaganda Fide, privative quoad alios quoscumque, sit recurrendum, „ & quod omnibus, & singulis aliis decretis de anno 1630. die supradicta 19. Septembris editis, „ & publicatis statutibus, & obedientibus, exceptis „ iis, quæ nunc in præsentibus statuuntur. Iterum fuit sancitum, & decretatum, sub pœnis aliis „ inflictis, aliisque pro arbitrio, & juxta inobedientiam, & prævaricationem a Sanctiss. D. N., vel „ a Sacra Congregatione de Propaganda Fide infligen.

28. *Martii* 1651.

Confirmantur antedicta Decreta in Congr. Generali coram Sanctissimo.

„ Referente Eminentissimo Domino Cardinali Cecchino supradicta Decreta, & concordiam factam inter Patres Minores de Observantia, & „ Missionarios in partibus Orientalibus, Sanctitas Sua „ diligentiam, dexteritatem, & justitiam dict. Dom. „ Card. laudavit, & præcepit dictam concordiam, „ & Decreta alias per Eminentissimos DD. Cardinal. „ Sacræ Congregationis de Propaganda Fide approb. „ esse omnimodè observanda, sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, & privationis vocis „ activæ, & passivæ, & inhabilitatis ad omnes, & „ singulos gradus, & Religionis officia contra non „ observantes, & non obedientes, aut contravenientes, sive in totum, sive in partem, non obstantibus „ quibuscumque &c.

30. *Julii* 1652.

Referente Eminentissimo D. Card. Cæsio Literas F. Antonii a S. Maria Ord. Strict. Observ. S. Francisci, & Præfecti Missionis Sinarum Ordinis ejusdem, scribentis ab Insulis Philippinis esse aliquos Religiosos, qui parvipendentes Decreta S. C. de Propaganda Fide, cum maximo animarum præjudicio spargunt per illas partes, resolutiones, & Decreta præfatæ S. C. *facere tantum opinionem probabilem* uti puram, & simplicem Cardinalium declarationem, unde posse etiam contrarium defendi.

„ Sanctissimus D. N. confirmavit Decretum S. M. „ Urbani VIII. quod Decreta Congr. Generalis de „ Propaganda Fide, quotiescumque sint a Præfecto ejusdem firmata, a Secretario subscripta, & „ sigillo munita, vim, & valorem habeant Constitutionis Apostolicæ, ac ab omnibus, & singulis „ inviolabiliter observentur.

19. Au-

Digitized by Google

19. *Augusti* 1653.

PRoponente Eminentissimo D. Cardinali Trivultio libellum supplicem Missionariorum S. Francisci in Hollandia petentium licentiam ut possint cadavera Catholicorum ante sepulturam benedicere, pro animabus eorumdem orare, & alias devotiones facere, prout alias erat eis permissum.

„ Sacr. Congr. *negative* respondit, cum id posit „ in præjudicium Parochorum Secularium cedere; „ & ideo esse certiorandum super hoc R. P. D. Nuncium Apostolicum Coloniensem, ut Oretoribus „ præcipiat, ne imposterum in similibus cœremoniis, „ & functionibus se ingerant, nisi ab ipsis Parochis sint specialiter requisiti.

2. *Junii* 1654.

„ SAc. Congr. cum alias pluries decreverit nullo modo esse Fratribus Strict. Observ. Sancti „ Francisci Missionariis in Albania plana, sed tantum apud Clementes dictæ Provinciæ Existentes; „ nunc pro majori declaratione Eminentissimi PP. „ dixerunt S. Congregationem fuisse in voto, prout „ supra, ne contentiones inter ipsos Fratres Reformatos, & illos de Familia amplius oriientur, „ cum scandalo, & spirituali damno Populorum illarum partium. Nullo modo igitur in posterum fore licitum Fratribus Reformatis Missiones fundare, vel munus Missionarii exercere in „ locis, in quibus habent Conventum, Domum, „ seu Hospitium Fratres ex Familia, & præcipue „ in tota planitie dictæ Provinciæ: licere tamen in „ Albania Montana hujusmodi Missiones fundare, „ ac munia Missionariorum Apostolicorum exercere, prout supra, & non alias, aut alio modo.

16. *Novembris* 1654.

REcurrunt sub hac die varia ejusdem Sacr. Congregat. Decreta circa electionem Guardieni Hierosolymitani, institutionem Commissariorum Terræ Sanctæ, & horum omnium debitum de reddende in quolibet biennio ratione eorum admiaistrationis, & computis eleemosynarum sub juramento eidem Sacræ Congr. exhibendis. Sed quoniam illa effectu caruerunt, ob motiva, quæ hic referre non vacat; ideo ab illis recensendis satius supersedendum esse duxi.

15. *Septembris* 1655.

Jura, ac Privilegia Guardiani Hierosolymitani confirmantur, & extenduntur.

„ SAcra Congregatio justis Causis mota decrevit „ nulli Archiepiscopo, Episcopo, Abbati, seu „ Vicario, aut alteri cujuscumque Ecclesiasticæ dignitatia, status, seu conditionis personæ, quamtumvis „ privilegiatæ, licere aliquem actum jurisdictionis, „ seu Superioritatis in locis, sive personis Guardiano Hierosolymitano subjectis, ejusque curæ „ mandatis exercere, absque expressa Sanctæ Sedis „ Apostolicæ licentia, aut eum ipsiusmet Sacræ Congregationis speciali Decreto; non obstantibus quibuscumque, sub pœnis expressis in Constitutionibus Apostolicis ad favorem Sanctorum Locorum, „ & dicti Guardiani concessis, quorum privilegia, „ exemptiones, & jura firma remanere declaravit „ &c.

„ Insuper decrevit in posterum nulli Religioso „ alterius Ordinis, quam *Sancti Francisci* de Observantia, licere, occasione peregrinationis ad Loca „ Sancta, habitum Seraphicæ Religionis Franciscanæ „ gestare, absque Guardiani Hierosolymitani expressa „ licentia, sub pœna Excommunicationis ipso facto „ incurrenda, aliisque pœnis arbitrio ejusdem Sacræ „ Congregationis, sed in proprio, aut peregrinorum habitu singuli incedere teneantur, ne detur „ occasio Turcis faciendi Avanias, ut vocant, in „ præjudicium, & damnum eorumdem Sanctorum „ Locorum.

„ Similiter, si aliquem Episcopum, seu Prælatum „ dicta Sancta Loca invisere contigerit, non in alio „ habitu, quam supradicto Peregrinorum incedere „ valeat.

Card. Antonius Præfectus.

Loco ✠ Sigilli.

Dion. Massarius Sac. Congr. de Propaganda Fide Secretarius.

11. *Januarii* 1656.

„ SAcr. Congr. censuit nullo modo in posterum „ licere, pro bono Religionis Catholicæ, ad tollendas inter Missionarios dissensiones, & litigia, „ in locis, in quibus existunt Missionarii Apostolici „ unius Ordinis, novam Missionem aliorum Religiosorum, etiam Societatis Jesu, fundare, vel „ illam sub quovis prætextu, vel auctoritate exercere, absque expressa licentia ejusdem Sac. Congr. „ sub pœna privationis officii, privilegii, & facultatis ipso facto incurrenda: non obstantibus quibuscumque in contrarium facientibus.

26. *Januarii* 1668.

„ MIssionarii teneantur ostendere Guardiano Terræ Sanctæ, vel ejus Vicario, Literas Patentales, cum primum appulerint ad Loca subjecta dicto Guardiano, & quatenus non ostenderint, „ non liceat eis exercere munus Parochiale, vel „ Missionarii.

2. *Octobris* 1670.

Excluduntur Capuccini ab exercitio Jurium Parochialium in partibus Orientis.

„ RElatis per Eminentissimum Cardinalem Casanate Instantiis Regis Christianissimi petentis, ut sui Consules, seu Ministri in Orientis „ partibus commorantes, recognoscere minime teneantur tanquam Parochos Patres Guardianum, „ aliosque Religiosos ad Custodiam Sacrorum Locorum specialiter deputatos, quinimo jus Episcopale, & Parochiale in dictis partibus tollatur, „ Hierusalem, & Palæstina exceptis, ibique dentur

„ facultates Patribus Capuccinis liberè exercendi „ munera Parochialia: Eminentissimi Patres examinatis, & maturè consideratis tàm præfatis instantiis, quam responsionibus dictorum Patrum Terræ Sanctæ, rescripserunt *negativè*, & decreverunt omninò servari decreta alias super præmissis lata &c.

P. Cardinalis Alterius Præfectus.

18. *Martii* 1681.

Declaratur innocentia PP. Terræ Sanctæ contra Capuccinos, ac illorum jura confirmantur, & extenduntur.

I.

„ Sacra Congregatio dignetur inspicere scripturas originales authenticas super his, de quibus P. Guardianus Terræ Sanctæ accusatur a PP. Capuccinis, & ejus innocentiam declarare, & rescriptum fuit. Ex deductis nihil constare contra innocentiam Patrum Terræ Sanctæ Minor. Observ. Ideo servanda esse decreta alias facta, præcipue sub die 28. Martii 1651. confirmata a fel. record. Innocentio X.

I I.

„ Ut nemo cujuscumque conditionis, & quovis prætextu, possit se intromittere in Parochiis, seu Cappellis ad Patres Terræ Sanctæ spectantibus, aut aliquod in ipsis tentare, neque se immiscere in jurisdictione P. Guardiani, & Functionibus Parochialibus, tàm circa Baptismum, Matrimonium, ejus publicationes, extremam Unctionem, quàm administrationem Viatici, publicationem festorum, jejuniorum, neque in exequiis, & similibus juribus Parochialibus: & fuit responsum *affirmative* ad formam Decretorum.

I I I.

„ Ut in Parochiis, & in Jurisdictione PP. Terræ Sanctæ nemo possit crucem erigere, & cum Cotta, & Stola incedere.

„ Et fuit responsum, *ut ad proximum*.

I V.

„ Ut non possint Missionarii, aut Cappellani in eorum Domibus, aut Oratoriis Sacram Eucharistiam conservare, nec exponere, & casu, quo aliquis ex Consulibus degentibus Saidæ, seu Arnicæ, ob suam devotionem, exoptet exponi aliqua die infra octavam festi Corporis Christi, id fiat a Parocho.

„ Et fuit responsum, posse fieri de consensu Parochorum.

V.

„ Ut in festo Corporis Christi nulla alia fiat Processio, quam in Parochiis, ubi debent intervenire omnes Ecclesiastici Latini Ritus, tollendo abusus Capuccinorum Cypri, qui eodem die, & tempore illam faciebant, sed transferendam in aliam diem infra octavam mandare dignetur.

„ Eminentissimi Patres annuerunt juxta petita.

V I.

„ Ut quoties contingit, quod Missionarii eorum opera aliquem convertant ad Catholicam fidem, debeant ipsum notificare Parocho intra mensem, ad hoc, ut possit eum describere in libro Parochiali, ut deinceps conversus debeat jurisdictioni Parochi subesse, eum recognoscere, & ab ipso Sacramenta Parochialia recipere.

„ Pariter Eminentissimi Patres annuerunt.

V I I.

„ Ut nullus Sacerdos advena possit celebrare, aut confessiones audire; neque Missionarii id permittere in eorum Domibus, & Oratoriis, nisi prius exhibitis Literis Patentalibus PP. Terræ Sanctæ.

„ Et fuit rescriptum, servanda esse Decreta, & Privilegia concessa Custodiæ Terræ Sanctæ.

V I I I.

„ Ut tempore, quo in Ecclesia Parochiali concionatur, vel fiunt aliæ functiones Parochiales a Patribus Terræ Sanctæ, non possint Missionarii prædicare verbum Dei, vel aliam devotionem congregatim facere.

„ Et Eminentissimi Patres annuerunt juxta petita.

I X.

„ In reliquis iidem Eminentissimi Patres inhabilitarunt in futurum ad Missiones, etiam sui Ordinis, *PP. Henricum de Monbason, & Tranquillum de Orleans* Ord. Capuccinorum Provinciæ Turroniæ, mandaruntque pro executione communicari Decreta P. Procuratori Generali.

14. *Decembris* 1682.

„ Sacra Congregatio confirmavit supradicta Decreta emanata die 18. Martii 1681., & moneantur Patres Capuccini per eorum Procuratorem Generalem, ut omnino pareant.

5. *Junii* 1685.

Moderantur PP. Jesuitarum prætensiones.

I.

„ Che li Padri Gesuiti faranno le funzioni proprie del loro Instituto nella Cappella Consolare, cioè predicare, insegnare, confessare, celebrare la Santa Messa, e communicare, fuorchè nella Pasqua, e non faranno impediti, nè molestati dal Paroco, nè da altri.

I I.

„ Che li Padri di Terra Santa faranno in assa Cappella tutte le loro funzioni di Parochia al solito, senza mutazione, o alterazione, nè che dal Cappellano, o qualsivoglia altro possano essere impediti, e molestati.

„ Che

III.

„ Che li Padri Gesuiti non potranno amministrare verruna funzione Parochiale senza licenza del Paroco, nè pretenderanno ragioni, onori, retribuzioni, o emolumenti pertinenti alla Parochia.

IV.

„ Che tutte le Domeniche, e Feste di precetto li Padri di Terra Santa diranno la Messa Parochiale all'ora consueta, ove assisteranno li Console con li Nazionali, e li Padri Gesuiti diranno la Messa di Cappella un'ora avanti.

V.

„ Che nelli giorni feriali li Padri Gesuiti diranno la Messa al Console nell'ora consueta, e li Padri di Terra Santa un'ora avanti.

VI.

„ Il Paroco, ed il Cappellano si aggiusteranno per le Prediche nelle forme seguenti, cioè, che l'uno predicherà l'Avvento, e l'altro la Quaresima, overo alternativamente, nel corso dell'anno, come da loro sarà giudicato.

VII.

„ E per il rimanente si aggiusteranno con carità, onestà, e amicizia, e si soccorreranno reciprocamente.

16. Decembris 1686.

Commissarius Generalis Terræ Sanctæ in Urbe eximitur ab Officialium Generalium Curiæ jurisdictione.

„ SAcra Congregatio Eminentissimorum Cardinalium negotiis Propagandæ Fidei Præpositorum ad submovendas difficultates aliquas, quæ circa supradicti Decreti intellectum propositæ sunt, aut in posterum oriri poterunt, præsenti Decreto declaravit, ac declarat, & censuit, Commissarium Curiæ, seu Procuratorem Generalem Minor. Observant. respectivè, nullam habere jurisdictionem in Commissarium Generalem Terræ Sanctæ, & ejus Socium: quo vero ad disciplinam regularem esse dictum Commissarium Terræ Sanctæ immediatè subjectum Superiori Generali Religionis, & illo absente, Guardiano Conventus, & prædictum Commissarium Terræ Sanctæ gaudere omnibus exemptionibus, & privilegiis concessis aliis Commissariis Generalibus, & signanter privilegiis, & exemptionibus alias expressis per Sacr. Congregat. lato sub die 6. Februarii 1637., & in Capitulo Generali Toletano 1658. & Commissarius, seu Procurator Curiæ amplius non audiatur &c.

3. Martii 1692.

INstantiis propositis à Patribus Missionariis Jesuitis in locis Terræ Sanctæ, & Cypri, Sacr. Congregat. particularis, cui interfuerunt Eminentiss. DD. Cardinales de Alteriis, Carpineus, Casanate, & Jasonius, respondit.

I.

„ Circa asservationem Sanctissimæ Eucharistiæ, *Negative*.

II.

„ Quoad expositionem ejusdem infra octavam Corporis Christi, quod possit fieri de consensu Parochi.

III.

„ Quod debeant petere Sanctum Oleum a Parocho, & in loco decenti conservare, ad effectum illud administrandi suis Religiosis tantum, & semel petita licentia.

IV.

„ Circa autem sepulturam, quod deferatur privatè Cadaver a propriis Religiosis: in Cœmeterio autem adesse debeat Parochus cum Stola, & Cruce, & dicat Orationes, juxta formam præscriptam in Rituali, permittendo postea, ut reliquæ orationes dicantur a Superiore Religionis, & per ipsum, ac suos Religiosos dari Sepulturam.

V.

„ Quod Missionarii, quam primum appulerint ad loca Terræ Sanctæ, possint Missam celebrare, ac suas facultates tantum ostendere Parocho, cum munus Missionarii exercere velint, juxta Decreta emanata anno 1668. & 1690.

„ In reliquis serventur conventiones inter Patres Societatis Jesu, & Patres Terræ Sanctæ initæ per Episcopum Babilonensem, Aleppi, & a Sacra Congregatione confirmata de anno 1685.

Iterum per Eminentissimum Spada fuerunt propositæ eidem Sacr. Congregat. sequentes Instantiæ, ex parte Missionariorum Jesuitarum, Carmelitarum Discalceatorum, & Capuccinorum.

I.

„ Dies Festos, & Jejunii in Cappellis Consulum publicare.

II.

„ Defunctorum suorum Cadavera sepelire, sine interventu, & assistentia Parochi.

III.

„ Sacrosanctum Eucharistiæ Sacramentum in propriis Cappellis asservare.

IV.

„ Oleum Sanctum, non a PP. Terræ Sanctæ, sed a Patriarcha Maronitarum, aut ab aliis Episcopis petere.

„ Pro-

Digitized by Google

V.

„ Processionibus Sanctissimi Corporis Christi ab Oratoribus fieri solitis non intervenire.

VI.

„ Novorum Conversorum notulam Parocho Terræ Sanctæ non deferre.

VII.

„ Literas Patentes in suo ad Missionem Adventu Patri Guardiano Terræ Sanctæ non exhibere.

VIII.

„ Sacras Functiones uno, eodemque tempore, quo ab Oratoribus fiunt, exercere.

At vero Eminentissimi Patres, re mature discussa, & Partibus auditis, censuerunt, ut infra.

„ Ad primum — Non licere, nisi de licentia Parochi.
„ Ad secundum — In decisa sub die tertia Martii 1692. in Congregatione particulari.
„ Ad Tertium — In decisa, sub die 18. Martii „ 1681., nempe posse permitti de consensu Parochi, „ quo vero ad expositionem Sanctissimi infra octavam Corporis Christi, posse de consensu Parochi, „ juxta Decretum sub die 3. Martii 1692.
„ Ad quartum — Servandum esse Decretum sub die 3. Martii 1692.
„ Ad quintum — Sub Decreto 23. Martii 1681. comprehendi etiam Missionarios Regulares.
„ Ad sextum — In decisis sub die 18. Martii „ 1681. nisi fecus suadeat aliqua urgentissima causa, supra qua conscientia Missionarii oneratur.
„ Ad septimum — Servanda esse Decreta sub die „ 26. Januarii 1668. & 28. Martii 1651.
„ Ad octavum — Servandum esse Decretum 18. Martii 1681.
Carolus Cardinalis Barberinus Præfectus.

Loco ✠ Sigilli.

A. Bencherus Borellini.

Promissio Augustissimi Imperatoris Leopoldi pro Sanctorum Locorum Recuperatione in manu Ministri Generalis Ordinis Minorum de Observantia, publico Instrumento facta, cujus mentio habetur supra, in Constitutione fan. mem: Inn.XI. pag. 258.

NOS LEOPOLDUS

Dei Gratia electus Romanorum Imperator semper Augustus &c. Germaniæ, Hungariæ, Croatiæ, Bohemiæ Rex, Archidux Austriæ &c.

CUM nostri sane muneris, votique sit, Dei ter optimi maximi honorem, gloriam, & cultum ubique promovere, ac in dies pro viribus propagare; hinc propria sponte, coram Sanctissima Triade, Beatissima Verbi æterni Genetrice sine Originali labe concepta, gloriosissimo ejus Sponso Joseph, Seraphico Pauperum Patriarcha Francisco, Angelis Custodibus Nostris, ac insimul Cœlestibus cunctis, firmiter, ardenterque proponimus, quod quandocumque bonitas increata pietatis suæ oculis dignetur alma Cæsarea nostra respicere, sicque virtutis suæ dextera benedicere potentissima, ut feliciter huic bello exitum, contra Orthodoxæ Fidei Hostes, concedat, atque ad tractatum pacis, & Armistitia cum Turcis exinde fit deveniendum, ejusmodi opportunitate arridente, toto conatu velimus, inter ineundi fœderis puncta, & conditiones mutuo paciscendas, Orientis Imperatorem obligare ad restitutionem Sanctorum nostræ Redemptionis Locorum, ac præsertim Sanctissimi Sepulchri, in quo Sacratissimum Salvatoris Nostri extat Sepulchrum, omnino faciendam, sub cura, & Custodia Fratrum Franciscanorum, tam Regularis, quam Strictioris Observantiæ nuncupatorum, uti peranta fere quatuor Sæcula hactenus quoque fuerat observatum. Similiter hoc Posteris nostris serio, seduloque commendabimus, & respective imponemus. In quorum Testimonium, & confirmationem præsentes propria manu subscripsimus, atque Sigillo nostro minori secreto munivimus, die 2. Augusti 1685.

Loco ✠ Sigilli.

VIgore hujus Cæsareæ Promissionis, ac Voti, in *Instrumento Pacis* initæ inter Augustissimum Romanorum Imperatorem Leopoldum I. & *Mustaphà Han* Turcarum Sultanum, Carlovicii 26. Januarii 1699. Art. XIII. hæc habentur, ex Corpore Diplomatico D. *Du Mont* Tomo VIII. Par. I.

„ Pro Religiosa, & Religionis Christianæ exercitio, juxta Ritum Romano Catholicæ Ecclesiæ, „ quæcumque præcedentes Gloriosissimi Ottomannorum Imperatores in Regnis suis, sive per antecedentes Sacras Capitulationes, sive per alia signa „ Imperialia, sive per Edicta, & Mandata specialia „ favorabiliter concesserunt, ea omnia Serenissimus „ Ottomannorum Imperator imposterum etiam observanda confirmabit, ita, ut Ecclesias suas præfati Religiosi reparare, & resarcire; nec non functiones suas ab antiquo consuetas exercere possint, „ & nemini permissum sit, contra priores Capitulationes, ac Leges aliquo genere molestiæ, aut pecuniariæ petitionis, eosdem Religiosos, cujuscumque „ Ordinis, & conditionis sint, afficere, sed consueta Imperatoris pietate gaudeant, & fruantur. Præterea Augustissimi, & Potentissimi Romanorum Imperatoris solemni ad Ottomannicam Portam Legato licitum sit, commissa sibi circa Religionem, „ & loca Christianæ Visitationis in Sancta Civitate „ Jerusalem, aliisque in locis, ubi dicti Religiosi Ecclesias habuerint, exponere, atque instantias suas „ facere.

Digitized by Google

DIPLOMATA LUDOVICI XIV.

Christianissimi Francorum Regis, quibus Regia Protectio, jura, & privilegia adscruntur Fratribus, & Locis Terræ Sanctæ.

I.

LOUIS par la grace de Dieu, Roy de France, & de Navarre; A tous ceux qui ces presentes Lettres verront, Salut. Les Roys nos Ancestres ayans toujours eu en veneration, & singuliere recommandation le saints Lieux de nostre Redemption, & Religieux de S. François, qui depuis trois cens ans les deservent, ils les ont pris, & mis sous la protection de cette Couronne; Cela fait qu' à leur exemple nous nous sentons obligez de continuer d' autant plus volontiers nostre protection à l' endroit desdits saints Lieux, & Religeux. Et parce que nous avons esté advertis, & deuëment informez que les Grecs schismatiques ont fait entendre à la Porte du Grand Seigneur, que lesdits saints Lieux, & Religieux de Jerusalem estoient décheus de nostre Royale protection, sous pretexte que quelques-uns de nos subjets, en vertu de Lettres Patentes, & de Cachet obtenuës par surprises, ont contre les Constitutions du saint Siege & Decrets de Rome, donnez à l' instance des Roys nos predecesseurs, pretendu contester en Levant l' ancienne jurisdiction d' Ordinaire & de legitimes Curez, au Pere Gardien & Religieux de Jerusalem; voire mesme empescher que nos bien-aimez Consuls ne pussent plus reconnoistre ledit Pere Gardien de Jerusalem pour Ordinaire, ny se servir de ses Religieux pour Aumôniers ou Chapelains en leur Chapelle Consulaire de Seyde; en suite & consequence dequoy lesdits Grecs se sont usurpez les sacrez Lieux de Bethleem & du Calvaire, au grand dommage & prejudice desdits Gardien & Religieux de Jerusalem, qui les possedoient & conservoient paisiblement depuis trois siecles entiers, au nom de tout le vray Christianisme, au tres-grand honneur & gloire de Jesus-Christ & de sa fidelle Epouse l' Eglise Latine. Nous desirans efficacement obvier à tous semblables inconvenients, & contribuer de tout nostre pouvoir à la conservation desdits saints Lieux & Religieux de Jerusalem; A Ces Causes, & autres bonnes considerations à ce nous mouvans: Nous, de l advis de la Reyne Regente nostre tres-honorée Dame & Mere, & de nostre certaine science, plaine puissance, & authorité Royale, Avons pris & mis, prenons & mettons lesdits saint Lieux & Religieux de Jerusalem sous la protection & sauve-garde speciale de nostre Couronne: Avons semblablement confirmé & confirmons lesdits Gardien & Religieux de Jerusalem en tous les droits, pouvoirs, facultez, fonctions, graces, indults, privileges, & immunitez à eux concedez par nos tres-saints Peres les Papes audit pays de Levant, pour y faire & exercer toutes le fonctions d' Ordinaire & de Curez; De plus voulons & entendons que tous nos Consuls soient en plaine liberté de se pouvoir servir pour Aumônier & Chapellains en leurs Chapelles Consulaires, de quels Religieux Prestres seculiers que bon leur semblera pour leur satisfaction particuliere, pourveu que ce soit toujours sans aucun prejudice des anciens droits & jurisdictions desdits Gardien & Religieux de Jerusalem, lesquels nosdits Consuls seront tenus & obligez de reconnoistre en tout & par tout, comme leurs vrais & legitimes Pasteurs, selon les Constitutions du saint Siege, & susdits Decrets de Rome, qu' avons validé & approuvé, validons & approuvons, notamment ceux du vingt-cinquiéme Septembre mil six cens vingt-huit, & premier Octobre mil six cens trente, comme fait à l' instance & priere du feu Roy nostre tres-honoré Seigneur & Pere. En outre mandons & ordonnons à nostre feal & bien amé Conseiller en nos Conseils, & nostre Ambassadeur à Constantinople, le Sieur de la Haye Vantelay, & nos bien amez Consuls du Levant, d' employer tous leurs soins pour aider lesdits Religieux de Jerusalem à recouvrer & estre rétablis esdits saints Lieux de Betleem & du Calvaire, & en toutes occurrences da proteger, maintenir, & conserver lesdits saints Lieux & Religieux, & d' empescher qu' aucuns de nos subjets, sous quelque pretexte que ce soit, puissent s' attribuer, prendre, ou aliener les aumônes qui sont données & destinées pour lesdits saints Lieux de nostre Redemption. Faisons tres-expresses inhibitions & deffenses à tous nos subjets de plus à l' advenir entreprendre sur les droits & jurisdictions desdits Gardien & Religieux de Jerusalem, ny s'ingerer aucunement en l' exercice des fonctions Curiales & Parrochiales, qui appartiennent de toute antiquité ausdits Religieux de Jerusalem, tant audit lieu de Seyde, que par tout ailleurs où ils ont leurs hospices ou maisons établis, suivant les susdits Decrets & Constitutions du saint Siege. Voulons & ordonnons que le contenu de ces presentes soit de tous nos subjets inviolablement observé & gardé, nonobstant toutes lettres, mandements, ou autres choses à ce contraires qu' on pourroit avoir obtenuës de Nous; Ausquelles par ces presentes avons derogé & derogeons, & ne voulons avoir aucun égard: Car tel est Nostre Plaisir. En témoin dequoy nous avons fait mettre nostre seel à ces presentes, donnera à Saint Germain en Laye le quatriéme jour de Fevrier, l' an de grace mil six cens quarante-neuf; Et de nostre Regne le sixiéme: Signé *Louis*; Et plus bas, Par le Roy, la Reyne Regente sa Mere presente, *Delomenie*: Et scellées du grand sceau en cire jaune.

II.

LOUIS par la Grace de Dieu, Roy de France & de Navarre: A tous presens & à venir, Salut. Les Gardien & Religieux de la Famille de Terre Sainte nous ont tres humblement fait remontrer que les Roys nos prædecesseurs ayans en en singuliere veneration le Saint Sepulchre de Jerusalem, & autres saints Lieux de nostre Redemption, quils ont pris en leur protection; Cela a excité leur pieté à la decoration des Eglises & Monasteres qui y ont esté construits, & à favoriser l' établissement que les Religieux de la dite Famille y ont fait il y a plus de trois siecles, sous la conduite d' un Superieur du titre de Gardien, resident en la ville de Jerusalem, auquel (à l' instance & priere de nosdits predecesseurs notres tres-saints Peres les Papes Calixte III. Clement V. Innocent IV. & Jean XXI. qui l' ont étably & ordonné pour Commissaire Apostolique du saint Siege és pays de Levant, pour y tenir

lieu

lieu d' Ordinaire, & y exercer la plusspart des fonctions Episcopales) entr' autres graces, induits, privileges, & prerogatives concedées audit Gardien, luy ont donné un pouvoir absolu de jurisdiction spirituelle sudit pays de Levant sur tous les Chrestiens de l'Eglise Latine, reguliers, & Seculiers, avec faculté non-seulement d' absoudre par luy, & les Religieux de ladite Famille de tous cas reservez au saint Siege (à l' exception de la falsification des Lettres Apostoliques:) Mais aussi de Confirmer, Baptiser, conferer les autres Sacrements, & exercer toutes les fonctions Curiales, & Parrochiales, ainsi qu'ils ont fait paisiblement plus de trois cens ans auparavant que les Missionaires Capucins se fussent introduits sudit pays de Levant; Et mesme ceux des autres Ordres, qui sont les Peres Jesuites & Carmes Deschaussez, n' ont jamais pensé à s' ingerer en aucune desdites fonctions au prejudice des Religieux de la dite Famille de Terre Sainte. Et quoy que cette possession ainsi continuée pendant plusieurs siecles, soit un titre assez puissant & authentique pour s' y pouvoir justement maintenir privativement & à l' exclusion de qui que ce soit, veu particulierement les grands progrés qu'ils ont fait au salut des ames par les bonnes instructions, sainteté de vie, & les preuves signalées qu'il ont rendnës de leur pieté, & de la ferveur de leur zele envers Dieu, par le grand nombre d' entr' eux, qui ont genereusement répandu leur sang, & souffert le martyre pour la défense de la Foy parmy les Infidelles: Neantmoins lesdits Religieux Capucins, sous pretexte de leur nouvelle Mission audit pays de Levant, au lieu d' en user à l' exemple des autres Missionaires, & de se soûmettre plutost à la jurisdiction des Religieux de ladite Famille dans les lieux où ils les ont trouvez établis, que de rien entreprendre sur eux, ils ont formé le dessein contre les propres termes du Decret de leur Mission, de les dépoüiller de leurs droits, particulierement en ce qui est de leurs fonctions Curiales & Parrochiales: Et pour cet effet dés l' année 1627. ils ont essayé de s' établir dans les Chapelles Consulaires, & entr' autres dans celle de la ville de Seyde, par le moyen de quelques Lettres Pattentes, & de Cachet qu'ils ont surprises du feu Roy nostre tres-honoré Seigneur & Pere, adressantes aux Consuls de la nation Françoise, sur ce qu'ils ont supposé que la plusspart desdits Religieux estoient de nation Espagnole, & qu'en cette qualité ils leurs estoient mal affectionnez; & fait écrire au Sieur Comte de Cesy, lors Ambassadeur à Constantinople, à ce qu'il eust à leur dénier la protection dudit Seigneur Roy, & permettere qu'il fust decreté contr' eux, ainsi qu'on voudroit à la Porte du Grand Seigneur: En consequence dequoy les Grecs schismatiques croyans les Religieux de ladite Famille privez & décheus de la protection de nostre Couronne, ont pris delà occasion d'usurper & s' approprier par Decret, qu'il ont procuré dudit Grand Seigneur, les sacrez lieux de Bethleem & du Calvaire, par la dépossession des Religieux de ladite Famille, lesquels en avoient esté possesseurs trois siecles entiers, au nom de tout le vray Christianisme; Et deplus lesdits Missionaires Capucins ont voulu usurper toutes les fonctions Curiales & Parrochiales en la Chapelle Consulaire de l' Eschelle de Seyde, & autres lieux du Levant; ce qui a obligé les Religieux de ladite Famille d'adresser premierement leurs plaintes à nostre Saint Pere le Pape Urbain VIII. & à la Congregation de la Propagation de la Foy, qui par un Decret du 25. Septembre 1628. a permis ausdits Missionaires Capucins de servir les Consuls François en leurs Chapelles Consulaires, pourveu que ce ne soit en l'administration des Sacrements Parrochiaux, & fonctions Curiales, dont ils ont voulu conserver le droit aux Religieux de ladite Famille. En haine dequoy lesdits Missionaires Capucins se sont pourveus à ladite Congregation, ont voulu faire croire qu'ils estoient par eux inquietez en leurs Missions: Mais lesdits Religieux de Terre Sainte ayans fait voir qu'ils n' avoient autre intention que de se maintenir en leurs droits anciens, ladite Congregation auroit derechef fait deffenses aux Missionaires Capucins de s' entre-mettre desdites fonctions Curiales & Parrochiales és lieux où les Religieux de ladite Famille auroient Maison ou Monastere, suivant le Decret d'icelle du premier Octobre 1630. confirmé par le mesme saint Pere le Pape Urbain VIII. le 22. Novembre audit an. Et quoy que ce Decret eust esté prononcé avec grande connoissance de cause, & aprés avoir examiné toutes les raisons sur lesquelles iceux Religieux Capucins fondoient leurs pretentions, & mesmes à l' instance & priere du feu Roy nostredit Seigneur & Pere, pour assoupir toutes les contestions que cette nouveauté avoit fait naistre entr'eux, & qu'ils en ayent souffert l' execution jusques en l'année derniere 1648. neantmoins ils ont obtenu de nous certaines Lettres patentes le 29. Fevrier 1644. par les quelles au lieu que nostre intention n'a esté autre que de declarer simplement que nous les prenions en nostre protection, & sauve-garde pour l' exercice de leurs Missions, & que nostre Ambassadeur & Consuls audit pays de Levant eussent à empescher le trouble en leurs fonctions de Missionaires; Et quoy que lesdits Religieux Capucins (dés le principe de leurs Mission, pour faciliter leur établissement en ladite Chapelle Consulaire de Seyde, & en pouvoir exclure lesdits Religieux de Jerusalem qui la deservoient d' antiquité) eussent obtenu, comme dit est, du feu Roy nostre tres-honoré Seigneur & Pere la susdite Lettre patente, qui donnoit plein pouvoir ausdits Consuls de choisir & admettre pour leurs Chapellains tels Religieux ou autres personnes Ecclesiastiques qu'ils jugeroient à propos pour leur consolation spirituelle; iceux Missionaires Capucins se voyants introduits en ladite Chapelle Consulaire de Seyde, ont fait subreptissement glisser dans nos dernieres Lettres, par une contradiction manifeste (sans toutfois qu'il y puisse avoir autres Religieux, quels qu'ils soient, qui deservent ladite Chapelle Consulaire de Seyde, si ce n'estoit du consentement desdits Missionaires Capucins) & sous pretexte que nous avons adjouté estre nostre intention qu'il y fassent leurs fonctions ordinaires, comme ils avoient supposé avoir fait depuis quinze ans, sans qu' aucuns autres Religieux se pussent attribuer ce droit; Ce qui ne s'entendoit pourtant que des fonctions ordinaires & necessaires à l' effet de leurs Missions, telles qu' elles sont declarés par lesdits Decrets du 2?. Septembre 1628. & 1. Octobre 1630. Ils ont pris de là occasion de s'y vouloir établir en qualité de grands Vicaires du Sieur Evéque de Marseille, & comme Curez indépendants dudit Gardien de Jerusalem: Et pour penser mieux fortifier leur usurpation, ont obtenu de nous autres Lettres patentes & de Cachet semblables aux precedentes: Et voyant bien que leur procedé estoit un acte non-seulement contraire à leur vœu, qui les rend plus etroitement soûmis qu'aucuns autres Religieux à l' authorité du saint Siege & de ses deleguez: mais deplus, une usurpation blâmable contre le droit qui en appartient seulement à ceux de la dite Famille de Terre Sainte par Commission dudit Saint

Saint Siege, & qu'ils exercent esdits lieux comme subdeleguez par ledit Gardien de Jerusalem, & dont la possession pendant plusieurs siecles est un titre plus que suffisant pour les y faire mantenir, aussi bien en l'Eschelle de Seyde, que des autres lieux du Levant: Iceux Religieux Capucins pour penser authoriser cette injuste depossession & spoliation, ont encore de nous tiré quelques lettres, l'une adressante à nostre amé & feal le Sieur de S. Chaumont, nostre Ambassadeur extraordinaire à Rome, sur ce qu'ils nous ont fait pour lors entendre que des Religieux estrangers, sous pretexte de jurisdiction spirituelle, les inquietoient en leurs fonctions & facultez de Missionaires, & empeschoient de deservir ladite Chapelle Consulaire de Seyde, à ce que ledit Sieur de Saint Chaumont eust à faire les instances & offices necessaries de nostre part, tant prés sa Sainteté, que par tout ailleurs, pour empescher que lesdits Missionaires Capucins ne fussent point assujettis audits Religieux de la Famille de Terre Sainte: & l'autre au Sieur de la Haye Vantelay nostre Ambassadeur à Constantinople, à ce qu'il eust à écrire audit Gardien de Jerusalem, que si lesdits Missionaires Capucins estoient inquietez sous son nom, il luy denieroit nostre protection, & laisseroit decreter comme on voudroit contr'eux à la Porte du Grand Seigneur; Et de plus, une troisiéme lettre au Superieur desdits Capucins de la Mission de la Palestine, à ce qu'ils auroient esté communiquez au Conseil de Conscience que nous avons prés de nous, & authorisez dudit Conseil ou de nostre Parlement: Lesdits Missionaires Capucins se sont par là rendus plus hardis d'attenter leur usurpation au prejudice desdits Religieux de la Famille de Terre Sainte, & mesme d'introduire des nouveautez qui ont donné occasion aux Chrestiens Orientaux de semer dans les esprits l'impression de division de ceux de l'Eglise Romaine; aux Commandemens, Preceptes, & Creance d'icelle, s'estans portez jusques-là, que de faire interdire en vertu d'une Lettre de Cachet lesdites fonctions Curiales & Parocchiales aux Religieux de ladite Famille; Ce qui a obligé tant ledit Gardien que leur General, de deputer & envoyer exprés en nostre Royaume les PP. Michel de Picauville, & Damien Moran, deux d'entr'eux, pour implorer sur ce nostre Protection, & leur pourvoir ainsi que nous jugerions expedient & raisonnable; Dont les PP. Romain de S Brieu, & Ambroise d'Auray, Religieux Capucins de la Province de Bretagne, ayans esté advertis, & prevoyans que nous ne souffririons pas les troubles que estoit fait ausdits Religieux de la Famille de Terre Sainte, ils ont interposé les Sieurs Vincent de Paul, Superieur general de la Congregation des Peres de la Mission, & Maistre Jacques Charton, Docteur en Theologie, Chanoine, Penitencier de l'Eglise de Paris; Et par leur advis il s'est passé Contract en forme de Concordat entr'eux, fondez des Procurations desdits Gardien de Jerusalem, & General des Religieux de ladite Famille, & du Provincial des Religieux Capucins de ladite Province de Bretagne, & Prefet des Missions Apostoliques desdits Capucins en Syrie & Palestine, pardevant Desprez & David, Notaires au Chastelet de nostre ville de Paris, le 8. Janvier dernier 1649. par lesquels ils se sont départis de part & d'autre sous nostre bon plaisir, de toutes Lettres patentes & de Cachet qu'ils avoient obtenuës pour leur conservation & perpetuation en ladite Chapelle Consulaire de Syede: reconnoissans que la liberté dépend toute entiere desdits Consuls d'y établir pour leur Chapellains tel qu'il leur plaira, pour la deservir en qualité de simples aumôniers, le tout sans que lesdits Missionaires Capucins puissent en tel cas y exercer aucunes fonctions Curiales & Parrochiales, comme reconnoissans qu'elles appartiennent audit Gardien de Jerusalem & Religieux de sa Famille, en qualité Ordinaire, & legitimes Curez des lieux declarez par lesdits Decrets des années 1628. & 1630. & autres Constitutions du S. Siege; Consentant que lesdits Religieux de ladite Famille de Terre Sainte les exercent seuls audit lieu de Seyde, & qu'en cas de besoin, pendant le temps que les Turcs visitent les Eglises, lesdits Religieux de la Famille de Terre Sainte puissent mesme exercer toutes lesdites fonctions Curiales & Parrochiales dans la Chapelle Consulaire dudit Seyde; bien que lesdits Missionaires Capucins fussent Chapellains dudit Consul: Et pour cét effet ont iceux Religieux Capucins esdits noms renoncé sous nostre bon plaisir à tous droits Curiaux & Parrochiaux qui leur peuvent avoir esté attribuez, tant par Lettres patentes que de Cachet, pour les lieux où s'estend leur Mission affectée a leur Province de Bretagne, comme estant chose raisonnable, & contenuë ausdites Constitutions & Decrets du saint Siege, qu'ils ont reconnu, consenty & accordé devoir sortir leur effet, ainsi que plus au long est contenu audit Contract. Et d'autant qu'il n'a esté fait que sous nostre bon plaisir, qu'il n'appartient pas ausdits Religieux, ny autres nos subjets, par leur simple consentement & conventions particulieres de s'attribuer des droits de cette qualité, non plus que de s'y conserver: Et que lesdits Religieux de Jerusalem ont grand interest que ce qui a esté reconnu, & consenty, & avoüé par les Religieux Capucins de ladite Province de Bretagne, ait son effet à l'advenir sans aucun contredit, & soit aussi executé contre les autres Capucins de la Province de Touraine; en leur Mission dudit pays de Levant, & generalement contre tous autres Ecclesiastiques, reguliers & seculiers, qui sont presentement ou pourroient à l'advenir s'établir audit pays de Levant: Et d'ailleurs, que les Religieux de ladite Famille de Terre Sainte nous ont aussi representé que quelques-uns des Consuls dudit pays de Levant, nottamment ceux de Seyde, & Cypre entreprennent de divertir & appliquer à autres personnes les aumônes qui se font par les Marchands & Capitaines de Navires pour lesdits saints Lieux de Jerusalem, notamment les trois piastres, qui par coutume ancienne se payent entre les mains des Chancelliers desdits Consuls par chacun desdits Capitaines de Navire, pour estre ensuite consignez aux Procureurs desdits Religieux, & saints Lieux de Jerusalem, en consideration des prieres qui se font journellement en tous ledits principaux Lieux de nostre Redemption, pour l'heureux succés de leurs voyages en Levant, frustrans en cela la pieuse intention des bien-faicteurs avec mépris de l'excommunication fulminée par trois de nos saints Peres les Papes, contre tous ceux qui seroient participans ou consentiroient au divertissement ou detention d'aucunes semblables aumônes faites en faveur desdits saints Lieux de Jerusalem: Lesdits exposans ont esté obligez d'avoir recours à nostre authorité, & nous faire informer de leurs droits & possession telle que dessus, confirmez par lesdits Decrets faits à l'instance & priere du feu Roy nostre tres-honoré Seigneur & Pere, contenans un reglement tres-salutaire pour retenir les uns, & les autres en leur devoir; & l'ayant estimé le seul moyen pour faire cesser les contentions d'entr'eux, qui causent le

Chronol. Seraph.

 lang-

scandale, empeschent le fruit que nous en devons attendre, & donnent sujet aux Grecs schismatiques d'entreprendre de s'établir plus fortement ausdits saints Lieux, comme ils ont déja fait en ceux de la sainte Créche de Bethleem, & du sacré Mont de Calvaire, lors que l'on a fait croire par lesdites Lettres de Cachet que nous abandonnions la protection des Religieux de ladite Famille de Terre Sainte, & approuvions qu'il fust decreté contr'eux à la Porte du Grand Seigneur, quoy que nous n'eyons jamais eu telle intention, ma bien plutost de leur continuer nostre protection avec le mesme zele que nos Predecesseurs l'ont embrassée, & ont eu en singuliere recommendation de s'y maintenir par les traitez faits entr'eux & le Grand Seigneur, avec telles prerogetives, qu'il pesmet la liberté du pelerinage ausdits saints Lieux à tous les Chrestiens de l'Europe sous la Banniere de France, comme n'y ayant que cette Couronne qui eit eu la gloire de prendre la protection desdits saints Lieux, des Religieux qui les deservent, & de tous ceux qui les visitent. A CES CAUSES, & autres bonnes considerations à ce nous mouvants, à l'exemple du feu Roy nostre tres-honoré Seigneur & Pere; & desiderans faire connoistre à tous nos subjets & autres, l'estime que nous faisons de la pieté & devotion desdits Religieux de la Famille de Tarre Sainte, & les obligee de plus en plus à augmenter les prieres & saints Sacrifices qu'ils offrent à Dieu, pour la prosperité & augmentetion de cette Monarchie esdits saints Lieux que nous avons toujours eu en singuliere veneration, pour avoir plû à Dieu y operer l'œuvre de nostre Redemption, avec les principaux Misteres de nostre Foy; Aussi que nos vouloir & intention ont toujours esté que lesdits Religieux de la Famille de Terre Sainte soient meintenus & protegez esdits saint Lieux, & en toutes leursdites jurisdictions, droits, fonctions Curiales & Parrochieles dans tous les lieux de leur residence esdits pays de Levant, notamment esdits lieux de Cypre & de Seyda, sans qu'aucuns Ecclesiestiques, reguliers ou seculiers, ny autres de nos subjets, puissent à l'advenir rien entreprendre au prejudice desdits Gardien & Religieux de la Femille de Terre Sainte. Et afin que le susdit Contract qui a esté pasé entr'eux & les Religieux Capucins de la Province de Bretagne, puisse valoir, & estre executé selon la forme & teneur; Et que tant les Missionaires Capucins de la Province de Touraine, que tous nos autres subjets, reguliers & seculiere, ne pouissent cy aprés aucunement contestee susdits Religieux de la Famille de Terre Sainte leursdites jurisdictions, droits, & fonctions, ny les y troubler & inquieter pour quelque cause & pretexte que ce soit; Comme aussi que lesdits Consuls n'entreprennent à l'advenir d'appliquer au profit d'aucuns autres Religeux que ceux de ladite Famille de Terre Sainte, lesdites aumônes, notamment les trois piestres que nous sçavons avoir esté aumônées pour le Mont de Sion, de temps immemorial. NOUS, de l'avis de la Reine Regente nostre tres-honnrée Deme & Mere, nostre tres-char Oncle le Duc d'Orleans, & autres Princes, & notebles Officiers de nostre Couronne; & de nostre certaine science, pleine puissance, & authorité Royale, AVONS par ces presentes signées de nostre main, confirmé, & confirmons lesdits Gardien & Religieux de la Femille de Terre Saint en tous les droits, pouvoirs, facultez, graces, indults, privileges, & Immunitez à aux concedez par nos tres-saints Peres les Papes audit pays de Levant, pour y faire & exercer toutes leurs jurisdictions & fonctions Curieles en tous les lieux de leur residence audit pays de Levant, mesmes dans les Chapelles Consulaires de Seyde, & autres, le cas advenant qu'il y eust interdiction, destruction, ou prophanation des Eglises où les Religieux de ladite Famille de Terre Sainte exercent à present lesdites fonctions, & pendant la visite des Turcs, Commisseires étebl[illegible], & jouyr de tous les droits, honneurs, & prerogatives dont ils ont jouy & usé de temps immemorial: Et entant que besoin est ou seroit, iceux de nouveau concedez & octroyez, concedons & octroyons, validé & approuvé, validons & approuvons par cesdites presentes, tant les Constitutions & Decrets de nosdits saints Peres les Papes, & de la Congregation de la Propagation de la Foy, notamment ceux des 25. Septembre 1628. & premier Octobre 1630. comme faits à l'Instance & priere du feu Roy nostre tres-honoré Seigneur & Pere, & confirmez per nostre tres-saint Pere le Pape Urbain VIII. que ledit Contract en forme de Concordet & transaction, passé pardevant Desprez & David, Notaires eu Chastelet de Paris, le 8. Janvier 1649. entre lesdits Michel de Picanville & Damien Moren, Religieux de ladite Famille de Terre Sainte, tant en leurs noms, que comme fondez de deux Commissions & Procurations à eux passées par leur General, & Gardien de Jerusalem d'une part: Romain de S. Brieu & Ambroise d'Auray, Religieux Capucins de le Province de Bretagne, tant en leurs noms, que comme fondez de Procuration du Provinciel de ladite Province, & Prefet des Missions des Capucins en Syrie, & Palestine: lesquels Decrets & Concordat cy attachez sous le contre seel de nostre Chancellerie, voulons sortir leur plein & entier effet selon leur forme & teneur. Faisans tres-expresses inhibitions & deffenses ausdits Religieux Capucins de le Province de Bretagne, & à ceux de ladite Province de Touraine, & à tous autres Ecclesiastiques, tant reguliers, que seculiers, de plus à l'advenir entreprendre sur les jurisdictions & droits desdits Gardien & Religieux de le Famille de Terra Sainte, ny de faire aucunes fonctions Curieles & Perrochiales, tant en ladite Chepelle Consuleire de Seyde, qu'autres lieux dudit peys de Levant, où lesdits Religieux de la Famille de Terre Sainte ont, ou pourroient avoir cy-aprés leurs Hospices, Maisons, ou Couvents établis. Voulons & Ordonnons qu'iceux Capucins soient tenus se reglee & conduire en leurs Missions, suivant les Constitutions & Decrets du saint Siege, à l'exemple des autres Missionaires Jesuites & Carmes Deschaussez, à peine de desobeissance, & d'estre procedè contr'eux comme rebelles à nos volontez & Intentions, nonobstant toutes lettres, mandements, & autres choses à ce contraires, ausquelles nous avons derogé & derogeons par ces presentes, & notamment à celles obtenuës par lesdits Religieux Capucins és années 1644. & 1645. & à toutes autres de semblable teneur, ausquelles ne voulons avoir aucun égard, comme contreires à nostre intention: Et si en vertu d'icelles il avoit esté distrait aucune chose appartenants ausdits Gardien & Religieux de la Femille de Terre Sainte, Voulons qu'incontinent & sans delay ils y soient remis & reintegrez per nos Consuls des lieux. Voulons en autre que les aumônes, notamment les trois piastres qui sont données par les Capitaines de Navires pour le sacrè Mont de Sion, en consideration des prieres qui se font journellement esdits saints Lieux pour l'heureux succés de leurs voyages, soient délivrées par les mesmes Chanceliers qui les reçoivent, entre les mains des Procureurs

cureurs desdits saints Lieux de Terre Sainte: Avec deffenses aux Consuls & tous autres de les divertir, ny les faire delivrer à aucuns autres; Mesmes si aucunes ont esté diverties, qu'elles soient restituées & rendues ausdits Procureurs de Terre Sainte, à peine contre les contreveneans de desobeïssance, & d'en respondre en leurs propres & privez noms: N'y autrement troubler en leurs jurisdictions, droits & fonctions, lesdits Gardiens & Religieux de la Famille de Terre Sainte, les ayans à cette fin pris & mis, prenons & mettons en nostre protection, & sauvegarde speciale, ensemble leurs Chapelles, Couvents, Maisons & Hospices scis audit pays de Levant. Si Donnons en mandement à nos amez & feaux Conseillers les Gens tenans nostre Cour de Parlement à Paris, que ces presentes ils fassent lire, publier & registrer, & du contenu en icelles faire jouyr lesdits Gardien & Religieux de ladite Famille de Terre Sainte, sans permettre qu'il leur soit fait, mis, ou donné aucun trouble ny empeschement; Et si aucun leur estoit fait, mis, ou donné, qu'incontinent ils le reparent, & fassent cesser. Mandons en outre à nostre amé & feal Conseiller en nostre Conseil d'Estat & Privé, & nostre Ambassadeur à Constantinople, le Sieur de la Haye Vantelay, & autres qui y seront cy aprés; ensemble à nos bien amez Consuls qui sont par nous établis audit pays de Levant, leurs successeurs ausdites Charges, & autres qu'il appartiendra, de faire le semblable es lieux où s'estend leur pouvoir, & s'employer efficacement, & tenir la main au rétablissement desdits Gardien & Religieux de ladite Famille de Terre Sainte, tant esdits saints Lieux du Calvaire & de Bethleem, & autres lieux, qu'en toutes leurs anciennes jurisdictions, droits, fonctions Curiales & Parrochiales, & possession desdits aumônes: Car Tel est Nostre Plaisir; Et dautant que de ces presentes on pourroit avoir affaire en plusieurs & divers lieux, Nous voulons qu'aux copies d'icelles deuëment collationnées par l'un de nos amez & feaux Conseillers & Secretaires, foy soit adjoutée comme aut present Original: Et afin que ce soit chose ferme & stable à toujours, nous avons fait mettre nostre seel à cesdites presentes. Donné à Paris au mois d'Octobre, l'an de Grace mil six cens quarante-neuf; Et de nostre Regne le septiéme Signé *Louis*; Visa *Seguier*; Et plus bas, Par le Roy, la Reyne Regente sa Mere presente, *Delomenie*. Et seellé du grand Sceau de cire verte sur lacs de soye rouge & verte. Et plus bas est écrit.

Registrées, ouy le Procureur General du Roy, pour estre executées selon leur forme & teneur. A Paris en Parlement, en la Chambre des Vacations, le douziéme Octobre mil six cens quarante neuf.

Signé DU TILLET.

LETTRES DE RELIEF D'ADRESSE.

LOVIS PAR LA GRACE DE DIEU, ROY DE FRANCE ET DE NAVARRE: A nos amez & feaux Conseillers, les Gens tenans nostre Cour de Parlement à Paris, en la Chambre des Vacations; Salut. Nous avons pour de tres-justes & grandes considerations accordé aux Gardien & Religieux de l'Ordre de saint François de la Famille de Terre Sainte, nos Lettres patentes données à Paris au present mois & an, cy-attachées sous le contre seel de nostre Chancellerie. Et dautant que vous pourriez faire difficulté de proceder à l'enregistrement desdites Lettres, au sujet qu'elles ne vous sont addressées, sinon à nostredit Parlement qui est à present en vacation; & que d'ailleurs l'execution desdites Lettres requiere diligence, & qu'il est tres-important qu'elles soient envoyées promptement pour le bien desdits saints Lieux & Religieux: A CES CAUSES vous mandons & ordonnons, que sans vous arrester à ladite adresse, vous ayez à faire lire, publier, & registrer lesdites Lettres, & du contenu faire jouir & user lesdites Gardien & Religieux de ladite Famille de Terre Sainte, selon & ainsi qu'il est plus amplement porté par icelles: CAR TEL EST NOSTRE PLAISIR. Donné à Paris le huitiéme jour d'Octobre l'an de Grace mil six cens quarante-neuf; Et de nostre regne le septiéme. Signé, Par le Roy en son Conseil, CHESNELONG. Et seellé du grand sceau en cire jaune. Et à costé est écrit:

Registrées, ouy le Procureur General du Roy, pour estre executées selon leur forme & teneur. A Paris en Parlement, en la Chambre des Vacations, le douziéme Octobre mil six cens quarante neuf. Signé DU TILLET.

EXTRAIT DES REGISTRES *de Parlement.*

VEU par la Chambre des Vacations les Lettres patentes données à Paris au present mois & an, signées LOUIS. Et plus bas, Par le Roy la Reyne Regente sa Mere presente, DELOMENIE; Et seellées du grand sceau de cire verte sur lacs de soye rouge & verte; Par lesquelles ledit Seigneur Roy, de l'advis de ladite Dame Reine Regente, confirme les Gardien & Religieux de saint François de la Famille de Terre Sainte, en tous les droits, pouvoirs, facultez, graces, indults, privileges, & immunitez à eux concedez par les saints Peres Papes aux pays de Levant, pour y faire & exercer toutes leurs jurisdictions, & fonctions Curiales en tous les lieux de leur residence aux pays de Levant, mesmes dans les Chapelles Consulaires de Seyde, & autres, le cas advenant qu'il y eust interdiction, destruction, ou prophanation des Eglises où lex Religieux de ladite Famille de Terre Sainte exerceoit à present lesdites fonctions, & pendant la visite des Turcs, Commissaires établis; & jouyr de tous les droits, honneurs & prerogatives, dont ils ont jouy & usé de temps immemorial: Et entant que besoin est ou seroit, iceux de nouveau concedé, & octroyé, validé, & approuvé, selon & ainsi qu'il est plus au long porté par lesdites Lettres & actes attachés à le contre seel d'icelles Lettres adressantes à la Cour de Parlement: Autres Lettres du huitiéme de cedit mois & an; signées, Par le Roy en son Conseil, CHESNELONG, & seellées sur simple queuë du grand sceau de cire jaune, de relief d'adresse à ladite Chambre des Vacations: Requeste desdits Gardien & Religieux de saint François de la Famille de Terre Sainte, afin de verification & enterinement desdites Lettres: Conclusions du Procureur General du Roy: Tout consideré; Ladite Chambre a ordonné que lesdites Lettres seront registrées au Greffe de la Cour, pour estre executez selon leur forme & teneur. FAIT en Vacations le douzieme Octobre mil six cens quarante-neuf.

Signé DU TILLET.

Collationé aux Originaux par moy Conseiller Secretaire du Roy, Maison & Couronne de France, & de ses Finances.

Chesnelong.

Nous Hugues de Lionne, Marquis de Berni, &c. Conseiller du Roy ordinaire en ses Conseils, Commandeur, Prevost, & grand Maistre des Ceremonies des ordres de Sa Majesté, & son Ambassadeur extraordinaire aux Princes d'Italie; Certifions à tous qu'il appartiendra, que le Seigneur Chesnelong signé au dessus de ces presentes, & qui a collationné ce present Livre à ses originaux, est veritablement Conseiller-Secretaire du Roy, Maison & Couronne de France, & de ses finances, & declarons qu'on doit adjouter foy aux choses qu'il a collationnées comme à leurs propres originaux. Fait à Rome ce 26. Septembre 1655.

DE LIONNE.

Par mondit Seigneur y Ambassadeur.

S. Gardon.

CAPITULUM GENERALE
SEPTUAGESIMUM NONUM.

In Dei Nomine Amen.

Hæc est Tabula percelebris Capituli Generalis totius Ordinis Fratrum Minorum Sancti Patris Nostri Francisci, celebrati Romæ in Conventu S. Mariæ de Ara-Cœli in Vigilia Pentecostes Anno Jubilæi 1700. die 29. Maii.

Præsidente Eminentissimo, ac Reverendissimo D. Fabritio Spada, S. R. E. Cardinale ex speciali delegatione Sanctissimi in Christo Patris D. N. Innocentii Papæ XII.

IN quo, confluentibus omnium Nationum suffragiis, expleto guberneio Reverendissimi P. Fr. Bonaventuræ Poerii, cui infra quartum annum nominato ad Archiepiscopatum S. Iernitanum successit Reverendissimus P. F. Matthæus à S. Stephano, Lector Jubilatus, Ex-Minister Provinciæ Terræ laboris, & actualis Diffinitor Generalis, in Vicarium Generalem, juxtà Ordinis Generales Constitutiones hic ex gratia Summi Pontificis Minister Generalis est declaratus, sub cujus regimine reliquum sexennii est absolutum, Reverendissimus P. Fr. Ludovicus *de la Torre*. Lector Jubilatus, Ex-Secretarius Generalis Ordinis, Ex-Minister Provinciæ S. Jacobi, & actualis Vice-Commissarius Generalis Ultramontanæ Familiæ, in Ministrum Generalem totius Ordinis S. P. N. Francisci ritè, & canonicè electus fuit.

Commissarius Generalis Cismontanæ Familiæ.

Reverendissimus P. Fr. Cherubinus à Nardò, Lector Emeritus, ac Provinciæ S. Nicolai Reformatorum Minister Provincialis actualis.

Pater Utriusque Familiæ.

Reverendissimus P. Fr. Matthæus à Sancto Stephano, Lector Jubilatus, & Ex-Minister Generalis Ordinis.

Procurator Generalis Ordinis.

R. A. P. Fr. Joannes Garzia Feyjoo, Lector Jubilatus, Provinciæ Immaculatæ Conceptionis Observantium Ex-Min. Provincialis, & actualis Pro-Minister.

Commissarius Generalis in Curia Romana.

R. A. P. Fr. Joannes Maria à S. Cruce, Lector Jubilatus, Concionator Clarissimus, Ex-Secretarius Generalis Ordinis, Minister Provincialis Provinciæ Thusciæ Observantium.

Procurator Generalis Reformatorum.

R. A. P. Fr. Franciscus à Brandelio, Lector Emeritus, & Custos actualis Provinciæ Reformatæ Romanæ.

Diffinitores Generales Ultramontanæ Familiæ.

R. A. P. Fr. Augustinus à Rosario, Provinciæ Portogalliæ Observantium Ex-Minister.

R. A. P. Fr. Joannes Duran del Montijo, Sac. Theologiæ Lector, Ex-Minister, & Custos actualis Provinciæ S. Gabrielis Discalceatorum in Hispania.

R. A. P. Fr. Josephus Camelin, Provinciæ Sancti Ludovici Observantium in Galliis Ex-Minister Provincialis, & actualis Pro-Minister.

R. A. P. F. Demetrius Vvideman, Lector Jubilatus, Provinciæ Argentinæ Recollectorum Ex-Provincialis Min. & Custos actualis.

R. A. P. F. Raynerius Pacyez, Sac. Theologiæ Lector, & Provinciæ Inferioris Germaniæ Recollectorum Minister Provincialis.

R. A. P. F. Bartholomæus à Castro, Lector Jubilatus, & Provinciæ Granatensis Minister Provincialis.

R. A. P. F. Lucas Alvarez de Toledo, Lector Jub. & Provinciæ Castellæ Observantium Minister Provincialis.

R. A. P. F. Cherubinus le Bel, S. Theologiæ Lector, Provinciæ S. Dionysii Recollectorum in Gallia Minister Provincialis.

R. A. P. F. Ludovicus du Val, Doctor Sorbonicus, & in magno Parisiensi Conventu S. Theologiæ actualis Professor.

R. A. P. Fr. Bernardus *de la Peña*, Lector Jubilatus, & Provinciæ Legionensis Tertii Ordinis Sancti Patri Nostri Francisci in Hispania Minister Provincialis.

Diff-

Diffinitores Generales Cismontanæ Familiæ.

R. A. P. F. Cœlestinus à Mediolano, Lector Jub., Ex-Secretarius, & Ex-Diffinitor Generalis Ordinis, ac secundo Provinciæ Mediolanensis Minister Provincialis.

R. A. P. F. Joannes Franciscus de Tuscanella, Provinciæ Romanæ Observantium Ex-Mininister Provincialis, & actualis Pro-Minister.

R. A. P. F. Joannes Baptista à Petra Vairana, Lector Jubilatus, Provinciæ S. Angeli Observantium secundo Minister Provincialis.

R. A. P. Fr. Sebastianus à Benevento, Lector Jubilatus, Ex-Minister Provinciæ Terræ Laboris Observantium, & Secretarius Generalis Ordinis.

R. A. P. F. Petrus ab Urbino, Provinciæ Reformatæ Marchiæ Ex-Minister, & Custos actualis.

R. A. P. F. Bernardus de Clavaro Lector Jubilatus, & Provinciæ Genuæ Observantium Minister Provincialis.

R. A. P. F. Clarus à Bergomo S. Theol. Lector, Minister Provincialis Provinciæ Brixiæ Reformatorum.

R. A. P. Fr. Daniel Folckievvicz, Lector Jubilatus, atque Provinciæ Russiæ Minister Provincialis.

R. A. P. F. Joseph Maria Ugo de Agrigento Provinciæ Vallis Mazzariæ Reformatæ Minister Provincialis.

R. A. P. F. Amandus Hermann Provinciæ Reformatæ Bohemiæ Custos.

Guardianus Hierosolymitanus, ac totius Terræ Sanctæ Custos.

R. A. P. F. Bonaventura de Majuri, Lector Jub., Prædicator Generalis, & Missionarius, necnon Provinciæ Principatus in Regno Neapolitano Ex-Minister Provincialis.

Guardianus Constantinopolitanus.

Relinquitur arbitrio Reverendissimi P. Ministri Generalis.

Fr. Ludovicus de la Torre *Lector Jubilatus, ac totius Ordinis S. P. N. Francisci Minister Generalis, & Servus.*

Universis in Christo Jesu dilectissimis Fratribus, & Monialibus, tàm Superioribus, quam Subditis nostræ Curæ commissis, spiritum Domini, & ejus sanctam operationem, pacem, & Charitatem, salutem, & vitam æternam.

Congregatis vobis universis in unum in personis Vocalium compromissariorum Vestrorum, hac ultima Pentecostes Vigilia, ut in nostro Aracœlitano Conventu eligeretis unum de Fratribus ipsius Religionis in Generalem vestrum Ministrum, & Servum totius ipsius Fraternitatis Seraphicæ; Suffragantibus vocibus vestris, Altissimo placuit, ut ego, nullis adstipulantibus meritis, fortiter locum Ministerii hujus, super tot vasa Electionis, super tot viros Illustres, super tot Religiosos justos, ac Deum timentes, super tot Fratres Sapientia, & virtute decoros, qui in diebus suis habentur in laudibus, & post mortem memoria eorum in benedictione fore speratur.

Electionem proinde hujusmodi (in qua ignobilia, & contemptibilia, & ea quæ non sunt, eligens Deus, sua opera novit, & quod sit placitum in oculis suis, non mea merita, sed beneplacitum suæ voluntatis respexit) factam in meam Personam, in abyssum quidem judiciorum Altissimi, in investigabilitatem viarum, & consiliorum Sapientiæ Dei, & in providentiam in excelsis refundo: Me interim, disponente sic Deo, Caput Religionis Seraphicæ, tàm magni, & multi modi exercitus Ducem, tam dilatati Gregis Pastorem constitutum reperio.

Caput (ut inquit S. Bernardinus Senensis) *unum Generale super omnes, omnibus præsidens ordinariè, & immediate Ducem*: Non, ut sim vobis unus de ducibus cœcis excolantibus culicem, glutientibusque camelum, vel ut in tenebris cœci, vobis præstem ducatum ad foveam, sed ut sim vester ductor per viam, quæ ducit ad vitam, & vos ducam in montem excelsum promissæ a Vobis perfectionis Seraphicæ. *Pastorem*: Non ut sumam vasa Pastoris stulti, pascere ventum, comedere pinguium carnes, gregem morsibus Luporum relinquere, dispersum non quærere, non sanare contritum, sed ut imitaturus illum, qui posuit animam pro ovibus suis, me ipsum impendam, & superimpendam pro Animabus vestris; Ut sim vobis Angelus pacis, unus omnibus omnia factus, universis, & singulis Minorum Minister, & Servus, Oculus cœco, pes claudo, Pater egeno; Ut fortitudinem vestram ad Deum custodiam, infirma vestra confirmem, disrupta consolidem, depravata convertam; Denique ut vos omnes jugiter habens in visceribus Jesu Christi, sim indefessus promotor vestræ salutis, propugnator & propagator boni communis, Dispensator Deo, Religionique fidelis.

Hoc ut adimpleam ministerium meum, duo necessaria mihi esse conspicio: unum, ut me continuo Sacrificiorum, & precum vestrarum fulciatis subsidiis; Alterum vero, ut dum ego sum vobis in Patrem, Pastorem, & ducem, Vos mihi sitis in Oves, & filios, vocem audientes vestri Pastoris, & Patris, & sequentes vestrum ductorem.

De hac vestra bona voluntate, & ducibilitate indubitanter confisus, tenore harum nostrarum me vobis reddo præsentem: Vos commonere, rogare, & adhortari incipiens, ut (memores vocationis vestræ altissimæ, qua vos Deus vocavit ad celsitudinem vitæ Seraphicæ) ad omnia, quæ Dei sunt, toto vos conamine extendatis.

Caritas Dei perperam nesciens, exultet in cordibus vestris, quæ vos in fervore divini amoris, & exacta observantia legum, ac unione fraternitatis jugiter, absque dissensione custodiat. Sint corda vestra jugiter ante Deum lucentia, sicut lampas accensa, quæ juxta Canones Sacros, Ordinisque Statuta, die ac nocte ante nostrorum Sancta Sanctorum Venerabile Sacramentum indesinenter debet ardere, &, ne unquam extinguatur, foveri. Denique totius vitæ vestræ idea, & norma sit illud Christi exemplum, qui, ne obedientiam perderet, perdidit vitam.

Ad illum effectum Superiores, Officialesque solicitudini Nostræ subjectos desidero, qui nostra Religione (*quam muris Obstr. regularis firmiter circumclusam, & intra se solo Deo contentam* præconizat

rat Apostolica Sedes) sint, non Canes muti nequientes latrare, vel vigiles sinentes perfodi domum, sed Custodes, & antemurale murorum, speculatores vocem levantes, Zelantes super iniquos, & legis periti, opere, ac sermone potentes, quorum vita Subditorum salubris sit regula, & vigilans cura, quasi facula ardens, ut universos sibi commissos sub disciplinæ Regularis vigore contineat.

Desiderium illud meum me consecuturum despero, nisi in electionibus illa servetur justitia, quæ aliena a Carne, & Sanguine, precibus, humano affectu, ambientiumque suggestionibus semotis, non nisi digniores, & Ecclesiæ, seu Provinciæ, aut Conventibus utiliores eligere novit. Cum autem patronatus, qui in diversis regnans Provinciis, contra præscriptum Bullæ pro *Restituendo candore*, & Papalis Statuti Romani 1676., in quibus irritantes sunt Clausulæ contra aliter facta, Guardianatus, & alia officia regiminis ad solam Patrum Patronorum satisfactionem distribuit, non solum distributivam hanc vertat justitiam, sed & libertati repugnet canonicæ, eis per sæpe patrocinium volens impendi, quos documenta probitatis non adjuvant: Omni rigore executioni mandamus supradictum Romanum Statutum, districte præcipiens, ut Guardianatus, cœteraque regiminis officia omnino distribuantur, prout ratio meritorum cujuscumque promovendi, & bonum Provinciæ exegerit, nullo habito respectu ad Patres quoscumque, qui officio functi sunt, vel funguntur, sub pœna Provinciali aliter proponenti, suspensionis ab officio per semestre. Patribus autem sive de corpore Definitorii, sive extra illud exigentibus Guardianatum, aut aliud officium suæ satisfactionis, sub pœna proprietariis præscripta.

Sub vigilantia prædictorum Decretorum, cupio Religionem mihi commissam, in scopis, & virga reformationis, ac correctionis ab omni abusu, scandalo, & transgressione videre mundatam, justitiæque, & integritatis flore vernantem, religiositatis gravitate pollentem, Apostolicorum munerum fructibus redundantem.

Capitale Regulæ nostræ præceptum de non recipiendo pecuniam nulla patiar ratione divelli, aut violari ab aliquo, ne quemquam meorum recipientem, vel habentem pecuniam, illa Seraphici P. N. perstringat sententia: *Omnes Fratres teneant eum pro falso Fratre, & fure, & Latrone, & loculos habente, nisi vere pœnituerit*. Insistendo autem proprio motui fel. rec. Innocentii XI. *Solicitudo Pastoralis* dicimus neminem eligi posse in Prælatum, seu Superiorem, qui aliquando visus sit contrectare pecunias, nisi jam per triennium saltem sit emendatus: Si autem aliquando quis secus electus extiterit, faciendum de electione hujusmodi, quod motus prædictus præscribit. In casu vero, quo Præses electionum non fuerit Superior Generalis: Teneatur Præses electionum, vel cui commissio, & auctoritas Præsidentis concessa est, sub pœna contra inobedientes sancita, non confirmare electionem prædictam, sed statim Superiorem Generalem reddere certiorem, ut ipse, prout in dicto motu proprio, ad electionem irritandam procedat. Si autem dictus Præses (quod absit) confirmaverit electionem præfatam, Superior Generalis, quam primum desuper legitime informatus extiterit, contra eundem Præsidem indispensabiliter exequetur pœnas sancitas, atque ad irritandam electionem deveniet.

Pestis, infinitorum penè causa malorum, acceptio & largitio munerum pro obtinendis in Ordine gratiis, qua, apud retributionem sequentes, justificatur pro muneribus impius, & violatur auro justitia, tamquam fera pessima, quæ devorat Joseph, & Fratres nostros innocentiæ, & justitiæ tunica spoliat, procul exterminetur a finibus nostris: Novimus enim quod Sacri asserunt Canones, quod: *Acceptio munerum, prævaricatio est veritatis, quia nullam reus pertimescit culpam, quam redimere nummis existimat, & qui recte judicat, & præmium inde remunerationis expectat, fraudem in Deum perpetrat, quia Justitiam, quam gratis impertiri debebat, acceptione pecuniæ vendit*.

Et quia Nobis legitime constat, quod usque modo executioni mandata non fuerint Decreta ultimi Capituli Victoriensis pro utraque familia num. V. & sequentibus, quibus, sub divini districtione Judicii, ac officiorum privatione, atque ad ea, & omnia alia, inhabilitatione perpetua mandatur, ut infra duos menses, juxta formam ibidem præscriptam, in omnibus Provinciæ suæ Conventibus circa observantiam Paupertatis diligenter inquirant: scripturas omnes fundationum, assignationum, & Legatorum, & quarumcumque eleemosynarum, quovis titulo, authore, & via Conventibus obvenientium, visitando, perlegendo, & recognoscendo, ad effectum in prædictis Decretis expressum: Sub memoratis pœnis districtè præcipimus Provincialibus omnibus, ut intra sex menses a publicatione harum nostrarum, supradicta Decreta infallibilem suum faciant habere effectum, & Nos, vel Reverendissimum Patrem Commissarium Generalem Cismontanæ nostræ Familiæ respective de executione illorum quantocius faciant certiores.

Cum non sine grandi animi nostri molestia informati fuerimus in quibusdam Provinciis gravem, contra Altissimam nostram Paupertatem, vigere abusum, quod recipiendi ad habitum cogantur solvere pro Cella, & alimentis totius anni sui Novitiatus, aliasque expensas statui nostro incongruas facere; sub pœna proprietariorum omnibus Superioribus Provincialibus, & Localibus prohibemus, ne quidquam a Novitiis, etiam sponte oblatum, recipiant, nisi purè necessarium ad vestitum, & lectum; quæ si ante professionem ab Ordine egressi fuerint, sub eisdem pœnis, sine aliqua cunctatione, eis reddantur.

Cum facilitas recipiendi ad habitum illegitimè natos in grave dedecus, & ignominiam vergat Religionis, Provincialibus Ministris districtè præcipimus, ut ab illegitimorum receptione abstineant. In casu vero quo recipiendus esset illegitimus aliquis, in ejus receptione securate Apostolicas, Ordinisque Constitutiones observent, nullum eorum admittendo ad habitum, nisi prævia inquisitione de vita, & moribus, tam bonam indolem, speciemque virtutis cognoscantur præferre, ac suffragari eis tot merita, ut natalium suppleant defectum, & eorum receptio non immerito judicetur Religionis profutura utilitati, & commodo.

Contra intollerabilem quorumdam Fratrum abusum, qui privata auctoritate missas a se dicendas, etiam sæpe in numero tali, cui multo tempore satisfacere nequeunt, pro stipendio acceptare præsumunt, ut acquisitam inde pecuniam in Convenientias suas insumant, Superiores cum omni rigoris districtione procedant, attendentes, quod hujusmodi proprietarius actus, non solum sit in Defunctorum præjudicium, & depilationem Conventus; sed & illorum pernicies, qui, non adimpleta justitia, cum tali proprietate sacrilega ex hac vita decedunt.

Circa equitandi abusum, qui cum tanto sæcularium scandalo, & proborum inolevit lamentis, inviolabiliter observari mandamus statutum Romanum 1676. pro utraque Familia, innovans Constitutio-

nem

nem de non equitando, sine licentia in scriptis Guardiani, & Discretorum Conventus, qui de vera necessitate testimonium ferant sub ipsis literis Superioris Prælati, & qui sine prædicta licentia, & testimonio equitaverit, puniatur a Guardiano Conventus, ad quem sic accesserit, ut Apostata &c. Insistentes autem supracitato motui proprio S. m. Innocentii XI. dicimus illos inhabiles ad omnia Prælaturæ, seu superioritatis officia, qui frequenter equitant, quorum electionem, prout Sanctissimus D. N. in suo Brevi *Alias a felicis* determinat, si quando fiat, quamvis alias canonica foret, a Prælato Generali servata supradicta motus proprii forma, irritandam esse; Illos vero, qui in præcepto de non equitando culpabiliter deficere consueverunt, non modo ineligibiles esse, sed & insuper pœnis Constitutionum nostri Ordinis subjacere.

Quoniam vero SS. Dominus Noster sacro suæ vivæ vocis Oraculo insinuaverit Nobis displicentiam suam in multiplicatis Fratrum Nostrorum discursibus, desiderando, ut evagationi hujusmodi, tanquam sentinæ plurimorum malorum, modum imponerem, Suæ Sanctitatis sacris intentionibus, usque ad extremum habitum, prout decet, morem per omnia gerere volens, universis Superioribus Ordinis nostri mando, & ordino, ut pro Apostolica reverentia culminis, omni modo meliori possibili inutiles omnes discursus coerceant, nec cuiquam itinerandi concedant licentiam, nisi forma statutorum servata.

Et quia in hac parte Apostolicis, Nostrisque intentionibus magis contravenire noscuntur Fratres Apostatæ, seu qui absque licentia currunt, quo eos perversus illorum spiritus ducit: sub pœna privationis officii omnibus Superioribus Conventuum Nostrorum præcipimus, ut omnium, & singulorum adventantium Fratrum obedientias petant, & legant, & venientes sine licentia legitima coram tota Communitate Capitulariter congregata in forma canonica, genuflexos, sine caputio, & Chorda absolvant, & post triduum, in pane, & aqua transactum in Carcere, ad proprias suas Provincias remittant. Si quis autem deinceps, absque nostra licentia, vel præter præscriptum Constitutionis Romanæ 1625. Romam venire præsumpserit, teneatur Procurator Generalis Ordinis, vel Commissarius Curiæ respective, eumdem publice coram Fratribus in Refectorio ab Apostasia absolvere, ac eidem disciplinam cum jejunio in pane, & aqua in eodem loco, sine Caputio, & Chorda subeundum, injungere, ac deinde illum detinere in Carcere, donec informationes ex ipsius Provincia ad illum pro ulteriori Processu transmissæ extiterint; tot autem diebus, quot Apostata in Carcere fuit, teneatur ejus Provincia unam dicere Missam pro prædicto Conventu.

Cum autem temeritas Superiorum quorumdam, qui (ut Provincias, vel suos Conventus expediant a scandalosis, & difficilibus Fratribus) eosdem cum scripta licentia mittunt ad receptores benevolos, seu ad quamcumque Provinciam, quæ eos recipere velit, sit occasio evidens plurimorum scandalosissimorum discursuum, & pessima pestis ad inficiendas plures alias religiosas Provincias: Nos insistentes Apostolicis Decretis, signanter a fel. rec. Clem. VIII. de Apostatis, & Ejectis, sub districtione pœnarum Constitutionum nostrarum præcipimus, ne quis Prælatus deinceps aliquem Fratrem ad aliam Provinciam, ad effectum incorporationis, vel permansionis, transmittere audeat, nisi de nostra licentia, vel habito consensu Provinciæ *ad quam*. Si quis vero Superior alicui Fratri licentiam ad receptores benevolos deinceps concesserit, eo ipso ab officio suo suspensus remaneat, donec, causa ejus cognita, a Nobis, vel Reverendissimo P. Commissario Generali respectivè, aliter dispositum fuerit.

Et quia in qualificationibus quibusdam procurandis, & obtinendis, non modici subinde noscuntur committi abusus, omnibus Ordinis Nostri, cujuscumque qualitatis, vel conditionis, Patribus, ac Fratribus, sub pœna contra inobedientes, & proprietarios sancita prohibemus, ne quisquam deinceps quamcumque qualificationem Sancti Officii, vel Prædicatorum Regis, aut similes procuret, aut etiam sponte oblatam recipiat, nisi habita ad hoc a Nobis in scriptis licentia.

Quoniam vero neglectus Orationis mentalis (quæ Religioso debet esse animæ speculum, itinerarium mentis in Deum, & directio in suum ultimum finem) Causa plerumque est extroversionis ad desideria mala, occupationesque nocivas, dicente Propheta: *Sordes ejus in pedibus ejus, nec est recordata finis sui*: Omni vigilantia exercitium Orationis mentalis mandamus restitui, temporibus per statuta respective præscriptis, ubi collapsum est, & ubi viget, tota cura foveri: Volentes, ut omnes, & singuli indispensabiliter Orationi mentali interesse cogantur.

Cœterum, ut unusquisque imposterum majori alacritate in novitate ambulet vitæ: Si quis in vobis peccaverit, si quis irreligiose scandalose se gesserit: Si quis transgressorie hucusque vivendo, ad viam perditionis accesserit, ad propitiationem pro peccatis recurrat, lavando stolam in Sanguine Agni per laboriosum Baptisma, Pœnitentiam veram. Ad hunc opportuniorem effectum vobis omnibus facultatem concedimus, ut semel intra 14. dies, post publicationem harum nostrarum, eligere possitis unum de approbatis Confessariis Ordinis, qui vos ab omnibus, & quibuscumque Censuris, & peccatis absolvat, ad quæ se nostra extendit authoritas.

Et ne ab hac gratia alieni remaneant Apostatæ, & fugitivi Ordinis nostri, qui transgressi obedientiæ terminos, appropinquaverunt ad portas Inferni, facti filii Belial, absque jugo, filii nequam, & tenebrarum: Illos omnes ad Ordinem, & proprias suas respective Provincias revoco, & redire compello: harum earumdem tenore concedentes omnibus fugitivis prædictis absolutionem, & condonationem plenariam ab omnibus pœnis per Ordinis Nostri Statuta sancitis; dummodo intra tres menses a publicatione harum nostrarum contriti, & meliora promittentes, ad suas Provincias redeant, & per decem dies continuos exercitiis spiritualibus vacent, in amaritudine animæ suæ recogitando, & deplorando tempore illo suos excessus. Præcipientes in virtute S. Obedientiæ, & sub districtissimis pœnis nostro judicio infligendis, omnibus superioribus Nobis subjectis, ut eosdem revertentes benigne, paterne, & charitative recipiant, nec aliam ulteriorem pœnam eis imponant.

Ecce dilectissimi Fratres, & Filii vocem Pastoris pro universorum suorum salute soliciti, & quærentis ovem, quæ periit. Ecce acceptabile tempus, & diem salutis: Ecce quanta misericordia apud Dominum, qui peccata nostra super lignum portavit. Væ autem Vobis, si non audieritis vocem Domini, & obduraveritis Corda vestra.

De reliquo, revocamus omnes, & quascumque licentias, & facultates a prædecessoribus Nostris concessas: Volendo, ut ad nullum valeant effectum, nisi auctoritate nostra renoventur, & confirmentur.

Denique sermone utens P.N. Seraphici vobis omnibus dico; *Valete omnes in timore Domini, & per-*

ma-

maneto in ea semper .... Patris vos adjuvet Potentia, Filii vos dirigat Sapientia, & Spiritus Sancti vos foveat clementia.

Volumus autem, & expresse mandamus omnibus Proviuciarum, & Custodiarum Nostrarum Prælatis, ut has nostras præsentes, quantocius in omnibus, & singulis administrationis suæ Conventibus, residentiis, & locis coram tota Commuoitate, in prima, & secunda mansa, ubi habetur, in Refectorio capitulariter congregata, faciant publicari: Guardiania verò, aliisque Superioribus localibus, ut earum transumptum in libro Conventus transcribant, & temporibus, quibus; juxta Ordinis statuta, legendæ sunt Apostolicæ declarationes super regulam nostram, post lectionem earum has nostras similiter legant. Volumus quoque sub indignationis nostræ incursu, ut tam publicationa hujusmodi, quam de accepto transumpto, ad effectum, ut supra, Provinciales, & Custodes, nos, vel Reverendissimum Patrem Commissarium Genaralem hujus nostræ Cismontanæ Familiæ respective, & in forma probante, videlicet per actum in scriptia subscriptum ab omnibus Superioribus Localibus, faciant sertiores. Datum Romæ in Nostro Conventu S. M. de Aracœli, dia 22. Augusti 1700.

F. Ludovicus *de la Torre* Minister Generalis.

Loco ✠ Magni Sigilli.

De mandato Suæ Rmæ Pat.
F. Joannes Antonius de Panormo
Secretarius Generalis Ordinis.

Statuta hujus Capituli Generalis fuerunt quidem axecutioni maudara io familia Ultramontana, sed in Cismontana non fuerunt acceptata, propter causas, quas non juvat afferre; idcirco dubius eram illa pouare in hac Historia Chronologica: sed quia typis edita fuerunt, judicavi illa evolgare, nam aliis deserviant ad auctoritatem, aliis addocumentum.

Consulatur Regestum XXXVI. Cismontanæ Familiæ, tempore A. R. P. Hiaronymi a Laurino a pagina prima usque ad 28. ioclusive, ubi per extensum memoratæ causæ referuntur.

Fr. Ludovicus *de la Torre*, Lector Jubilatus, ac totius Ordinis Sancti Patri Nostri Francisci Minister Genesalis, & Servus.

Dilectis Nobis in Christo Patribus, ac Fratribus, Superioribus, ac subditis ejusdem Seraphicæ nostræ Religionis Salutem in Domino sempiternam.

AD Regularis disciplinæ robur fovendum, & incrementum excitandum, antiqua fuit semper consuetudo Ordinis nostri, in Capitulis Generalibus, juxta vicissitudines rerum, & temporum, nonoullas, sive necessarias condere leges, sive declarare obscuras, sive vetustas, quæ per non usum in desuetudinem iverant, restituere; qoibus, ut experientia compertum habemus, & tota vita Monastica regitur, & contentionibus iter obstruitor, & obsrrvantia suæ redditur poritati. Cum itaque ultimo Capitulo Generali, nupes Romæ in Conventu nostro S. Mariæ de Ara-Cœli, in ipso Sacro Pentecostes Festo, juxta Seraphicæ Regulæ nostræ præscriptum, Anno Jubilœi Univarsalis 1700. celebraro, opportunum visum extiterit, Constitutionrs novas aliquas edere, renovare item aliquas veteres, & alias, utpote obscuras, ut fulcimentum duntaxat, & sustentaculum pristinarum, declarare, easque nostra solicitudine revidendaa, ac ultimare approbandas, juxta potestatem Nobis per Generales Ordinis Constitutiones concessam, uniculque Familiæ, ac Nationi aptandaa decreverit: Nos attendentes, pro ratione pastorali muneria nostri, unicum cogitationum nostrarum pondua, & iuvariabile desiderium esse debere, virtutem promovere, extirpare abusus, & Seraphicæ Regulæ nostræ Apostolicam excolere puritatem, non modo solerti animi affectu id præstare studuimus, verum, & Typia mandari curavimus; sicque conditas, renovaraa, ac declararas ad Vos trasmittimus, ut semel in mense coram plena Communitate legaotur, ne quisquam circa illas ignorantiam possit prætendera, & ut repetitione earum proprias, quas in Domino contraxistia obligationes, ante oculos mentia volventes, eisdem pleoiùs satisfacere valearia. Quapropter fraternam omnium vestrum charitatem exhortamur in Domino, ut cum alacritare spiritus eas suscipiatis in animo, cum amore Religionis foveatis in corde, & cum affectu profectus spiritualis propaletis in opere, sicut Nos earumdem executionem omni sedulitate, cum stimulo ultionis, cum salutaris obedientiæ merito, ac paterna benedictiona mandamus, ut qui virtutis non attrahuntur amore, pœnæ ad minus abstrahantur timore. Valete in Christo dilectissimi filii, qui Vos sub gratiæ suæ protectione semper custodiat.

Dat. Matriti in Conventu S. P. N. Francisci die 12. Aprilis 1701.

Fr. Ludovicus de la Torre,
Minister Generalis.

Locus ✠ Sigilli.

De mandato suæ Reverendissimæ Paternitatis
Fr. Joannes Aendera Sec. Gen Ordinis.

STATUTA

Pro Utraque Familia.

1. PRotestatur in primis, & declarat Generale Capitulum se non admittera, vel admittere velle ullum privilegium relaxativum, vel dispensativum puritatis Regulæ; renuntians omninò, atque ex animo omnibus, & singulis dispensatiooibus circa prædictum puritatem Regulæ hactenus quomodolibet concessis.

2. Et ne rumor pro parte tam quatoor Provinciarum, quas Natio Gallica confœderatas appellat, quam magni Conventus Parisiensis, dum in Discretorio Ultramontanæ Familiæ præsans renovata est protestatio, indebitè excitatus, causa, vel occasio sit alicujus abusus, vel viam paret ad praxim alicujos Privilegii obreptitiè ac subreptitiè obtenti, seu cui satis derogatum iit per motum proprium *Sollicitudo Pastoralis* à Sanctæ recordationis In-

Digitized by Google

Innocentio XI. Anno 1679. emanatum: Capitulum Generale Reverendissimo P. Ministro Generali omnem suam auctoritatem committit, ejus conscientiam onerando, ad hoc ut circa praetensa privilegia praefatarum Provinciarum, & magni Conventus praememorati, id declaret, & opportunis providentiis stabiliat, quod tutius, & conducentius fuerit ad immunem reddendam praemissam Protestationem ab omni subterfugio, & exceptione.

3. Ad supradictae protestationis, & declarationis meliorem effectum denuò intimantur omnes Apostolicae, & Ordinis Constitutiones, nec non universa Decreta, mandata, & ordinationes Generalium Praelatorum, concernentia puram observantiam nostrae Regulae, & paupertatis, quae omnia exactè servari, & in Compilationibus utriusque respectivè Familiae inseri ordinantur.

4. Similiter, ut omnes omninò eleemosynae, quomodocumque acquisitae, oblatae, concessae, vel donatae particularibus Fratribus, manifestentur Praelatis, & (si pecuniariae fuerint) soli Apostolico Conventus Sindico consignentur, ac cum coetetis Conventus eleemosynis incorporentur, & confundantur, ad hoc ut, juxta dispositionem Praelati, expendantur in necessitatibus Fratrum, vel Conventuum. Aliter autem facientes indispensabiliter proprietariorum poenis plectantur.

5. Cum oratio mentalis Religioso, ut animae speculum, itinerarium mentis in Deum, & directio in suum ultimum finem, omni vigilantia exercitium orationis mentalis mandatur servari, temporibus per statuta respectivè praescriptis; ita quod huic speciali obligationi satisfieri non possit per processiones intrà Ecclesiam, aut claustra, vel per recitationem Stationis Sanctissimi Sacramenti brachiis extensis, aut non, vel aliam similem devotionem, sub poena privationis officii ipso facto incurrenda a superiore Locali aliter faciente. Ab oratione autem mentali nec Lectores, nec cujuscumque conditionis Religiosi censeantur exempti: contra negligentes verò, procedant Superiores locales, puniendo eos in publico refectorio, pro qualitate omissionis, & de notabiliter defectuosis statim dent rationem Superioribus majoribus, ut ab eisdem gravius plectantur, etiam usque ad privationem officii, vel gradus, quem habent.

6. Constitutio Romana 1676. (qua decernitur, ut statim ac Minister, & Vicarius Generalis electus sit, & antequam officium suum ullo modo exerceat, teneantur emittere in manibus Praesidis coram toto Capitulo Generali voto de non ambienda, procuranda, nec acceptanda dignitate Episcopali, Archiepiscopali, & Patriarchali toto tempore officii sui, nec ante emissum praedictum votum censeantur in officio confirmati) extenditur cum omnibus clausulis suis, & annexis, & connexis, prout jacet ad literam, ad Commissarium, & Vice-Commissarium Generalem Familiae.

7. Praedicti Minister, & Vicarius Generalis Ordinis, sicut & Commissarius, & Vice-Commissarius Familiae, nullatenus dispensationem à tali voto petere possint. Si autem contingeret, eos petere sibi vel aperiri ad hujusmodi dispensationem rogandam, eo ipso pariter ab officio censeantur absoluti. Si verò Sedes Apostolica motu proprio eis talem dispensationem concederet, teneantur eamdem statim notificare, sub poena perjurii; & si illi immediatè non renuntiaverint, ita ut intra tres menses constet de renuntiatione positiva praesentationis, vel nominationis in ipsos factae, similiter censeantur ab officio absoluti, cum reliquis in praedicta Innocentiana constitutione dispositis.

8. Ad inconvenientia autem vitanda, quae ex artificiosis renunciationibus Praelaturae Generalis possunt oriri, statuitur, quod quando renunciationum cujusvis Praelaturae Generalis fieri contingat, post nominationem, vel praesentationem ad quamcunque ex praedictis dignitatibus, etiamsi ante supradictum tempus trium mensium fiat, Praelatus Generalis renuntians electioni Successoris praesidere non possit, sed digniori ille Pater, cui in casu mortis jure statutario competit: & hoc indispensabiliter.

9. Conformiter ad jura omnia statuitur, quod Secretarii tam Generalium, quam Provincialium Praelatorum, ac etiam Visitaturum, antequam suum munus exercere incipiant, juramentum in forma facere teneantur coram Superiore, cujus Secretarii sunt, & duobus ad minus testibus; de quo constare debet per instrumentum publicum, subscriptum à Superiore, Secretario, & testibus, apponendum in principio Regesti officii respectivè.

10. Renovantur statuta utriusque familiae, quibus cavetur Officialibus Curiae, ne se ingerant in saecularium agendis negotiis, & ne quisquam Praelatus, vel subditus instituat, vel adhibeat Procuratores Saeculares, tam pro negotiis Provinciarum, quam particularibus in Curia Romana, quae omnia debent tractari, & agi per Officialem respectivè familiae, vel de eorum consensu, data ipsis de negotiis agendis notitia. Si quis contrarium fecerit, poenam privationis vocis activae, & passivae per triennium incurrat, & institutiones talium Procuratorum ipso facto sint nullae.

11. Renovando, & confirmando diversa utriusque Familiae statuta, decernitur Commissarium Visitatorem non posse eligi in Ministrum Provinciae, quam visitat, sive illa sit propria, sive aliena, sive ipsemet Capitulo praesideat, sive non. Electio aliter facta sit nulla, & Electores privationem perpetuam vocis activae, & passivae incurrant.

12. Ad eliminandas omnes varietates, & ne deinceps oriatur confusio in aliquo: intimatur omnibus, & singulis Provinciis Observantium Ordinis, omnes Commissariorum Provincialium electores faciendas esse per secreta suffragia, & ballottationes, Praeside proponente, & non aliter.

13. Licet plures Custodes (qui in praesenti Capitulo comparuerant sine scripturis Sindicatus Praelatorum Generalium, & Provincialium, aut testimonialibus, quod tales scripturae, seu Sindicationes non existant contra praedictos, juxta disposita in utriusque Familiae Statutis) post brevem aliquorum dierum resolutionis suspensionem, ex mera gratia, & cum clausula: *Quod non transeat in exemplum*, ad suffragandum admissi fuerint: Ne de coetero tamen similis casus occurrat, renovantur, & iterum intimantur statuta de deferendis talibus Sindicationis scripturis, vel testimonialibus, juxta Constitutionum praescripta; declarando, quod in illis non sufficiat dicere, nullas contra quempiam adesse scripturas, sed expresse nominari debere Praelatos Generales, & Officiales Curiae, sub poena non suffragandi indispensabiliter subeunda.

14. Denuo intimatur Papale Statutum Rom. 1639. Theologiae Lectoribus nullum unquam jus quaesitum, aut actionem fuisse, vel esse ad continuandum legendi Officium, quousque tempus jubilationis praescriptum compleverint, & ideo posse à Diffinitorio amoveri, & aliis muneribus, prout necessum videbitur, destinari: eodem namque Jure Lectores primo instituere, &, cum libeat, amovere ad Diffinitorium pertinet: tertio Sacrae Theologiae Lectore (ubi fuerit) excepto, cujus institutio ad solum Superiorem Generalem, sub poena nullitatis suae institutionis, per-

tines. Cum autem nonnullæ inconvenientiæ exortæ fuerint, ratione Statuti Toletani 1633. tit. pro Ultram. ubi de Lectoribus Artium dicitur: *Fratres, qui semel ad Philosophiæ Lectoratum admissi fuerint, nunquam, nisi ex gravi vitæ, vel doctrinæ defectu, à Lectoratus exercitio dimoveantur &c.* Item ratione Statuti Rom. 1651. c. 4. §. 2. n. 5. ubi dicitur quod, *non facile amoveri debent, sine gravi causa*: declaramus prædictum Statutum Tolet. 1633. (quod alias, ut constat, pro Ultramontana, id est Italica emanarat Familia) cassatum, & revocatum fuisse in sequenti Generali Capitulo; particulam autem in dictis Romanis 1651. appositam, exhortationem, vel monitionem esse, ut similiter sat constat ex dictis Statutis; unde & Lectores, tam juxta dicta Statuta Rom. 1651. quam præfata Rom. 1639. nullam unquam habuisse, vel habere jus, aut actionem ad continuandum legendi officium (sicut nec habent Guardiani in Capitulis, & Congregationibus) sed posse, absque eorum injuria, omni tempore, ad arbitrium Diffinitorii, amoveri a lectura. Si quis autem deinceps Lectorum, ob amotionem à sua lectura, quasi de facta sibi injuria conquestus fuerit, vel intentaverit litem, indispensabiliter, ultra inobedientium pœnas jam in prædicto Statuto Rom. 1651. sancitas, inhabilis perpetuo ad munus Lectoratus remaneat.

15. Cum experientia doceat fratres studentes, qui sunt obligati ad Chori, & Conventus servitia, non posse proficere, audiendo quatuor quotidie lectiones Theologiæ; & introductus abusus habendi quatuor hujusmodi Lectores sit magis ad commodum personale Lectorum, quam discipulorum profectum: renovatur, & ad utramque Familiam extenditur Statutum Romanum 1688. tit. pro Cismontanis, num. 42. quo cassantur, & annullantur omnes quarti Lectores; decernendo, juxta Papalem Constitutionem Romanam 1676. tres non posse esse Sac. Theologiæ Lectores, nisi in studiis Generalibus Cismontanæ Familiæ ordinatis ad jubilationem, & gravioribus Ultramontanæ. In statuto autem de non habendo quartum Lectorem Prælati Generales dispensari non possint.

16. Duratio officiorum, quæ fiunt per Litteras Patentes, & Institutiones Generalium, aut Provincialium Prælatorum (licet alias aliquod determinatum habeant tempus ad gaudendum prærogativis, & præeminentiis Exercentibus talia officia concessis) sicut & obedientiarum, & facultatum concessarum ab eis, omnino sub arbitrio, potestate, & dispositione Prælatorum prædictorum pro tempore maneat: unde in expeditionalibus hujusmodi litteris apponatur deinceps clausula durationis: *Ad beneplacitum*, vel alia similis, & ubi apposita non est, censeatur apposita. Circa quod approbatur, & confirmatur Statutum Victoriense 1694. pro Terra Sancta nu. 1. & ad omnia, & singula præmissa extenditur.

17. Si quis autem obtentis patentibus, institutione, obedientia, vel facultate hujusmodi, illarum a Sede Apostolica confirmationem, etiam in forma specifica, extorserit, non exprimendo in expositiva, quod durant ad beneplacitum Superioris Generalis, vel Provincialis pro tempore: Litteræ Apostolicæ intelligantur tantum corroborativæ institutionis, vel concessionis jam factæ, non autem impeditivæ amotionis, cum ex hoc capite subreptitiæ forent. Circa quæ iterum intimamus Constitutiones Apost. Leonis X. sub Dat. 8. Octob. 1515. & 8. Januar. 1518. ac Clementis VII. sub Dat. 21. & 22. Martii 1525.

18. Agentes, & Procuratores causarum, qui Romæ, vel in aliis Principum Curiis, ex inevitabili causa Tertiarium habuerint, pro Tertiarii victu quotidie unam Missam celebrari curabunt ad intentionem Conventus, juxta præscriptum Constitutionis Victoriensis 1694. tit. pro utraque fam. num. 15., & morem antiquum Religionis. Illi autem, quibus licentia data est habendi Tertiarium, cum eo extra Conventum exire non possint, sub pœna contra egredientes sine socio Religioso sancita.

19. Non permittantur studentes extra casus notarum functionum Scholasticarum exire de domo, nisi ad statutorum præscriptum, idque pro tempore in ipsis præfixo de licentia Prælati Generalis.

20. Cum facilitas recipiendi ad habitum illegitimè natos in grave dedecus, & ignominiam vergat Religionis: Provincialibus, sub privatione officii ipso facto incurrenda, districtè præcipitur, ut ab illegitimorum receptione abstineant: in casu verò, quo recipiendus esset illegitimus aliquis, in ejus receptione accuratè Apostolicas, Ordinisque Constitutiones observent, nullum eorum admittendo ad habitum, nisi prævia inquisitione exacta de vita, & moribus, tam bonam indolem, specimenque virtutum cognoscantur præferre, ac suffragari eis tot merita, ut natalium suppleant defectum, & eorum receptio non immerito judicetur Religionis profutura utilitati, & commodo.

21. Quoniam intolerabiles indies oriuntur abusus, & inconvenientiæ ex transitu fratrum laicorum ad statum Clericalem: insistendo diversis Constitutionibus Ordinis, decernit Capitulum Generale, nullum deinceps laicorum posse promoveri ad Clericatum, nisi de Capituli Generalis scripto consensu, prævio testimonio Diffinitorii, sive Provinciæ, & exacta inquisitione de vita, & moribus, ac sufficienti doctrina. Aliter ad Clericatum, etiam ad ordinem Presbyteratus quacunque auctoritate promoti, vigore Indulti Leonis X. Ordini nostro concessi, & primo in Capitulo Lugdunensi 1518. publicati, omni honore Clericali priventur, nec permittantur Canonicum persolvere Officium, sed laicorum persolventes officium, ad merum suum statum laicalem reducantur, sub pœna privationis officii ipso facto Provincialibus, & Localibus Superioribus aliter facientibus, vel permittentibus. Si quis autem Provincialis, vel Localis Superior aliquem alterius Provinciæ fratrem ad Ordines admiserit, contra formam prædictam, tamquam cooperator Ordinationis furtivæ, eamdem privationem, & inhabilitatem ad omnia Ordinis officia incurrat, teneturque Provincia ejusmodi Ordinatum in prædicto statu laicali tenere.

22. Cum Apostatarum protervia, in animarum perniciem, ingravescat quotidie, renovantur omnes ordinationes, & Statuta Generalia adversus Ordinis nostri quoscumque apostatas, vel fratres, qui sine legitima obedientia vagantur, mandaturque omnibus Prælatis, sub privatione officii, eas ad unguem, inviolabiliterque servari curare, præcipue circa ostensionem patentium, & examinationem earumdem.

23. Communicatis utriusque Familiæ statutis, quæ præsentibus renovantur, decernitur, ut postquam constiterit Guardiano aliquem fratrem apostatasse de Conventu, aut loco, debeat loci superior ipsum statim, ad aliorum terrorem, & præservationem, denuntiare, seu denuntiari facere publicè coram Fratribus in Capitulo excommunicatum, & simi-

similiter qualibet Feria sexta primi mensis suæ apostasiæ, si hæc tantum duraverit.

24. Si quis frater apostataverit à Provincia propria, teneatur Minister Provincialis, sub pœnia in statutis expressis, de Apostasia ejus certiorem reddere Generalem Prælatum, & Curiæ Romanæ Officialem respective, ejus declarando naturam Apostasiæ, delictorumque quantitatem, & qualitatem ab illo commissorum, quatenus, juxta exigentiam eorum, debitè, & exemplariter puniatur in Curia, si eo advenerit.

25. Apostatæ omnes cujuscunque conditionis existant, nullibi absolvantur, nisi solemniter coram tota Communitate capitulatiter congregata, in forma canonica, ac genuflexi sine caputio, & chorda, prævia reprehensione condigna, observatisque reliquis, quæ statuta præscribunt.

26. Ut apostatæ Romam, vel Matritum confluentes, pœna condigna ibidem plectantur, renovatur Statutum Toletan. 1673. & ad utramque Familiam extenditur, quo præcipitur, ut apostatæ Romam, vel Matritum confluentes statim capti carceribus mancipentur, quousque eorum causæ, & processus à Provinciis propriis, ad quas de jure spectaverint, transmittantur, & examinentur, applicando, ex nunc pro tunc, dictis Conventibus pro apostatæ victu tot missas, quot dies in carceribus effluxerint. Quas missas Provincialis cujusque apostatæ illico indispensabiliter, & sub gravi onere conscientiæ suæ, persolvi curabit, desuper Superiores dictorum Conventuum certiores reddendo. Ad hunc autem effectum Officiales Curiæ Romanæ, & Commissarius Curiæ Regiæ Catholici, nec non Superiores Locales memoratorum Conventuum teneantur sub juramento (in scripto ad Provincialem dicti apostatæ transmittendo) testari dies incarcerationis. Et idem observari præcipitur cum aliis Conventibus, in quibus de Generalium Prælatorum, vel Curiæ Rom. Officialium mandato carceribus fuerint detenti tales apostatæ.

27. Cum sacro habitui nostro dedecus gravissimum inferatur quotidie per Eremitas, & Sycophantas, qui illud ad liberius, scandalosèque vagandum assumunt: omnibus, & singulis Superioribus Provincialibus injungitur, ut Illustrissimis, ac Reverendissimis Apostolicis Nuntiis, & Diœcesanis Episcopis cum omni respectu exponant Sac. Congregationis Episcop. & Regular. Decretum sub Dat. 21. Martii 1686. Ordinariis locorum injungens, ut executioni omnino demandent, inter plures alias Constitutiones Apostolicas, illam Urbani VIII. *Cum sicut dilectus* die 5. Octobris 1638. in qua habentur sequentia verba: *Omnibus, & singulis locorum Ordinariis, ac nostris, & Sedis Apostolicæ Nuntiis, ubi vis terrarum constitutis, & degentibus, tenore præsentium districtè præcipiendo mandamus, ne de cætero quemquam prædictam tunicam oblongam, cum, vel sine mantello, absque Superiorum prædictæ Religionis Minorum de Observantia, & cujusvis instituti, seu Congregationis Ordinis ejusdem Sancti Francisci licentia, in scriptis obtenta, quoquo modo deferre permittant; utque si aliquem præmissorum transgressorem repererint, illum carceri mancipandum, tali habitu exuendum, & arbitrariis pœnis mulctandum irremissibiliter curent. Et præterea nemini licitum faciant, etiamsi prædictæ Religionis Minorum de Observantia, & cujusvis Instituti, seu Congregationis universi Ordinis hujusmodi Superiorum scripta, seu quovis alio modo roborata licentia desuper accesserit, ut habitum hujusmodi cum prædicto Caputio, vel tunicæ, seu mantello, ut præfertur, consuto deferant: sublata eisdem Ordinis Superioribus, ipsisque locorum Ordinariis, & Nuntiis Apostolicis, & eorum cuilibet, quavis authoritate licentias hujusmodi cuiquam concedendi, ac demum earundem tenore præsentium nolumus, & ordinamus, ut si quispiam tale deferens Caputium, vel cum licentia, vel sine ea inventus fuerit, carceris retentione, habitus privatione, & aliis arbitrariis pœnis ab eisdem Ordinariis, & Nuntiis Apostolicis omninò puniatur. Non obstantibus &c.*

28. Et quoniam quod una vice noscitur esse prohibitum, alia non debet admitti: omnibus Ordinis nostri prohibetur Prælatis districtè, ne sub quocunque prætextu (quod juxta præmissa eis nullatenus licet) cuiquam extra Ordinem nostrum concedant licentiam ferendi capucium. Si quis autem Frater authoritate privata habitum nostræ Religionis cum, vel sine Caputio vendiderit, vel commutaverit, proprietariorum pœnas incurrat.

29. Juxta præscriptum fel. rec. Gregorii XIII. *Quoniam nostra*, nec non Decreti Sac. Congregationis Regularium, de Sixti V. ordine editi, nullus Ordinis frater, sub pœna privationis omnium suffragiorum, carcerisque bimestris per Ordinis statuta sancita, deinceps appellet, vel recurrat à gravamine Superioris Localis, nisi ad Provincialem, nec à gravamine Provincialis, nisi ad Commissarium Generalem, dum in Familia est, nec à gravamine Commissarii Generalis, nisi ad Ministrum Generalem. Nulli vero recurrenti concedatur expeditio aliqua sub nullitate facti, nisi priùs Superiore, a quo recurrit, audito.

30. Similiter nullus, sub pœnis in Ordinis statutis præscriptis, recurrere, vel appellare præsumat de correctionibus in foro paterno, absque sententia judiciali, inflictis, aut de mutationibus de uno Convento in alium, vel de obedientiis, &. similibus, quæ ad correctionem paternam, vel bonum gubernium Provinciæ, aut Conventuum fieri, aut imponi solent.

31. Nulli Religioso particulari commendentur deinceps missæ pro libris, nisi de Superioris Provincialis, vel Localis in scriptis licentia, qui in se onus assumat, missas commendatas infallibiliter fore dicendas. Si quis vero secus fecerit, proprietariorum pœnam incurrat.

32. Cum in Capitulo Lugdunensi 1518. inter cætera confirmata à Leone X. emanarit statutum sequentis tenoris: *Ordinamur, quod de cætera suffragiorum Confraternitates nulli dentur, nisi his, quos Minister Provincialis, aut Custos, aut Guardianus in suis administrationibus nominaverint; nec nominare debeat, nisi personas dignas, & benemeritas, aliàs ipsæ litteræ ipso facto sint nullius valoris;* item in Vallesoli 1505. *quod nullus Commissarius possit dare hujusmodi litteras in alba, sed solum ubi sunt nomina expressa;* nimia autem facilitas dandi hujusmodi litteras, absque delectu quibuscunque personis, alienationem diminuat Thesauri meritorum nostræ Religionis: Capitulum Generale instanter commendat Prælatis Generalibus, præcipitque Provincialibus, quatenus se conformando prædictis statutis, nulli deinceps litteras Confraternitatis, seu Filiationis concedant, nisi illis solummodo, qui judicio Prælatorum fuerint benefactores insignes; nec eas unquam pro libitu Fratribus distribuendas committant, sed illis duntaxat, quorum judicaverint nomina exprimenda in eis, atque expresserint.

33. Cum recognitio Vocalium in Capitulis Generalibus, & legitimatio personarum eorum fiat

per exhibitionem sigilli majoris uniuscujusque Provinciæ, confrontando illud cum imagine descripta in Chronico Patris Gonzagæ, Provinciæ autem erectæ, post impressionem illius voluminis, habeant particularia sua sigilla, quæ in eo non potuerunt esse descripta: mandatur omnibus, & singulis Provincialibus Ordinis, ut intrà semestre, post publicationem præsentis Decreti, quilibet mittat impressionem sui sigilli majoris, juxta veram mensuram, & figuram illius, in folio albo expressam, ad Ministrum Generalem, qui collectas omnes sigillorum impressiones in lamina curabit incidi, ad formam cæterorum à Gonzaga collectorum, & impressas in competentibus foliis ad singulas transmitti Provincias, atque ad Capitulum Generale deferri.

34. Cùm autem apparuerint aliquæ sigillorum Provinciarum impressiones in figura à consuetis mensuris alteratæ, & diminutæ, & in publicis sigillis aptatæ, authoritate privata, novæ litteræ, aut additiones stellarum, ramorum, aut etiam aliquæ litteræ, aut figuræ demptæ, & his similes novitates: declaratur nemini licuisse, vel licere, circa publica Ordinis, vel Provinciarum sigilla, introducere novitates hujusmodi, absque scitu, & approbatione Generalis Capituli, atque adeò illico esse in Provinciis restituenda sigilla prout in Chronico Gonzagæ apparent, ita ut à mense, post publicationem hujus declarationis, nullus actus, documentum, instrumentum, aut cujusvis generis scriptura obsignata sigillo hujusmodi, vim aliquam habeat. Si autem fuerint alterata sigilla in Provinciis, quarum sigilla in prædicto Gonzagæ Chronico non apparent, restituantur juxta formam in erectione Provinciarum illis concessam: Vocales autem, qui de cætero in Capitulis Generalibus cum alterato, vel non restituto sigillo, ut suprà, comparuerint, non admittantur ad suffragandum.

35. Ad dubia evitanda, & ea, quæ possunt oriri ex eis: declaratur quod Secretarii Ministri Generalis se præcedere ad invicem debeant in sua quisque Familia, ita ut Ultramontanus in Ultramont. Familia Cismontanum præcedat; & Cismontanus in Cismontana Ultramontanum, nisi aliquis eorum Diffinitor Generalis actualis, vel habitualis existeret.

36. Declaratur, quod Custodes, qui suffragati fuerunt in Ultramontana Familia, cæteros Ex-Diffinitores loco, & sede præcedere debeant, non tamen in jure subrogandi.

37. Inhærendo familiæ utriusque Statutis, declaramus non posse Diffinitores Generales eligi in Guardianos Conventus sub nullitate electionis.

38. Declaratur esse incompatibile Officium Guardianatus cum Officio Commissarii Provincialis, eligendi pro tempore absentiæ Ministri, vel Vicarii Provincialis à Provincia: Unde casu, quo eligatur, debet renuntiare Guardianatui, ut possit confirmari in Commissarii Officio.

39. Declarat Generale Capitulum, quod Superior, ad quem electio devolvitur, non possit exclusum a primis Electoribus per vota secreta, & calculos nigros eligere, nisi in casu, quo exclusus per hujusmodi vota fuerit prius in discussione meritorum, & qualificatione subjectorum à majori parte Diffinitorii admissus, & approbatus, & alias Superiori devolutionis de dignitate exclusi constiterit.

40. Ad majorem declarationem renovatur Statutum Romanum 1688. in quo Diffinitorium vigore commissi determinat, quod in electionibus per ballotationes, intra spatium viginti quatuor horarum, tres tantum sessiones habeantur ad eligendum. Prima videlicet mane, secunda vespere, & tertia mane diei sequentis; in qualibet autem sessione tres propositiones diversorum Fratrum à Præside fiant, & si electio non sequatur, ad Superiorem Generalem electio devolvatur: quæ omnia in electione Guardianorum observari teneantur.

41. Cum autem hoc intelligi debeat in casu, quo in tribus prædictis sessionibus pars major excluserit, & sæpe contingat paritatem haberi votorum: Declaratur, quod Præses voto decisivo, sibi ex Apostolicis, & Ordinis Constitutionibus competente in electionibus, quæ fiunt modo prædicto, uti non possit, nisi postquam vota per tres vices æqualia fuerint, prout olim a Capitulo Toletano 1692. tit. pro Ultramon. fam. num. 36. extitit declaratum.

42. Statutum utriusque Familiæ, quo cavetur, ut nihil in Provinciis innovetur omnino, donec ad propria redierint Minister, & Custos, patiens difficultates diversas, explicatur modo sequenti: 1. Generaliter, quod post discessum Ministri, licet nondum Custos discessisset, nihil omnino innovetur. Unde si Custos renuntiaret Custodiatui, vel ægrotaret, & non posset accedere ad Generale Capitulum, absente Ministro, aut Vicario Provinciali, alius Custos eligi non possit, nec talis renuntiatio acceptari: 2. Si post discessum Custodis contingat Ministrum non posse accedere ad Capitulum Generale, possit, etiam absente Custode, Minister, forma Constitutionum servata, eligere, & mittere Pro-Ministrum: 3. Si post discessum Custodis, Provincialis Minister, aut Vicarius moriatur, eligi debeat Vicarius Provincialis, juxta disposita per Constitutiones Religionis, qui Vicarius, si suppetat tempus, cum litteris suæ electionis accedat ad Generale Capitulum: Si vero per tempus non liceat, nullam pro absentia pœnam incurrat, fungendo interea in Provincia officio suo: 4. Si Provincialis Minister, aut Vicarius remaneant in Provincia, misso, vel non misso Pro-Ministro ad Generale Capitulum, eo casu, absente Custode, non possit celebrare Congregationem intermediam, sub nullitate electionum, & pœnis contra innovantes tempore Generalis Capituli, ipso facto incurrendis, sed omnino expectari debeat reditus Custodis, & Pro-Ministri, casu, quo Pro-Minister de Diffinitorii corpore sit: 5. Quod si Pro-Minister, & Custos, aut aliquis illorum ex malitia distulerit reditum, & de maturo aliorum Diffinitorii Patrum judicio, Capitulum, aut Congregatio, usque ad ultimum eorum reditus terminum, differri non posset, vel ægrotantes in via, & eos expectare ulteriùs, publico Provinciæ bono cognosceretur obesse: Capitulum, vel Congregatio celebretur, servatis servandis: 6. Quod si Minister, vel Vicarius Provincialis remaneant in Provincia, durante absentia Pro-Ministri, & Custodis, possit visitari Provinciis, si ipsi videatur expediens: Commissarius autem Provincialis non visitet; si Provincialis Minister, vel Vicarius eam visitaverit, vel si non habeat specialem visitandi commissionem; quam si non habuerit pro Monialibus, nullo modo ipse Commissarius earumdem Monasteria visitabit: 7. Quod si contingat aliquo casu electionem Abbatissæ esse faciendam in Monasterio aliquo: du-

tam

rante Vocalium absentia, illam per se, vel per alium facere possit, etiam Commissarius Provincialis, cum voto: 8. Quod si, absentia tali durante, Guardianus aliquis moriatur, non eligatur novus Guardianus, sub nullitate electionis, etiamsi Minister, vel Vicarius non exierint à Provincia, sed expectetur Vocalium reditus, salvis moderaminibus hic supra n. 5. expressis.

43. Renovatur Decretum Victoriense 1694. de supplicando Sanctissimo, ut moderari dignetur tempus vacantiarum pro Officiis Generalibus ad duplum temporis, quo exercere debent talia munia, ut gaudeant prærogativis per statuta decretis.

44. Officiales Curiæ, tam Observantiæ, quàm Reformatorum, nomine Capituli Generalis, humiliter Sanctissimo supplicent pro renovatione Constitutionis Urbani VIII. & Clem. X. super abrogatione privilegiorum personalium, contra, aut præter formam Constitutionum Apostolicarum, & Ordinis.

45. Renovatur Decretum Cap. Victoriensis 1694. tit. pro utraque fam. n. 65. illud, quod poterit Reverendissimus P. Minister Generalis supplicare Sanctissimo pro moderatione statuti Officium Secretarii linguarum abrogantis. Verùm cum necessitas habendi Secretarium talem præcipuè sit pro Cismontana Familia: statuitur, ut Secretarius prædictus linguarum semper assistat Prælato Generali Cismontanæ Familiæ.

46. Declarat Diffinitorium Generale, quod quando imponitur Officialibus Curiæ, ut supplicent Sanctissimo pro aliqua gratia, vel providentia, id omninò intra annum debeant complevisse, quantum ad illos attinet. Aliàs de omissione in Capitulo generali, sub pœna amissionis suffragii, teneantur satisfacere, & per documenta legitima suam indemnitatem ostendere.

47. Visa idea Operis R. P. Mariani Stalpaert Provinciæ S. Joseph Recollectorum in Flandria, Patris, ac Secretarii Generalis habitualis Ordinis, Intitulati: *Corpus Juris Orbis Seraphici*: Diffinitorium Generale arbitrio Reverendissimi P. Min. Generalis committit, ut (dum opus prædictum ad debitum complementum redactum fuerit) illud juxta Apostolicas, & Ordinis Constitutiones, faciat revideri, habitaque approbatione Revisorum in scriptis, servatisque reliquis de jure servandis, typis mandari. Attenta autem necessitate ejusmodi operis, prædicto Patri injungitur, ut quantocius faciat Compendium præfati Corporis Juris, in quo solùm jura ponantur, quæ modo sunt, & debent esse in usu.

48. Et quoniam in Statutis Victoriensibus 1694. fit mentio de Practica criminali R. Patris Ameni: omnes monentur eamdem cautè adhibere, & legere, præsertim in materia, quæ obedientiam concernit.

49. Decreta, & Brevia materiam Divinorum Officiorum concernentia (illa præsertim, quæ incipiunt *Exponi Nobis* de die 3. Decemb. 1697. ac *Ex debito pastorali* de die 10. Novemb. 1698.) debita cum reverentia, ac submissione suscipimus, omnibus, ac singulis nostri Ordinis Fratribus, ac Monialibus, cujusvis sint regulæ, vel instituti, strictè mandantes, ut ad eorum præscriptum Divinas laudes, tam in communi, quàm in particulari, persolvere non prætermittant. Nec cuiquam suffragari volumus privilegia, quæ diversitatem inferant quoad rem adeo sacram, in qua, si prædicta observaverimus, Divinum faciemus officium secundùm Ordinem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, sicut S. P. N. Franciscus in Regula præscripsit.

50. Hinc denuò Beatissimam Virginem Mariam sub Mysterio suæ Immaculatæ Conceptionis, in singularem, & unicam Patronam universi Cœtus nostræ obedientiæ, vel directioni suppositi, venerabundi accipimus; reservata S. P. N. Francisco, ut par est, præeminentia Patriarchæ, Titularis, ac Fundatoria ejusdem Cœtus Franciscani. In tanti autem Patronatus obsequium, & gratitudinem, omnes, ac singulæ personæ prædictæ obedientiæ, vel directionis, summoperè invigilent ubique promovere cultum, ac venerationem præfati Mysterii. Quod etiam pie præstabunt, si Confraternitatem Jejunii perpetui, in honorem ejusdem Immaculatæ Conceptionis Deiparæ à S. Sede approbatam, & in libro de imitatione Mariæ expositam, quam uti propriam nostri Ordinis amplectimur, sancta æmulatione propagaverint.

51. Suscipimus prætereà Breve, *Cælestium* incipiens, die 4. Octobris 1696. à Sanctissimo Domino nostro Innocentio XII. pro erectione Confraternitatum decem Beneplacitorum, seu decem Virtutum B. Mariæ Virginis, sub titulo Sanctissimi Sacramenti, seu Sanctissimi Sepulchri, vel Immaculatæ Conceptionis, aut alia quavis invocatione, in Ecclesiis nostris, & aliis quibusvis extrà Ordinem, ad Nostratum favorem, benignè concessum: & omnibus illis Religiosis, qui ad id specialem facultatem obtinuerint à Superioribus Generalibus, sive Ordinis, sive Familiæ, enixè commendamus, ut sodalitium præfatum, prout in memorato libro de Imitatione Mariæ reperitur descriptum, dilatare solicitent, sperantes remunerationem ab ipsa, in cujus nomine scriptum est. *Qui elucidant me vitam æternam habebunt.*

52. Et quia ad notitiam nostram pervenit, quod R. Adm. P. Franciscus Diaz à S. Bonaventura, jam ferè paratum habet ad prælum Bullarium labentis sæculi decimi septimi legis gratiæ, pro toto Ordine: ideò ejusdem zelum, & applicationem commendantes, ipsi ad meritum obedientiæ injungimus, ut adeo laudabile, perutile, ac necessarium opus quàm citiùs, juxta normam à Reverendissimo P. N. Ministro Generali præscribendam, perficere curet; Eidem Reverendissimo P. Ministro, ac Reverendissimo P. Commissario Generali Familiæ Cismontanæ committentes, ut ei opportunam ad id assistentiam præstent, usque ad complementum impressionis, & expeditionis librorum.

53. Prætereà, perpensis malis, & inconvenientibus, quæ quotidiè oriuntur, non sine manifesta jactura, & frequenti abrogatione privilegiorum Ordinis nostri, ex nimia facilitate excitandi, & movendi lites, ac controversias, super eorumdem observantia, aut manutentione: omnibus, ac singulis tam subditis, quàm Superioribus (Generalibus, & Provincialibus, seu Custodialibus cum jurisdictione, exceptis) sub pœna privationis actuum legitimorum per sexennium seriò præcipimus, ut nullam litem, seu controversiam, sive intra, sive extra Ordinem, excitare, movere, patrocinari, aut prosequi audeant, in qua agi debeat directè, vel indirectè de subsistentia, vigore, aut conservatione alicujus privilegii, indulgentiæ gratiæ, aut concessionis personis, locis, Ecclesiis, Confraternitatibus, Conventibus, Monasteriis, Provinciis, Congregationibus, Institutis, vel Ordinibus nostræ obedientiæ, seu directioni subjectis, quomodolibet, ac respectivè competentis, absque licentia in scriptis Superiorum, vel Custodialium cum jurisdictione, vel Provincialium, vel Generalium respectivè. Eidemque pœnæ eo ipso subjectos esse, ac fore declaramus omnes, & singulos supradictos, qui sine simili licentia in scriptis, Decreta aut Indulta, vel cujusvis generis concessiones, seu literas, etiam declaratorias per se, vel per interpositam personam à S. Sede, & illius Tribunalibus quoquo modo petierint, aut procuraverint, vel petitas, aut procuratas expedire permiserint, & acceptare non recusaverint, quando nihil favorabile de novo, & ultra, vel præter jam obten-

Digitized by Google

obtentas literas, & concessiones, reipsa contineant (in quo casu observare teneantur similiter alia Ordinis statuta hanc materiam specialiter concernentia) vel quoties ex illis resultare possit, ac valeat præjudicium aliquod, in detrimentum boni publici nostri Cœtus seraphici, vel privilegiorum, gratiarum, indulgentiarum, & concessionum præmissarum, usque nunc ritè, ac legitimè emanatarum, contentarumque in libris, pro directione nostri Ordinis à Sede Apostolica approbatis, quibus de jure, aut consuetudine frui queant præmemoratæ utriusque sexus personæ, nostræ obedientiæ, aut directioni Apostolica authoritate subjectæ. Qui autem huic nostro mandato, sub quovis prætextu, aut honesto sibi viso fine, non paruerint, sciant se totam incursuros, juxta qualitatem defectus, vel expendentium benefactorum eleemosynas in superfluis, vel easdem convertentium in damnum splendoris, & utilitatis sui Instituti, & uti tales, ac veluti adversantes menti S. Fundatoris, qui præsertim in illud respexit, dum dixit: *Non audeant petere aliquam litteram in Curia Romana &c.* omninò puniendos esse, idque indispensabiliter.

54. Ut verò Superiores, quibus hic reservata est facultas concedendi præmemoratas licentias, promptiorem habeant notitiam de casibus, & contingentiis, in quibus expedit eam concedere, vel negare, eidem Authori Bullarii committimus, quòd eodem tempore prælo mandet Promptuarium breve super hac re, distribuendum singulis Superioribus supradictis, per præmemoratos Superiores generales respectivè: & ab illis, unà cum sigillis, suis successoribus in officiis, imposterum successivè consignandum, nullique sub pœnis superiùs præscriptis, extra Ordinem unquam ostendendum, aut manifestandum; intra Ordinem verò maxima cum moderatione, prudentia, & cautela utendum, ne inimici, & æmuli nostri decoris, eo instruantur ad aliquid attentandum contra nostra privilegia, & in præjudicium pacis, ac paupertatis seraphici nostri instituti.

Pro Ultramontana Familia.

1. Diffinitorium Generale (instante Discretorio Familiæ) enixè rogat Reverendissimum P. Ministrum Generalem, ut revideatur Compilatio facta ab Illustrissimo Samaniego, & etiam alia instrumenta, annotationes &c. celebrata a diversis Patribus pro regimine nostræ Religionis, & quod sua Reverendissima Paternitas assignet Revisores ex omnibus Nationibus, ex quibus componitur nostra Familia, ac provideat de omnibus necessariis ad hunc finem, quia id multoties postulavit tota nostra Familia: ad illum autem effectum renovantur omnia compromissa à præcedentibus Comitiis generalibus emanata.

2. Ad evitandam confusionem, & contentiones inutiles, quæ in Discretorio Capituli generalis compertæ fuerunt nonnunquam oriri: Approbando propositionem Capituli Rom. 1688. statuitur, ut ex omnibus totius Familiæ Vocalibus (assumptis ex singulis Nationibus, respectivè ex Observantibus, Discalceatis, Recollectis, Tertiariis) nominentur duodecim magis experti, per quos tantummodo Discretorium fiat, ut cum modestia, & religiosa quiete, cuncta proponant, quæ secundum Deum magis viderint expediri. Cœteri autem Vocales poterunt præfatis Patribus tradere in scriptis quidquid ad bonum Religionis regimen, & majorem observantiam eis visum extiterit, ut in Discretorio serio, & maturè consideretur, & conferatur, quæ deindè considerata, collata, ac collecta coram omnibus Familiæ Vocalibus prælegantur, & postmodum Diffinitorio generali (prout moris est) præsententur.

3. Nulli Commissario Nationali, vel Visitatori, aut Provinciali Ministro liceat, sub pœna privationis officii sui, aliquem religiosum voce activa, & passiva privare, vel alia graviori pœna afficere, nisi confecto processu, & Reo in sui defensionem per se, vel suum procuratorem, audito. Circa quod renovatur statutum Romanum 1625. tit. pro India, ad totamque extenditur Ultramontanam Familiam.

4. Non liceat quoque prædictis, sub eadem pœna, quemquam in electionibus à voce passiva excludere, nisi servata forma quoad exclusionem, quæ in Motu proprio fel. rec. Innoc. XI. *Solicitudo Pastoralis* pro confirmanda, vel infirmanda electione præscripta est.

5. Insistendo statuto Vallis. 1661. decernitur, quod in Conventibus, in quibus permittitur tertius Lectos, hujusmodi Lector nullatenus institui possit, nisi per Generalem Prælatum. Si quis autem aliter deinceps institutus extiterit, nulla sit institutio ejus, & anni, quos in legendo consumpserit, ad Jubilationem computari non possint.

6. Prædicatores, qui per duodecim annos prædicationi actuali Conventus vacaverint, dummodo per tres continuos, prædicando quadragesimam in uno ex duobus, vel tribus Conventibus principalioribus, assignandis ab unaquaque Provincia in primo Diffinitorio celebrando post horum publicationem, Prædicatores generales denominentur & sint, præcedentiaque gaudeant in quolibet Conventu propriæ suæ Provinciæ, tamquam si Prædicatores actuales, sive Conventuales existerent; obtentis tamen priùs declaratoriis litteris Superioris Generalis Familiæ, qui eas, sub nullitate actus, expedire non poterit, nisi priùs ipsi constiterit de supramemoratis conditionibus per attestationes juratas Guardiani, & Discretorum Conventuum, & Diffinitorii Provinciæ, servata in omnibus forma servari consueta in attestationibus pro jubilatione Lectorum.

7. Relinquitur Reverendissimi P. Ministri Generalis arbitrio Scriptoribus Prælatorum Generalium, qui in futurum per sexennium in hujusmodi exercitio laudabiliter fuerint, convenientia eorum laboribus, & diligentiis concedere præmia: arbitrio verò Provinciarum, in quibus, circa remunerationem Provinciæ, provisum non est, ut statuant præmia Secretariis suis, qui cum approbatione per triennium integrum capitulare, munere prædicto functi fuerunt, dummodo non concedatur eis præcedentia supra Lectorem Sac. Theologiæ de prima, & ante assumptionem, per biennium completum Guardianatus officio laudabiliter functi fuerint.

8. Ad occurrendum temeritati Superiorum quorumdam, qui, ut Provincias, vel suos Conventus à difficilibus Fratribus expediant, eosdem cum, vel sine licentia in exilium mittunt, vel eos dimittunt ad receptores benevolos: Inhærendo Apostolicis Decretis, signanter fel. rec. Clementis VIII. *De Apostatis, & Ejectis*, nec non Constitutionibus Ordinis, districtè cavetur, ne quis Prælatus deinceps aliquem Fratrem ad aliam Provinciam, ad effectum incorporationis, vel permansionis, transmittat, nisi de Prælati Generalis licentia, vel habito consensu Provinciæ, ad quam. Si quis verò Superior aliter fratrem in exilium miserit, vel alicui fratri licentiam ad receptores benevolos dederit, eo ipso ab Officio suo suspensus remaneat, donec, causa ejus cognita à Prælato Generali, pro sua prudentia procedatur usque ad privationem officii.

9. Approbatur erectio Collegii, seu studii linguarum, & controversiarum in Regio Conventu S. P. N. Francisci Universitatis Salmanticæ, almæ, atque Apostolicæ Provinciæ S. Jacobi in Hispania, & acceptantur

Lit-

Digitized by Google

Litteræ Apostolicæ SS. D. N. Innocentii Papæ XII. incip. *Sua nobis* 12. Kal. Septemb. 1699. pro observantia eorum, quæ in executionem prædictæ erectionis sancita erant, benignè expeditæ. Zelo autem, atque prudentiæ Reverendissimi P. N. Ministri Generalis committitur, ut de consilio Patris dignioris præmemoratæ Provinciæ, ea omnia pro prosperiori gubernio præfati Collegii, seu studii statuat, quæ ad eliminandas difficultates exortas usque nunc, & quæ in futurum possint oriri, necessaria videantur, & opportuna.

10. Renovantur Statuta, quæ ordinant quotidiè recitari post Laudes in Choro Commemorationem de S. P. N. Francisco, & S. Dominico, & post Vesperas de Immaculata Conceptione cum Antiph. *Tota pulchra es &c.* & de eisdem SS. P. Dominico, & Francisco; Item post Completorium de SS. Trinitate, de Ven. Sacramento, de Immaculata Concept. cum Antiph. *Conceptio tua &c.* de S. Michaele Archangelo, & de SS. Stigmatibus S. Francisci, & S. P. Dominico: sublato tamen obedientiæ præcepto, quod in Statuto Tolet. 1633. circa prædictas Commemorationes de SS. Trinitate, & Ven. Sacramento, ac S. Michaele Archangelo reperitur appositum. Declaratur autem fieri non debere Commemorationes præfatas à Vesperis diei 17. Decemb. in quibus incipit prima Antiphona *O Sapientia*, usque ad octavam Epiphaniæ inclusivè, & à Vesperis Sabathi ante Dominicam Palmarum, usque ad Dominicam in Albis inclusivè, sicut nec in festis primæ Classis, à primis Vesperis usque ad Completorium diei inclusivè.

11. Renovatur Statutum Vallisoletanum 1661. n. 9. & id circa Electores Vicarii, & Vice-Commissarii Generalium. Cum autem aliàs, occasione mortis Reverendissimi, & Venerabilis Patris F. Marci Zarzosa, tempore electionis Vicarii Generalis, lis, & controversia exorta extiterit inter Provincias Aragoniæ, S. Jacobi, Angelorum, & S. Gabrielis, eò quod Dignior Pater, cui competebant sigilla, esset ex aliena Provincia, & diuturnum domicilium Matriti haberet, quæ tamen tunc absoluta, & diffinita non fuit; postea verò anno 1699. de mandato, & commissione Reverendissimi P. F. Antonii de Cardona, tunc Commissarii Generalis (modo Archiepiscopi Valentini) adhibitis authenticis diligentiis, visisque, & examinatis in generali Congressu convocato ad finem renunciationis officii Commissarii Generalis, quam fecit prædictus Reverendiss. P. Cardona, & electionem Vice-Commissarii Generalis, constiterit Provinciam S. Jacobi viciniorem esse aliis tribus collitigantibus; & ita declaratum, ac pronuntiatum fuerit per diffinitivam sententiam, prævia consultatione Patrum à præfato Reverendiss. P. Commissario Generali latam, ut apparet, & constat ex actis originalibus, quæ in Archivo generali Matritensi asservantur, stabilitum modò manet, quod quando Pater Dignior, ad quem juxta Statuta spectat habere sigilla, ex aliena Provincia intra, vel extra Nationem fuerit, & domicilium Matriti habuerit, prædicta Provincia S. Jacobi cum aliis quinque, videlicet Castellæ, Immaculatæ Conceptionis, Carthaginensis, S. Joseph, & S. Pauli, ad electionem Vicarii, & Vice-Comissarii Generalium concurrere debeat aliis exclusis.

12. Declaratur, quod Reverendissimi Patres Ex-Commissarii, & Vice-Commissarii Familiæ, completo tempore per statuta præscripto, ac multò magis Ex-Ministri, & Ex-Vicarii Generales, suffragio gaudeant in Diffinitoriis, & Capitulis Provinciæ suæ, absque præjudicio voti Patris Dignioris concessi per litteras Urbani VIII.

13. Insistendo declarationi authenticæ, quam circa præcedentiam Ex-Diffinitorum Generalium, & Ex-Ministrorum Provincialium (perpensis, & examinatis Statutis antiquis, & illo de anno 1639. consilioque habitos aliquorum gravium Ordinis Patrum) fecit Reverendissimus P. F. Bonaventura Poerius tunc temporis Minister Generalis pro Ex-Diffinitoribus Generalibus, & ad cujus sententiæ executionem, Apostolicas suas litteras expedivit SS. D.N. Innocentius PP. XII. incip. *Ex parte dilecti*, sub Dat 14. Kal. Junii 1696. Statuitur Ex Diffinitores Generales, qui ante non fuerunt Ministri Provinciales, præcedere debere, non solum Ex-Ministros Provinciales, qui post Diffinitoriatus munus expletum ad Ministeriatum sunt promoti, seu Ministros futuros, sed etiam illos, qui ante electionē, vel promotionem Diffinitorum Generaliū ad Ministeriatū Provincialem electi, vel assumpti fuere.

Pro Natione Hispanica.

14. PRopositis inconvenientiis quibusdam circa Missionariorium regimen, Diffinitorium Generale censuit, quod omnia, quæ ad Missionarios pertinent, relinquantur ad dispositionem Reverendissimi P. Ministri Generalis cum assistantia R. Adm. P. Fr. Francisci Diaz à S. Bonaventura, authoritate Apostolica, Procuratoris Seminariorum Missionis, in quos compromittit Diffinitorium Generale.

15. Magistri novitiorum in Conventibus, ubi est noviatus formatus, & clausus, & Chori Vicarii in duobus principalioribus Provinciæ Conventibus, qui ibidem quindecim annis functi fuerunt prædictis munetibus, gaudeant privilegiis Prædicatorum generalium, excepto Matritansi Chori Vicario, pro quo provisum fuit in Victoriensi Capitulo.

16. Visitatoribus Tertii Ordinis, qui tale munus per duodecim annos laudabiliter exercuerunt in Conventibus, ubi Tertius Ordo formatus reperitur, & consueta habentur exercitia Viæ Crucis, Orationis mentalis, disciplinæ, &c. conceditur præcedentia supra assignata Prædicatoribus generalibus: revocato, si opus est, Statuto Toletano 1633.

17. Viso Memoriali P. F. Iosephi à S. Catharina Ministri Provinciæ Sancti Antonii in Brasilia, in quo exponuntur arduissimi labores Missionariorum, qui Missionibus serviunt: concessit Diffinitorium Generale Missionariis illis, qui in Missionibus per sex annos vacarunt, privilegiis frui eorum, qui per tres annos Guardiani fuerunt juxta morem Provinciæ.

18. Declarat Diffinitorium Generale, quod Vocales venientes ad Generale Capitulum ex Provinciis Brasiliæ (si habeant conditiones in eadem Constitutione expressas) gaudeant privilegiis assignatis per Statuta Toletana 1658. pro Vocalibus Indiarum Orientalium, & Occidentalium. Quoad votum verò eorum, servetur Constitutio Segoviensis, quæ Custodibus venientibus ad nostra Comitia generalia concessit, ut in proximo Provinciali Capitulo, post illorum accessum, quocunque temporis intervallo celebrando, voce activa, & passiva gaudeant.

19. Revocatur Decretum Capituli Victoriensis 1694. tit. pro Nat. Hispanica n. 2. concedens Vocalibus Provinciæ S. Saturnini in Sardinia privilegia, & antelationes, quæ Pro-Ministris in altera Familia suffragantibus per Constitutiones adjudicantur.

20. Renovatur Statutum Tol. 1654. præcipiens, sub pœna privationis officiorum Commissariis generalibus novæ Hispaniæ, & Regni Peruani, ne se nominari permittant à fratribus titulo *Reverendissimorum*; & si tali pœna mulctati non fuerint ante regressum ad Provinciam propriam, in illa indispensabiliter careant privilegiis hujusmodi Commissariis per statuta concessis. Pœnam autem excommunicationis sancitam per dictum Statutum iis, qui prædictos Commissarios tali titulo salu-

salutare, aut nominare deinceps præsumant, commutat in privationem actuum legitimorum per triennium indispensabiliter incurrendam; & iis, quibus hæc pœna non competit, in pœnam portationis Caparonis noviriorum per idem tempus.

21. Ad obviandum incommoda, & inconvenientiis gravibus, quæ oriuntur ex instabilitate cæremoniarum, & rituum, quos Commissarii novæ Hispaniæ, & Regni Peruani conformare nituntur ritibus propriæ, alteriusve Provinciæ: Capitulum Generale dictis Commissariis, sub privatione officii præcipit, ut permittant Provincias vivere juxta laudabiles suas cæremonias, & ritus in his, quæ non sunt contra S. Sedis præscriptum; nec eas quoquo modo innovare, aut alterare attentent, decernendo irritum, & inane quidquid contrarium fecerint. Committitur autem Reverendissimis PP. Ministro Generali, & Commissario Indiarum in Curia Regis Catholici, ut hoc, & præcedens Statutum inviolabiliter faciant observari.

22. Commissarii Generales in Indiis residentes, non possint annullare Capitulum, nisi prout de jure. Si quis autem contrarium fecerit, irremissibiliter pœnam privationis officii, & vocis activæ, & passivæ incurrat: super quo Reverendissimi PP. Minister Generalis, & Commissarius in Curia residens Regia Catholici, accuratè invigilent.

23. Ad tollendos abusus nonnullos promovendi ad gradus, officia, & dignitates in Provinciis, Missionarios expulsos, vel licentiatos à Collegiis, seu Seminariis Missionum, eisdem Provinciis denuò imponitur, ex instantia Reverendissimi P. Commissarii Generalis Indiarum, observantia Litterarum Apostolicarum fan. memor. Innoc. XI. die 16. Octob. 1685. incip. *Ecclesiæ Catholicæ*, in quibus ita reperitur sancitum: Primo anno fui in Seminarium ingressus, si alias in alio Seminario per idem tempus non permansisset, ad Missiones non deputetur, nec votum in electione Prælati habeat, sed quasi sub probatione maneat, ut de ejus sufficientia melius constare valeat. Et si intra annum, vel postea de illius sufficientia constiterit, aut per aliquod vitium, seu crimen, vel per aliquod scandalum, in exercitio missionum datum, seu per excusationem, qua (sine legitima causa à Discretia approbanda) se à Missionibus, juxta præscriptum Guardiani, vel Commissarii Missionum, faciendis excusaverit; aut per defectum in observatione præsentium staturorum, & pacis Seminarii, ac decoris exercitii conservatione, commissum; seu per aliquam mutabilitatem vocationis (qua tribus distinctis vicibus, in tribus distinctis mensibus, aspiciat retrò, & aratrum velle dimittere non erubescat, ac exitum à Seminario amplecti non abhoreat) consortio Operariorum Vineæ Domini indignus efficiatur: De consensu majoris partis Discretorii ad propriam Provinciam remittetur, ibique à Superioribus sub eisdem pœnis in statutis contra incorporatos in aliena Provincia, & iterum redeuntes ad propriam contentis subjaceat. Et si Religiosus Hispanus fuerit, & à Seminario in Indiarum partibus existente expellatur, ei à Superiore Generali illarum partium aliqua Provincia assignetur, in qua dictas pœnas subeat, & usque ad tempus, in quo, juxta Statuta generalia in Hispaniam venire possit, conservetur. Si autem habitum in Seminario receperit, ibi omnibus prudentiæ conformibus mediis coerigatur, & si per quatuor annos incorrigibilis perseveraverit, Superior generalis admonitus à majore parte Discretorii, illum in aliqua ex suis Provinciis constituat, ut à pestifera contagione Evangelici Ministri (qui sal terræ, & lux mundi, ac Civitates supra montem positæ esse debent) provide liberantur. Commissarii Generales, Provinciales, & Diffinitores contrarium attententes, vel permittentes, subjecti ipso facto remaneant pœnis in Statutis Ordinis præscriptis, contra eligentes, aut promoventes indignos.

24. Pro-Ministri ex Indiis, qui in hoc Capitulo Generali, & futuris suffragari fuerunt, privilegiis gaudeant per Statuta Tolet. 1658. præscriptis, idque, non solum si constiterit eos habere conditiones ibidem expressas, sed & si fuerint per sexennium Sac. Theologiæ Lectores, vel Concionatores Regii (admissi ad privilegia ad formam Statutorum Rom. 1688.) vel Prædicatores Generales, aut jubilati, vel Procuratores, aut Agentes suarum Provinciarum, qui ex obedientia suorum Superiorum pro obsequio, & decore Religionis in Apostolica, vel Regia Curia manserunt ad minus per triennium solare completum.

25. Renovantur omnes Constitutiones pertinentes ad incorporationem Religiosorum nostrorum ad Indias transeuntium, quas mandamus, juxtà earumdem tenorem, sub pœna nullitatis ex aliter facto, aliisque in Constitutionibus prædictis contentis, exactè, inviolabiliter servari.

26. Rigorose quoque serventur in Indiis Constitutiones de non recipiendis illegitime natis renovatæ in hoc Capitulo: sub pœna autem privationis officii, & inhabilitatis perpetuæ ad aliud, & alia omnia prohibetur Ministris Provincialibus Indiarum, ne quemquam ab alia Religione ejectum, ad habitum nostræ Religionis recipiant.

27. In Provincia S. Evangelii de Mexico Diffinitor Recollectionis, nulla unquam ex causa, vel motivo, sub nullitate agendorum, deficiat, sed indispensabiliter perpetuis futuris temporibus in omnibus, & singulis Provinciæ Capitulis eligatur ad præscriptum Constitutionis Generalis.

Pro Natione Gallica.

28. Quoniam intolerabilia causantur quotidie gravamina Conventibus, & Provinciis ex Fratrum hujus Nationis multiplicatis discursibus, renovantur Statuta Vallis. 1601. & Rom. 1664. quibus decernitur, quod Provinciales omnes, tam Observantium, & Recollectorum, quàm Chordigerorum, & Guardianus magni Conventus Parisiensis, nequeant suos Religiosos extra Galliarum limites mittere, nisi pro causa gravi Provinciæ, approbata à Diffinitorio. Aliter missi tanquam Apostatæ puniantur.

29. In controversia inter Patres Recollectos Provinciæ S. Mariæ Magdalenæ, & Patres Recollectos Provinciæ Britanniæ quoad Conventum, & Hospitium San-Macloviense, præcipit Diffinitorium Generale, quod servetur mandatum Reverendissimi Ministri Generalis P. Poerii, quantùm ad silentium, & omnia contenta in ipso.

30. In dicta S. Mariæ Magdalenæ Provincia, sicut & in aliis tàm Recollectorum, & Observantium, quàm Chordigerorum, vacante per mortem, aut ex alia causa, Ministri Provincialis officio, servetur generale Statutum Rom. 1639. & 1651. videlicet, quod Guardianus, vel Præses, ubi vacantiam illam fieri contigerit, unà cum Secretario Provinciæ Regestum, & Scripturas ad Provinciam spectantes claudet, & sigillabit, easque cum sigillo Provinciæ statim deferet ad digniorem Provinciæ Patrem, cum videlicet, qui primum obtinet locum, qui absque dilatione ulla debet convocare omnes Patres, qui sunt de corpore Diffinitorii, ad Conventum, qui sit in

corde

corde Provinciæ, vel in quo citius possit fieri electio: cassatis Provinciarum Statutis, quæ aliter circa prædicta disponunt.

Pro Natione Germano-Belgica.

31. Viso Memoriali quorumdam ejusdem Nationis Vocalium, exponentium sa ad non gravandas exactione Provincias, juxta antiquissimum, & laudabilem morem cum uno Socio Religioso, pedestres, & absque comite facientes expensas pro eis in via, solere accedere ad Generale Capitulum, Baculo solius providentiæ divinæ innixos: Statutum autem Roman. 1676. præcipiens sub pœna privationis suffragii, quod Minister, seu Pro-Minister, & Custos uniuscujusque Provinciæ simul ad Capitulum Generale iter faciant, cum unico tantum Socio Religioso pro utroque, & si expensæ aliquæ in itinere ex necessitate faciendæ sint, adducant secum Tertiarium, qui Sindici Apostolici substitutus sit &c. Illis itinerantibus in nomine Domini de regionibus tam dissitis, pene importabilitatem imponat, nisi benignè intelligatur: Diffinitorium Generale declarat Patres Vocales Germano-Belgicos non comprehendi sub prædicto statuto, nisi in casu, quo secum conducere velint Donatum, vel Tertiarium, qui in necessitate pro eis faciant expensas; & ob hoc deinceps liberè posse singulos eorum Vocales cum uno Socio Religioso accedere ad Generale Capitulum, dummodò secum nullum alium Tertiarium ducant.

32. Circa prætensionem Provinciæ Flandriæ erga duos Conventus Montensem, & Binchiensem nihil innovetur, & permaneant pro nunc in eodem statu, quo permanserunt à spatio viginti annorum sub immediato gubernio Reverendissimi P. Ministri Generalis.

33. Visa controversia inter Provincias Argentinensem, & Coloniensem circa quatuor Conventus, videlicet Haidelbergensem, Oppenheimensem, Crucenacensem, & Lutrensem: determinat Diffinitorium Generale, quod Provincia Coloniensis restituat supra relatos Conventus Provinciæ Argentinæ.

34. Petitio Provinciæ S. Joseph Recollectorum in Flandria visa fuit, & admissa protestatio facta de illata sibi injuria in avulsione à sua jurisdictione, contra formam Apostolicarum, & Ordinis constitutionum, sex suorum Fratrum Conventuum (videlicet Dunkerkensis, Gravelingani, Cassatensis, Iprensis, Hondiscutani, & Poperingani) nec non aliorum plurium Monasteriorum Monialium, quæ modo occupantur à Provinciis S. Andreæ, & Sancti Antonii in Arthesia. Ne autem temporis diuturnitate, quo dicti Conventus, & Monasteria manent avulsa, titulus justæ possessionis valeat allegari, ordinat Diffinitorium Generale, ut hæc protestatio redigatur in Actis, ut semper de illa constet.

35. Visa petitione Provinciæ Angliæ, ut provideatur Fratribus suis ex Anglia exulibus, hæreticorum persecutione durante; committit Diffinitorium Generale Reverendissimo P. Ministro Generali, ut pro suo arbitrio de illis providеat, prout de Hibernis provisum est.

36. Cum ex confluentia externorum ad Provinciam Angliæ multa oriantur incommoda: renovatur Statutum Roman. 1664. quod nullus Hibernus, vel alius moretur in Anglia, sine licentia Ministri Angliæ, vel speciali facultate Patris Commissarii Germano-Belgicæ Nationis, qui non nisi ex causa urgente Fratres aliarum Provinciarum ibidem morari permittat.

37. Cum in Provincia Hiberniæ multi sæpè Lectores indebitè jubilationem prætendant: declaramus nullum Lectorem Hibernum, jubilatum de jure posse censeri, nisi qui per tres integros annos, sive in sæculo, sive in Religione legeric Philosophiam, & per duodecim annos continuos Theologiam Scholasticam sine intermissione publicè docuerit in Religione, vel qui quindecim annis continuis vacaverit Theologiæ Scholasticæ lectionibus, cum consuetis exercitiis Scholasticis præscriptis per Statuta Rom. 1651. tit. pro Ultramont. Fam. cap. 4. §. 2. num. 8.

Pro Cismontana Familia.

1. AD propositionem factam in Discretorio Observantium, an supplicari deberet Sanctissimo, ut dispensare dignetur cum Observantibus in præcepto de retinendo Capsulas in Sacristia, pro recipiendis eleemosynis pro Missis, prout insinuari videtur in Decretis *De celebratione Missarum*; Diffinitorium Generale (attenta dispositione Regulæ nostræ cap. 4. ac Apostolicarum Declarationum illius, aliarumque Pontificum Constitutionum, præsertim Nicolai III. *Exiit*, Clemen. V. *Exivi*, Pauli III. *Expeni nobis*, die 30. Martii 1536. Innocent. XI. *Solicitudo pastoralis*, Innocent. XII. *Alias à felicis*, nec non Decreti Sacræ Congregationis consultationibus hujus nostræ Familiæ præpositæ, approbante Sanctissimo sub Dat. die 4. Junii 1628.) declarat ejusmodi Capsulas statui, ac professioni Fratrum Minorum de Observantia esse repugnantes, & proinde Fratres nostros non comprehendi sub præcepto hujusmodi de retinendis prædictis Capsulis in Sacristiis, vel suis Conventibus, & si opus fuerit, supplicetur Sanctissimo pro confirmatione hujus declarationis per Officiales Familiæ.

2. Cum non sine lamentabili experimento in Curiis nonnullis expertum sit, quanta incommoda Ordini, Fratribus, Conventibusque inquietudines, populo, Aulis, & Civitatibus scandala, ac denique observantiæ regulari relaxationes proveniant ex eo quod Fratres Agentias pro Magnatibus agant: Nullus Religiosus Ordinis nostri, sub pœnis privationis perpetuæ actuum legitimorum, & Officiorum Ordinis, necnon perpetuæ inhabilitatis ad illa, ipso facto irremissibiliter incurrendis, permittatur quorumcunque Principum exercere Agentias profanas, nec Superiores Generales, aut Provinciales ad exercendas easdem dare licentias valeant. Perfunctoria tamen mandata, & servitia Principum, absque Agentia, & Ablegati figura, vel titulo, absque Ministris, & servitoribus, absque disciplinæ regularis dispendio, & Fratrum turbatione, intra humilem nostræ Religionis, ac status decentiam, de Superiorum benedictione, ad breve tempus, recipi, & executioni mandari possunt, dummodo tamen non sint contrà Principes, Communitates, Prælatos, aliasque personas notabiles.

3. Ut imposterum, tam apud Observantes, quàm Reformatos, in absentia Superiorum Localium, tollatur omnis causa contentionis circa Conventuum regimen, si aliquando contingat Patrem Provinciæ, cui tunc de jure deberet competere, in Infirmaria perpetuò esse detentum, Superior Localis deputet alium, qui quando ipse fuerit

absens, in omnibus regat Conventum.

4. Cum sæpè Fratres nonnulli, quos doctrinæ, & vitæ probitatis documenta non adjuvant, in grave damnum Provinciarum, & præjudicium boni communis, extorqueant à Superioribus Generalibus Litteras Patentes, quibus instituuntur Lectores, Prædicatores, & Confessarii, enixè supplicatur Reverendissimis Superioribus Generalibus, ut antequam per suas Patentes Litteras, tam inter Observantes, quàm Reformatos, instituatur aliquis Lector, Prædicator, vel Confessarius, dignentur committere Diffinitorii Patribus, ut ipsum priùs examinent, debitasque de vitæ probitate, ac sufficientia attestationes producant.

5. Exercitia spiritualia singulis annis à quolibet Fratre, cujusvis conditionis, fiant, sub pœnis taxatis à Reverendissimo Patre Matthæo à Sancto Stephano, tempore sui Generalatus in suis pastoralibus litteris: curent autem Provinciales, ut ea quisque peragat in suo Conventu, quantum fieri poterit, ne sub hac specie divagatio dilatetur.

6. Secretarii Provinciarum, qui per capitulare triennium, habito testimonio jurato in scriptis Ministri Provincialis, cui inservierunt, laudabiliter exercuerunt Secretariatus officium (si antè munus prædictum habuerint requisita, seu conditiones ad electionem passivam in Diffinitores Provinciæ, & non aliter) gaudeant privilegio Patrum Provinciæ in ultimo loco post Diffinitores, quorum Secretariatu functi fuerunt: quoad præcedentiam tamen, & Paternitatem duntaxat, non verò quoad jus suffragandi. Scriptores verò Rev. PP. Ministri, & Commissarii Generalis, qui, expleto capitulari sexennio, habuerint testimoniales de benè, & fideliter præstito suo servitio, habeant locum in suis Provinciis post Patres aggregatos.

7. Denuò intimantur Apostolicæ Constitutiones, & Ordinis, præscribentes duplum vacantiæ tempus pro Ministris Provincialibus, finito eorum officio. Electio aliter facta, eo ipso sit nulla, Electoresque voce activa, & passiva in perpetuum sint privati: Præsidens verò, qui confirmaverit electionem, absque tali vacantia factam, & electus, qui absque vacantia acceptaverit, aut sub quocumque prætextu exercuerit Ministeriatus officium, pœnam exilii à propria Provincia (à Prælato Generali cognita causa inferendam) necnon privationem vocis activæ, & passivæ, ac omnium officiorum Ordinis, necnon inhabilitatem ad illa incurrant.

8. Declarat Diffinitorium Generale circa statutum, quo permittitur Provincialibus, ut mittere possint suos Religiosos ad Provincias contiguas, id non procedere circa infirmos, ad effectum ut in infirmariis Provinciarum contiguarum curentur, nisi habeant expressum consensum Ministri Provinciæ, & Guardiani Conventus, ubi talis curatio debeat fieri, quem si habuerint, satisfaciant omnibus necessariis pro illius curatione expensis. Provinciales aliter Fratres infirmos ad contiguas mittentes Provincias pœnam suspensionis officii per semestre incurrant.

9. Committitur Officialibus Curiæ, tam Observantium, quàm Reformatorum Cismontanæ Familiæ, quatenus Sanctissimo supplicent, ut ultra Patres, qui votum perpetuum in Diffinitorio Provinciæ habent, Pater dignior, & immediatus Ex-Minister Provincialis illud similiter habeat: ad hoc extendendo privilegium Ultramontanæ Familiæ ad hanc Cismontanam.

10. Diffinitorium Generale onerat Reverendissimum P. Commissarium Generalem Familiæ, quatenus in suis litteris circularibus Illustrissimum, ac Reverendissimum Dominum Bottini, Archiepiscopum Myrensem, & S. Fidei Promotorem (quem Deus ad longos, felicesque annos conservet) in specialem recognitionem plurimorum suorum laborum, in favorem Religionis, & obsequium Sanctorum, Beatorum, Venerabiliumque nostri Ordinis Servorum Dei præstitorum, singulariter commendet Sacrificiis, & precibus Fratrum: mandando omnibus, ut dum placuerit Altissimo prædictum Dominum ex hac vita vocare, cantetur in unoquoque Conventu una Missa pro anima ejus, & recitetur in Choro integrum Defunctorum Officium.

Circa Studentes, & Studia, Lecturas, & Lectores.

11. Confirmatur, & reintimatur Statutum Capituli Generalis Victoriensis circa studia linguarum in nostra Familia omnino introducenda, & stabilienda, ne per eorum neglectum Observantia Operariis careat pro Terra Sancta, & Missionibus Orientis. Executio autem demandatur Superiori Generali pro tempore.

12. Studium Linguarum ab ultimis duobus Reverendissimis Ex-Ministris Generalibus, pro Provinciis Observantibus, in Conventu S. Bartholomæi de Insula hujus Provinciæ Romanæ, consulto erectum, & conservatum, uti necessarium ad obtemperandum S. Sedis Decretis super hac re editis, omninò approbamus; & manutenendum non solùm pro linguis, sed etiam pro controversiis, ac regendum esse ad præscriptum Statutorum Anni 1633. ex nunc declaramus, ferioque sancimus. Reverendissimus autem P. Minister Generalis facultatem, etiam per Decreta Sac. Congregationis de Propaganda Fide olim concessam, sibi reservat, condendi talia regulamenta ad profectum studentium, ac lectorum utilia, & deputandi virum zelantissimum, qui solicitudini observantiæ omnium præmissorum incumbat, ut illi fructus ex tali studio Ordini, ac fidei propagationi proveniant, quos in Ecclesiæ Sanctæ horreum intendimus immittere per hanc maturam constitutionem.

13. Decernit Generale Capitulum, ut circa Studentes, & Lectores, extrà Provincias suas pro studio, & Lectura respectivè mittendos, omninò servetur dispositio in Compilatione Sambucana cap. 5. §. 4. num. 2. relata, cum experientia doceat id plurimum Provinciarum expedire profectui, & quod non mittantur pro studiis extrà Provinciam, qui ibi sunt collocati in studio correspondenti suæ capacitati: exceptis primariis studiis pro sublimioribus ingeniis, de quibus per Diffinitorii attestationem juratam debet constare.

14. Lectores non assumantur ad studia primæ Classis, nisi juxta formam in Constitutionibus nostris præscriptam: illi autem, qui in studiis primæ Classis exercuerunt lecturam per completum triennium, ad omnem nutum Superiorum Generalium teneantur locum cedere aliis, qui ad jubilandum hujusmodi primæ Classis studio indigent, sub pœna totalis amissionis Lecturæ, si quoquo modo restiterint, circa quod renovatur Statutum Romanum 1688. tit. pro Cism. num. 15.

15. Circa Lecturas morales à Lectoribus Generalibus subeundas, & ascendas, renovatur itam Statutum Romanum 1688. tit. pro Cismontanis num.

Digitized by Google

rum. 14. commendeturque Patribus Superioribus Provinciarum, ut illud omnino faciant executioni mandari. Si autem non habuerint promptam obedientiam à Lectoribus, eosdem à Lectoratus officio, & exercitio, prærogativisque suspendant, monendo interea Superiorem Generalem pro tempore, qui contumaces Lectores studio omninò privabit.

16. Lectoribus tam ex Observantibus, quam Reformatis, tam Artium, quam Theologiæ, etiam in studiis Generalibus intimantur de novo Constitutiones Apostolicæ, & Ordinis circa officium Chori, saltem diebus per Statuta præscriptis, sub pœna amissionis Lecturæ pro negligentiæ modo.

17. Nulli eorumdem Lectorum, sive Observantium, sive Reformatorum, die, qua alium ejusdem Conventus Lectorem, Conclusiones publicas, aut privatas habere contingat, liceat, sub pœna privationis Lecturæ, de Conventu exire; sed eis teneantur personaliter assistere. In attestationibus autem Lectoratus debeant iisdem etiam testimonium fidem faciens de assistentia tali producere, aliàs non expedientur patentes. Multo minus diebus prædictis Studentibus exire permittitur.

18. Nullus eorumdem Lectorum, sub pœna privationis Lecturæ, conclusiones publicas, ad quas singulis annis ex statutis tenetur, in alio defendat Conventu; quàm in eo, in quo lecturam Generalem exercet, invitando ad eas Patres aliarum Communitatum, si quæ reperiantur in loco. De hoc quoque debeant Lectores testimonium faciens fidem, cum cœteris attestationibus producere, aliàs Patentes pro jubilatione minimè expedientur à Generali Prælato.

19. Quia quotidiana experientia docet Lectoribus, & studiosis Philosophiæ permultum nocere, quod, lectionibus omissis, operam Concionibus dent: districtè præcipitur, ne ullus Philosophiæ Lector, tam ex Observantibus, quàm Reformatis, tempore quadragesimali dimittatur ad concionandum, nisi ex necessitate validè urgenti, ob quam solummodò idem permittatur S. Theologiæ Lectoribus, qui tamen tempore consuetæ vacantiæ teneantur supplere.

20. Statuitur, ut ordinationes factæ pro studiis, studentibus, atque Lectoribus, cum Elencho materiarum typis dato de mandato Reverendissimi P. Min. Generalis Poerii, in compilatione Cismontanæ Familiæ inferantur, ac omninò serventur, onerando Prælatorum Provincialium conscientias, ut invigilent seriò super sancta earumdem observantia in tam gravi materia pro Ordinis bono, sub pœnis ad arbitrium Prælati Generalis pro tempore.

Pro Diversis Provinciis in Particulari,

21. Quoad erectionem Studiorum Generalium, juxtà postulationes particularium Provinciarum, Reverendissimus P. Minister Generalis una cum Reverendissimo P. Commissario Generali provideat.

22. Gratiam P. F. Caudentio de Venetiis, Provinciæ Venetæ Observantium, in forma Commissaria, attento Decreto Sac. Congregationis Episcop. , & Regul. à Reverendissimo P. Ex-Ministro Generali concessa, declarat Diffinitorium Generale esse ipso jure nullam, quia de falsitate narratorum notoriè constat, eamque vi præsentis Decreti annullat.

23. Provinciæ Ultramarinæ, quæ privilegium Apostolicum habent suos mittendi ad Italiæ studia, privilegio hujusmodi discretè utantur, & suos per varias in Natione Lombardica, & Regnicula Provincias repartiendos, coram earum Prælatis dimittant: plures autem non mittant, quàm sit numerum studiorum Provinciarum, ad quas, ne plures, quàm unus in singulis Italicarum Provinciarum studiis, reperiantur. Provinciæ verò, quæ privilegium tale non habent, pro collocatione suorum, ad Superiorem Generalem recurrant, qui eos, servata proportione prædicta, collocare curabit.

24. Circa Vocales Provinciæ Dalmatiæ, qui imposterum venient ad Generale Capitulum, serventur Constitutiones Sambucanæ cap. 8. §. 8. nu. 1. quoad necessarias, & inevitabiles expensas in itinere faciendas.

25. Decernit Diffinitorium Generale R. Adm. P. F. Antonium Lazari, tanquam Ministrum Provinciæ Carniolæ Reformatorum, intrà mensem, post præsentis Decreti notificationem, sibi à Reverendissimo P. Commissario Generali faciendam, per suas litteras debere convocare omnes Patres Provinciæ Carniolæ, & Croatæ, & cum eis concordare super titulo de denominatione ejusdem Provinciæ, & Decretum, in quo concordaverint, à Patribus ipsis subscriptum transmittat ad eumdem Reverendissimum Commissarium Generalem, cum cœteris decretis incorporandum, & conservandum.

26. Supplicantibus Provinciis Polonicis, & Russiæ Observantium, mandari PP. Reformatis earumdem Provinciarum, ut accedant ad publicas processiones cum Observantibus, sub eadem Cruce, & ad exequias mortuorum, seu associationem cadaverum, non incedant post ipsa cadavera; quodque seriò illis mandetur, ne audeant recipere Conventus intrà districtus milliarium præfinitorum à Constitutionibus Apostolicis: Decrevit Diffinitorium Generale circà processiones, & cadavera servandum esse solitum: circa fundationem verò novorum Conventuum, tam quoad Reformatos, quàm Observantes, serventur omninò Constitutiones Apostolicæ, & ex nunc prohibetur utrisque accipere novas fundationes, nisi in debita distantia per easdem Constitutiones præscripta.

27. Ad præcludendam viam scandalis, quæ committuntur in partibus Hungariæ ab Eremitis, & Tertiariis utriusque sexus, qui receperunt in aliena regionibus habitum, ad instantiam Provinciæ Hungariæ Sanctæ Mariæ Reformatorum, statuitur, quod (exceptis Tertiariis habitum talarem deferentibus, inservientibusque de more Conventibus) intimetur Congregationibus Tertii Ordinis sub directione, & jurisdictione Religionis Domino famulantibus in Ecclesiis nostris, ne de cœtero ejusdem Tertii Ordinis habitum cuiquam utriusque sexus concedant, nisi juxtà formam Apostolicarum, & Ordinis Constitutionum, & nisi sint de Corpore Provinciæ, in qua habitum assumunt, & ibi tanquam fixi habitatores morentur. Quod idem observare debeant Superiores, tam Provinciales, quàm Locales; & aliter facientes, sive sint Superiores prædicti, sive Præsidentes Tertii Ordinis, incurrant omnino pœnas contra malè recipientes taxatas, & receptio nulla sit. Tertiarii verò utriusque sexus, qui contra hujus Decreti formam habitum receperint, eo expolientur à Superioribus, ad quos diverterit.

28. Confirmat Diffinitorium Generale Concor-

datum in lite inter Provincias Observantes Bosnæ Argentinensis, & Sancti Ladislai: scilicet, quod Provinciæ Sancti Ladislai pacificè remaneant loca, Conventus, & Residentiæ respectivè, & Jus eas fabricandi, habendi, ampliandi, & quocunque modo licitè acquirendi in Sighet, Canissa, quinque Ecclesiis, Sicleas, Viroviiiza, Costaniza, Harasloviza propè Petriogam, & Signet inter Sighetum, & Canissam, cum omnibus suis habentiis, pertinentiis, & dependentiis, quæstuationibus, finibus, limitibus, ac Parochiis, nec Patres Provinciæ Bosnensis super prædictis locis quidquam imposterum quovis Jure prætendere, aut intentare possint sub quovis prætextu. Pariter, quod Petres Provinciæ Bosnæ Argentinæ pacificè habeant loca, Conventus, ac Residentias respectivè cum Jure eas fabricandi, habendi, ampliandi, aut quocunque modo licitè acquirendi in Gradisca, Dubociaz, Brood, Capanlza, Vocim, Nistica, Velica, Possega, Cernik, Zedin, Pongina, Novii, & Sancta Catharina, quatenus spectat ad Novium, cum omnibus suis habentiis, pertinentiis, dependentiis, finibus, limitibus, quæstuationibus, & Parochiis, & alia loca, in quibus actu habent Residentias, & inserviunt. Nec Patres Provinciæ Sancti Ladislai super prædictis locis quidquam imposterum quovis Jure prætendere, aut intentare possint, sub quovis prætextu. Item quod in Essek, & Mohaz, utraque Provincia possint habere Residentiam, & Conventum, ita quod in Mohaz, ubi de facto domus ambarum Provinciarum reperiuntur, ambæ subsistant, & in Essek, ubi soli modò habitant Bosnensis Provinciæ Religiosi, etiam Sancti Ladislai Provincia domum, seu Residentiam, & Conventum construere possint, & in utroque loco utraque Provincia habitare, suas respectivè domos, Residentias, aut Conventus ædificare, ampliare, & sibi stabilire, & retinere, qualibet absque præjudicio alterius possit, & valeat, absque ulla alterius contradictione.

29. Visa supplicatione Provinciæ Sancti Ladislai Observantium pro habendo Commissario Visitatore ex propriis, cum ex aliis non facilè Cæsar admittat, & ex Observantibus in hæreditariis Imperii non adsint Fratres, nisi Bosnenses: Diffinitorium Generale relinquit arbitrio Reverendissimi Superioris Generalis pro tempore, ut circa illud disponat quod expedire judicabit.

30. Eidem Provinciæ benignè conceditur, ut habeat in studio, & Conventu Aracœlitano unum studentem, residentem ad modum aliarum Provinciarum Poloniæ, ex gratia tamen, & non prout de Jure, ac sine præjudicio Aracœlitani Conventus. Commendatur autem Reverendissimo P. Superiori Generali pro tempore, ut rationem dignetur habere, quatenus studens prædictus collocetur in Lecturis Generalibus illius Provinciæ.

Pro Terra Sancta.

31. ATtenta multitudine Statutorum Ordinis, & Decretorum à S. Sede, pro prosperiori gubernio Terræ Sanctæ, ac decisione controversiarum, quibus jura, & privilegia ejusdem Custodiæ passim lædi prætenduntur, temporum decursu emanatorum: Reverendissimo P. Ministro Generali committimus, ut omnium Compilationem fieri curet, in qua, si quæ supplenda sint (etiam super his, quæ de novo supervenerunt) ad tenendam, atque exactiùs exequendam mentem Apostolicæ Sedis, ea in simul propria, ac totius Capituli Generalis authoritate suppleat, interpretetur, ac declaret autenticè, ne deinceps jurgiis, & contentionibus ea pax turbetur, quam Ordo noster conservatam exoptat inter Religiosos, quorum studio, & Sancta conversatione adimplendum est in Dominico Domo Christi mandatum è Cruce in illis verbis dilapsum: *Vade Francisce repara Domum meam, quæ labitur.*

Loca, & Conventus, in quibus celebrabuntur, tam futura Congregatio Generalis hujus Cismontanæ Familiæ, quàm Capitulum Generale in Ultramontana Familia cogendum, relinquuntur deputanda arbitrio, & dispositioni Reverendissimi P. N. Ministri Generalis.

Numerus Defunctorum Fratrum, & Monialium ab ultimo Capitulo Generali.

MOrtui sunt ab ultimo Capitulo Generali celebrato Victoriæ usque ad præsens, ultra undecim millia Fratrum, & Monialium Ordinis nostri, juxta computationem factam ex testimoniis desuper a Vocalibus allatis. Inter illos non pauci cum Sanctitatis opinione referuntur obiisse in Domino; quos inter Venerabilis, ac Reverendissimus Pater Fr. Joannes Alvin, totius Ordinis Ex-Minister Generalis: Qui completo Ministerio suo, se abscondens a fastis, & honoribus sæculi, recusansque in suo patrio solo, & Civitate Episcopatum, sibi à Carolo II. Hispaniarum Rege affectuosè oblatum, ad solitarium se recepit Conventum nativæ Provinciæ, ubi sanctis operibus jugiter vacans, piè (ut creditur) obdormivit in Domino.

Sequuntur Suffragia.

PRo Sanctissimo Domino Nostro Innocentio Papa XII. Summo Pontifice, Regibus, & Principibus orthodoxis, Eminentissimo Cardinale Protectore, Exaltatione Sanctæ Matris Ecclesiæ, hæresum extirpatione, felici statu Ordinis Nostri, ejusdemque Patronis fiant assueta, & injuncta in anterioribus Capitulis Generalibus præscripta suffragia.

Pro his verò omnibus, qui in accessu, & recessu à præsenti Capitulo Generali obierunt, à quolibet Sacerdote una Missa, à Clericis semel Vigiliæ Defunctorum, & à laicis centum *Pater*, & *Ave Maria*, juxta Constitutionum nostrarum præscriptum recitentur.

ITA EST

Fabritius Cardinalis Spada Capituli Præsideos.

Fr. Ludovicus de la Torre, *Minister Generalis.*
Fr. Ildephonsus de Biezma, Commissarius Generalis Indiarum.
Fr. Joannes Garzia Feyjoo, Procurator Generalis Ordinis.
Fr. Augustinus à Rosario, Diffinitor Generalis.
Fr. Joannes Duran del Montijo, Diffinitor Generalis.
Fr. Josephus Camelin, Diffinitor Generalis.
Fr. Demetrius Wideman, Diffinitor Generalis.
Fr. Raynerius Patyez, Diffinitor Generalis.
Fr. Bartholomæus à Castro, Diffinitor Generalis.

Fr.

Fr. Lucas Alvarez de Toledo, Diffinitor Generalis.
Fr. Cherubinus de Bel, Diffinitor Generalis.
Fr. Ludovicus du Val, Diffinitor Generalis.
Fr. Bernardus de la Peña, Diffinitor Generalis.
Fr. Matthæus à S. Stephano, Ex-Minister Generalis.
Fr. Cherubinus à Nardò, Commissarius Generalis.
Fr. Carolus Franciscus à Varesio Ex-Commissarius Generalis.
Fr. Antonius ab Introduco, Ex-Commissarius Generalis.
F. Michael Angelus de Candia, Discretus perpetuus.
Fr. Joannes Maria à S. Cruce, Commissarius Curiæ.
Fr. Franciscus a Brandelio, Procurator Gen. Reformatorum.
Fr. Cælestinus a Mediolano, Diffinitor Generalis.
Fr. Joannes Franciscus de Tuscavilla, Diffinitor Generalis.
Fr. Joannes Baptista a Petra Vairana, Diffinitor Generalis.
Fr. Sebastianus a Benevento, Diffinitor Generalis.
F. Petrus ab Urbino, Diffinitor Generalis.
Fr. Bernardus de Cluvaro, Diffinitor Generalis.
Fr. Clarus a Bergomo, Diffinitor Generalis.
Fr. Daniel Folci Kirovicx, Diffinitor Generalis.
Fr. Joseph Maria Ugo de Agrigento, Diffinitor Generalis.
Fr. Amandus Hermann, Diffinitor Generalis.

Ut Fratres omnes, qui ad Capitulum Generale confluxerant, facilius Sacri Jubilæi Indulgentias lucrarentur, Sanctissimus benigne concessit, ut semel dumtaxat visitare tenerentur quatuor Basilicas Urbis.

Confirmatur Decretum Card. Protectoris pro Alternativa in Provincia S. Joannis Evangelistæ Insularum Azorum sub Regno Portugalliæ Ord. Min. de Observantia.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

Nuper pro parte dilecti Filii Antonii de Pillar Fratris expresse professi Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum, ac Commissarii, & Procuratoris Provinciarum S. Joannis Evangelistæ Insularum Azorum sub Regno Portugalliæ ejusdem Ordinis, Congregationi Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositæ exposito, quod in Capitulo Provinciali dictæ Provinciæ anno 1690. celebrato, pro quiete ipsius Provinciæ, decretum, & stabilitum fuerat Alternativam electionem Ministri Provincialis ejusdem Provinciæ, ita scilicet, ut pro uno ex Fratribus Insularum S. Michaelis, & Sanctæ Mariæ, pro altero vero triennio ex Fratribus Terzeras nuncupatis, aliarumque adjacentium Insularum, Provinciæ hujusmodi assumendus est, observari debere, & successive etiam stabilitum fuerat Capitulum Provinciale ejusdem Provinciæ semel in Sancti Michaelis, & Sanctæ Mariæ, & semel in Terzeras Insulis prædictis celebrandum esse. Sed cum post unius triennii lapsum Definitorium præfatæ Provinciæ congregatum fuisset, in eo statutum extiterat, ut memorata Alternativa, quoad celebrationem Capituli Provincialis hujusmodi, Visitatoris dictæ Provinciæ, & ipsius Definitoris arbitrio relinqueretur. Et in eadem expositione subjuncto, quod cum posterius statutum hujusmodi ad turbandam Religiosam dictæ Provinciæ tranquillitatem tenderet, & per illud ea, quæ in supradicto Capitulo Provinciali, sicut præmittitur, decreta, & stabilita fuerant, contemnerentur, & everterentur; ideoque ipse Antonius, & dilectus pariter filius Minister Provincialis ejusdem Provinciæ prævidentes graves, & inevitabiles perturbationes suborituras fore, si prænarrata dicti Capituli Provincialis Decreta, & stabilimenta non observarentur, Venerabili Fratri Michaeli Angelo Archiepiscopo Tharsen. in Portugalliæ, & Algarbiorum Regnis nostro, & Apostolicæ Sedis Nuncio supplicavissent, ut illa approbaret, & confirmaret, præfatum vero Diffinitorii statutum aboleret, & irritaret, ipse Michael Angelus Archiepiscopus, & Nuncius, cum cognovisset quantum inde religiosæ quieti Provinciæ præfatæ proventurum esset, præviis debitis informationibus, per suas literas die 9. Decembris anni proxime præteriti expeditas, eadem Decreta, & stabilimenta confirmaverat; dicta vero statuta specialiter, & expresse derogaverat, & alias, prout in dictis literis præfatæ Cardinalium Congregationi exhibitis, uberius dicebatur contineri; Ac proinde pro parte Antonii, & Ministri Provincialis præfatorum ipsi Congregationi Cardinalium supplicato, ut prædictis Literis, pro firmiori illarum subsistentia, stabilique dictæ Provinciæ pace, & quiete, confirmationis robur adjungere dignaretur, eadem Congregatio Cardinalium per suum Decretum die 18. Junii proximi præteriti emanatum, audito super præmissis dilecto etiam Filio Procuratore Generali Ordinis prædicti, & attenta relatione Ven. Fratris nostri Alderani Episcopi Ostien. ejusdem S. R. E. Cardinalis Cybo nuncupati, Ordinis supradicti apud Nos, & S. Sedem Apostolicam Protectoris desuper ipsis Cardinalibus facta, supplicem Libellum sibi super iisdem præmissis porrectum benigne remisit eidem Alderano Episcopo Cardinali, & Protectori, ut veris existentibus narratis, & quatenus expedire censuisset, petitam confirmationem pro suo arbitrio, & prudentia concederet. Unde ipse Alderanus Episcopus Cardinalis, & Protector Decretum edidit tenoris, qui sequitur, videlicet.

Alderanus Miseratione Divina Episcopus Ostien. & Veliternen. S. R. E. Cardinalis Cybo, Sacri Collegii Decanus, & totius Ordinis S. Francisci apud Sanctam Sedem Protector. Utentes arbitrio per antescriptum Decretum Nobis a Sacra Congregatione remisso, verisque compertis narratis, Oratorum precibus benigne inclinati, tenore præsentium, auctoritate ejusdem Sacræ Congregationis, petitam confirmationem concedimus, & impartimur. Datum Romæ 19. Junii 1700.

A. Cardinalis Cybo.

I. M. de Gab. Sec.

§. 1. Cum autem, sicut dictus Antonius Nobis subinde exponi fecit, ipse Decretum hujusmodi, quo firmius subsistat, & servetur exactius, Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri summopere desideret: Nos ipsius Antonii votis hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab ho-

homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum preinsertum a memorato Alderano Episcopo Cardinale, & Protectore editum, ut præfertur, auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus.

§. 2. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari: sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non, quatenus opus sit, prædictorum Ordinis, & Provinciæ, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; Privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cœterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die X. Julii 1700. Pontif. nostri anno Nono.

Breve, quo declaratur Eminentissimus Fabritius Spada Cardinalis Protector Ordinis.

Dilecto Filio Nostro Fabritio S. R. E. Presbytero Cardinali Spada nuncupato.

CLEMENS PAPA XI.

Dilecte Fili Noster Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

CUM per obitum bo: Mem. Alderani Episcopi Ostiensis S. R. E. Cardinalis Cybo nuncupati, dum vixit, Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum apud Sedem Apostolicam Protectoris, nuper apud Sedem eandem defuncti, Ordo præfatus Protectore destitutus remansit: Nos eidem Ordini de idoneo Protectore providere volentes, ac de tuæ circumspectionis singulari prudentia, doctrina, integritate, ac Religionis zelo, plurimum in Domino confisi, motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, Te, ex cujus protectione, ob tuas eximias virtutes, Ordinem hujusmodi plurimum commodi, & ornamenti suscepturum esse confidimus, præfati Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia, illiusque Religiosorum, & Domorum, ac Locorum regularium quorumcumque, apud Nos, & Sedem prædictam Protectorem cum omnibus honoribus, & oneribus solitis, & consuetis, servata tamen forma Constitutionis fel. Rec. Innocent. PP. XII. Prædecessoris nostri super moderatione facultatum Protectorum Ordinum Regularium editæ, ad tui vitam Auctoritate Apostolica, tenore præsentium facimus, & deputamus. Mandantes propterea dilectis Filiis Superioribus, & aliis Religiosis quibuscunque d. Ordinis, in virtute S. Obedientiæ, ut te in eorum Protectorem, juxta tenorem præsentium recipientes, ea, qua debent reverentia, prosequantur. Contrariis non obstantibus quibuscunque. Cœterum Te in Domino hortamur, ut hujusmodi Protectoris munus ita obire studeas, ut apud Deum bonorum operum retributorem, æternum præmium, & à Nobis condignam laudem valeas promereri. Dat. Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris, die 14. Decembris 1700. Pontificatus Nostri Anno Primo.

F. Oliverius.

Loco ✠ Sigilli.

Confirmatur Decretum Definitorii Generalis Min. Observ., quo statuitur, ut Provincia Colonien. restituet Provinciæ Argentinæ. quatuor Cœnobia.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

EXponi nobis nuper fecerunt dilecti Filii Fratres Provinciæ Argentinensis Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia Recollectorum nuncupatorum, quod cum ipsi alias occasione Bellorum, atque hæresum, quæ Palatinatum Rheni afflixerunt, quatuor Conventibus ad dictam Provinciam pertinentibus, nempe Heydelbergensi, Oppenheimensi, Crucenacensi, & Lutrensi à Fratribus Provinciæ Coloniensis ejusdem Ordinis occupatis privati remansissent; pro illorum vero restitutione obtinenda, articulum restitutionis hujusmodi via juris in Capitulo Generali dicti Ordinis in hac Alma Urbe nuper celebrato cognosci, & decidi curassent, proposito eodem articulo, discussaque controversia inter Argentinensem, & Coloniensem Provincias prædictas, circa dictos quatuor Conventus, in Definitorio Generali Ordinis prædicti die 11. Junii proxime præteriti habito, idem Definitorium Generale, visis, ac examinatis utriusque partis juribus, determinavit, & præcepit, ut dicta Provincia Coloniensis supradictos Conventus Provinciæ Argentinensi prædictæ integre restitueret, & alias, prout uberius continetur in ipsius Definitorii Generalis Decreto desuper emanato, ac ex illius actis deprompto, tenoris, qui sequitur, videlicet: Frater Joannes Rondero Sac. Theologiæ Lector Jubilatus, ac Ordinis Generalis Secretarius, omnibus has visuris testificor, & fidem facio, quod inter acta congressus Definitorii Generalis celebrati die 11. Junii anni hujus 1700. habentur sequentia a Reverendissimo P. Ministro Generali confirmata, scilicet. Visa controversia inter Argentinensem, seu Alemaniæ, & Coloniensem Provincias Recollectorum circa quatuor Conventus, videlicet, Heidelbergensem, Oppenheimensem, Crucenacensem, & Lutrensem, visisque, & examinatis utriusque Partis juribus, determinat Definitorium Generale, & præcipit, ut Pro-

Provinciæ Coloniensis supra relictos Conventus statim cum omnibus suis antiquis limitibus, juribus, mobilibus, & immobilibus, aliisque appendentibus, & dependentibus, Patribus præfatæ Provinciæ Argentinensis integre restituat. Datum Romæ apud Sanctam Mariam de Aracœli, sub Definitorio Generali hac die 12. Junii anni 1700. -- Fr. Joannes Duran del montijo Definitor Generalis, & Secretarius. Quæ quidem acta, prout jacent, ex actis suprамemorati congressus Definitorii Generalis constant, ad quæ me refero. In quorum fidem præsens transumptum propria manu subscriptum, ec Ordinis minori sigillo communitum dedi in hoc S. Francisci Aracœlitano Conventu de Urbe, die 14. mensis Junii ann. 1700.

§. 1. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, dicti Exponentes Decretum hujusmodi, quo firmius subsistat, & servetur exactius, Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri summopere desiderent. Nos specialem ipsis Exponentibus gratiam facere volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodetæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati; de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum consilio, & attenta relatione bo. me. Alderani, dum vixit, Episcopi Ostien. ejusdem S. R. E. Cardinalis Cybo nuncupati, qui Ordinis prædicti apud Nos, & Sedem Apostolicam Protectoris munere tunc fungebatur, super præmissis ipsis Cardinalibus facta, præinsertum Decretum Definitorii Generalis auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus.

§. 2. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari: sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis Auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac, quatenus opus sit, Ordinis, Provinciarum, & Conventuum hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cœterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, die xxii. Decembris 1700. Pontificatus nostri anno Primo.

Confirmatur Decretum Congregationis Episc., & Reg. de celebratione Capitulorum, & Congregationum Provinciarum Lusitaniæ, & Algarbiorum Fratrum Minorum de Observ., & Tertii Ordinis Sancti Francisci.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Nuper pro parte dilectorum filiorum Fratrum Provinciarum Portugalliæ, & Algarbiorum Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum, nec non alterius Provinciæ Tertii Ordinis ejusdem Sancti Francisci in Lusitania, Congregationi Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositæ exposito, quod cum in Capitulis, & Congregationibus dictarum Provinciarum in Curia Regia celebrari solitis, Vocales ad suffragia sua Religiosis immeritis conferenda, Magnatum commendationibus, sæpius adducerentur, ad abusum hujusmodi tollendum, in Capitulo generali primodicti Ordinis anno 1688. celebrato, Difinitorium Generale, ad instantiam Vocalium Nationis Lusitaniæ, per suum Decretum præceperat, ut inposterum dicta Capitula, & Congregationes extra Curiam præfatam, in Conventu a Superioribus Generalibus eligendo, celebrarentur, & alias, prout in dicto Decreto uberius dicebatur contineri. Ne vero Decretum hujusmodi sub quovis prætexto violaretur, sed semper executioni mandaretur, ipsi Fratres plurimum cupiebant illud auctoritate dictæ Congregationis Cardinalium confirmari, emanavit ad eorum supplicationem ab eadem Congregatione Cardinalium Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet - Sacra Congregatio Eminentissimorum, & Reverendissimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum & Regularium præposita, audita relatione P. Procuratoris Generalis dicti Ordinis, & attentis narratis, censuit, ac decrevit, servandum esse Decretum Capituli Generalis editi anno 1688. Romæ 23. Septembris 1701.

G. Cardinalis Carpineus.

I. N. Paraccianus Secretarius.

§. 1. Cum autem, sicut etiam dilectus filius Verissimus a Conceptione Fr. expresse professus, & Procurator dictæ Provinciæ Portugalliæ, Nobis subinde exponi fecit, ipse Decretum hujusmodi, quo firmius subsistat, Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri summopere desideret: Nos ipsum Verissimum specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, Censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præinsertum, auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, salva tamen semper in præmissis auctoritate dictæ Congregationis Cardinalium.

§. 2. Decernentes easdem præsentes Literas semper firmas, & efficaces existere, & fore, suosque ple-

plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit quandocumque, in omnibus, & per omnia inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non, quatenus opus sit, Provinciarum, & Ordinis hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cœterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die XV. Octobris Pontificatus nostri Anno Primo.

Die 18. Novembris ann. 1701. prodiit Constitutio incipiens: *Salvatoris, & Domini Nostri &c.* ut aliàs supra, qua confirmantur Prædecessorum Pontificum Constitutiones super indigentiis Terræ Sanctæ.

Electio Reverendissimi P. Fr. Ildefonsi de Biezma, Prædicatoris Regii, simulque Theologi pro Immaculata Conceptione, in Vicarium Generalem, ob mortem Reverendissimi P. Fr. Ludovici de la Torre *Ministri Generalis, Præsidente in ea prædicto Rev. P. F. Ildefonso de Biezma, Commissario Generali Indiarum Occidentalium.*

MOrtuo Rev. P. F. Ludovico *de la Torre* Ministro Generali in Conventu S. P. N. Francisci Civitatis Palentinæ Provinciæ Conceptionis, R. P. Minister Provincialis dictæ Provinciæ, ut præscribunt Statuta Generalia Ordinis, statim transmisit sigilla, Regesta, & reliqua alia officii, secretariæque Generalia ad Rev. P. F. Ildefonsum de Biezma Prædicatorem Regium, simulque Theologum pro Immaculata Conceptionem, Ex-Provincialem Provinciæ Castellæ, & Commissarium Generalem Indiarum, tanquam ad Patrem digniorem hujus Familiæ Cismontanæ, cui competebant dicta sigilla, & authoritas convocandi ad futuram electionem Vicarii Generalis Ordinis. Advertere debeo mortem Rev. P. Ministri Generalis F. Ludovici *de la Torre* contigisse die tertiadecima Mensis Octobris Anni millesimi septingentesimi, & unius.

Item Rev. P. F. Ildefonsus de Biezma, virtute prædictæ facultatis, misit Epistolas Citatorias ad omnes, & quemlibet respectivè, qui debebant concurrere ad electionem, assignando hunc Conventum Matritensem S. P. N. Francisci locum Suæ Residentiæ, vel suæ habitationis, & diem tertium Mensis Decembris, pro die electionis proximè futuræ supradicti Anni. Unde convocavit RR. Ad. PP. Diffinitores Generales hujus Familiæ, & Nationis, F. Augustinum *del Rosario* Provinciæ Portugalliæ, F. Joannem Duran *del Montijo* Provinciæ S. Gabrielis, F. Bartholomæum de Castro Provinciæ Granatensis, Fr. Lucam Alvarez de Toledo Provinciæ Castellæ, & Fr. Bernardum *de la Peña* Provinciæ Legionensis Tertii Ordinis; simulque RR. PP. Provinciales, & Custodes Provinciarum Castellæ, Aragoniæ, Conceptionis, Carthaginensis, & S. Joseph tanquam vicinores Provinciæ Castellæ, ex qua, ejusque limitibus, debet regulari major proximitas, ut præscribunt nostræ Constitutiones Generales, cum sit prædictæ Provinciæ filius Rev. P. F. Ildefonsus de Biezma Pater dignior Familiæ.

Et quia statim se obtulit controversia, & dubitatio, quæ in aliis similibus functionibus excitata fuit inter Provincias Angelorum, & S. Gabrielis, cui competat Jus suffragandi; Sua Pat. Reverendissima desiderans hanc materiam decidere, & determinare, antequam procedatur ad electionem, judicavit necessarium citare tempore opportuno RR. Adm. PP. Provinciales, & Custodes prædictarum Provinciarum collitigantium, ut comparerent in hoc Conventu S. P. N. Francisci, die vigesima octava Novembris, & exhiberent, & allegarent, quæ possent favere suo Juri.

Ad hunc effectum die vigesima nona præsentis Mensis Novembris comparuerunt supradictæ partes collitigantes in hoc Conventu, & die sequenti, & in aliis successive in diversis sessionibus, & Congressibus, quæ habuerunt pro determinatione supradictæ controversiæ, in qua fuerunt nominati tanquam Conjudices Suæ Reverend. Pat. RR. Adm. PP. Fr. Augustinus *del Rosario* Provinciæ Portugalliæ, Diffinitor Generalis, Fr. Bartholomæus de Castro Lector Jubilatus, & Diffinitor Generalis, Fr. Lucas Alvarez de Toledo Lector Jubilatus, Provincialis Castellæ, & Diffinitor Generalis, RR. Adm. PP. F. Joannes Antonius de Panormo Lector Jubilatus, Secretarius Generalis Ordinis pro Ultramontana Familia, F. Sebastianus de Villa Mediana Custos Provinciæ S. Joseph, & R. P. F. Franciscus Muñoz Lector Jubilatus, Pater Provinciæ Castellæ, & Commissarius Generalis Sanctorum locorum. Cum Sua Paternitas Reverendissima prima sessione proposuisset in voce prædictis RR. PP. supradictum litigium, & controversiam inter supradictas duas Provincias, super Jure suffragandi in proxime futura electione Vicarii Generalis; de communi consensu prædictorum PP. determinatum fuit, ut in proxima sessione sequenti prædictæ partes collitigantes exhiberent rationes, seu Instrumenta, quæ possent favere suo Juri: Ita factum est. Die trigesimo supradicti Mensis apparuerunt partes, hoc est RR. PP. Provinciales, & Custodes Provinciarum Angelorum, & Sancti Gabrielis, & exhibuerunt certa Instrumenta, quæ dixerunt esse informationes juridicas factas Anno millesimo sexcentesimo nonagesimo nono, in quo idem litigium motum est inter has Provincias pro Jure suffragandi in electione Vice-Commissarii Generalis hujus Familiæ.

Visis Instrumentis, & informationibus seriò, & matura reflexione, cum præcessisset suffragium, & dictamen consultivum dictorum PP. Sua Paternitas Reverendissima cum ipsis declaravit, & determinavit, Provinciam Angelorum debere manuteneri in possessione suffragandi in Electionibus Vicarii, & Vice-Commissarii Generalium, cum illi fuerat antiqua consuetudo; & etiam quia Illustrissimus Nuntius Apostolicus in his Regnis manuteneri decrevit, decreto exhibito die nona Septembris Anno præterito millesimo sexcentesimo trigesimo secundo.

Consequenter ad hæc declaravit Sua Paternitas Reverendissima, quod supradicta Provincia Ange-

lo-

lorum debebat pro nunc suffragari in electione proxime futura, relinquendo Provinciæ S. Gabrielis sollicitanti Jus, ut posset recurrere ad Tribunal superius, si ei convenit. Facta notificatione per R. P. Secretarium Generalem prædictæ sententiæ, appellavit R. P. Provincialis Provinciæ Sancti Gabrielis de illa, & admissa fuit appellatio, *ſ, & in quantum, & non retardata executione &c.* & in hac conformitate fuerunt convocati RR. PP. F. Petrus Pizzarro Minister Provincialis, & F. Blasius Hybarra Custos supradictæ Provinciæ Angelorum tanquam legitimi Vocales, ut concurrerent ad futuram electionem Vicarii Generalis.

Dicta Missa Solemni Spiritus Sancti, Congregati Vocales in Capitulo more solito, & relicti in sua libertate, die quinta supradicti Mensis Decembris supradicti Anni hora matutina processerunt ad electionem Vicarii Generalis, & facta est ritè, & canonicè in Persona supradicti Reverendissimi Patris Commissarii Generalis Indiarum, qui erat Præses illius, & est tenoris sequentis.

In Nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti Amen.

Hæc est electio Reverendissimi Patris Vicarii Generalis totius Ordinis Sancti Patris Nostri Francisci canonicè celebrata per RR. PP. Vocales, juxta Statuta Generalia Ordinis peculiariter vocatos, & congregatos in præsenti Conventu Sancti Francisci Matritensi Almæ Castellæ Provinciæ, Anno Domini Millesimo Septingentesimo primo, die verò quinta Mensis Decembris. Cum autem Reverendissimus P. F. Ludovicus *de la Torre* Minister Generalis migrasset ad Dominum, Reverendissimus P. F. Ildefonsus de Biezma Generalis Commissarius Indiarum, ac ejusdem Castellæ Provinciæ Filius, necnon dignior Pater, cui ex Jure Religionis sigilla, & Regesta contigerunt, quamcitius Adm. RR. PP. Diffinitores Generales convocavit, scilicet F. Augustinum *del Rosario* Provinciæ Portugalliæ. Fr. Joannem Duran *del Mantija* Provinciæ Sancti Gabrielis. F. Bartholomæum de Castro Provinciæ Granatensis. F. Lucam Alvarez de Toledo Provinciæ Castellæ, ejusdemque actualem Provincialem. F. Bernardum *de la Peña* Provinciæ Tertii Ordinis Legionensis.

Deinde sex itidem Provincias memoratas huic Castellæ Provinciæ viciniores, nempe Provinciam Castellæ, Aragoniæ, Conceptionis, Angelorum, Carthaginensem, & S. Joseph Discalceatorum; ex istarum unaquaque binos hoc ordine Vocales. Ex Provincia Aragoniæ (nam R. P. F. Joannes de Aragon, hujus, & Castellæ Provinciæ Custos in præsentiarum, ea jam inde apud Romanam Curiam abesse contingit) RR. PP. F. Josephum Garcia Provincialem, & Fr. Petrum Bonaventuram Galindo Custodem: Ex Provincia Conceptionis RR. PP. F. Didacum de Velasco Provincialem, & F. Antonium de Campos Custodem: Ex Provincia Angelorum RR. PP. F. Petrum Pizarro Provincialem, & F. Blasium de Ibarra Custodem: Ex Provincia Carthaginensi RR. PP. Ildefonsum Morenz Provincialem, & F. Antonium Lopez Custodem: Ex Provincia denique S. Joseph Discalceatorum, RR. PP. Fr. Joannem de S. Dominico Provincialem, & F. Sebastianum de Villa Mediana Custodem.

Hi omnes tanquam legitimi Vocales ad munus præfatæ Electionis Convocati in supradicto Conventu, ac præsenti loco concurrerunt. Præsidente autem retromamorato Reverendissimo P. F. Ilde-

fonso de Biezma, assignatisque duobus Disquisitoribus, & uno Secretario ex numero Electorum, ac observatis aliis omnibus, & singulis solemnitatibus, & circumstantiis à Constitutionibus Generalibus dispositis in Electionibus; ad hanc Vicarii Generalis Ordinis cum sex supra decem Suffragiis, ita deventum fuit.

R. P. F. Franciscus Espinosa P. Provinciæ Beticæ habuit unum suffragium.

R. P. F. Ferdinandus Monte Picerro Mallado P. Provinciæ Angelorum habuit unum suffragium.

R. P. F. Joseph Garcia Minister Provincialis Aragonensis habuit tria suffragia.

Reverand. P. F. Ildephonsus de Biezma Commissarius Generalis Indiarum habuit undecim suffragia.

Et ego Fr. Antonius Lopez Custos Provinciæ Carthaginensis, & unus ex Disquisitoribus, & Compromissariis, virtute compromissi in me, & in socios meos limitati, prædictum Reverendissimum P. F. Ildephonsum de Biezma Commissarium Generalem Indiarum, in quem Major pars Vocum consensit, nomine omnium, qui in dictam electionem concurrerunt, & consenserunt, in Vicarium Generalem totius Ordinis Regularis Observantiæ Sancti Francisci canonice electum nomino, & sic electum enuntio. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.

F. Ildefonsus de Biexma Præses Electionis.

F. Didacus de Velasco Minister Provincialis Conceptionis, & Disquisitor.

F. Sebastianus à Villa Mediana, Custos S. Joseph & Disquisitor.

Ita est F. Antonius Lopez Custos, Disquisitor, & Secretarius.

Epistola ejusdem, qua universo Ordini suam in Vicarium Generalem electionem significat.

Fr. Ildephonsus de Biezma, Catholicæ Majestatis Regis Hispaniarum Concionator, ejusdemque pro Regali Conceptionis Immaculatæ Congressu Theologus, ac totius Ordinis Seraph. P. N. Francisci Vicarius Generalis, & Servus,

Universis in Christo Jesu dilectissimis Fratribus, & Monialibus, tam Superioribus, quam Subditis nostræ curæ commissis, Spiritum Domini, & ejus S. operationem, pacem, & charitatem Seraphicam, Salutem, & vitam æternam.

Nos sine summo nostro dolore, parilique Ordinis nostri plenitudine morte præoccupatus, Nobis ereptus est Reverendissimus P. F. Ludovicus *de la Torre*, totius Ordinis Minister Generalis, & Prælatus dignissimus, Observantiæ nostræ Regularis singulare robur, ac decus: Cujus, cum Apostolici Nostri Instituti majus in dies incrementum, monasticeque Disciplinæ splendorem per totum Seraphicum Religionis Orbem promovendi studium, solertiam, atque vigilantiam, cuncti jure optimo mirarentur; tum animo nostro præcipue vires adhibuit, uti quæcumque per ipsum in nostri omnium ædificationem extant consultissime præstituta, ea prorsus debito nos ipsi præconio tolleremus, perque libenter, uti professioni nostræ proficua, complecteremur.

Cum itaque Providentia Dei (per quam unumquo-

Digitized by Google

quodque & habitum, & ordinem, & numerum, & quantitatem accipit propriam, nec est investigatio sapientiæ ejus) nunc denique effectum sit, ut in Generali Familiæ istius PP. Congressu, apud hoc regale S. Francisci Matritense Cœnobium, pro successore (juxta Constitutionum nostrarum præscriptum) noviter eligendo die labentis mensis Decembris quinta, coacto, atque celebrato; omnium circiter electorum aspirante suffragio, in Generalem totius Ordinis ejusdem Vicarium, meritis licet imparibus, ritè cooptarremur; deque parvitate mea Altissimo placuerit illud educare, ut ego, mediante electione legali, atque canonica, orphanæ nostræ Franciscanæ familiæ fierem in Servum, Prælatum, & Patrem. Harum propterea nostrarum serie, vos omnes, & singulos reddimus certiores de hac dispositione facta in humilem meam personam. Vobis cognoscere facientes cor Patris ad Filios, viscera Paterni affectus; me nimirum universis, & singulis Vobis offerens, ut circa vos ipsos omnia ea peragam munera, quæ, juxta D. Bonaventuræ sententiam, sunt boni Prælati; me videlicet agnoscere Patrem Fratrum meorum, non Dominum. Utque perpaucis rem verbis absolvamus, id unicum præ oculis in Præsulatus Nostri progressibus habituros pollicemur, quatenus Instituti ipsius nostri, ac Regulæ purioris observantiæ zelo, atque solicitudine, ex officii nostri munere, non neglectis, contra fortiter, ubi opus extiterit, ac suaviter erga Subditos nostros cum Deo prospera favente, disponamus.

In primis vero, quandoquidem ex ipsiusmet Ordinis nostri Constitutionibus Nobis itidem incumbat, ea diligenter suffragiorum, ac precum religiosæ charitatis officia pro memorati Reverendissimi Prædecessoris defuncti anima quantociter a nostratibus exhiberi, quæ ibidem expresse continentur; Cum Justitiæ omnis initium sit, reddere omnibus debita, non defraudare aleemosynam pauperis, non transvertere ab inope oculos, neque protrahere datum angustiato, harum earumdem nostrarum tenore, universis Provinciarum, & Conventuum nostrorum Prælatis injungimus, & mandamus, onerando desuper eorum Conscientias, ut (qui nondum parentarunt eidem Reverendissimo Prædecessori nostro defuncto debita illi Sacrificiorum, & precum suffragia) illico his visis, in hac nostra Cismontana Familia, ad formam Statutorum Segoviensium, faciant pro anima ejusdem, a quolibet Sacerdote sibi subjecto celebrari tres Missas, a quolibet Clerico recitari tria Defunctorum officia, & a quolibet Laico dici tercenties *Pater*, & *Ave*; in Ultramontana vero, juxta tenorem Statutorum Romanorum 1652. cart. 3. §. 9. n. 2. curent ad ejusmodi effectum decantari a quolibet Conventu unam Missam solemnem, cum uno Defunctorum officio, a quolibet item Sacerdote dici duas Missas, & a singulis Clericis, Laicis, & Monialibus nostris tres Coronas B. V. & tres Stationes. Ad quorum infallibilem effectum, de plenitudine nostræ auctoritatis, applicamus ex nunc in singulis Ordinis nostri Conventibus totidem Missas pro Anima præfati Reverendissimi P. defuncti, sublata omnibus Nobis subordinatis Prælatis, & Subditis potestate, eas aliter applicare volendi; concedentes de eadem plenitudine nostræ auctoritatis, & gratiæ, ut Sacerdotes, Clerici, Laici, & Moniales, ultimo die, quo complebunt hoc debitum suum, possint eligere quemcumque Confessarium approbatum ab Ordine, & ab eodem, nostra auctoritate absolvi a quibuscumque peccatis, & censuris, ad quas nostra se potestas extendit.

Quoniam verò omnia per eumdem Dominum nostrum prædecessorem in literis ejus, vel aliter disposita, decreta, ordinata, concessa comperimus tanta maturitate, & pondere, ad bonum commune, & uniuscujusque particularem utilitatem fuisse disposita, decreta, ordinata, mandata, atque concessa: eadem omnia, & singula approbamus, renovamus, & confirmamus, ac tamquam emanata a Nobis haberi volumus, & mandamus, donec aliter judicaverimus disponendum, vel circa aliqua particulariter providendum; comprehendentes sub hac nostra dispositione omnes commissiones ad visitandum, vel regendum Nationes, aut Provincias, tam inceptas, quam incipiendas, nec non universas institutiones, obedientias, & mandata, juxta terminos, tenores, & formam dispositionis eorum.

Quantùm verò ad ejusdem Literas Pastorales, & Decretales datas Romæ die 22. Augusti 170e. attentione per Nos habita, quod illæ sint omnino tam ad puriorem observantiam Regulæ utiles, Constitutionibusque Nostris conformes, quam ad communem profectum conducentes, illas volumus, præcipimusque, sub pœnis in eis contentis, exactè, inviolabiliterque servari: temporibusque, quibus, juxta Ordinis Statuta legendæ sunt Apostolicæ declarationes super Regulam nostram, post lectionem earum, legi in Communitate Capitulariter congregata.

Cœterum charissimi Filii, solicitudine Paterna Vos omnes hortamur, ut memores vocationis, qua Vos Deus vocavit ad altitudinem Vitæ Seraphicæ, caveatis ab illa districtione Judicii, qua arguendi sunt illi, qui quod professione voverunt, opere contempserunt implere. Quod estis professione, actione potius, quam nomine demonstrare satagite; ut nomen congruat actioni, nominique correspondeat actio. Ac denique, quia juxta dictum D. Gregorii mens pia Pastoris, non propriam, sed gloriam quærentis Auctoris, vult adjuvari ab omnibus: Vos omnes rogamus in Domino, ut in hoc servitutis meæ principio mecum recurratis ad primum Nostrum Principium; ut oratione sincera, quæ sit Mater, & origo sursum actionis in Deum, Nobis mittatur de Sedibus magnitudinis suæ Sapientia illa, qua constituit hominem, ut dominaretur creaturæ, quam fecerat, ut in æquitate, & justitia disponeret Orbem, & in directione cordis judicaret judicium.

Volumus autem, & expressa mandamus omnibus Provinciarum, & Custodiarum Nostrarum Prælatis, ut has nostras præsentes, quantocius in omnibus, & singulis administrationis suæ Conventibus, Residentiis, & locis, coram tota Communitate capitulariter congregata, faciant publicari: Guardianis vero, aliisque Superioribus Localibus, ut earum transumptum in libro Conventus transcribant. Volumus quoque sub indignationis nostræ incursu, ut tam de publicatione hujusmodi, quam de accepto transumpto ad effectum, ut supra, Provinciales, & Custodes, Nos, vel Reverendissimum Patrem Commissarium Generalem Ultramontanæ Familiæ nostræ respectivè in forma probante (videlicet per actum in scriptis, subscriptum ab omnibus Superioribus Localibus) certiores efficiant. Datum Matriti in Conventu Nostro Sancti Francisci, hac die au. Decembris ayur.

F. Ildephonsus de Bieema Vicarius Generalis.
Loco ✠ Sigilli.

De mandato suæ Rmæ Paternitatis
F. Joannes Antonius de Panormo
Secretarius Generalis Ordinis.

Qui

Qua publicata Epistola Commissarius Generalis Familiæ, Procurator Generalis Ordinis, & Commissarius Curiæ Pontificem adierunt, eumque humiliter sunt precati, ut dignaretur illum declarare Ministrum Generalem, quemadmodum fecit Literis sequentibus in forma Brevis.

Dilecto Filio Ildephonso de Biezma Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum professori.

CLEMENS PAPA XI.

Dilecte Fili Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Religionis zelus, vitæ, ac morum honestas, aliaque laudabilia probitatis, ac virtutum merita, super quibus apud Nos fide digno commendaris testimonio, Nos inducunt, ut te specialibus favoribus, & gratiis prosequamur. Cum itaque, sicut dilecti Filii Commissarii Generales Familiæ Cismontanæ, ac Discreti, & Officiales Curiæ Ordinis Minorum S. Francisci, tam de Observantia, quam Reformatorum respectivè nuncupatorum, Nobis nuper exponi fecerunt, Tu, qui Frater expresse professus dicti Ordinis existis, per obitum quondam Luduvici *de la Torre*, ultimi illius Ministri Generalis, quem nondum completo Generalatus sui sexennio nuper ab humanis decessit, juxta Statuta ejusdem Ordinis per Sedem Apostolicam confirmata, ob egregia tua merita in Vicarium Generalem ipsius Ordinis usque ad complementum supradicti sexennii, ad quod idem Ludovicus in Officio Generalatus hujusmodi durare debebat, canonicè electus fueris; Tu vero ratione Vicariatus Generalis hujusmodi, eadem auctoritate, qua Minister Generalis Ordinis prædicti pro tempore existens utitur, pari modo utaris, cupiantque propterea iidem Exponentes, ut titulo, & denominatione Ministri Generalis hujusmodi decoreris, quemadmodum alias in casibus similibus à Sede Apostolica indultum fuit. Hinc est, quod nos eorundem Exponentium votis hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere, Teque, præmissorum meritorum intuitu, speciali favore gratiæ prosequi volentes, Tuique, & illorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, a jure vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium duntaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorumdem Exponentium nomine, Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Tibi ut etiam titulo, & denominatione Ministri Generalis Ordinis prædicti, usque ad illius proxime futurum Capitulum Generale, uti, frui, & gaudere, Teque Ministrum Generalem in quibusvis literis, Decretis, aliisque scripturis inscribere libere, & licite possis, & valeas, necnon interea Minister Generalis ejusdem Ordinis in quibusvis actibus, & functionibus, tam publicis, quam privatis haberi, & reputari debeas in omnibus, & per omnia, perinde ac si in Ministrum Generalem Ordinis hujusmodi electus repereris, auctoritate Apostolica, tenore præsentium concedimus, & indulgemus; Decernentes easdem præsentes literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac Tibi in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, & spectabit in futurum inviolabiliter observari, sicque in præmissis per quoscunque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, Constitutionibus, ac Ordinationibus Apostolicis, necnon, quatenus opus sit, dicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis Statutis, & Constitutionibus, Privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis, quibus omnibus, & singulis illorum tenores, præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice duntaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Dat. Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die 23. Januarii 1702. Pontificatus Nostri Anno secundo.

F. Oliverius.

Dismembrantur a Provincia S. Petri de Alcantara Regni Neapolis Cœnobium Sanctæ Luciæ de Monte, & Hospitium in Oppido Portici, quæ uniuntur Provinciæ ejusdem S. Petri Regni Castellæ pro FF Minoribus Discalceatis Hispaniæ.

CLEMENS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Commissi Nobis cœlitus Pastoralis officii ratio postulat, ut exorta inter Religiosos Viros Animorum dissidia, ne fraternæ charitatis compagem dissolvant, opportunis rationibus dirimere, ac ipsorum Religiosorum statui, & quieti, quantum Nobis ex alto conceditur, providere studeamus.

§. 1. Cum itaque, sicut accepimus, inter dilectos filios Fratres Neapolitanos, & Hispanos Provinciæ Sancti Petri de Alcantara in Regno Neapolitano Fratrum Discalceatorum Hispaniæ Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum, plures controversiæ exortæ reperiantur, fierique nequeat, ut dicti Fratres habitatione, & rerum communione conjuncti, animis, & contrariis studiis non dissideant, ac proinde expediat eos ab invicem segregari, ita scilicet, ut Conventus S. Luciæ de Monte nuncupat. Civitas Neapolitan. dictæ Provinciæ, & Hospitium dicti S. Petri de Alcantara loci de Portici ejusdem Provinciæ Neapolitan. Diœcesis Fratribus dumtaxat Hispanis, Neapolitanis exclusis, assignentur: Alii vero Conventus Provinciæ prædictæ, qui octo de præsenti numerantur, Fratribus Neapolitanis tantum remaneant; Hinc est, quod Nos pro paterna, pastoralique nostra solicitudine agrum Dominicum dictæ Provinciæ ad bonam frugem, & abundantiam pacis, charitatisque reducere cupientes: Motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis ple-

situdine, Conventum S. Luciæ de Monte, & Hospitium S. Petri de Alcantara in Regno Neapolitano, tenore præsentium perpetuo separamus, & dismembramus, illaque sic separata, & dismembrata, Provinciæ ejusdem S. Petri de Alcantara Regni Castellæ Fratrum Discalceatorum dicti Ordinis itidem perpetuo unimus, annectimus, & incorporamus. Volentes, & harum serie ordinantes, ut in illis Religiosi Hispani dumtaxat, qui deinceps Ministro Provinciali secundo dictæ Provinciæ pro tempore existenti subjecti sint, ac Missionibus, ad spiritualem instructionem militum Hispanorum in Civitate, & Regno Neapolitano prædictis degentium, ac præsidiorum, Arcium, seu Portuum Tusciæ, a dicto Regno Neapolitano dependentium, operam dare, illisque verbum Dei prædicare, & Sacramentales eorum Confessiones audire teneantur, habitent, & collocentur; alii verò octo Conventus prædictis Religiosis Neapolitanis, & Italis tantum remaneant, ac primo dicta Provincia octo Conventibus hujusmodi constans, in futurum Ministro Generali, seu Commissario Generali Italiæ Ordinis prædicti, pro tempore pariter existenti, subjaceat, modo, & forma a Congregatione Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita præscribendis gubernetur.

§. 2. Ac decernentes ipsas præsentes literas, & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo, quod quilibet in præmissis jus, vel interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes, etiam specifica, & individua mentione, & expressione digni illis non consenserint, nec ad ea vocati, citati, auditi, neque causæ, propter quas præsentes emanarint, adductæ, aut verificatæ, & justificatæ fuerint, aut quavis alia, etiam quantumlibet juridica, pia, & privilegiata causa, colore, prætextu, & capite, etiam in corpore juris clauso, etiam enormis, enormissimæ, & totalis læsionis, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, aut interesse habentium consensus, aliove quolibet, etiam quantumvis formali, & substantiali, individuamque expressionem requirente defectu, notari, impugnari, infringi, retractari, in controversiam vocari, seu ad terminos juris reduci, aut adversus illas aperitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium impetrari, vel intentati, aut impetrato, seu etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus concesso, vel emanato, quempiam in judicio, vel extra illud uti, seu se juvare ullo modo posse, sed ipsas præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari.

§. 3. Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. prædictæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, & Apostolicæ Sedis Nuncios, aliosque quoslibet quacumque præeminentia, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus Apostolicis, nec non prædictorum Ordinis, Provinciarum, Conventuum, & Hospitii, aliisve quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis etiam dicto Ordini, ejusque Superioribus, & quibusviis aliis personis, & locis, sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, & Decretis irritantibus, & alias quomodolibet in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenore hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, inserti forent, eisdem præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die xv. Septembris 1702. Pontificatus nostri anno secundo.

Confirmatur Constitutio Innocentii XII. de primatu pro Provincia S. Didaci Novæ Hispaniæ Min. ac Observ. Discal. contra Eremitas Sancti Augustini Provinciæ Nominis Jesu.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Aliàs a fel. rec. Innocentio Papa XII. prædecessore nostro emanarunt, ad favorem dilectorum suorum Filiorum Fratrum Provinciæ S. Didaci novæ Hispaniæ in Indiis, Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observ. Discalc. nuncupat. literæ in simili forma Brevis, tenoris, qui sequitur, videlicet.

§. 1. *Innocentius Papa XII. Ad futuram rei memoriam*. Emanavit nuper (Reliqua vide supra pag. 338.) Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 4. Aprilis 1700. Pontificatus nostri anno nono.

§. 2. Cum autem, sicut dilectus Filius Paulus Lopez F. expresse professus, ac Diffinitor, & Proc. Generalis Provinciæ, & Ordinis prædictorum, Nobis nuper exponi fecit, prædicti Archiepiscopus Mexican. & antiquior Canonicus Metropolitanæ Ecclesiæ Mexican., quibus dictus Innocentius Prædecessor executionem præinsertarum suarum literarum demandaverat, easdem literas executioni demandare neglexerint, seu tenuerint, ac interea Fratres secundo dicti Ordinis apud Nos recursum habuerint, ut causam hujusmodi, cum dubiorum distinctione, iterum ad eamdem Congregationem Cardinalium examinandam remitteremus. Nos vero recursum hujusmodi per quoddam Rescriptum die 17. Octobris proxime præteriti jussu nostro emanatum rejecerimus, ac Religiosos prædictos eisdem præinsertis literis omnino parere mandaverimus, ac proinde idem Paulus Definitor, & Procurator Generalis illas Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri, nec non debitæ executioni demandari plurimum desideret. Nos ipsum Paulum Definitorem, &

Pro-

Procuratorem Generalem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, præinsertas Innoc. Prædecessoris literas auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus. Ac earumdem præinsertarum literarum executionem dilectis etiam filiis Inquisitoribus contra hæreticam pravitatem, in Civitate Mexican. auctoritate præfata deputatis, cum facultatibus, & auctoritatibus; ac alias modo, & forma in præinsertis literis hujusmodi contentis, & expressis, dicta auctoritate, harum serie committimus, & demandamus.

§. 3. *Decernentes* easdem præsentes, & præinsertas literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nec non omnibus, & singulis illis, quæ præinsertis Innocentii Prædecessoris literis concessa sunt non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 4. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides ubique locorum, tam in judicio, quam extra illud, habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 24. Novembris 1702. Pontificatus nostri Anno Tertio.

DECRETUM.

Card. Protect., quo ex audientia Sanctissimi conceditur Ministro Generali Tertius Secretarius Linguarum.

Fabritius Tit. S. Chrysogoni S. R. E. Presbyter Cardinalis Spada, ac totius Ordinis Sancti Francisci Protector,

Reverendissimo P. Joanni Ildephonso de Biezma ejusdem Ordinis Generali Ministro Salutem in Domino sempiternam.

CUm per R. P. Procuratorem Generalem dicti Ordinis in Conventu Aracœlitano residentem, in executionem dispositorum per Capitulum Victoriense 1694., & Romanum 1700. fuerit nomine P. V. Reverendissimæ repræsentatum SS. Domino Nostro Papæ Clementi XI. & supplicatum, ut Sanctitas Sua dignaretur abrogare statutum quoddam factum in Capit. generali Romæ celebrato ann. 1676., & postea confirmatum in forma specifica per Breve S. M. Inn. XI., incipiens *Militantis Ecclesiæ* an. 1676. expeditum, in quo ab assistentia Ministri Generalis omnino auferebatur Tertius Secretarius Linguarum, utpotè pro illo tempore superfluus, nunc verò maxime expediens, & necessarius. Sanctitas autem sua, ad hujusmodi supplicationem benigne condescendens, dignata fuerit Nobis vivæ vocis oraculo declarare, suæ mentis esse reponere P. V. Reverendissimam, ac Ministrum Generalem pro tempore in illa libertate, in qua reperiabatur usque ad dictum an. 1676. ac si præfatum statutum Capituli Generalis dicti anni factum non fuisset, nec confirmatio Apostolica in forma specifica desuper emanasset, itaut P. V. Reverendissima, & futuri Ministri Generales possint, ac valeant, ad ipsorum libitum, assumere Secretarium Linguarum, prout in Domino expedire censuerint, non obstantibus prædictis statuto abrogativo officii Secretarii Linguarum, ac confirmatione Apostolica. Quapropter, dum Oraculum Sactitatis Suæ per Nos acceptum, hisce nostris Literis P. V. Reverendissimæ manifestamus, eidem nos in Domino plurimum commendamus. In quorum fidem has literas nostras propria manu subscriptas, & officii sigillo in similibus uti solito muniri fecimus. Datum Romæ ex Ædibus nostris, hac die 30. Septembris An. Domini 1702.

F. Cardinalis Spada Protector.

Loco ✠ Sigilli.

Ubaldus Lucidi Pro-Secretarius.

Congregatio Generalis intermedia celebranda erat in Vigilia Pentecostes Anni 1703. Mense Maii die 26., sed summus Pontifex ob temporum illorum calamitates judicavit non expedire illam celebrare, ut constabit ex sequenti Brevi, in quo constituit Commissarium Generalem tam Observantium, quam Reformatorum Reverendissimum P. Jo: Antonium à Panormo.

Dilecto Filio Joanni Antonio à Panormo Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum professori.

CLEMENS PAPA XI.

Dilecte Fili salutem, & Apostolicam Benedictionem.

REligionis zelus, vitæ, ac morum honestas, aliaque laudabilia probitatis, & virtutum merita, super quibus apud Nos fide digno commendaris testimonio, Nos inducunt, ut Tibi reddamur ad gratiam liberales. Cum itaque, sicut accepimus, in Congregatione Generali intermedia Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum, quæ in alma Urbe nostra propediem, nempe in Vigilia Festi Pentecostes proxime venturi, celebranda esset, unus ex Fratribus Familiæ Cismontanæ in Commissarium Generalem Fratrum tam de Observantia, quam Reformatorum nun-

Digitized by Google

nuncupatorum ejusdem Familiæ Cismontanæ, qui dictam Familiam ad tempus ab Apostolicis, & Ordinis prædicti Constitutionibus præfixum gubernet, eligi debeat: verum Congregationem Generalem intermediam hujusmodi, ob temporum præsentium calamitates, hac vice celebrari minime expediat. Hinc est, quod Nos, de hujusmodi Commissario Generali prædictæ Familiæ, ad Dei gloriam, ac Religionis incrementum, & felicem progressum, providendo, ex commisse Nobis Cœlitus dispensationis munere, mature cogitantes, ac considerantes, Tu, qui Frater expresse professus, & Lector Jubilatus Provinciæ Romanæ dicti Ordinis, ac in Fratrum nostrorum S. R. E. Card. in tota Republica Christiana adversus Hæreticam pravitatem Generalium inquisitorum ab hac S. Sede specialiter deputatorum Congreg. Qualificator, ac etiam in Congregatione ejusdem S. R. E. Card. tam Indici librorum prohibitorum, & expurgatorum, quàm Sacris Ritibus præpositorum Consultor existis, Secretarii Generalis Ordinis hujusmodi officium, jam fere à triennio, laudabiliter exercuisti, & exerces de præsenti, Teque, harum intuitu, specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, à jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibusvis quomodolibet innodatus existis, ad effectum præsentium duntaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, motu proprio, & ex certa scientia, & matura deliberatione Nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, Te memoratæ Familiæ Cismontanæ Fratrum tam de Observantia, quam Reformatorum nuncupatorum dicti Ordinis Commissarium Generalem, ad tempus, quo ejusmodi officium, juxtà Regularia dicti Ordinis instituta per Sedem Apostolica confirmata, durare consuevit, statimque dilectus Filius modernus Commissarius Generalis Familiæ Cismontanæ hujusmodi tempus suum compleverit inchoandum, cum omnibus, & singulis præeminentiis, prærogativis, facultatibus auctoritate, Privilegiis, gratiis, & indultis, ac honoribus, solitis, & consuetis, tenore præsentium, creamus, facimus, ac constituimus, & deputamus. Mandantes propterea in virtute Sanctæ Obedientiæ, ac sub nostræ, aliisque arbitrii nostri pœnis, omnibus, & singulis Ordinis præsentis Superioribus, Fratribus, & Personis, ut Te, ad demandatum Tibi per præsentes Commissarii Generalis Familiæ Cismontanæ hujusmodi Officium, illiusque liberum exercitium, juxtà earundem tenorem præsentium, recipiant, & admittant, Teque recognoscant, & Tibi in omnibus idem officium concernentibus, pareant, & obediant, faveantque, & assistant respectivè: ac decernentes easdem præsentes literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac Tibi in omnibus, & per omnia plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non præfatorum Ordinis, & Familiæ, aliisque quibusvis, etiam juramento, confirmatione, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & Consuetudinibus, Privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis, quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, ac sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die 20. Januarii 1703. Pontificatus nostri Anno Tertio.

F. Oliverius.

Locus ✠ Sigilli.

DECRETUM.

Quo SS. prohibet, præsertim Regularibus, ne certis in locis celebrare audeant.

Quoniam Sancta Sanctè tractanda sunt, ac præsertim incruenti Sacrificii Mysterium, quod omni Religionis cultu, & veneratione peragendum est, propteres super observandis, & evitandis in celebratione Missarum in Sacrosanctis œcumenicis Conciliis, & præsertim Tridentino sub cap. unico sess. 22. inter cæteras statutum est, ut tantum Sacrificium solummodo in Ecclesiis, aut Oratoriis, Divino tantum cultui dicatis, celebraretur, præcipiendo Episcopis, & locorum Ordinariis, ne privatis in domibus, atque omnino extra Ecclesias, peragi paterentur, ac subinde Sac. Congregat. Cardinalium ipsius Concilii Tridentini executioni, & interpretationi præpositorum, sæpe sæpius per opportuna Decreta obrepentes abusus eliminavit.

Modernis autem temporibus innotuit SS. Domino nostro, quod nonnulli Episcopi, prætextu privilegiorum Capellis Episcopalibus competentium, & complures Regulares sub prætextu privilegiorum, quæ ipsis a Sancta Sede indulta noscuntur, per hujusmodi privilegiorum dilatationem, seu potius excessum, & abusum, in nonnullis Diœcesibus, præsertim Regni Neapolitani, & in ipsa Neapolis Civitate, ea sibi licere putant, quæ permissa non sunt, quinimmo prohibita: siquidem nonnulli Episcopi, etiam in aliena Diœcesi, & extra Domum propriæ habitationis, in privatis Laicorum domibus erigi faciunt Altare, ibique per unum, aut plures ex suis Capellanis vivificam Christi hostiam immolare; Regulares vero in quibusdam Magnatum, seu aliarum nobilium personarum privatis Oratoriis, quæ certis quandoque ex causis a Sancta Sede concedi solent, celebrare audent, vel plures Missas, quam in ipsis, celebrare sit indultum, vel absque præsentia personarum, quarum contemplatione gratiosa concessio emanavit, vel extra debitas horas, & post meridiem, vel illis etiam diebus, quibus per constitutiones diœcesanas, aut etiam per Decreta Sacræ Congregat. Concilii celebrari prohibetur, aut quæ in ipsis Indultis Apostolicis excipiuntur, quominus in iis celebrari possit, aut etiam Altari portatili uti non verentur, in sanctarum sanctionum contemptum, & Sancti Sacrificii irreverentiam.

Quamobrem ad abusus hujusmodi eliminandos, & ad instaurandam venerationem tremendo Ministerio debitam, idem SS. D. N. ex unanimi voto S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum,

in-

inhærendo declarationibus alias hac de re editis, expresse declarat, Episcopis, & his majoribus Prælatis, etiamsi Cardinalatus dignitate fulgentibus, neque sub prætextu privilegii clausi in corpore juris, neque alio quocumque titulo, ullo modo licere extra domum propriæ habitationis, in domibus Laicis, etiam in propria Diœcesi, quod fortius intelligitur in aliena, etiamsi Diœcesani consensus adhiberetur, erigere Altare, ibique Sacrosanctum Missæ Sacrificium celebrare, seu celebrari facere, ac pari modo in Oratoriis privatis, quæ per Sanctam Sedem concessa fuerint, non licere Regularibus cujusvis Ordinis, aut instituti, seu Congregationis, etiam Societatis Jesu, aut etiam cujuscumque Ordinis Militaris, etiam Sancti Joannis Hierosolymitani, aut aliis quibuscumque Sacerdotibus, etiamsi essent Episcopi, in iis celebrare in diebus Paschatis Resurrectionis, Pentecostes, Nativitatis Domini Nostri Jesu Christi, aliisque anni festis solemnioribus, ac diebus in Indulto exceptis.

In reliquis vero diebus prædictis Regularibus, seu Sacerdotibus quibuscumque, etiam Episcopis, in præfatis Oratoriis celebrare non licere, ubi etiam unica Missa, quæ in Indulto conceditur, celebrata fuerit, super quo celebraturus teneatur diligenter inquirere, & de eo se optime informare, atque illa, etiam in casibus permissis, celebrari nequeat post meridiem; demandando propterea ulterius, ac declarando in omnibus hujusmodi casibus, personas quascumque dictas Missas audientes nullatenus Ecclesiæ præcepto satisfacere.

Quo vero ad Altare portatile, iterum inhærendo declarationibus supradictis, censuit licentias, seu privilegia concessa nonnullis Regularibus *in cap. in his de privilegiis*, & per aliquos Summos Pontifices aliis Regularibus communicata, utendi dicto Altari portatili, in eoque celebrandi, absque Ordinariorum licentia, in locis, in quibus degunt, omnino revocata esse per idem Sacrum Concilium, & propterea eosdem Regulares prohibendos, ne illis utantur, ac demandandum, prout præsentis Decreti tenore mandat Episcopis, aliisque Ordinariis locorum, ut contra quoscumque contravenientes, quamvis Regulares, procedant, etiam tamquam Sedis Apostolicæ delegati, ad pœnas præscriptas per idem Sacrum Concilium *in dicto Decreto sess.* 22. usque ad censuras latæ sententiæ, tributa etiam eisdem facultate per hoc Decretum ita procedendi, perinde, ac si per Sanctam Sedem specialiter concessa fuisset, & ita Sanctitas Sua declarat, & servari mandat. Romæ, die 15. Decembris 1703.

Conceduntur Privilegia ex-Provincialium Missionariis in Æthiopia Ord. Min. de Ob. Refor.

CLEMENS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Justitiæ, & æquitatis ratio postulat, ut operarii in vinea Domini strenue, utiliterque laborantes, præmiis, & honoribus decorentur, quibus & ipsi ad constanter in suis laboribus persistendum, & alii, ad ejusmodi labores alacriter subeundos, stimulentur.

§. 1. Cum itaque, sicut accepimus, Fratres Missionarii Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia Reformatorum nuncupatorum, in Æthiopiam pro tempore deputati, sive illuc ex Europa se conferendo, propter itinerum pec aspera, & deserta loca, montesque agrndorum difficultates, & pericula, sive ibi commorando, propter immodicos illarum regionum calores, & diversi climatis, ciborumque insalubrium qualitates, eorum naturæ contrarias, maximos labores sustineant; Quo vero eorum animi ponderi non succumbant, & in susceptis pro catholicæ Fidei, Christianæque Religionis propagatione laboribus hujusmodi confirmentur, & defessis, seu mercedem emeritis, novi semper, & alacres, strenuique operarii succedant, spe alicujus honoris, & præmii, sublevandi, & excitandi sint. Hinc est, quod Nos, ex commissæ nobis cœlitus dispensationis munere, illorum honorificentiæ consulere volentes, de nonnullorum, ex Venerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus Congregationis negotiis Propagandæ Fidei præpositæ super rebus Æthiopiæ specialiter deputatorum consilio, ac motu proprio, & ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, dictis Fratribus Missionariis, ut post servitium, seu Ministerium in Missione Æthiopiæ per duodecim annos dictæ Congregationi Cardinalium perseveranter, & laudabiliter præstitum, si ad suas proprias dicti Ordinis Provincias redire voluerint, reversi omnibus, & singulis privilegiis, prærogativis, præeminentiis, & præcedentiis, quibus Fratres dicti Ordinis, qui Ministri Provinciales fuerunt, tam de jure, usu, & consuetudine, quam alias quomodolibet utuntur, fruuntur, & gaudent, ac uti, frui, & gaudere possunt, & poterunt in futurum, pari modo, & absque ulla prorsus differentia, uti, frui, & gaudere libere, & licite possint, & valeant in omnibus, & per omnia, perinde ac si Provincialatus munere perfuncti fuissent, itaut inter ipsos Fratres Missionarios, ac Ex-Provinciales servetur æqualitas, & quoad ordinem præcedentiæ, sola prioritas, sive antianitas Paternitatis attendatur, tenore præsentium concedimus, & indulgemus.

§. 2. Decernentes easdem præsentes Literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari; sicque, & non aliter in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac dicti Ordinis, ejusque Provinciarum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris, die xi. Januarii 1704. Pontificatus Nostri Anno Quarto.

Con-

Digitized by Google

Confirmatur Decretum Congregationis Episc., & Regul. approbans divisionem Provinciæ S. Antonii in Regno Portugalliæ Fratrum Min. Reform. in duas sub certis conditionibus.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

NUper pro parte dilectorum filiorum Ministri Provincialis, & Superiorum Provinciæ S. Antonii in Regno Portugalliæ, Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia Reformatorum nuncupatorum, Congregationi Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositæ exposito, quod cum in ipsa Provincia numerus Conventuum, & Religiosorum notabiliter auctus reperiretur, prædicti ejus Religiosi, ob locorum distantiam, & ardua itinera, multa patiebantur incommoda, ac inter eos continuæ dissensiones, lites, gravissimæque inordinationes oriebantur, ac proinde his, aliisque inconvenientibus in Capitulo Provinciali Provinciæ præfatæ, quod die 16. Januarii 1694. in Conventu S. Antonii loci de Castagneira celebratum fuit, consideratis, de eadem Provincia in duas dividenda, si ad id hujus Sanctæ Sedis licentia accederet, illam approbante, & confirmante tunc existenti Ministro Generali dicti Ordinis, qui in eodem Capitulo Præsidentis munere fungebatur, deliberatum fuerat, subinde vero eadem divisio, repartitis per tres Religiosos qualificatos Conventibus, ac tresdecim ex eis uni, totidemque alteri sic de novo erigendis Provinciis assignatis, in Capitulo Generali mense Junii ejusdem anni, in Oppido, Civitate nuncupat. Victoriæ itidem celebrato, a Discretorio, dicto Ministro Generali, & Definitorio Generali ibidem congregatis iterum approbata, ac novissime, nempe die 17. Februarii 1703. eadem divisio altera vice proposita in Capitulo Provinciali in prædicto Conventu convocato, prævia reformatione circa aliqua pacta, plenis votis, & nemine discrepante, cum conditionibus in eodem Capitulo stabilitis, acceptata fuerat.

Et in eadem expositione subjuncto, quod cum prædicta Cardinalium Congregatio ad Venerabilem Fratrem Michaelem Angelum Archiepiscopum Tarsen. in Portugalliæ, & Algarbiorum Regnis nostrum, & Apostolicæ Sedis Nuntium pro informatione super dicta divisione scripsisset, prædictus Michael Angelus Archiepiscopus, & Nuntius transmiserat ad ipsam Congregationem Cardinalium, una cum sua informatione, conditiones sequentes.

Primo, videlicet, ut Provincia Ulyssiponen. suum proprium nomen S. Antonii retinere, altera vero sic de novo erigenda Provincia, Conceptionis de Beyra, & Migno nuncupari, ac convenienti sigillo uti deberet.

Secundo, quod expensæ pro expeditione præsentium literarum ab utraque Provincia pro æquali portione fierent.

Tertio, ut eleemosynæ communes ordinariæ nuncupatæ, quas charissimus in Christo filius Petrus Portugalliæ, & Algarbiorum Rex pro sua Regia pietate singulis annis Provinciæ supradictæ facere solet, æqualiter dividerentur, itaut Provinciæ erigendæ illa pars obveniret, quæ ad quemlibet suorum Conventuum spectabit.

Quarto in suffragia pro Religiosis defunctis, qui professionem ante perventam divisionem emisissent, ab utraque Provincia persolverentur, ac dicti eorum obitus per literas notificari deberet, prout de præsenti fieri solet.

Quinto in Conventu supradicto S. Antonii Ulyssiponen. duæ Cellæ assignatæ erunt pro duobus Religiosis Procuratoribus novæ Provinciæ erigendæ hujusmodi, quotiescumque eos ad prædictam Civitatem, pro ipsius Provinciæ negotiorum expeditione, accedere contigisset.

Sexto liceret unicuique ex Religiosis alterutram ex dictis Provinciis, intra sex menses a die conclusionis dictæ divisionis incipien. eligere.

Septimo ex duobus Conventibus, qui in districtu loci de Maragnon nempe de Gran Para, & præfati de Maragnon locorum respective nuncupat. siti sunt, primodictus ad Ulyssiponen. alter vero ad Conceptionis prædictas Provincias respective spectabunt; hac tamen conditione, quod præfatus Conventus dicti loci de Maragnon Religiosos Provinciæ Conceptionis erigendæ hujusmodi eo tempore, quo inibi Hospites erunt, caritative excipiet, parique caritate ab altero Conventu ejusdem loci de Para excipientur Religiosi Provinciæ Ulyssiponen. præfatæ, & ibidem curabuntur, si eos aliqua infirmitate tempore Missionum corripi contingat, Missiones vero hujusmodi inter Fratres utriusque Provinciæ æqualiter dividantur.

Octavo repartitio Conventuum sic fiat, scilicet, ut relictis Provinciæ S. Antonii omnibus illis Conventibus, qui usque ad oppidum, seu locum de Castagneira inclusive siti sunt, nova fundatio Conventus de Figuereio de Campo nuncupat., cæteriquo alii Conventus, qui a Serem, & Vizeu usque ad flumen Mignum reperiuntur, ad novam Provinciam Conceptionis prædictam spectare debeant. Collegii autem Conimbricen. licet illius gubernium in solidum penes Provinciam S. Antonii remaneat, dicta nova Conceptionis Provincia usum habeat, hac forma nempe, quod in ipsum Collegium Collegiales utriusque Provinciæ æquali numero admittantur, & indistincte tractabuntur, prout hactenus observatum fuit, deficientibus vero eleemosynis pro illius sustentatione, utraque Provincia, pro rata, juxta Religiosorum numerum in eo commorantium, illas subministrabit. Lectores artium alternatim, Theologiæ vero de prima, & tertia, juxta antianitatem uniuscujusque, itaut quælibet Provincia Lectorem suum semper habeat, constituantur.

§. 1. Præterea, si nova Provincia Conceptionis prædicta aliquem situm pro construendo Dormitorio, aliisque sibi necessariis commodum inveniret, consequi posset, divina autem officia in eadem Ecclesia, & Sacrario peragi, & aula pro actibus literariis, prout de præsenti fit, & perinde, ac si omnes sub eadem Provincia uniti essent, uti debeant, & quatenus nova Provincia Conceptionis hujusmodi ad eum statum perveniret, habendi Collegium separatum, utriusque Provinciæ Superiores inter se, circa necessarias provisiones, concordare curabunt.

§. 2. Ac proinde quo quies, & unio inter prædictos Fratres conservaretur, eidem Congregationi pro parte dictorum Exponentium supplicato, ut divisionem hujusmodi cum conditionibus prædictis, & in novissimo Capitulo Provinciali, ut præfertur, acceptatis, confirmaret, & approbaret, emanavit ab eadem Congregatione Cardinalium Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet. Sacra Congregatio Eminentissimorum, & Reverendissimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, attenta relatione Nuntii Apostolici apud Serenissimum Lusitaniæ Regem residentis, referente Eminentissimo S. Clementis, cen-

fuit

fuit indulgendum, prout præsentis Decreti vigore benigne indulget confirmationi divisionis præfatæ Provinciæ, cum conditionibus expressis, & approbatis in proximo præterito Capitulo Provinciali; ita tamen, ut effectum non habeat, nisi completo regimine Provincialis electi in eodem Capitulo. Romæ 18. Aprilis 1704.

G. Cardinalis Carpineus.

Loco ✠ Sigilli.

N. Grimoldus Secretarius.

§. 3. Cum autem, sicut prædicti Fratres Provinciæ erigendæ hujusmodi Nobis nuper exponi fecerunt, ipsi Decretum hujusmodi, quo firmius subsistat, & servetur exactius, Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri summopere desiderent: Nos ipsos Exponentes specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præinsertum confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, salva tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis Cardinalium hujusmodi.

§. 4. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari: Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his, a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac, quatenus opus sit, Ordinis, & Provinciæ S. Antonii hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores, præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis, habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris, die 24. Aprilis 1705. Pontificatus nostri anno quinto.

Confirmatur Decretum Congregationis Episcoporum, & Regularium approbans Cæremoniale Provinciæ de Mexico Ordinis Minorum de Observantia.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei Memoriam.

Nuper pro parte dilectorum filiorum Fratrum Provinciæ S. Evangelii Mexican. in Indiis Occidentalibus Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum, Congregationi Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositæ exposito, quod alias in Capitulo generali dicti Ordinis in hac Alma Urbe anno 1700. celebrato, pro bono regimine spirituali, & temporali omnium Provinciarum Indiarum dicti Ordinis, ac ad occurrendum incomodis, & gravibus malis, quæ oriebantur ex instabilitate Cœremoniarum, & Rituum, quos Commissarii novæ Hispaniæ, & Regni Peruani Ordinis prædicti, Ritibus propriæ, alteriusque Provinciæ conformare nitebantur, sancitum, ac sub privationis Officii pœna dictis Commissariis injunctum fuerat, ut permitterent Provincias vivere, juxta suas laudabiles Cœremonias, & Ritus in his, quæ non erant contra Sanctæ Sedis præscriptum, nec ea quoquomodo innovare, aut alterare attentarent, decernendo irritum, & inane quidquid in contrarium fecissent, committendo insuper pro tempore existenti Ministro Generali, & Commissario itidem Generali Indiarum dicti Ordinis in oppido Matriti pro tempore commoranti, ut statutum hujusmodi inviolabiliter observari facerent, & alias, prout in dicto Statuto uberius dicebatur contineri. Subinde vero, ad instantiam tunc etiam existentium Fratrum dictæ Provinciæ, ac etiam de ejus Superiorum jussu, hujusmodi Cœremoniæ, & Ritus per dilectum filium Isidorum Alphonsum de Castaneira, Fratrem dicti Ordinis expresse professum, in septem paragraphos, quibus titulus: *Manuale Cœremoniarum Provinciæ Sancti Evangelii de Mexico*, juxta ordinem prædicti Capituli Generalis collectæ fuerant. Et in eadem expositione subjuncto, quod verebatur, ne temporis decursu, præmissa ab aliquo superiore, non sine gravi dictæ Provinciæ spirituali, temporalique jactura, moderarentur, aut innovarentur; ideoque ipsi Exponentes, quo statutum, seu Decretum hujusmodi perpetuo servaretur, nec illud ullo unquam tempore a Superioribus dictæ Provinciæ, nisi de ejus consensu, immutaretur, plurimum cupiebant, Decretum hujusmodi, una cum dictæ Provinciæ cœremoniis, sicut præmittitur, congestis, auctoritate dictæ Congregationis Cardinalium confirmari: Emanavit ad eorum supplicationem ab eadem Congregatione Cardinalium Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet: Sacra Congregatio Eminentissimorum, & Reverendissimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, audito P. Procuratore Generali Ordinis, & attentis narratis, petitam confirmationem Oratoribus benigne concessit. Romæ vii. Augusti 1705.

Loco ✠ Sigilli.

N. Card. Acciajolus.

§. 1. Cum autem, sicut dicti Exponentes nobis subinde exponi fecerunt, ipsi Decretum hujusmodi, quo firmius subsistat, Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri summopere desiderent: Nos ipsos Exponentes specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præinsertum auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus; salva tamen semper in præmissis auctoritate dictæ Congregationis Cardinalium.

§. 3. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari: sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non, quatenus opus sit, Provinciarum, & Ordinis hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscunque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 25. Septembris 1705. Pontif. nostri anno quinto.

Conceditur facultas mittendi Discretum, & Juvenes Provinciæ Aquitaniæ Antiquioris Ordinis Sancti Francisci de Observantia ad Cœnobium Parisiense.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

EXponi Nobis nuper fecit dilectus Filius Philippus Taure, Ex-Diffinitor Generalis, & Minister Provincialis Provinciæ Aquitaniæ Antiquioris Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum, quod a nonnullis annis per quasdam fel. recor. Clementis Pap. X. Prædecessoris nostri desuper in simili forma Brevis expeditas literas, ad instantiam tunc existentis Ministri Provincialis dictæ Provinciæ, nomine Joannis Jourdain, prohibitum fuit, ne Diseretus, & Studentes ejusdem Provinciæ ad magnum Parisiensem Conventum dicti Ordinis amplius mitterentur, eo quod Regularis Observantia in illo minime vigeret, indeque timeretur, ne ad Provinciam prædictam, transactis studiis, redeuntes, ab ipsa Regulari Observantia aliquo modo declinarent.

§. 1. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, reformatio in prædicto Conventu Parisien. a tunc pariter existente Ministro Generalis Ordinis prædicti introducta fuerit, nec non ibidem Regularis Observantia hujusmodi de præsentia vigeat, cesseteque proinde talis prætextus, neque simile periculum amplius sit timendum, ac propterea dictus Philippus Ex-Diffinitor Generalis, & Minister Provincialis Provinciam prædictam in suum jus, quo ante emanatas literas prædictas pacifice, & absque ulla controversia fruebatur, restitui, eique facultatem mittendi Disceretum, & Studentes more solito ad eundem Conventum Parisien. concedi plurimum desideret, & pro justis hujusmodi restitutione a prædicto Clemente Prædecessore aliæ itidem in forma Brevis literæ die 18. Octobris 1672. expeditę, ob legitima tamen impedimenta executione demandatę minima fuerint. Nos ipsius Philippi Ex-Diffinitoris Generalis, & Ministri Provincialis votis hac in re favorabiliter annuere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum, qui relationem dilecti etiam filii moderni Procuratoris Generalis dicti Ordinis audiverunt, consilio, Superioribus Regularibus, ad quos cæteroquin juxta præscriptum ejusdem Ordinis Constitutionum pertinet, ut Discretum, & Juvenes ad præfatum Conventum Parisien., prout ante primodictarum in forma Brevis literarum expeditionem consueverant, Studiorum causa, mittere possint, & valeant, facultatem auctoritate Apostolica tenore præsentium concedimus, & impartimur.

§. 2. Decernentes ipsas præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, plenissime suffragari: Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 28. Septembris 1705. Pontificatus nostri anno quinto.

Mandatur Provinciali Fratrum Minorum Discalceatorum Provinciæ Mexican. ne juri præcedendi Fratribus Eremitis S. Augustini, absque consensu Definitorii, & Discretorii, renunciare audeant.

Dilecto Filio moderno, & pro tempore existenti Ministro Provinciali Provinciæ S. Didaci Mexican. Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia Discalceatorum nuncupatorum.

CLEMENS PAPA XI.

Dilecte Fili salutem, & Apostolicam Benedictionem.

CUm sicut dilectus Filius Isidorus a Jesu, verbi Dei Prædicator, & Procurator Provinciarum SS. Josephi, Joannis Baptistæ, & Petri de Alcantara Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia Discalceatorum nuncupatorum Hispaniarum, Nobis nuper exponi fecit, alias ad favorem Fratrum Provinciæ S. Didaci Mexican. a fel. rec. Innoc. Papa XII. Prædecessore nostro die 24. Junii 1700. emanarunt in simili forma Brevis Litteræ expeditæ confirmatoriæ cujusdam Decreti Congregationis tunc existentium S. R. E. Cardinalium Sacris ritibus

Ritibus præpositorum, per quas dispositum reperitur, præcedentiam Fratribus supradictæ Provinciæ, non solum in processionibus solis, etiam sub propria Cruce, sed etiam in Concionibus, disputationibus, concurrentia Prælatorum, aliisque actibus tam publicis, quam privatis, interveniente, vel non interveniente Familia de Observantia, supra Fratres Provinciæ SS. Nominis Jesu Ordinis Eremitarum S. Augustini competere; & subinde nos prædictas Innocentii Prædecessoris literas per alias nostras pariter in simili forma Brevis die 24. Novembris 1702. expeditas literas confirmaverimus; ipse vero Josephus, ut dicto juri præcedendi primodictæ Provinciæ, sicut præmittitur, competenti, a te, seu tunc existente illius Ministro Provinciali, sine totius Provinciæ consensu renunciari nequeat, per Nos decerni plurimum desideret, Nobis propterea humiliter supplicari fecit in præmissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 1. Nos igitur ipsum Isidorum specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum, qui dilectum etiam Filium modernum Procuratorem Generalem dicti Ordinis super præmissis audiverunt, consilio, tibi, & pro tempore existenti Ministro Provinciali dictæ Provinciæ, committimus, & injungimus, ut sine consensu Patrum Definitorii, & Discretorii, juri præcedentiæ, de quo agitur, renunciare nequeas; Salva tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nec non, quatenus opus sit, dicti Ordinis, & Provinciæ S. Didaci, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus; Privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris, die 12. Decembris 1705. Pontificatus nostri anno sexto.

Ecclesia Christi orbata Pastore per mortem S. M. Inn. XII. Archiepiscopus Aquarum Sextiarum in Gallia ægre ferens Regularium exemptionem ab Ordinariorum jurisdictione, licet plurium SS. Patrum, Conciliorum, Romanorumque Pontificum oraculis probatam, statutam, & confirmatam, decrevit eorumdem Regularium domos, & Ecclesias omnes visitare, quemadmodum reipsa visitavit, non obstantibus contrariis quibuscumque. Verum, cum paulo post Pontifex renunciatus esset Clemens XI. ad eumdem Regulares confugerunt, qui memorato Archiepiscopo Apostolicas tenoris sequentis dedit Literas.

Venerabili Fratri Danieli Archiepiscopo Aquensi.

CLEMENS PAPA XI.

VEnerabilis Frater Salutem &c. Egerunt apud Nos enixis precibus dilecti Filii Religiosi Viri Superiores infrascriptorum Ordinum, videlicet Servorum B. M. V. Minorum Conventualium, Heremitarum S. Augustini, Carmelitarum, ac Minorum Recollectorum istius Civitatis, ac ejusdem Suburbiorum, nec non Priorissa, ac Moniales S. Bartholomæi Ordinis S. Dominici, & S. Claræ Ordinis S. Francisci, quibus omnibus Professores Ordinis Prædicatorum pro eorum jure etiam adhæserunt, appellantes, ac respective reclamantes adversus ordinariam, Pastoralemque Visitationem, quam Fraternitas tua peragere cœpit de mense Octobris proxime præteriti, tam Ecclesiarum, Cappellarum, Chori, Vasorum Sacrorum, quam aliorum in eis existentium, affectis Privilegiis, & exemptionibus præfatorum Regularium, etiam Apostolicarum Constitutionum, & Conciliorum Generalium auctoritate munitis, minime attentis, quatenus mandaremus aboleri censuras, ac interdictum removeri ob hujusmodi Visitationis recusationem inflictas, ac in eorum Ecclesiis respective oppositum a fraternitate tua, eaque omnia irrita, ac inania esse declararemus. Nos itaque rei gravitatem expendentes, ac merito soliciti, ne occasione hujusmodi Ecclesiasticarum pœnarum ullum divino cultui, ac spirituali istius Populi saluti detrimentum inferatur, aut alia scandala suboriantur, his omnibus provide occurrendum esse ducimus, Te tamen prius audito, quam super ea re quidquam definitive statuamus. Interim vero præfatas censuras, memoratum scilicet interdictum, per quatuor Menses, a prima die proxime venturi Mensis Julii inchoandos, cum reincidentia tamen post illos elapsos, suspendimus. Quamobrem Pastorali tui zeli, ac vigilantiæ erit, non tam censurarum, ac interdicti inflictarum, ac respective appositi suspensionem executioni statim demandare, quam distincte intra eumdem terminum Nos de omnibus, quæ ad eamdem Controversiam pertinent, instruere, ut rationibus ab utraque parte deducendis, mature pensatis, illud, quod æquitati consonum judicabimus, cum Domino decernere valeamus, dum nos Fraternitati tuæ, perpetuum benevolentiæ nostræ pignus, Apostolicam Benedictionem peramanter impertimur.

Datum Romæ &c. die 14. Junii 1701.

Nec tamen destitit Archiepiscopus, quinimo acrius in Regulares invectus, Pontificiam Majestatem induxit ad iterum scribendum, ut sequitur.

Venerabili Fratri Danieli Archiepiscopo Aquensi.

CLEMENS PAPA XI.

VEnerabilis Frater Salutem &c. Apostolicæ libertati, & sinceræ in Domino charitati, in primis vero debito muneris, quod humilitati nostræ inscrutabile Dei judicium imposuit, consentaneum esse ducimus, ea diuturniori silentio minime præterire, quæ ad custodiendam (ut par est)

sarctæ hujus Sedis dignitatem, atque auctoritatem, quam maxime pertinere intelligimus. Nostro itaque obsequentes officio, ita hæc ad Fraternitatem tuam perscribimus, ut, non demissa ea, quam de tua pietate constanter gerimus, opinione, nequaquam refrigescat charitas illa, qua te prosequimur, imo quo magis persuasum habemus, Te zelo pro Dei Ecclesia incendi, & consilio, atque doctrina præstare, eo te propensiorem fore confidimus in id omne, quod veritate, ac justitia dictante, tibi explicare cogimur, cum præsertim te latere non possit lædi quodlibet honorabile Ecclesiæ membrum in ipso capite, ubi ea, quæ provide Romani Pontifices Prædecessores nostri constituerunt, everti, aut suo frustrari effectu contingat. *Cum itaq. apud omnes compertum sit, Ordinum Regularium Mendicantium Ecclesias, Monasteria, loca, ac Personas ab Ordinariorum jurisdictione per Apostolicam Sedem exempta esse, & ejusdem Sedis auctoritati immediate subjici, nec cuiquam licere privilegia hujusmodi immutare, quinimo nec posse Regulares ipsos, nisi de Romani pro tempore existentis Pontificis licentia, eisdem renunciare*; propterea non tam grave, quam mirum Nobis accidit ea audire, quæ Fraternitas tua in ista Civitate, ac Diœcesi jam pridem attentaverat, dum præfatorum Regularium Ordinum Ecclesias, quibus cura Animarum non subest, ac Sedes Confessariorum in eis existentes, necnon Sanctissimam Eucharistiam, & Tabernaculum, Pyxidemque, in qua eadem servari solet, frustra reclamantibus, & sua satis nota Privilegia allegantibus Regularibus ipsis, visitare voluisti, quasi in hoc Concilii Tridentini te tueretur auctoritas, aut quam invaluisse in quibusdam Diœcesibus asseverabas, ejusmodi actum validare posset consuetudo, suppositis præterea Ecclesiastico interdicto illorum Ecclesiis, qui similibus juribus freti, visitationi hujusmodi restiterant, sublataque eorumdem Personis facultate excipiendi Confessiones Sæcularium, ac Populo Verbum Dei de more annunciandi: ejusmodi itaque rerum seriem a Nobis perceptam, & si celeri, ac publica opus esse reparatione intelligeremus, non tamen animum statim convertimus ad ea consilia, quibus eadem parari posset, sed ejus exemplo, & monitis, quantum patitur infirmitas nostra, inhærentes, cujus vices, licet immeriti, gerimus, rem tecum in Spiritu lenitatis agi voluimus, ac proinde injunximus Venerabili Fratri Philippo Antonio Archiepiscopo, Episcopo Imolensi, Nuncio apud Christianissimum Regem nostro, ut de ejusdem rei gravitate ea, qua par erat, diligentia, cum Fraternitate tua dissereret, nostrasque in simili forma Brevis literas, quibus eum instruximus, tibi redderet, confisi te, pro spectata tua prudentia, æquitati ipsi, votisque nostris non ægre adhæsurum. Verum non multo post ab ea spe decidimus, cum, ne dum te eodem constitisse vestigio, intelleximus, sed ulterius etiam progressum fuisse, ac visitationem pariter in Ecclesia Fratrum Ordinis B. M. de Carmelo, adjuncta tibi sæculari potestate, effractisque (quod plane dolentes dicimus) Sacri illius loci foribus habuisse. Quanto hæc omnia, & quam intimo mœrore nos compleverint, verbis vix consequi possumus, imo non ambigimus, quin tu ipse, ubi rem serio velis expendere, probe agnoscas, quam pravi exempli, quam gravis apud fideles, & Plebem Tibi commissam, offensionis, atque periculi occasio fuerit, eo rem videre adductam, ut tu ipse homines retraheres a Sacrificio Domini, validos, ac fortes robur panis, & robur aquæ a Jerusalem nova auferres, conductos a Patrefamilias, operarios, strenueque laborantes ab ipsius vinea, eo inconsulto, removeres, ac demum adversus filios Matris suæ poneres scandalum. Cæterum quis palam, ac publice læsa fuisse videmus, tum *Privilegia Regularia, ob multa, atque præclara in Ecclesiam Dei promerita, ab Apostolica Sede indulta*, tum jura ipsius Sanctæ Sedis, ad quam, tamquam ad conditorem, judicium circa eadem Privilegia pertinet, ut unde jus prodiit, interpretatio quoque procedat, liberum non est nobis, integra Conscientia nostra, ulterius acquiescere. Cum itaque satis constet iis, qui in partem sollicitudinis nostræ, non in plenitudinem potestatis vocati sunt, minime licere in illis, quæ Apostolica Sedes sibi reservavit, manum apponere, nisi quatenus eidem S. Sedi visum fuerit, id specialiter committere; cumque illud, quod fraternitas tua in præfatis Regularium Ecclesiis attentavit, neque Concilii Tridentini Decretis relaxatum sit, neque Prædecessorum nostrorum Constitutionibus, aut Decretis commissum fuerit, neque usu, sed potius abusu contra jus, & auctoritatem Sedis Apostolicæ induci potuerit; idcirco de nonnullorum Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium consilio declaramus, atque decernimus, *non licuisse fraternitati tuæ, neque licere in Ecclesiis Regularium exemptorum, quibus non incumbit cura Animarum, Sedes designatas ad audiendas fidelium Confessiones, Pyxidem, & Tabernaculum, ac Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, neque ipsas Ecclesias visitare, ac propterea visitationem ipsam, interdictum, Censuras, ac prohibitionem audiendi Confessiones Personarum Sæcularium, & annunciandi populo verbum Dei, aliaque forsan contra Exemptionis Privilegia attentata, & quæ in posterum attentari contigerit, omnia fuisse, esse, ac respective fore nulla, atque irrita, nullumque ex visitatione, aliisque memoratis actibus præfatorum Regularium Ordinibus adversus antiquam illarum exemptionem, præjudicium illatum fuisse, nec inferri potuisse, ideoque in dictis Ecclesiis posse (uti prius) divina officia celebrari, ac eosdem Regulares libere, ac licite ministrare*. Quæ dum per hæc Apostolica scripta fraternitati tuæ nota facimus, eamdem enixe hortamur, ut sicut in ista crediti sibi Dominici Gregis parte muneri suo respondere satagit, ita ab iis, quæ Apostolica Sedes sibi reservavit, abstinendum esse intelligat, ne a capite discrepare videatur, id, quod ne cogitare quidem de perspecta virtute, ac Zelo tuo patitur animus, quo in te sumus, sed imo persuasum Nobis est, te recti amatorem, nostræque in te eximiæ charitatis memorem, sinceræ tuæ in Nos, & eamdem Sedem, addictæque voluntatis argumenta daturum esse, quibus ab hac gravi cura, præter multiplices, quibus circumdamur, quam primum exolvamur, & fraternitati tuæ Apostolicam Benedictionem peramanter impertimur. Datum Romæ 13. Februarii 1703. Pontificatus nostri Anno Tertio.

Con-

Confirmantur Statuta edita circa Fratres Exteros Discalceatos commorantes in uno ex Conventibus Sancti Ægidii, vel Sancti Bernardini Curiæ Matritensis.

Fray Alonso de Biezma, Ministro General de toda la Orden de nuestro Padre San Francisco, y Siervo &c.

A los Padres Guardianes de nuestros Conventos de Religiosos de la mas Estrecha Observancia, de San Gil de esta Corte, y de San Bernardino, extramuros de ella, Salud en nuestro Señor Jesu Christo.

POr quanto entre diversas ordenaciones, hechas para el mejor, y mas prospero govierno de essos nuestros sobredichos Conventos, por el Reverendissimo Padre Fray Juan Marinero, Ministro General de toda la Orden, nuestro predecessor, en diez de Enero del año passado de mil seiscentos y quaranta y dos, approbadas, y confirmadas en el siguiente mes de Diciembre del mismo año, por Breve Apostolico de la Santidad del Señor Papa Urbano Octavo, de felice recordacion; y ultimamente de nuevo admitidas, y reintimadas en el de mil seicientos y settenta y siette por el Reverendissimo Ministro General Fray Joseph Ximenez Samaniego. Una de ellas es, que en el tiempo, que el Religioso huesped estuviere en el dicho nuestro Convento de San Gil, ò de S. Bernardino, para la expedicion de los negocios, non le permita el Guardian salir con el Compañero que èl traxère de su Provincia, sino con el Procurador de Corte, o del Convento, o con el Compañero de dicho Procurador &c. La qual dicha Constitucion es assi, que por decurso de tiempo, o menos advertida diligencia de los Prelados locales de dichos nuestros Conventos, ha ido descaeciendo (segun se nos ha significado) de su debida observancia; y se puede temer, que esta en adelante se extinga del todo, en manifiesto menoscabo de la enconomica regularidad, que por las mismas sobredichas ordinaciones, y justos razionables motivos, se pretendio restablecer, si por Nos, en la presente providencia non se ocurre con la del mas opportuno, y necessario remedio: Por tanto, en attencion à lo sobredicho, y deseando que las mencionadas constituciones, por la facultad Apostolica assi corroboradas, se observen, y lleven à la mas puntual, y debida execucion en ambos, y cada uno de dichos nuestros Conventos, cada, y quando que convenga: En virtud de las presentes admitimos, y de nuevo intimamos la sobredicha confirmacion Apostolica, y ordinaciones de dicho nuestro predecessor en ella insertas; y por lo que toca à la desupra mencionada, *mandamos* à los sobradichos Padres Guardianes de uno, y otro Convento, *por santa* obediencia, que por lo que a su parte respetivamente toca, y tocar pueda, la executen, y hagan cumplir, y executar en los sobredichos nuestros Conventos; con apercibimiento, de que si assi no lo hicieren, y a *nuestra noticia* llegare la de lo contrario, o de qualquier culpable omission, y connivencia àcia este punto, los declararèmos, y havremos por incursos en las penas del susodicho Breve Apostolico, reservando, como reservamos en Nos, la facultad a los Prelatos Generales concedida por el de la Santidad de Innocencio Undecimo, su data à siette de Noviembre del año passado del mil seiscientos y settenta, y nueve, que empieza: *Alias nos* en lo toccante, y pertenecinte a las sobredichas ordenaciones, que hablan en razon de los Religiosos huespedes de externas Provincias, que por Causa de negocios vienen a dichos nuestros Conventos, para dispensar con algunos, segun fuere visto convenir. En cada uno de los quales mandamos, por la misma obediencia, que luego que estas nuestras Letras fueren recibidas, las intimen, y hagan intimar en plena Comunidad, capitularmente congregada, en la forma solita, y quedando el original de ellas en el sopredicho nuestro Convento de San Gil, se deducirà un transumpto, y legalizado se transmita, y guarde en el de San Bernardino, para que en uno, y otro conste de lo por Nos assi ordenado, en virtud de esta nuestra Patente, como en ella se contiene. Dada en este nuestro de S. Francisco de Madrid a cinco dias del Mes de Marzo del mil y setecientos y tres.

F. Alonso de Biezma
Ministro Generale.

Por mandado de su Rma
F. Juan Rendero
Sec. General de la Orden.

P. Josephus a Fecula Agens Germano-Belgicus supplicavit humiliter Sacr. Congr. Episcop. & Regul. præpositæ, ut Decreta sua confirmare dignaretur Mansionis ibi, & Successoribus suis constitutæ in ædibus Aracœlitanis usum; ejusdem officium a Capitulo Generali concessum; ac denique præmium ejusmodi Agentibus, post expletum sexennium, a Natione statutum, & sequens obtinuit.

DECRETUM.

SAcra Congregatio Eminentissimorum, & Reverendissimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, audito P. Procuratore Generali Ordinis, & attentis narratis, præfatum usum mansionis, & dictum officium Agentis olim a Capitulo Generali ejusdem Ordinis concessum, sicut & præmium ei taxatum per dictam Nationem, post approbatum ab ipsa exercitium sexennale illius in ipso officio, benigne approbavit, & confirmavit. Romæ 30. Maii 1704.

G. Cardinalis Carpineus.

Loco ✠ Sigilli.

I. Grimaldus Secretarius.

De deputatione facta Procuratoris Generalis Discalceatorum, & Recollectarum.

PErvenerat Romam Pater Isidorus à Jesu Provinciæ Sancti Joseph Discalceatorum Filius mense Februarii 1702. è Conventu Ambrosianæ, quem in suo Dominio fovet, & protegit, nomine illius Provinciæ, Serenissimus Magnus Dux Etruriæ.

Causas illius adventus præscivit admodum Reverendus Joannes Garzia Feyjoo Procurator Generalis Ordinis, quas ab illo interrogatus confirmavit idem Pater Isidorus: scilicet, se venisse ad solicitandam gratiam apud Sanctissimum unius Procura-

curatoris Generalis pro Discalceatis, & Recollectis. Hoc audito Pater Procurator Generalis Ordinis excanduit & ad evertendam talem prætensionem omnia subvertit.

Primo scripsit Serenissimo Magno Duci Etruriæ, repræsentans alias similia frustra attentata fuisse, sicuti 1604. & 1621. petierunt iidem Patres Vicarium, & Procuratorem Generalem, sed non retulerunt nisi incommoda, & amaritudines, quapropter enixe rogabat, ne patrocinaretur injustam illorum prætensionem, ut conservaretur inter Religiosos pax, & promoveretur majus Religionis bonum.

Neque hic solum sistit, sed eodem tempore Pontificem obsequiosè supplicavit, ut talem dignaretur rejicere prætensionem, quam dicebat multum fore Ordini præjudicialem.

Interim Pater Isidorus dedit supplicem libellum Pontifici, in quo exposuit tempore Capituli Generalis ultimi præteriti supplicatum fuisse S. M. Innocentium duodecimum pro Procuratore Generali Discalceatorum, & Recollectorum, sicuti pro secretario, apud Ministrum Generalem; ut tali pacto provideretur negociis Reformatorum Ultramontanæ Familiæ cum independentia à Procuratore Generali Observantiæ. Addebat, supradictum memoriale remissum fuisse ex tunc Eminentissimo Cardinali Spadæ, qui communicata re Reverendissimo Patri Generali noviter electo, hic promisit se allocuturum Pontificem pro hoc negocio; sed re infecta, & nec prolato verbo, solutum fuit Capitulum Generale, Oratoribus delusis. Hinc constitutus modo ipse Procurator, eorumdem rogabat nomine omnium, pro gratia supradicta impetranda. Pontifex itaque bene inclinatus nominavit pro Ponente Eminen. Cardinalem Sperelli.

Pater Procurator Generalis Ordinis intellecta causa introducta, & petitione facta nomine, nedum Discalceatorum, sed etiam Recollectorum, & totius Ultramontanæ Reformationis, dubitans Patrem Isidorum mandata Procurationis non habere ab omnibus Provinciis, instavit apud Sacram Congregationem, ut antequam proponeretur causa, & nova prætensio, Pater Isidorus ostenderet facultates, quas tenebat à Provincialibus Recollectis, & Excalceatis.

Eminentissimus Cardinalis Sperelli Ponens causæ respondit, Patrem Isidorum verè non habere talia mandata procurationis, sed excusabilem esse, cum teneret commissionem sibi datam à Patre Hieronymo Ranult Provinciali Sanctissimæ Conceptionis Recollectorum in Gallia, qui omnia necessaria tenebat.

Hoc audito Pater Procurator Ordinis omnem submovit lapidem ad impediendam novitatem prætensam. Scripsit Excellentissimo Domino Marchioni *de Las Rivas* à secretis expeditionum Regis Catholici, qui Mediolani cum eodem Rege degebat & occlusit memoriale humiliandum suæ Majestati nomine Ministri Generalis, in quo novitatem prætensam retulit, & confusiones infinitas, ac inconvenientia eventura, non tantum Religioni Seraphicæ, sed Regnis suæ Majestatis, ex eo maxime, quia dato Procuratore Reformatorum coalescebat corpus etherogeneum ex Hispanis Discalceatis, Recollectis Gallis, Germanis, Belgicis, Lusitanis, Anglis, Hibernis. Hinc obsequiosè rogabat, ut præstare dignaretur remedium, quo eodem casu restitit gloriosæ M. Philippus Quartus, qui commisit suo Oratori Romæ, ut impediret talem novitatem; sicut factum fuit in ingressu Pontificatus Urbani Octavi, qui eisdem Reformatis Ultramontanis concessionem similem datam à Gregorio Quintodecimo retractavit.

Quid plura? supplicationes suas interposuit pro eodem fine Excellentissimo Domino Duci Uzedæ Oratori Regis Hispaniarum apud Pontificem, & sollicitavit quoque Eminentissimum Cardinalem de Janson, qui tamen intuitu Epistolæ commendatitiæ Ludovici Decimiquarti Regis Christianissimi ad favorem Recollectorum Galliæ pro eadem re, eosdem fuit patrocinatus.

Interim Pater Procurator Generalis Ordinis respondit in scriptis rationibus adductis à Patre Isidoro; sed relata causa in Sacra Congregatione die 15. Junii 1703. Recollecti, & Excalceati rescriptum favorabile obtinuerunt, scilicet *pro gratia unius Procuratoris Generalis, juxta modum explicandum ab Eminent. Ponente*.

Audito rescripto Procurator Generalis multa in Sacra Congregatione proposuit quæsita. Primo quid faciendum circa duos Agentes Reformatos Gallum, & Germanum Belgicum commorantes in Curia? Secundo in quo loco morari deberent Discalceati, & Recollecti advenientes imposterum Romam, & in Conventum Aracœlitanum? Tertio, an Patres Hibernenses Sancti Isidori, & Capranicæ, cum sint connumerati inter Reformatos Ultramontanos, debeant permanere sub Procuratore Ordinis, an sub Procuratore novo Reformatorum? Quarto, casu quo Pater Isidorus non haberet mandata Procurationis ab omnibus Provinciis Reformatis Ultramontanis, & convinceretur de fraude, quid faciendum vigore supradicti rescripti? Quinto, cum petierit à Sancta Sede Procurator Generalis Ultramontanus Reformatus ad modum Procuratoris Generalis Reformatorum Cismontanæ Familiæ, cum iste in suis votis, & informationibus procedat in Curia Romana, juxta Constitutiones Generales Provinciarum Reformatarum Cismontanarum & Ultramontani non habeant inter se Constitutiones Generales, quæritur, an in executione debeant habere Procuratorem Generalem, antequam uniformentur in Constitutionibus? Sexto, supposito quod prius, quam uniformentur in Constitutionibus, debeant habere Procuratorem Generalem, quæritur, an instituendus sit in Capitulo Generali? Si hoc asseritur, an à toto corpore Capituli, vel à Familia tota Ultramontana, aut à solis Reformatis Ultramontanis?

Accusavit quoque apud Sacram Congregationem fraudis Patrem Isidorum supradictum petentem Procuratorem Generalem Reformatum nomine trigintatrium Provinciarum, cum constet Provincias Germano Belgicas non concurrere tali petitioni: ideoque posse de fraude suspicari circa alias; quapropter rogabat attente observari mandata procurationis, & interim suspendere decretum, saltem in casu, quo mandata procurationis non excederent majorem partem trigintatrium Provinciarum.

Exoravit insuper Eminentissimum Cardinalem Spada Protectorem pro manutentione sui officii usque ad Capitulum Generale: producendo electum fuisse à suffragiis non solum Observantium, sed etiam Reformatorum Familiæ Ultramontanæ, confirmatumque a Sua Eminentia tanquam Præside: ideoque rogabat, ut tamquam Protector intromitteretur apud Sanctissimum, ut obtineret suspensionem dicti Decreti, usque ad Capitulum Generale.

Ad Sacram Congregationem quoque recursum habuit, ut suspenderet publicationem Decreti, usquequo Pontifex Maximus resolveret circa suas petitiones.

Simi-

Similem fecit mitantiam Pontifici tum circa Procuratorem Generalem Reformatum, tum circa manutentionem in integrum sui Officii, usque ad Capitulum Generale.

Factis hinc inde scripturis, & Prolatis, Pater Procurator Ordinis exauditus fuit circa manutentionem sui officii, ut habetur ex sequenti Decreto.

DECRETUM.

Habito pro parte Reverendi Patris Joannis Garzia Feyjoo Procuratoris Generalis totius Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia recursu ad Sanctissimum, super gratia unius Procuratoris Generalis elargita Patribus Discalceatis, & Recollectis Familiæ Ultramontanæ ejusdem Ordinis Sancti Francisci, & supplici libello desuper porrecto remisso Sacræ Congregationi Episcoporum, & Regularium; eadem Sacra Congregatio, visis rationibus, & fundamentis in eodem supplici libello deductis, eisque mature consideratis, censuit die 27. Junii 1704. quod dictus Procurator Generalis continuet, usque ad proximum Capitulum Generale, non obstantibus decretis ab eadem Sacra Congregatione super præfata gratia factis sub diebus 15. Junii 31. Augusti, & 7. Septemb. 1703.

Ita reperitur in parvo regesto Sacræ Congregationis negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositæ, habitæ die 27. Junii 1704. In quorum fidem &c. Romæ hac die tertia Septemb. ejusdem Anni 1704.

N. Grimaldus Secretarius.

Loco ✠ Sigilli.

Cum die 5. Decembris ejusdem anni Romam pervenisset A. R. P. Joannes Damascenus Mesnard, novus Procurator Generalis Discalceatorum, & Recollectorum, petiit a Sacra Congregatione admitti in possessionem sui officii, suspenso tamen exercitio ejusdem, usque ad proxime futurum Capitulum Generale, & obtinuit Decretum, quod sequitur.

„ Sacra Congregatio Eminentissimorum, & Reverendissimorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, „ & Regularium præposita, referente Eminentissimo „ Sperello, censuit, ac decrevit Patrem Joannem „ Damascenum Mesnard Oratorem mittendum esse „ in possessionem officii Procuratoris Generalis, suspenso tamen exercitio, usque ad Capitulum proximum Generale, juxta ultimum Decretum ejusdem „ Sacræ Congregationis emanatum sub die 27. Junii proxime præteriti, prout præsentis Decreti „ vigore mitti mandat, ac præcipit. Romæ 29. „ Decembris 1704.

Gaspar Cardinalis Carpineus.

Loco ✠ Sigilli.

Nicolaus Grimaldus Secretarius.

Nemo huic possessioni sese opposuit; contradixerunt tamen PP. Aracœlitani præcedentiam Patri Mesnard, nondum Procuratoris Generalis munus exercenti, cui proinde nullam deberi asserebant. At habito recursu ad Sacram Congregationem, hæc ita decrevit: Sacra Congregatio Eminentissimorum, & Reverendissimorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, referente Eminentissimo Sperello, censuit, ac declaravit prædicto Patri Mesnard deberi ex nunc locum immediate post alios Procuratores Generales. Romæ 16. Januarii 1705.

G. Cardinalis Carpineus.

Loco ✠ Sigilli.

Nicolaus Grimaldus Secretarius.

Quibus omnibus in pace compositis, sequentes prodiere Litteræ Apostolicæ.

CLEMENS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Alias ad supplicationem Dilectorum Filiorum Fratrum Provinciarum Ordinis Minorum Sancti Francisci Discalceatorum, & Recollectorum nuncupatorum Familiæ Ultramontanæ, emanavit a Sac. Congregatione Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negociis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet. Sac. Congregatio Eminentissimorum, & Reverendissimorum S. R. E. Cardinalium negociis, & Consultationibus Regularium &c. præposita, re maturè discussa, & perpensis objectionibus ex adverso oppositis per Patrem Procuratorem Generalem de Observantia, Referente Eminentissimo Domino Cardinale Sperello, sub diebus 15. Junii, & 31. Augusti, ac iterum die 7. Decembris 1703. censuit constituendum esse Procuratorem Generalem pro Discalceatis, & Recollectis, qui Romæ, & in Conventu Aracœlitano debeat residere, donec de alio Conventu in Urbe ei provideatur, unà cum Socio, qui eidem in munere Secretarii deserviat: Officium autem ipsius duret per Sexennium, videlicet ab uno Capitulo Generali ad aliud, isque rea peragat omnium Discalceatorum, & Recollectorum, tam Hispaniæ, & Italiæ, quam etiam Galliæ, aliarumque Regionum, & Provinciarum, exceptis Germano-Belgicis, qui, nulla facta innovatione, remanere valeant sub dicto Procuratore Generali de Observantia. Et similiter quotquot ex Polonia, Bohemia, aliisque Provinciis hactenus fuerunt sub Procuratore Generali Reformatorum Cismontanæ Familiæ residente in Conventu Sancti Francisci ad Ripam, sub eodem remanere debeant, cui nusquam præjudicium inferatur, sed præcedentiæ, & alia Jura semper illæsa permaneant. Ad hujusmodi officium altera vice assumi debeat unus ex Recollectis, & altera unus ex Discalceatis, idque ab eorum Vocalibus in Capitulo Generali. Electio autem fiat per Schedulas, & Vota secreta, nemine proponente. Socius verò Secretarii munere functurus, cum Procurator erit ex Recollectis, assumatur ex Discalceatis, & è contra, cum erit ex Discalceatis, assumatur ex Recollectis. Pro hac prima vice sit Procurator Generalis Pater Joannes Damascenus Mesnard Recollectus Provinciæ Sancti Dionysii, cujus officium ex nunc incipiat, & duraturum sit usque ad aliam electionem faciendam ex Familia Discalceatorum in Capitulo Generali 1712. Et quia ipse Pater Mesnard est absens extra Italiam, donec ad Urbem venerit, ejus partes, & vices impleat Pater Isidorus a Jesu Discalceatus Provinciæ Sancti Josephi in Castella. Hujusmodi Procuratoris munus sit in omnibus simile muneri Procuratoris Generalis Reformatorum Cismontanæ Familiæ

miliæ cum iisdem facultatibus, & prærogativis quibuscumque. Romæ &c. G. Cardinalis Carpineus. Locus ✠ Sigilli. Cum autem, sicut pro parte eorundem Fratrum Nobis nuper expositum fuit, ipsi Decretum hujusmodi, quo firmius subsistat, & servetur exactius, Apostolicæ Confirmationis nostræ patrocinio communiri plurimùm desiderent, Nos præfatos Exponentes specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares Personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationi eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectæ, inclinati, Decretum præinsertum confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, salva tamen semper in præmissis authoritate memoratæ Congregationis Cardinalium. Decernentes easdem præsentes litteras firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, plenissimè suffragari, & ab eis respectivè inviolabiter observari, sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac, quatenus opus sit, Provinciarum, Conventuum, & Ordinis præfatorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alias roboratis statutis, & consuetudinibus, Privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum, quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut earundem præsentium litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personæ in Ecclesiastica dignitate munitis, eadem prorsus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die 12. Martii 1705. Pontificatus nostri anno quinto.

F. Oliverius.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

ALias pro parte dilecti filii Joannis Damasceni Mesnard Fratris expressè Professi, Ordinis Minorum Sancti Francisci Recollectorum nuncupatorum, Congregationi Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, negotiis & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositæ, exquisito, quod cum ipse ad hanc almam Urbem nostram, ad effectum exercendi officium Procuratoris Generalis Fratrum tam Discalceatorum, quam Recollectorum Ultramontanæ Familiæ dicti Ordinis, sibi a præfata Cardinalium Congregatione novissime demandatum, personaliter accessisset, in illius possessionem immitti, plurimum desiderabat, emanavit ab eadem Congregatione Cardinalium Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet. Sacra Congregatio Eminentissimorum, & Reverendissimorum S. R. E. Cardinalium, negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, referente Eminentissimo Sperello, censuit, ac decrevit, Patrem Joannem Damascenum Mesnard Oratorem, mittendum esse in possessionem officii Procuratoris Generalis, suspenso tamen exercitio, usque ad Capitulum proximum Generale, juxta ultimum Decretum ejusdem Sacræ Congregationis emanatum, sub die 27. Junii proximè præteriti, prout præsentis Decreti vigore mitti mandat, & præcipit. Romæ 19. Decembris 1704. G. Cardinalis Carpineus. Loco ✠ Sigilli. Cum autem, sicut dilectus Joannes Damascenus Nobis subinde exponi fecit, ipse Decretum hujusmodi, quo firmius subsistat, & servetur exactius, Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri plurimum desideret, Nos ipsum Joannem Damascenum specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, seu suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis censuris, & pœnis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine, nobis super hoc humiliter porrectis, inclinati, Decretum præinsertum auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus. Salva tamen semper in præmissis auctoritate memoratæ Congregationis Cardinalium.

Decernentes easdem literas præsentes firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac dicto Joanni Damasceno plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac, quatenus opus sit, dicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat, specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, die 13. Martii 1705. Pontificatus Nostri Anno Quinto.

Loco ✠ Sigilli.

F. Oliverius.

Cum autem celebrandi Capituli Generalis tempus accederet, timens idem P. Mesnard sibi, defectu exercitii sui muneris denegatam iri facultatem in illo suffragandi, petiit a Sacra Congregatione dictum jus sibi confirmari. Quam gratiam cum obtinuisset, sequentibus Pontificis literis ratam esse voluit.

CLE-

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Nuper pro parte dilecti filii Joannis Damasceni Mesnard Fratris expressè professi, Provinciæ Sancti Dionysii in Gallia, Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia Recollectorum nuncupatorum, Congregationi Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositæ, exposito, quod cum ipsi alias ab eadem Congregatione Cardinalium, officium Procuratoris Generalis Fratrum tam Discalceatorum, quam Recollectorum Ultramontanæ Familiæ dicti Ordinis in Romana Curia, cum actuali Possessione, & præcedentia, suspenso tamen exercitio, usque ad proxime futurum Capitulum Generale dicti Ordinis, per quædam Decreta ea super re emanata, & subinde a Nobis per quasdam Nostras desuper in simili forma Brevis expeditas litteras confirmata, demandatum fuisset, prædictus Joannes Damascenus, qui Capitulo Generali hujusmodi prope diem celebrando uti Vocalis interesse debet, ad evitandas difficultates, quæ desuper oriri possent, plurimum cupiebat declarari, se votum, ad instar aliorum Procuratorum Generalium actualium prædicti Ordinis, in prædicto Capitulo Generali absque dubio habere posse. Sacra Congregatio Eminentissimorum, & Reverendissimorum S. R. E. Cardinalium, negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, attentis narratis, benigne indulsit, ut Orator votum habeat in proximo Capitulo Generali, firmo tamen remanente Decreto suspensionis exercitii, alias edito sub die 19. Decembris 1704. Romæ 24. Julii 1705.

G. Cardinalis Carpineus.

Loco ✠ Sigilli.

Cum autem, sicut pro parte dicti Joannis Damasceni Nobis subinde expositum fuit, ipsi Decretum hujusmodi, quo firmius subsistat, Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri summopere desideret. Nos ipsum Joannem Damascenum specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præinsertum auctoritate Apostolica, tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, salva tamen in præmissis auctoritate memoratæ Congregationis Cardinalium. Decernentes easdem præsentes litteras firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac prædicto Joanni Damasceno in omnibus, & per omnia plenissime suffragari: sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac, quatenus opus sit, Ordinis prædicti, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, Privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenore præsentibus, pro plene, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 14. Augusti 1705. Pontificatus nostri anno quinto.

Loco ✠ Sigilli.

F. Oliverius.

Prorogato denique ad biennium Capitulo Generale, Pater Mesnard prætendebat exercitium sui officii, sed quia in Breve prorogationis 15. Maii 1706. *Cum sicut accepimus*, omnes Officiales Generales confirmati fuerant, Pater Garcia ultimum recursum pro hac materia habuit ad Sacram Congregationem, ut scilicet manuteneretur in integro suo officio, neque amplius molestias illi inferret Pater Mesnard. Sacra igitur Congregatio rescripsit memoriali (*Audiatur Pater Damascenus*), & tali pacto alia insurrexit controversia. Adductis hinc inde scripturis, & agitata causa, resolutum fuit XXX. Junii ejusdem Anni, quod Pater Damascenus esset Procurator Generalis cum exercitio: hoc patet ex sequenti Brevi *Ex commissi Nobis*.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Ex commissi nobis Pastoralis officii debito causam electionis Procuratoris Generalis pro Provinciis Ultramontanis Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia Discalceatorum, & Recollectorum respectivè nuncupatorum, inter dilectos filios Joannem Garciam Feyjoo Procuratorem Generalem ejusdem Ordinis pro Provinciis ultramontanis de Observantia ex una, & Joannem Damascenum Mesnard Procuratorem Generalem eorundem Fratrum Discalceatorum, & Recollectorum pro memoratis Provinciis ex altera Partibus, vertentem dirimere, dictumque Joannem Damascenum specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & Poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium duntaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de Venerabilium fratrum nostrorum S. Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium propositorum consilio, eundem Joannem Damascenum, ad exercitium officii Procuratoris Generalis hujusmodi ex nunc admittendum esse, auctoritate Apostolica tenore præsentium decernimus, & declaramus. Salva tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium. Decernentes pariter easdem præsentes literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac dicto Joanni Damasceno in omnibus, & per omnia ple-

pleniſſime ſuffragari, & ab illis, ad quos ſpectat, & pro tempore ſpectabit, inviolabiliter obſervari; ſicque in præmiſſis per quoſcunque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane ſi ſecus ſuper his a quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac, quatenus opus ſit, Provinciarum, & Ordinis hujuſmodi, aliiſve quibuſvis, etiam juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, Privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis illorum tenores præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum, hac vice duntaxat, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cœteriſque contrariis quibuſcunque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris, die 11. Septembris 1706. Pontificatus Noſtri Anno Sexto.

F. Oliverius.

De Sacro Provinciæ Romanæ Obſervantis Receſſu.

Regularis diſciplinæ incolumitati ſedulo proſpiciens felic. record. Innocentius XI. in omnibus Italiæ Provinciis apud Obſervantes, ut alias vidimus, conſtituendos decrevit Conventus nonnullos, quos *Recollectionis* vocavit, in quibus Fratres vitam communem, ad Regulæ præſcriptum, & formam Conſtitutionum Apoſtolicarum, & Ordinis, quas ſub aliquot aliis a Miniſtro Generali breviter expoſitis voluit comprehenſas, exacte ſervarent, ut in iiſdem Conventibus Clerici profeſſi, expleto Novitiatus anno, de iis, quæ ad vitam Religioſam ducendam, & ad Regulæ, quam profeſſi erant, obſervantiam, ſunt neceſſaria, exemplo non minùs, quam verbo, plenius, atque uberius inſtruerentur. Pontificis decreto inhærens Definitorium Provinciæ Romanæ ad hunc finem, præter alia, deſignavit pervetuſtum Sancti Franciſci de Civitella Cœnobium, in celebri Abbatia Sublacenſi *Nullius* ſitum, ab Oppido per milliare, & amplius diſſitum, quod D. Franciſcus fertur preſentia, ac miraculis illuſtraſſe. In hoc, Duce Patre Juſtino Capretti Coreuſi, ejuſdem Provinciæ alumno, Religioſi ibi commorantes paulatim arctiorem quamdam vivendi formam ſuſceperunt; itaut demum orationi, meditationi, ac ſpiritualibus Populorum indigentiis, die, noctuque vacantes, eorum fama ſanctitatis, non modo per conterminas Regiones, ſed per varias etiam in Italia Ordinis Provincias diffuſa, Cœnobium *Sacri Receſſus* ceperit apud omnes audiri.

Diſſimulandum tamen non eſt, id potiſſimum deberi zelo, prudentiæ, & caritati Venerabilis Servi Dei Patris Thomæ a Cora, qui cum anno 1686. ad memoratum Cœnobium regendum, tamquam Guardianus, aſſumptus, exemplo potiùs, quàm monitis, ac præceptis ad illam ſeveriorem diſciplinæ vitam agendam reliquos Fratres ſuos ſuaviter pellexit. Succeſſu temporis in hac vinea Domini excolenda egregios ſibi Collegas adſcivit, viros pietate, Religione, & in proximum caritate illuſtres, videlicet PP. Hilarium de Guaitellis, Diœceſis Marianæ, & Acciæ in Regno Corſicæ, vulgo dictum *de Santa Lucia*; Gabrielem Antonium a Sancto Joanne Rotundo; Franciſcum Boyvinum Gallum; Joannem Franciſcum ab Aquapendente, Marcum Antonium a Villadadda, Diœceſis Mediolanenſis, vulgo *Bergomatem* vocatum; ac P. Theophilum de Curte, quæ Urbs eſt in medio fere Inſulæ Corſicæ ſita. Hos nactus inſignes Conſodales Venerabilis Thomas laudatus, nihil ipſi deerat, quominus *Sacro Receſſui* firmando, imo & dilatando ſtrenue incumberet: quod & gnaviter perfecit.

Cum autem eorum Familia augeretur in dies, Religioſis iis etiam ex variis Italiæ Provinciis, ſpiritu Dei actis, illuc confluentibus, nec ante dictum Cœnobium ſatis amplum pro eorum habitatione videretur, aliud proinde ab ejuſdem Provinciæ Miniſtro petierunt, obtinueruntque illud, pariter pro Recollectione deſtinatum, Sancti Franciſci Palumbariæ, Sabinenſis Diœceſis, ab Oppido non ſane ignobili, quod olim varia fortuna ad Sabellos, nunc autem ad Burgheſios, Excellentiſſimas Romanas Familias pertinet, mille circiter paſſibus diſtans, in quo viginti, & amplius Religioſi, ſatis de neceſſariis proviſi, degere ſolent. His duobus pro *Sacro Receſſu* conſtitutis Cœnobiis, mirum eſt quàm ſancte cœperint utriuſque Religioſi ſeſe invicem in Domino æmulari, ut in virtutis ſtadio currentes citius alteruter eorum ad exoptatum accipiendum bravium perveniret. Ne vero Zelus adeo ferveus juſtis quandoque excederet limitibus, qua arte non ſemel uſus hoſtis communis religioſiſſimas quoque Familias conturbavit, & in perniciem deduxit, unum Provinciæ Miniſtrum, ejuſq. Definitorium ſupplices adierunt, ut nonnullis ſtatutis Sanctionibus, quibus Regula Sancti Patris Noſtri Franciſci, & Sedis Apoſtolicæ, ac Ordinis conſtitutiones exactius ſervarentur, iiſdem, & non aliis deinceps perpetuo dirigerentur. Quare in Congregatione Provinciali intermedia habita Romæ in Cœnobio Aracœlitano die 11. Januarii 1706. lectæ, approbatæ, & publicatæ fuerunt ſequentes Conſtitutiones.

FR. LORENZO DI SAN LORENZO

Dell'Ordine de'Minori Oſſervanti Lettore Giubilato, Conſultore della Sagra Congregazione dell' Indice, & in queſta Alma Romana Provincia Miniſtro Provinciale, e Servo.

Alli Molto Diletti nel Signore Padri, e Frati, Superiori, e Sudditi de' Noſtri Conventi del Ritiro della medeſima, ſalute, e pace nel Signore.

Havendo conſiderato di quanto utile, e profitto rieſca à Religioſi, che vogliono creſcere in perfezzione, il vivere ne' Conventi di Ritiro, à tal fine già deputati in queſta noſtra

Digitized by Google

stra Provincia Osservante Romana, e riflettendo, che sarà per esser maggiore, e più stabile, quando saà nelle medesimi uniforme l' osservanza di quanto ha da pratticarsi, e levato a Superiori locali l' arbitrio d' introdurre novità, o col rilasciare la sin quì pratticata forma schietta di vivere, o con rendarla impratticabile coll' aggiunta di cose maggiori; e perche questo dipende dalla legge, che egualmente ne prescriva il modo, e ne commandi l' esecuzione, abbiamo risoluto col parere, assenso, & anco approvazione di tutti li Padri del nostro Diffinitorio, di disporre alcune Regole da eiguardarsi communemente da' Superiori, e da' sudditi de' suddetti Conventi di Ritiro, con espressa prohibizione à medesimi di potere alterare quanto viene nelle medesime ordinato, con riservare à Noi il procedere contro de' Trasgressori, à tenore della transgressione, e nella forma, che merita, chi vuol farsi autore di novità, o divisioni; Et acciò non possa allegarsi Ignoranza, commandiamo espressamente à Superiori locali, che facciano leggere le medesime in piena communità de' Religiosi, almeno quattro volte l' anno, cioè per la prima Domenica dell' Avvento, per la prima Domenica di Quaresima, per la Domenica in Albis, e per la prima dopo la Pentecoste nella forma, che siegue.

REGOLA I.

Della pura osservanza della Regola.

1. SE bene si puo osservar la Regola de Frati Minori con maggiore, e minor strettezza, senza che possa dirsi trasgressore della medesima chi nel modo più stretto non la prattica, purche sostantialmente osservi quanto co' suoi precetri prescrive, & ubbidisca a ciò che commanda, senza ammettervi abusi, o servirsi de' privilegi, che la rilassano; nulladimeno per essee stati li Conventi di Ritiro eretti, acciò possano li Religiosi in essa osservarla in grado di perfezzione più eminente, vogliamo, che vi si prattichi la forma di una più stretta osservanza, e rigoroso modo di vivere: perciò esortiamo tutti ad aver premura, non solo di soddisfare all' obbligo stretto, che ànno di non trasgredire i precetti, ma anco d' approfittarsi delle ammonizioni, e consigli del S. Padre, per crescere in maggior perfezzione di Disciplina regolare, nel non trascurare di eseguirli.

2. Però si prohibisce espressamente a tutti i Religiosi delli suddetti Conventi del Ritiro, che niuno ardisca nominarsi, o farsi nominare in verun modo, e forma, nè in voce, nè in scritto, col titolo, o nome di Riformato, Recolletto, Ritirato, del Ritiro, o di qualunque altro nome distinto, o diverso da quello di Minore Osservante, sotto pena a trasgressori di essere rigorosamente castigati, come autori, & amatori di scissure, e divisioni nell' Ordine; non essendo mai stata intenzione della Provincia nell' erezzione di tali Conventi, il dae materia di nuove Riforme, ma solo commodo a Religiosi d' ivi procurarsi il merito maggiore, e la maggior perfezzione nell' osservanza più perfetta della Regola.

3. In oltre si prohibisce ancora, che niuno si faccia lecito, anco sotto pretesto di zelo, e di maggior rigore dare storte sposizioni alle parole, e senso della Regola; ma in caso di qualche dubio, si ricorra alle dichiarazioni di Nicolò III. nel Capitotolo *Exit. de Verbor. significat. in 6. Decret.* e di Clemente V. nella Clementina, *Exivi ollo stesso Titol.* Ed alla Constituzione di Urbano VIII. *Sacrosanctam sotto il primo di Ottobre 1625.* E di Innocenzo XI. *Sollicitudo pastoralis sotto li 20. di Novembre 1679.* Nelle quali si contiene la purità della medesima Regola, e si espone secondo il sentimento, & intenzione del Serafico Padre.

REGOLA II.

Dell' Officio Divino.

1. DOveranno tutti li Religiosi convenire in Coro a tutte l' ore Canoniche al primo suono della Campana, quando alcuno non sia legittimamente impedito, e d' impedimento da essere approvato per legittimo dal Superior locale, e nel arrivare al Coro prenda ciascuno l' Aqua Santa, baci in terra, e poi si ponga genuflesso al suo luogo, aspettando il segno da principiare.

2. In Coro si osservi continuo, e perpetuo silenzio, nè vi si contenda di Rubriche, e dubj, che possono occorrere, mà si stia al parere unico, e risoluzione del Superior locale. Dall' Accolito anticipatamente si ritrovi l' ufficio, e dall' Eddomadario si riveda, acciò che nel recitarlo non nascano confusioni, con interruzione del Divino Officio.

3. Fatto, che averà l' Eddomadario il segno di principiare il Divino Officio, avanti che alcuno sorga, e persistenti tutti inginocchioni, l' Accolito à voce alta, e divota dica l' Orazione *Aperi Domine os meum &c.* la quale terminata sorgeranno tutti in piedi, e reciteranno *il Pater noster* previo alla recitazione del suddetto Divino Officio.

4. Il Divino Officio si reciterà con pausa, divozione, e voce intelligibile. Si averranno però di terminare i versetti, o li mezzi punti con coda, o strascino di voce, ma il Salmeggiare sia tondo, col mezzo punto fatto con pausa, ma nè così breve, che non distingua, nè così lunga che tedj.

5. Nel tempo, che si recitano l' ore Canoniche, non sia lecito ad alcuno stare appoggiato alle prospere del Coro, à riserva solo de Vecchi, & inabili, e con dispensa, o licenza del Superior locale. Al *Te Deum* però, *Inni*, *Benedictus*, *Magnificat*, *Nunc dimittis*, Benedizioni avanti le Lezzioni, e Vangelo del Terzo Notturno, stiano tenuti tutti ad uscire fuori delle suddette prospere, o sedie con tutta la persona.

6. Il Matutino indispensabilmente si dica la Notte, eccetto li trè giorni ultimi della Settimana Santa; nè mai prima delle cinque, nè doppo le sette ore della Notte, ma conforme allo stile di tutta la Provincia, dalla Croce di Maggio fino all' Assunta della B. Vergine, si suonerà alle cinque della Notte. Dall' Assunta fino alla festa di S. Luca alle sei. Da S. Luca fino à S. Valentino *exclusivè* alle sette; e da S. Valentino fino alla Croce *exclusivè* alle sei.

7. Nell' infra ottava del Corpo di Cristo il Santissimo si esporrà la sera à Completa, e resterà esposto anco per tutto il tempo che si farà l' Orazione mentale; sempre però dovrà assistere avanti il medesimo un Sacerdote con Cotta, e Stola, tanto in tempo della Completa, quanto dell' Orazione mentale, mentre starà esposto, fino che sarà data la Benedizione, e riposto; dovendo prima di riporlo servare à Riti, e Ceremonie, e dire l'Orazioni prescrit-

scritte da S. Madre Chiesa.

8. Nelle festività di Pasqua, Pentecoste, Ascensone, Natività, Citconcisione, ed Episania, come auco nelle feste della Concezzione, Natività, Pueificazione, e Annunziata dalla Beata Vergine; e parimante in quella de' SS. Apostoli, e de' Santi dell' Ordine S. Francafce, S. Antonio, S. Chiara, S. Bonaventnea, S. Ludovico, le Stimmate, S. Rosa di Vitetbo, S. Bernardino, S. Diego, S. Pietro di Alcantara, S. Giovanni da Capistrano, S. Pasquale Baylon, e altri Santi, o Beati dell' Ordine, gl' Offici de quali si celabrano almeno sotto Rito di doppi o maggiore; si come pure ne doppj maggiori della Chiesa Universale, si canti a Matutino *il Te Deum*, e a Capitolo.

9. Al principio del Matutino dovranno i Fratelli Laici ritrovarsi in Coro, da dove non partirnnno per andare in Chiesa, che dopo recitata l' Antifona del primo Salmo; Si come aaco saranno tenuti tnrnara in Coro in tempo della nona lezione, per ivi trattenersi tutto il *Te Deum*, o il Salmo *Miserere*, quando non si dica il *Te Deum*, e di nuovo al Salmo *Laudate Dominum de Cœlis*, fino al fine del Matutino.

10. Ogni volta ebe in Coro si terminerà l' Officio Divino, se non si fa l' Orazione mentale, come accade dopo il Vespro, o dopo altre ore detta ebe sarà l' Oraziona *Sacresanctæ* si dirà il *De profundis* colla solita Orazione, & il Superioee dopo darà la Benedizinne.

11. Saranno tenuti tutti li Sacerdoti di qualunque condiziona si siano à far l' Eddomada, anche che siano Lettori, o di Regola, o di Mistica, o di Morala, principiandosi dal Padre Guardiano, e successivamente tutti secondo l' ordine della Religione,

12. Prima l' estate non si dica più tardi della levata del Sole, nè l' Inverno, più dopo dell' Anrora. Il Vespro della festa del P. S. Francesco fino à Pasqua di Resurrezione si suoni alli venti, e da Pasqua di Resurrezione fino alla suddetta festa, si osservi il consueto di suonarsi, o sempre ad ore dicennove, o pure dicidotto. Nel tempo però della Quaresima si osservi il Rito della Chiesa, dicendolo avanti il pranzo, eccetto ebe li giorni di Domenica.

13. La Completa nel tempo, che si cena di giorno, si suoni all' ora ventuna, e mezza, e quando si cena di notte all' ora ventidue, e mezza, prendendo la misura tale, che alla prima *Ave Maria* possa esser terminata l' ora dell' Orazione mentale.

14. Nelli giorni, che si canta la Messa, si dirà Terza prima della medesima, e Sesta, e Nona dopo. Mà quando non occorre di cantar Messa, potrà dirsi dopo Prima, immediatamente avanti la Messa Conventuale, e Sesta, e Nona avanti il Desinare.

15. Nelle feste di prima, e seconda Classe si canterà sempre tutto il Vespro; nelli doppj maggiori la *Magnificat*, e se foro feste della B. Vergine, ancora l' Inno, *Ave Maris Stella*, sempre però si userà solo il Canto Gregoriano, nè mai il Canto fratto, o contrapunto, il quale affatto lo proibiamo.

16. In tempo, che occorre l' Officio di Feria, si reciterà il Matutino della Brata Vergine à voce più bassa, ma divota, e immediatamente avanti il Matutino corrente, a così anco le altre ore della B. V. avanti l' ore dell' Officio corrente. Il Vespro de' Morti ne' giorni prescritti dalla Rubrica, si reciti dopo quello dell' Officio, li Salmi Penitenziali però, e li Gradnali, e il Matutino de' Morti ne' suddetti giorni, si recitino la sera dopo la Compieta, e avanti l' Orazione mentale.

17. Chi sarà negligente di convenire al Coro, o vi giungerà principiato l' Officio, resti genuflesso in mezzo al Coro, pee il tempo che piacerà al Superiore, pure che la tardanza non provenisse, o per essere stato in Confessionaeio, o per aver celebrata all' ora la Messa, o pre altro impiego, & applicazione commandatagli dal Superior locale. Na sarà lecito ad alcuno uscire dal Coro senza espressa licenza di chi presiede, la quale non si conceda, se non per causa grave, nè prima di aver baciata la terra, e di salutare i Religiosi, che vi rimangono con profonda rivrrenza.

18. In tempo, che i Religiosi sono in Coro, non sia lecito al Portinaro di chiamare alcuno di quelli; ma con religiosa maniera trattenga chi domanda fino che sia terminato l' Officio. In caso però che qualche grave personaggio richiedessa il Superiore, potrà avvisarlo; o pure se fosse richiesto qualche Religioso, o per assistere a qualche infermo, o per qualche grave necessità spirituale, potrà il Portinaro avvisarne solo il Superiora, acciò disponga, e proveda, come prudentemente stimerà conveniente.

REGOLA III.

Della Celebrazione delle Messe.

1. TUtti li Saccedoti non impediti legittimamente saranno tenuti ogni mattina celebrare la Santa Messa, non però prima dell' Aurora, nè dopo il mezzo giorno, secondo l' uso commune di S. Chiesa, e colle cerimonie approvate dalla medesima, & a quell' ora, che parerà al Superiore, o quando saranno richiesti dal Sagrestano.

2. La Messa si celebrerà à voce intelligibile, grave, e divota, non molto alta, che non minuisca la divozione degl' ascoltanti, non molto bassa, che non si sfruta, ma à tuono di voce mediocre; nè sia il celabrante troppo brave, che confonda le cerimonie, nè molto lungo, che tedj chi l' ascolta.

3. Le Messe regolarmente doveranno essere applicate da medesimi Sacerdoti per li bisogni di S. Chiesa, e dell' Ordine, e pee li benefattori tanto vivi, quanto morti; siccome anco pee li Religiosi defonti di questa nostea Provincia, ogni volta che riceveranno l' avviso dal Superior Provinciale *pro tempore*, esser passato all' altra vita qualch' uno de' suddetti Religiosi; che però si prohibisce assolutamente il ricever stipendio per Messe, tanto in Denaro, quanto in Vino, Oglio, Grano, o qualsivoglia altra cosa.

4. Et in caso, che il Superior locale in qualche caso particolare volesse fae celebrare alcun numero di Messa, doverà manifestare il suo sentimento a Sacerdoti, & anco notificarli il fine, e perche cosa si doveranno celebrare, acciò possano determinatamente applicare il Sagrificio, volendo sempre che in questa materia di applicar le Messe, sia a sudditi Sacerdoti nota l' intenzione del Guardiano, o d' altro Superior locale.

5. Comandiamo ancora, che oltre l' ufficio generalissimo de' Morti per li Frati, Parenti, e Benefattori Defonti, che si suol fare il primo giorno non impedito dopo la Festa di tutti li Santi dell' Ordine, se ne facciano altri tre ne giorni assagnati dalla Rubrica del nuovo Breviario al num. 45. e colla stessa solennità, e nel modo del primo, coll' applicazione di

Digitized by Google

ne di tutte le Messe, a riserva però della Conventuale.

6. In Caso che succedesse la morte del Padre, o Madre di qualche Religioso abitante in uno de' Conventi del Ritiro, il Padre Guardiano ordinerà alli Sacerdoti della stessa famiglia per una sol volta, che applichino la Messa in suffraggio di quell' anima, a riserva sempre della Conventuale. Che se fosse, o Fratello, o Sorella, farà applicare una, o due Messe. E nel giorno della Commemorazione de Defonti, si applicheranno tutte le Messe generalmente per tutte le Anime de' Fedeli Morti.

7. Sarà libero ad ogni Sacerdote, con l' assenso però del Superior locale, almeno una volta il Mese applicare per se una Messa, pur che per la medesima non si prenda limosina in veruna specie, sotto pena di proprietà, e di esser cacciato dal Convento del Ritiro; nel qual caso sia tenuto il Padre Guardiano in virtù di Santa Obedienza avvisarne il Superiore Provinciale. E per togliere tutte le occasioni, si ordina al Pre Guardiano *pro tempore*, che nel darli licenza d' applicarsi la suddetta Messa, si spieghi, che non intende darli tal facoltà, quando egli ne abbia ricevuta l' elemosina, o sia per ricevuta.

8. La Messa Conventuale si celebrerà ogni giorno dopo Prima, alla quale assisteranno tutti li Religiosi, ogni volta che qualcheuno non fosse legittimamente impedito, e coll' assenso del Superiore. Ogni volta che non si dovrà cantar la Messa, l' Eddomadario sarà tenuto à celebrare la suddetta Messa Conventuale, e nel caso della Messa Cantata il Superiore lo farà celebrare da un' altro Sacerdote. In tempo, che si suol fare l' Orazione dopo Nona, si dica sempre a quell' ora una Messa, che potrà servire per l' ultima.

9. In caso, che il Superiore, in occasione di qualche morto, e specialmente Benefattore, e ne' luoghi vicini, fosse richiesto di mandarvi qualche Messa, non si manchi à questo atto di Carità; e per quanto al numero, si potrà regolare prudentemente dal numero de Sacerdoti della famiglia, pure che non ne mandi meno di due; per le quali, nè sotto nome di elemosina, nè sotto qualunque titolo, si riceva cosa veruna.

10. Per quello risguarda alla distribuzione del tempo da celebrarsi le Messe, il Superiore locale haverà la cura di distribuirle in forma, che non habbia à patire il servizio della Chiesa, nè del popolo. La prima Messa la dirà sempre quel Sacerdote, che la settimana seguente doverà entrare Eddomadario. L' ultima Messa la dirà il Sacerdote, che è stato Eddomadario la settimana antecedente; quando con causa legittima, & in qualche caso, non piacesse al Superior locale disporra in altra forma.

11. Alla Messa Conventuale, due volte la settimana, cioè la Domenica, & il Mercoledì, quando nella settimana non vi sia qualche Festa del Signore, o della B. Vergine, o degl' Apostoli, o de' Santi dell' Ordine, doveranno tutti li Chierici, e Fratelli Laici, in Communità far la Santa Communione, andando avanti l' Altare a due a due, prima I Chierici, e poi I Laici, colla corda al Collo, e piedi nudi. Et il giorno di Festa mentre si farà la detta Communione li Sacerdoti esistenti in Coro canteranno il *Tantum ergo*, e nelli giorni feriali, lo reciteranno à voce alta, ma divota. Et acciò possa ogn' uno meglio prepararsi per il giorno della S. Communione, il P. Guardiano, conforme all' uso della Provincia, nella tavola degl' Officiali, che si legge il Sabbato, farà anco indicare li giorni della Communione.

12. Ed acciò nella Santa Messa si osservino, come conviene, con tutta esattezza le cerimonie, e Riti stabiliti da S. Chiesa, ordiniamo, che almeno quattro volte l' anno, il Giovedì avanti la Domenica della Quinquagesima, il Giovedì avanti la Domenica in Albis, il Giovedì avanti la Festa di S. Michel Arcangelo di Settembre, e l' ultimo Giovedì di Ottobre, si faccie una publica conferenza sopra li suddetti Riti, e ceremonie, dove vi convengano tutti li Sacerdoti, e Chierici, assegnando il P. Guardiano qualche Sacerdote, che sia più prattico, e più versato in dette materie, acciò riveda il tutto nel Messale Romano nel Titolo della Rubrica, e negli Autori più Classici, per poi discorrerne per instruzzione degli altri.

14. E perche desideriamo, che ogni Sacerdote sia bene instrutto in questa materia, ordiniamo al P. Guardiano, che ad ogni Sacerdote, che si porterà in uno de nostri Conventi di Ritiro, ad effetto di fare gl' esercizj spirituali, faccia dal Direttore che l' assegnerà, provar le cerimonie della Messa, e sempre alla presenze di tutti li Chierici; e lo stesso prattichera con quei Diaconi, che vi anderanno à fare gl' esercizj spiritnali, ad effetto di potersi ordinare al Sacerdozio.

REGOLA IV.

Dell' Orazione.

1. L' Orazione Mentale si faccia indispensabilmente trè volte il giorno, con quest' ordine però: Dalla Festa della Esaltazione della Croce delli 14. di Settembre, fino alla festa dell' Invenzione della medesima delli trè di Maggio, si faccia un' ora di Orazione mentale dopo il Matutino, mezza ora dopo Prime, nel qual tempo dirassi la Messa Conventuale, che principierà dopo letto il punto, ed un ora intiera dopo la Compieta. Dall' Invenzione poi della Croce di Maggio fino all' Esaltazione della Croce di Settembre, si lascierà di far l' ora dopo il Matutino, per la piccolezza delle notti, e si farà un' ora dopo Prima, mezza ora dopo Nona avanti la refezzione, ed un' ora dopo la Compieta, in forma che di tutti li tempi ogni giorno si facciano due ore, e mezza di Orazione mentale.

2. La Misura si prenderà dall' Orologio à polvere, o da altro Orologio, conforme al commodo del Convento, e doverà l' ora misurarsi dal tempo, che si principia à leggere il punto, la di cui lettura nè sarà molto breve, nè tanto lunga, che passi il tempo di un Credo cantato.

3. Terminata l' ora, o la mezza ora dell' Orazione respettivamente, si suoni il Campanello, e tutti unitamente ringrazino il Signore, dicendo con voce divota, e intelligibile l' Orazione *Agimus tibi gratias &c.* quale finita à braccie stese diranno cinque *Pater*, e cinque *Ave Maria*, per aquistare l' Indulgenza concesse da Sommi Pontefici; e dopo diranno il *Si quaeris Miracula*, colla sua Orazione, e il *De profundis* coll' Orazione *Fidelium*, e riceveranno per ultimo la benedizione del Superiore.

4. In tempo che si fà l' Orazione mentale, non sia lecito ad alcuno de Religiosi di qualsisia condizione, di far la *Via Crucis*, nè di andar vagando per la Chiesa. Ed in tempo, che vi siano persone in Chiesa, non permetterà il Superiore, che in tempo della sodetta Orazione alcun Religioso esca nella Chiesa à fare Orazione, ma tutti stiano unitamente in Coro, potendo solo permettere à qualch' uno di-

Digitized by Google

di stare dentro la balaustrata avanti l' Altar Maggiore, dovendosi in ciò regolare, o dalla moltitudine de' Religiosi, per non tenerli confusi in Coro, o dal tempo, che fosse molto caldo, e rendesse fastidio di star tutti unitamente in Coro.

REGOLA V.
Della Povertà.

1. ESsendo la Santa Povertà l' unico, e singolar patrimonio, che il Serafico Padre nostro S. Francesco lasciò a suoi figli, ben conviene conservarla, ed in grado di maggior perfezzione; e per ciò si ordina, e commanda, che il Superior locale invigili con tutta l' attenzione, e diligenza, che un sì bel Tesoro, per cui, anco col testimonio del S. Padre, siamo fatti eredi del Regno Celeste, non venga dissipato.

2. Ed acciò meglio, e con più perfezzione venga osservata ne' suddetti nostri Conventi di Ritiro, si ordina generalmente, che non si prenda alcun stipendio per la celebrazione delle Messe, nè in Denari, anco in mano del Sindico Apostolico, nè in robba, come si è accennato di sopra.

3. Di più si ordina, che non si accettino legati, nè perpetui, nè a tempo, censi, rendite, o eredità, nè con obbligo di Messe, nè senza obbligo, quantunque fossero, o al Sindico, o al Convento, o alla Chiesa, o alla Sagrestia, o in qualunque altra forma, che dovesse, o fosse necessario di esprimere, colla clausola ancora, che la proprietà de fondi per i medesimi, non sia appresso de Frati del Convento, Sindico, Chiesa, o Sagrestia, ma appresso gl' eredi de Testatori, Donante, Communità, o luogo pio; o che la proprietà si abbia à vendere, e il prezzo spenderlo per la fabrica della Chiesa, o in altra necessità de Frati, o che il frutto, o la elemosina debba darsi in specie, non in denari, ma in cose spettanti al vitto.

4. In caso dunque, che qualche benefattore, o amorevole, per modo di Testamento, o di Donazione, o di Codicillo, lasciasse qualche legato ne modi, e forme sopra espresse, o simili, il Superior locale, avutane la notizia, convocherà i Discreti del Convento, e ne farà una solenne rinunzia nella forma, e modo che conviene, o a gl' eredi de Testatori, se quelli hanno l' obbligo di sodisfare, acciò possano in altra forma adempire la mente de' suddetti Testatori; o alla R. Fabrica, quando i Testatori non lascino a gl' eredi, o altro luogo il Dominio, e la proprietà, mentre in quel caso succede al Dominio la Sede Apostolica, come si è espressamente al Capitolo *Exit* citato di sopra.

5. Se poi qualche persona lasciasse à suoi eredi, o altro luogo Pio l' obbligo di dare a Religiosi tanto oglio per la lampada, o tante libre di Cera per servizio delle Messe, il Superiore colli Discreti facciano una protesta di non aver niun dritto, o ragione, ancora per vigore di Legato, sopra tali materie, conforme ordina la Constituzione Generale dell' Ordine al *cap. 6. §. 5. num. 2.* lasciando in libertà gl' eredi di dare, o non dare le suddette cose, consegnandoli in mano la suddetta protesta *in scriptis*, che se ciò non ostante le volessero dare, si ricevano per pura elemosina, nè si convertano in altro uso, che in quelli, per li quali si danno, e solo se ne riceva tanta quantità, quanto si stima necessaria per il consumo: che se la suddetta Cera, si conoscerà che possa bastare per il consumo tutto l' anno, non se ne procuri, nè cerchi altra, nè si prenda, quantunque spontaneamente li fosse esibita da altri Benefattori, e lo stesso diciamo dell' Oglio per la Lampada.

6. E perche è necessario à Religiosi il vestimento, ed il S. Padre permette, che per le necessità delli infermi, e per il vestimento de Religiosi si possa ricorrere à gl' Amici spirituali, in caso che li suddetti Conventi non abbiano altro modo di potea provedersi per il suddetto vestimento, si può permettere di ricevere qualche legato, ma nella forma suddetta, e colla protesta accennata dallo statuto citato, e che non ecceda il bisogno del puro vestimento, nè si converta in altro uso, che per vestire li Religiosi; che se poi possano in altra forma provedere i Religiosi del suddetto vestimento, si proibisce assolutamente, anco colla suddetta protesta, di ricevere simile legato.

7. Siccome viene proibito à tutti Noi il far queste di denari, così anco si proibiscono alli suddetti Conventi; nè vogliamo che nelle loro Chiese, o Sagrestie, o altri luogi vi si tenghino Ceppi, o Cassette per ricevere elemosine pecuniarie, siano con obligo, o senz' obligo di Messe, anche, che la Chiave la tenesse il Sindico Apostolico, nè tampoco per Confraternite, o altre cause pie, benche non dovessero servire per uso de Religiosi, mà per mantenimento d' Altare, o bisogni di qualche Confraternita, o per qualunque altro fine.

8. Le Questue doveranno farsi conforme al bisogno, e necessità de' Religiosi, ma sempre in propria specie, come di Pane, Vino, Oglio, Legumi, e altro necessario al sostentamento de' Religiosi, e in quella quantità sola, che stimeranno necessaria, e sufficiente provisione per il vitto quotidiano, con Questuazione giornale, o di settimana in settimana.

9. Se però coll' esperienza di più anni si fosse conosciuto, non potersi in tutti li tempi trovare in propria specie tutto il necessario per il sostentamento della Famiglia, si concede, secondo la Clementina *Exivi* che si possa con cerche anticipate in tempo della raccolta, o altro, provedere di quello, che in altri tempi non può ricavarsi, per conservarlo per li bisogni, ma non altrimente, che in quella pura, e mera quantità, che comporterà il consumo, e provisione alle imminenti necessità.

10. In caso, che per qualche penuria, o altro accidente, non si possa, con tutte le diligenze de cercatori, trovare qualche cosa in propria specie, necessaria per il vitto de' Religiosi, si ricorra dal Superiore, e col consenso de dui primi Discreti del Convento, à gl' Amici Spirituali, à quali si specifichi, e apra la loro corrente necessità, e si preghi a provedervi, senza però domandare, o ricevere denari; e quando questi condescendano alla petizione, e per non aver la detta robba in propria specie, o per non volere l' incomodo di comprarla da loro stessi, o di deputare altra persona, che lo faccia in luogo loro, offeriscano denari per comprarla, non si ricevano dal Superiore in conto alcuno, nè da altra persona dal lui nominata, ma si preghi il medesimo benefattore à consegnarli, o farli consegnare per mezzo di qualche altro, in mano del Sindico Apostolico del Convento, che esso provederà à proporzione del bisogno.

11. Si proibiscono le cerche generali di Grano, il tenere stabili di qualunque sorta, come generalmente sono proibite à tutto l' Ordine; nè sia lecito vendere Frutti, Fieno, Fiori, Erbaggi, o altro, benche provengano dall' Orto, o Selva dentro la Clausura de medesimi Conventi.

12. Abbia ciascheduno Convento il suo Sindico Apostolico, da deputarsi, in caso di vacanza, dal Ministro

nistro della Provincia; mentre l'uso del medesimo, non solo non è contro la Regola, ma una provisione de Sommi Pontefici, per la più pura osservanza della medesima, come ultimamente dichiarò anco la felice Memoria di Papa Innocenzo XI. nella sua Constituzione che principia *Sollicitudo*. Non vogliamo però, che il detto Sindico prenda elemosine pecuniarie, se non nel caso espresso di sopra, o per qualche grave, e urgentissima necessità da esserе approvata da tutti li Discreti del Convento.

13. Parimente si proibisce il vendere cose appertenenti alla Chiesa, come Capelle, luogo, o sito per le Sepolture, Calici, Quadri, Veste Sacre, e cose simili; nè stipoliuo mal instromenti, o contratti, per li quali si obblighino civilmente ad altri, o pure altri ad essi; nè per loro lo faccia tampoco il Sindico, in forma che essi non possano mai comparire in giudizio.

14. Li Mobili, utensili, e ornamenti della Sacrestia, Chiesa, Altari, e Cappelle, siano tali, che vi si riconosca e la povertà, e la polizia. Perciò li viene proibito l'uso di Lampade, Candelieri, e Vasi d'Argento, o pure inargentati, o indorati. Le Coppe de Calici siano d'Argento indorate nella parte interiore, e la Pisside, quando non sia d'Argento, ma di Rame, ancor ella sia indorata, tanto nella parte interiore, quanto esteriore. Li Camici, e le Cotte, non siano con Merletti curiosi, preziosi, e di spesa; e così in tutte le Sagre Suppellettili si faccia conoscere, come si è detto, la polizia, la povertà, e la divozione, proibendo anco à gl' Altari l'uso de' Fiori di Seta.

15. In oltre nelle Stanze de Religiosi, non vi si permetta, che il Letto con il Pagliaccio, Capezzale, Coperta di Lana, un Tavolino, due Sedie, o di Paglia, o di Faggio, con Scanzia, una Cassetta, dove specialmente i Predicatori, e Lettori possano conservarvi i loro scritti, poche Carte con Figure Sagre, un Crocifisso, la Piletta dell' Aqua Santa, il Calamaro, e qualche Libro Spirituale, o secondo la Professione del Religioso, e con licenza, e assenso del Superior locale.

16. Niun Religioso possa con Chiave chiudere la porta della sua Cella, ma sia sempre aperta, che vi possa entrare il Superiore, il quale almeno una volta il Mese, e l'ultima Settimana in giorno di Giovedì, sia tenuto dopo il Vespro, accompagnato da due Discreti, di visitare tutte le Celle, per levare il superfluo, e provedere al necessario. Nè permetta a Religiosi a loro uso per il vestimento, che un Abito, Mantello, Tonica, un Capaccio, un paro di Zoccoli, & un paro di Sandali all' Apostolica, con le Mutande, e uno Sciugamano, e Cordone, e Fazzoletto.

17. Sarà poi cura del Superiore locale di far star provista la communità di Zoccoli, Sandeli, Suola, Cordoni, Mutande, Sciugamani, Fazzoletti, e panni di Lana per li bisogni de medesimi Religiosi, e ogni otto giorni, o almeno quindici, il Sabbato doverà far dare dal Communiero i panni di Lino puliti, acciò lascino li sporchi, e ogni volta, che occorrerà il bisogno, averà cura farli mutare anco i panni di Lana.

18. Vi sia anco in ogni Convento una, o due Stanze civili, e Religiose, nelle quali siano almeno due Letti provisti ancora colli Matarazzi, e Lenzuole, per potere ricevere con tutta carità i Religiosi d'altre Religioni, e qualche Benefattore, usando colli medesimi tutte la carità, quando vi sia il commodo, e il luogo sia sano. E se il commodo lo dasse, sarebbe bene, o che fossero nella parte inferiore del Convento, o pure in luogo lontano dal Dormitorio de' Religiosi.

REGOLA VI.

Del Silenzio.

1. IL Silenzio, che molto conferisce alla modestie, e quiete de' Religiosi, doverà osservarsi con tutta esattezza; che però della Festa della Invenzione della Croce, fino alla Festa dell' Esaltazione della medesima, cioè dalli trè di Maggio, fino alli quattordici di Settembre, dopo la prima *Ave Maria*, spedite le Orazioni communi, che si fanno in Chiesa, si darà il segno del Silenzio colla Campanella del Refettorio, e doverà durare il Silenzio fino alla mattina all'ora di Prima; e dopo il mezzo giorno si darà parimente il medesimo segno del Silenzio da pratticarsi fino all'ora di Vespero. Dalla Esaltazione della Croce, fino all' Invenzione, si darà il suddetto segno di Silenzio solamente la sera ad un ora di notte, dopo suonate l' *Ave Maria* de Morti, che parimente doverà osservarsi fino alla Mattina.

2. Nel tempo del detto Silenzio non sarà lecito ad alcun Religioso di parlare per li Dormitorj, o nel Chiostro, anzi nè tampoco di passeggiarvi, o trattenervisi; ma ogn' uno deve ritirarsi nella propria Cella solo, senza che uno entri nella Stanza dell' altro, a riserva però di qualch' uno, che volesse ritirarsi in Chiesa per fare Orazione; o pure in caso che vi fosse qualche Infermo, e all' ora, solo gl' Officiali deputati dal Superiore, possono andarvi ad assistere, riguardandosi però di parlare a voce alta, o fare strepito, e in caso anco che convenisse e qualch' uno per qualche necessità uscir di Cella nelle suddette ore di Silenzio, si guardino di non portar Zoccoli, ma Sandali, le quali doveranno usere anco la Notte, quando scendono al Matutino.

6. Se in tempo del Silenzio sarà qualche Religioso dimandato alla Porta, il Portinaro non doverà chiamarlo, ma con Carità doverà trattenerlo, che espetti fino all' ora del Vespro, che lo avviserà, quando non fosse cosa più che urgente, che non patisse dilezione, nel qual caso doverà prime menifestarla al Superiore, e di assenso del medesimo potrà chiamarlo, o pure se non fosse dimendato il Superiore stesso, pure per cosa grave.

7. In caso anco, che nelle suddette ore del Silenzio capiti qualche Religioso forastiero, lo riceva il Portinaro, & avvisi solo a chi spetta di darli la Stanza, o la refezzione, acciò sia trattato con Carità, ma sempre si parli con voce sommessa, e basse, che non sturbi i Religiosi, nè si possa sentire da quelli, che sono ritirati.

8. Anco in tutte l'altre ore, che non sono di Silenzio, si parli sempre con voce rimessa, umile, e modesta. Li discorsi di cose necessarie si facciano nel luogo del Capitolo, o in qualche Stanza vicino alla porta, dove sogliono riceversi li forastieri, sempre però senza contrasti, ed altercazioni, benche siano di cose Virtuose. E colla stessa voce sommessa doveranno anco discorrere nell' Orto, o Selva nelle ore, che ànno di ricreazione.

RE-

Digitized by Google

REGOLA VII.

Del Refettorio, e Refezzione.

1. IN Refettorio, & in tempo della Refezzione, tanto di mattina, quanto la sera, si osservi perpetuo Silenzio, nè sia mai lecito di dispensarsi, sia in occasione di solannità, o arrivo de' Superiori, o intervento di qualsivoglia Personaggio, o per qualunque occasione, o sotto qualsivoglia pretesto, ma sempre indispensabilmente si legga la prima, e la seconda lezzione, che duri tutto il tempo della Refezzione.

2. Per la prima lezziona si userà la Bibbia Sacra, e la Scrittura che corre, e si canteranno i punti come è l'uso di tutta la Pronvincia. Terminata la prima lezzione si legga il Martirologio della Religione nel giorno che corre, e poi si annunzj l'officio del Vespero, e Matutino seguente. Si legga poi per seconda lezzione, o il Legendario de' Santi, o le Chroniche dell' Ordine, o altro libro Spirituale.

3. La suddetta prima lezzione sarà tutta intieramente cantata dal Chierico. La seconda però si ripartirà tra tutti l'altri Chierici, e Sacerdoti, come più piacerà al Superior locale; quando non stimasse meglio di far leggere per *ebdomada*, a due o tre soli per Settimana da disegnarsi il Sabbato nella Tavola della distribuzione dell' officiali.

4. Tutti li Venerdì dell' Anno, si come è l'uso della Provincia, si leggerà la Regola col Testamento del Padre S. Francesco, che per instruzzione anco de Fratelli Laici sarà bene leggersi in idioma volgare. In tempo di Quaresima si potrà leggere per seconda lezzione la Disciplina di S. Bonaventura. E nelli giorni prefissi li Decreti, e Constituzioni Apostoliche.

5. Alla Mensa ogn'uno sederà per suo ordine, secondo l'anzianità della Religione, senza alcuna distinzione, o sia Lettore di Morale, o di Regola, o di Mistica, eccetto il Vicario, che doverà sedere immediatamente dopo il Guardiano. Nè vi sia differenza di Tovaglioli, Piatti, Bichieri, o altro, che mostri distinzione, o particolarità.

6. La pietanza non si dia mai due volte il giorno, quantunqua da benefattori loro fosse portata. Nè dalla Cucina si diano mai più cha due sole porzioni di vivande, & eguali a tutti, senza niuna specialità, acciò ogn'uno resti ugualmente trattato. E quando occorre darsi li Frutti, non si diano sopra Piatti, se non à Forastieri, & al Superiore nella visita. Il Formaggio, dove vi è il commodo di darsi, si dia solo tre volte la Settimana, e saranno la Domenica, il Martedì, & il Giovedì.

7. Oltre li Digiuni di precetto tanto della Chiesa, quanto della Regola, Digiuneranno anco la Quaresima, che principia dall' Epifania per quaranta giorni, detta volgarmanta la Benedetta. Tutte le Vigilie della B. Vergine, i Venerdì di Marzo, la Vigilia del P. S. Francesco, e di S. Antonio di Padova, non solo si osservi il Digiuno, ma si mangi la porzione in Terra genuflessi; & il Venerdì Santo parimente in Terra con solo Pane, e Vino, & una Insalata. La sera però in tutti li tempi di Digiuno, non si dia mai pietanza ad alcuno, sotto qualsivoglia pretesto, se non in caso, che la mattina non avesse pranzato.

8. Si proibisce assolutamente a Superiori locali il proponere a loro Religiosi nuovi Digiuni, & astinenze, oltre le sopraddette; Et in caso vi sia qualche Religioso, che o per vecchiaja, o per indisposizione non potesse qualche volta fare le suddette astinenze, sia tenuto il Superior locale provederlo di vitto necessario, ma lo faccia mangiare segregatamente, e separato dall' altri.

9. Trè volte la Settimana, cioè Lunedì, Mercordì, e Venerdì, suonato il segno della Refezzione, converanno tutti li Religiosi al luogo del Capitolo, e recitata l'Oraziona *Actiones nostras*, prima tutti i Laici genuflessi avanti il Superiore colle mani giunte si rendano in colpa de loro errori, e ricevano o la correzzione, o la penitenza, che loro vorrà dare il Superiore; e dopo collo stesso ordine seguiranno tutti li Chierici à dire la loro colpe, e per ultimo tutti li Sacerdoti. Il Venerdì però il Superior locale, ascoltate tutte le colpe, sarà tenuto di fare un' esortazione Generale per la buona osservanza, e correzzione commune, quando la stimi necessaria.

10. Terminata la funzione delle colpe tutti unitamente si genuflettano, & à braccia stese dicano un *Pater*, & un *Ave*, e dopo levati in piedi intoneranno il *De profundis*, & a due a due anderanno in Refettorio recitando il suddetto Salmo, il quale terminato dentro del Refettorio, tutti unitamente si genufletteranno a baciar la Terra, e levati in piedi, l'Eddomadario principierà la benedizione, con dire; *Benedicite*. E terminata la benedizione, ogn' uno si sederà al suo luogo.

11. Alla Mensa servirà un Chierico, & un Laico. Terminata la Mensa, dato il segno dal Superiore, usciranno à sparecchiare tanto li Chierici, quanto i Laici, e qualcha Sacerdote, commandato però dal Superiore, ma non più di due per volta; Il Superiore però non si muova mai dal luogo.

12. Dopo sparecchiata la Mensa il Superiore dia il segno, ed un Chierico Accolito intuoni il *Tu autem Domine*, e si principino a render le Grazie; la Mattina però sempre anderanno à terminarle in Coro, uscendo dal Refettorio recitando il Salmo *Miserere*, o altro disegnato dalla Rubrica del Breviario, conforme alli tempi, e nel fine si canterà l'Antifona: *Tota pulchra*.

13. Dopo rese le suddette Grazie, dua Laici, dua Chierici col loro Maestro, e due Sacerdoti, secondo la disposizione del Superiore, che si notificherà ogni Sabbato nella tavola delli ufficiali, anderanno in cucina à lavare i Piatti, cha più tosto genera confusione, che edificazione, l'andar dicidotto, o venti Frati, per lavare vinti, o trenta Piatti, nell' andar che si farà dalli suddetti alla Cucina diranno il Salmo, *Deus Misereatur nostri*. Nel lavarli recitaranno le Litanie della B. Vergine colla sua Orazione nel fine; e terminato di lavarli, diranno, *Retribuere dignare Domine &c.*

14. In Refettorio alla refezzione commune de Religiosi non si ammetta mai secolare alcuno, a riserva solo di qualche personaggio di gran qualità, come Cardinale, Prencipe, Vescovo, o Vicario Generale; ed in questo caso nè si dispensi il Silenzio, nè si lasci di fare tutte le funzioni prescritte di sopra.

15. Finalmente ogni sera dopo la refezzione, a rese le Grazie, sia giorno di Digiuno, o non sia di Digiuno, sempre doveranno recitare il *De profundis* colla solita Orazione *Fidelium*, a chiedere al Superiore la benediazione.

RE-

REGOLA VIII.

Del Vestimento de' Religiosi.

1. Perchè è molto necessaria l' uniformità del vestire, perciò si comanda, che niun Religioso vesta di altro panno di quello, che si fabbrica nella nostra Bottega, e che usa la Provincia, tanto in colore, quanto in qualità. Nè per uso del vestire, come di sopra si è detto, altro non li si conceda, che un habito, un Capuccio, una Tonica, un Mantello, un paro di Mutande, Zoccoli, Sandale, un Fazzoletto, ed uno Sciugatore.

2. La forma dell' abito sarà tale, quale prescrivono le Constituzioni Generali al cap. 2. §. 9. num. 6. sotto le pene tassate nel detto Statuto nel num. 8. Che però si proibisce à tutti li Religiosi de detti Conventi, tanto sudditi, quanto Superiori, di inventare, o ritrovare qualche diversa forma di Capuccio, o abito, o Mantello, o di porre al Mantello bottone, o legame di filo, legno, osso, o altro, per essere in questo modo conosciuto come Religioso del Ritiro, e distinto da Minori Osservanti, e dagl' altri Religiosi della Provincia. E chi ciò tentasse, sarà mortificato colle pene fulminate contro quelli, che procurano introdurre novità nell' Ordine.

3. Si terranno, come si è accennato anco di sopra, tutti li panni, tanto di Lana, quanto di Lino nella Communità, e quando il Religioso riceverà l' abito nuovo, o sia Capuccio, o Tonica, o Mantello, sarà tenuto à mandare il vecchio alla Communità.

4. In caso, che li Superiori locali di detti Conventi non habbiano altro modo di poter corrispondere per le spese, che si fanno in fabbricare i panni per il suddetto vestimento, potranno far questuare la Lana, per somministrarla alla Bottega, ricordandosi, come pure si è accennato di sopra, che il P. S. Francesco, concede licenza à Superiori di poter ricorrere alli amici spirituali per le vere necessità delli infermi, e vestimento de' Religiosi.

REGOLA IX.

De Confessori.

1. Niun Sacerdote, secondo il Sagrosanto Concilio di Trento, ardirà di esporsi ad ascoltare le Confessioni de secolari, se prima non sarà approvato dal Vescovo Diocesano de' luoghi, dove dovrà sentire le dette Confessioni, la quale approvazione dovrà esser notificata al Superiore locale.

2. Non permettano li Superiori Locali, che ninno de suddetti Sacerdoti si presenti, se non averà compito anni trenta di età, e se prima non sarà approvato, o dal Superior Generale, o dal Superior Provinciale, con loro patenti, da mostrarsi à suddetti Superiori locali.

3. Non sia lecito à niun Confessore approvato l' ascoltar le Confessioni in altre Chiese fuori delle nostre, ancora della stessa Diocesi, se prima non sarà stato richiesto dal Signor Curato, à cui è soggetta la Chiesa, e di licenza del medesimo.

4. Siano à tutti li Confessionarj affisse la Bolla in *Cœna Domini*, e la Tabella de casi riservati al Vescovo, dalli quali non ardiscano assolvere, senza espressa licenza del suddetto Vescovo.

Chronol. Seraph.

5. Si proibisce à tutti li Confessori sotto gravissime pene, che non solo non ricevano Denari, o altra robba ne' Confessionarj, nè à titolo di elemosina, nè sotto altro pretesto; mà che nè tampoco diano penitenze tali, che obblighino i penitenti à fare elemosine, o al Convento, o per la Chiesa del suddetto Convento, o altro bisogno che potesse occorrere.

6. Non si permetta il Confessar Donne fuori del Confessionario, nè nomini per le Stanze, Dormitorj, o Chiostri; mà solo in luogo Sacro, e deputato per le Confessioni. E li Confessionarj habbiano alli sportelli la lamina traforata bene inchiodata, nè si disapprova l' uso di porre anco sopra la suddetta Latta una tela, che la ricuopra.

7. Niun Sacerdote potrà ascoltare la Confessione de' Religiosi, se parimente non averà anni trenta di età, o che per causa legittima non ne sia dispensato dal Superiore; e se prima dallo stesso Superiore non sia approvato con sua patenta. Nè assolverà da casi riservati nelle Constituzioni Generali, se non li saranno espressamente concessi, o non sarà dichiarato Penitenziere del suddetto Convento. Avvertendo anco, che li Penitenzieri di un Convento non hanno facoltà di assolvere da Riservati in un altro Convento, se espressamente non li viene generalmente concessa la facoltà di assolvere da suddetti casi riservati.

8. Li Chierici si Confesseranno solo da loro Maestri, e niun Sacerdote ardira di ascoltare le loro Confessioni, in pena della Disciplina, se non haveranno espressa licenza del Superiore locale, lasciando al medesimo la facoltà di assegnarli qualche volta, che stimarà più conveniente, qualche Sacerdote Confessore distinto da loro Maestri.

REGOLA X.

De Predicatori.

1. Niun Sacerdote ardisca esporsi a predicare, se prima non sarà stato instituito Predicatore dal Superiore Generale, e non haverà ottenuta la patente dal Provinciale, e la benedizzione dal Vescovo Diocesano del luogo, dove doverà predicare.

2. Si proibisce à medesimi Predicatori di procurarsi prediche da se stessi, da esser puniti come disubbidienti; ma ciascuno aspetti di esser richiesto da Vescovi, o Communità, o di esser provisto dalli Superiori dell' Ordine; anzi in caso che siano richiesti, non accettino, se prima non ne danno parte al Superior Provinciale, e ne habbiano dal medesimo l' assenso.

3. Le elemosine pecuniare, che sogliono dare i luoghi, dove predicheranno, non solo non le riceveranno per se stessi, ma nè tampoco saranno Padroni di farle deporre in mano di terza persona, benche fosse il Sindico, essendo ciò proibito dalla Constituzione della Felice Memoria di Urbano VIII. *Militantis*; nella quale solo si concede di manifestare al Provinciale l' intiera somma, acciochè esso ne disponga ne modi più congrui alla pura osservanza della Regola, sotto la pene à trasgressori tassate nella suddetta Constituzione.

4. Non sia lecito tampoco di predicare nelle Chiese, o Oratorj del nostro medesimo Ordine, se non colle forme prescritte dal Sagro Concilio di Trento, e dalle Constituzioni Apostoliche di Gregorio XV. e Clemente X. che ordinano doversi do-

mandare prima la benedizzione del Vescovo Diocesano, o suo Vicario Generale.

REGOLA XI.

Della Lezione Spirituale.

1. IN ogni Settimana vi siano trè lezioni, una di Regola, l'altra di Mistica, a la terza di Morale, a casi di coscienza, alle quali debbono concorrervi tutti, quando non siano legittimamente impediti; a colli negligenti proceda il Superiore, prima colla correzione, e poi colle mortificazioni; per le quali lezioni saranno disegnati trè Lettori, e in caso di impedimento, o mancanza di uno, il Superior locale doverà sostituire un' altro de' più capaci.

2. La suddette Lezioni si faranno in trè giorni distinti della Settimana, la lezione di Regola si farà il Lunedì dopo il Vespro nel luogo del Capitolo, o altro luogo più proprio; nè si esponga a capriccio del Lettore, e ne sensi atti più tosto a causar scrupoli ne' Religiosi, che ad illuminarli per la più pura osservanza. E perciò in questa mataria si servirà il Lettore delle dichiarazioni di Nicolò III. Clemente V. a delle Constituzioni di Urbano VIII. e di Innocenzo XI. allegate di sopra; e anco di Espositori classici, e zelanti della salute dell' anime, a osservanza della Regola.

3. La lezione di Teologia Mistica si farà il Mercordì parimente dopo il Vespro, e nel luogo suddetto. Et in questa materia trattandosi di Orazione vocale, Meditazione, Contemplazione, stia il Lettore avertito di non incorrere negl' errori de' Quietisti; e perciò legga spesso la proposizioni del Molinos dannate da Innocenzo XI. a quelle dell' Arcivescovo di Cambraj riprovate da Innocenzo Duodecimo, acciocchè bene instrutto di quanto si debba fuggire, per non convenire colli predetti, possa con più franchezza discorrere di una materia si grave, e delicata, potendosi servire di S. Bonaventura, di S. Pietro di Alcantara, di S. Teresa, e del Cardinal Lauria nel suo Trattato *de Oratione*.

4. La leziona morale, o de casi di Coscienza si farà parimente dopo il Vespro il Sabbato, e doverà il Giovedì antecedente affigere due casi alla porta del Resettorio, li quali si doveranno risolvere il Sabbato, acciò ogn' uno possa considerarli, a studiarli. E il suddetto giorno della conferenza, la metà de' Sacerdoti per volta, scambievolmente diranno la loro opiniona, e il Lettore per ultimo risolverà, e deciderà con dottrine sode, ragioni forti, autorità de Sagri Canoni, de Concilj, e de Dottori Classici.

5. Averta il Lettore di non proporre casi metafisici, a speculativi, ma solo prattici, e di quella materie, che sogliono più regolarmente occorrere; a legga spesso le proposizioni dannate da Alessandro VII. da Innocenzo Undecimo, e da altri Sommi Pontefici. Instruirà anco li Confessori in fare atti di Fede, Speranza, Carità, a Contrizione, acciò che possano li medesimi essere insegnati a penitenti, consigliando anco li Confessori ad aver sempre sotto degl' occhi li Dottori più Classici, la Bolla in *Cœna Domini*, e la Dottrina del Catechismo, per non rendersi rei appesso Dio, per la mala amministraziona del Sagramento.

6. E per dar regola al tempo, che deve consumarsi in dette lezioni, vogliamo che la leaione della Regola, come anco quella della Mistica, non durino che mezza ora, e quella de casi di Coscienza, o morale, duri lo spazio di un ora, da misurarsi sempre con il polverino.

REGOLA XII.

Di altri esercizj, ed osservanze.

1. IL Santissimo Sagramento si rinuovi almeno ogni otto giorno.

2. In tempo che li Religiosi sono in Coro a celebrare li Divini Officj, non sia lecito a niun Religioso stare in chiesa a discorrere con Donne, o huomini.

3. Dove non è l' uso della *Via Crucis* si procuri stabilirla, e si faccia in tutte le festa di precetto, e li Venerdì, nè mai si lasci senza più che grave causa, ed impedimento. Il Sacerdote, che farà il discorsetto a devoti, dopo terminato, haverà cura di insegnarli a fare gl' Atti di Fede, Speranza, Carità, e Contrizione, instruendoli ancora sopra i Misteri della nostra Santa Fede; nè poi si trattengano con canti, benche spirituali, ma si lasci ogn'uno in libertà di ritornare alle loro case, a negozj.

4. Dopo il Matutino trè volte la Settimana, cioè Lunedì, Mercordì, e Venerdì, si faccia indispensabilmente la Disciplina, con recitare quei Salmi, a quelle Orazioni, che sono prescritte dal Breviario Romano.

5. Tutte le sere, l' Estate quando si cena di giorno, dopo la prima Ave Maria, a l' Inverno dopo quella de' Morti, al suono della Campanella dà prima a tocchi, convengano tutti i Religiosi in Chiesa, e genuflessi avanti l'Altar Maggiore per ordine, o in circolo dentro la balaustrata, quando sia capace, stiano in silenzio per un credo cantato in circa, facendo un poco di Esame, e pregando il Signore a concederli la sua Santa grazia, acciò possano fara un perfettissimo Atto di Contrizione; dopo faccia il Superiore il segno, a dicano tutti in commune il *Confitear*, quale terminato, il Superiore, o l' Eddomadario, con voce umile, e divota dica: *Signor mio Giesù Cristo*. E tutti replichino lo stesso. *Perche siete un sommo, ed infinito bene*. Replichino lo stesso. *Mi penta, e mi dolgo con tutta il Cuore.* Replichino *Di avervi offeso.* Replichino. *E propongo colla vostra Santa Grazia di non offendervi mai più*. Replichino lo stesso. Terminato quest' Atto, due Chierici recitino le Litanie della Beata Vergine, e gl' altri rispondano, e terminate, l' Eddomadario, o il Superiore dirà l' Orazione *Concede &c. Visita quæsumus Domine &c.* Dopo possono recitare l' altre Orazioni, ed Antifone consuete, a all' ultimo chiedendo tutti la benedizione, il Superiore coll' aspersorio li benedica, dicendo. *Salva nos Domine vigilantes &c.* e tutti rispondano. *Amen*, a si ritirino alla loro Celle.

6. Si proibisce però alli Superiori locali, che in detto tempo, oltra le preci sopraddette, e quelle che presentemente usano, non possano aggiungervene altre, sotto qualunque pretesto di Divozione.

7. Per quello risguarda alla Conversazione Religiosa fuori de' loro Conventi, il Padre Guardiano, o altro Superior locale, non permetta in conto alcuno, che li Religiosi vadano fuori di Convento soli, nè tampoco li Cercatori, se non in caso, che il Superior locale non potesse di meno. Nè si permetta alli Religiosi di trattenersi, o passeggiare avanti la porta della Chiesa, o del Convento, sotto qualsivoglia pretesto.

8. Do-

8. Dove si fanno feste, o ricreazioni, non vi vada alcuno, se non in caso, che fossero mandati dal Superiore, o per celebrare, o per ascoltar le Confessioni, o per altro motivo di pietà, ma però non vi si fermino a mangiare; Et in caso di molta tardanza, solo si concede, che possa prendere qualche refezzione a parte, ma in niun conto nel luogo pubblico della ricreazione, o conversazione.

9. Si proibisca anco à tutti quelli, che fossero mandati dal Superiore ad assistere all' infermi, di ingerirsi, o interessarsi in materia di legati, testamenti, codicilli, o elezzione di Sepoltura.

10. In oltre, se il Superior locale fosse richiesto per soddisfare alla divozione di qualche benefattore, il mandar Religiosi ad accompagnar qualche Defonto, non ve ne mandi meno di quattro, nè si riceva per tal funzione cosa veruna di elemosina; e lo stesso si prattichi, quando qualche Defonto venisse à sepellirsi in Chiesa nostra, dovendosi senza verun stipendio, *gratis* prestare tutto il servizio.

11. In ordine al convenire alle processioni pubbliche del *Corpus Domini*, delle Litanie Maggiori, o Rogazioni, e d'altre intimate da Vescovi per il bene, e causa pubblica, si osservi la consuetudine antica, e pratticata di convenire, o non convenire, senza, che sopra ciò possano innovare cosa alcuna, sotto pretesto di maggiore, o minor distanza, che possa il Convento dittare dalla Terra.

12. In tempo che per causa del freddo andranno al fuoco in communità, si reciterà il *Deprofundis* colla sua Orazione *Fidelium*; e mentre si scalderanno, avvertano di non far discorsi profani; mà siano li loro discorsi spirituali, o di Regola, o di Orazione, o casi di Coscienza, da proporsi li casi dal Superiore, o di sua licenza da Lettori, e tanto chi propone, quanto chi risponde, o risolve, usi tutta la modestia, fugga le altercazioni, e sempre con voce dimessa, ed umile.

13. La porta del Convento sia sempre chiusa, e la Chiave appresso il Portinaro, tanto di giorno, quanto di notte, quando il Superiore non stimasse più proprio tenerla la notte appresso di se. E per tale officio di Portinaro si deputi un Religioso grave, ed esemplare, che almeno sia sopra l' anni quaranta. Ed essendo qualche Religioso dimandato alla porta da Donne, non vi stia molto a parlare, e sempre coll' assistenza del Portinaro, o d'altro Religioso deputato dal Superiore.

14. Senza licenza del Superiore non si ammettano secolari all' orto, nè in Convento; e quando qualche benefattore volesse vedere il Convento, si deputi dal Superiore un Religioso civile, prudente, e zelante che l' accompagni, così anco se fosse Religioso d' altra Religione, che se poi fosse qualche personaggio grande, lo accompagni lo stesso Superior locale.

15. Si ordine parimente, che in occasione passassero da' sudetti Conventi Religiosi d' altri Ordini, si ricevano tutti colla dovuta Carità; ma con maggior distinzione quelli del Padre S. Domenico. Se fossero Capuccini, o Riformati, o pure li nostri d' altri Conventi, al primo loro arrivo, li si faccia la lavanda de' piedi, alla quale, al suono della Campanella, doveranno concorrere tutti; e mentre si recitano le solite preci, l' Eddomadario, o altro deputato dal Superiore lavi i piedi; e lo stesso si prattícherà co' Religiosi della medesima famiglia, quando occorra, che ritornino da luoghi lontani; potendo anco il Superiore, per meglior regola, deputare due Religiosi per Settimana, che habbiano la cura di lavare i piedi.

Chronol. Seraph.

16. Si proibisce ancora alli suddetti Religiosi il pernottare nelle terre vicine, quando ànno il tempo di spedire il loro negozio, e far ritorno al proprio Convento la sera; Et in caso che l' affare fosse tale, che non si potesse spedire in tutta la giornata, avverta il Superior locale di non permettere in conto alcuno, che vi si vada solo, anzi prima di darli la licenza siano tenuti li sudditi a manifestare l' affare, che tengono, acciò possa il Superiore prender regola in concederli, o negarli la suddetta licenza.

17. In oltre si proibisce a Superiori locali il dare l' abito del Terz' Ordine a persona veruna, senza espressa licenza del Superior maggiore, e colla suddetta licenza non conceda à Donne Tonica talare, se non ànno le condizioni ricercate da Decreti Apostolici, e non esibiscono la licenza dell' Ordinario del luogo, a cui, secondo le risoluzioni della Sagra Congregaziona del Concilio, e di quella de' Vescovi, e Regolari, appartiene l' esame, acciò siano capaci di godere li privilegi concessi a quelli, che sono aggregati al Terz' Ordine.

18. A quelle che avendo li requisiti, loro si concederà l' abito, non si permetta però portar la pazienza, nè *sobrietto*, o velo in capo, nè tampoco l' altro chiamato *sottogolo*, che sono proprj di Monache claustrali. All' altre persone, così Uomini, come Donne, colla debita facoltà, se li conceda l'abito, o in forma di Tonicella, o picciola pazienza, o simile all' abitino del Carmine.

19. Si faccia almeno ogni due mesi una volta, & anco più volte, se il bisogno lo richiedesse, la bucata, per pulire, & imbiancare i panni del Convento, alla quale tutti doveranno dare ajuto.

20. Il Sabbato, o altro giorno antecedente, quando fosse impedito da festa di precetto, si scopi tutto il Convento all' ora che piacerà al Superiore: Li Sacerdoti, e Chierici scoperanno la parte Superiore, li Laici la parte inferiore del suddetto Convento.

21. Il Sagrestano averà la cura di scopar la Chiesa, o farla scopare con licenza del Superiore, quando fosse impedito, almeno due volte la Settimana, & ogni mattina scopetterà gl' Altari, e pulirà i Candellieri. Averà anco la cura, che notte, e giorno arda la Lampada avanti il Santissimo Sagramento, come in ogni luogo si costuma, e si procuri anco di far lo stesso della Lampada alla Cappella, o Altare del P. S. Francesco.

22. Se occorrerà la festa di qualche Santo, nella quale la clemenza de' Sommi Pontefici abbia concessa l' Indulgenza a quelli, che visiteranno la Chiesa, il Sagrestano anticipatamente averà la cura di appendere alla porta della medesima Chiesa la Tabella, che indica esservi la suddetta Indulgenza.

23. Vi sarà anco un Religioso, che sappia radere, ogni quindeci giorni, in giorno di giovedì si farà la Barberia, e doveranno tutti radersi in quel giorno. Avverta il Barbiere non far la chierica, che ecceda tre dita di larghezza, nè più stretta di due, nè mai rada la barba senza la Chierica, se non in caso di necessità, e di licenza del Superiore.

24. Si proibisce a qualsisia Religioso l' andare alla porta battitora a far l' elemosina, e ciò si concede solo di farla al portinaro; siccome anco non sarà lecito, se non che al portinaro, prendere l' elemosine, che possano essere portate da Benefattori alla porta, e ciò sempre con licenza espressa del Superiore, la quale sarà tenuto di dimandare ogni volta, che occorra, e prima di ricevere la detta elemosina.

25. Finalmente, quando sia compita la Famiglia del Convento, che il Superior locale conosca non

Digitized by Google

esser capace di maggior numero, sarà tenuto di darne parte al Provinciale, a cui spetta il collocare i Religiosi, o rimoverli; così anco se vi fosse qualche Religioso, che non potesse, o non volesse osservare quanto nelle suddette Regole viene prescritto, non sia lecito ad essi il licenziarlo, senza l' assenso del Superior Provinciale, ma siano tenuti avvisarne il medesimo, acciò lo rimova.

26. E per ultimo comandiamo à Superiori locali, che facciano osservare con tutta esattezza le suddette Regole, nè sia lecito ad essi di aggiungere, o minuire cosa veruna, o aggravare con altri pesi, che non sono contenuti nelle medesime; nè di glossarle a loro modo; ma in caso che potesse nascere qualche difficoltà sopra la loro intelligenza, non possano spiegarle da se stessi, ma siano tenuti esporre il dubio al Superior Provinciale, a cui con i Padri anco del Diffinitorio spetta la vera intelligenza delle medesime.

Fr. Lorenzo di S. Lorenzo Ministro Provinciale.
Fr. Antonio d' Antrodoco ex-Commissario Generale.
Fr. Michel Angelo di Candia Discreto perpetuo.
Fr. Agostino di Lucca Custode.
Fr. Calisto di Siena Diffinitore.
Fr. Pacifico di Roma Diffinitore.
Fr. Vittorio di Roma Diffinitore.
Fr. Masseo da Bergamo Diffinitore.

Instituti mei ratio non patitur plenam hoc in loco Cœnobiorum *Sacri Recessus* apud Observantes, in Italia præsertim, historiam contexere: illud tamen silentio præterire non possum, ex uno nimirum Civitellensi supra memorato Cœnobio, veluti ex Equo Trojano, clarissimos prodiisse Franciscanæ Familiæ Heroas, quos cum primis Sancti Patris nostri Francisci Sociis jure, ac merito possis conferre, quique in varias Italiæ Provincias vocati, in uno, vel altero illarum Conventu *Sacrum Recessum*, ad dictarum Constitutionum formam, pro Recollectione instituerunt, atque in dies instituunt, magna cum Populorum ædificatione, animarum salute, Ordinis gloria, & spirituali Fratrum, qui uni Deo vivere volunt, solatio. Ne mireris autem, si nullam videas super ejusmodi Cœnobiis Pontificiam Constitutionem, aut alterius utrius Sacræ Congregationis Decretum; nam contenti illorum, quæ hactenus edita sunt, toti versantur dicti Fratres in eorumdem observantia; & si quid contingit pro temporum, & locorum varietate immutandum, aut innovandum, quod memoratis sanctionibus, & Ordinis statutis non adversetur, unum consulunt suæ respective Provinciæ Definitorium, cujus Patres, re sedulo, ac mature perpensa, quod in Domino expedire videtur, decernunt, eorumque præceptis, ut Religiosos decet viros, exacte illi parent, & obediunt. Nihil porro solliciti de dignitatibus Ordinis, aut Provinciæ, non Definitoris munus, non aliquorum præsentationem pro præfectura Conventus, non certæ Familiæ cathalogum, aut alia his similia, quæ in cœteris reprobare non audeo, exposcerunt unquam; sed Superiorum Provinciæ hisce de rebus acta, & præscripta cœca quodam modo obedientia venerantur, & exequuntur. Faxit Deus, ut in hoc rerum statu illos perpetuo conservet, sicque nobis sperandum erit, hujusmodi Cœnobia futura semper in Ordine vera Sanctitatis Seminaria.

Quoniam verò pium hoc institutum Thomæ Corensi præsertim deberi diximus, non quidem veluti Fundatori, sed tamquam ejus Assertori, & Promulgatori magno, non absre erit illius mortem, & quæ hanc circa illum sunt subsequuta, breviter enarrare.

Itaque Venerabilis Dei Servus Pater Thomas a Cora plenus meritus ad Cœlestem Patriam avolavit anno 1729. die 11. Januarii, circa horam 18. more Italico, ætat. ann. 73. M. 7. D. 7. Religionis vero 51. M. 11. D. 4. Sanctitatis, & miraculorum illius fama brevi tempore adeo percrebuit, ut cujuscumque ordinis, & conditionis quamplurimi de agendo pro ejus apotheosi Religionis, & Provinciæ Superiores magnopere solicitarint. Instituto pro more Caussæ eorum Sacr. Rituum Congregat. Postulatore, die 23. Julii 1737. prodiit sequens

DECRETUM

VELITERNA.

Beatificat., & Canoniz. Ven. Servi Dei

P. THOMÆ A CORA.

Religiosi Professi Ordinis Minor. de Obser. Sancti Francisci.

„ PRoposito per Eminentissimum, & Reverendissimum D. Cardinalem Alexandrum Albani Ponentem Caussæ &c. Dubio, *An sit signanda commissio introductionis Caussæ in casu, & ad effectum, de quo agitur?* Sac. eadem Congr. &c. rescribendam censuit, *Commissionem posse signari, si Sanctissimo Domino Nostro visum fuerit.* Die 13. Julii 1737.

„ Et facta deinde &c. *Sanctitas Sua benigne annuit, prædictamque Commissionem manu propria signavit*, die 25. Julii 1737. Sequenti anno aliud emanavit

DECRETUM.

„ VEliterna &c. „ Proposito &c. dubio: *An constet de validitate, & relevantia Processus auctoritate Apostolica Sublaci constructi super fama Sanctitatis, virtutum, & miraculorum in genere prædicti Vener. Servi Dei in casu, & ad effectum &c.?* Sacra eadem Congregatio &c. rescribendam censuit *affirmative, si Sanctissimo Domino Nostro visum fuerit*, die 6. Septembris 1738.

„ Et facta deinde &c. *Sanctitas Sua benignè annuit*, die 12. Septembris 1738.

Porro sub die 21. Januarii anni 1741. obtentis ab eadem S. R. C. Literis Remissorialibus, & Compulsorialibus directis Reverendissimis Episcopis Ferentino, Alatrino, & suffraganeo Veliternensi, varii Processus super eadem Caussa compilati sunt ab anno 1741. ad 1747. ac tandem tertium emanavit

DECRETUM.

„ VEliterna &c. „ Proposito &c. dubio, *An constet de validitate Processuum, tam Apostolica, quam ordinaria auctoritate constructorum?* Sacra eadem Congregatio &c. rescribendum censuit *Affirmative*, si Sanctissimo Domino Nostro visum fuerit. Die 26. Junii 1751.

„ Et

„ **Et facta deinde &c. Sanctitas Sua benigne annuit, die 21. Julii 1752.**

Duobus recensitis in eadem Romana Provincia, tertius quoque Sacri Recessus non multis abhinc annis, additus est Conventus, nimirum *Sanctæ Mariæ Salutis* prope Oppidum *Valentani* Diœcesis Montisfalisci, in Ducatu Castri, ac Roncilionis, a quo Conventu ego miser peccator, dum Sanctam Provinciam Seraphicam, tamquam Minister indignus, regerem, obtinui P. Ægidium de Campo Sancti Petri, Patavinæ Diœcesis, & Romanæ Provinciæ filium, pro instituendo, & firmando *Sacro Recessu* in Conventu Sanctissimæ Annunciationis Ameriæ, ubi, dum Guardiani munus ageret, vix post annum, placidissime obdormivit in Domino, die 9. Octobris 1745. magna cum Sanctitatis fama apud illos Populus. Timens, ne post mortem, ob Populi concursum, aliquod eveniret scandalum, statim ac infirmitatem illius accepi, Ameriam me contuli, atque continuis quinque diebus, ac noctibus adfui, Deo animam illius commendando, usque dum moreretur. Secuta ejus morte in quodam Civitatis hospitio, a qua per duo milliaria, & amplius distat nostrum Cœnobium, secreto corpus ejus ad Ecclesiam nostram transferri jussi, ubi in communi Fratrum sepulchro tumulari feci, in lignea tamen capsa, & inscriptione in plumbi lamina, quam mihi per ejus Vicarium commisit in scriptis Illustrissimus, ac Reverendissimus ejusdem Civitatis Episcopus, cui P. Ægidius erat a confessionibus. Sequenti porrò anno, cum iterum Ameriam, Visitationis caussa, pervenissem, idem Episcopus, fama miraculorum Servi Dei motus, jussit e Sepulchro communi extrahi, & in singulari ejusdem Ecclesiæ loco corpus illud reponi: quod me præsente, Vicario generali, Physicis, Notario, & Testibus peractum fuit die 25. Augusti 1746. ut videri potest in Actis hujus exhumationis, quæ in Cancellaria Episcopali adservantur. Hæc *de Sacro Recessu* apud PP. Observantes.

Reverendissimus Pater Ildefonsus de Biezma Minister Generalis die 5. Januarii anni 1705 scripsit Eminentissimo Cardinali Spada Protectori, quod eadem die expediebat citatorias litteras pro celebrando Capitulo Generali in Civitate Victoriæ Anno 1706. die 22. Maii in Vigilia Pentecostes; ipsumque rogabat, ut dignaretur notitiam hujusmodi humiliare Summo Pontifici Clementi XI.

Reverendissimus Pater Joannes Antonius à Panormo Commissarius Generalis recepit quidem citatorias litteras, sed eas publicas non reddidit. Imo eodem tempore aliqui præcipui PP. adierunt Pontificem Maximum, repræsentantes pericula manifesta furentis magis magisque bello, propter quæ magna pars Vocalium, scilicet Germaniæ, Poloniæ, Portugalliæ, Belgii interventura non foret; Ideoque Capitulum particulare potius futurum, quam Generale. Quapropter supplices petebant, ut celebraretur Romæ, vel alio in loco Jurisdictionis Ecclesiasticæ, aut saltem per compromissum.

Procurator Generalis Ordinis suspicatus, quod PP. isti inter universales totius Europæ perturbationes, & scissuras Regnorum, meditarentur aliquid novi in Religione moliri, Scriptis, atque voce talem impugnavit instantiam, resolvendo adductas cationes, & demonstrando, quod petebant contrarium præcepto Regulæ, quæ imponit Ministris, quod *teneantur semper insimul convenire ubicumque à Generali Ministro fuerit constitutum*.

Hinc de ordine Sanctissimi Commissarius Generalis publicavit 30. Maii 1705. citatorias litteras pro Capitulo Generali, quod sperabatur celebrandum fore, maxime quia Minister Generalis admonuit obtinuisse publicam fidem, seu, ut ajunt, salvum conductum pro Vocalibus cujuscumque Nationis a Regibus Galliarum, & Hispaniarum. Cœterum spes ista citò evanuit, nam prohibitum fuit sub pœna indignationis Cæsareæ omnibus Vocalibus Imperatori subditis, ne in Hispaniam ad Suffragandum pergerent: Liberum tamen eis relinquebatur adesse Capitulo Generali, si in Italia celebraretur. Talis inhibitio facta fuit die 6. Decemb. Anno 1705. Diffinitorio Provinciæ Austriæ, ut cœteris Provinciis subditis eam notam faceret. Audita supradicta prohibitione, & promulgata rebellione Cathalauniæ a Philippo V. percrebuerunt lamentationes PP. Romæ degentium; insistendo, quod Sanctitas Sua provideret, sicuti alias exposuerant, pro celebrando Capitulo Generali. Cardinalis Spada Protector his auditis vocavit ad se Patrem Secretarium Procuratoris Generalis, ipsique dixit Sanctitatem Suam, attentis maturis reflexionibus, determinavisse Capitulum Generale prorogare.

Hanc prorogationem Reverendissimus P. Commissarius Generalis censuit significandam esse prius Patribus omnibus Discretorii Generalis in unum coactis, quemadmodum illam significavit die 2. Martii 1706. quibus sequens etiam dubium proposuit.

An supposita prorogatione Capituli Generalis ad biennium auctoritate Sanctissimi Domini Nostri nuper facta, censendum sit vigore Bullæ unionis, & in ea dispositi sexennii pro Generalatu, taxative in singulis Familiis, alternative Generalatum Ordinis deberi ad vigiliam proximiorem Pentecostes huic nostræ Familiæ, adeoque aliqua super ejusdem Familiæ ad Generalatum juribus præservatione faciendam esse potestationem?

Et unanimiter per Patres fuit resolutum, Generalatum non deberi nostræ Familiæ ante Capituli Generalis celebrationem, & durante prorogatione, remanere debere in Ultramontana Familia, nec expedire fieri super hoc puncto aliquam protestationem.

Ita est F. Joannes Baptista a Petra Definitor Generalis de Observantia.

Ita est F. Paschalis de Tropea Diffinitor Generalis Reformat.

Ita est F. Jo. Damascenus Mesnard Procurator Generalis Rec. & Disc.

Ita est F. Franciscus de Brandelio Procurator Generalis Reformat.

Ita est F. Jo. Maria a S. Cruce Commissarius Generalis Curiæ.

Ita est F. Jo. Garcia Feyjoo Proc. Generalis Ordinis.

Ita est F. Michaelangelus da Candia Discret. Perpet. Ordinis.

Ita est F. Cherubinus a Nardo Ex-Comm. Generalis.

Ita est F. Antonius ab Introduco Ex-Comm. Generalis.

Ita est F. Carolus Franciscus de Variso Ex-Com. Generalis.

F. Joannes Antonius de Panormo Commissarius. Generalis.

Diffusa hac determinatione, suscitatæ sunt turbæ, & factiones inter Observantes, & Reformatos, sustinentibus aliis, quod, vigore alternativæ, Commissarius Generalis ex Reformatis, aliis, virtute durationis usque ad Capitulum Generale, ex Observantibus deberet assumi. Voce, ac scripto usque ad scandalum sua

præ-

prætensionem utrique fuverunt, donec à Pontifice deputata Congregatione speciali, resolutum fuit, & emanavit Breve, quo prorogabatur per biennium Capitulum Generale, & confirmatis Ministro Generali, & aliis Officialibus Generalibus, duo Vice-Commissarii deputabantur. Breve est, quod sequitur.

Quod ad biennium prorogatur Capitulum Generale, & confirmantur Minister Generalis, & cæteri officiales Generales, excepto Commissario Generali, pro quo eliguntur duo Vice-Commissarii Generales, scilicet Patres Cœlestinus à Mediolano, & Antonius à Monte Busso.

CLEMENS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

CUm sicut accepimus, Capitulum Generale Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum, quod juxta sui Ordinis Constitutiones, & statuta, Apostolica authoritate confirmata, in vigilia proximi futuri Pentecostes Festi celebrandum esset, ob præsentes Bellorum motus celebrare minime valeat; Nos prospero, felicique ejusdem Ordinis statui, quantum cum Domino possumus, consultum esse cupientes, de Congregationis nonnullorum Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium super hoc negotio a nobis specialiter deputatorum consilio, ac motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ Potestatis plenitudine, celebrationem dicti Capituli Generalis, quæ Sabbatho immediatè antedicti Festi Pentecostes fieri deberet, ut præfertur, ad biennium inde proximum tenore præsentium prorogamus, ac differri volumus, & mandamus; nec non Dilectos Filios Ministrum Generalem, ac Procuratores, & Diffinitores Generales, tam Fratrum de Observantia, quàm Reformatorum dicti Ordinis in eorum respectivè officiis, cum omnibus, & singulis facultatibus, auctoritatibus, prærogativis, præeminentiis, honoribus, gratiis, & indultis, quibus hactenus eorumdem officiorum ratione usi, & gavisi sunt, ac uti, & gaudere potuerunt, ad biennium per præsentes prorogatum hujusmodi confirmamus. Præterea officium Dilecti pariter filii Moderni Commissarii Generalis Familiæ Cismontanæ Ordinis præfati, absoluto per eum triennio in præfata Vigilia Pentecostes, motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus, harum serie expirare decernimus, & declaramus; Ac Dilectos etiam Filios Cœlestinum à Mediolano, & Antonium a Monte Busso præfati Ordinis de Observantia, ac Reformatorum Familiæ Cismontanæ respectivè itidem Vice-Commissarios Generales ad biennium, sicuti præmittitur, prorogatum, cum omnibus pariter, & singulis prærogativis, præeminentiis, facultatibus, auctoritate, privilegiis, gratiis, & indultis, ac honoribus, & oneribus solitis, & consuetis earumdem tenore præsentium, creamus, facimus, constituimus, & deputamus. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac, quatenus opus sit, dictorum Ordinis, & Familiæ, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmatione notatis, statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores, præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut præsentium transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & Personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris, die 25. Maii 1706.

F. Oliverius.

Audita deputatione Pontificia duorum Vice-Commissariorum Generalium, nonnulli Fratres, præsertim Regni Neapolis, & Siciliæ, ac Ducatus Mediolanensis, sub variis, & insubsistentibus prætextibus eisdem parere, & obedire detrectabant. Quapropter necesse fuit, ut illos pœnis, & censuris Summus Pontifex compesceret, sicut dato sequenti Brevi videtur.

Præceptum sub Excommunicationis latæ sententiæ, aliisque pœnis super obedientia præstanda Vice-Commissariis Generalibus Familiæ Cismontanæ Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci tam de Observantia, quam Reformatorum respectivè nuncupatorum à Sanctissimo Domino Nostro nuper deputatis.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

NUper per Nos accepto, quod Capitulum Generale Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum, quod, juxta ipsius Ordinis Constitutiones, & Statuta, Apostolica auctoritate confirmata, in Vigilia proximè præteriti festi Pentecostes celebrandum fuisset, ob præsentes bellorum motus celebrari minimè valeret; Nos prospero, felicique ejusdem Ordinis statui consultum esse cupientes, de Congregationis nonnullorum Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium super hoc negotio à Nobis specialiter deputatorum consilio, ac etiam Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, celebrationem dicti Capituli Generalis, quæ Sabbatho immediate antecedente festum Pentecostes hujusmodi fieri debuisset, ut præfertur, ad biennium indè proximum prorogavimus, ac differri voluimus, & mandavimus. Necnon dilectos filios Ministrum Generalem, ac Procuratores, & Diffinitores Generales tam Fratrum de Observantia, quam Reformatorum dicti Ordinis in eorum respectivè Officiis cum omnibus, & singulis facultatibus, auctoritatibus, prærogativis, præeminentiis, honoribus, gratiis, & indultis, quibus eatenùs eorumdem Officiorum ratione usi, & gavisi fuerant, ac uti, & gaudere potuerant, ad biennium prorogatum hujusmodi confirmavimus. Prætereà Officium tunc existentis Commissarii Generalis Familiæ Cismontanæ Ordinis præfati, absoluto per eum triennio in præfata Vigilia Pentecostes, motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus expirare decrevimus, & declaravimus. Ac dile-

dilectos etiam filios Cœlestinum à Mediolano, & Antonium à Monte Busso præfati Ordinis de Observantia, & Reformatorum nuncupatorum respectivè professores, eorumdem Fratrum Minorum de Observantia, ac Reformatorum memoratæ Familiæ Cismontanæ respectivè itidem Vice-Commissarios Generales ad biennium, sicut præmittitur, prorogatum, cum omnibus pariter, & singulis prærogativis, præeminentiis, facultatibus, auctoritate, privilegiis, gratiis, & indultis, ac honoribus, & oneribus solitis, & consuetis creavimus, fecimus, constituimus, & deputavimus, & alias, prout in nostris desuper in simili forma Brevis, die xv. Maii proximè præteriti expeditis litteris, quarum tenorem præsentibus pro plenè, & sufficientee expresso & inserto haberi volumus, uberius continetur. Cum autem, sicut novissime ad aures nostras pervenit, nonnulli præfatorum Ordinis, & Familiæ Superiores, ac Fratres, præsertim Provinciarum in Regnis Neapolis, & Siciliæ, ac Ducatu Mediolanen. existentium, non sine gravi fidelium scandalo, ac Regularis disciplinæ detrimento, eisdem Cœlestino, & Antonio Vice-Commissariis Generalibus per Nos, sicut præmittitur, deputatis, sub vanis, ac prorsùs insubsistentibus prætextibus, parere, & obedire detrectent. Hinc est, quod Nos inobedientes prædictos ad debitam suis Superioribus, & huic Sanctæ Sedi, cujus obsequiis votorum suorum Religiosorum nexu arctius devincti sunt, obedientiam reducere, & compescere volentes, Motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine similibus, omnibus, & singulis præfatorum Ordinis, & Familiæ, ac signanter Provinciarum in Regnis Neapolis, & Siciliæ, ac Ducatu Mediolanen. existentium Superioribus, Fratribus, & personis quibuscumque, etiam specifica, & individua expressione dignis, in virtute Sanctæ Obedientiæ, ac sub excommunicationis latæ sententiæ, necnon privationis vocis activæ, & passivæ, ac officiorum, & munerum per eos obtentorum, perpetuæque inhabilitatis ad illa, & alia quæcumque imposterum obtinenda, pœnis ipso facto, absque alia declaratione, incurrendis, tenore præsentium præcipimus, & mandamus, & Cœlestinum, & Antonium præfatos a demandata eis per prædictas nostras literas Vice-Commissariorum Generalium hujusmodi officia, illorumque liberum exercitium, juxta earumdem literarum tenorem, recipiant, & admittant, eosque recognoscant, ac illis in omnibus eadem officia concernentibus pareant, & obediant, faveantque, & assistant respective. Porrò tam Superiores, quam subditi, qui præcepto huic nostro contravenire præsumpserint, sciant, se ultra penfatas, etiam alias omnes pœnas à Sacris Canonibus, & Apostulicis Constitutionibus contra inobedientes hujusmodi inflictas incursuros. Quod si Superiores fuerint, Ecclesias insuper Illorum Conventuum, in quibus illos pro tempore commorari contigerit, ubicumque fuerint, Ecclesiastico interdicto subjectas declarabimus. Decernentes easdem præsentes literas, & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo, quod quilibet etiam specifica, & individua mentione digni in præmissis interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes illis non consenserint, nec ad ea vocati, & auditi, neque causæ, propter quas præsentes emanarint, justificatæ, & verificatæ fuerint, aut ex alia quacumque, quantumvis juridica, & privilegiata causa, colore, prætextu, & capite, etiam in corpore juris clauso, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, aut interesse habentium consensus, aliove quolibet quantumvis magno, & substantiali defectu notari, impugnari, infringi, retractari, in controversiam vocari, aut ad terminos juris reduci, seu adversus illas aperitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, seu impetrato, aut etiam Motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus concesso, vel emanato, quempiam in judicio, vel extra illud uti, seu se juvare posse, sed ipsas præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inviolabiliter observari; sicque, & non aliter in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac ejusdem S. R. E. Cardinales etiam de latere Legatos, & Apostolicæ Sedis Nuncios, aliosve quoslibet quacumque præeminentia, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac, quatenus opus sit, Ordinis, Familiæ, & Provinciarum hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat, specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Ut autem eædem præsentes literæ ad omnium notitiam facilius deveniant, volumus illas, seu earum exempla ad valvas Ecclesiæ Lateranensis, & Basilicæ Principis Apostolorum, nec non Cancellariæ Apostolicæ, Curiæque Generalis in Monte Citatorio, ac in Acie Campi Floræ de Urbe, ut moris est, affigi, & publicari; sicque publicatas, & affixas omnes, & singulos, quos illæ concernunt, perindè arctare, & afficere, ac si unicuique illorum nominatim, & personaliter intimatæ fuissent. Utque ipsarum literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides tam in Judicio, quàm extrà illud ubique adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die I V. Septembris MDCCVI. Pontificatus Nostri Anno Sexto.

F. Oliverius.

Anno à Nativitate D. N. Jesu Christi millesimo septingentesimo sexto, die 4. Septembris, Indictione 14. Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Clementis Divina Providentia Papæ XI. Anno ejus sexto, supradictæ literæ Apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valvas Ecclesiæ Lateranensis, & Basilicæ SS. Apostolorum Petri, & Pauli, Cancellariæ Apostolicæ, in Monte Citatorio, ac in Acie Campi Floræ, ac aliis locis

cis solitis, & consuetis Urbis per me Thomam de Unisnibus Apost. Curs.

Angelus Antonius de Cammillis
Mag. Cursorum.

Breve, quo jura Vice-Commissariorum Generalium Familiæ Cismontanæ tam Observantium, quam Reformatorum declarantur, ac statuuntur.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

CUM sicut dilecti Filii Cœlestinus a Mediolano, & Antonius à Monte Busso Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia, & Reformatorum nuncupatorum Familiæ Cismontanæ respective Vice-Commissarii Generales, Nobis nuper exponi fecerunt, dubitari forsan possit, an eis votum activum in proxima futuro Capitulo Generali dicti Ordinis, ac in Congregationibus Provincialibus utriusque Familiæ hujusmodi competat; Ipsi vero Exponentes omnem desuper dubitandi materiam opportunæ nostræ declarationis ministerio removeri summopere desiderent; Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur ipsos Exponentes specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de particularis Congregationis nonnullorum ex Venerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus, a Nobis super facultatibus competentibus eisdem Vice-Commissariis Generalibus deputatæ, quæ negotium mature discussit, consilio, P. Cœlestino, & P. Antonio Vice-Commissariis Generalibus votum activum tam in Capitulo Generali, quam vicissim in omnibus Capitulis, Congregationibus Provincialibus prædictis competere, eosdemque veros Discretos perpetuos utriusque Familiæ Cismontanæ hujusmodi esse, auctoritate Apostolica tenore præsentium decernimus, & declaramus. Decernentes pariter easdem præsentes literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac prædictis Cœlestino, & Antonio in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, sicque in præmissis per quoscunque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nec non, quatenus opus sit, Familiæ, & Ordinis præfatorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, Privilegia quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice duntaxat, specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris, die 3. Decembris 1707. Pontificatus nostri Anno 7.

F. Oliverius.

Loco ✠ Sigilli.

Properabat ad finem biennium prorogationis Capituli Generalis, & Minister Generalis alias citatorias litteras cum fide publica (salvum conductum dicunt) pro securitate Vocalium omnium per Provincias transmisit; sed crescente semper bello, subsistebant eædem causæ, ideoque Sancta Sedes suspendit litterarum executionem, & confirmatis omnibus Officialibus Generalibus per alium Annum, scilicet usque ad 1709. prorogavit Generale Capitulum. Breve est quod sequitur.

CLEMENS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

ALias per nos accepto, quod Capitulum Generale Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum, quod juxta ipsius Ordinis Constitutiones, & statuta, Apostolica authoritate confirmata, in vigilia Festi Pentecostes Anni proximè præteriti celebrandum fuisset, ob præsentes Bellorum motus celebrari minimè valeret; Nos de Congregationis nonnullorum Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium super hoc negotio a nobis specialiter deputatorum Consilio, ac etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione, deque Apostolicæ Potestatis plenitudine, celebrationem dicti Capituli Generalis, quæ Sabbatho immediatè antecedenti Festum Pentecostes hujusmodi fieri debuisset, ut prædicitur, ad biennium inde proximum prorogavimus, ac differri voluimus, & mandavimus; nec non Dilectos Filios Ministrum Generalem, ac Procuratores, & Diffinitores Generales, tam Fratrum de Observantia, quàm Reformatorum dicti Ordinis in eorum respectivè officiis, cum omnibus, & singulis facultatibus, authoritatibus, prærogativis, præeminentiis, honoribus, gratiis, & Indultis, quibus eatenus eorumdem officiorum ratione usi, & gavisi fuerant, ac uti, & gaudere potuerant, ad biennium prorogatum hujusmodi confirmavimus. Præterea officium tunc existentis Commissarii Generalis Familiæ Cismontanæ Ordinis prædicti, absoluto per eum triennio in Vigilia Pentecostes, motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus expirare decrevimus, & declaravimus, ac Dilectos etiam Filios Cœlestinum a Mediolano, & Antonium a Monte Busso prædicti Ordinis de Observantia, & Reformatorum nuncupatorum respectivè professoribus, eorumdem FF. Min. de Observantia, ac Reformatorum memoratæ Familiæ Cismontanæ itidem Vice-Commissarios Generales ad biennium, sicuti præmittitur, prorogatum, cum omnibus pariter, & singulis prærogativis &c. creavimus, fecimus, constituimus, & deputavimus, & aliàs, prout in nostris desuper in simili forma Brevis 15. Maii ejusdem anni expeditis literis, quarum tenorem præsentibus pro expresso haberi volumus, uberius continetur. Cum autem, sicut pariter accepimus, eadem impedi-

dimenta, adhuc durent, dicti vero biennii finis immineat, ac proinde prædicti Capituli Generalis celebrationem, etiam ad aliud nobis bene visum tempus differri expediat: Hinc est, quod nos felici, prosperoque ejusdem Ordinis statui per amplius consulere cupientes, ac dictos Ministrum Generalem, Vice-Commissarios Generales, ac Procuratores, & Diffinitores Generales amplioris favore gratiæ prosequi volentes, & eorum singulares Personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, à Jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, Motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus celebrationem Capituli Generalis Ordinis prædicti ad biennium prorogatum prædicitur, ad alium annum tantum, a fine prædicti biennii numerandum, tenore præsentium prorogamus, pariter, ac extendimus, & ampliamus, dictosque Ministrum Generalem, Cœlestinum a Mediolano, & Antonium a Monte Busso Vice-Commissarios Generales Familiæ Cismontanæ, nec non Procuratores, & Diffinitores Generales, tam memoratorum Fratrum de Observantia, quàm Reformatorum dicti Ordinis in eorum respectivè officiis ad alium annum hujusmodi, cum omnibus, & singulis prærogativis &c. confirmamus. Mandantes propterea in virtute Sanctæ Obedientiæ, ac sub Indignationis nostræ, aliisque arbitrio nostro imponendis pœnis, omnibus, & singulis Ordinis, & Familiæ prædictorum, Superioribus, Fratribus, & Personis, cœterisque, ad quos spectat, & spectabit in futurum, ut supradictum Ministrum Generalem, Vice-Commissarios Generales, ac Procuratores, & Diffinitores Generales in eorum respectivè officiis, illorumque libero exercitio, juxta eorundem tenorem præsentium, continuare sinant, & permittant, illisque in omnibus ad eadem officia pertinentibus faveant, & assistant, pareantque, & obediant respectivè. Decernentes ipsas præsentes litteras firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac Fratribus supranominatis in omnibus, & per omnia plenissimè suffragari, & ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, inviolabiliter observari. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nec non, quatenus opus sit, Familiæ, & Ordinis hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & Consuetudinibus, Privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice duntaxat, specialiter, & expresse derogamus, cœterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die 23. Decembris 1707. Pontificatus Nostri Anno Septimo.

F. Oliverius.

Dum tali pacto protraheretur Capitulum Generale, majoribus semper difficultatibus implicabatur; Rex enim Hispaniarum Philippus V. certior factus de inhibitione Cæsarea facta Vocalibus sibi subditis, ne irent ad Capitulum Generale in Hispaniam; ipse quoque volens sustinere jura Ultramontanæ Familiæ, prohibuit propriis subditis, ne extra Hispaniam exirent ad celebrandum Capitulum generale.

Eminentissimus Cardinalis Spada Protector, ut præcluderet viam factionibus, jussit Procuratori Generali scribere Reverendissimo Generali, ut disponeret animos, & tolleret difficultates ad celebrandum ipsum in Civitate Avenionis. Reverendissimus Generalis rescripsit, quod quamvis multa prævideret inconvenientia, quæ adducebat, nihilominus facturum possibile promittebat, ut secundaret intentionem Suæ Eminentiæ. Obstantibus tamen nonnullis PP. Cismontanis pro Avenione, insistebant in proposito anno 1705. Mense Martio, quod in Italia celebraretur; cui propositioni semper Reverendissimus Generalis obstitit, volens conservare alternativam.

Ut inextricabile hoc negotium solveretur, idem Cardinalis scripsit Vice-Commissario Generali 22. Januarii 1708. ut faceret congressum in Conventu Aracœlitano præcipuorum PP. in quo versaretur circa locum celebrandi Capitulum Generale. Congressu sine aliqua resolutione soluto, admonitus fuit Cardinalis Protector, & ab illo Pontifex.

Isto tempore, quo controversia de Capitulo Generali vigebat, revocatus fuit ad Hispanias pro negotiis, & utilitate Religionis, Ad. R. P. Jo: Garcia Feyjoo, cujus loco substitutus fuit a Pontifice Ad. R. P. Martinus de Albituria Provinciæ Burgensis L. Jub. & Ex-Custos, per Breve, quod sequitur.

CLEMENS PAPA XI.

Dilecto Filio P. Martino de Albituria Provinciæ Burgensis Min. Obs. nuncupatorum alumno.

Dilecte Fili salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Religionis zelus, vitæ, ac morum honestas, aliaque laudabilia probitatis, & virtutum merita, super quibus apud Nos fide digno commendaris testimonio, Nos inducunt, ut Te specialibus favoribus reddamur ad gratiam liberales. Cum itaque, sicut accepimus, dilectus Filius Ildefonsus de Biezma Minister Generalis Ord. Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum, ob negotia utilitatem dicti Ordinis concernentia, dilectum pariter Filium Joannem Garciam Feyjoo modernum Procuratorem Generalem Ordinis prædicti ad Hispaniæ partes revocaverit, eaque de causa, alium Procuratorem Generalem in locum d. Jo: Garcia in id assentientis, usque ad proximè futurum Capitulum Generale Ordinis hujusmodi, subrogari expediat: Nos, ex commisse Nobis divinitus dispensationis Officio, eidem Ordini de alio Procuratore Generali idoneo, ac ejusmodi partes rectè, & fideliter impleturo providere, Teque, qui (ut pariter accepimus) Frater expressè professus, & Lector Jubilatus, necnon Ex-Custos Provinciæ Burgensis Ordinis prædicti existis, specialis favore gratiæ prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, Censuris, & pœnis, à jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibusvis quomodolibet innodatus existis, ad effectum præsentium duntaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, ac de tua fide, prudentia, charitate, integritate, doctrina, vigilantia, & Reli-

Digitized by Google

Religionis zelo plurimum in Domino confisi, motu proprio, & ex certa scientia, & matura deliberatione Nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, Te memorati Ordinis Procuratorem Generalem, in locum dicti Patris Garciæ duraturum, usque ad proximè futurum ipsius Ordinis Capitulum Generale, cum omnibus, & singulis prærogativis, præeminentiis, auctoritate, facultatibus, privilegiis, gratiis, & indultis, ac honoribus, & oneribus solitis, & consuetis, tenore præsentium substituimus, & subrogamus. Mandantes propterea in virtute Sanctæ Obedientiæ, ac sub indignationis nostræ, aliisque arbitrii Nostri pœnis, omnibus, & singulis prædicti Ordinis Superioribus, Fratribus, & personis, cæterisque, ad quos spectat, & spectabit in futurum, ut Te ad Officium Procuratoris Generalis hujusmodi, ejusque liberum exercitium, juxta earumdem tenorem præsentium recipiant, & admittant, Teque recognoscant, & Tibi in omnibus idem officium concernentibus, faveant, & assistant. Ac decernentes ipsas præsentes literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac Tibi in omnibus, & per omnia plenissimè suffragari; sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secùs super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac dicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, Privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice duntaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die 18. Aprilis 1707. Pontificatus Nostri anno septimo.

F. Olivierius.

Conceditur Fratribus Tertii Ordinis S. Francisci Provinciæ Lugdunen., ut decedente Ministro Provinciali sex mensibus ante Capitulum, Vicarius Provincialis non eligatur.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

EXponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Minister Provincialis, quatuor Definitores, & Ex-Provincialis Provinciæ Lugdunensis, sive S. Ludovici Tertii Ordinis S. Francisci, totum, & integrum Definitorium conficientes, quod cum ipsi nonnulla inconvenientia ex executione quarumdam literarum fel. rec. Alexandri Papæ VIII. Prædecessoris nostri die 16. Februarii 1660. expeditarum, quibus electio Vicarii Provincialis, casu obitus Ministri Provincialis, demandatur, oriri posse animadvertentes, ex eo, quod in prædicto casu obitus Ministri Provincialis Ex-Provincialis curare debet, ut ad electionem Vicarii Provincialis modo in præfatis literis præscripto procedatur, & eveniente dicti Ministri Provincialis brevi tempore ante triennium sui officii elabendum obitu, coetum ad dictam electionem, non tantum fere inutilem, verum perturbationes in præfata Provincia, moramque pro celebratione Capituli subsequentis allaturum esse, ad tollenda inconvenientia hujusmodi dilecto filio Cherubino a Lugduno Fratre expresse professo, & Procuratori Provinciæ hujusmodi dederunt in mandatis, ut memoratarum Alexandri Prædecessoris literarum explicationem ab infrascripta Cardinalium Congregatione postularet, quatenus si in prædicto Ministro Provinciali obitus adventu, sex solum menses usque ad celebrationem sequentis Capituli Provincialis supersint, nulla in posterum electio Vicarii Provincialis fieri debeat, sed Ex-Provincialis, vel in ejus defectum alius, qui tunc sigillorum, & negotiorum Provinciæ geret Curam, Provinciam ipsam cum omnimoda Vicarii Provincialis potestate, usque ad tempus Capituli celebrandi præfinitum, gubernet, literasque obedientiales, pro convocando eodem Capitulo, ad quos de jure accedere competit, transmitti, cæteraque omnia, quæ de jure, & consuetudine sunt, peragi curet, quemadmodum Provinciæ Parisinæ dicti Ordinis a piæ mem. Inn. PP. XI. Prædecessore nostro concessum fuisse memoratur. Nobis propterea Exponentes, & Cherubinus prædicti humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, &, ut infra, indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 1. Nos igitur eosdem Exponentes, & Cherubinum specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum consilio, attentis narratis, ut si ab obitu Ministri Provincialis sex menses dumtaxat supersint usque ad celebrationem futuri Capituli Provincialis, nulla deinceps Vicarii Provincialis electio fieri debeat, sed ex-Provincialis, vel in ejus defectum alius, qui tunc sigillorum, & negotiorum Provinciæ curam geret, eamdem Provinciam cum omnimoda Vicarii Provincialis auctoritate gubernet, auctoritate Apostolica tenore præsentium concedimus, & indulgemus.

§. 2. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari: sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac, quatenus opus sit, prædictorum Ordinis, & Provinciæ, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, Statutis, & consuetudinibus; Privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis

tia habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cœterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 9. Augusti 1708. Pontificatus Nostri Anno Octavo.

Statuitur, ut executioni mandetur Constitutio Clemen. X. de facultate mittendi Discretum, & Juvenes ad Conventum Parisien. Fratrum Minorum de Observantia pro Superioribus Provinciæ Aquitaniæ Antiquioris.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei Memoriam.

DUdum fel. record. Clemens Papa X. Prædecessor noster supplicationibus tunc existentis Ministri Provincialis Provinciæ Aquitaniæ antiquioris, Ordinis FF. Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum, Superioribus Regularibus, ad quos cœteroqui, juxta præscriptum ejusdem Ordinis Constitutionum, pertinebat, ut Discretus, & Juvenes ad magnum Conventum Parisien., prout ante quarumdam in forma Brevis literarum expeditionem consueverant, studiorum causa mittere possent, & valerent, facultatem concessit, & impartitus fuit, prout continetur in ipsius Clementis Prædecessoris literis desuper in simili forma Brevis expeditis, tenoris, qui sequitur, videlicet.

CLEMENS PAPA X.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. EXponi Nobis nuper fecit dilectus filius Felix Cullliens Minister Provincialis Provinciæ Aquitaniæ Antiquioris, Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum, quod a multis annis per quasdam literas Apostolicas in simili forma Brevis expeditas, ad instantiam tunc existentis Ministri Provincialis dictæ Provinciæ nomine Joannis Jourdain, prohibitum fuit, ne discretus, & studentes ejusdem Provinciæ ad magnum Parisiensem Conventum dicti Ordinis amplius mitterentur, eo quod regularis Observantia in illo minime vigeret, indeque timeretur, ne ad Provinciam prædictam, transactis studiis, redeuntes, ab ipsa regulari Observantia aliquo modo declinarent. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, reformatio in prædicto Conventu Parisien. a Dilecto filio Ministro Generali Ordinis prædicti jam laudabiliter feliciterque introducta reperiatur, cessetque proinde talis prætextus, neque simile periculum amplius sit timendum, & propterea dictus Felix Minister Provincialis Provinciam prædictam in suum jus, quo ante emanatas literas prædictas, pacifice, & absque ulla controversia fruebatur, restitui, eique facultatem mittendi Discretum, & studentes more solito ad eumdem Conventum Parisien. concedi plurimum desideret, & pro juris hujusmodi restitutione jam a prædicto Ministro Generali in partibus tunc existente Decretum ad hunc effectum fuerit expeditum: Nos ipsius Felicis Ministri Provincialis votis hac in re favorabiliter annuere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum, qui relationem dicti Ministri Generalis audiverunt, consilio, Superioribus Regularibus, ad quos cœteroqui, juxta præscriptum ejusdem Ordinis Constitutionum, pertinet, ut Discretum, & Juvenes ad prædictum Conventum Parisien., prout ante prænarratarum in forma Brevis litterarum expeditionem consueverant, studiorum causa mittere possint, & valeant, facultatem auctoritate Apostolica tenore præsentium concedimus, & impartimur. Decernentes ipsas præsentes litteras semper firmas, validas & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, plenissime suffragari, sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus literis prædictis, aliisque Ordinationibus, & Constitutionibus Apostolicis, cœterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 18. Octobris 1672. Pontificatus nostri Anno Tertio.

§. 2. Cum autem, sicut dilectus filius Philippus Favre Ex Definitor Generalis, & Ex Provincialis dictæ Provinciæ Nobis nuper exponi fecit, in prædicto Conventu Parisien. a tunc pariter existente Ministro Generali Ordinis prædicti reformatio introducta fuerit, nec non ibidem Regularis Observantia de præsenti vigeat, ac proinde præinsertas litteras hujusmodi, quæ ob quasdam controversias tamen inde secutas executioni demandatæ minime fuerunt, per Nos confirmari plurimum desideret, Nobis propterea dictus Philippus humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, &, ut infra, indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 3. Nos igitur ipsum Philippum specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium duntaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum, qui dilectum pariter filium Procuratorem Generalem Ordinis præfati audiverunt, consilio, præinsertas Clementis Prædecessoris literas, tametsi illæ executioni demandatæ non fuerint, ut præfertur, nihilominus executioni mandari, ac perpetuis futuris temporibus in omnibus, & per omnia servari posse, & debere, auctoritate Apostolica, tenore præsentium statuimus, & ordinamus.

§. 4. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his

his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non omnibus, & singulis illis, quæ in præinsertis Clementis Prædecessoris literis concessa sunt, non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris, die 28. Decembris 1708. Pontificatus nostri Anno Nono.

Confirmatur Decretum Congregationis Episcoporum, & Regularium de ratione habenda solius meriti in electionibus Fratrum Minorum de Observantia Reformatorum Provinciæ S. Didaci Papien.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Emanavit nuper a Congregatione Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita pro Declaratione Rescripti alias, nempe sub die 5. Martii 1693. in Causa Fratrum Provinciæ Sancti Didaci Papien. Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia Reformatorum nuncupatorum, facti, scilicet, quod nihil innovandum esset quoad divisionem, Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet -- In causa Minorum Reformatorum Provinciæ Sancti Didaci pro declaratione Rescripti alias facti sub die 5. Martii 1693. tenoris sequentis -- Nihil innovandum quoad divisionem — Sacra Congregatio Eminentissimorum, & Reverendissimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, reassumptis, ac visis juribus, & scripturis datis sub dicta die quinta Martii, ad relationem claræ memoriæ Eminentissimi Petruccii, ac mature perpensis rationibus adductis, referente Eminentissimo de Abdua, censuit, & declaravit, Decretum anni 1693. esse intelligendum, itaut nulla habeatur ratio Nationum, & æqualitatis Definitorii, sed solum meriti eligendorum. Romæ 21. Februarii 1709.

§. 1. Cum autem, sicut dilecti filii nonnulli Fratres dictæ Provinciæ Nobis subinde exponi fecerunt, ipsi Decretum hujusmodi, quo firmius subsistat, & promptius executioni mandetur, Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri plurimum desiderent, Nos ipsos Exponentes specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præinsertum auctoritate Apostolica, tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, salva tamen semper in præmissis auctoritate memoratæ Congregationis Cardinalium.

§. 2. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari: sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac, quatenus opus sit, Provinciæ, & Ordinis prædictorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, Privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris, die 8. Martii 1709. Pontificatus nostri Anno Nono.

Cum Adm. R. P. Joannes Maria a S. Cruce Commissarius Generalis Curiæ optaret se in suam Tusciæ Provinciam transferre, ut Comitiis Provincialibus ejusdem adesset, & suffragaretur, nomine totius Ordinis propositum fuit Sacr. Congr. Episcop. & Regul. sequens dubium: *An P. Commissario Curiæ liceat a Romana Curia discedere sub motivo ferendi Suffragium in Capitulis Provincialibus, & Congregationibus suæ Provinciæ in casu &c.* Cui Sac. Cong. sub die 6. Julii 1708. respondit: *Expediatur votum Capituli Generalis*. Cum itaque hoc rescripto differretur illius ab Urbe discessus, supplicavit Sanctissimo die 6. Augusti ejusdem anni pro facultate adeundi in Etruriam, ut Balneorum usu morbos, quibus conflictabatur, curare, experiretur, & rescriptum fuit: *In audientia Sanctissimi XI. die, Sanctitas sua annuit per totum Mensem Novembris, relicto idoneo substituto deputando per Vice-Commissarium Generalem*.

Sequuntur Decreta nonnulla Sacrar. Congreg.

Libellus supplex Episcopi Labacensis ad Sac. Congr. Concilii cum hujus Resolutione circa Indulgentiam Portiunculæ.

„ Episcopus Labacensis a parte Imperii Orator devotus EE. VV. humiliter exponit, quod non obstante Decreto Innoc. XI. de Apocryphis Indulgentiis sub die 7. Martii 1678. quo declaravit semel dumtaxat in die plenariam Indulgentiam in certos dies Ecclesiam visitantibus concessam lucrifieri, pergunt Fratres Ordinis S. Francisci Reformatorum Provinciæ Carniolæ Populo persuadere, Indulgentiam pro die secunda Augusti, de Portiuncula nuncupatam, eorum Ecclesiam visitantibus concessam, toties, quoties eadem die lucrifieri posse.

„ Cum autem hujusmodi abusus ad summum Pontificem ab Ordinariis deferri jubeat Sac. Congreg. Concilii Tridentini sess. 25. de reform. cap. 21. in Decreto de Indulgentiis:

„ Id circò Orator quærit, & declarari petit: an præfata Indulgentia, de Portiuncula nuncupata, etiam comprehendatur sub Decreto, & Declaratione fan. mem. Innocentii XI. supradicta? Pro qua gratia &c. „ Die

Digitized by Google

„ Die 7. Julii 1700. Sacra Congregatio Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, audita relatione Procuratoris Generalis, & Ministri Provincialis, censuit servandum esse solitum.

Iterum hæc eadem causa proposita fuit dictæ Sacræ Congregationi Concilii die 4. Decembris 1723. cum illi esset a Secretis SS. D. N. BENEDICTUS Divina Providentia Papa XIV. qui cum controversiæ statum distincta, atque erudita relatione exposuisset, placuit eamdem ad verbum referre, quæ in similibus casibus plurimum adjumenti, & consilii esse potest. Est itaque, ut sequitur.

ORDINIS S. FRANCISCI

„ POst institutum a Sancto Francisco suum Ordinem Regularem, cum plures personæ desiderarent ei nomen dare, idque esset impossibile, vel saltem admodum difficile, ex quo nec domum aptam, nec Ecclesiam habebat, fuerunt a dicto Sancto exhibitæ preces Abbati Benedictino Montis Subasii, qui eidem concessit parvam Ecclesiam Beatæ Virginis Mariæ Angelorum de Portiuncula appellatam, uti habetur in celebri opere, cui titulus *Speculum Vitæ Sancti Francisci cap. 55.* ibi. *Fuit ergo ad Episcopum Assisi, cui dixit Episcopus: Fratres nullam Ecclesiam habeo, quam valeam vobis dare, & idem Canonici responderunt. Tunc ivit ad Abbatem Sancti Benedicti de Monte Subasio. Abbas verò, habito consilio cum Monachis, operante gratia, & voluntate Divina, concessit Beato Francisco, & Fratribus suis Ecclesiam Sanctæ Mariæ de Portiuncula.* Acquisita a Sancto Francisco prædicta Ecclesia, idem Sanctus humillimè a Deo postulavit plenariam Indulgentiam pro illis, qui suorum peccatorum ex corde pœnitentes, prævia Confessione Sacramentali, eam visitassent, & a Deo fuerunt sui Servi preces exauditæ, ita tamen, ut Indulgentiam postularet ab Honorio III. Summo Pontifice, qui anno 1223 perpetuam concessit Indulgentiam illis, qui, post Confessionem Sacramentalem, parvam eam Ecclesiam visitassent a Vesperis primi diei Mensis Augusti usque ad Vesperas diei sequentis, uti legitur in secundis lectionibus Breviarii Franciscani pro die 2. Augusti, ibi: Tandem intelligens Pontifex Divinam voluntatem, concessit eam Beato Francisco, plenariam quidem, & liberam, ac perpetuam, sed unius dumtaxat diei naturalis cujuscumque anni, hoc est a Vesperis Kalendarum Augusti usque ad Vesperas sequentis diei, qui est anniversarius dies Consecrationis supradictæ Ecclesiæ. Atque latissimè comprobatur ex testimonio Petri Colfanni, qui Sanctum Franciscum prædicantem audivit, & dictam Indulgentiam publicantem, & duorum aliorum Religiosorum, Benedicti videlicet, & Rainerii de Aretio, qui retulerunt anno 1277. se rem totam intellexisse a Patre Matthæo de Marignano Socio Sancti Francisci, quæ omnia continentur in antiquo monumento Bibliothecæ Colbertinæ edito a Stephano Balutio in Miscellan. lib. 4. pag. 491. & concordant Sancti Bernardinus Senensis serm. 9. de cultu Sanctissimæ Trinitatis in Dominica Quadragesimæ art. 3. cap. 2. & Antoninus 3. part. hist. tit. 24. cap. 7. §. 4. cum aliis probatis historicis, quos plena manu cumulavi in discursu a me impresso primum Romæ, & deinde Fulginei, & postmodum Venetiis anno 1720.

„ Tractu temporis pia quædam invaluit opinio, quod prædicta Indulgentia non esset restricta ad unam diem naturalem cujuscumque anni, a Vesperis videlicet Kalendarum Augusti ad Vesperas sequentis diei, ex authentico quippe Testimonio Massei Bardi Episcopi Clusini desumebatur Summum Pontificem Paulum Papam III. anno 1544. dum in Civitate Perusina commorabatur, declarasse, quod Christifideles Cappellam Portiunculæ ingredientes, qualibet die Indulgentiam consequebantur, uti consequebantur Kalendis Augusti, quemadmodum plene habetur in Opere Octavii Episcopi Assisiensis, cui titulus: *Lumi Serafici di Porziuncola*, quocirca apposita fuit super Cappella sequens inscriptio *Augusti hic veniam dat tibi quæque dies*. At instituta formali disputatione in Congregatione Sanctissimæ Inquisitionis, an sæpe memorata Indulgentia esset revera restricta ad diem supra relatam, vel esset potius quotidiana; die 3. Octobris anno 1652. sic responsum fuit. *Facta relatione per Patrem Magistrum Bernardinum Ordinis Prædicatorum de Juribus hinc inde deductis a PP. Ordinis Minorum Conventualium, & Minorum de Observantia respectivè, super prætensa Indulgentia perpetua, & quotidiana, tamquam concessa a Paulo III. Ecclesiæ Sanctæ Mariæ Angelorum Fratrum Ordinis Minorum de Observantia, Eminentissimi Domini prædictis juribus visis, & auditis, dixerunt, ex hactenus deductis non constare de dicta Indulgentia quotidiana perpetua, & proinde abradendam, seu removendam esse inscriptionem super Janua Cappellæ Ecclesiæ Sanctæ Mariæ Angelorum Assisii, scilicet*, AUGUSTI HIC VENIAM DAT TIBI QUÆQUE DIES: Et in hujus Decreti executionem abrasa fuit prædicta inscriptio, uti plene refertur ex authenticis documentis in opere edito à Pompejo Biaio anno 1722., cui titulus *La verità scoperta titolo 6. §. 9.* & licet anno 1695. san. mem. Innocentius Papa XII. plenariam, & quotidianam concesserit Indulgentiam omnibus Christifidelibus, qui pœnitentes, & confessi, & Sacra Communione refecti visitassent Ecclesiam Sanctæ Mariæ Angelorum, & Ecclesiam Sancti Francisci sitam in Civitate Assisiensi, uti habetur in ejus Constitutione 49. & in sequenti Constitutione 50. in suo parvo Bullario, hæc nihilominus Indulgentia quotidiana Plenaria in pluribus differt ab Indulgentia Portiunculæ, uti latè ostendi in citato discursu §. 2. & me allegato prosequitur Pompejus Biaius citat. tit. 6. §. 12.

„ Indulgentia Portiunculæ fuit a Summis Pontificibus extensa ad omnes Ecclesias Fratrum, & Monialium Ordinis Sancti Francisci, juxta Apostolicas Constitutiones relatas apud Lanthuscam in Theatro Regularium verbo *Indulgentia*, & apud Waddingum in Annal. ad annum 1223. num. 3. cumque pius mos inoleverit pluries ingrediendi, & visitandi tàm Cappellam Portiunculæ sitam in Ecclesia Sanctæ Mariæ Angelorum, quam reliquas Ecclesias Ordinis Fratrum Sancti Francisci a Vesperis Kalendarum Augusti usque ad Vesperas sequentis diei, sub obtentu dictam Indulgentiam lucrifaciendi quolibet ex dictis ingressibus; idque cum Episcopo Labacensi difficile visum fuerit, ex quo Indulgentia concessa illis, qui aliquam Ecclesiam certis diebus visitant, vel aliud pium opus peragunt, non acquiritur nisi semel dumtaxat in die, querela Episcopi delata ad hanc Sacram Congrega-

„ gationem: *Fergunt Fratres Ordinis Sancti Francisci Reformatorum Provinciæ Caraiolæ Populo persuadere Indulgentium pro die 2. Augusti de Portiuncula nuncupatum eorum Ecclesiam visitantibus concessum toties, quoties eodem die lucrifieri posse*, Sacra hæc Congregatio, die 17. Julii 1700. post auditas informationes Procuratoris Generalis, & Ministri Provincialis, censuit *servandum esse solitum*.

„ Hisce minime obstantibus nonnulli Parochi tàm publicè, quam privatim asserunt sæpe memoratam Portiuncalæ Indulgentiam acquiri quidem a Visitantibus Ecclesias Ordinis Sancti Francisci a Vesperis Kalendarum Augusti ad Vesperas diei sequentis, sed semel tantùm in dicta die, itaue toties quoties repetitua eadem die accessus ad memoratas Ecclesias, ingredientibus, & visitantibus non prosit, ut pluries in eadem die Indulgentiam lucrentur, & hujus Sacræ Congregationis responsum, quo dictum fuit *servandum esse solitum*, sic interpretantur, ut relationem habeat, non ad acquisitionem Indulgentiæ pro quolibet ingressu in Ecclesiam, sed ad consuetudinem, juxta quam non acquiritur, nisi semel dumtaxat in die, Indulgentia concessa visitantibus certis diebus determinatam Ecclesiam, vel aliud opus pium peragentibus: Cumque hac interpretatio nimis absona videatur Ordini Sancti Francisci, tùm quia Decretum de lucrificienda semel dumtaxat in die Indulgentia concessa visitantibus Ecclesiam certis diebus, editum fuit die 7. Martii 1676. & eo minime obstante Sacra hæc Congregatio noluit deferre quærimoniis Episcopi Labacensis, qui Patres Reformatos accusaverat, quod falso persuaderent Indulgentiam Portiunculæ posse lucrifieri a Christifidelibus toties, quoties die 2. Augusti ipsorum Ecclesiam visitassent, uti colligitur ex Decreto supra memorato, edito die 17. Julii 1700. tùm quia cum Indulgentia Portiunculæ prosit etiam animabus Defunctorum, juxta literas Apostolicas Sac. mem. Innocentii XI. impressas apud Mattheuc. in Official. Curiæ cap. 26. num. 7., nil prohibet, quin eadem Indulgentia pluries eadem die applicetur modo pro una, modo pro alia anima in Purgatorio existente. Hinc est, quod instante Procuratore Generali Ordinis S. Francisci Minorum Observantium, ut aliquando dissentionibus finis imponatur, disputandum in præsenti proponitur, & declarandum.

An Decretum hujus Sacræ Congregationis editum die 17. Julii 1700. quo dictum fuit servandum esse solitum, *ita sit intelligendum, ut Indulgentia Portiuncula acquiri possit a Christifidelibus a Vesperis Kalendarum Augusti ad Vesperas diei sequentis, non semel, licet pluries, debitis intercedentibus requisitis, Ecclesias Ordinum Sancti Francisci visitaverint, sed toties, quoties easdem Ecclesias dicta die, debitis intercedentibus requisitis, visitaverint.*

Die quarta Decembris 1723. Sacra Congregatio Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretrum censuit, servandum esse solitum.

C. Cardinal. Origus Præfectus.

P. de Lambertinis Secretarius.

Sententia in Prætorio A. C. lata, qua statuitur ex suppressione Confraternitatis ultimò erectæ, non posse Confraternitatem anteriorem in loco erectam prætendere, quod sint suppressi, & inhibiti alius ex devotione exercendi in alia Ecclesia ejusdem loci, & respectu ejusdem Sancti, sub cujus nomine fuit suppressa Societas, non obstante quacumque transactione &c.

„ CHristi nomine invocato. Pro Tribunali sedentes, & solum Deum præ oculis habentes, per hanc nostram definitivam sententiam, quam de jure Peritorum Consilio in his scriptis ferimus in caussa, & caussis, quæ primo, & in prima coram Nobis, seu alia veriori, versæ fuerunt, & vertuntur, instantiis, inter RR. Fratres Minores de Observantia Conventus S. Bernardini Civitatis Alexandriæ Actores ex una, & RR. Fratres Minores Conventuales Conventus S. Francisci ejusdem Civitatis, Reos conventos ex altera Partibus, de, & super rescissione Instrumenti Transactionis inter eos celebratæ sub anno 1668. in dicta Civitate inter dictos Conventus, & RR. Fratres, rebusque aliis, de quibus in actis, ad quæ &c. super interdictione, seu prohibitione quorumcumque actuum prætextu Societatis, ac etiam devotionis faciendorum in Novena S. Antonii de Padua per dictos RR. Fratres Minores de Observantia in ipsorum Ecclesia S. Bernardini, & in Ecclesia Sanctissimæ Annunciationis dictorum RR. Fratrum Minorum de Observantia in Quarterio Burgollii existent. & dicimus, definimus, decernimus, & definitive sententiamus dictum Instrumentum Transactionis servandum esse in ea parte tantum, in qua continetur suppressio Societatis, & Exercitium quorumcumque actuum ejusdem Societatis prætextu faciendorum per dictos RR. Fratres Minores de Observantia; in reliquis vero rescindendum esse, annullandum, & cassandum, prout Nos per hanc nostram definitivam sententiam annullamus, rescindimus, & cassamus, & pro annullato, rescisso, & cassato haberi volumus, & mandamus, victosque victoribus in expensis condemnamus, quarum taxationem Nobis, vel cui de jure in posterum, reservamus. Et ita dicimus, pronunciamus, definimus, decernimus, & definitive sententiamus, non solum isto, sed & alio omni meliori modo &c.

Æ S I N A

Coram Sacr. Congreg. Immunit.

„ EXposuit Sacræ Congregationi super Immunitate, & controversiis jurisdictionalibus Frater Carolus de Montecchio, Ordinis Minorum Observantiæ Reformatorum Sancti Francisci se extractum fuisse, de mandato Patris Provincialis, ab Ecclesia Conventus Æsini, in quo morabatur, instando propterea declarari incidisse in excommunicationem tàm ipsum Provincialem, quam Fratres Executores; & eadem Sacra Congregatio, auditis rationibus a Patre Procuratore Generali allatis, interquas adductum fuit prædictum Fratrem Carolum extractum fuisse ad correctionem, & ob id ad domum disciplinæ translatum, censuit Provincialem, aliosque Fratres pro-

fes-

„ fessos non incurrisse. Romæ hac die 19. Aprilis „ 1701.

G. Cardinalis Carpineus.

Jo. Vallemanus Secretarius.

Opportunum tamen existimamus hoc in loco ea quoque ponere, quæ ad eamdem rem spectant, licet subsecutis temporibus edita sint, ne Superiores talis Decreti praxi hallucinentur, ut quandoque contigisse olim compertum habemus.

Itaque notentur quæ sequuntur.

Beatissimo Padre.

FRa Pietro Paolo di Cirignola, per grazia di Vostra Santità Procurator Generale della Cismontana Riformata Famiglia di San Francesco, prostrato a suoi Santissimi piedi riverentemente l'espone, come li Ministri Provinciali, e Guardiani delle Riformate Provincie di detta Famiglia, dovendo per debito de' loro Uffic', e per la manutenzione della Disciplina Regolare talvolta penitenziare i loro Sudditi delinquenti, con fargli anche mettere in carcere *ad correctionem, seu in Domo Disciplinæ*, acciocchè non fuggano, come gli viene concesso dalle Constituzioni generali dell'Ordine, e ultimamente decretò la Sagra Congregazione de Vescovi in *una Bergomen. 5. Decembris* 1698. i suddetti Delinquenti, a pretesto di godere l'Immunità Ecclesiastica, si rifuggiano con iscandalo del secolo nelle Chiese degli stessi Conventi pretendendo, che tanto li Superiori, che comandano, che siano estratti, come quelli, che gli estraggono, siano violatori dell'immunità Ecclesiastica, non ostante, che la Sagra Congregazione dell'Immunità *in una Æsina* 10. *Aprilis* 1701. abbia decretato il contrario. Quindi ultimamente supplica la somma clemenza di Vostra Santità a degnarsi confermare i suddetti Decreti, e più espressamente dichiarare: *Posse a Ministris Provincialibus, & Guardianis suos Subditos, intra septa Monasterii delinquentes, constringi ad subeundas pœnitentias salutares, & quatenus ob id ad Ecclesias confugiant, licite posse extrahi, & Deus &c.*

Die 19. Mensis Septembris 1734. Sanctissimus ex causis in supplici libello expositis, impartitus fuit licentiam, & facultatem Ministris Provincialibus, & Guardianis Ordinis, de qua in precibus, ducere faciendi delinquentes Religiosos, & contumaces ab Ecclesiis eorum respective Conventuum ad claustrales carceres; quibuscumque in contrarium non obstantibus.

N. Card. Corsinus.

Loco ✠ Sigilli.

P A P I E N.

DIscussis in Sacra Congregatione super Immunitate Ecclesiastica, & controversiis jurisdictionalibus Articulo. An Pater Antonius de Vignali Provincialis Provinciæ Papien. Ordinis Minorum Observ. Refor. incurrerit in censuras, ob extractionem ab Ecclesia S. Crucis ejusdem Civitatis, & successivam, implorato militum brachio, carcerationem P. F. Caroli de Gambolo, & Fratris Joachini de Cartunio ab eo demandatas, Eadem Sacra Congregatio, auditis rationibus diffuse allatis a prædicto Patre Provinciali ex una, & à recentitis Fratribus, partibus ex altera, rescripsit sub die 28. Februarii proxime præteriti: Non incurrisse, & Superiores procedant, prout de jure... Iterumque proposita caussa sub die 24. currentis Julii ipsa Sacra Congregatio pariter rescripsit - In decisis, & amplius. In quorum fidem &c. Datum Romæ hac die 28. Julii 1736.

Georgius Cardinalis Spinula.

Loco ✠ Sigilli.

Joseph Maria Arch. Damasc. Sec.

Dalla Segreteria de Memoriali gli 28. Luglio 1736.

ESsendo stata di sentimento la Congregazione dell'Immunità di supplicare la Santità di Nostro Signore, per rilevanti motivi, di rivocare l'indulto, e facoltà conceduta per Segretria de Memoriali sotto gli 19. Settembre 1734. ad instanza di Fra Pietro Paolo di Cirignola Procurator Generale della Cismontana Riformata Famiglia di San Francesco, di poter estrarre I Religiosi delinquenti refugiati nelle Chiese de' loro rispettivi Conventi, per condurli alle Carceri Claustrali, la Santità Sua è restata servita di comandare, che in avvenire non abbia alcun vigore, e forza il reseritto del detto Indulto, e facoltà, volendo, ed ordinando, che un tale affare si riduca a termini di ragione, con lasciare illesa la dipendenza, che debbono avere in simili casi i Superiori Regolari dai Vescovi. Per tantociò, ed in virtù d'espresso comandamento di Sua Beatitudine, il Cardinal Corsini ne dà l'avviso al P. Giovanni di Pietrafitta Vice-Commissario Generale de' Riformati di San Francesco, e in lui assenza al P. Lettor Felice da Roma Pro-Vice Commissario Generale, ad effetto, che abbiano notizia della mente Santissima, per eseguirla, e facciano anche palese a tutti li Ministri Provinciali, e Guardiani dell'Ordine: che è quanto in adempimento degli Ordini Santissimi. E Dio gli prosperi. *Præsens copia de verbo ad verbum collationata cum suo originali concordat.*

Loco ✠ Sigilli.

Frater Franciscus Antonius a Cirignola Secret. Generalis.

T R O J A N A F U N E R U M.

I. „ AN licitum sit Cannonicis, Capitulo, & „ aliis Parochis dictæ Civitatis ducere Fu„ nus per publicas Plateas, quæ non est recta via „ ducens ad Ecclesiam funeris, & præsertim Regu„ larium, *& quatenus affirmativè.*

II. „ An eisdem Capitulo, Canonicis, & Cura„ to propter hoc aliquod stipendium accipere, seu „ exigere liceat?

III. „ An sit licitum dictis Capitulo, & Cano„ nicis ducere Cadaver alicujus de regimine Civita„ tis prius in Ecclesiam Collegiatam ad officiandum, „ & deinde ab illa transferre ad Ecclesiam funeris?

IV. „ An licitum sit Canonicis, & Parochis „ aliquid exigere ratione transitus per Parochiam, „ quando Funus ducitur ab una Parochia ad Eccle„ siam funeris sitam in alia Parochia?

V. „ An Candela gestanda per Canonicos in as„ sociatione funeris debeat esse ponderis minus qua„ tuor librarum, vel arbitrio hæredum, & an „ Ca-

Digitized by Google

„ Canonici, ultra dictam Candelam, prætendere possint unum ducatum Regni pru quolibet Canonico?

VI. „ An de dictis Candelis debeatur aliqua portio Ecclesiæ funeris, pruut etiam de Candelis, „ quæ in similibus casibus gestantur a Regularibus?

VII. „ An Capitulum, Canonici, & Parochi prætendere, & accipere possint majorem portionem funeralia, quando Cadaver sepelitur in Ecclesiis, „ extra Civitatem, Regularium, ac extra Parochiam, „ quamvis sitam intra Civitatem, quam acciperent, „ si Cadaver sepeliretur in illorum Ecclesia?

VIII. „ An interveniente in funere ducendo ad „ Ecclesiam Regularium Cruce Capituli cum unico „ illius Abbate, seu Sacerdote, Capitulum exigere „ possit emolumentum eo modo, quo interveniret „ totum Capitulum?

IX. „ An licitum sit Canonicis pro decimis non „ solutis in vita per Defunctum devenire ad impe„ dimentum Sepulturæ Cadaveris dicti Defuncti in „ casu &c.?

Sacra Congregatio Concilii, die 7. Maii 1701. distulit prupositiunem, die vero 21. ejusdem respondit.

Ad I. *affirmative*.

Ad II. negative.

Ad III. negative, nisi aliter disposuerit defunctus, nec ejus hæredes.

Ad IV. negative.

Ad V. negative, quoad primam partem, sed remittendum arbitrio hæredum; quo vero ad secundam partem negative.

Ad VI. VII. VIII. & IX. pariter negative.

Resolutiones S. R. C. ad instantiam PP. Tertii Ordinis S. P. N. Francisci ita quærentium.

I. „ AN diebus Dominicis, aliisque diebus, quibus in ipsorum Ecclesiis celebratur de „ Sanctis Ordinis sub ritu duplici, Sacerdotibus ex„ teris ad eam confluentibus permitti debeat celebra„ tio de Dominica, vel alio festo, vel etiam de „ Requiem? Et quatenus affirmative. An in Mis„ sa de Dominica, aliisque Festis debeant Sacerdo„ tes exteri uti paramentis competentibus dictis Do„ minicis, & Festis, vel possint se conformare pa„ ramentis, quibus eisdem diebus utuntur Fratres?

II. „ An Fratres diebus, quibus propria officia „ celebrant sub ritu duplici, celebrantes in alienis „ Ecclesiis, possint celebrare Missas cum dictis of„ ficiis concordantes, vel possint celebrare de aliis „ conformando se ritui earumdem Ecclesiarum, ac „ etiam de Requiem? Et quatenus affirmativè quo „ ad primam partem, quid quo ad colores para„ mentorum?

III. „ An Sacerdotes exteri confluentes ad ipso„ rum Ecclesias, ut supra, & celebrantes de Sanctis „ Ordinis, Ser. Ser. possint in Missis se uniformare cum „ Fratribus, quoad credo, & quoad numerum Ora„ tionum more duplicium?

IV. „ An diebus Dominicis, quibus tam Fratres, „ quam exteri celebrant de Dominica, possint exte„ ri uti coloribus paramentorum, quibus utuntur „ Fratres ratione alicuius Octavæ, & Fratres cele„ brantes in alienis Ecclesiis, uti coloribus juxta „ ritum earumdem; & an tàm exteri in Ecclesiis „ Fratrum, quam Fratres in alienis possint appone„ re commemorationem Octavæ, ut supra, occur„ rentis, servata Rubrica de duplici Oratione ha„ benda in Dumiuicis infra octavam?

V. „ An in officio ad Hymn. *Iste Confessor* pro „ Sanctis Confessoribus, quoties eisdem fixa dies „ est assignata, quæ non est dies obitus, recitari „ debeat ℣. *Meruit beatus scandere Sedes*, eo quod „ re vera officium fiat de die obitus; & quatenus „ affirmativè, an eadem regula servanda sit in of„ ficiis de Confessoribus translatis, dummodo offi„ cium sit de die obitus? Sacra Congregatio Ri„ tuum die 11. Junii 1701. respondit.

„ Ad primum, quoad primam partem dubii, nega„ tivè, quando Festum celebrantur cum solemnita„ te, & concursu populi; & quo ad secundum par„ tem jam provisum.

„ Ad 2. ut ad primum. Ad quartum posse.
„ Ad 3. posse. Ad quintum negativè.

Novarien. Funerum; & Jurisdictionis Dubia, & Responsa S. C. C.

Primò. „ AN Cadavera Impuberum Oppidi Varalli debeant ex aliqua speciali „ consuetudine sepeliri in Sepultura designata exi„ stente in Ecclesia Parochiali: vel potiùs licitum „ sit Parentibus, tàm ante, quàm post mortem il„ lorum, ea tumulare facere in proprio sepulchro ma„ jorum in Ecclesia PP. Reformatorum existente? „ Et quatenùs affirmativè quoad secundam partem.

Secundò. „ An dicta Cadavera deferri possint ad „ dictum sepulchrum majorum, absque associatione „ Parochorum, & Cleri Sæcularis, post eorum mo„ nitionem ad interveniendum funeri, & recusan„ tium?

Tertio. „ An Parochis intervenientibus, sive „ associatis, sivè non, ab aliis Coneanonicis ejusdem „ Parochiæ, distribui debeat candela major illa, quæ „ datur Superiori Regularium associato ab aliis „ Fratribus?

Quartò „ An dicta Cadavera deferri valeant ad „ Ecclesiam quacumque hora diei; & , an de nocte, „ absque expressa licentia Ordinarii?

Quinto. „ An Parochi sub aliqua, & quacum„ que prætensione possint differre, vel impedire, ne „ tempore debito cadavera ad sepeliendum deferan„ tur? Et quatenus negativè.

Sexto. „ An Parochis impedientibus, licitum sit „ hæredi, post expectatum triduum a morte defun„ cti, ducere funus, etiam de nocte, ad Ecclesiam, „ in qua Cadaver est sepeliendum?

Septimo. „ An Parochi cogere possint hæredes ad „ peragendum in Ecclesia Parochiali omnes functio„ nes Missæ solemnis, accensis luminibus in singu„ lis Altaribus, & Anniversariorum, quæ fiunt in „ Ecclesia Reformatorum occasione funerum?

Octavo. „ An dicti Parochi possint cogere hære„ des, ut celebrare faciant Missas pro Defuncto sin„ gulis Sacerdotibus Sæcularibus funus associanti„ bus?

Nono. „ An in prætensa associatione cadaverum „ sint per hæredem defuncti in æquali numero con„ vocandi tot Sacerdotes Sæculares, quot convocan„ tur FF. Refor.?

Decimo. „ An in casu, de quo agitur, Episcopus „ Novariensis habuerit jurisdictionem in supradictos „ Fratres Reformatos, prætensos delinquentes extra „ Claustra, seu turbantes jura Parochorum?

Undecimo. „ An Interdictum, de quo agitur, su„ stineatur in casu &c.

Die xv. Martii 1704. Sacra Congregatio Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Inter-

Digitized by Google

Interpretum.: Ad primam respondit negativè, quoad primam partem, affirmativè quoad secundam. Ad secundum affirmativè. Ad tertium negativè. Ad quartum affirmativè, ante tamen solis ortum, & de nocte negative, nisi de licentia Episcopi. Ad quintum negativè. Ad sextum affirmativè, præter quam ante solis ortum, & de nocte. Ad septimum, octavum, nonum, decimum, & undecimum, negativè respondit.

BONONIEN. INDULTORUM

17. *Maii* 1704.

Dubia, & Responsa S. C. C.

PRimò. An liceat Confessario signare licentias ingressus in Monasterium privativè, & independenter ab Archiepiscopo? Secundò. Et quatenus negativè, an & quomodo Confessarius possit signare dictas licentias, & in quibus casibus, & pro quibus Personis? Tertiò. An licentiæ solius Archiepiscopi possint impediri ex dissensu Confessarii? Quarto. An Archiepiscopus possit prohibere Confessario, ne signet, aut concedat licentias pro allocutione, tàm cum Monialibus, quam cum Educandis ad Cratea? Quinto. An idem Confessarius possit celebrare Sacrum in Cappella Infirmariæ Monasterii? Sexto, & quatenus affirmativè, An in iis casibus, in quibus potest celebrare in dicta Cappella, valeat uti in Ministrum, seu Clericum, qualibet persona Sæculari sibi bene visa, seu potius teneatur adhibere Clericum approbatum cum licentia Archiepiscopi? *Sacra Congregatio respondit. Ad primum negativè. Ad secundum affirmativè pro personis approbatis ab Archiepiscopo. Ad tertium negativè. Ad quartum, & quintum affirmativè. Ad sextum negativè quoad primam partem, & affirmativè quoad secundam.*

Dubia, & Responsa S. R. C.

„ PRimum, cum multis Congregationibus, Religionibus, sive Ecclesiis, vel Nationibus concessum sit a Sancta Sede Apostolica, ut semel, vel pluries in singulis hebdomadibus, vel mensibus celebrentur varia officia per annum, v. g. de Sanctissimo Sacramento, vel de Sanctis in diebus non impeditis aliquo festo duplici, vel semiduplici, liceat ejusmodi officia facere, etiam in diebus Sanctæ Quadragesimæ, Adventus, Vigiliarum, & quatuor temporum, etiam si de his diebus nulla sit facta specialis mentio in aliquibus officiorum concessionibus?

„ Secundum. An dies impeditus Festo duplici, aut semiduplici pro dictis officiis recitandis, intelligantur etiam dies, in quibus ponendum est officium de festo duplici, vel semiduplici translato, quemadmodum dicitur responsum fuisse olim a Sacra Congregatione, quod scilicet festum duplex, vel semiduplex, etiam translatum, nec non dies octavæ, sit dies impeditus respectu talium officiorum?

„ Tertium. An Regulares absque speciali privilegio, sed sola communicatione privilegiorum aliarum Religionum, possint addere nomen Sancti Fundatoris in Litaniis, &, Confiteor; atque recitare officia, & Missas concessas aliis Religionibus? *Sacrorum Rituum Congregatio, ad relationem Eminentissimi, & Reverendissimi D. Cardinalis Colloredo, respondit. Ad primum negativè: & hujusmodi Indulta non habere locum in Feriis Adventus, Quadragesimæ, Quatuor temporum, Vigiliarum, seù cum jejunio, sivè absque jejunio, nec in feria secunda Rogationum, nec in alia feria, in qua, secundum Rubricas sit reponendum officium Dominicæ.*

Ad secundum. Affirmativè.

Ad Tertium. Negative in omnibus.

Et ita declaravit, ac servari voluit. Ac insuper, ut declarationes, seu Decreta prædicta omnibus innotescant, Typis ea imprimi mandavit, die 20 Martii 1706.

Hinc colligi potest quam maxime hallucinari Minoritas illos, qui *Confiteor &c.* tam in Missa, quam in Officio, addunt nomen S. P. N. Francisci, ea eo ducti, quod S. Mem. Innoc. XIII. concesserit vivæ vocis oraculo Patribus in Comitiis Generalibus Romæ congregatis facultatem faciendi talem additionem *Confiteor &c.* quod recitari solet pro absolutione obtinenda ante quamcumque canonicam electionem: cujus exemplum imitatus est Sanctissimus D. N. Bened. XIV. in nuperis Comitiis Romæ celebratis. Nam *vivæ vocis oracula* hujusmodi perseverant in vigore durante vita Pontificis, qui illa dedit. Illud porrò, de quo agimus, respiciebat tantum determinate actionem illam Comitiorum. Insuper per tale oraculum nulla facta est expressa derogatio Decretis Apostolicis hac de re editis. Denique idipsum multo magis interdicitur Fratribus Minoribus, qui juxta suæ Regulæ præceptum tenentur recitare *Officium Secundum Ordinem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ*: ac proinde nihil addere, vel minuere, inconsulta Sede Apostolica, & instructa prout oportet.

EPISTOLA

Ex mente Sanctissimi ad Legatos a latere, aliosque Gubernatores in ditione pontificia, qua Minoritæ præsertim declarantur exempti a solvendis oneribus impositis per particulare Chirographum S. S.

„ LA Santità di Nostro Signore avendo inteso, non senza molta amarezza del suo animo, la sinistra interpretazione, che da alcuni è stata data al Chirografo segnato dalla Santità Sua sotto il dì 26. Agosto prossimo passato, in quella parte, ove si obbligano tutte le Persone di qualsisia stato, grado, e condizione, eziandio Ecclesiastiche, tanto Secolari, quanto Regolari, ancorche Mendicanti di strettissima mendicità, non ostante qualsisia loro privilegio, o esenzione, a concorrere per li loro beni a quelle contribuzioni, e pesi, che s' impongono, o s' imporranno per le correnti note emergenze, con essersi perciò indebitamente preteso, che anche quei Religiosi Mendicanti, quali nè pure in commune possiedono cos' alcuna, in vigore di detto Chirografo possano, e debbano esser gravati con le gabbelle, che s' impongono dalle Communità, o altri Benefattori: anzi anche l' istesse limosine manuali, che loro si danno da fedeli per il Santo Sagrificio della Messa; ha perciò comandato la Santità Sua, che, oltre ciò, che fu ordinato con altra simile lettera scritta in data delli 29. del passato Mese di Settembre in proposito dell' esenzione, che li suddetti Religiosi Mendicanti, quali neppure in commune possiedono cos' alcuna, devono godere, di tutte le gabbelle imposte, o da imporsi per l' accennato effetto, per tutto ciò che serve per loro sostentamento, & uso, con la presente lettera Circolare più chiaramente si spieghi,

„ e si dichiari, che la disposizione del Chirografo suddetto, ova compranda li Raligiosi Mendicauti di strettissima mendicità (ancorche per essere relativa alli beni, cna quelli possiedono, ad insiema per escludera literalmente i veri poveri, che non possiedono cos' alcuna, fosse assai chiara, nè avesse bisogno di alcuna spiegaziona, o dichiaraziona) solamente compreude quei Raligiosi, che ancorche Mandicanti, possono tuttavia possedare in commune, a di fatto possiedono qualche specie di beni stabili; ma non mai quelli, che nè pure in commune possiedono cos' alcuna, quali in consaguenza debbono essere esenti da tutta le tasse, imposizioni, capitazioni, a da ogn' altra sorte di gravezza, poiche quasta è stata sempre, ed è la manta della Santità Sua. Non dubitu, che V. S. per quel che a lei appartiene, sarà per far avere alla madesima la dovuta esecuaione. E Dio la prosperi. Ruma 20. Ottobre 1708.

LAUDEN. QUÆSTUATIONIS.

Sub die 5. Septembris 1710.

PONENTE CARD. DE ABDUA.

Dubia, & Resolutiones Sacr. Congregat. Episcop., & Regular.

I. „ AN liceat PP. Reformatis loci Codunei quæstuare in loco Sancti Columbani, ejusque districtus?

II. „ An liceat eisdem PP. Reformatis habere hospitium proprium in dicto loco Sancti Columbani, seu potius dabeant hospitari iu Conventu Minorum Observantium Sancti Francisci situ in dicto loco Sancti Columbani?

III. „ An, & in quas pœnas dicti Patres Raformati inciderint, ob aperitionem prætansi Oratorii publici in dicto loco Sancti Columbani, absque licentia Ordinarii?

„ Ad 1. Responsum fuit negativè, prætetquam quoad quæstuatinaem vini, tantum tempore vindemiarum, & samel post Pascha juata solitum.

„ Ad 2. Negativà quod primam partem, affirmativè quoad secundam.

„ Ad 3. Ramaneant suspensi ab officio, donac veniam petiarint ab Episcopo, a quo benigne recipiantur.

DECRETA

SAC. CONGR. DE PROPAGANDA FIDE.

5. Junii 1706.

Ex parte Desinitorii Provinciæ Observ. Tusciæ proposita fuerunt contra Commissarium Terræ Sanctæ Capita sequentia.

1. „ QUod in sui officii servitium plures Religiosos, quam ipsi competant, deputet.

2. „ Quod diversos Vice-Commissarios, apud Liburnum, videlicet, Florentiam, & Lucam habeat.

3. „ Quod, non petita licentia Provincialis, Religiosos de Terra Sancta redauntes, ac in Portu Liburni a navi descendentes, iu Florantiam dirigat, & transmittat.

4. „ Quod ax absentia Commissarii a Portu Liburni, & ejus frequenti residentia apud Florentiam, sequitur necessitas residentiæ Vice-Commissarii in dicto Portu, quam vitaret, si ipse inibi maneret.

Super his igitur Decretum sequens emanavit.

„ Ralato per Eminentissimum, & Reverendissimum Dominum Cardinalem Spadam præsenti libello supplici, Eminentissimi Patres, re mature discussa, & auditis partibus, hujusmodi petitionibus nagative responderunt, & P. Ministro Generali mandarunt, ut sedulo incumbat executioni Decretorum Sacræ Congregationis ad favorem Commissariorum, & Officialium Terræ Sanctæ.

Cardinalis Sacripantes Præfectus.
Loco ✠ Sigilli.

Ulysses Joseph Archiepiscopus Theodos.
Pro-Secretarius.

27. *Julii* 1706.

STatuitor Religiosos legitima facultate ex locis Terræ Sanctæ Romam advanientes, subjici immediatæ jurisdictioni Commissarii Generalis Tarræ Sanctæ, & non Procuratoris Generalis, & Commissarii Ganeral. Curiæ.

„ Relato per Eminentissimum, & Reverendissimum D. Cardinalem da Judice ...... libello suppliai, Eminantissimi Patres, re maturè perpensa, & auditis Partibus, decreverunt Offiaiales, & alios quoscumque Fratres da Familia Tarræ Sanctæ, in aorum accessu ad Urbem, quoad mores, & regularem Disciplinam subjectos esse Supariori Locali Conventus Aracœlitani; quo verò ad negotia Tarræ Sanctæ, Patri Commissario Ganerali ejusdem Terræ Sanctæ: eorum verò literas obedientiales pro Terra Sancta non esse admittendas, nisi prævia recognitiona Patris Ministri Ganeralis, seu Commissarii Ganeralis Ordinis, exclusu Patre Procuratore Generali, & Commissario Generali Curiæ. Et amplius &c. Datum ut supra.

In Congregatione Generali habita sub die 3. Septembris 1708.

„ Referenta Eminentissimo, & Reverendissimo Domino D. Cardinali *de la Tremoille* controversiam ortam inter Patres Societatis Jesu., & Minores Observantes Terræ Sanctæ, occasione tumulandi Cadaver Joannis Petri Blanc, Consulis nationis Galliæ in Urbe Alleppensi, & Censuras, prout asseritur, inda amanataa, contra Patrem Antonium Sannage Superiorem Missionum dictæ Societatis in Syria, nac non contra P. Bernardinum Coudert ejusdem Societatis Missionarium; Eminantissimi Patres, re maturè perpensa, & auditis partibus, censuerunt, firmis remanentibus Decretis Sacræ Congregationis super Jus Parochiale competens Patribus Terræ Sanctæ, censuras, ut supra amanataa, non sustineri. Datum Romæ dia, & anno, quibus supra.

Cardinalis Sacripantes Præfectus.
Loco ✠ Sigilli.

Fulvius de Cavaleriis
Secretarius.

DI-

Digitized by Google

DIPLOMA
LUDOVICI MAGNI
CHRISTIANISSIMI FRANCORUM REGIS.

Quo Fratribus de Observantia Familiæ Terræ Sanctæ antiqua eorum jura, ac privilegia confirmantur, aliaque de novo conceduntur.

LOUIS par la grace de Dieu, Roy de France, & de Navarre, à tous presents & à venir Salut. Par nos Lettres Patentes données à S. Germain en Laye le 4. Fevrier 1649. & par autres nos Lettres Patentes en forme de Chartre données à Paris au mois d'Octobre de la mesme année; Nous avons, pour faire connoistre la veneration singuliere que nous avons pour les saints Lieux, continué la protection, qui avoit esté accordée par les Roys nos Predecesseurs aux Religieux de l'Observance de S. François de la Famille de Terre Sainte, que y sont établis depuis plus de quatre cent soixante années, sous la conduite d'un Superieur appellé Gardien du Mont Sion, résidant ordinairement en la Ville de Jerusalem, auquel nos tres Saints Peres les Papes Caliste III. Clement V. Innocent IV. Jean XXII. & divers autres Pontifes ont, à l'instance, & priere des Roys nos Predecesseurs, accordé plusieurs Graces & Privileges, que nous avons autorisez & confirmez par nosdites Lettres Patentes; mais comme la difference des temps a apporté beaucoup de changement dans un Pays, où nostre sainte Religion ne subsiste que par les soins, que nous prenons continuellement de la soutenir, Nous avons resolus d'en donner encore de nouvelles marques au susdit Gardien, & Religieux, en confirmant nonseulement tout ce qui est contenu dans nosdites Lettres Patentes; mais encore en les interpretant, & y ajoutant de nouvelles Graces & Concessions.

Pour ces causes & autres à ce nous mouvant, de nostre grace speciale, pleine puissance & autorité Royale, voulants faire connoistre à tous nos sujets l'attention particuliere que nous avons pour le bien, & l'avantage des saints Lieux, où le mystere de nostre Redemption à esté operé; L'estime que nous faisons de la pieté & de la devotion du Gardien, & des Religieux de ladite Famille de Terre sainte, & les obliger d'autant plus à augmenter les prieres, & les saints sacrifices qu'ils offrent à Dieu pour la prosperité, & l'augmentation de cette Monarchie. Nous avons dit, declaré & ordonné, & par ces presentes signées de nostre main, disons, declarons, & ordonnons, voulons, & nous plaist, qu'ils soient & demeurent à perpetuité, comme nous les prenons, & mettons de nouveau en nostre protection & sauve garde speciale; ensemble toutes les Paroisses, Chapelles, Convents, Maisons & Hospices, qu'ils ont, & auront audit Pays de Levant, & en Terre sainte.

Voulons & entendons que ledit Superieur, ou Gardien de Jerusalem, soit reconnu par tous ceux qui sont soûmis à nostre obeïssance pour Commissaire Apostolique du S. Siege dans le Pays du Levant, pour y tenir lieu d'Ordinaire, & y exercer plusieurs fonctions Episcopales, qui luy ont esté concedées par

Chronol. Seraph.

lesdits Souverains Pontifes, & entr'autres la jurisdiction spirituelle sur tous les Chrestiens de l'Eglise Latine, nos sujets reguliers & seculiers, avec faculté non-seulement d'absoudre par luy, & les Religieux de ladite Famille, de tous les cas reservez au saint Siege, aux exceptions y mentionnées; mais mesme de conferer le Sacrement de Confirmation, baptiser, & faire exercer par lesdits Religieux de la Famille de Terre sainte, toutes les fonctions Curiales & Parroissiales, ainsi qu'ils ont fait depuis leur établissement.

Permettons à cet effet aux susdits Religieux de la Famille de Terre sainte, d'exercer lesdites fonctions en tous les endroits de leur residance, audit Pays de Levant, mesme dans les Chapelles Consulaires, en cas de quelque necessité qui les empeschât de les faire dans les lieux où ils les exercent à present.

Voulons qu'ils joüissent de tous les droits, honneurs & prerogatives, dont ils ont joüit & usez jusqu'à present; Et à cet effet, en tant que besoin est ou seroit, Nous avons de nouveau concedé, octroyé, validé, & approuvé, concedons, octroyons, validons & approuvons par cesdites presentes la joüissance de ce qui est porté par lesdites Constitutions & Decrets de nosdits saints Peres les Papes, & notamente celle d'Urbain VIII. dont copies sont cy-attachées avec des copies de nosdites Lettres Patentes sous le contre-scel de nostre Chancellerie.

Faisons tres-expresses inhibitions & deffenses à tous Ecclesiastiques, tant reguliers que seculiers, & à toutes autres sortes de personnes, d'entreprendre sur la jurisdiction & les droits des susdits Gardiens, & Religieux de la Famille de Terre sainte, ny de faire aucune fonction Curiale & Parroissiale (à l'exception des Paroisses qui sont actuellement desservies par des Curez qui ne sont pas de ladite Famille de Terre sainte) soit que lesdites fonctions se fassent dans les Eglises où les Parroisses sont établies, soit qu'elles se fassent dans les Chapelles Consulaires, ou dans tous les autres lieux dudit Pays de Levant, où lesdits Religieux ont, ou pourroient avoir cy-aprés leurs Hospices, Maisons ou Couvents établis.

Voulons & ordonnons que tous ceux qui seront envoyez en missions dans lesdits Pays de Levant, soit Ecclesiastiques, seculiers ou reguliers, soient tenus de s'y conduire suivant les Constitutions & Decrets du saint Siege, à peine de desobeïssance.

Voulons en outre que les aumônes, & nottament les trois Piastres qui sont données par les Capitaines de Navires pour le Mont Sion, en consideration des prieres qui se font journellement dans les saints Lieux, tant pour nostre prosperité, que pour l'heureux succés de leurs voyages, soient délivrées par les mesmes Chanceliers qui les reçoivent entre les mains des Procureurs desdits Lieux de Terre sainte, avec deffenses aux Consuls, & tous autres de les divertir, ny de les faire délivrer à d'autres personnes, & si aucunes ont esté diverties ou détournées, Nous voulons qu'elles soient renduës & restituées aux susdits Procureurs de Terre sainte, à peine contre les contrevenants de desobeïssance, & d'en répondre à leur propre & privé nom, à l'exception toutesfois de celles d'Alep, qui seront remises par les Marguilliers au Procureur de Terre sainte, qu'il distribuera sur les billets du Gardien, qu'il ne donnera cependant qu'aprés en estre convenu avec le Consul que nous avons, & aurons audit lieu d'Alep.

Confirmons & authorisons les Religieux de la Famille de Terre sainte dans la possession des Chapelles Consulaires de Jerusalem, du Caire, Rosset,

Digitized by Google

Alexandrie & Alexandrette, qu'ils desservent à present, pour en jouyr tant & si long-temps qu'il nous plaira, sans que les Consuls les puissent changer pour prendre d'autres Religieux, que ceux de ladite famille de Terre sainte, sans en avoir receu nos ordres, à la charge neanmoins que les fonctions Curiales pour la nation Françoise se feront par eux dans les Chapelles qu'ils desservent à present, & qu'ils pourront desservir cy-apres, & que chacune desdites Chapelles sera la Parroisse nationale, tant qu'elle sera possedée par lesdits Religieux de la Famille de Terre sainte.

En cas que nous jugions à propos dans la suitte de prendre d'autres Religieux, ou Ecclesiastiques, que lesdits Peres de la Famille de Terre sainte, pour desservir lesdites Chapelles Consulaires; ceux qui auront esté choisis pour cet effet ny pourront faire aucunes fonctions Curiales, & ils seront obligés de se conformer à nos Lettres Patentes du quatriéme Fevrier, & du mois d'Octobre 1649. & à ce qui est prescrit par celles cy.

Que dans les occasions où il sera ordonné de faire chanter le *Te Deum*, cette ceremonie sera faite premierement dans la Parroisse du lieu, où le Consul assistera avec la Nation, pourveu toutefois que les honneurs qui sont deûs à son caractere, soient gardez & observez, & ensuitte dans sa Chapelle.

Que les Religieux de la Famille de Terre sainte, qui seront choisis pour desservir les Chapelles Consulaires, ou Parroisses nationalles, seront François autant qu'il se pourra, par raport au nombre de ceux de la Nation qui sont dans la Terre sainte, lesquels ne dépendront que du Gardien de Jerusalem pour les fonctions Curiales qu'il leur donnera pouvoir de faire.

Voulons & entendons que les Capitaines de Navire, & autres bâtiments François, ou navigeants sous nostre pavillon, soient tenus & obligez de recevoir sur leurs bords les Religieux qui se presenteront, soit pour passer de France dans le Levant, ou pour repasser de Levant en France, & qu'ils ayent le transport franc des aumônes de la Terre sainte, le tout en payant dix Piastres pour chacun d'eux, ainsi qu'il se pratiquoit cy-devant, sans qu'à l'occasion des debrits, ruptures, ou domages des vaisseaux arrivez par tempestes, Pirates, Armateurs, ou autres malheurs impreveus, les susdits Capitaines puissent toucher aux susdites aumônes, ny pretendre plus grande somme que les dix Piastres. Enjoignons à cet effet aux Intendantes de Marine départis dans nos Ports, & aux susdits Consuls, de tenir la main à l'execution de ce qui est contenu dans cet article.

Voulons pareillement que lesdits Consuls defendent lesdits Religieux de la Famille de Terre sainte, contre les insultes qu'ils pourroient recevoir des Marchands qu'ils auroient charitablement avertis de leurs desordres, & pour telles autres causes & pretextes que ce soit.

Et afin que lesdits Consuls & lesdits Religieux de la Terre sainte puissent conserver ensemble la paix & l'union, qui est necessaire, tant pour l'avantage de la Religion, que pour le bien de nostre service, Nous voulons & entendons qu'ils ayent les uns pour les autres tous les égards, & la veneration qu'ils doivent aux differents caracteres dont ils sont revestus. Et si par malheur quelques-uns desdits Religieux qui desservent les Chapelles Consulaires en manquoient, & qu'ils donnassent quelque sujet de mécontentement, lesdits Consuls pourront demander au Gardien de Jerusalem de les changer, en luy expliquant les motifs qu'ils ont de leur faire cette demande.

Si donnons en mandement à nos amez & feaux Conseillers, le Gens tenans nostre Cour de Parlement à Paris, & à tous autres nos Officiers & Justiciers qu'il appartiendra, que ces Presentes ils ayent à faire lire, publier & registrer, & du contenu en icelle faire jouyr & user lesdits Gardiens & Religieux de ladite Famille de Terre sainte, plainement, paisiblement & perpetuellement; cessant, & faissant cesser tous troubles & empeschemens, nonobstant toutes Ordonances, Us & Coûtumes, & Lettres à ce contraires, ausquelles, & aux dérogatoires des dérogatoires y contennés, nous avons dérogé & dérogeons par cesdites presentes. Mandons en outre à nostre cher & bien amé le Sieur Ferriol, nostre Ambassadeur extraordinaire à la Porte Ottomane, & à ses successeurs; ensemble à nos bien amez les Consuls qui sont ou seront cy aprés établis audit Pays de Levant, & à tous autres qu'il appartiendra, de s'employer efficacement chacun selon l'étenduë de son pouvoir pour proteger lesdits Religieux de la Famille de Terre sainte & autres Religieux qui dépendent d'eux, tant dans les saints lieux du Calvaire & de Bethleem, & autres lieux, qu'en toutes leurs anciennes juridictions, droits, fonctions Curiales & Parroissiales, & possessions desdites aumônes: Car tel est nostre Plaisir. Et dautant qu'on pourra avoir besoin de ces Presentes en plusieurs & divers lieux; Nous voulons qu'aux copies d'icelles deuëment collationnées par un de nos amez & feaux Conseiller-Secretaire, Maison, Couronne de France, & de nos Finances, foy soit ajoutée comme au present Original.

Et a fin que ce soit chose ferme & stable a toujours, nous avons fait mettre nostre seel à cesdites Presentes.

Donne' à Versailles au mois de May l'an de grace mil sept cens, Et de nostre Regne le cinquante-huitiéme. Signé LOUIS; Et plus bas, Par le Roy, Colbert: *Visa* Phelipeaux, & scellée du grand Sceau de cire verte sur lacs de soye rouge & verte.

Registrées, Ouy le Procureur General du Roy, pour jouyr par les impetrans de leur effet & contenu, & estre executées selon leur forme & teneur, suivant l'Arrest de ce jour, A Paris en Parlement, le onziéme Juin 1700. Signé DU TILLET.

Extrait Des Registres de Parlement.

VEu par la Cour les Lettres Patentes du Roy données à Versailles au mois de May 1700. Signées LOUIS; Et plus bas, Par la Roy, Colbert, & scellées du grand Sceau de cire verte, obtenues par les Religieux de l'Observance de S. François de la Famille de Terre sainte, par lesquelles, pour les causes y contenues, ledit Seigneur Roy auroit mis de nouveau les impetrans en sa protection & sauve-garde: Ensemble les Parroisses, Chapelles, Couvents, Maisons & Hospices, qu'ils ont & auront au Pays de Levant, & en Terre sainte, les auroit confirmez dans leurs Privileges, & leurs en auroit accordé de nouveaux plus amplement expliquez & contenus aux susdites Lettres à la Cour adressantes. Requesta afin d'anregistrement d'icelles, Conclusions du Procureur General du Roy; Ouy le Rapport de M. Hierosme Merault Conseiller; & tout consideré,

La

La Cour a ordonné & ordonne que lesdites Lettres seront enregistrées au Greffe d'icelle, pour jouyr par les impetrants de leur effet & contenu, & estre executées selon leur forme & teneur. Fait en Parlement le onzième jour de Juin mil sept cens: Collationné. Signé DU TILLET.

Collationné aux Originaux par Nous Conseiller Secretaire du Roy, Maison, Couronne de France, & de ses Finances.

Anno 1709. renunciavit suo Officio Commissariatus Generalis Curiæ P. Jo. Maria à S. Cruce, cujus loco Pontifex suffecit Adm. R. P. Hieronymum de Laurino Provinciæ Principatus L. Jub. iterato Provincialem per subsequens Breve.

CLEMENS PAPA XI.

Dilecto filio Hieronymo à Laurino Provinciæ Principatus alumno Min. Obs. nuncupatorum.

Dilecte Fili Salutem, & Apostolicam benedictionem.

Religionis zelus, vitæ, ac morum honestas, aliæque laudabilia probitatis, ac virtutum merita, super quibus apud Nos fide digno commendaris Testimonio, nos inducunt, ut Tibi reddamur ad gratias liberales. Cum itaque officium Commissarii Generalis Curiæ Romanæ Ordinis Fratrum Minor. S. Francisci de Observantia nuncupatorum, quod dilectus Filius Joannes Maria à S. Cruce Frater expressè professus dicti Ordinis nuper obtinebat, per liberam dimissionem ipsius Officii ab eodem Jo. Maria in manibus Nostris sponte factam, & per Nos admissam, vacaverit, & vacet de præsenti, Nos ex commissæ Nobis divinitus dispensationis Officio eidem Ordini de alio Commissario Generali idoneo, & ejusmodi muneris partes rectè, & fideliter impleturo providere; volentes Te, qui (ut accepimus) Fr. pariter expressè professus, ac Lector Jub. ejusdem Ordinis existis, nec non bis Ministri Provincialis Provinciæ Principatus Ordinis hujusmodi munere functus fuisti, specialis favore gratiæ prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existis, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, ac de tua fide, prudentia, integritate, charitate, & Religionis zelo plurimum in Domino confisi: motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione Nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, Te Commissarium Generalem Curiæ Romanæ memorati Ordinis, in locum præfati Jo. Mariæ, duraturum usque ad Capitulum Generale ejusdem Ordinis, cum omnibus, & singulis prærogativis, præeminentiis, auctoritate, facultatibus, privilegiis, gratiis, & indultis, honoribus, & oneribus solitis, & consuetis, tenore præsentium substituimus, & subrogamus. Mandantes propterea in Virtute S. Obedientiæ, ac sub indignationis nostræ, aliisque arbitrii nostri pœnis, omnibus, & singulis prædicti Ordinis Superioribus, Fratribus, & personis, cæterisque, ad quos spectat, & spectabit in futurum, ut Te ad Officium Commissariatus Generalis hujusmodi, ejusque liberum exercitium, juxta earundem tenorem præsentium, recipiant, & admittant, Teque recognoscant, & Tibi in omnibus idem officium concernentibus, faveant, & assistant. Decernentes ipsas præsentes literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac Tibi in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, sicque in præmissis per quoscunque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac dicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, Privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 18. Junii MDCCIX. Pontificatus nostri Anno Nono.

F. Oliverius.

Interim adventante fine prorogationis Capituli, cognita impossibilitate illud celebrandi, tam Observantes, quàm Reformati institerunt pro uniendis duabus Familiis sub uno solo Capite, protestantes tali provisione magis conformari Bullæ Unionis, & quieti ambarum Familiarum. Verum enim verò ex quo membro, sive Observantium, sive Reformatorum, seligendus esset Commissarius Generalis, hoc opus, hic labor; singuli perorabant pro domo sua, tantumque processerant, ut datis etiam typis scripturis, essent omnibus ad nauseam, & scandalum. Pontifex igitur intelligens dissensiones istas, & jurgia, destinavit Congregationem quinque Cardinalium, & juxta resolutionem, confirmavit omnes Officiales Generales, & prorogavit Capitulum ad beneplacitum Sedis Apostolicæ, per subsequens Breve.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Aliàs per Nos accepto, quod Capitulum Generale Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum, quod juxtà ipsius Ordinis Constitutiones, & Statuta, Apostolica auctoritate confirmata, in Vigilia Festi Pentecostes, Anni MDCCVI. celebrandum fuisset, ob bellorum motus tunc, & de præsenti vigentes, celebrari minimè valeret, Nos motu proprio, & ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ Potestatis plenitudine, celebrationem dicti Capituli Generalis, quæ Sabbatho immediatè antecedenti Festum Pentecostes hujusmodi, fieri debuisset, ut petitur, ad biennium tunc proximum prorogavimus, ac differri voluimus, & mandavimus; nec non dilectos Filios Ministrum Generalem, ac Procuratores, & Diffinitores Generales, tam Fratrum de Observantia, quàm Reformatorum dicti Ordinis, in eorum respectivè officiis, cum omnibus, & singulis facultatibus &c. quibus eatenus eo-

eorundem officiorum ratione uti, & gavisi fuerint, ac uti, frui, & gaudere potuerunt, ad biennium prorogatum hujusmodi confirmavimus. Præterea officium tunc existentis Commissarii Generalis Familiæ Cismontanæ Ordinis prædicti, absoluto per eum triennio in Vigilia Pentecostes prædicta, Motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus expirare decrevimus, & declaravimus; ac dilectos etiam filios Cœlestinum à Mediolano, & Antonium à Monte Busso prædicti Ordinis de Observantia, & Reformatorum nuncupatorum respectivè Professores, eorundem Fratrum Minorum de Observantia, ac Reformatorum memoratæ Familiæ Cismontanæ, itidem Vice-Commissarios Generales, ad biennium, sicut præmittitur, prorogatum, cum omnibus pariter, & singulis prærogativis &c. creavimus, fecimus, constituimus, & deputavimus, & subinde Celebrationem Capituli Generalis dicti Ordinis ad biennium prorogatum, ut petitur, ad alium annum tantum, à fine prædicti biennii numerandum, protogavimus pariter, & extendimus, & ampliavimus, dictosque Ministrum Generalem, Cœlestinum a Mediolano, & Antonium de Monte Busso Vice-Commissarios Generales, nec non Diffinitores, & Procuratores Generales in eorum respectivè officiis ad alium annum hujusmodi confirmavimus, & alias, prout in binis nostris desuper in simili forma Brevis, primis quidem die 26. Maii ejusdem anni, novissimis vero die III. Decembris MDCCVII. expeditis litteris, quarum tenores præsentibus pro expressis haberi volumus, uberius continetur. Cum autem, sicut pariter accepimus, eadem impedimenta adhuc durent, dicti verò anni prorogati finis immineat, ac proinde prædictam Capituli celebrationem etiam ad aliud nobis benevisum tempus differri expediat. Hinc est, quod Nos felici, prosperoque ejusdem Ordinis statui per amplius consulere volentes, ac dictos Ministrum Generalem, Vice Commissarios Generales, ac Procuratores, & Diffinitores Generales amplioris favore gratiæ prosequi volentes, & eorum singulares Personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, a Jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, de Congregationis nonnullorum Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium super hoc negotio a Nobis specialiter deputatorum Consilio; ac etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, celebrationem Capituli Generalis hujusmodi bis prorogatum, ut petitur, ad nostrum, & Sedis Apostolicæ beneplacitum, tenore præsentium prorogamus similiter, ac extendimus, & ampliamus, ac memoratos Ministrum Generalem, Cœlestinum, & Antonium Vice-Commissarios Generales Familiæ Cismontanæ, nec non Procuratores, & Diffinitores Generales, tam eorumdem Fratrum de Observantia, quam Reformatorum dicti Ordinis in eorum respectivè officiis, cum omnibus, & singulis prærogativis &c. solitis, & consuetis, donec aliter per Nos, & Sedem Apostolicam prædictam provisum fuerit, confirmamus. Mandantes propterea in Virtute Sanctæ Obedientiæ, ac sub indignationis nostræ, aliisque arbitrio nostro imponendis pœnis, omnibus, & singulis Ordinis, & Familiæ prædictorum Superioribus, Fratribus, & personis, cæterisque, ad quos spectat, & spectabit in futurum, ut supradictos Ministrum Generalem, Vice-Commissarios Generales, se Procuratores, & Diffinitores Generales in eorum respectivè officiis, illorumque libero exercitio, juxta earumdem tenorem præsentium, continuare sinant, & permittant, illisque in omnibus ad eadem officia pertinentibus faveant, & assistant; pareantque, & obediant respectivè. Decernentes easdem præsentes litteras, firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac Fratribus supranominatis in omnibus, & per omnia plenissimè suffragari, & ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quomodolibet spectabit, inviolabiliter observari. Non obstantibus præmissis, & Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non, quatenus opus sit, Familiæ, & Ordinis hujusmodi, etiam juramento, Confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate aliâ roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Dat. Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris, die 18. Januarii 1709. Pontificatus Nostri Anno Nono.

F. Oliverius.

Confirmantur Regulæ pro Collegio Missionariorum in Conventu S. Bartholomæi in Insula de Urbe Fratrum Minorum de Observantia.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Commissi Nobis divinitus Sacrosancti Apostolatus Officii ratio postulat, ut illis, quæ provido consilio pro Collegiorum, seu Seminariorum, in quibus Religiosi Viri ad Christianam Fidem, Catholicamque Religionem propagandam mittendi, opportune instituantur, salubri directione, felicique progressu constituta esse noscuntur, quo firmius subsistant, & ferventur exactius, Apostolici muniminis adjungamus firmitatem.

§. 1. Alias siquidem Nos, juxta Decretum, quod prius, nempe in Congregatione Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis Propagandæ Fidei præpositorum, die 3. Octobris 1707. coram Nobis habita, ediderama, dilectis Filiis quorumdam Religiosorum Ordinum Superioribus præcepimus, ut omnino, ac quamprimum suo quique in Ordine Conventum aliquem, veluti pro Seminario Missionariorum, ad instar Seminariorum, seu Collegiorum in Sancti Pancratii prope, & extra muros Urbis Ordinis Fratrum B. M. V. de Monte Carmelo Discalceatorum nuncupatorum, ac S. Petri in Monte Aureo de eadem Urbe, Ordinis FF. Minorum S. Francisci de Observantia Reformatorum etiam nuncupatorum Conventibus respective institutorum, deputarent, in quo diu, ac diligenter vocatio, & spiritus eorum, qui Missionibus destinarentur, probaretur, ipsique etiam ibidem de omnibus, quæ ad hoc Apostolicum Ministerium cum laude, & fructu exercendum, utilia, ac necessaria forent, plene instruerentur; quatenus vero in aliquo Ordine Conventus hujusmodi destina-

tio

tio ad hunc effectum tantum non tam cito fieri posset, douec ea fieret, ea omnia in aliquo Conventu, vel Domo ejusdem Ordinis, ubi Regularis observantia magis vigeret, executioni mandarentur. Porro in præmissorum implementum, sicut præfati Cardinales Nobis nuper exposuerunt, novissime in Conventu S. Bartholomæi in Insula de Urbe præfata, Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum, novum Collegium, seu Seminarium pro Missionariis hujusmodi erectum, seu destinatum, nec non Dormitorium pro duodecim Religiosis ad Loca Terræ Sanctæ, & alias Missiones expediendis assignatum fuit, ac simul nonnullæ Regulæ pro novo Collegio, seu Seminario hujusmodi confectæ, illæque ipsis Cardinalibus, ut ab illa confirmarentur, exhibitæ fuerunt, tenoris, qui sequitur, videlicet.

Regulæ, & provisiones pro novo Collegio, seu Seminario Min. Obs. erecto in Conventu S. Bartholomæi in Insula ejusdem Ordinis a Sac. Congr. Generali de Propaganda Fide confirmandæ.

I. CUM a Congregatione particulari habita die 12. Septembris 1709. resolutum fuerit esse destinandum locum, seu Dormitorium in dicto Conventu pro duodecim Religiosis expediendis ad Loca Sancta, & respective ad alias Missiones, & P. Cœlestinus a Mediolano Vice-Commissarius Generalis assignaverit Dormitorium e conspectu Palatii Dominorum de Sabellis continens duodecim Cellas, & alias contiguas pro Lectoribus, juxta numerum inferius præfigendum, confirmanda videtur dicta assignatio, & ponenda in principio Dormitorii, vel in loco aptiori inscriptio.

Collegium, seu Seminarium pro Missionibus Sanctorum, & aliorum locorum.

II. UT Missionum munus, quod vere Apostolicum est, per Viros undequaque idoneos omni cura, & fervore, ac cum fructu exerceatur, incumbat Superior Generalis eligere Religiosos Regulari Disciplina, probitate morum, ac zelo gloriæ Dei præditos, & ad animarum salutem eximia charitate accensos, qui veluti candelabra supra Montium jugis sita, ad tenebras tam Infidelitatis, quam Hæreseos pro viribus dissolvendas sint apti, quique nec minores sint annis viginti quinque, nec trigesimo quinto majores, exceptis tamen Lectoribus Jubilatis, & Sexennalibus Sacræ Theologiæ ad has missiones divinitus vocatis, dummodo tamen quadragesimum annum non excedant, robusta quoque corporis valetudine polleant, ad jugiter laborandum in vinea Domini, & quidem indistinctè, tam pro locis Terræ Sanctæ, quam pro aliis Missionibus: Theologiæ pariter cursum expleverint, ac Lectores, seu Concionatores fuerint, aut saltem in morali Theologia bene versati, illosque non ex sola Italia, sed ex omnibus Provinciis advocare curet, & plures etiam ex una Provincia, dummodo sic electi prædictas habeant qualitates, moneatque insuper Provinciales, Guardianos, aliosque, si opus fuerit, Religiosos, ne accedere volentes ullo modo retrahant, & contra talee dissuadentes, ac male consulentes, pœnas comminetur privationis vocis activæ, & passivæ, aliasque arbitrio Sacræ Congregationis.

III. In ipso ingressu singuli exercitia spiritualia peragant per decem, aut saltem octo dies, cum omne donum perfectum desursum sit descendens a Patre luminum, & deinde immediate in manibus dicti Patris Superioris Generalis Cismontani, aut eo absente, alterius ab eo deputandi, juramentum, juxta infrascriptam formulam præstent, illudque ad Sacram Congregationem transmittatur. Formula juramenti talis est.

Ego Frater N. professus in Conventu N. Provinciæ N. Ordinis S. Francisci de Observantia juro, & promitto in manibus P. V. Reverendissimæ N., sive Superioris delegati, me ab hoc Seminario non discessurum, neque discedere procuraturum mediate, vel immediate, per me, nec per interpositam Personam, nisi ex legitima causa admittenda a Paternitate vestra Reverendissima, vel a vestris successoribus canonice intrantibus, & non alias. Insuper pro Fidei Catholicæ propagendæ zelo, ac salute Infidelium procuranda, ad loca Terræ Sanctæ, aut aliam quamcumque Provinciam, vel Regnum, sine aliqua repugnantia, & exceptione, quandocumque iturum, & ad illam partem ex dictis locis, aut Provinciis, ad quam a P. V. Reverendissima ero destinatus, & missus; sic me Deus adjuvet, & hæc Sancta Dei Evangelia: Ego N.N. affirmo ut supra, manu propria.

IV. In dicto Seminario permaneant spatio duorum annorum, & non ultra, nisi fortasse cum aliquo, ob insignis spem profectus, vel ex alia legitima causa, censuerint Lectores protrahendam esse moram ad triennium, idq. cum dispensatione in scriptis Patris Superioris Generalis Cismontani, & Sacræ Congregationis.

V. In omnibus Collegiales subsint, prout etiam Lectores, obedientiæ Guardiani, & Superiorum Ordinis respective, sicuti cœteri Fratres, & Lectores de familia, ac de iis habeatur, dum in Seminario permanserint, eadem ratio, ac si hujus Provinciæ Fratres essent, tum circa præcedentiam juxta susceptionem habitus, cum hac tamen declaratione respectu Lectorum Jubilatorum, & Sexennalium, ut dum actu sunt Collegiales, præcedentia, & præmis neriis ipsis competentibus secundum statuta Ordinis fruantur, & si Sexennales in propria Provincia locum non haberent, sint immediate post ultimum aggregatum de numero; tum etiam circa reliqua eorum religiosis necessitatibus convenientia, exceptis his, quæ sequuntur hoc modo: nempe Vestiarium cuique ex dictis studentibus subministratur a singulis respective eorum Provinciis, juxta morem in Religione observatum, ac practicatum erga alios studentes. Quo vero ad Lectores actu legentes, Vestiarium subministretur ex pecuniis Terræ Sanctæ, mediante Sindico Apostolico, eisdemque Lectoribus, prout etiam sex studentibus, ex eisdem pecuniis subministrentur cœtera, quæ in Religione vocantur necessitates. Quo vero ad alios sex subministrentur a Guardiano dicti Conventus, & Dominus Secretarius Sacræ Congregationis supplicabit Sanctissimo pro eleemosyna Missarum in dicta Ecclesia Sancti Bartholomæi celebrandarum pro sex ad minus dictorum Religiosorum, ne pro habenda dicta eleemosyna ad alias Ecclesias divagentur.

VI. Duo semper in hoc Seminario ad minus pro nunc adsint Lectores, alter Controversiarum, & alter pro lingua Arabica, & si possibile sit, addatur tertius pro Illyrice, & remittitur prudentiæ Patris Superioris Generalis Cismontani invenire Lectorem, qui utramque ex dictis linguis calleat, & non admittantur, nisi prævio examine, & confirmatione Sacræ Congregationis, iisdemque serio injungatur sedulitas, & assiduitas in lectionibus, repetitionibus, & exercitiis, ac dicti Lectores, dum actu legunt, habeant præcedentiam modo, quo sequitur, nempe Lector Controversiarum, si fuerit Lector Jubilatus de non numero, inter Lectores Jubilatos de numero, ultimo tamen loco, si fuerit for-lum

lum ſexennalis, omnes Exdefinitores. Lectores Linguarum, ſi fuerint Jubilati, vel ſexennales, eo modo, quo Lector Controverſiarum; ſi tantum inſtituti Lectores Theologi, inter Exdefinitores, juxta antianitatem habitus, ſi non ſint Lectores Theologi, & trigeſimum annum compleverint, immediatè poſt Vicarium, ſi non compleverint trigeſimum annum, inter Lectores Artium cum prærogativis ſecundum morem, & ſtatuta Ordinis reſpective competentibus, præcedant, incedant, & potiantur.

VII. Præfatus Lector Controverſiarum binas ad minus ſingulis hebdomadis tradat in ſcriptis lectiones utiles pro locis Terræ Sanctæ, ac aliis reſpective locis, ubi Religio Miſſiones habeat, & poſt Veſperas earumdem agat conferentiam, frequentibusque exercitiis ſtudentes inſtituat; ſingulis vero menſibus traditæ doctrinæ diſputationes habeantur, interveniéntibus etiam aliis Lectoribus, & Religioſis ejuſdem Conventus; Alii autem Lectores linguarum ter in hebdomada legant, & rerum, quas docuerint, repetitionem a ſtudentibus exigant ſingulis diebus, quibus legere tenentur per horam poſt Veſperas, auditores ſuos exercendo.

VIII. Probibetur æque Lectoribus, ac ſtudentibus diebus lectionum a Conventu egredi quacumque de cauſa; niſi expletis integra lectionibus, ac exercitiis ea die, qua fieri debebunt, & in hoc Guardianus diligenter incumbat, & ſi Theſes eadem die habeantur, & ſi ita expediens videbitur, abſoluta licentiam deneget.

IX. Intrrdicitur pariter æque Lectoribus, ac Collegialibus Quadrageſimalium Concionum curſus aggredi, & ſolummodo permittatur ſtudentibus Sermonem aliquem, aut concionem interdum infra annum habere, ob aliquam occurrentem feſtivitatem, aut quadraginta horarum, & ſimiliter in menſa, aut in Conventu, ad hoc ut prompti ſint ad hujuſmodi exercitium ſubeundum tempora Miſſionum, dummodo per id a ſtudiis prædictis nulla penitus diſtractio ſequatur.

X. A lectinnibus, repetitionibus, ac exercitiis utriuſque ſtudii nemo prorſus ex Studentibus, quocumque titulo, aut colore eximatur, aut unquam permittatur abeſſe, & ſi quis neglexerit, a Guardiano corrigatur, idemque fiat, ſi aliquem negligentem in exſcribendis Lectionibus, aut in dictis ſtudiis deſidioſum reperiat, & tam Lectores, quam Guardianus de omnibus Superiorem Generalem, ac etiam Sacram Congregationem certiorent.

XI. Senis quibuſcumque menſibus Theſes Theologiæ, ſeu Controverſiarum Arabico, Latino, &, quatenus fieri poſſit, Illyrico idiomate habeantur, quibus Guardianus intereſſe teneatur ad dignoſcendum eos, qui proficiunt, & monere debeat Patrem Superiorem Generalem de iis, qui forſan ſtudio hujuſmodi minus vacaverint, ut valeat, illis ſubmotis, alios ſubrogare.

XII. Curet Superior Generalis aliquem Religioſum deputare, qui ad ipſos ſtudentes ſingulis menſibus magno Zelo, ac fervore Concionem habeat de Miſſionariorum muneris præſtantia, deque peculiaribus ejuſdem functionibus, quo ſpiritus Apoſtolicus in eis ſuccendatur, ac perſeveret, erudianturque in iis omnibus, quæ ad illud congrue, & cum Dei gloria peragendum, pertinent.

XIII. Superior Generalis Familiæ Ciſmontanæ, vel alter ab eo delegatus, ſingulis ſaltem quatuor Menſibus ſtudium iſtud viſitet, & ſi Studentem aliquem minime proficientem invenerit, aliqua pœnitentia injuncta, qua alii ab aſſumpto munere negligendo deterreantur, eum ad propriam Provinciam redire jubeat, & eamdem Sacram Congregationem de remotione moneat, aliumque in remoti locum quamprimum ſubroget. Ultra vero præfatam Patris Superioris Generalis viſitationem, Secretarius iiſdem Collegium bis viſitet in anno, abſque Superiorum interventu, ut liberius queat ſtatum, & neceſſitates Collegii exponere, adhibito ſecum dumtaxat aliquo Arabicæ linguæ perito, per quem poſſit Alumnos examinare, & de eorum progreſſu certiorare.

XIV. Singulis diebus Dominicis, & aliis feſtivis de præcepto præfati Collegiales in loco per Superiorem Ciſmontanum in Conventu deſtinando, poſt Veſperas ſerio, & cum opportunis obſervationibus explicent Religioſis Sacerdotibus, Clericis, & Laicis Cathechiſmum Romanum, & unuſquiſque turnaria continuet per menſem, quouſque compleatur, & deinde de novo per ordinem incipiatur, ad hoc, ut aptiores evadant tempore, quo in Miſſionibus permanſuri erunt.

XV. Completo biennio ſinguli Collegiales, juxta Decretum die tertia Octobris 1707. emanatum in Congregatione coram Sanctitate ſua, examinentur, præſente quoque Eminentiſſimo Protectorn Ordinis, qui cum Superiore Generali eligat illos ad Sancta Loca mittendos, & alios pro cœteris Miſſionibus eidem Eminentiſſimo bene viſis, & referre dignabitur Sacræ Congregationi, & ſi nullus tunc temporis in promptu ſit Terræ Sanctæ, vel Miſſionis locus, aut ſaltem non pro omnibus Collegialibus, a P. Superiore Generali deſtinentur, ut inferius, in aliquibus Conventibus, quouſque advenerit occaſio, juxta indigentiam, & opportunitatem tranſmittendi, & Sacram Congregationem certioret, & ſi aliquis ad locum deſtinatum renueret, aut accedere negligeret, arbitrio Sacræ Congr. plectetur, & advenientibus novis Collegialibus, præmiſſis exercitiis Spiritualibus, factoque juramento, illud ad Sacram Congregationem tranſmittat.

XVI. Ut autem dicti Ordinis Collegiales, aliquo etiam temporali præmio alliciantur, animoſque libentius intendant ad Sacrum Miſſionum Miniſterium, ac conſequenter ſtudiis præfatis, veluti ad Miſſiones ipſas directis, infradicendis privilegiis gaudeant, & potiantur.

XVII. Donec completo ſtudio ſeſe obtulerit occaſio ad Loca Sancta, vel alias Miſſiones accedendi, Pater Superior Generalis illos ad proprias Provincias revocet, collocetque in aliquo principali Provinciæ Conventu iiſdem grato, ex quo, ipſo Generali Superiore Ciſmontano inconſulto, dimoveri nequeant.

XVIII. His vero, qui in Miſſione aliqua Præfecti munere per ſexennium laudabiliter perfuncti fuerint, liceat in reditu aliquem ex principalibus propriæ Provinciæ Conventibus ſibi deligere, ac inter Lectores Jubilatos de numero præcedentiam habere, juxta antiquitatem inſtitutionis, cum omnibus præeminentiis per Conſtitutionem ſan. mem. Urbani VIII. conceſſis; & ſi jam iidem Præfecti fuerint Lectores Jubilati inſtituti, ſive de numero, ſive de non numero, potiantur præcedentia, & loco immediato ad ultimum Ex-Miniſtrum Provincialem in propria Provincia, nec non præeminentiis eorumdem Ex-Miniſtrorum Provincialium in propria Provincia, ac ſi officio Miniſterii hujuſmodi functi fuiſſent.

XIX. Liceat pariter iis, qui laudabiliter duodecim annorum ſpatio Sacræ Congregationi in Miſſionibus, vel in locis Sanctis inſervierint, poſt reditum, unum ex principalibus propriæ Provinciæ Conventibus ſibi deligere, eorumque locus ſit (ſi jam non fuerint inſtituti Lectores Jubilati, vel ſexenna-

les)

Digitized by Google

les) immediate post actuales Definitores, supra quoscumque alios; si vero jam fuerint instituti Lectores Jubilati, vel Sexennales, & inservierint, ut supra, per octo annos, post reditum ad propriam Provinciam, potiantur praecedentia, & praeminentiis Lectoribus Jubilatis ibi numero concessis, servando inter se anterioritatem institutionis. Et si discedentes ex Missionibus pro negociis earumdem Missionum, ad Urbem se conferant de licentia Sacrae Congregationis, maneant in dicto Conventu S. Bartholomaei, si commode recipi possint, vel in alio Conventu Beatae Mariae de Aracoeli, ac interim habeantur, ac si essent de Familia, quousque per Sacram Congregationem expediantur.

XX. Utque similiter tam Lectores Controversiarum, quam Lectores, seu Magistri Linguarum, qui laudabiliter, & cum approbatione Patris Superioris Generalis Cismontani in praedictis se gesserint, aliquod praemium pro eorum laboribus consequantur, conceditur, ut si Lectores Theologi Jubilati de non numero, per quadriennium, sexennales per octennium, & Lectores Theologi tantum instituti, per decennium legerint; non instituti vero Theologi linguas per quindennium docuerint, redeuntes ad propriam Provinciam, potiantur eadem praecedentia, & praeminentiis, quibus gaudent Lectores Jubilati de numero, servata pariter inter eos anterioritate institutionis.

XXI. Studeat Superior Generalis Cismontanus deputare Procuratorem pro Missionibus, qui vel in Sancti Bartholomaei, vel in Aracoelitano Conventibus commoretur, & unum socium gratum habeat, qui in gerendis negociis Missionum eum coadjuvet, & petita solita benedictione a Superiore locali, e Conventu exeat, qui quidem Procurator, vel per sexennium completum fuerit Praefectus, aut Officialis locorum Terrae Sanctae, vel per decennium Missionarius, aut in servitio Terrae Sanctae per idem tempus permanserit.

§. 2. In his omnibus Sacra Congregatio conscientiam Superiorum Ordinis Familiae Cismontanae oneratam esse voluit, eorumque arbitrio reliquit Regulas (supradictis tamen firmis remanentibus) tum exactam regularem disciplinam, tum studiorum profectum respicientes, & per eamdem Sacram Congregationem approbandas.

§. 3. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, memorati Cardinales, facta sibi per dilectum filium Secretarium praedictae Congregationis, omnium, & singularum Regularum hujusmodi distincta relatione, unanimi consensu illas approbantes, confirmandas esse censuerint; Hinc est, quod Nos inviolabili earumdem Regularum robori, & efficaciae providere volentes, supplicationibus eorumdem Cardinalium Nobis super hoc humiliter porrectis benigne inclinati, easdem praeinsertas Regulas cum omnibus, & singulis in eis contentis, auctoritate Apostolica tenore praesentium confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus: Salva tamen semper in praemissis auctoritate praefatae Congregationis Cardinalium.

§. 4. Decernentes easdem praesentes literas, ac Regulas hujusmodi semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissimè suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in praemissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, Ordinationibus Apostolicis, ac, quatenus opus sit, praefati Conventus Sancti Bartholomaei, & illius Ordinis, aliisve quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, stabilimentis, usibus, & naturis, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores praesentibus pro plenè, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice duntaxat specialiter, & expressè derogamus, coeterisque contrariis quibuscumque.

§. 6. Volumus autem, ut earumdem praesentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides in judicio, & extra adhibeatur, quae adhiberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae, vel ostensae.

Datum Romae apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die xxi. Januarii 1710. Pontificatus Nostri anno decimo.

Cum autem non potuerit, nisi sero nimis, ad manus nostras pervenire Clementis IX. Constitutio circa Studium Linguae Arabicae, & Controversiarum, quod diu ante erectionem Collegii S. Bartholomaei, de qua sermo mox habitus est, in Coenobio S. Petri in Monte Aureo fuerat institutum; opportunum existimavimus illam huic loco adjungere, ut leges utriusque Collegii una sub oculis habeas.

Plura decernuntur circa Lectores, & Studentes Linguae Arabicae, & Controversiarum in Coenobio S. Petri in Monte Aureo de Urbe.

CLEMENS PAPA IX.

Ad perpetuam rei memoriam.

Crediti Nobis coelitùs sacrosancti Apostolatus officii ratio exigit, ut illis, quae pro felici Studiorum Christianae Religionis propagandae, Catholicaeque fidei tuendae consilio, sapienter institutorum statu, atque progressu providè constituta esse noscuntur, quo firmiùs subsistant, & serventur exactiùs, Apostolici muniminis adjungamus firmitatem. Aliàs siquidem emanarunt a Congregatione Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis Propagandae Fidei praepositorum, pro felici, prosperoque Studii linguae Arabicae, & Controversiarum in Conventu S. Petri in Monte Aureo de Urbe Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia Reformatorum nuncupatorum instituti regimine, & gubernio, ad Studiosorum animos, ut sedulam literis operam navando, in bonos, atque aptos ad laborandum in vinea Domini operarios evadere satagant, congruis laborum praemiis incitandos, nonnulla Decreta, & Ordinationes tenoris, qui sequitur, videlicet. Decreta Sacrae Congregationis de Propaganda Fide circa Studium linguae Arabicae, & Controversiarum in Conventu S. Petri in Monte Aureo. Peracta ab Eminentissimo Brancatio, à Sacra Congregatione ad id specialiter deputato, visitatione

Studii Arabicæ linguæ in Conventu S. Petri in Monte Aureo, eaque per ejusdem Sacræ Congregationis Secretarium relata, Eminentissimi Patres ex ea colligentes non modicum illud esse collapsum, & à primævis exercitiis defecisse, censuerunt opportunè providendum, ut infra. Cum ex duodecim ad minus Religiosis, qui memorato studio, olim consueverat, operam navare deberent, quatuor dumtaxat ad præsens illi incumbentes fuerunt reperti, & ex iis aliquis, ex scientiarum defectu, parum idoneus ad finem intentum assequendum, Patri Generali, sivè Vicario Generali Ordinis pro tempore existenti injungitur, ut decem saltem in posterum Religiosos Strictioris Observantiæ Arabicæ linguæ, ac Controversiis vacantes ibi collocet, curetque, ut eorum denarius numerus indiminutus semper remaneat. Cum verò prædicti Studii finis eo dirigatur, ut Sacra Congregatio, nec non Religio, in promptu habeat viros ad Missionum munus exercendum idoneos, & in iis, quæ ad hujusmodi ministerium pertinent, excultos, Generalis conscientia graviter oneratur, ut nonnisi Fratres regulari disciplina, probitate morum, ac zelo gloriæ Dei præditos eligat, quique Lectores, aut Concionatores sint, aut saltem in Morali Theologia benè versati; utque validiùs labores Missionum sustinere possint, nec minores sint annis XXV. nec trigesimum quintum excedant, firmaque gaudeant corporis valetudine. Quo verò Apostolicus Missionum spiritus in totum præfatum Ordinem diffundatur, non ex sola Italia, sed ex omnibus Reformatæ Familiæ Provinciis eos accersere curet. Ultra verò decem prædictos conceditur Provinciæ Romanæ Ministro, ut duos alios ex hac Provincia possit adjungere, dummodo præfatis conditionibus sint præditi. Post octo dierum lapsum à primo eorum in præfatum Studium ingressu, intra quos ipsis è Conventu minimè egredi liceat, in manibus P. Generalis, aut, eo absente, ipsius Vicarii, vel alterius ab eo deputandi, juramentum emittant, juxta formulam in calce præsentium Decretorum appositam, illudque ad Sacram Congregationem transmittant. In hoc Studio, ultra duos annos non morentur, nisi fortasse cum aliquo, ob insignis spem profectus, censuerint Lectores protrahendam esse moram ad triennium, idque cum dispensatione in scriptis Patris Generalis, & Sacræ Congregationis. Habeatur de Studentibus, dum in Studio permanserint, eadem ratio, ac si hujus Provinciæ Fratres essent, tùm circa præcedentiam juxta susceptionem habitus, tùm circa reliqua eorundem Religiosis necessitatibus convenientia, de quibus Guardianus, non secùs ac reliquos sui Conventus Fratres, eos providere tenebitur, sub eisdem pœnis, quæ contra Guardianos id ipsum suis Fratribus præstare negligentes, à Statutis generalibus Reformationis decretæ sunt. Vestiarium verò curet ¡Generalis à propriis Provincialibus eis tempore debito subministrari. Restituantur Studentibus duodecim cellæ aliàs ipsis assignatæ, videlicet decem, quæ sunt in dormitorio, quod respicit Aquam Paulam, loco autem primæ, & ultimæ ejusdem dormitorii, quæ ob obscuritatem Studio minùs aptæ sunt, aliæ duæ idoneæ assignentur, præfatis, quo fieri poterit, propinquiores. Concedat Guardianus Studentibus parvum hortum cum sua sera, ubi sejuncti ab aliis Fratribus honestè refici, ac invicem in lingua cum Lectoribus exerceri queant. Duo semper adsint in hoc Studio Lectores, alter Arabicæ linguæ, Controversiarum alter, à Generali, vel ejus Vicario electi, itaut nonnisi prævio examine, & confirmatione Sacræ Congregationis admittantur. Serio autem injungitur iisdem sedulitas, & assiduitas in lectionibus, repetitionibus, & exercitiis. Fruantur Lectores sic electi, & confirmati præcedentia, & præeminentia, ac privilegiis, quibus Lectores actuales Theologiæ potiuntur. Lector Controversiarum binas singulis hebdomadibus tradat in scriptis lectiones Controversiarum Orientalium, & post Vesperas earundem habeat conferentias, frequentibusque exercitiis Studentes instituat: singulis verò mensibus traditæ doctrinæ disputationes habeantur. Lector vero linguæ Arabicæ ter in hebdomada legat, & rerum, quas Studentes docuerit, repetitionem ab eis exigat singulis diebus, quibus legere tenetur, per horam post Vesperas auditores suos exerceat. Prohibetur æque Lectoribus, ac Studentibus diebus lectionum è Conventu egredi quacumque ex causa, etiam sub prætextu alium fratrem, tametsi Superior sit, associandi, nisi expletis integre lectionibus, ac exercitiis ea die quæ fieri debebant, aut consueverat; quod si Guardianus viderit, vel minimum ea de causa iis detrahi, aut minus diligenter peragi, prohibeat prorsus egressum è Conventu per totum diem lectionum. Diebus vero festis, aut vacationum liceat Guardiano Studentes devotionis, aut aliæ honesta causa, si ita expedire videbitur, foras mittere, dummodo ea die Theses non habeantur, nec omnibus eadem die licentia concedatur. Poterit itidem Guardianus aliquando etiam diebus lectionis, si necessitas urgeat, eosdem Studentes ad celebrandum extra propriam Ecclesiam mittere, dummodo non omnes, sed aliqui tantum mittantur, nec frequenter fiat, nec ullo modo lectionis, aut exercitiorum tempore; eo autem casu illico expleta functione redire teneantur. Ut Lectores distractionibus submotis diligentius suis incumbant studio, & lectionibus, prohibetur iisdem Visitatoris, aut cujusvis alterius muneris onus assumere, aut Quadragesimalium concionum tum intra, tum extra Urbem, cursus aggredi, quod etiam Studentibus, durante Studio, interdicitur, tametsi idcirco non prohibeatur eisdem sermonem aliquem, aut concionem interdum infra annum habere, ob aliquam occurrentem festivitatem, aut 40. horarum orationem. A lectionibus, repetitionibus, ac exercitiis utriusque Studii nemo prorsus ex Studentibus quocumque titulo, aut colore eximatur, aut unquam permittatur abesse, & si quis neglexerit, a Guardiano corrigatur, idemque fiat, si prætermiserit exscribere ea, quæ à Lectoribus traduntur: utque omnis planè tollatur excusationi locus tempore, quo Scholæ & exercitiis intersunt, nemini liceat eos inde evocare, & si aliquis evocetur, eum Lector abire non permittat. Lectiones tum Controversiarum, tum Arabicæ linguæ fiant de mane ad Primam per integram horam, juxta morem Religionis. Senis quibuscumque mensibus Theses Theologiæ Arabico & Latino idiomate habeantur, uti prius consueverat, quibus, sicut & Controversiarum Thesibus, Conventus Guardianus interesse teneatur, ad animos Studentibus addendos, dignoscendosque eos, qui proficiunt, utque Generalem Ordinis monere possit de iis, qui forsan minus Studio ejusmodi vacaverint, qui valeat, eis submotis, alios subrogare. Removeatur omnino è Conventu Studium Theologicum nuper illuc invectum; sub hujusmodi vero prohibitione minime intelligatur comprehensum Artium Studium, quod pro Clericis inibi antea viguisse supponitur. Quoniam vero parum proderit Alumnis linguam ipsam eddiscere, nisi in eisdem Missionum, ac pietatis spiritus foveatur; ideo Religiosus aliquis magni spiritus, ac zeli deputetur, qui ad ipsos, coram aliis Fratribus, singulis mensibus concionem habeat de Missionariorum muneris præstantia, deque peculiaribus ejusdem functionibus, quo spiri-

Digitized by Google

ritus Apostolicos in eis succendatur, ne maneat, & erudiantur in iis omnibus, quæ ad illud congrue, & cum Dei gloria peragendum pertinent. Generalis Ordinis, vel ejus Vicarius, vel Commissarius Generalis singulis quatuor mensibus saltem Studium istud omnino visitet, & si Studentem aliquem minime proficientem invenerit, aliqua pœnitentia injunctis, qua alii ab assumpto munere negligendo deterreantur, eum ad propriam Provinciam redire jubeat, & eandem Sacram Congregationem de commutione moneat, aliumque in remoti locum quamprimum subroget. Ultro vero præfatam Generalis visitationem, Secretarius itidem Sacræ Congregationis ejusdem nomine idem Studium omnino bis visitet in anno, se solo, absque Superiorum interventu, quo visitandi liberius queat statum, & necessitates Collegii exponere, adhibito secum dumtaxat aliquo Arabicæ linguæ perito, per quem possit Alumnos examinare, & de eorum progressu certiorari. Completo studio abeant Studentes qui a Sacra Congregatione destinati fuerint, quod si nullus tunc temporis sit in promptu Missionis locus, mittantur a Generali ad inserviendum Terræ Sanctæ, quo magis firmentur in Arabica lingua, parati, cum opus fuerit, Sacræ Congregationi inservire, si eadem illos legitime impeditos non existimaverit. Qui vero propria ipsorum culpa submovebuntur a Studio, remittantur ad suas Provincias cum privatione utriusque vocis, quæ nonnisi per Sacram Congregationem remitti poterit. Ad hanc tamen pœnam non procedatur, nisi habita ipsius culpæ, & causæ cum prudenti, & discreta consideratione. Discedentium vero post completum Studium, aut quavis alia de causa, teneatur Guardianus infra dies octo notulam ad Sacram Congregationem transmittere, sicut etiam eorum, qui de novo advenerint, & juramentum emiserint, cum expressione diei, ac loci, ad quem diriguntur. Ut autem hujus Ordinis Religiosi aliquo etiam temporali præmio alliciantur, animosque fortius intendant ad libentius semetipsos dicandos sacro Missionum ministerio, & consequenter etiam Studio præfato velati ad Missiones ipsas directi, Missionarii, ac respective Studentes iis, quæ sequuntur, potiantur privilegiis. Studio Arabicæ linguæ peracto, si Studentes Lectorum suorum, aliorumque a Sacra Congregatione deputandorum judicio profecisse compertum fuerit, nec tunc temporis pro eis Missionis occasio sese obtulerit, aut ob aliquam momenti causam loca Sancta petere nequiverint, ad proprias remeent Provincias, ibique morentur, donec S. Congregationis servitio adhibeantur, & interim Minister Provincialis eos collocet in principali aliquo Provinciæ Conventu eisdem grato, ex quo, ipso Generali inconsulto, dimoveri nequeant. Quod si interim a Sacra Congregatione Missioni alicui destinati fuerint, vel a Superiore Generali missi ad loca Sancta, illico vigore Juramenti parere teneantur, alias plectentur arbitrio Sac. Congregationis. Iis vero, qui in Missione aliqua Præfecti munere per sexennium laudabiliter perfuncti fuerint, liceat in reditu aliquem ex principalibus propriæ Provinciæ Conventibus sibi deligere, et inter Ex-Provinciales præcedentiam habere. dummodo saltem per duos annos ante, vel in eadem Missione, vel in alia, in statu simplicis Missionarii inservierint. Liceat pariter iis, qui commendabiliter duodecim annorum spatio Sacræ Congregationi in Missionibus inservierint, post reditum, unum ex principalibus propriæ Provinciæ Conventibus sibi deligere, eorumque locus sit post ultimum Definitorem, cæterosque (si ibi adfuerine) qui aliaa Missionis alicujus Præfecti extiterint. Facultate demum eligendi sibi Conventum in reditu gaudeant insuper fratres ii, qui per annos quindecim Terræ Sanctæ inservierint. Missionarii autem ejusdem Ordinis, qui cum licentia Sacræ Congregationis, vel Præfecti ex locis Missionum discedentes ad Urbem se conferunt proptee negotia earumdem Missionum, remaneant in Conventu S. Petri in Monte Aureo, in quo habeantur tamquam si essent Fratres de Familia, quoadusque per Sac. Congregationem expediti fuerint, quod quamprimum fieri curabit. In eodem Conventu commoretur Procurator Missionum durante ejus officio, qui habeat duos Socios sibi gratos, ut eum adjuvent in gerendis negotiis Missionum, cum facultate illos mittendi extra Conventum, proptee ipsarum Missionum negotia, petita prius solita benedictione a Superiore locali. Ad munus autem Procuratoris Missionum in posterum nemo aligatur, nisi prius in eisdem Missionibus laudabiliter inservierit per sexennium completum cum titulo Præfecti, vel per decennium cum titulo Missionarii. Quibus omnibus Sacræ Congregationis jussu Sanctissimo Domino Nostro per ejusdem Secretarium relatis, Sanctitas sua, ad majoris firmitatis robur adjiciens, Breve desuper expediri mandavit in Audientia sub die 9. Junii 1668.

Formula Juramenti præstan. ab Alumnis linguam Arabicam addiscentibus in Conventu S. Petri in Monte Aureo de Urbe Ordinis Minorum strictioris observantiæ.

Ego Fr. N. de N. Ordinis Minorum, Provinciæ verò Reformatæ N. juro & promitto in manibus Paternitatis Vestræ Reverendissimæ N. ab hoc Seminario non discessurum, neque discedere procuraturum mediate, vel immediate, per me, vel per interpositam personam, nisi ex legitima causa admitten. a Pat. V. Reverendissima, vel a vestris Successoribus canonice intrantibus, & non alias &c. Insuper pro fidei Catholicæ propagandæ causa, ac salute Infidelium procuranda ad eum locum, Provinciam, seu Regnum, sine aliqua repugnantia, aut exceptione, quandocumque iturum, ad quam, seu quod a P. V. Reverendissima ero destinatus & missus: sic me Deus adjuvet, & hæc S. Dei Evangelia. Ego N. de N. affirmo ut supra, manu propria. Franciscus Cardinalis Barberinus.

Cum autem firmiora fiut, atque stabilius persistant illa, quæ Apostolicæ confirmationis præsidio roborantur: hinc est quod Nos inviolabili omnium, & singulorum Decretorum, & Ordinationum hujusmodi robori, & efficaciæ salubriter, quantum cum Domino possumus, providere volentes, præinserta Decreta, & Ordinationes cum omnibus & singulis in eis contentis, auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos Juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus, salva tamen semper in præmissis auctoritate memoratæ Congregationis Cardinalium. Decernentes easdem præsentes litteras, ac Decreta, & Ordinationes hujusmodi semper firma, valida, & efficacia existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, plenissimè suffragari, & ab illis respective inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac, quatenus opus sit, prædictorum Conventus, & Ordinis, aliisve quibus-

quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & Consuetudinibus, stabilimentis, usibus, & naturia, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem ut earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides in Judicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die x. Septembris 1668. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

G. Slusius.

Hic addere liceat nonnulla Decreta Sacræ Congregationis de Propaganda Fide, quæ præsertim Missionarios respiciunt, cum circa eamdem fere materiam versentur.

Die 12. Septembris 1712. in Congregatione Generali proposita fuerunt infrascripta Dubia à Patre Guardiano, & Discretorio Terræ Sanctæ.

Primo. SE quando i Collegiali di San Bartolomeo all' Isola spediti per Missionarj in Terra Santa pongono il piede nel primo Ospizio della Custodia siano obbligati ad avvisare, ed aspettar l' ordine del Padre Guardiano di Gerusalemme, o possano, o debbano direttamente entrare, e proseguire il loro viaggio sino alla Santa Città, senz' altra facoltà, o assenso del suddetto Guardiano?

Secondo. Se in caso che debbano aspettare l' ordine, & assenso del Guardiano, sia obbligato di chiamarli subito in Gerusalemme, e farli visitare, e poi mandarli al luogo delle Missioni loro, o pure possa mandarli direttamente al luogo delle loro Missioni, per poi dopo qualche tempo farli visitare, come in premio de i luro buoni diportamenti?

Terzo. Se li detti Collegiali debbano esser soggetti in tutto, e per tutto al Guardiano di Gerusalemme, come sono gli altri Religiosi di Terra Santa, che possa de medesimi servirsi in tutti gl' Ospizj conforme al bisogno de i medesimi, acciò possano col benefizio della lingua Araba servire alle Confessioni de poveri Cristiani, quantunque non vi si deputino col titolo di Curati, o perche quell' Ospizio non abbia cura di Anime, o perche vi sia altro Sacerdote di lingua Araba Curato?

Quarto. Se in caso di peste possa il Guardiano di Gerusalemme, per ajuto de Curati, che si espongono, obbligare i detti Missionarj ad esporsi uno al meno per luogo, dove occorre la peste, affinchè i Popoli siano ben serviti, e se dove non è cura di Anime, possa parimente obbligarli ad esporsi per ajuto de Curati Cattolici?

Quinto. Se dove passano i detti Collegiali Missionarj siano obbligati à mostrare le loro patenti ai Superiori locali, o almeno la facoltà, che possa darli il Guardiano di Gerusalemme, quando dispone di essi, e per il tempo che dimorano ne loro Ospizj, se siano soggetti alli medesimi, quanto alla disciplina regolare?

Sesto. Se in caso si portino male, e non compiscano il loro debito, nè vivano come si conviene, possa il Guardiano di Gerusalemme, o da se solo, conforme si usa cogli altri Religiosi di Terra Santa, o col consenso del Discretorio, rimandarli in Cristianità, e certiorarne la Sagra Congregazione?

Settimo. Se in ordine alla precedenza nel sedere al Refettorio, ed in altri luogi, si debba attendere anche con i medesimi Collegiali l' antico costume di quella Custodia, o se si debba attendere l' anzianità della Religione?

R E S C R I P T U M.

Ad 1., & 2. COllegiales non posse recto tramite se conferre ad Sanctam Civitatem, sed statim ac appulerint ad loca subjecta jurisdictioni P. Guardiani, teneri ostendere eidem, vel Vicario Litteras Patentes, & ab eodem Patre Guardiano, uti Præfecto, necessarias facultates ad Missiones, & curam Animarum exercendas in locis ab ipso destinatis, juxta sibi tributam auctoritatem, in totum, vel in partem recipere; ita tamen, ut non adhibeantur nisi in concurrentibus Missiones, & curam Animarum, reservata semper ipsius Præfecti tàm circà dictas facultates, quam circa loca, & tempus easdem exercendi moderatione sibi bene visa, & ad D. Secretarium, eum Patre V. Commissario Generali pro moderatione litterarum Patentium in futurum, ad formam Decretorum, & juxtà solitum Sacræ Congregationis.

Ad 3. & 4. Collegiales in omnibus esse subjectos Patri Guardiano, & aliis Superioribus subalternis, uti cæteri Regulares Terræ Sanctæ.

Ad 5. Teneri Superioribus locorum, ad quæ accesserint, vel per quæ transierint, ostendere Litteras Patentes, seu facultatem per Patrem Guardianum eisdem tributam; ac esse indistinctè subjectos dictis Superioribus in omnibus regularem disciplinam respicientibus, sicuti cæteri Regulares de Familia, seu ibidem commorantes.

Ad 6. Posse per Patrem Guardianum, cum consensu Discretorii, suspendere, seu prohibere usum facultatum Collegialibus, & interim certiorem reddere Sacram Congregationem de causa, ad hoc ut possint revocari Collegiales Missionarii, quotiescumque non ageretur de causa Scandali; cum enim illud intervenerit (accedente consensu dicti Discretorii) dantur ei quoque facultates eos, qui aliis scandalo sunt, removendi; certiorata tamen eodem tempore Sacra Congregatione.

Ad 7. Quo ad præcedentias in sedendo, & præcedendo, servetur consuetudo illius Custodiæ.

Die 10. *Januarii* 1720.

IN Congregatione particulari, referente Eminentissimo D. Card. Tanario, Sac. Congregario, pro bono regimine Missionum Terræ Sanctæ, & ad evitandas in posterum confusiones, quæ tùm in electione, tùm in expeditione Religiosorum ad Sancta Loca oriri poterant, audito Patre Generali Ordinis Minorum Observantium, decrevit, ut infra.

Nulli Religioso, Missionariis exceptis, ac Eleemosynarum Transvectoribus, titulo devotionis ad Trrram Sanctam, postquam alias tempore sibi in suis litteris Patentibus præscripto ibi moram fecerit, redire permittatur. Si verò Pater Generalis erga aliquem Religiosum illuc redeundi cupidum

sos

propendat, prius Discretorium ejusdem Terræ Sanctæ de moribus, ac idoneitate illius exquirat.

Ad effectum exonerandi, quantum fieri poterit, Commissarium Tusciæ ab onere in Navem imponendi exteros Religiosos in Terram Sanctam profecturos, quilibet eorum ingressum in Navem curet in Portu viciniori propriæ Provinciæ, dummodo ibi aliquis ejusdem Terræ Sanctæ Commissarius existat.

Die 21. *Julii* 1721.

IN Congregatione particulari, referente R. P. D. Secretario, Sacra Congregatio pro bono regimine Missionum Terræ Sanctæ, aliisque justis, ac rationabilibus mota causis, decravit, ut infra, videlicet.

Missionarii ab Urbe in Orientis partes missi ad inserviendum Terræ Sanctæ, iique pariter, qui per Patrem Custodem ejusdem Terræ Sanctæ tales fuerint instituti, antequam ad curam deputentur Animarum, super earum idoneitate examinentur, & examen de rebus ad Parochi munus pertinentibus fiat per prædictum Patrem Custodem, ejusque pro tempore Discretorium.

Nullus ex Religiosis ejusdem Terræ Sanctæ, exceptis iis, qui vel in Collegio Sancti Bartholomæi in Insula de Urbe moram traxerint, seu litteris Patentibus Sacræ Congregationis muniti fuerint, se ad conversiones procurandas intromittat, quod iis tantummodò liceat, qui ab antedictis P. Custode, & Discretorio ad hujusmodi munus exercendum existimentur idonei.

Quoties verò Missionarii, aut Parochi conversionem aliquam peragere studuerint, id omnino fiat absque ulla subministratione, seu exhibitione pecuniarum.

COnfirmatis Ministro Generali, omnibusque aliis Officialibus ad beneplacitum Sanctæ Sedis, innovatum non fuit aliud, usque ad annum 1715. nisi quod evenit causa mortis, sicut pro morte Reverendissimi Antonii à Monte Busso substitutus fuit Reverendissimus Carolus Franciscus à Varesio per subsequens Breve.

P. Carolus Franciscus à Varesio declaratur Vice-Commissarius Generalis Reformatorum.

Dilecto Filio Carolo Francisco à Varesio Ordinis Minorum S. Francisci Reformatorum nuncupatorum Professori.

CLEMENS PAPA XI.

Dilecte Fili salutem, & Apostolicam Benedictionem.

REligionis zelus, vitæ, ac morum honestas, aliaque laudabilia probitatis, & virtutum merita, super quibus apud Nos fide digno commendaris testimonio, Nos inducunt, ut Tibi reddamus ad gratiam liberales. Cum itaque (sicut accepimus) Officium Vice-Commissarii Generalis Fratrum Minorum Familiæ Cismontanæ Ordinis S. Francisci Reformatorum nuncupatorum, per obitum quondam Antonii à Monte Busso, dum vixit, Fratris expressè Professi dicti Ordinis nuper defuncti, vacaverit, & vacet de præsenti: Nos ex commissæ Nobis divinitùs dispensationis officio, aidem Familiæ de alio Vice-Commissario Generali idoneo, ac ejusmodi partes rectè, & fideliter impleturo, providere, Teque, qui (ut pariter accepimus) Frater expressè Professus Ordinis hujusmodi existis, ac aliàs munera Commissarii Generalis eorundem Fratrum Minorum Familiæ Cismontanæ hujusmodi, tàm de Observantia, quàm Reformatorum laudabiliter functus fuisti, quippè juxta Constitutiones Ordinis prædicti Auctoritate Apostolica confirmatas, tanquàm antiquior in Familia Discretus, interea ejusdem Antonii Defuncti Officium cum potestatis plenitudine de præsenti exercea, quousque alius Commissarius Generalis per dilectum filium modernum Ministrum Generalem Ordinis prædicti institutus fuerit, specialia favora gratiæ prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existis, ad effectum præsentium duntaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, ac de tua fide, prudentia, rerum usu, dexteritate charitate, integritate, vigilantia, ac Religionis zelo plurimum in Domino confisi, motu proprio, ac ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, Te Fratrum Minorum Reformatorum memoratæ Familiæ Cismontanæ V. Commissarium Generalem, in locum prædicti Antonii defuncti, cum omnibus, & singulis facultatibus, prærogativis, auctoritate, privilegiis, gratiis, & indultis, ac honoribus, & oneribus solitis, & consuetis, tenore præsentium, ad Nostrum, & Sedis Apostolicæ beneplacitum, substituimus, & subrogamus. Mandantes propterea in virtute Sanctæ Obedientiæ, ac sub indignatio nis Nostræ, aliisque arbitrii Nostri pœnis, omnibus, & singulis prædictorum Ordinis, & Familiæ Superioribus, Fratribus, & Personis, cœterisque, ad quos spectat, & spectabit in futurum, ut Te ad Officium Vice-Commissarii Generalis hujusmodi, juxta earumdem tenorem præsentium, recipiant, & admittant, Teque recognoscant, & Tibi in omnibus officium hujusmodi concernentibus respectivè pareant, & obediant, faveantque, & assistant: Ac decernentes easdem præsentes literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac Tibi in omnibus, & per omnia plenissime suffragari; Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac, quatenus opus sit, dictorum Ordinis, & Familiæ, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alias roboratis statutis, & consuetudinibus, Privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris, die 19. Januarii 1711. Pontificatus Nostri Anno undecimo.

F. Oliverius.

Re-

Revocatur Constitutio dismembrationis Conventus Sanctæ Luciæ, & Hospitii de Portici a Provincia S. Petri de Alcantara in Regno Neapolitano FF. Min. Discalceatorum.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Circumspecta Romani Pontificis providentia exigit, ut quæ alias pro reducenda inter Religiosos Viros pace, & tranquillitate provide, prudenterque constituta, & ordinata fuerunt, si mutatis rerum, temporumque circumstantiis, regulari disciplinæ, & observantiæ detrimentum, afferre noscantur, in pristinum, ac debitum statum restituat, sicut conspicit in Domino salubriter expedire.

§. 1. Alias siquidem per Nos accepto, quod inter dilectos filios Fratres Neapolitanos, & Hispanos Provinciæ S. Petri de Alcantara in Regno Neapolitano Fratrum Discalceatorum Hispaniæ Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum plures controversiæ exortæ reperiebantur, fierique nequibatur dicti Fratres habitatione, & rerum communione conjuncti, animis, & contrariis studiis non dissiderent, ac proinde expediebat eos ab invicem segregari: Nos motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, Conventum S. Luciæ de Moote nuncupat. Civitatis Neapolitan., & Hospitium dicti S. Petri de Alcantara loci de Portici dictæ Provinciæ Neapolitan. Diœcesis ab eadem Provincia perpetuo separavimus, & dismembravimus, illaque sic separata, & dismembrata Provinciæ ejusdem S. Petri de Alcantara Regni Castellæ Fratrum Discalceatorum dicti Ordinis itidem perpetuo univimus, annexuimus, & incorporavimus; Volentes, & ordinantes, ut in illis Religiosi Hispani, qui deinceps Ministro Provinciali secundo dictæ Provinciæ pro tempore existenti subjecti essent, habitarent, & collocarentur; alii vero primo dictæ Provinciæ Conventus, qui octo tunc numerabantur, Religiosis Neapolitanis, & Italis tantum remanerent, ac eadem primodicta Provincia octo Conventibus hujusmodi constans in futurum Ministro Generali, seu Commissario Generali Italiæ Ordinis prædicti pro tempore pariter existenti, subjaceret, & alias, prout in nostris desuper in simili forma Brevis die xv. Septembris 1702. expeditis literis, quarum tenorem præsentibus pro plene, & sufficienter expresso, & de verbo ad verbum inserto haberi volumus, uberius continetur.

§. 2. Cum autem, sicut pariter accepimus, ob præsentes bellorum motus, interdictaque inter Castellæ, & Neapolis Regna commercium, & communicationem, Conventus S. Luciæ de Monte, & Hospitium S. Petri de Alcantara prædicta, ac Religiosi in eis degentes a tempore eorum separationis, & dismembrationis, ac unionis, & incorporationis hujusmodi, a Ministris Provincialibus secundo dictæ Provinciæ hactenus minime visitata fuerint, & valde dubitandum sit, quod cessantibus etiam bellis, propter magnam dictorum Regnorum ab invicem distantiam, non raro sine debita visitatione, & correctione, veluti acephala, remanere possint, cum non modico Ecclesiasticæ Disciplinæ, & regularis Observantiæ detrimento: Hinc est, quod Nos, pro commissi Nobis cœlitus pastoralis officii cura, ne Regularis in Conventu S. Luciæ, & Hospitio S. Petri prædictis disciplina propter præmissa excidat, sed ut semper in suo vigore conservetur, quantum cum Domino possumus, providere volentes, de Congregationis nonnullorum Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium super hoc negotio a Nobis specialiter deputatæ consilio, ac etiam motu, scientia, & deliberatione, deque Apostolicæ potestatis plenitudine paribus, literas nostras prædictas tenore præsentium revocamus, cassamus, irritamus, & annullamus, viribusque, & effectu penitus, & omnino vacuamus, ac proinde Conventum S. Luciæ de Monte, & Hospitium S. Petri de Alcantara prædicta à secundodicta Provincia S. Petri de Alcantara Regni Castellæ, motu, scientia, ac de potestatis plenitudine similibus, harum serie perpetuo pariter separamus, & dismembramus, illaque sic separata, & dismembrata primodictæ Provinciæ ejusdem S. Petri de Alcantara in Regno Neapolitano itidem perpetuo reunimus, reannectimus, & incorporamus, illaque in pristinum, ac eum, in quo, antequam prædictæ nostræ literæ emanarent, quovis modo erant, statum restituimus, reponimus, & plenarie reintegramus, ac tam illa, quam omnes alios Conventus ejusdem primodictæ Provinciæ S. Petri de Alcantara in Regno Neapolitano unico Ministro Provinciali, qui dicto etiam filio Commissario Generali Familiæ Cismontanæ dicti Ordinis subjectus sit, subjicimus.

§. 3. Decernentes ipsas præsentes literas, & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo, quod quilibet in præmissis jus, vel interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes, etiam specifica, & individua mentione, & expressione digni, illis non consenserint, nec ad ea vocati, citati, auditi, neque Causæ, propter quas præsentes emanarint, adductæ, aut verificatæ, & justificatæ fuerint, aut quavis alia etiam quantumlibet juridica, pia, & privilegiata Causa, colore, prætextu, & capite, etiam in corpore juris clauso, etiam enormissimæ, & totalis læsionis ullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, aut interesse habentium consensus, aliove quolibet, etiam quantumvis formali, & substantiali, individuamque expressionem requirente defectu, notari, impugnari, infringi, retractari, in controversiam vocari, seu ad terminos juris reduci, seu adversus illas aperitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, seu etiam impetrato, aut etiam motu, scientia, potestatis plenitudine paribus concesso, vel emanato quempiam in judicio, vel extra illud uti, seu se juvare ullo modo posse, sed ipsas præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. prædictæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, & Apostolicæ Sedis Nuncios, aliosve quoslibet quacumque præeminentia, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nec non præfatorum Ordinis, Provinciarum, Conventuum, & Hospitii, aliisve quibusvis, etiam

etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus, privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis, etiam dicto Ordini, ejusque Superioribus, & quibusvis aliis personis, & locis, sub quibusvis verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis Decretis in genere, vel in specie, ac alias in contrarium quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis etiam pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, exprimerentur, & insererentur, præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die xxiii. Septembris 1712. Pontificatus Nostri Anno Duodecimo.

Confirmatur Decretum Congregationis Episcoporum, & Regularium de suffragio concedendo Superioribus cujuscumque Conventus Minor. de Observ. in Provinciis Indiarum Occidentalium, non obstante Constitutione Pauli V.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Nuper pro parte dilecti filii Andreæ de Quiles Fratris expresse professi Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia nuncupat. Procuratoris Generalis in Curia Matritensi omnium Provinciarum Indiarum Occidentalium ejusdem Ordinis Congregationi Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositæ exposito, quod cum a longissimo tempore in pluribus Conventibus, & Domibus earumdem Provinciarum, ob Indorum paupertatem, exiguus Religiosorum numerus sustentatus fuisset, dictique Religiosi instructioni illorum populorum pro conservanda Fide Catholica sedulam operam navassent, evenerat, prout de præsenti eveniebat, ut Religiosi hujusmodi in aliqua ex dictis Domibus tres, in altera duo, in alia vero unus tantum reperirentur, ac attento tam exiguo Religiosorum numero, Guardiani, & Superiores earumdem Domorum impediti fuerint, qui vota, sive suffragia in earum Capitulis Provincialibus, absque notorio scandalo, ferre potuerint, in vim quarumdam literarum fel. record. Pauli PP. V. Prædecessoris nostri die 23. Decembris 1618. expeditarum, per quas statuebatur, ut Conventus prædicti supprimi, eorum vero Religiosi ad alios Conventus commodiores transferri deberent, & alias, prout in prædictis literis, quarum tenorem præsentibus pro plene, & sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, uberius dicebatur contineri. Et in eadem expositione subjuncto, quod memorati Pauli Prædecessoris literæ executioni demandatæ minime reperiebantur, sed solum allegabantur ad fovendas dissensiones, prout Venerabilis Frater modernus Archiepiscopus Sanctæ Fidei in eisdem Indiis prædictæ Congregationi Cardinalium retulerat, proindeque, ut inter memoratos Religiosos mutua animo tranquillitas stabiliretur, eidem Congregationi Cardinalium supplicato, ut circa præmissa id, quod alias ad favorem Provinciarum Floridæ, & de Burgos aiter Fratrum ejusdem Ordinis, nec non S. Antonini novi Regni Granatæ, & Sanctæ Crucis Ordinis Fratrum Prædicatorum in eisdem Indiis die 21. Novembris 1707., & die 20. Julii 1708. nec non die 10. Junii anni proxime præteriti rescriptum fuerat, nempe, ut memoratis Pauli Prædecessoris literis minime obstantibus, etiam in reliquis supradictis ejusdem Ordinis Sancti Francisci de Observantia Provinciis servari decerneretur. Emanavit ab eadem Congregatione Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet: Sacra Congregatio Eminentissimorum, & Reverendissimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, ad quam Sanctissimus Dominus Noster supplicem hunc libellum remisit, audito P. Procuratore Generali Ordinis, referente Eminentissimo de Abdua, censuit, ac decrevit servandum solitum, annunciato Brevi S. M. Pauli V. & aliis quibuscumque non obstantibus. Romæ 26. Martii 1713.

G. Card. Carpineus.

T. A. Niccnus Secretarius.

§. 1. Cum autem, sicut dilectus Andreas Nobis subinde exponi fecit, ipse Decretum hujusmodi, quo firmius subsistat, & servatur exactius, Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri plurimum desideret: Nos ipsius Andreæ votis hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præinsertum approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus: Salva tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis Cardinalium.

§. 2. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari: sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon, quatenus opus sit, Provinciarum, & Ordinis prædictorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum, quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum inser-

fertis habentes illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum in Arce Gandulphi Albanen. Diœcesis sub Annulo Piscatoris, die xvi. Junii 1713. Pontificatus Nostri Anno Decimo tertio.

De Provinciarum Commissariis Visitatoribus

DECRETUM

Sacræ Congregation. Episcoporum, & Regularium.

Ordinis FF. Minor. de Observantia Sancti Francisci.

UT in Seraphico Ordine Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia Regularis Disciplinæ vigor, & præsertim Religiosa paupertas, uti par est, exacte custodiantur, abususque, siqui in nonnullis præfati Ordinis Provinciis, occasione Visitationum earumdem Provinciarum, irrepserint, penitùs in posterum elimineutur.

Sacra Congregatio &c. referente Eminentissimo Sancti Clementis, provide consulere volens, statuit, atque decrevit. Quoad Provinciarum Visitatores, & Commissarios omnino observari Constitutionem Urbani VIII. pro restituendo, & conservando in Ordine FF. Minorum S. Francisci de Observantia Disciplinæ Regularis candore, aliasque Apostolicas Constitutiones, & statuta generalia Ordinis a Sede Apostolica approbata. Et signanter expresse mandavit, ne iidem Visitatores, & Commissarii, eorumque Secretarii, & Socii, sub quovis titulo, aut quæsito colore, vel prætextu, etiam accessus, & recessus, neque pro se, neque pro eorum Conventibus, & Provinciis, munera, sive contributiones, nec in pecunia, nec in re aliqua a Provinciis, & Conventibus visitatis, aut visitandis, seu communi nomine, sive proprio, & particulari Religiosorum, accipiant, *sed expensis tantummodo necessariis pro itinere, quæ modestiam, & paupertatem propriam ipsius Seraphici Ordinis decent, contenti sint*. Quod si judicio Definitorii Vestiario indigere videbuntur, illud etiam, non tamen in pecunia, sed in specie tantum, tam ipsis Visitatoribus, & Commissariis, quam eorum Sociis subministrari valeant, fiatque dictarum expensarum subministratio modis licitis, & juxta proprium Ordinis institutum. Quæ omnia præcepit, & respective prohibuit, sub pœna privationis vocis activæ, & passivæ, aliisque in Constitutionibus Clementis Octavi, & Urbani Octavi de largitione munerum, & in statutis Ordinis contentis, quacumque consuetudine in contrarium, quam corruptelam esse declaravit, & aliis quibuscumque non obstantibus. Voluit autem, quod præsens Decretum tradatur P. V. Commissario Generali Cismontanæ Familiæ, & Procuratori Generali Familiæ Ultramontanæ per ipsos ad suas respective Provincias transmittendum, & in earumdem Regestis describendum. Et quod in quolibet Capitulo Provinciali ab ipsius Capituli Præsidente legatur, sub pœnis supra expressis ipso facto incurrendis. Quodque Definitorium, tam vetus, quam novum cujuscumque Provinciæ transmittere debeat ad Ministrum Generalem, seu ad Commissarium, aut Vice-Commissarium Generalem juratam attestationem, omnia supradicta, quantum ad eorum notitiam pervenire potuit, fuisse adimpleta. Romæ 14. Novembris 1710.

G. Card. Carpineus.

Loco ✠ Sigilli.

F. Arch. Nicænus Secretarius.

Confirmatur Decretum de Sacris Supellectilibus non commodandis.

SAcra Congregatio &c. spectabili cultui, & decoroso ornatui Ecclesiarum Fratrum Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia provide consulens, injungendum censuit, prout præsentis Decreti tenore injungit omnibus, & singulis dicti Ordinis Superioribus Provincialibus, Localibus, eorumque subditis, sub pœna privationis officiorum Ordinis immediate incurrenda, ne ullo unquam tempore, quavis occasione, vel prætextu, ad instantiam, & preces cujusvis indulgeant, aut consentiant, Supellectiles, vasa, Ornamenta, Vestes, atque omnis generis res spectantes aliquo modo ad præfatas eorum Ecclesias, Cappellas, Altaria, Oratoria, Sacristias, extra illas, ad usum, vel officium cæterorum distrahi, asportari, seu aliis ab ipsis Minorum Observantium commodari, quin prius accesserit consensus saltem ultra duas partes totius Capituli, cujuslibet respective Conventus, per secreta Suffragia singulis vicibus præstandus, nec non a P. Ministro Provinciæ authentice confirmandus; & ita servari mandat. Non obstantibus &c. Romæ 15. Maii 1683.

G. Card. Carpineus.

Loco ✠ Sigilli.

I. B. Arch. Januen. Secretarius.

Ejusdem Decreti Confirmatio.

SAcra Congregatio &c. præposita, attentis narratis, censuit suprascriptum Decretum renovandum esse sub iisdem pœnis, prout præsentis Decreti vigore renovat. Romæ 19. Septembris 1710.

G. Cardinalis Carpineus.

Loco ✠ Sigilli.

F. Arch. Nicænus Secret.

Supplex libellus Ordinis cum Decreto Sacræ Congregationis, quo prohibetur aliis extra Religionem, dare Sæcularibus habitum Tertii Ordinis.

IL Commissario Generale di Corte de' Minori Osservanti, umilmente supplicando, espone, come da diverse Provincie gli viene lamentevolmente insinuato, che i Vescovi, e loro Vicarj Generali *respettive*, s' anno usurpato il dar licenza a Parochi, ed altri Sudditi, di benedire gli Abiti del Terz' Ordine, e conferirli a Persone Secolari dell' uno,

uno, e dell' altro sesso nelle loro proprie Chiese, contro le Constituzioni della S. Mem. di Sisto IV. *Romani Pontificis*; di Urbano VIII. *Cum sicut 5. Octobris* 1638., ed altri Decreti della Santa Sede, na quali è conceduta tal facoltà a soli Ministri Generali, e Provinciali *privativè ad quoscumque alias*; Pertanto supplica l'EE. VV. degnarsi per uso di loro pietosa giustizia porre opportuno, e conveniente rimedio a così grave, ed evidente pregiudizio, che si fa a tutti gli Ordini Regolari Mendicanti. Che della Grazia &c.

Sacra Congregatio &c. attentis narratis, referente Eminentissimo Sancti Clementis censuit dandum esse Decretum alias desuper editum tenoris sequentis, nempe:

Sacra Congregatio &c. stante remissione Libelli per Sanctissimum Dominum Nostrum facta, & attentis narratis, censuit injungendum, prout præsentis Decreti tenore injungit, Ordinariis Locorum, ut supradictas Constitutiones Apostolicas, juxta earum tenorem, executioni omnino demandent: Romæ 19. Julii 1712.

G. Cardinalis Carpineus.

Loco ✠ Sigilli.

F. Arch. Nicænus Secretarius.

Senectute ad decrepitatem protracta prævidebatur brevem habiturus esse vitam, & consequenter effimerum Gubernium, Reverendissimus Varesius, sicut de facto accidit, nam Anno 1712. ad vitam immortalem transivit: cujus loco suffectus est Reverendissimus P. Deodatus a Roma per Breve

Quo Reverendissimus P. Deodatus a Roma instituitur Vice-Commissarius Generalis Reformatorum.

Dilecto Filio Deodato a Roma Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci Reformatorum nuncupatorum Professori.

CLEMENS PAPA XI.

Dilecte Fili salutem, & Apostolicam benedictionem.

Religionis zelus, vitæ, ac morum honestas, aliaque laudabilia probitatis, & virtutum merita, super quibus apud nos fide digno commendaris testimonio, nos inducunt, ut Tibi reddamur ad gratiam liberales. Cum itaque (sicut accepimus) Officium Vice-Commissarii Generalis Fratrum Minorum Familiæ Cismontanæ Ordinis Sancti Francisci Reformatorum nuncupatorum, per obitum quondam Caroli Francisci a Varesio, dum vixit, Fratris expresse professi dicti Ordinis, nuper defuncti, vacaverit, & vacet de præsenti: Nos ex commissæ nobis divinitus dispensationis officio, eidem Familiæ de alio Vice-Commissario Generali idoneo, ac ejusmodi partes recte, & fideliter impleturo, providere, Teque, qui (ut pariter accepimus) Frater expresse professus, ac Verbi Dei Prædicator, & Sacræ Theologiæ Lector Emeritus existis, nec non alias Diffinitoria, bis Custodis, Provincialisque Provinciæ Romanæ eorumdem Fratrum Reformatorum, ac Guardiani Conventus ejusdem Sancti Francisci ad Ripam Tyberis de Urbe, pariterque Guardiani, & Commissarii Apostolici Monasterii Monialium S. Claræ Neapolis, ac demum Visitatoris Provinciæ Marchiæ memoratorum Fratrum Reformatorum, muneribus laudabiliter functus fuisti, specialis favore gratiæ prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existis, ad effectum præsentium duntaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, ac de tua fide, prudentia, rerum usu, dexteritate, charitate, integritate, vigilantia, ac Religionis zelo plurimum in Domino confisi, motu proprio, ac ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, Te Fratrum Minorum Reformatorum memoratæ Familiæ Cismontanæ Vice-Commissarium Generalem in locum prædicti Caroli Francisci defuncti, cum omnibus, & singulis facultatibus, prærogativis, auctoritate, privilegiis, gratiis, & indultis, ac honoribus, & oneribus solitis, & consuetis, tenore præsentium, ad Nostrum, & Sedis Apostolicæ beneplacitum, substituimus, & subrogamus. Mandantes propterea in virtute Sanctæ Obedientiæ, ac sub indignationis Nostræ, aliisque arbitrii Nostri pœnis, omnibus, & singulis prædictorum Ordinis, & Familiæ Superioribus, Fratribus, & Personis, cæterisque, ad quos spectat, & spectabit in futurum, ut Te ad Officium Vice-Commissarii Generalis hujusmodi, juxta earumdem tenorem præsentium, recipiant, & admittant, Teque recognoscant, & Tibi in omnibus officium hujusmodi concernentibus respective pareant, & obediant, faveantque, & assistant: Ac decernentes easdem præsentes litteras firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac Tibi in omnibus, & per omnia plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac, quatenus opus sit, dictorum Ordinis, & Familiæ, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & Consuetudinibus, Privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice duntaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris, die 18. Maii 1712. Pontificatus Nostri Anno duodecimo.

F. Oliverius.

Annorum istorum intervallo prodierunt nonnulla Brevia Pontificia, quæ multum conferunt ad decorem Ordinis nostri, quæ in sequentibus producam; drimumque etit.

Breve Sanctissimi Domini Nostri Clementis Papæ XI. confirmatorium Decretorum Congregationis Sac. Rituum super cultu immemorabili Sancti Liberati de Lauro Ordinis Minorum Regularis Observantiæ Sancti Francisci, Provinciæ Marchiæ.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

ALias, & nuper a Congregatione Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Sac. Ritibus præpositorum, emanarunt in Causa Servi Dei LIBERATI DE LAURO, SANCTI nuncupati, Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum, ad supplicationem dilecti Filii Lucii a Turricella, Fratris expresse professi Provinciæ Marchiæ dicti Ordinis, ac Lectoris Jubilati, & ejusmodi Causæ Postulatoris, duo Decreta tenoris sequentis, videlicet. CAMERINENSIS Servi Dei LIBERATI DE LAURO Ordinis Minorum Sancti Francisci SANCTI nuncupati. Demandata per Sac. Rit. Congreg. sub die XXII. Junii MDCXCVII. amotione Imaginum prædicti Servi Dei ab Altaribus, Ecclesiis, & Claustris Conventuum prædicti Ordinis, in quibus depictus erat in Lectulo decumbens, cui Beatissima Virgo Virginibus, & Angelicis associata Choris, liquorem propriis manibus administrabat, recursum interposuerunt ad eamdem Sacram Congregationem Patres ejusdem Ordinis, allegantes Cultum eidem Servo Dei intra, & extra præmemoratum Ordinem sic, & alias, atque multiformiter exhibitum extitisse, nedum per centum annos ante Decreta fel. rec. Urbani VIII. sed per quatuor, & ultra sæcula, ac proinde humiliter institere pro manutentione prædicti Servi Dei in eodem Cultu absque ulla innovatione, quæ læderet possessionem, in qua pacifice erat a præmemorato immemorabili, ac legitimo tempore: Unde Sacra eadem Congregatio, præfixo, & pluries prorogato eidem Ordini tempore ad probandam eamdem immemorabilem possessionem, sub pœna remotionis cujuscumque cultus eidem Servo Dei quomodolibet præstiti, in se ejusdem Causæ cognitionem benignissime suscepit. Quamobrem allato ad ipsam per Religiosos ejusdem Ordinis, & Provinciæ Marchiæ (in qua adest Conventus cum Ecclesia sub titulo SANCTI LIBERATI, ubi, ut a Reverendissimo Episcopo CAMERINENSI asseritur, ipsius, ac BEATORUM HUMILIS, ET PACIFICI ossa requiescunt) authentico Processu, una cum Sententia super præmisso cultu, auctoritate ejusdem Episcopi CAMERINENSIS Ordinarii Loci dicti Conventus, rite prolata: Necnon instituto super præmissis omnibus Judicio, & prætendentibus subinde Postulatoribus, non esse necessariam in casibus similibus propulsionis contrarietatum Commissionem manu Sanctissimi signatam, eadem Sacra Rituum Congregatio perpendens plura afferri in comprobatione præmemorati Cultus, quæ in præsenti casu indigebant speciali dilucidatione; producebantur siquidem nonnulla eidem servo Dei, uti Anonymo, vel Incognito ab Historiatoribus attributa, & alia pariter, quæ ipsum cum alio quodam LIBERATO Maceratense Congregationis Cœlestinorum, seu Clarenorum, ejusdemmet Ordinis, confundere poterant, ad relationem Eminentissimi, & Reverendissimi D. Cardinalis Vallemani, pro Eminentissimo, & Reverendissimo D. Card. Carpineo Ponente, Sacra eadem Rituum Congregatio, audito tam in scriptis, quam in voce D. Prospero de Lambertinis Sac. Concistorialis Aulæ Advocato, & Reverendissimi Archiepiscopi Myren. Fidei Promotoris Coadiutore, rescribendum censuit: Causam indigere signatura Commissionis in casu, de quo agitur. Die VII. Septembris MDCCIX. Ita reperitur in Regestis Decretorum Congregationis Sac. Rituum. In quorum fidem &c. die III. Augusti MDCCXIII. Loco ✠ Sigilli. Gratis. N. M. Tedeschi Episcopus Liparitanus Sac. Rituum Congregationis Pro-Secretarius -- CAMERINENSIS Servi Dei LIBERATI DE LAURO Ordinis Minorum Sancti Francisci SANCTI nuncupati. Orta controversia in Sacra Rituum Congregatione: An cultus ab immemorabili tempore, juxta Postulatorum sensum, SANCTO LIBERATO prædicto præstitus, esset ne permittendus, seu potius removendus, eadem Sacra Rituum Congregatio sub die VII. Septembris MDCCIX. censuit, antequam ad discussionem dubii super casu excepto a decretis fel. rec. Urbani Papa VIII. deveniretur, necessariam esse Dubii propositionem super Signatura Commissionis, ideoque disputato dicto dubio, an esset signanda Commissio, Sacra eadem Congregatio, ad relationem Eminentissimi, & Reverendissimi D. Cardinalis Ptolomæi, pro Eminentissimo, & Reverendissimo D. Cardinale Carpineo Ponente, & ad instantiam Fratris Lucii de Turricella Ordinis Minorum de Observantia Sancti Francisci dictæ Causæ Postulatoris, audito prius tam in voce, quam in scriptis R. P. D. Prospero de Lambertinis Fidei Promotore, respondit: Pro nunc non esse locum Signaturæ Commissionis, & nihil esse innovandum super cultu eidem Servo Dei præstito, firmo tamen remanente Decreto in hac Causa edito die XXII. Julii MDCXCVII. super amotione Imaginum dicti Servi Dei, cum in lectulo decumbenti Beatissima Virgo Angelicis Choris associata Cibum subministrabat, si Sanctissimo Domino Nostro placuerit: die XXVIII. Januarii MDCCXIII. Factaque deinde per infrascriptum Pro-Secretarium de prædictis Sanctissimo Domino Nostro relatione, Sanctitas Sua benigne annuit, die XVII. Februarii ejusdem anni MDCCXIII. G. Cardinalis Carpineus. Locus ✠ Sigilli. C. Collicola Sac. Rituum Congregationis Pro-Secretarius.

Cum autem, sicut prædictus Lucius Nobis subinde exponi fecit, ipse Decreta hujusmodi, quo firmius subsistant, Apostolicæ Confirmationis nostræ patrocinio communiri plurimum desideret: Nos ipsum Lucium specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium duntaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decreta præinserta auctoritate Apostolica, tenore præsentium, approbamus, & confirmamus, illisque Inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, salva tamen semper in præmissis Auctoritate memoratæ Congregationis Cardinalium. Decernentes easdem præsentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, plenissi-

me

Digitized by Google

mè ſuffragari ; ſieque in præmiſſis per quoſcumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus Conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Volumus autem ut earumdem præſentium Litterarum tranſumptis, ſeu exemplis, etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides adhibeatur, quæ præſentibus ipſis adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, ſub Annulo Piſcatoris, die ſecunda Septembris MDCCXIII. Pontificatus Noſtri Anno Decimotertio.

F. Oliverius.

Emanarunt alia Brevia tranſmiſſa Rever. Patri Laurentio à S. Laurentio, dum munus exercebat Guardiani Montis Syon, Cuſtodis totius Terræ Sanctæ, & Sanctiſſimi Sepulchri D. N. Jeſu Chriſti Jeruſalem. Exiſtimo neceſſarium fore brevem inſtituere hiſtoriam, ut innoteſcat quantum S. Romanæ Sedi cordi erat felix exitus negotiorum ſupradicto Patri commiſſorum.

Ardebat inter Chriſtianos Orientales Maronitas inextinguibilis ignis, & non solùm inter ſæculares illius nationis, ſed præcipuè inter Prælatos Eccleſiaſticos paulatim introducebatur Schiſma, maximè ob depoſitionem Patriarchæ Antiocheni Jacobi, factam die 10. Junii ab Archiepiſcopis, & Epiſcopis illius nationis, qui intruſerant Epiſcopum Ruffoneuſem in eandem Sedem Patriarchalem Antiochenam. Hujuſmodi depoſitio facta fuerat ſub prætextu multorum criminum illi objectorum, propter quæ ipſe magno timore perculſus extra ſe raptus, & confuſus, ad inſtigationem ſuorum æmulorum, pervenerat eo uſque, ut facile induceretur ad renuntiandam ſuam dignitatem. Ad ſe tamen reverſus appellavit ad Sedem Apoſtolicam Romanam, à qua fuerat confirmatus in dignitate Patriarchali ; negavit crimina, & expoſuit, quod omnia adverſariorum ſuorum erant præſtigiæ, & inventa. Malè audita fuit Romæ hæc depoſitio tanquam injurioſa S. Sedi ; idcircò & Sacra Congregatio Eminent. Card. de Propaganda Fide, & Pontifex ipſe enixè commendaverunt hoc graviſſimum negotium Patri Laurentio à S. Laurentio ex Minoribus de Obſ. datis duobus Brevibus, alterum pro ipſo P. Laurentio, alterum pro Epiſcopis, & Archiepiſcopis. Hoc erat exhortatorium, ut reſipiſcerent, & petita venia, ſuis indulgerent conſcientiis, recognoſcentes exceſſum in depoſitione Jacobi Patriarchæ, inconſulta Sancta Sede, à qua fuerat confirmatus, & non ſervato ordine Judicii Eccleſiaſtici. Secundum directum erat P. Laurentio, cui omnis neceſſaria poteſtas tribuebatur, ut, injuncta ſalutari pœnitentia, actu priùs reſciſſo, illos abſolveret à cenſuris, cæteraque componeret, ſicut melius ejus prudentiæ videretur.

Dilecto Filio F. Laurentio à S. Laurentio Ordinis Minorum S. Franciſci de Obſervantia nuncupatorum Profeſſori.

CLEMENS PAPA XI.

Dilecte Fili, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Cum ſicut ad aures noſtras pervenit, Venerabiles Fratres Archiepiſcopi, & Epiſcopi Nationis Maronitarum, Nobis inconſultis, atque Eccleſiaſtici judicii ordine minimè ſervato, Venerabilem etiam Fratrem noſtrum Jacobum Patriarchalis Eccleſiæ Antiochenæ ejuſdem nationis Patriarcham, cujus electionem aliàs ab eiſdem Archiepiſcopis, & Epiſcopis, ac dilectis Filiis Clero Nationis hujuſmodi, ut moris eſt, factam, Nos per quaſdam noſtras deſuper ſub plumbo expeditas litteras auctoritate Apoſtolica confirmavimus, à Patriarchali dignitate dejecerint ; hinc eſt, quod Nos, qui Nationem prædictam in viſceribus gerimus charitatis, gravibus indè exortis diſſenſionibus opportunè providere, ac gravioribus, quæ oriri poſſunt, malis, maturè occurrere cupientes ; nec non de diſcretionis tuæ, qui Fratrer expreſsè profeſſus Ordinis Minorum S. Franciſci de Obſer. & Guardianus Conventus Sacri Montis Syon, & Cuſtos Terræ Sanctæ d. Ordinis exiſtis, fide, prudentia, doctrina, integritate, charitate, Religionis, & juſtitiæ zelo plurimùm in Domino confiſi, Tibi per præſentes committimus, & mandamus, ut informationes etiam judiciales, ſi opus fuerit, contra quoſcumq; tam Sæculares, quam Regulares, & quavis ſpeciali mentione dignos, etiamſi Epiſcopali, aut Archiepiſcopali dignitate fuerint decorati, diligenter capias, proceſſumque deſuper formes, & conficias, ſeu formari, & confici cures, & facias. Nos enim quamcumque neceſſariam, & opportunam ad id facultatem, ac etiam depoſitionem prædicti Jacobi Patriarchæ (ſicuti præmittitur) factam, per ſententiam revocandi ; nec non ceſſionem, ſeu dimiſſionem, quam idem Jacobus Patriarcha dignitatis ſuæ Patriarchalis ſponte forſan facturus eſſet, admittendi, ac inſuper eoſdem Archiepiſcopos, & Epiſcopos, qui ad depoſitionem prædictam devenerunt, ſi hoc à Te humiliter petierint, impoſita eis pro præmiſſis arbitrio tuo aliqua pœnitentia ſalutari, à cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis quibuslibet, quas propter eadem præmiſſa quovis modo incurrerunt, auctoritate noſtra Apoſtolica in utroque foro abſolvendi, ac plenariè liberandi, dictaſque pœnas, & eorum cuilibet gratioſè remittendi, & condonandi, & cum eis ſuper quacumque irregularitate per eos, quia cenſuris hujuſmodi propter præmiſſa innodati, Sacroſanctum Miſſæ Sacrificium, & alia Divina officia (non tamen in contemptum Clavium) celebraverint, ſeu aliàs ordinum ſuorum, & paſtoralis muneris ſe ingeſſerint, & aliàs quomodolibet præmiſſorum occaſione contracta, ad quemcumque effectum diſpenſandi Tibi eadem auctoritate tribuimus, & impertimur. Non obſtantibus felicis recordationis Bonifacii Papæ VIII. Prædeceſſoris noſtri de una, & Concilii generalis de duabus Dietis, aliiſque Apoſtolicis, ac in Univerſalibus, Provincialibuſque Conciliis editis, generalibus, vel ſpecialibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus ; nec non quibuſvis, etiam juramento, Confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, &

consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Dat. Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris, die 4. Februarii 1711. Pontificatus nostri Anno Undecimo.

Conjunctæ fuerant ab Eminent. Card. Sacræ Congregat. de Propaganda Fide directiones, quas putabant necessarias pro felici exitu tanti negotii. Illas hic apponerem, nisi ex effectu constitisset omnia P. Guardianum complevisse. Ad Montem Libanum igitur, ubi Principes Maronitæ, & Prælati illius nationis degunt, perrexit P. Laurentius, suaque prudentia, & suavitate acquisivit amorem, & æstimationem Principum illorum sæcularium, illosque deinceps persuasit de irregularitate depositionis Patriarchæ Jacobi: & sensim crimina illi objecta, & per attestationes juratas aliquorum, & per clara argumenta dissolvit; adeout pro illius innocentia plerique se declaraverint. Deinde sistendum se putavit apud Episcopos, & Archiepiscopos, præcipuè contradictores Jacobi, & intrusores in Sedem Patriarchalem Episcopi Russonensis. Eos amplexatus, datisque omnibus signis benignitatis, & affectus, tradidit ipsis quoque Pontificium Breve.

Venerabilibus Fratribus Archiepiscopis, & Episcopis, necnon Dilectis Filiis Universo Clero, ac Principibus Nationis Maronitarum.

CLEMENS PAPA XI.

Venerabiles Fratres, ac Dilecti Filii, salutem, & Apostolicam benedictionem.

Præcipuum honorem apud Ecclesiam Dei Illustri Nationi Vestræ inter cæteros Orientis Christianos Populos conciliavit insignis zelus, & pia constantia, qua in ipso Sebismaticorum, atque Infidelium conspectu Catholicæ Fidei puritatem illibatam servare, Beatique Petri Apostolorum Principis Cathedram revereri, atque in ea pro tempore residentes Romanos Pontifices agnoscere, ac filiali obsequio excolere consuevit. Horum Nos vestrorum meritorum intuitu peculiari semper charitate Vos respeximus, quæ facit, ut in præsens graviori molestia afficiamur, audito, quod inconsultis Nobis, atque Ecclesiastici judicii ordine nullatenus servato, deventum istic fuerit ad depositionem Venerabilis Fratris Jacobi Patriarchæ istius Nationis, quem Nos in eo gradu, & dignitate, post electionem istic de more factam, auctoritate Apostolica confirmavimus. Quamobrem, cùm non levia dissensionum, aut etiam Schismatum pericula ex hujusmodi facto oriri posse intelligamus, Nos eisdem pro munere nostro occurrere cupientes, decrevimus ad Vos ablegare Dilectum Filium Religiosum Virum Laurentium à Sancto Laurentio Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum, Custodem Dominici Sepulchri in Civitate Hierosolymitana, probitate, atque prudentia præstantem, Nobisque probatum, quem propterea omnibus ad id necessariis facultatibus communivimus, ut ad justitiæ, & charitatis normam, servata tamen hujus Sanctæ Sedis dignitate, atque auctoritate, quæ non parum per hujusmodi attentata læsa fuit, rem omnem componat, atque ita statuat, prout in Domino duxerit expedire. Vestrum itaque erit præfato Religioso Viro congruas amoris, & honoris significationes deferre, & communi studio, & ope, quatenus injuncti sibi muneris partes obire possit, adesse & obsequi in his, quæ æqua, ac salutaria, pro spirituali Vestro regimine, constituet, juxta Instructionem ipsi transmissam à Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus negotiis de Propaganda Fide præpositis, qui quidem in bono, ac tranquillitate vestra curanda, & in removendis istinc scandalis, ac dissensionibus, solicitudini, quam de Vobis gerimus, per omnia conformari satagunt. Et Vobis Venerabiles Fratres, ac Dilecti Filii Apostolicam benedictionem peramanter impertimur.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum die xxxi. Januarii MDCCXI. Pontificatus nostri anno undecimo.

F. Oliverius.

Hinc inceperunt factiones, jurgia, & contentiones, quæ summa patientia, & dexteritate incompositus audivit Pater Guardianus, prævidens necessarias esse multas sessiones ad feliciter ultimandam commissionem. Factis inde aliis congressibus, laudata Fide, obedientia, & respectu totius nationis erga Sanctam Sedem Apostolicam Romanam, se accinxit ad demonstrandam injuriam illi illatam ab ipsis, deponendo Patriarcham Jacobum, non servato Judicii Ecclesiastici ordine, & inconsulta ipsa Sancta Sede, a qua, post primam eorum electionem, fuerat confirmatus. Efficacibus argumentis convicti contumaciores omnes, qui in illo conciliabulo supradictæ depositioni consenserant, doluerunt de excessu, & paulatim P. Laurentius illos reduxit ad veniam petendam, promittens cum aliqua salutari pœnitentia absolutorum eos à quibuscumque censuris, dum tamen declararent nullum in omnibus partibus actum depositionis Patriarchæ Jacobi. Hinc appositè crimina objecta Patriarchæ sine forma judicii resolvit, demonstrando per attestationes, & convincendo per rationes eos, qui fuerant contradictores, scilicet, quod delicta non erant probata, vel solùm ex auditu propalata; adeout paucis diebus reintegraverit innocentiam Patriarchæ Jacobi, illumque suæ Sedi Patriarchali restituerit. Absolutis pro coronide à censuris, data pœnitentia salutari reis, declarata sunt nulla acta illius conciliabuli, & tali pacto ad pristinam quietem natio Maronitarum fuit redacta.

Summus Pontifex Clem. XI. cui notum erat de tot laboribus, & felici exitu reintegrationis Patriarchæ Jacobi, pro levamine, & præmio P. Laurentii ipsum declaravit Discretum perpetuum Ordinis, & inter ex Comm. Gen. annumeravit.

Di-

Dilecto Filio Laurentio à S. Laurentio Fratri expressè professo Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum, necnon Conventus dicti Ordinis in Civitate Jerosolymitana Custodi.

CLEMENS PAPA XI.

Dilecte Fili Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

ORthodoxæ Religionis Zelus, Vitæ, ac morum honestas, aliaque laudabilia pietatis, doctrinæ, prudentiæ, aliarumque virtutum merita, super quibus apud Nos fide digno commendaria Testimonio, Nos inducunt, ut Te specialis favore gratiæ libenter prosequamur, Cùm itaque, sicut accepimus, Tu, qui Frater expressè professus Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum, ac Conventus dicti Ordinis in Civitate Hierosolymitana Custos existis, magnos labores, ac molestias pro Sedis Apostolicæ, & Congregationis Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis propagandæ fidei præpositæ servitio, etiam cum tuæ vitæ periculo pertuleris; Hinc est, quod Nos Tibi in ejusmodi laborum tuorum levamen, ac præmium, Pontificiæ nostræ largitatis argumentum aliquod præbere, Teque specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existis ad effectum præsentium duntaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes supplicationibus memoratæ, Congregationis Cardinalium Nobis apud hoc humiliter porrectis benignè inclinati, ac etiam motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, Tibi ut Voto perpetuo, aliisque omnibus, & singulis juribus, privilegiis, prærogativis, præeminentiis, præcedentiis, antelationibus, exemptionibus, gratiis, & indultis, quibus Fratres Ordinis prædicti, qui triennii spatio Commissarii Generalis Familiæ Cismontanæ ejusdem Ordinis munere functi fuerunt, tam de jure, usu, & consuetudine, quàm alias quomodolibet utuntur, fruuntur, & gaudent, ac uti, frui, & gaudere possunt, & poterunt in futurum, pari modo, & absque ulla prorsus differentia, uti, frui, & gaudere liberè, & licitè possis, & valeas in omnibus, & per omnia, perinde, ac si Commissarii Generalis hujusmodi munere per triennium functus fuisses, authoritate Apostolica tenore præsentium concedimus, & indulgemus. Decernentes easdem præsentes literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac Tibi in omnibus, & per omnia plenissimè suffragari; sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac dicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus, Privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice duntaxat specialiter, & expresse derogamus, cœterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, Die VIII. Martii MDCCXIV. Pontificatus Nostri Anno Quartodecimo.

F. Oliverius.

Post hunc collatum honorem non cessavit à laboribus pro S. Sede prædictus P. Laurentius; nam æqualis meriti, & applicationis fuit abjuratio hæresum, & Schismatis, quæ vel per se, vel per Religiosos S. Custodiæ his fermè Annis facta fuit à Patriarcha Alexandrino Samuele. Ejus perfecta notitia habebitur ex actibus concistorialibus hic apponendis.

Acta Consistorii habiti die 28. Aprilis MDCCXIII. In quo Sanctissimus Dominus Noster Clemens XI. Pontif. Max. Religiosum Virum Joannem Josephum Mazet Venerabilis Patris Samuelis Patriarchæ Alexandrini ad Orthodoxam Romanam Ecclesiam, abjurato Schismate, reversi Procuratorem solemni ritu excepit.

In Consistorio habito in Aula consueta Vaticana Feria Sexta Die 28. Aprilis 1713.

CUm aliquot ante dies venisset ad Urbem Religiosus Vir Joannes Joseph Mazet Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum Professor, à Venerabili Viro Samuele Capasulis Patriarcha Alexandrino Ritus Græci missus, ac Procurator ad infrascripta specialiter constitutus, literasque attulisset ejusdem Patriarchæ Græco idiomate conscriptas, quibus ille Sanctissimo Patri significabat, se Divino illustratum lumine vetus Græcorum schisma, ejusque errores ejurasse, ac Orthodoxæ fidei professionem emisisse, transmissis ea de re opportunis documentis; Eundem propterea summum Pontificem, quem ut verum Beati Petri successorem agnoscebat, humiliter obsecrans, ut suum Alexandrinæ Ecclesiæ Præsulatum Apostolica authoritate confirmaret, eique Pallium mittere dignaretur; attributa demum antedicto Mazet plena facultate supplendi quicquid à se omissum fuisset, suoque nomine agendi ea omnia, quæ in præmissis necessaria, ac opportuna Sanctitati S. visa fuissent; idem Sanctissimus Pater, ne quid in re tanti momenti, nisi, qua par erat, maturitate, ac seria adhibita consultatione decerneret, scripta, & postulata memorati Patriarchæ discutienda commisit, primum quidem Congregationi DD. S. R. E. Cardinalium negotiis Propagandæ Fidei præpositorum, subinde verò Particulari Congregationi nonnullorum ejusdem S. R. E. Cardinalium, & aliquot Romanæ Curiæ Prælatorum, ac Theologorum à Sanctitate S. specialiter ad id deputatorum, quos ipsamet Sanctitas S. coram se de hac re disserentes audire voluit: Illorum itaque sententiis auditis, nec non auditis pariter, & sane pluries, Sa-

cra-

etarum Cœremoniarum Magistris, ac iis omnibus, quæ ad actionem ritè, & ordine, ac prorsus ex dignitate Sanctæ Sedis Apostolicæ perficiendam conducere visa sunt, sedulo expensis, dispositis, & constitutis, Sua Sanctitas Consistorio indixit, in quod hac ipsa die habitum, ab uno ex DD. Cœremoniarum Magistris, antequam fores de more clauderentur, introductus fuit R. P. D. Prosper de Lambertinis utriusque Signaturæ Referendarius, Sanctitatis Suæ Prælatus Domesticus, & Advocatus Consistorialis, simulque introducti etiam fuere prædictus Joseph Joannes Mazet Patriarchæ Alexandrini Procurator, necnon duo Monachi Ordinis Sancti Basilii ritus Græci, qui ab eodem Patriarcha pariter ablegati fuerant, illius literas, aliaque documenta ab eo transmissa elevatis manibus deferentes, à pluribus Græcis, qui in eorum Comitatu erant, associati.

Quibus omnibus, necnon Prælatis, & Nobilibus plurimis, qui frequentissimi aderant, ac signanter Episcopis, quos Pontificii solii Assistentes nuncupant, & Prothonotariis Apostolicis præsentibus, dictus R. P. D. Lambertinus, è regione Pontificiæ Sedis constitutus, flexis genibus Sanctitatem Suam ita allocutus est.

Beatissime Pater

PLacuit Divinæ Bonitati, dissipato muro, qui Alexandrinam Ecclesiam ab hac Apostolica Sede dividebat, utraque errorum caligine sublata, Venerabilem Virum Samuelem Capasulis Patriarcham Alexandrinum Græci Ritus in admirabile lumen suum vocare, eique viam salutis ostendere, ut ad suam, & omnium Fidelium Matrem Romanam Ecclesiam rediret, ac Sanctitatem Vestram, uti verum Jesu Christi in Terris Vicarium, totiusque Christiani Populi communem Patrem, & Pastorem, libero non minus ore, quàm sincero corde fateretur, & crederet. Faustissimum hujus rei Nuncium ad pedes Sanctitatis Vestræ provolutus humillimè defert Religiosus Vir Joannes Joseph Mazet Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum Professor, ab eodem Samuele Patriarcha Procurator specialiter ad hæc constitutus; Nec sane dubitat, gaudium, quod indè sumet uberrimum Sanctitas Vestra, ad instar illius gaudii, quod Christus Dominus majus esse dixit in Cœlo, & coram Angelis Dei super uno peccatore pœnitentiam agente, quam super nonaginta novem Justis, qui non indigent pœnitentia, completum undique fore, & cumulatum. Summa proinde animi sui demissione flagitat idem Procurator, ut prædicti Samuelis Patriarchæ litteræ, & alia, quæ illis attulit, totius ab eo peractæ rei documenta benignè excipiantur, & perlegantur.

Subinde memoratus Joannes Joseph Mazet acceptas a duobus Monachis supradictis Patriarchæ Alexandrini litteras, una cum aliis ab eo transmissis documentis, reverenter omnia obtulit Sanctitati Suæ, cujus jussu ejusmodi scripta D. Carolus Majella Vaticanæ Bibliothecæ Præfectus, seu primus Custos, stans inter scamnum DD. Cardinalium, & Sedem Pontificiam, conversus ad DD. Cardinales, ex ipso Græco idiomate, quo exarata erant, elata voce perlegit.

Mox R. P. D. Fabius Oliverius Secretarius Brevium Secretorum, loco R. P. D. Joannis Christophori Battelli Brevium Epistolarum ad Principes Secretarii, fluxioni pituitæ, vocisque raucedine impediti, alta itidem voce legit prius literas, ac subindè abjurationem prædicti Patriarchæ in Latinam linguam à memorato Domino Majella translatas, quarum tenor hic subjicietur.

Tenor literarum Patriarchæ Alexandrini

Beatissime, ac Sanctissime in Christo Pater, & Domine.

AD paternum amorem Vestræ Beatitudinis humiliter accurro, tanquam ad benignum meum Patrem, & Pastorem legitimum, & verum, Membrum enim ego etiam sum Universalis Corporis Christi in spiritu, legitimè, & canonice electus in Præsulatu Patriarchalis Cathedræ, secundum omnem constitutionem hujus nostræ Orientalis Ecclesiæ, ambulans, quemadmodum edoctus eram ab adolescientia mea, atque institutus à præfatæ Ecclesiæ Præsulibus, & Magistris, necnon Sancto meo seni, & Prædecessori meo Patriarchæ Domino Gerasimo Palladæ multos annos ministrans; non defuit unquam illius recta doctrina, simplicissimè tamen propter metum, aut infructuositatem. In Divina igitur misericordia me Doctrinam excipiente, tanquam dispofito, & paulum veritati addicto, divinus zelus augebatur, sed modus non suppetebat, donec magnus Deus, qui vult salutem omnium, judiciis suis ineffabilibus permisit, ut in afflictiones, intolerandas inciderem, & graves necessitates. Elapso enim a legitimo Patriarchatu octo mensium spatio, Cosmas quidam Episcopus Constantinopoli degens, contemptis legibus, & Canonibus Ecclesiasticis, insiluit, & numerata pecunia tyrannicæ Curiæ, quæ supra Nos est, nulla eorum, qui Ecclesiæ illius erant, habita ratione, ex templo solus Alexandriæ Patriarchs renunciatus est, & per potentiam Magistratus illic approbatur. Misi autem etiam huc graves literas, & homines idoneos, qui dominium exercerent, & me in exilium pellerent. Verum, qui hic erant, Christiani, quamquàm pauperrimi essent, inito consilio, constituerunt, ut Prævaricatorem nequaquàm admitterent. Cùm autem pecunia destituti essent, acceperunt vasa, & vestes Sacras, & vendentes tradiderunt Magistratibus, & irritos illius conatus effecerunt. Non autem hic substitit, etenim adversarius rursus per validiores vires nos oppugnabat. Cum verò nihil proficeret, huc se ipse personaliter contulit cum potentia novi Ducis, & rursus re infecta reversus est: Justus enim Deus. Remansit tamen hic Sanctissimus Thronus omninò desertus, & nudatus Ecclesiastico ornamento, & quod gravius est, constrictus remansit gravissimo ære alieno, supra triginta millium regalium Hispaniæ; Et quidem usura gravia est, & fœneratores alienigenæ; & Inimicus non cessavit adhuc fodere foveas in nos, & damna inferre, & valide oppugnare. Talis est nostra miseria, Beatissime Pater, quam confiteor, secundum Divinam permissionem. Enim verò usque adhuc adversabar cognitionem veritatis, quam tenet, docet, & prædicat Sancta Christi Catholica, & Apostolica Romana Ecclesia, sine qua veritate nemo salvus esse potest. Quamobrem salutis quoque meæ curam gerens magnus Deus, volensque de Schismate me liberare, tantas tribulationes me subire permisit, ut per ipsas rectam viam invenirem, quæ ducit ad Regnum Cœlorum, quam & inveni, eique gloriam cedo,

do, qui benefecit. Sic autem accidit. Miseria tribulationum oppressus, & omni undique spe destitutus, inaudivi quod Deus misisset huc in Ægyptum Reverendissimum Patrem Laurentium à Sancto Laurentio Custodem Sanctæ Hierusalem. Hunc convenire cupiebam, tum propter reverentiam, & bonam famam, tum propter consolationem, & narrationem salutaris desiderii mei. Cum autem ad eam voluptatem capiendam accessissem, inveni Virum Reverendum in omnes partes reverentia dignum, qui & cognovit tribulationes meas, & omni cum alacritate, ac pietate occepit me consolari, & ad lumen veritatis dirigere, & sanum membrum Sanctæ Catholicæ, & Apostolicæ Romanæ Ecclesiæ constituere, atque in hujus Sanctis, & vera Fide, rectorumque dogmatum confirmare in summa submissione, firmaque obedientia erga te Summum, Universalem, & verum Jesu Christi Vicarium, Pastorem Œcumenicum. Verum dictus Reverendissimus Pater Hierosolymam rediturus dedit mihi consolatorem, & Ductorem loco sui Adm. Reverendum Patrem Archangelum à Melita, qui mihi adest, tum per se ipsum, tum per discipulum quemdam suum Patrem Joannem Josephum Mazet Apostolicum Terræ Sanctæ Missionarium; ac veritatem ritè edoctus, constitutus, & exceptus sum in gratia Dei, & confiteor veram fidem, quam tenet Sancta, Catholica, & Apostolica Romana Ecclesia, & hujus Sanctissima, & Apostolica Cathedra; & horum dogmata adversans, ac omnes falsas contrarietates, contradictiones, & Schismata, neque committens paternis brachiis S. V. Agnoscens secundum antiquissimum S. Ecclesiæ morem, quod ad regimen hujus spiritualis navis per tot diversas graves, & vehementes procellas agitatæ, conveniat secundum præcepta fidei confiteri me, quod Patriarchæ, & omnes Archiepiscopi confirmari debeant à Sanctitate V. capite Universali S. Ecclesiæ, sine qua confirmatione non possumus verè pascere proprium Gregem in rectæ doctrinæ firmitate. Ad te igitur confugio Beatissime mi Pater, Præsidem meum, verum Successorem Beati Petri, cui Dominus noster Jesus Christus dixit: *Pasce Oves meas, & ego rogavi pro te, ut non deficiat fides tua; Et tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam veracem*, in tuis verbis scilicet, & tuis doctrinis, & *Portæ Inferi non prævalebunt ipsi*. Precor igitur, ut inveniam gratiam, & misericordiam apud Te, ut confirmes mihi Præsulatum, & mihi Pallium mittas. Ut autem Sanctitas V. certa remaneat de conscientia mea circa sanam doctrinam, mitto fidei meæ professionem, & abjurationem, quam feci contra omnes falsas doctrinas, & contradictiones, coram Rever. P. Joanne Josepho Mazet, quem elegi in Procuratorem meum, ut hæc sistat Sanctitati V. nomine meo, cum ea, quæ convenit, obedientia; Illi tribuens plenam facultatem, & potestatem, non solùm ad hæc confirmanda, & subscribenda, tanquàm vices meas tenendi, sed ad supplendum, si quid defuerit, & quemadmodum statuta fuerint, quæcumque placuerint Sanctitati V. & S. Fidei debito more perficiendum nomine meo. Certissimus equidem mihi sum, me ne minimum quidem recedere à sententiis, & præceptis Tuæ Beatitudinis, sed & perfectum me esse in tua Sanctissima intelligentia, & Catholica Doctrina, secundum quam ut verus magister totius Œcumenicæ Ecclesiæ, tenes, & doces. Utinam Sanctis tuis precibus non caream. Amen.

Datum in Ægypto in meo diversorio. Anno salutis MDCCXII. Mense Julio Indictionis quintæ. Culminis Vestri Beatissimi, & Sanctissimi.

Servus humilis, & in Christo Filius obsequentissimus.

Locus ✠ Sigilli.

Samuel Patriarcha Alexandriæ.

Circa Sigillum.

Samuel misericordia Dei Papa, & Patriarcha Magnæ Urbis Alexandriæ, & Judex Terræ.

Sigillum exhibet Imaginem S. Marci, circa quam legitur.

—— Sanctus Marcus.

Foris.

Ipsi Sanctissimæ Beatitudini.

Tenor abjurationis ejusdem Patriarchæ:

EGo Samuel Capasulis à Chio Filius Demetrii Capasulis Dei Misericordia Patriarcha Alexandriæ, per directionem Admodum Rev. P. Archangeli à Melita, & coram RR. PP. Ægidio à Lacunigro Vice-Præfecto Missionis in Ægypto, & Joanne Josepho Mazet Apostolicis Terræ Sanctæ Missionariis, & cum assensu PP. Min. cum iisdem existentium, habens coram me S. Evangelia, iisque proprias meas manus imponens, juro super ipsis, & ex corde credo, atque ore confiteor, illam Sanctam fidem Catholicam, & Apostolicam, quam S. R. E. credit, docet, confitetur, & servat; Et consequenter respuo, adversor, & execror omnes hæreses cujuscumque Sectæ erroneæ, & quorumcumque hæreticorum, qui S. Catholicæ, & Apostolicæ Romanæ Ecclesiæ adversantur.

Item juro quod credo, & confiteor corde, & ore, quod Spiritus Sanctus ex Patre, Filioque procedat, tanquam ex uno principio, uno spiratore, & una spiratione, & quod filius sit principium hypostasis Spiritus Sancti, quemadmodum & Pater, & quod hoc verbum (Filioque) licitè, & rationabiliter Niceno, & Constantinopolitano Symbolo sit appositum ab Occidentali Ecclesia, tamquam necessaria explicatio ad cohibendas hæreses, quæ tunc temporia vigebant: Et quod in pane triticeo, sive azimo, sive fermentato Sacramentum Eucharistiæ conficiatur, & quod Sacerdotes alterutrum consecrare oporteat, unumquemque secundum Ecclesiæ morem, sive Occidentalis, sive Orientalis. Et quod animæ vere pœnitentium, qui non plenè pro commissis, & omissis suis satisfecerunt, atque etenus in Dei charitate decesserunt, post mortem Purgatorii pœnis expientur; ad quas liberandas conducunt Vivorum Fidelium suffragia, Missarum scilicet Sacrificia, Orationes, & Eleemosynæ, atque alia misericordiæ opera, quæ a fidelibus, secundum Ecclesiæ traditionem, pro animabus illis fieri consueverunt; firmiter etiam affirmo, ac teneo, animas eorum, qui post susceptum Baptismum nullam peccati maculam incurrerunt, necnon eorum, qui post Baptismum in lethale peccatum lapsi sunt, sed expiati in Corporibus suis per pœnitentiam, aut extra corpus in Purgatorium, statim in Cœlestem gloriam recipi, Deumque trinum, & unum, ut est, clarè intueri. Animas autem decedentium in peccato mortali, sive actuali, sive solo originali, mox in Infernum descendere, ubi, pro ratione diversorum demeritorum, diversimodè puniuntur. Præterea Sancta, & Apostolica Romana Cathedra, atque eam tenens Pasto-

rum

rum Princeps, & Summus Sacerdos, Primatum habet super omnem Terram, atque hic est Successor Sancti Petri, primi, & Principis Apostolorum, verusque Vicarius Jesu Christi Domini Nostri, Caput totius in Christo Ecclesiæ, Dominus Noster, & Pater, & Magister omnium Christianorum, & quod ipsi in persona B. Petri data est plenissima potestas à Christo Domino Nostro pascendi, & regendi, & gubernandi Catholicam Ecclesiam.

Item juro, quod amplector, & veneror omnes Sanctas Synodos, quas recipit Sancta Catholica, & Apostolica Romana Ecclesia, & præcipuè duo Œcumenica Concilia Florentinum, & Tridentinum, & respuo, rejicio, & reprobo omnes falsas doctrinas veritati suprascripti Dogmatis repugnantes, & veræ fidei S. R. E. sine qua nemo salvari potest. Juro autem super his Sacris Evangeliis, quod nunquam consentiam, aut eligam admittere hæresim aliquam, aut amplecti dogma fidei contrarium Catholicæ, & Apostolicæ Romanæ Ecclesiæ, & veræ ipsius Fidei. Ita promitto, quod nunquam Hæreticorum libris fidem adhibebo, aut illos recipiam, sed reprobabo, & omnes pariter hæreses suprascriptæ veræ fidei contrarias rejicio, & execror. Hæc spondeo hodie coram Deo trino in Persona, & uno in natura, & in præsentia supradictorum Testium RR. PP. scilicet suprascriptorum. Anno salutis 1712. Mense Majo die 26. Fer. 2. secundum antiquum computum indict. 5. secundum novum verò die 6. Mensis Junii ejusdem anni. In diversorio dictorum PP. Missionariorum Apostolicorum Terræ Sanctæ in Ægypto.

Ego Samuel Capasulis à Chio filius Demetrii Sacerdotis Capasulis, Dei gratia Patriarcha Alexandriæ, liberè, & spontaneè exposui præsentem abjurationem hæresum Catholicæ Doctrinæ, & veræ Fidei oppositarum, quam nunc confiteor.

Ego F. Archangelus à Melita, Minoris Obser. & Superior apud Cairum veterem, per Terram Sanctam Missionarius Apostolicus præsentem abjurationem in manibus meis emissam recepi.

Ego Fr. Ægidius de Lacunigro, Pro-Præfectus Missionum in Terra Sancta in Ægypto, testor me præsentem adfuisse in emissione prædictæ abjurationis.

Ego F. Joannes Joseph Mazet, Missionarius Terræ Sanctæ præsens adfui prædictæ abjurationi.

Locus ✠ Sigilli.

Peracta ejusmodi recitatione R. P. D. Lambertinus suam Orationem, & supplicationem ita prosecutus fuit.

Beatissime Pater.

Audivit jam Sanctitas Vestra quid afferant literæ Patriarchæ Alexandrini; Audivit quid alia, quæ modò lecta sunt, contineant: Audivit Filium Matris ubera humiliter petentem, qui diu errans ab utero locutus fuerat falsa. Audire nunc Sanctitas Vestra non dedignabitur Orthodoxæ fidei professionem, quam ultra aliam, & sanè plenissimam ab eodem Patriarcha emissam, & Sanctitati Vestræ exhibitam, illius nomine mox emittet Religiosus hic Vir Joannes Joseph Mazet, speciali ad id suffultus mandato, juxta formam Græcis ad unitatem S. R. E. redeuntibus à Sede Apostolica præscriptam, solemni addita promissione, quod fidei professionem hujusmodi, juxta formam prædictam, idem Patriarcha ratam, & gratam habebit, & publicùm ritè confectæ ratificationis Instrumentum ad Sanctitatem Vestram, & hanc S. Apostolicam Sedem intra tempus competens omninò transmittet.

Surgens hic prædictus Joannes Joseph Mazet, ab uno ex dd. Cœremoniarum Magistris ante Pontificiam Sedem deductus fuit, ibique flexis genibus fidei professionem, juxta formulam Græcis ad unitatem S. R. E. redeuntibus à Sede Apostolica dudum præscriptam, ejusdem Patriarchæ nomine, solemniter emisit, seu potiùs renovavit, recitata alta voce eadem formula tenoris, qui sequitur, videlicet.

Ego F. Joannes Joseph Mazet Ordinis Min. Sancti Francisci de Obs. Procurator Venerabilis P. Samuelis Capasulis Patriarchæ Alexandrini Græci ritus, ad pedes Sanctitatis Vestræ constitutus, procuratorio nomine prædicti Samuelis Patriarchæ mei Principalis, infrascriptam Sanctæ Orthodoxæ fidei professionem, juxta formam Græcis ad unitatem S. R. E. redeuntibus à Sede Apostolica jam dudum præscriptam facturus, & emissurus, promitto pro eodem Samuele Patriarcha meo Principali, quod ipse illam ratam, & gratam habebit, ac suscipiet, & acceptabit, & intra tempus competens ratificabit, & emologabit, atque de novo juxta eandem formam de verbo ad verbum, Græco tamen idiomate, faciet, & emittet, ac sua manu subscriptam, & suo sigillo obsignatam ad Sanctitatem Vestram, & hanc S. Apostolicam Sedem transmittet. Sanctam igitur Catholicam fidem explicitè, & expressè profitendo, firma fide credo, & profiteor omnia, & singula, quæ continentur in Symbolo fidei, quo S. R. E. utitur, videlicet. Credo in unum Deum &c. reliqua ut in professione Orthodoxæ fidei à Græcis facienda jussu felic. recordat. Gregorii Papæ XIII. edita.

Hanc vero Catholicam Fidem, extra quam nemo salvus esse potest, quam in præsenti sponte profiteor, & veraciter teneo, eandem integram, & inviolatam, usque ad extremum vitæ spiritum, constantissime, Deo adjuvante, retinere, & confiteri, atque a meis subditis, vel illis, quorum cura ad me in munere meo spectabit, teneri, doceri, & prædicari, quantum in me erit, curaturum. Ego idem Fr. Joannes Joseph Mazet Procurator supradicti Venerabilis P. Samuelis Patriarchæ procuratorio illius nomine, ut supra, spondeo, voveo, ac juro. Sic me Deus adjuvet, & hæc Sancta Dei Evangelia.

Absoluta prædictæ formulæ recitatione, eaque propria manu subsignata, idem Joannes Joseph Mazet priorem locum repetiit; præfatus vero R. P. D. Lambertinus suam Orationem bis tandem verbis conclusit.

Beatissime Pater.

In literis Patriarchæ Alexandrini, aliisque actis, quæ nuper lecta fuerunt, præter hæresum, errorum, ac luctuosi Schismatis ab eo amplissime factam ejurationem, præter perpetuam, ac debitam obedientiam, & subjectionem Sanctitati Vestræ, atque huic Sanctæ Sedi plenissime præstitam, habetur etiam petitio, quæ, juxta veterem morem, ac Romani Cœremonialis præscriptum, non nisi in hoc loco, & ab

& ab aliquo ex Consistorialis Aulæ Advocatis exponi potest. Cum idcircò summa Sanctitatis Vestræ beneficentia sim inter illos adscitus, Majorum consuetudinis morem gerens, quæ supplex petit idem Patriarcha, paucis exponam.

Samuel itaque Capasulis Patriarcha Alexandrinus omni, quo par est, obsequio, animique tota submissione Pallium petit, quo è Sancti Petri Corpore sumitur, & in quo Pastoralis Officii plenitudo continetur. Non inani spe innititur fore, ut voti compos fiat, cum Alexandrina Ecclesia eximiæ hujus prærogativæ honorem non uno equidem nomine mereatur. In primis siquidem S. Marcus Evangelista Beatissimi Apostolorum Principis in Christo Filius, & ab eo Alexandriam missus, Ecclesiam illam fundavit, & rexit; Unde jure optimo eadem Ecclesia censenda est peculiaris hæreditas Beati Petri, qui per Filium suum, & ejus salutarem Evangelii prædicationem sibi eam comparavit. Illius porrò primi Christiani morum integritate, ac sanctis exemplis vitam adeo commendatam duxerunt, ut, Teste Divo Hieronymo, Philo Hebræus Essenorum mores penè Angelicos laudans, Alexandrinorum illius temporis virtutes omni ex parte spectatas indigitare voluerit, illarum vel admiratione ductus, vel Sanctitate permotus. Merita præterea Antistitum celebris illius Ecclesiæ id ipsum exigunt, nam ut nemo ferè ignorat, Alexandrini Patriarchæ plurimum elaborarunt, omnique ope, ac zelo contenderunt, ut turbæ, quas controversia de die, quo Pascha ritè celebraretur, inter Christianos excitaverat, componerentur. Præ cœteris autem, quod Ecclesiæ monumenta luculenter produnt, S. Athanasius in afferenda, ac propugnanda divina cum Patre Filii consubstantialitate, meritorum gloria emicuit, fidei causa quæque aspera, & acerba perpessus. His accedit, Alexandrinam Ecclesiam, post Romanam, primam fuisse, usque ad Lateranense Concilium sub Innocentio III. qui subladè ejusmodi honorem Ecclesiæ contulit Constantinopolitanæ. Ipse quoque Samuel Patriarcha eo, quod flagitat, Pallio se dignum præbet, quippe qui, ut ex ejus literis nuper audivimus, damnato Schismate, eique annexis erroribus ejuratis, ad Romanæ Ecclesiæ unitatem recipi, & admitti suppliciter petit, Sedique Apostolicæ se totum tradit, ac subjicit, sincera Orthodoxæ fidei professione, suam cum Catholica Ecclesia consentionem testatus, raro quidem exemplo, nec passim obvio. Hic quidem Samuel Patriarcha non adest: illius tamen adest nomine legitimus iste Apocrisarius, qui Patriarchæ Palli honorem supplex flagitat. Quod si in canonicis sanctionibus inter eos, quibus Pallii decus Apostolica Sedes conferre solet, Alexandrinus Patriarcha illustrem obtinet locum, honorifica, & speciali appellatione laudatus, & Sanctus Gregorius Pontifex Maximus Pallium dari pro antiqua Ecclesiæ consuetudine, cum petentium merita precibus non inane commendationis pondus adjiciunt, sua testatur authoritate, nihil planè obstare videtur, quod clementissimæ Sanctitatis Vestræ dignationi moram afferat, quin Oratoris precibus instanter, instantiùs, & instantissimè emissis indulgeat, ac vota consoletur. Ea potissimùm etiam de causa, quod sperare facile possumus Patriarcham hoc obstrictum, atque illectum beneficio ardentiùs enixurum, ut Populos Pastorali suæ curæ commissos, simulque Episcopos suæ jurisdictioni subjectos, quibus præivit exemplo, ad Ecclesiæ Romanæ obedientiam solicito zelo secum perducat.

Illicò Sanctissimus Pater ejusmodi orationi, ac petitioni in hæc verba respondit.

Benedictus Deus, & Pater Domini N. Jesu Christi Pater Misericordiarum, & Deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra. Inturns scilicet piissimus Dominus Catholicam Ecclesiam innumeris agitari turbinibus, faustissimo illam eventu, hoc est, humili, ac sincero ad eam reditu Venerabilis F. Samuelis Patriarchæ Alexandrini, lætificare voluit, eoque maximum angustiis nostris levamen afferre dignatus est. Non tamen in uno Patriarcha sistit lætitia nostra, Perpendentes enim eximiam illius pietatem, cujus tam praclarum accepimus hodie testimonium, nec non singularem, quam, ut Nobis innotuit, apud suas latè gentes existimationem obtinet, uberiorem in dies spiritualium gaudiorum messem expectamus; ad eam siquidem sequenda vestigia omnibus Græci ritus Populis, ac præsertim Episcopis, valido incitamento futurum Patriarchæ tam illustris exemplum summoperè confidimus. Plurimas propterea, ac debitas supremo bonorum omnium auctori gratias agimus, quod Alexandrinum Antistitem ad Beatissimi Apostolorum Principis, indignum licet, ac immerentem successorem, hoc est, Marcum ad Petrum, Discipulum ad Magistrum, Filium ad Patrem, iis propemodum diebus, quibus ipsius B. Marci, necnon Sanctiss. Alexandrini Episcopi Athanasii festa celebramus, quod certè non sine peculiari Divinæ Providentiæ consilio contigisse arbitramur, per ineffabilem divinæ suæ Bonitatis abundantiam, vocare voluerit: Felix inde omen accipientes, quod is, cujus perfecta sunt opera, Alexandrinæ Ecclesiæ Gregem universum Pastoris sui exemplo ad hanc Petram fidei confugere, ad hunc montem Domini ascendere similiter faciet, ut legem accipiat in Syon, & verbum Domini audiat in Hierusalem. Expansis interim Pontificiæ charitatis brachiis, magnaque cum animi nostri exultatione, unà cum istis Venerabilibus Fratribus nostris S. R. Ecclesiæ Cardinalibus, plenam, ac debitam ab eodem Patriarcha Alexandrino, tam per suas mox perlectas literas, quam per legitimum Procuratorem suum Nobis, & huic Sanctæ Sedi præstitam obedientiam, ac subjectionem libenter recipimus. Nostram illi vicissim, & ejusdem Sanctæ Sedis gratiam, benevolentiam, & patrocinium amantissime exhibentes. Petitæ insuper concessioni Pallii de Beati Petri Corpore sumpti, in quo est plenitudo Pontificalis Officii, eidem Samueli Patriarchæ, postquam Orthodoxæ fidei professionem ab ejus Procuratore hic renovatam, ratificaverit, ab illo, cui rem hanc delegabimus, jussu nostro tradendi, similiter annuimus; prævia tamen ipsius Samuelis Patriarchæ in utroque foro absolutione à Censuris, sententiis, & pœnis Ecclesiasticis quibuslibet, quas ipse propter Schisma, & hæreses, & errores, quos tenuit, & nuper ejuravit, quovia modo incurrit: prævia insuper cum eo dispensatione super irregularitate per ipsum præmissorum occasione quomodolibet contracta; ita ut illa, & iisdem præmissis minimè obstantibus, Clericali charactere, quo antea insignitus fuit, illiusque privilegiis uti, ac in omnibus etiam Sacris, & Presbyteratus Ordinibus autea pariter susceptis etiam in Altari ministerio ministrare, necnon Patriarchali Ecclesiæ Alexandrinæ, cui nunc præest, quoad vixerit, præesse, & munere consecrationis per eum etiam antea suscepto uti liberè, & licitè possit, & valeat. Ac demum prævia ejusdem Samuelis Patriarchæ ad hæc omnia, & singula, & aliàs ad quemcumque effectum adversus præmissa opportuna rehabilitatione. Reliquum

quam nunc est, ut Deum Optimum Maximum impensè rogemus, quatenùs opus, quod ipse operatus est, confirmare dignetur, illudque in unitate fidei, & vinculis charitatis latioribus in dies perficiat incrementis.

Finito Sanctissimi Patris responso, D. Nicolaus Jacobatius Sanctitatis Suæ, & Cameræ Apostolicæ Procurator Generalis ad RR. PP. DD. Prothonotarios, & Notarios Apostolicos ibi præsentes conversus, eos in hunc modum interpellavit.

Ego Nicolaus Jacobatius Sanctissimi Domini Nostri, & Cameræ Apostolicæ Procurator Generalis rogo vos omnes Prothonotarios, & Notarios Apostolicos hic præsentes, ut de delatione, ac præsentatione eidem Sanctissimo Domino Nostro facta per Fratrem Joannem Joseph Mazet Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum literarum Venerabilis Patris Samuelis Capasulis Patriarchæ Alexandrini Græci ritus, continentium omnimodam obedientiam, ac subjectionem, quam idem Patriarcha præstat, & exhibet Sanctitati Suæ, & Sanctæ huic Sedi Apostolicæ, nec non authentici documenti ejurationis à prædicto Patriarcha factæ Schismatis, & quorumcumque errorum, in quibus priùs versabatur, ipsarumque literarum, & ejurationis lectione: ac insuper de professione fidei à præfato Fratre Joanne Josepho procuratorio nomine ejusdem Patriarchæ, juxta formam Græcis ad unitatem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ redeuntibus à Sede Apostolica præscriptam, in manibus Sanctitatis Suæ solemniter emissa; ac demum de petitione Pallii de Corpore Beati Petri sumpti pro prædicto Patriarcha facta, decretoque super illius concessione à Sanctitate Sua benignè edito, unum, seu plura, publicum, seu publica conficiatis Instrumentum, vel Instrumenta ad perpetuam rei memoriam.

Tunc demum Rever. Pat. Dominus Prosper Columna Prothonotarius Apostolicus antiquior, non tam ad RR. PP. DD. Referendarios, quàm ad cæteros omnes ibidem præsentes conversus, eos actorum hujusmodi Testes adhibuit his verbis:

Vobis Testibus.

Pallium, quod Pontifex decreverat pro Patriarcha Alexandrino Samuele commisit, ut servatis conditionibus in Breve insertis, illi traderet idem Pater Laurentius à Sancto Laurentio. Breve autem fuit hoc.

Dilecto Filio Laurentio à Sancto Laurentio Fratri expressè professo Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum, nec non Conventus dicti Ordinis in Civitate Hierosolymitana Custodi.

CLEMENS PAPA XI.

Dilecte Fili salutem, & Apostolicam benedictionem.

Cum Nos nuper receptis Venerab. Filii Samuelis Patriarchæ Alexandrini literis, quibus se Divino illustratum lumine vetus Græcorum schisma, ejusque errores amplissimè ejurasse, nec non Orthodoxæ fidei professionem liberè, non minus ore, quàm sincero corde emisisse, opportunis ea de re ad Nos transmissis documentis, ad Apostolatus Nostri notitiam detulerat: plenam, ac debitam ab eodem Samuele Patriarcha, tam per suas literas prædictas, quàm per dilectum filium Joannem Josephum Mazet Fratrem expressè professum Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantiam nuncupatorum ejus Nuncium Nobis, & huic S. Sedi præstitam obedientiam, magna cum animi nostri exultatione, unà cum Venerabilibus Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus in Consistorio nostro congregatis exceperimus; Cumque ipse eodem Consistorio dictus Joannes Josephus legitimo ad id suffultus mandato, Orthodoxæ fidei professionem hujusmodi, juxta formam Græcis ad unitatem S. R. E. prædictæ redeuntibus à Sede Apostolica præscriptam, ultra aliam à memorato Samuele Patriarcha, sicut præmittitur, emissam, in manibus nostris iterum emiserit, addita promissione, quod ipse Samuel Patriarcha illam gratam habebit, & suscipiet, & intrà tempus competens ratificabit, & emologabit, ac de novo, juxtà eamdem formam, de verbo ad verbum, Græco tamen idiomate faciet, & emittet, ac sua manu subscriptam ad Nos, & eamdem Sedem transmittet; insimul verò pro parte dicti Samuelis Patriarchæ per prædictum Joannem Josephum ejus Nuncium fuerit Nobis humiliter supplicatum, ut statui suo in præmissis opportune providere, necnon ea, qua decuit, instantia postulatum fuerit, ut Pallium, insigne scilicet plenitudinis Pontificalis officii ipsi Samueli Patriarchæ tradere, atque assignare de benignitate Apostolica dignaremur. Nos hujusmodi supplicationibus ut infrà annuere, ipsumque Pallium de Corpore Beati Petri sumptum à Te ipsi Samueli Patriarchæ assignandum, per prædictum ejus Nuncium ad Te perferendum duximus. Tibi itaque per præsentes committimus, & mandamus, ut per Te ipsum, vel aliam personam Ecclesiasticam, Communionem S. R. E. habentem, à Te deputandam, eumdem Samuelem Patriarcham, si, & postquam Orthodoxæ fidei professionem à prædicto Joanne Josepho ejus Nuncio coram Nobis emissam ratificaverit, illamque, juxtà eamdem formam, Græco tamen idiomate, de novo emiserit, ut præfertur, ac sua manu subscriptam ad Nos transmittendam consignaverit, à Censuris, sententiis, & pœnis Ecclesiasticis quibuslibet, quas propter schisma, hæreses, & errores, quos aliàs tenuit, & nuper ejuravit, quovis modo incurrit, auctoritate nostra Apostolica in utroque foro absolvas in forma Ecclesiæ consueta; nec non cum illo super irregularitate per eum præmissorum occasione quomodolibet contracta, itaut illa & iisdem præmissis minimo obstantibus Clericali charactere, quo antea insignitus fuit, illiusque privilegiis uti, ac in omnibus etiam sacris, & Presbyteratus Ordinibus antea pariter susceptis, etiam in Altaris ministerio ministrare, necnon Patriarchali Ecclesiæ Alexandrinæ, cui nunc præest, quoad vixerit, præesse, & munere consecrationis per eum etiam antea suscepto uti librere, ac licite possit, & valeat, auctoritate prædicta in utroque pariter foro dispenses, omnemque inhabilitatis maculam, sive notam contra eum ex præmissis quomodolibet consurgentem, seu resultantem ab illo penitus, & omnino abstergas, & aboleas, ipsumque Samuelem Patriarcham ad hæc omnia, & singula, & alias ad quæmcumque effectum adversus præmissa opportune rehabilites. His vero peractis, eidem Samueli Patriarchæ Pallium suprascriptum similiter per Te ipsum, vel eamdem, aut aliam personam Ecclesiasticam, similem communionem habentem, a Te pariter deputandam assignes, juxta unam, ac ab eo juxta alteram formas præsentibus annotatas, nostro, & Romanæ Ecclesiæ nomine fideli-

tatis

tatis debitæ solitum recipias juramentum, & formam juramenti hujusmodi, quod ipse Samuel Patriarcha præstabit, Nobis de verbo ad verbum per suas patentes literas, suo sigillo munitas per proprium Nuncium quantocitius destinare procures. Cœterum prædictum Samuelem Patriarcham moneri a Te volumus, ut pallio hujusmodi caute, & prudenter intra Ecclesiam suam Alexandrinam illis diebus duntaxat utatur, qui expressi in ejusdem Ecclesiæ Alexandrinæ privilegiis continentur. Præterea ut signum non discrepet a signato, sed quod illa exterius gerit, interius servet in mente, eumdem Samuelem Patriarcham attente horteris, quatenus humilitatem, & justitiam, dante Deo, qui dat præmia, & largitur munera, observare studeat, quæ summæ servant, & promovent servatorem, ac dictam Ecclesiam Alexandrinam sponsam suam curet solicite auctore Domino spiritualiter, & temporaliter augmentare. Forma autem, qua in assignatione Pallii ipsi Samueli Patriarchæ facienda uteris, hæc est, *Ad honorem Dei Omnipotentis, & B. Mariæ semper Virginis, ac Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, & D. N. Clementis Papæ XI. ac S. R. E. nec non Ecclesiæ Patriarchalis Alexandrinæ Tibi commissæ, tradimus Tibi Pallium de corpore B. Petri sumptum, in quo est plenitudo Pontificalis officii, cum Patriarchalis nominis appellatione, ut eo utaris intra Ecclesiam tuam, certis diebus, qui exprimuntur in Privilegiis ei ab Apostolica Sede concessis.* Forma vero Juramenti, quod memoratus Samuel Patriarcha, græcu tamen idiomate, præstare debebit, talis est. *Ego Samuel Patriarcha Alexandrinus ab hac hora in antea fidelis, & obediens ero B. Petro Apostolo, Sanctæque Apostolicæ Romanæ Ecclesiæ, & D. N. D. Clementi XI. suisque successoribus &c. (Inseratur prout in Pontificali.)* Datum in Arce Gandulphi Albanen. Diœcesis &c. 20. Junii 1713. anno 13.

Pro Samuele Patriarcha Alexandrino.

Missio Pallii eidem Patriarchæ, postquam orthodoxæ fidei professionem ab ejus Procuratore, juxta formam Græcis ad unitatem S. R. E. redeuntibus à Sede Apostolica præscriptam, nuper in Urbe emissam ratificaverit, per Laurentium a S. Laurentio Fratrem expresse professum Ordinis Min. S. Francisci de Observ. nuncupatorum, & Conventus ejusdem Ordinis in Civitate Hierosolymitana Custodem, sub forma solita assignandi, prævia tamen ipsius Patriarchæ in utroque foro absolutione, ei a dicto Laurentio per se, vel per alium concedenda, a Censuris, quas ille incurrit ob schisma, & errores, quos alias tenuit, & novissime ejuravit, necnon dispensatione super irregularitate inde contracta, & opportuna rehabilitatione, quæ omnia committuntur eidem Fratri Laurentio.

Ratificata professione Fidei, juxta formam Græcis ad unitatem S. R. E. redeuntibus à Sede Apostolica præscriptam; abjuratis denuo hæresibus, & Schismate; absolutione ab omnibus censuris, & irregularitatibus concessa; recepto juramento fidelitatis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ; rogatis de omnibus istis publicis instrumentis per literas sigillo Patriarchæ munitas, solemniter dedit ipsi Pallium cum cautelis, & protestationibus in Brevi Apostolico descriptis. Omnes hos actus subinde misit per Nuntium Romam Summo Pontifici, & Eminent. Card. adeoque fuerunt omnia approbata, ut per subsequens Decretum S. Congregationis constat, & per Epistolam datam eodem die ejusdem Anni significatum fuit ipsi P. Laurentio.

DECRETUM.

Sacræ Congregationis Generalis de Propaganda Fide habitæ die 12. Novembris 1714.

Referente R. P. D. Silvio de Cavaleriis Archiepiscopo Athenarum secretario gravissima quæque negocia Patri Laurentio a S. Laurentio Ordinis Min. Obs. S. Francisci, Guardiano Sacri Montis Syon, a S. Sede, & Sacra Congregatione commissa, præcipue vero quæ DD. Patriarchas Græcum Alexandrinum, & Antiochenum nationis Maronitarum respiciunt, ejusdem P. Guardiani opera, studio, cura, labore, atque prudentia bene, ac laudabiliter confecta esse, atque composita, Em. Patres, SS. D. N. approbante, censuerunt, eumdem P. Laurentium de eadem Sancta Sede optime meritum, ne valetudo ejus tot laboribus, atque incommodis tam in Visitatione S. Custodiæ, quam in ejusmodi negotiorum expeditione acceptis, satis imminuta, majus aliquod ex ulteriori in ea regione mora detrimentum patiatur, a S. Congregatione ad Urbem esse revocandum, licet etiam prorogatum sibi gubernii triennium nondum compleverit. Dat. Romæ die, & anno quibus supra.

Joseph Card. Sacripantes Præfectus

S. Archiepiscopus Athenarum Secret.

Ad consonantiam decreti S. Congregatio scripsit Rmo P. Biezma totius Ordinis Generali, commendando summopere P. Laurentium, maxime propter reintegrationem Patriarchæ Maronitarum, & reductionem ad Fidem Catholicam Romanam Patriarchæ Alexandrini, & illi imperavit, ut provideret de alio Guardiano pro Terra Sancta, cum S. Congregat. P. Laurentium revocasset Romam, tum ut saluti illius multum in illo Climate periclitanti indulgeret; & ut verbo multas illarum partium Orientalium notitias exhiberet, quas S. Congregatio habere ab ipso peroptabat. Omnia hæc adamussim exequuta fuerunt reverso P. Laurentio cum applausu Romam ad pristinam quietem.

NUCERINA

Paganorum Quartæ Canonicæ.

An pro Legatis relictis pro Missis debeatur quarta, seu portio Canonica Episcopo. Proposita Causa in Sacra Congregatione Concilii, die 13. Januarii 1714. Inter PP. Capuccinos, & Reverendissimum Episcopum Nucerinum, fuit resoluta. Negativè, & Amplius.

Confirmatur Decretum Congregationis Episcoporum, & Regularium de primatu inter Clericos, & Laicos, horumque titulo pro Provincia Bætica Ordinis Minorum de Observantia.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

EManavit nuper a Congregatione Ven. Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Ep. & Reg. præposita in causa prætensæ consuetudinis præcedentiæ inter dilectos filios Clericos Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia Provinciæ Bæticæ ex una, & Fratres Laicos ejusdem Provinciæ ex altera partibus vertenta, Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet. In Causa prætensæ consuetudinis Præcedentiæ vertente inter Fratres Clericos Ordinis de Observantia Provinciæ Andalusiæ ex una, & Fratres Laicos ejusdem Provinciæ ex altera, de, & super infrascriptis Dubiis, nempe. 1. An Fratres Laici Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia Provinciæ Bæticæ tam Conventuum de Observantia, quam Recollectorum præcedere debeant Fratres Clericos non in sacris constitutos, quamvis Choristæ sint receptione Juniores, & Laici sint receptione antiquiores? 2. An Fratres Laici denominari debeant Patres, & titulo Reverentiæ frui, prout denominantur, & fruuntur Sacerdotes ejusdem Ordinis, & Provinciæ, vel potiùs contenti esse debeant titulo charitatis, sicut Clerici, seu Choristæ ejusdem Ordinis? 3. An sit imponendum perpetuum silentium in casu &c. Sacra Congregatio Eminentissimorum, & Reverendissimorum S. R. E. Card. negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, referente Eminentissimo S. Priscæ, Procuratore dumtaxat Fratrum Clericorum informante, ac altero Fratrum Laicorum, licet pluries intimato, informare recusante, & dilationem petente, ad suprascripta Dubia infrascriptum in modum respondendum censuit. Ad primum negative. Ad secundum negative quoad primam partem, & affirmative quoad secundam. Ad tertium affirmative, & amplius hujusmodi causa non proponi mandavit, prout præsentis decreti vigore amplius non proponi mandat, & præcipit. Romæ 31. Augusti 1714. oblatis subinde precibus Sanctissimo Domino Nostro ex parte Laicorum supplicantium pro suspensione Brevis confirmatorii prædictorum Decretorum editi 31. Augusti proximi præteriti, & pro nova audientia, iisque per Sanctitatem Suam ad eumdem Eminentissimum S. Priscæ Ponentem remissis pro relatione precum in prima proxima Congregatione, & per Eminentiam suam relatis in Congregatione habita sub dicto die 28. Septembris dicti anni, eadem Sacra Congregatio decrevit consulendum Sanctissimo pro expeditione Brevis, & die 29. dicti Mensis, facta per me infrascriptum Secretarium de præmissis relatione Sanctissimo Domino Nostro in solita audientia, Sanctitas Sua jussit expediri Breve, non obstantibus &c.

Card. de Abdua.

F. Arch. Nicænus Secretarius.

§. 1. Cum autem, sicut dilectus pariter filius Dominicus a Jesu Maria prædicti Ordinis Fratrum de Observantia professus, & Provinciæ Bæticæ Procurator Nobis subinde exponi fecit, ipse Decretum hujusmodi, quo firmius subsistat, Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri summopere desideret. Nos ipsum Dominicum specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præinsertum auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus; salva tamen semper in præmissis auctoritate memoratæ Congregationis Cardinalium.

§. 2. Decernentes easdem præsentes litteras firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissimè suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari: sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac, quatenus opus sit, Provinciæ, & Ordinis hujusmodi, etiam juramento, Confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis, quoque, Indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 4. Volumus autem, ut præsentium transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique locorum tam in judicio, quam extra illud habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 6. Octobris 1714. Pontificatus Nostri Anno Decimo quarto.

Confirmatur Decretum Congr. Episc., & Reg. super associatione Cadaverum ad Ecclesias Regularium pro Provincia Sancti Joannis Baptistæ Ordinis Fratrum Prædicatorum in Regno Peruano, contra Parochos, & Clerum Secularem.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

NUper pro parte dilecti filii Bernardini Solorzani Procuratoris Generalis Provinciæ Sancti Joannis Baptistæ Ordinis Prædicatorum Regni Peruani in Indiis Occidentalibus Congregationi Ven. Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositæ exposito, quod alias prædicta Congregatio die 7. Decembris 1640. instante tunc exi-

existente Commissario Curiæ Fratrum Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum, declaraverat, Parochos, & Presbyteros Terræ de Lanretano, ac alios Diœcesanos Brundusin. accipere non posse majorem eleemosynam pro Defunctis, qui in Ecclesiis dictorum Fratrum sepeliebantur, quam accipiebant pro iis, qui in Ecclesiis dictorum Parochorum, & Presbyterorum Secularium. Similiter die 31. Augusti anni 1658. instantibus Fratribus Prov. Dalmatiæ ejusdem Ordinis decreverat, functiones Generales super Cadaveribus Defunctorum, quæ itidem sepeliebantur in Ecclesiis Regularium, postquam ipsa Cadavera ad Ecclesias ipsorum Regularium pervenissent, ad eosdem Regulares, non autem ad Parochos pertinere, eodemque modo die 16. Decembris 1669. pariter declaraverat super controversiis, quæ inter Parochos Civitatis Placentiæ, & Monachos Monasterii S. Xisti Cong. Cassinen. Ordinis S. Benedicti, occasione funerum, exortæ fuerant, prout statuerat, & decreverat die 27. Decembris 1678. ad instantiam tunc existentis Procuratoris Generalis eorumdem Fratrum S. Francisci, Parochia, qui associabant Cadavera Defunctorum, quæ in Ecclesiis Regularibus pariter sepeliebantur, non licere ea occasione ingredi Ecclesias Regularium, sed a januis ipsorum Ecclesiarum dimittere debere cadavera hujusmodi, & solum posse benedicere, & dare ultimum vale; officia vero, & alia munia, quæ in similibus fieri solebant, a Regularibus, non autem a Parochis fieri debere. His vero non obstantibus, cum Parochi in partibus Hispaniarum, & Indiarum aliter in Ecclesiis Presbyterorum, seu Clericorum Regularium Societatis Jesu, in grave præjudicium prætenderent, tunc pariter existens Procurator Generalis earumdem Hispaniarum, & Indiarum ejusdem Societatis memoratæ Congregationi tunc existentium ejusdem S. R. E. Card. die 6. Maii 1678. supplicaverat, ut ad removenda omnia, & quæcumque scandala benigne declararet, supradicta omnia Decreta, & declarationes ad unguem in Ecclesiis suarum Domorum, & Collegiorum servanda fore, ac si ad ipsius Societatis instantiam emanassent; dicta vero Congregatio Cardinalium indulserat decernendo, dandas esse prædictas declarationes aliis editas, easque in dictis Ecclesiis Societatis omnino servandas esse, ejusque Decretum postmodum per fel. rec. Clementem PP. X. Prædecessorem nostrum per quasdam suas in simili forma Brevis expeditas literas confirmatum, ac pro earumdem literarum, ac pro Decreti hujusmodi executione Monitorium a tunc etiam existente Causarum Curiæ Cam. Apost. Gen. Auditore expeditum fuerat. Et in eadem expositione subjuncto, quod dilecti filii Parochi ejusdem Regni Peruani in prædictis Indiis prætensiones dictis Decretis, & resolutionibus contrarias, & appositas habebant in Ecclesiis Domorum, & Conventuum dictæ Provinciæ S. Joannis Baptistæ, & signanter Oppidi de Potosi, & Civitatis de Cuquisache respective nuncupat. nempe exigendi majorem eleemosynam pro Defunctis, qui in Ecclesiis Parochorum, & Presbyterorum Secularium ibidem sepeliebantur, ac rursus peragendi super ipsos functiones generales super Defunctorum Cadaveribus, quæ in eorumdem Fratrum Ecclesiis tumulabantur, postquam ipsa cadavera ad eorum Ecclesias, occasione dictorum funerum, & aliorum similium, ideoque ad removenda scandala, assiduasque discordias, quæ in dies oriebantur, pro parte ejusdem Bernardini Procuratoris Generalis eidem Cong. Card. supplicato, ut super præmissis in omnibus, & singulis Eccl. supradictæ suæ Provinciæ, eodem modo, quo ad favorem eorumdem Presbyterorum, seu Clericorum Societatis prædictæ in partibus Hispaniarum, & Indiarum provisum fuerat, ut præfertur, provideret, Decretaque ad eorum, & aliorum favorem edita ad dictas Ecclesias memoratæ Provinciæ S. Joannis Baptistæ, & signanter Oppidi de Potosi, & Civitatis de Cuquisache Provinciæ, & Ordinis hujusmodi in posterum eadem forma exacte, ac si ad eorumdem Fratrum Prædicatorum Provinciæ, Oppidi, & Civitatis prædictorum favorem emanassent, extendi, ac observari, ac executioni demandari præciperet.

Emanavit ab eadem Congregatione Cardinalium Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet — Sacra Congregatio Eminentissimorum, & Reverendissimorum S. R. E. Card. negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, attentis narratis, ac referente Eminentissimo S. Priscæ, censuit, ac decrevit danda esse Decreta alias edita, & signanter illud emanatum sub die 6. Maii 1678. ad instantiam D. Alonsi de Alarcon Procuratoris Generalis Hispaniarum, & Indiarum Societatis Jesu, videlicet, Sacra &c. Oratoris precibus benigne indulgens, censuit dandas esse petitas declarationes sæpe alias editas, easque etiam in prænarratis Ecclesiis Societatis esse observandas, nimirum, Parochis in associatione, sive occasione associationis cadaverum, non licere ingredi Ecclesias Regularium, sed teneri dimittere eadem cadavera ad januam Ecclesiarum, ibique solum posse benedicere, & dare ultimum vale. Officia vero, & alia munia, quæ in hujusmodi ministeriis adhiberi solent, ab ipsis Regularibus peragi debere, non autem a Parochis. Episcopos, seu Ordinarios locorum permittere non debere, ut Parochi, aliique de Clero sæculari, majorem eleemosynam sibi attribui faciant ab hæredibus Defunctorum, qui in Ecclesiis Regularium Sepulturam sibi elegerint, quam percipere possent, si in Parochiali, seu alia ipsius Cleri secularis Ecclesia sepeliri voluissent. Functiones Funeralium super Cadavera Defunctorum, quæ in Ecclesiis Regularium contingit sepeliri, postquam ad easdem Ecclesias pervenerint, ad ipsos Regulares, non ad Parochos pertinere. Contrariis quibuscumque circa supra scripta omnia minime obstantibus. Romæ 24. Aprilis 1716.

F. Card. de Abdua Arch. Damascenus Secretarius

§. 1. Cum autem, sicut dictus Bernardinus Procurator Generalis Nobis subinde exponi fecit, ipse Decretum hujusmodi, quo firmius subsistat, & servetur exactius, Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri summopere desideret. Nos ipsius Bernardini Procuratoris Generalis votis hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, à jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præinsertum auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, salva tamen semper in præmissis auctoritate præfatæ Congregationis Cardinalium.

§. 2. Decernentes easdem præsentes literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari, sicque in præmissis per quos-

cum-

Digitized by Google

cumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cœterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 3. Junii 1716. Pontificatus Nostri Anno decimo sexto.

EPISTOLA

Eminentissimi a Secretis fetur, qua ex mente Sanctissimi significatur Sacrar. Congr. Segreteriis confirmatio abrogationis omnium facultatum Cardinalium Protectorum.

Illmo, e Rmo Signore.

Avendo la Santità di Nostro Signore, mediante il ricorso di molti Regolari, udito con non poco dispiacere dell' animo suo, che la bolla moderatoria dell' autorità de' Signori Cardinali Protettori publicata dalla S. M. d' Innocenzo XII. Predecessore li 16. Febbraro 1694., ed impressa nel suo Bollario in ordine la 25. non venga osservata con la dovuta puntualità, e che dalle Sagre Congregazioni de' Signori Cardinali vengano giornalmente commesse le informazioni con voto, & fino alli medesimi Protettori sopra li ricorsi, che si fanno dai Religiosi nelle loro cause, ragioni, pretensioni, ed interessi particolari, che concernono tutto l'Ordine, overo tutto il Corpo della Religione, rimettendo ancora a loro arbitrio il dispensarli dall' osservanza delle loro Constituzioni, e di fare delle grazie, con darli anche facoltà d' eseguire i Decreti, e risoluzioni delle istesse Congregazioni, quando tutto ciò, a tenore di detta Bolla moderatoria, doverebbe farsi, ed eseguirsi dalli soli Superiori Regolari, come letteralmente si dispone in detta Bolla, e Costituzione nelli §§. *Insuper* — & — *Quia vero* — E volendo la Santità sua, che tale abuso non si avanzi maggiormente, e che la detta Bolla emanata con ogni autorità, precedente il voto di una Congregazione particolare di dieci Signori Cardinali, e Prelati di questa Corte, venga omninamente, ed inviolabilmente osservata, onde le informazioni, dispense, grazie, ed ogni altra esecuzione de' rescritti delle medesime Congregazioni vengano in avvenire rimesse alli soli Superiori Regolari, e non alli Signori Cardinali Protettori. Mi à la Santità Sua comandato di dover ingiugnere a V. S. Illustrissima, ed alli altri Segretarj di queste Congregazioni, alli quali possano appartenere tali materie, il dover pubblicare, e leggere nella prima prossima Congregazione la presente mia Lettera, e di farla registrare nei Registri della medesima; ricordando in oltre la Santità Sua, e quando ve ne sia bisogno, rinovando i Decreti irritanti contenuti nella medesima Bolla, rispetto a tutti gli atti, che si facessero in contrario, e che in fine ella come Segretario della Sacra Congregazione de' Vescovi, e Regolari, chiamando a se i Procuratori Generali di tutte le Religioni debba a ciascheduno di essi consegnare una copia del presente Ordine della Santità Sua, acciò non possano mai allegarne ignoranza, a di V. S. Illustrissima B. L. M.

Dalle Stanze del Palazzo Ap. Quirinale 9. Maggio 1715.

D. V. S. Illma.

Serv. Af. Card. Paolucci.

DECRETUM.

Tertiae Ordinis Minorum Sancti Francisci.

Cum Sac. Rituum Congregationi expositum fuerit, in Capitulo Gen. Ordinis Fratrum Min. S. Francisci, die 24. Maii 1694. Victoriæ celebrato, conditum fuisse Statutum tenoris sequentis videlicet.

Non sine justo animi angore perpendit Diffinitorium Generale quanta in pluribus Provinciis evenerint scandala, post novam aliquam Canonizationem Servi Dei, qua Altissimus Ordinem nostrum dignatus est decorare, cujus occasione elapsis Annis, vel ratione solemnizandi Canonizationis Festum, vel Vitam Sancti imprimendi, vel ejus Imaginem, sive sculptam, sive pictam cum aliqua intitulatione, inscriptione, narrativa, aut rethorica compositione vulgandi, vel de eo prædicandi, vel Canonizationis Processionem faciendi, vel aliud quidpiam in ea solemnitate peragendi, lites, & dissensiones inter aliqua totius corporis Observantiæ membra in variis Provinciis exortæ Fratrum turbationes, publica jurgia, mendacia utrinque forte vulgata, libri, & scripturæ a temerariis Authoribus, tam proprio, quam alieno nomine, absque legitima licentia impressi, plus damni, quàm honoris nostro Sacro Ordini, & plus admirationis, quam ædificationis apud Christifideles conciliavere.

Volens itaque Diffinitorium Generale talibus imposterum dissonantiis, secundum Deum providere, consulto, & matura decernit, quod si Servus Dei, de quo agatur Causa Beatificationis, vel Canonizationis apud S. Sedem, ut qui à Summo Pontifice fuerit Beatificatus, vel Canonizatus, sit ex Observantia, & mortuus sit filius alicujus Provinciæ, vel Custodiæ Observantis, tam in actis Causæ, quam in Picturis, Sculpturis, laminis, libris, scripturis, elogiis, & foliis, ac locis quibuscumque exprimatur, quod est Ordinis Minorum de Observantia: si vero fuerit ex Reformatis Ultramontanæ Familiæ, explicetur, quod est Strictioris Observantiæ, vel Minorum Observantium Reformatorum: sin autem fuerit ex Discalceatis, vel Recollectis Provinciis hujus Cismontanæ Familiæ, dicatur, Ordinis Minorum Observantium Discalceatorum, vel Recollectorum, quod etiam addatur, si dicatur Strictioris Observantiæ, itaut nunquam particularis status, in quo mortuus est Sanctus, sive sit Observantiæ, sive Reformatorum, sive Discalceatorum, sive Recollectorum taceatur, aut status com statu confundatur.

Solemnitas Festi Beatificationis, aut Canonizationis Servi Dei ad totum Corpus Observantiæ pertinentis, & Processio in ea fieri consueta, prius fiat a Conventu illius membri, cujus Servus Dei, dum viveret, portio fuerat, videlicet Reformatorum, si mortuus est Reformatus, Observantium, si Observans, Discalceatorum, aut Recollectorum, si Discalceatus, vel Recollectus, in Cœlum migraverit. Et si plures fuerint ejusdem membri Conventus, prius fiat à principaliori, deinde liberum sit cœteris etiam alterius membri, etiam eodem tempore cum aliis Conventibus (non tamen cum princi-

pa-

paliori prædicti membri, ad quod Sanctus immediatius pertinet) eam celebrare solemnitatem.

Ad Processionem autem, quæ a principaliori prædicto Conventu fiet, aliorum Conventuum Communitates concurrere teneantur, & sub privatione Officii, vocisque activæ, ac passivæ per Triennium, Prælati cum suis Familiis omnino conveniant.

Si vero in loco non extiterit Conventus immediatioris Instituti illius novi Sancti, Solemnitas, & Processio, cui omnes alii in loco, vel Civitate coexistentes Conventus interesse, sub iisdem pœnis, teneantur, fiat primo in Conventu Ordinis Antiquiori, ex quocumque membro Observantiæ sit, dummodo in omnibus Imaginibus, libris, & foliis exprimatur, cujus membri de corpore Observantiæ Sanctus ille, vel Beatus in sua pretiosa morte filius fuerit.

Cumque ex parte FF. Martini d' Albiturria Procuratoris Generalis Ordinis, Hieronymi a Laurino Commissarii Generalis Curiæ, Francisci à Brandelio Procuratoris Generalis Reformatorum, ac Joannis Damasceni Mesnard Procuratoris Generalis Excalceatorum, & Recollectorum unanimi consensu, ad tollendas quascumque controversias inter FF. supradictorum Ordinum, pro Confirmatione supradicti Statuti, necnon pro pœnali decreto contra Transgressores infligendo Sac. Rituum Congregationi humillime supplicatum fuerit; *Eadem Sac. Rituum Congregatio suprascriptum Statutum benignè confirmavit, & contra ejusdem Transgressores sub pœna privationis vocis activæ, & passivæ procedi posse decrevit, Die 9. Decembris 1713.*

G. Card. Carpineus.

Locus ✠ Sigilli.

N. M. Tedeschi Episc. Liparitanus S. Rit. Cong. Pro-Sec.

Anno 1715. deputata fuit a Pontifice Congregatio septem Card. quæ habita fuit die 4. Augusti in Palatio Emin. Protectoris pro assignando loco celebrandi Cap. Gen. aut alio inveniendo temperamento. Ista quoque resoluta fuit sine aliqua Conclusione.

Die 31. Martii 1716. ex jussu Pontificis habita fuit alia Congregatio novem Card., in qua determinata fuit mutatio duorum Vice-Commiss. Gen. Comm. Curiæ Observantis, Procuratoris Gen. Reform. confirmatis cœteris Officialibus Gen.

Breve quo eliguntur duo Vice-Commissar. Gener. pro Observ. Laurentius à Sancto Laurentio, & pro Reformatis Jacobus à Veruchio, Commissar. Gen. Curiæ pro Obs. P. Matthæus de Parete, Procurator Gener. pro Reform. Franciscus a Sancto Severino.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Ex commissæ Nobis cœlitus dispensationis munere Ordini tam Fratrum Minorum de Observantia, quàm Reformatorum nuncupatorum Familiæ Cismontanæ de idoneis Superioribus, qui illam, adjuvante Domino, feliciter regere, regularemque Disciplinam in ea tueri, & sicubi exciderit, studiosè restituere satagant, providere cupientes, ac de infrascriptorum dicti Ordinis Professorum Fide, Prudentia, Doctrina, Integritate, Vigilantia, Charitate, & Religionis zelo plurimum in Domino confisi, & eorum singulares Personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, dilectos Filios Laurentium de Sancto Laurentio, & Jacobum à Veruchio eorundem Fratrum Minorum de Observantia, ac Reformatorum memoratæ Familiæ Cismontanæ respectivè in Vice-Commissarios Generales, ac Matthæum de Parete in Commissarium Curiæ, necnon Franciscum à Sancto Severino, Fratres expressè professos dicti Ordinis de Observantia, & Reformatorum respectivè, in Procuratorem Generalem Reformatorum hujusmodi cum omnibus, & singulis facultatibus, auctoritate, præeminentiis, prærogativis, Privilegiis, gratiis, & indultis, ac honoribus, & oneribus solitis, & consuetis, & quibus alii Vice-Commissarii Curiæ, & Procuratores Generales Ordinis prædicti, tam de Jure; usu, & consuetudine, quàm alias quomodolibet usi, potiti, & gavisi fuerunt, ac uti, frui, & gaudere potuerunt, tenore præsentium, ad Nostrum, & Sedis Apostolicæ beneplacitum, constituimus, & deputamus, mandantes propterea in virtute Sanctæ Obedientiæ, ac sub indignationis nostræ, aliisque arbitrii nostri pœnis, omnibus, & singulis Ordinis prædicti Superioribus, Fratribus, & Personis, cœterisque, ad quos spectat, & spectabit in futurum, ut prædictos Laurentium, Jacobum, Matthæum, & Franciscum, ad demandata eis respectivè per præsentes officia, illorumque liberum exercitium, juxta earundem tenorem præsentium recipiant, & admittant, faveantque, & assistant respectivè. Ac decernentes ipsas præsentes literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac Laurentio, Jacobo, Matthæo, & Francisco prædictis in omnibus, & per omnia plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contingerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon dicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, ac sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice duntaxat, specialiter, & expressè derogamus, cœterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent

rent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 6. Aprilis 1716. Pontificatus Nostri Anno 16.

Locus ✠ Sigilli.

F. Cardinalis Oliverius.

Supplex libellus una cum Rescripto Patris Vice-Commissarii Generalis circa præcedentiam PP. Discretis Perpetuis Ordinis debitam.

Reverendissimo Padre.

MEntrechè nella Provincia Osservante di Milano non è mai succeduto il caso d' esservi permanente alcun Padre Discreto perpetuo della Famiglia, del di cui trattamento nel Coro, e nelle altre funzioni di detta Communità si possa prender norma: Perciò dovendo Fra Celestino di Milano ritornar à quella sua Provincia, supplica Vostra Paternità Reverendissima a voler compiacere di dichiarare, che quel trattamento si costuma in questo Convento d' Araceli di Roma con simili Padri, si osservi anche con esso nella Provincia di Milano, ed altrove, acciochè non si faccia cosa di pregiudizio alla graduazione, e si operi secondo la intenzione dello Statuto Generale dell' Ordine, che prefigge le preeminenze di tali Padri d' aver sopra di se un sol Superiore in Provincia. Che della Grazia &c.

Attenta suprascripta petitione, declaramus Reverendissimo Patri Cœlestino a Mediolano Ex-Vice-Commissario Generali, & Ordinis Discreto, ad tenorem Generalium Constitutionum, in quavis nempè Familiæ Provincia, deberi locum immediatum post Superiorem Generalem; quo absente, & præsente Commissario Visitatore, immediatè post præfatum Visitatorem; absentibus vero Superiore Generali, & Visitatore, immediatè post Ministrum Provincialem. In Conventu vero extra residentiam Ministri Provincialis, ipso, & prædictis aliis absentibus, immediatè post Guardianum; & secundum hanc dispositionem debet etiam habere sedilis in Choro, Refectorio, aliisque Communitatis locis, primasque in eodem Choro incensationes, & loca in Processionibus.

Cœterum in Conventu Principaliori, ubi residere solet Minister Provincialis, juxta receptam, & probatam Consuetudinem in hoc Aracœlitano Conventu, existente Visitatore in Provincia, post captam possessionem, deberi locum supra Ministrum Provincialem, absente verò Ministro Provinciali, sive occasione Visitationis, sive quavis alia de causa, tàm in Choro, quàm in Refectorio, Processionibus, & aliis publicis locis, & functionibus, cum propter fixam residentiam censeatur moraliter præsens, pariter declaramus in publicis locis, & functionibus deberi eidem præcedentiam supra Conventus Guardianum eodem pacto, quo ea fruitur corporaliter præsente eodem Ministro Provinciali: & ita teneri mandamus.

Datum Romæ ex Aracœli die 31. Augusti 1716.

F. Laurentius a Sancto Laurentio Vice-Commissarius Generalis.

Loco ✠ Sigilli.

De Sacro Recessu Provinciæ Reformatæ Tusciæ.

NEminem latere puto singularem, spectatissimamque Regiæ Celsitudinis Cosmi Tertii, Magni Etruriæ sibi subjectæ Ducis, pietatem, ac Religionem, qua fiebat, ut Cleri utriusque, secularis nimirum, & Regularis, quem summa veneratione prosequebatur, ardentissime reformationem desideraret. Quod cum potissimum aliquorum delectu, qui exemplo non minus, quam verbo cæteros edocerent, obtineri posse speraret, non modo, si quos inveniret, illos se in deliciis habere ostendebat, sed studiose, etiam ex variis nationibus, hujusmodi viros conquirebat; itaut brevi quas audiverit arctioris, ac severioris disciplinæ Religiosos Societates, in ditionem suam magnis quoque sumptibus evocaverit. Ex horum numero, ut Monachos Trappenses, & rigidiores Cistercienses Reformatos ex Galliis, ac Minoritas Discalceatos ex Hispaniis omittam, fuerunt etiam Franciscani *Sacri Recessus* Reformatæ Provinciæ Romanæ, quos Vulgus *de Sancto Bonaventura* adpellat. Narravimus suo loco quæ ad horum Religiosorum institutionem spectant, quorum famam cum mirum in modum auxisset Pater Leonardus a Portu Mauritio, præcipuus eorum Director, & Sacris Missionibus in illustrioribus Italiæ Urbibus peractis insignis, illos quoque in sua habere ditione Serenissimus Princeps vehementer optavit. Ne autem ejus votis ulla interponeretur mora, duos ex Provincia Observanti Tusciæ, auctoritate Apostolica, avulsit pro illis Conventus, nimirum *Sancti Francisci ad Montem* Florentiæ, & *Sancti Francisci ad Palcum* Prati. Quo cum se contulissent prædicti Fratres, severioris adhuc ducendæ vitæ cupidi, de instituenda *Sacri Recessus* Solitudine cogitarunt, exemplo ducti PP. Discalceatorum, qui in Provincia Neapolitana consimilem fundaverant *Solitudinem* in Cœnobio Sanctæ Mariæ Angelorum Pedemontis, sub quibusdam legibus, quæ prius Decreto Cardinalis Barberini Protectoris probatæ fuerunt, ac demum Brevi Apostolico, quod incipit *Exponi Nobis* dat. die 15. Junii 1679. confirmatæ.

Hanc voluntatem Regiæ Magni Ducis Celsitudini aperiunt, locum ad id aptissimum seligunt, petunt, & obtinent, scilicet solitarium locum prope Florentiam in Monte *Occursus* Vulgo dell' *Incontro*, quinque circiter milliariis ab Urbe distantem, quem B. Gherardus Tertii Ordinis Sancti Patris Nostri Francisci diuturno incolatu, magnisque pœnitentiis illustrem reddidisse fertur. Ut autem omnia recto procederent ordine, nonnullas leges laudatus Pater Leonardus, ex eitatis Patrum Discalceatorum depromptas, scripsit, quas per suffragia secreta utriusque supramemorati Conventus Religiosi acceptarunt, & quæ Regiis typis prodiere Florentiæ 1716. Alias quoque leges pro dicti Recessus directione confirmavit Pontifex sequentibus Apostolicis literis.

CLE-

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

EXponi Nobis nuper fecerunt dilecti Filii moderni Guardianus, & Discreti Conventus Sancti Francisci ad Montem nuncupat. Florentin. Ordinis Minorum ejusdem Sancti Francisci de Observantia, Recessus etiam nuncupat. quod cum ipsi ab hac Romana Curia longè distent, eis necessarium est aliquot Puncta, seu Capitula ad receptionem Fratrum Recessus hujusmodi, & electionem eorum Superioris spectantia statuere, ad hoc ut imposterùm vitam quietam agere valeant: Capitula verò per ipsos stabilita sunt tenoris sequentis, nempe:

Primo quod aliquis Religiosus Conventus *Recessus* Almæ Urbis nostræ ex hoc Conventu ad primo dictum Conventum cum obedientia Superioris Generalis dicti Ordinis transire desiderans, annum deliberationis peragere minimè teneatur, dummodo aliquo temporis spatio in eo laudabiliter vixerit, & a Discretis hujus Conventus acceptatus sit, & post hujusmodi acceptationem omnibus gratiis, & indultis fruatur in omnibus, & per omnia, perinde ac si realiter in illo habitum regularem suscepisset.

Secundò quod Clerici, & Laici seu Conversi Juvenes, ob paucam experientiam, & Religiosorum cognitionem in scrutiniis pro electione Directoris fieri solitis, nisi post sex annos eorum Vestitionis, & ingressus in Religionem, suffragium ferre possint.

Tertiò quod eadem ratione id de Fratribus exteris, qui deinceps primo dicto Conventui incorporabuntur, intelligendum sit, scilicet, quod Jus suffragandi, nec in Superiores, vel Discretos, nisi post sex annorum spatium a die eorum receptionis, eligi queant.

Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, quæ Puncta, seu Capitula prædicta exactius serventur, ipsi Exponentes illa, ad Majorem Dei gloriam, & eorum Instituti firmitatem, Apostolicæ confirmationis nostræ Patrocinio communiri plurimum desiderent: Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportunè providere, & ut infra, indulgere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur ipsos Exponentes specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, Censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, & dilectorum Filiorum ejusdem Romanæ Curiæ Prælatorum super disciplina Regulari specialiter deputatorum, qui omnia supra expressa exactè, & maturè perpenderunt, consilio, capitula supradicta, auctoritate Apostolica, tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus. Salva tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium.

Decernentes easdem præsentes literas firmas, & efficaces existere & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respectivè inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non primodicti Conventus, & Ordinis prædictorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice duntaxat specialiter, & expressè derogamus, cœterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, die 14. Novembris 1716. Pontificatus nostri anno decimosexto.

Loco ✠ Sigilli.

Fabius Card. Olivterius.

Sequenti anno ex dicta Regiis typis alter prodiit libellus complectens cœremonias observandas præsertim in Choro, & Ecclesis a Fratribus *Sacri Recessus* Reformatæ Provinciæ Tusciæ, quas itidem cuncti Religiosi per suffragia secreta acceptarunt. Nihil proinde deesse videbatur ad optimam illorum Conventuum directionem, in quibus sane quam maxime viguit arctissima disciplinæ regularis observantia, donec fato functo Serenissimo Cosimo, munificentissimo eorumdem Patrono, nonnullæ suboriri ceperunt controversiæ, quæ tandem sequentibus Sanctionibus Apostolica auctoritate editis occasionem dederunt.

ORDINAZIONI

Stabilite per il Ritiro della Provincia Riformata di Toscana, con l' autorità di N. Signore Papa CLEMENTE XII.

I. CHe da tutti i Religiosi del Ritiro di Toscana si osservino con esattezza le Cerimonie stampate in Firenze nell' Anno 1716. approvate da due Commissarj Generali, ed esaminate per ordine della Sacra Congregazione della Disciplina Regolare nell' Anno 1717. col Decreto favorevole, che non s'innovi cosa alcuna del contenuto in esse, ordinando la Santità di N. S. Papa Clemente XII. che chiunque in l' avvenire metterà in dubio la validità di dette Osservanze, o Ceremonie, o con proposizioni improprie solleverà gli altri a non farne la dovuta stima, sia licenziato dal Ritiro sotto pena al Direttore, e Discreti *pro tempore* di esser sospesi da' loro Uffizj, quando ne' casi occorrenti non eseguiranno quest' ordine santissimo.

II. Che resti nel suo vigore la correzione fatta a Statuti coll' Oracolo della fel. mem. di Clemente XI. acciò siano più adattati, e coerenti al Ritiro di Toscana, e che in tal guisa corretti, e modificati si legghino in Refettorio conforme si è usato per fino ad ora.

III. Che non si seppellischino Morti ne' Convan-

venti del Ritiro di Toscana, benche fossero Fratelli del Terz' Ordine, conforme è stato ordinato dal Commissario Generale, eccetto quelli, che vi hanno la Sepultura *ab antiquo*, ordinando la Santità di N. Signore, che qualsisia Direttore, il quale ardirà di riassumere questo Trattato, sia *ipso facto* sospeso dal suo Uffizio.

IV. Che non si faccino innovazioni di cosa alcuna sì in Convento, come in Chiesa, e Sagrestia, eccetto i necessarj risarcimenti, nè si muti l'ordine delle cose già stabilite, con inquietudine de' Religiosi, ma sì da' Sudditi, come da' Superiori, il tutto si osservi conforme alle lodevoli consuetudini introdotte, & pratticate in ciascheduno Uffizio, per fino ad ora, acciò in questo modo si conservi fra tutti la vera pace, e carità religiosa.

V. Che non inquietino con lettere per ogni piccolo accidente i Superiori Maggiori, se prima non hanno fatto ricorso al Superiore Locale, o al Provinciale, e non rimediando questi, allora li sia lecito ricorrere al Superiore Generale, conforme è stato ordinato da varj Superiori, facendo altrimenti, siano esemplarmente corretti, e castigati. Ed acciò queste Ordinazioni si mantenghino nel loro vigore in perpetuo, vuole Nostro Signore, che si legghino in Refettorio ogni volta, che si leggeranno li Statuti, e Cerimonie suddette, affinche nel Ritiro di Toscana si mantenga illibata questa più stretta, e rigorosa osservanza, derogando a tutto ciò, che contrario alle presenti ordinazioni fosse necessario derogare.

Supradictas Ordinationes censeo utiles, ac necessarias fore pro manutentione Recessus, & quiete Religiosorum in eodem commorantium &c.

Datum Romæ in Conventu S. Francisci ad Ripas die 17. Maji 1732.

F. Fulvius à Bononia
Proc. Gen. Reform.

Loc ✠ Sigilli.

Præfatas Ordinationes pro quiete, & religioso profectu Fratrum in Recessu Florentiæ, ut supra, commorantium, rationabiles censeo, & inquantum ad me attinet, confirmo.

Romæ ex Conventu Aracælitano die 17. Maii 1732.

F. Crescentius Krisper
Commiss. Gen.

Loco ✠ Sigilli.

Die 20. mensis Maii 1732.

Sanctissimus, Auditis Procuratore Generali Reformatorum, & Commissario Generali Ordinis, subscriptis in hoc folio Ordinationum stabilitarum pro recessu Religiosorum Provinciæ Reformatæ commorantium in Etruria, benignè annuit pro confirmatione Apostolica earumdem Ordinationum, ac expressè decernit prædicta omnia in perpetuum inviolabiliter observari, quibuscumque in contrarium non obstantibus.

N. Card. Corsinus.

Loco ✠ Sigilli.

At vero, immutato denique temporali in Etruria rerum statu, non nihil etiam mutationis subiit illorum Conventuum regimen, itaut non amplius vel minimum pendeant a Directore Recessus Sancti Bonaventuræ de Urbe, vel ullam habeant cum hujus Fratribus communicationem: qua ratione supervacaneum duxi supracitatas leges referre.

ELECTIO

Rmi P. N. Fr. Joseph Garcia in Vicarium Generalem, facta die decima sexta Septembris, Anno Domini Millesimo septingentesimo decimosexto, ob mortem Reverendissimi P. N. Ministri Generalis Fr. Ildefonsi de Biezma, Præsidente in ea Reverendiss. P. Fr. Joseph Sanz Lectore Jubilato, Theologo Regio pro Immaculata Conceptione, Ex-Provinciali Castellæ, & Commissario Generali Indiarum Occidentalium.

Mortuo Reverendissimo P. F. Ildefonso de Biezma Prædicatore Regio, simulque Theologo pro Immaculata Conceptione, & Ministro Generali totius Ordinis, die decima Mensis Augusti, Anno Millesimo septingentesimo decimosexto in hoc Conventu Matritensi S. P. N. Francisci, Reverendissimi P. F. Joseph Sanz Lector Jubilatus, & Commissarius Generalis Indiarum conformiter ad ea, quæ præscribunt nostræ Constitutiones Generales, recepit Sigilla, Regesta, cæteraque alia pertinentia ad officium, & Secretariam Generalem, cum sit Pater dignior hujus Familiæ Cismontanæ, ad quem pertinent prædicta sigilla, & auctoritas convocandi ad futuram Electionem Vicarii Generalis totius Ordinis. Unde virtute prædictæ facultatis statim misit litteras citatorias ad omnes, & singulos, qui secundum Constitutiones Generales debebant concurrere, & assignando diem duodecimam Septembris Anni supradicti, similiterque assignando hunc Conventum Matritensem S. P. N. Francisci locum suæ habitationis. Patres igitur convocati, fuerunt sequentes: R. A. P. Procurator Generalis hujus Familiæ, & Nationis F. Joannes Garcia, A. RR. PP. Diffinitores Generales F. Bartholomæus de Castro Provinciæ Granatensis, F. Joannes Duran *de Montijo* Provinciæ S. Gabrielis, F. Joannes Perez Lopez Diffinitor Generalis subrogatus: similiterque RR. PP. Provinciales, & Custodes Provinciarum Castellæ, Aragoniæ, Conceptionis, Carthaginensis, S. Joseph, & Angelorum, cum sint viciniora Provinciæ Castellæ, cujus Reverendissimus Pater Præses est Filius.

Die præcedenti ad electionem hora Vespertina, hoc est inter quartam, & quintam horam, fuerunt convocati in Capitulo, & de mandato Rev. P. F. Joseph Sanz lecta fuit à R. P. F. Joseph Garcia Secretario Generali Ordinis Epistola Eminentissimi Cardinalis Paulucci Secretarii Suæ Sanctitatis missa ad Illustrissimum Pompejum Aldovrandi Inter-Nuncium pro tunc in hoc Regno, & intimata per D. Jacobum Giraldelli Protonotarium Apostolicum, & Vicesgerentem supradicti Aldovrandi, in qua declarabatur esse de mente Suæ Sanctitatis, ut casu, quo Reverendissimus Minister Generalis Ildefonsus de Biezma transiret ad meliorem vitam, congregarentur Vocales Provinciarum, qui secundum leges Religionis debent concurrere, & statim facerent electionem Vicarii Generalis ea forma, qua in similibus casibus solebat fieri. Et quia inter dictos Vocales poterat oriri dubitatio, utrum possent procedere ad electionem, sine speciali facultate Pontificia, sistendo in eo, quod Reverendissimus Biezma non fuit electus Generalis more solito in Ordine, hoc est per suffragia in Capitulo Generali, sed per Breve, Sanctitas Sua præcipit declarare, quod sine

ulla

ulla alia facultate dictæ Provinciæ possint procedere ad electionem Vicarii Generalis, gaudendo de eo, quod ipsi illam faciant.

Item in dicto Congressu lecta fuit Epistola R. A. P. F. Joannis Perez Lopez Diffinitoris Generalis subrogati, in qua declarat non posse venire ad electionem, simulque compromittere in aliis Vocalibus.

Item in dicto Congressu lecta fuit Epistola R. P. Provincialis Legionensis Tertii Ordinis, in qua manifestat ipsum debere concurrere ad dictam electionem tamquam legitimum Vocalem, subrogando pro Diffinitore Generali Tertiariorum jam defuncto, qui erat suæ Provinciæ; & aliunde in reliquis Provinciis Tertii Ordinis, quibus conceditur Diffinitor Generalis per Statuta, nullus esset, qui posset subrogari. Ad hanc propositionem omnes PP. dixerunt unanimiter prædictum Patrem nullum Jus habere ad subrogandum, quia leges Religionis solum concedunt hanc subrogationem per Diffinitores Generales in Capitulo Generali, vel Congregatione.

Item lecta fuit Petitio Provinciæ Sancti Gabrielis, in qua declarabatur, ipsam debere concurrere ad dictam Electionem, consequenter debere excludi Provinciam Angelorum, quia dicebat suam Provinciam esse vicinioriem Provinciæ Castellæ, quam sit Provincia Angelorum. Sed quia Reverendissimus P. Minister Generalis F. Ildefonsus de Biezma, auditis partibus, determinavit, & definivit, Provinciam Angelorum debere manuteneri in sua possessione usque ad Capitulum Generale proximè futurum, in quo hoc punctum debebat totaliter definiri, quæ quidem sententia confirmata fuit in Tribunali Nuntiaturæ Hispaniæ: hoc non obstante dicebat hoc non debere prædictæ Provinciæ præjudicium causare, cum haberet de utraque sententia interpositam appellationem, & quod daretur eis tempus, ut possent allegare, & ostendere suum Jus, antequam procederetur ad electionem, aliter faciendo, de nullitate protestabantur.

Audita prædicta petitione, & examinata, fuit resolutum, quod prædicta Provincia Angelorum debebat manuteneri in possessione suffragandi, usque ad Capitulum Generale proximè futurum, quum nihil obstarentur repræsentationes, & protestationes Provinciæ S. Gabrielis. Primò, quia si subsistit dicta appellatio interposita, ut prædicta Provincia intendit, non potest hic Congressus se intromittere in cognitione illius, cum hæc causa sit pendens ante Tribunal superius. Secundò, quia cum sint elapsi multi anni à tempore, quo hæc sententia decisiva data est in favorem Provinciæ Angelorum, & appellatio interposita per Provinciam S. Gabrielis, in tanto tempore non sit prosecuta, debet intelligi deserta, & consequenter admissa hæc sententia data in favorem Provinciæ Angelorum. Tertiò, quia dicta Provincia Angelorum acquisivit decretum Sacræ Congregationis Episcoporum, & Regularium ad suffragandum, & concurrendum in his electionibus, usque dum hoc decidatur per Capitulum Generale. Visa hac decisione, & determinatione, Provincia S. Gabrielis produxit testimonium, quod datum fuit per Secretarium Generalem, ut semper constaret de oppositione facta ad Provinciam Angelorum.

Die duodecima prædicti Mensis Septembris hora matutina præmissa Missa Spiritus Sancti, congregatique Vocales in Capitulo exhortati fuerunt à sua Paternitate Reverendissima, & relicti in sua libertate, facta est electio, ritè, & canonicè in Persona Reverendissimi P. F. Joseph Garcia Lectoris Jubilati, Ex-Provincialis Provinciæ Conceptionis, & actualis Secretarii Generalis Ordinis, & est tenoris sequentis.

In Nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.

Hæc est electio Rev. P. F. Vicarii Generalis totius Ordinis S. P. N. Francisci canonicè celebrata per RR. Adm. PP. Vocales juxta statuta Generalia Ordinis peculiariter vocatos, & congregatos in præsenti Conventu S. Francisci Matritensi Almæ Provinciæ Castellæ Anno millesimo septingentesimo decimo sexto, die verò duodecima Septembris.

Cum autem Reverendissimo P. F. Ludovico de *la Torre* Ministro Generali totius Ordinis è vivis sublato, Reverendissimus P. F. Ildefonsus de Biezma (primum Vicarius Generalis canonicè fuisset electus juxta Ordinis Statuta, postmodumque per Breve Apostolicum Minister Generalis creatus, & declaratus) ex hac vita quoque migrasset, post quindecim annos Generalatus, Reverendissimus Pater F. Josephus Sanz ejusdem Provinciæ Castellæ Filius, Lector Jubilatus pro Immaculata Conceptione, Regius Theologus, Commissarius Generalis Indiarum, nec non dignior Pater, cui ex jure Religionis sigilla, & Regesta contigerunt, quam citiùs Adm. RR. PP. convocavit, scilicet Fr. Joannem Garcia Lectorem Jubilatum, Ex-Provincialem Provinciæ Conceptionis, & Procuratorem Generalem Ordinis. Fratrem Joannem Duran *de Montija* Lectorem Theologiæ, Ex-Provincialem Provinciæ S. Gabrielis, & Diffinitorem Generalem. F. Bartholomæum de Castro Lectorem Jubilatum, Ex Provincialem Provinciæ Granatensis, & Diffinitorem Generalem. Fr. Bernardum *de la Peña* Lectorem Jubilatum, Ex-Provincialem Provinciæ Legionensis Tertii Ordinis, & Diffinitorem Generalem: F. Joannem Perez Lopez Lectorem bis Jubilatum, Ex-Provincialem Provinciæ Aragoniæ, Ex-Procuratorem Generalem Curiæ, Diffinitoremque Generalem subrogatum, & denique ex sex Provinciis, juxta Constitutiones Generales designatis, RR. PP. Vocales, nempè ex Provincia Castellæ RR PP. F. Gregorium Tellez Lectorem Jubilatum, & Provincialem, & F. Franciscum Garcia Rentas Lectorem Jubilatum, & Custodem; Ex Provincia Aragoniæ R R. P P. Fr. Franciscum Soria Lectorem Jubilatum, & Provincialem, & Laurentium Sanz Lectorem Jubilatum, & Custodem. Ex Provincia Conceptionis RR. PP. Fratrem Antonium *del Campo* Lectorem Jubilatum, & Provincialem, & F. Joannem de Soto Lectorem Jubilatum, & Custodem. Ex Provincia Angelorum RR. PP. F. Petrum Pizarro Lectorem Jubilatum, & Provincialem, & F. Sebastianum de Mancilis Lectorem Theologiæ, Prædicatorem Generalem, & Custodem. Ex Provincia Carthaginensi RR. PP. F. Antonium Lopez Theologiæ Lectorem, & Provincialem; & F. Joannem Antonium Andujar Lectorem Theologiæ, & Custodem. Ex Provincia denique Sancti Joseph Discalceatorum RR. PP. F. Bernardum de Jesu Lectorem Theologiæ, & Provincialem, & F. Gabrielem de Colmenar Lectorem Theologiæ, & Custodem, e quibus cum Rev. Adm. P. F. Bernardus de la Peña Diffinitor Generalis è vivis jam discessisset, ut ex Epistola R. P. Provincialis Legionensis Provinciæ Tertii Ordinis coram Vocalibus lecta clarè constitit, nec alius ex Tertio Ordine, qui subrogaretur superesset, & similiter RR. PP. F. Joannes Perez Lopez Provinciæ Aragoniæ Diffinitor Generalis subrogatus, legitima causa ab omnibus approbata, non adfuisset, reliqui omnes, tamquam legitimi Vocales in supradicto Conventu Matritensi concur-

serunt ad munus præfatæ electionis, & Præsidente in ea Reverendissimo P. F. Josepho Sanz, assignatisque ex numero Electorum duobus Disquisitoribus, & uno Secretario, ac observatis omnibus aliis solemnitatibus, & circumstantiis à Constitutionibus Generalibus requisitis, sex supra decem suffragia ad prædictam Electionem Reverendissimi P. Vicarii Generalis concurrentia, sic distributa, & erogata sunt.

Adm. R. P. Minister Provincialis Angelorum habuit unum suffragium.

R. Ad. P. F. Joseph Garcia habuit quindecim suffragia.

Et Ego F. Laurentius Sanz ejusdem Ordinis professor, Lector Jubilatus, & Provinciæ Aragoniæ Custos, unus ex Disquisitoribus, & Compromissariis, virtute compromissi in me, & in socios meos limitati, nomine omnium, qui in dictam Electionem convenerunt, & consenserunt, præfatum Reverendissimum Patrem Nostrum F. Josephum Garcia Lectorem Jubilatum, Ex-Provincialem Provinciæ Conceptionis, atque Secretarium Generalem Ordinis, in quem major pars Vocum consensit, Vicarium Generalem canonicè electum nomino, & sic electum denuncio: In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.

Fr. Joseph Sanz Commissarius Generalis Indiarum.

Ita est:

Fr. Antonius del Campo Disquisitor.
F. Petrus Picarro Disquisitor.
Fr. Laurentius Sanz Disquisitor, & Secretarius.

Littera Encyclica, qua datur notitia de morte prædecessoris, & de sua electione ad Vicariatum Generalem.

Fr. Josephus Garcia Lector Jubilatus, ac totius Ordinis Sancti Patris Nostri Francisci Vicarius Generalis, & Servus. Omnibus in Christo Jesu charissimis Fratribus, & Monialibus, tam Superioribus, quàm subditis nostræ Curæ commissis, gratiam Spiritus Sancti nescientem tarda molimina, & perpetuam pacem, salutem, & vitam æternam.

NON sine magni animi nostri mœrore certiores omnes, & singulos reddimus, quia quod timebamus evenit, dum è vivis sublatus est Reverendissimus, Amabilissimus, & Colendissimus Pater Fr. Ildephonsus de Biezma totius Ordinis Sancti Patris Nostri Francisci Minister Generalis. In eo siquidem uno Religionis decor splendebat, & Monasticæ disciplinæ robur. Undè contigit, quod eo nobis erepto, magno institutum Seraphicum affectum sit detrimento. Ploret Seraphica nostra familia tanto orbata Parente, qui forma factus Gregis ex animo omnibus perlucebat exemplo; qui omnibus omnia factus, omnes lucrifaciebat; qui charitate perfecta præditus, non sua, sed quæ Jesu Christi, & Religionis erant, quærebat; qui, ut bonus Pastor animam pro omnibus posuit, & generosè lupo venienti ad mactandas oves restitit; qui blandimentis præditus lenitatis omnium in se provocabat affectus; qui, ut Atlas alter, suppositis humeris, firmum, & inalterabile tenuit Seraphicum Cœlum eo tempore (quod est mirabilius) quo Mundus in maligno positus, Sacrorum familiarum æthera reddebat infirma, & fixas stellas provocans ad arma errantes faciebat. Verùm etsi Religionis planctus, ob jacturam tanti Patris, sit debitus, meritò temperandum judicamus, dum jam de sua sorte securus, de nostra est salute sollicitus, dumque jam nullo indigens semper vivit ad interpellandum pro nobis. Tanti Patris merita veneremur, viam sequamur, virtutem imitemur, monita amplectamur, & quæ docuit, monuit, egit, ordinavit, præcepit, semper præ oculis habeamus.

Post mortem ergo tanti Patris, Divina Providentia, per quam omnia in numero, pondere, & mensura sunt disposita, factum est, ut in Generali Congressu die 12. Mensis Septembris currentis anni, in Seraphici P. N. Francisci Conventu Matriti, celebrato pro successore eligendo, juxta formam Constitutionum nostrarum, quibus robur adjecit mandatum Apostolicum Sanctissimi Domini Nostri Clementis XI. expeditum ad impediendas, & removendas cavillationes, generali Patrum Vocalium consensu, unanimique suffragio in Generalem Vicarium totius Ordinis, licet meritis imparibus, canonicè simus electi, super tot vasa electionis, super tot viros illustres, super tot justos, & Deum timentes, super tot Fratres sapientia, & virtute decoros, qui in diebus suis habentur in laudibus, & post mortem memoria eorum in benedictione erit; ut inde magis ille honoretur, qui contemptibilia, & ignobilia mundi, & ea, quæ non sunt, exaltat, ut non glorietur omnis caro in conspectu ejus: In cujus judiciorum profunditatem, & abyssum, & investigabiles vias omnia refundimus, & de cujus virtute primatum inter Fratres accepimus, non ut cæcus cæco præstemus ducatum, sed ut simus vobis ductor per viam, quæ ducit ad vitam: oculus cæco, pes claudo, Pater egeno, ut infirma confirmemus, disrupta consolidemus, depravata convertamus, & verbum vitæ in æternitatis cibum alendæ Seraphicæ familiæ dispendamus; & denique, ut simus omnium vestrum, & pro vestra utilitate servus. Quod, ut meliùs efficiamus, id Præsulatus nostri tempore præ oculis semper habebimus, ut observantia Regulæ in sua puritate, & conservetur, & augeatur, ut factiones è Provinciis exterminentur, ut æquitas servetur, & justa distributio in muneribus, & officiis attendatur, ut vera pax, & fraterna charitas firmetur inter eos, quibus una est via, unusque est propositus finis. Quod si secus contigerit, ob aliquorum proterviam, gladio Ecclesiasticæ disciplinæ, & legis, eorum inobedientia retundetur.

Verùm, cum ex debito muneris nostri nobis incumbat diligenter curare, ut quam citiùs pro anima ipsius Reverendissimi Patris præmemoratâ defuncti ea fiat à subditis nostris suffragiorum, & precum exhibitio, quæ Constitutionibus Generalibus præscribitur, tenore præsentium mandamus omnibus Prælatis, tam Provincialibus, quam Localibus nostris subditis, onerando desuper eorum conscientias, ut (qui nondum eidem Reverendissimo Prædecessori nostro persolverunt debita Sacrificia, & Suffragia) illicò, his visis, persolvant, & ab omnibus subditis persolvi faciant; nimirum in hac nostra Cismontana familia, juxta formam Statutorum Segoviensium, dicantur pro anima ejusdem à quolibet Sacerdote Missæ tres, & à quolibet Clerico tria integra Defunctorum Officia, & à quolibet Laico tercenties Pater noster, & Ave Maria. Et quia de Monialibus subditis nostris nihil speciale præfata statuta disponunt, & æquum sit, quod ipsæ aliquibus Suffragiis pro anima ejusdem one-

fentur, etiam ipsis præcipimus, quod pro anima ipsius Reverendissimi Defuncti dicant tres Coronas Virginis, & duas stationes. In Ultramontana verò nostra Familia, in quolibet Conventu nostro, juxta præscriptum Statutorum Romanorum Anni 1651. celebrabitur una Missa solemnis cum magno Officio Defunctorum, à quolibet item Sacerdote dicentur duæ Missæ, & à singulis Clericis, Laicis, & Monialibus nostris, tres Coronæ Virginis, & duæ Stationes.

Ut autem prædicta suum sortiantur effectum, de plenitudine nostræ potestatis applicamus ea nunc pro anima ipsius Reverendissimi Patris Nostri Prædecessoris defuncti in singulis Conventibus totidem Missas, quot præfata statuta præscribunt, sublatis omnibus Prælatis, & subditis nostro regimini subiectis, facultate aliter eas applicandi; concedentes insuper eisdem subditis nostris, ut ultimo die, quo complebunt hoc debitum suum, possint absolvi à quolibet Sacerdote ab Ordine nostro approbato, ab omnibus peccatis, & censuris, ad quæ potestas nostra se extendit.

Ea autem, quæ ipse Reverendissimus Pater Prædecessor noster in litteris suis vel aliter dispofuit, decrevit, ordinavit, declaravit, concessit, tanto pondere, & maturitate sunt disposita, decreta, ordinata, declarata, concessa, quod ais maximè commune Religionis bonum promovetur, & ex justitia expofcunt, quod firmitatis robur illis adjiciamus. Quapropter eadem omnia, & singula approbamus, confirmamus, innovamus, & tamquam emanata à Nobis haberi volumus, donec aliter à Nobis fuerit dispositum, vel circa aliqua particulariter provisum, comprehendentes sub hac nostra dispositione omnes commissiones ad visitandas, regendas, & gubernandas Nationes, aut Provincias, sive res sit incepta, sive non, necnon universas institutiones, & mandata, juxta terminos, & formam dispositionis eorum.

Quibus pro debito primitiarum nostri muneris effectis, Vos hortamur, Charissimi Filii, ut memores sitis vocationis vestræ, qua Deus vos vocavit ad celsitudinem vitæ Seraphicæ, ut non sitis parvuli fluctuantes, circumferentes vos omni vento malitiæ, & nequitiæ, sed sitis sinceri, in nullo deficientes, per bona opera certam reddentes vestram electionem, & vocationem, nihil hujus Mundi ambientes, sed omnem solicitudinem, projicientes in eum, quoniam ipsi cura est de vobis; ut sic pax Dei, quæ exuperat omnem sensum, custodiat corda, & intelligentias vestras, & non sint in vobis Schismata, nec Satan, nec occursus malus; sacrificium vestrum sit semper acceptum in conspectu suo; in quo rogamus vos in Domino, uti memores nostri sitis, & in orationibus vestris Nos præsentes habeatis, ut pietas Divinæ nobis faveat, & mittat ad Nos de sede magnitudinis suæ sapientiam, ut nobiscum sit, & nobiscum laboret. Nos præveniat, & sequatur; & sic tandem optatus finis nostri regiminis consequatur.

Volumus autem, & expresse mandamus omnibus Provinciarum, & Custodiarum nostrarum Prælatis, ut quamcitius faciant publicari has nostras præsentes litteras in omnibus Conventibus, & locis suæ administrationis, coram tota Communitate Capitulariter congregata. Guardiania verò, & aliis superioribus Localibus, ut earum transumptum in libro Conventus transcribant. Volumus etiam sub pœna indignationis nostræ, ut, tam de publicatione, quam de accepto transumpto Nos, vel RRmos PP. Vice-Commissarios nostræ Ultramontanæ familiæ respectivè, in forma probante, ut moris est, certiores efficiant.

Dat. Marriti in hoc Sancti Patris Nostri Francisci Conventu, die 25. Septembris præsentis Anni 1716.

Fr. Joseph Garcia
Vicarius Generalis.

Loco ✠ Sigilli.

D. M. S. Reverendissimæ P.

F. Antonius Blanc a Neapoli
Sec. Generalis Ordinis.

Registrata.

Die 5. Octobris ejusdem Anni declaratus fuit a Pontifice Discretus perpetuus Ordinis Rev. P. Antonius Blanc per hujusmodi Breve.

Dilecto Filio Antonio Blanc Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum Professori.

CLEMENS PAPA XI.

Dilecte Fili Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

RELigionis Zelus, Vitæ, ac morum honestas, aliaque laudabilia probitatis, & virtutum merita, super quibus apud Nos fide digno commendarie Testimonio, Nos inducunt, ut Tibi reddamur ad gratiam liberales. Volentes itaque tibi, qui (ut asseris) Frater expresse professus Provinciæ Terræ laboris Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum, ac Sacræ Theologiæ Lector, & Ex Provincialis, nec non Tribunalis Nunciaturæ Apostolicæ Hispaniarum Theologus, dictique Ordinis Secretarius Generalis existis, ac Sedi Apostolicæ obsequium, operamque tuam fideliter impendisti, præmissorum meritorum tuorum intuitu gratiam facere specialem, Teque a quibusvis excommunicatio is, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existis, ad effectum præsentium duntaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus tuo nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Te inter Patres, qui Commissarii Generales Ordinis hujusmodi extiterunt, auctoritate Apostolica tenore præsentium connumeramus. Utque tu omnibus, & singulis privilegiis, prærogativis, indultis, & juribus, quibus Ex Commissarii Generales de jure, usu, & consuetudine, aut alias quomodolibet utuntur, fruuntur, & gaudent, ac uti, frui, & gaudere possunt, & poterunt in futurum, pari modo, & absque ulla prorsus differentia, uti, frui, & gaudere libere, & licite possis, & valeas in omnibus, & per omnia, perinde, ac si Commissarii Generalis hujusmodi munere functus fuisses, eadem auctoritate concedimus, & indulgemus. Decernentes easdem præsentes literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac Tibi in omnibus, & per omnia planissime suffragari; sicque in præmissis, per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam

etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac Provinciæ, & Ordinis prædictorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & Consuetudinibus, Privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice duntaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die III. Octobris MDCCXVI. Pontificatus Nostri Anno Decimosexto.

Loco ✠ Sigilli.

F. Card. Oliverius.

Confirmantur Literæ Patentes Commissarii Generalis Indiarum Occidentalium Ordinis Minorum de Observantia de Visitatore Provinciæ Chilensis.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Joannes *Musillo* Frater expresse professus, ac Costos, & Procurator Provinciæ Chilensis In Indiis Occidentalibus, Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum, quod alias dilectus etiam filius Josephus Sanz Commissarius Generalis Provinciarum earumdem Indiarum, ad parcendum innumeris expensis, quæ pro Visitatoribus euntibus ad visitandos Conventus supradictæ Provinciæ Chilen. requiruntur, per suas Patentes Literas desuper emanatas præcepit, ut in posterum non admittatur, nec recipiatur in Provincia hujusmodi aliquis Visitator ex alia Provincia, nisi solum ex illa Assumptionis Beatæ Mariæ Virginis Tucumaniæ, prout continetur in ipsius Josephi Commissarii Generalis Literis prædictis, tenoris, qui sequitur, videlicet:

F. Josephus Sanz Ordinis Sancti Patris Nostri Francisci Regularis Observantiæ Lector Jubilatus, Examinator Synodalis Archiepiscopi Toletani, Theologus Regis Catholici in Immaculatæ Conceptionis Deiparæ Congressu, Ex-Provincialis Provinciæ Castellæ, Pater ejusdem, & Provinciarum Aragoniæ, & Cathalauniæ, ac Commissarius Generalis omnium Occidentalium Indiarum cum plenitudine potestatis, & Servus &c. -- Reverendo Patri Provinciali, & Venerabili Definitorio nostræ Provinciæ Sanctissimæ Trinitatis de Chile salutem, & pacem in Domino Nostro Jesu Christo &c. Cum certiorati simus de expensis, quibus gravantur illæ nostræ præfatæ Provinciæ, quando RR. Patres Visitatores ad eas visitandas nominantur ex aliis longinquis Provinciis, & quod sint illæ gravissimæ, & magnæ expensæ indispensabiles, & necessariæ, propter longissima itinera per regiones desertas, ut fiat transitus ex una ad alias Provincias, ut experientia notum est: Et cum propter præfatæ nostræ Provinciæ Sanctissimæ Trinitatis paupertatem, nequeant fieri illæ magnæ expensæ necessariæ ad conducendum Visitatores ex longinquis Provinciis, nos propterea desiderantes, ut prædicta nostra Provincia evitentur tam graves sumptus, seu expensæ, nec non & adhærendo Constitutioni Generali præcipienti, eligi Visitatores ex propinquioribus Provinciis, ideoque virtute harum nostrarum Literarum, nostro nomine, & propria manu subscriptarum, & quas Sigillo majori nostri officii sigillamus, & per nostrum Secretarium attestamur, præcipimus, & ordinamus, ut deinceps non admittatur, nec recipiatur in præfata nostra Provincia aliquis Visitator ex alia Provincia, nisi solum ex illa Assumptionis Virginis Mariæ Tucumaniæ, quæ proximior est, ut hoc modo occurratur damnis, quæ evenire possunt, ob excessivas expensas, & ut observetur generalis Constitutio nostri Ordinis. Quapropter mandamus, ut statim ac ipsæ nostræ literæ Patentes accipiantur in præfata nostra Provincia, intimetur nostrum mandatum in eis contentum R. P. Commissario Generali nostrarum Provinciarum Regni Peruani, ut de illo sit admonitus; cui insuper mandamus virtute S. Obedientiæ, & Spiritus Sancti, quod nullo modo, nec sub aliquo prætextu, se opponat, nec contradicat nostro mandato, & dispositioni, nisi solum in casu, quo Sua P. Rev. velit sua propria persona prædictam Provinciam visitare. Datis in hoc Conventu S. Francisci Matriti, die 31. Julii 1715.

F. Joseph Sanz Commissarius Generalis Indiarum.

Loco ✠ Sigilli.

De Mandato Suæ Rmæ.
F. Clemens Zurita Secretarius
Generalis Indiarum.

§. 1. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, dictus Joan. Procurator præmissa, quo firmius subsistant, Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri summopere desideret: Nos ipsum Joannem Procuratorem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum, qui dilectum pariter filium modernum Procuratorem Generalem dicti Ordinis super præmissis audiverunt, consilio, præinsertas Patentes literas a memorato Josepho Commissario Generali Indiarum expeditas, ut præfertur, cum omnibus, & singulis in eis contentis, auctoritate Apostolica, tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus, salva tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium.

§. 2. Decernentes ipsas præsentes literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, sicque in præmissis per quoscumque Judices or-

ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac, quatenus opus sit, Provinciarum, & Ordinis prædictorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro pleno, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cœterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die xxv. Januarii 1717. Pontificatus Nostri Anno Decimo Septimo.

Die 10. Aug. ad immortalem vitam vocatus fuit P. Joannes Damascenus Mesuard Procurator Gen. Discalceatorum, & Recollectorum, cujus loco substitutus fuit P. Donatianus Larceneux Ordinis Sancti Francisci Recollectorum nuncupatorum, die prima Febr. 1717. per Breve, quod sequitur.

Dilecto Filio Donatiano Larceneux Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia Recollectorum nuncupatorum.

CLEMENS PAPA XI.

Dilecte Fili Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Religionis zelus, vitæ, ac morum honestas, aliaque laudabilia probitatis, & virtutum merita, super quibus apud nos fide digno commendaris testimonio, Nos inducunt, ut tibi reddamur ad gratiam liberales. Cum itaque, sicut accepimus, Officium Procuratoris Generalis Fratrum tam Discalceatorum, quam Recollectorum Ultramontanæ Familiæ Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum, per obitum q. Damasceni Mesnard, dum vixit, dicti Ordinis Professoris, vacaverit, & vacet ad præsens; juxta vero, quoddam Decretum super erectione ejusdem Officii à Nobis editum, præcipiatur, ut dictus Procurator Generalis pro una ex Fratribus Recollectis Franciæ, & pro alia vice ex Discalceatis Hispaniæ alternatim esse debeat, ejusque electio in Capitulo Generali Ordinis prædicti fiat; illius tamen celebratio adhuc differatur, eaque de causa, alternativa, non solum prædicti, sed aliorum officiorum ejusdem Ordinis suspensa remaneat. Hinc est, quod Nos de hujusmodi idoneo Procuratore Generali Fratribus ejusdem Ultramontanæ Familiæ providere volentes, ac de tua fide, prudentia, charitate, integritate, vigilantia, & Religionis zelo plurimum in Domino confisi, Teque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existis, ad effectum præsentium duntaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes; Motu proprio, ac ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, Te, qui (ut pariter accepimus) Frater expresse professus, & Custos Provinciæ Sancti Dionysii Ordinis prædicti existis, Procuratorem Generalem Fratrum Recollectorum, & Discalceatorum Familiæ Ultramontanæ memorati Ordinis, cum omnibus, & singulis prærogativis, præeminentiis, facultatibus, auctoritate, privilegiis, & gratiis, & indultis, ac honoribus, & oneribus solitis, & consuetis, ad nostrum, & Sedis Apostolicæ Beneplacitum, tenore præsentium constituimus, & deputamus. Mandantes propterea in virtute Sanctæ Obedientiæ omnibus, & singulis prædictæ Familiæ Superioribus, Fratribus, & personis, cœterisque, ad quos spectat, & spectabit in futurum, ut Te ad demandatum Tibi per præsentes Procuratoris Generalis hujusmodi Officium, illiusque liberum exercitium, juxta earundem tenorem præsentium, recipiant, & admittant, Tibique in omnibus Officium ipsum concernentibus faveant, & assistant, pareantque, & obediant respective. Ac decernentes ipsas præsentes literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac Tibi in omnibus, & per omnia plenissimè suffragari; sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac, quatenus opus sit, dicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus, Privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice duntaxat specialiter, & expresse derogamus, cœterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die prima Februarii MDCCXVII. Pontificatus Nostri Anno Decimoseptimo.

F. Card. Oliverius.

Confirmantur privilegia Mendicantium pro quæritandis eleemosynis in quacumq. Diœcesi, in qua sit eorum Cœnobium, etiam sine Ordinariorum licentia.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Fratres Discalceati Provinciæ S. Josephi Matritensis, omniumque Regnorum tam in Hispaniis, quam Conventuum ubique existentium Ordinis S. Francisci Strictioris Observantiæ nuncupat. quod ipsi privilegia eis a fel. rec. Sixto Papa IV. Prædecessore nostro in §. VIII. Bullæ Aureæ concessa, nec non Decreta a Congregatione tunc existentium S. R. E. Card. negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita pluries emanata, ac ad alios Regulares extensa, per quæ decernitur, quod Fratres Ordinum Mendicantium ab Ordinariis Locorum seu

seu ab aliis Regularibus prohiberi minime possint, quin per seipsos in locis, ubi habent Conventus, eleemosynas quaerant, sed tantum si extra loca, ubi Conventus reperiuntur, quaerere voluerint, suorum Superiorum licentiam Ordinario ostendere teneantur, per Nos confirmari plurimum desiderent. Nos ipsos Exponentes specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium duntaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum ejusdem S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium praepositorum, qui relationem dilecti filii moderni Procuratoris Generalis dicti Ordinis super praemissis ad eosdem Cardinales transmissam viderunt, consilio, privilegia, & Decreta supra recensita, & respective extensa, auctoritate Apostolica, tenore praesentium, confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adjicimus: salva tamen semper in praemissis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium.

Decernentes easdem praesentes literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, plenissime suffragari; sicque in praemissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nec non, quatenus opus sit, Provinciae, & Ordinis praedictorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & Consuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis, Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores, praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 8. Julii 1717. Pontificatus nostri anno decimo septimo.

Confirmatur Decretum Congregationis Episcoporum, & Regularium de divisione Provinciae S. Joannis Evangelistae Insularum Azorum, & Tersierae Fratrum Minorum de Observantia.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Nuper pro parte dilectorum filiorum modernorum Ministri Provincialis, atque Definitorii, omniumque Fratrum Provinciae S. Joannis Evangelistae Insularum Azorum, & Terseirae respective nuncupat. aliarumque Insularum Maris Oceani, temporali ditioni Charissimi in Christo Filii nostri Joannis Portugalliae, & Algarbiorum Regis illustris subjectarum, Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum, Congregationi Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium praepositae exposito, quod praedicta Provincia magno Conventuum, & Religiosorum numero abundans, quippe quae ultra parvos Conventus, seu Hospitia, Oratoria, & Monasteria Monialium, quae retinebat ab aliis septemdecim conspicuis Conventibus constituebatur, & quingentos, & ultra Religiosos numerabat, difficillime, & non sine magno ejusdem Provinciae praejudicio, ac deplorabili Regularis observantiae discrimine, & relaxatione ab uno tantum Ministro Provinciali regi, gubernari, & visitari poterat: nam cum praedictae Insulae, & signanter supradictae Terseira, aliaeque adjacentes, ad ea longa Maris intercapedine ab aliis Insulis Azorum disjungerentur, ut Minister Provincialis pro tempore existens, pro explenda Visitatione de Conventu ad Conventum iter aliquando centum quadraginta leucarum per Mare Oceanum aggredi opus haberet, hinc eveniebat, quod aut nunquam, aut raro omnium, & singulorum Conventuum visitatio per illum compleri valebat, & si aliquando aliquis, ob disciplinae Regularis zelum, in tam vastum Pelagum se committere ausus fuerat, saepe saepius zelum suum sibi exitialem expertus fuerat; nam aut vorticibus absorptus, aut a Piratis deprehensus, nullam utilitatem, sed sibi exitium, Provinciae luctum, & subsequentibus Ministris Provincialibus exemplum, ne similia tentarent, induxerat. Quinimo, nedum Minister Provincialis, sed quamplures etiam alii Religiosi, dum de Insula in magis distantem Insulam vigore obedientiae, aut ob exercenda Religionis officia, transfretaverant, consimilia infortunia passi fuerant; uam aut perierant in Mari, aut Piratarum Algeriorum mancipia evaserant. His etiam accedebant innatae animorum aversiones, & antipatiae, quibus Religiosi Nationales alii alios fastidiabantur, unde mutua discrimina, & continuae dissensiones inter Religiosos Insularum S. Michaelis, & Sanctae Mariae unam Nationem, ac alios Insulae Terseirae, reliquarumque adjacentium, aliam factionem respective constituentes, dimanabant, adeoque hujusmodi dissidia ita excreverant, ut miscentibus se se illis etiam saecularibus utriusque Nationis, tantum scandalia non obruta fuisset, dum prae caeteris Conventus dictaeum duarum Insularum Sancti Michaelis, & S. Mariae ab eodem Ministro Provinciali, qui ex praedicta Insula Terseira fuerat, se subtraxerant, utque magis illa non exardesceret, Ministri Generalis dicti Ordinis dictam perniciosissimam rebellionem, mediante deputatione unius Commissarii cum jurisdictione, & superioritate in eodem Conv. tolerare coactus fuerat, ideoque, ut tot praejudicia, incommoda, & scandala praefatae Provinciae de medio tollerentur, ac in illa debita quies, & regularis disciplina restitueretur, debitumque gubernium per Superiorea exerceri valeret, pro parte eorumdem Exponentium eidem Congregationi Cardinalium supplicato, ut illam scindere, & separare, constituendo quidem ex decem Conventibus, & ex aliis exiguis Domibus, seu Oratoriis, vel Hospitiis, ac Monasteriis Monialium, quae sunt in Insula praefata de Terseira, & aliis quinque adjacentibus, cum tercentorum viginti Religiosorum numero unam Provinciam cum retentione ejusdem nominis Provinciae S. Joannis Evangelistae, as cum eodem sigillo, titulis, & praerogativis, quibus a fel. rec. Urbano Papa VIII. Praedecessore nostro erecta fuerat; ex aliis vero septem Conventibus cum eorum Hospitiis, Monasteriis Monialium, & aliis parvis

vis Conventibus, & qui in duabus Insulis S. Mariæ, & S. Michaelis essent, unam Custodiam sub titulo, & denominatione Custodiæ Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis Immaculatæ Insulæ ejusdem Sancti Michaelis, ab uno Custode, & duobus Definitoribus regendam, & gubernandam, quæ dilecto etiam filio moderno, & pro tempore existenti Ministro Generali subjecta esse deberet, concurrente in id prædicti Joannis Regis beneplacito, erigere, & creare dignarentur: Emanavit ab eadem Congregatione Cardinalium Decretum tenoris sequentis, videlicet: „ Sacra Congregatio Eminentissimorum, & Reverendissimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, ad quam Sanctissimus Dominus Noster supplicem hunc libellum benigne remisit, visis relatione P. Procuratoris Generalis Ordinis, ac juribus deductis, reque mature perpensa, referente Eminentissimo de Abdua, Oratorum precibus induisit juxta petita. Romæ 15. Januarii 1717.

F. Card. de Abdua.

Loco ✠ Sigilli.

R. Archiepiscopus Damascenus Secret.

§. 1. Cum autem, sicut pro parte Ministri Provincialis, Definitorii, cæterorumque Fratrum prædictorum Nobis subinde expositum fuit, ipsi Decretum hujusmodi, quo firmius subsistat, Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri plurimum desiderent: Nos specialem ipsis Exponentibus gratiam facere volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præinsertum auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus; salva tamen semper in præmissis auctoritate præfatæ Congreg. Cardinalium.

§. 2. Decernentes easdem præsentes literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari: sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non, quatenus opus sit, Provinciæ, & Ordinis præfatorum, aliisve quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & Consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores, præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die viii. Julii 1717. Pontificatus Nostri Anno Decimo Septimo.

Breve quo à Pontifice declaratus fuit P. Reverendiss. Joseph Garcia Min. Generalis totius Ordinis Sancti Francisci.

CLEMENS PAPA XI.

Dilecte Fili salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Religionis zelus, vitæ, ac morum honestas, aliaque laudabilis probitatis, & virtutum merita, super quibus apud Nos fide digno commendaris testimonio, Nos inducunt, ut te specialibus favoribus, & gratiis prosequamur. Cum itaque, sicut dilecti filii moderni Vice-Commissarii Generales Cismontanæ Familiæ, ac Discreti, nec non Officiales Curiæ, tam Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia, quàm Reformatorum respectivè nuncupatorum, Nobis nuper exponi fecerunt, tu, qui frater expressè professus dicti Ordinis de Observantia existis, per obitum quondam Ildephonsi de Biezma ultimi illius Ministri Generalis, qui anno proximè præterito ab humanis decessit, à dilectis pariter filiis Compromissariis Ordinis præfati in Ultramontana Familia, juxta Statuta Ordinis hujusmodi per Sedem Apostolicam confirmata, in Vicarium Generalem ipsius Ordinis, usque ad illius proximè futurum Capitulum Generale, rite, & canonice electus fueris; tu verò ratione Vicariatus Generalis hujusmodi eadem auctoritate, qua Minister Generalis Ordinis prædicti pro tempore existens utitur, pari modo utaris, & ab eo nomine duntaxat differas, ac ipsi Exponentes plurimùm expedire existiment, ut titulo pariter, & denominatione Ministri Generalis hujusmodi decorreris: Nos te, præmissorum meritorum tuorum intuitu, specialis favore gratiæ prosequi volentes, ac tui, eorumdemque Exponentium singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium duntaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Tibi, ut etiam titulo, & denominatione Ministri Generalis Ordinis præfati, usque ad proximè futurum Capitulum Generale hujusmodi uti, frui, & gaudere, teque Ministrum Generalem in quibusvis litteris, decretis, aliisque scripturis inscribere liberè, & licitè possis, & valeas, necnon interea Minister Generalis ejusdem Ordinis in quibusvis actibus, & functionibus, tam publicis, quàm privatis haberi, & reputari debeas in omnibus, & per omnia, perinde ac si in Ministrum Generalem Ordinis hujusmodi electus reperireris, auctoritate Apostolica tenore præsentium concedimus, & indulgemus. Decernentes easdem præsentes litteras firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac tibi in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, & spectabit in futurum, inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter,

ter, vel ignoranter contigerit attentari: Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, se, quatenus opus sit, dicti Ordinis, etiam juramento, Confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus, Privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis, quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice duntaxat, specialiter, & expressè derogamus, cœterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die iv. Augusti MDCCXVII. Pontificatus Nostri Anno Decimoseptimo.

Loco ✠ Sigilii.

F. Card. Oliverius.

Provinciis Fluminis Januarii, & S. Antonii Discalceatorum in Brasilia conceditur facultas proponendi tres Religiosos idoneos pro Commissariis Visitatoribus earumdem.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

EXponi Nuper fecit Dilectus filius Antonius a Plagis Procurator Provinciæ Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis Immaculatæ Fluminis Januarii, ordinis FF. Minorum Sancti Francisci de Observantia Reformatorum nuncupatorum, quod alias quondam Petrus Sormani dum vixit Minister Generalis dicti Ordinis, incommodis, expensis, gravissimisque molestiis, quæ ex deputatione Commissariorum Europæorum, ad visitandas prædictam, & Sancti Antonii Brasiliensis ejusdem Ordinis Provincias in Brasilis, earumque Capitulis præsidendum mitti solitorum, proveniebant, simulque vagationibus Fratrum, qui propter causas appellationum, longissimis itineribus se committere cogebantur, opportunis rationibus occurrere volens, nonnullas ordinationes in dictis Provinciis servandas fecit, per quasdam suas Patentes literas, die 29. Martii 1688. expeditas, per quas præcepit, ne in posterum ad dictas Provincias Commissarii Visitatores Europæi mitti, sed ipsi ex eisdemmet Provinciis assumi deberent modo sequenti, nempe, ut in quolibet Capitulo Provinciali secundo dictæ Provinciæ Sancti Antonii novum Definitorium tres Religiosos ex primo dicta Provincia Conceptionis B. Mariæ Virginis Immaculatæ, in Commissarios Visitatores ejusdem Provinciæ Sancti Antonii eligeret, eorumque nominatio ad dictum Ministrum Generalem, data prima occasione discessus alicujus Navis ad partes Europæas, sub pœna suspensionis a Divinis, tam a Ministro Provinciali, quam ab aliis, qui præmissa neglexissent, incurrenda, mitteretur: Ita ut Visitatores Commissarii unius Provinciæ ex alia reciperentur, & alias, prout in prædictis litteris Patentibus, per quasdam felic. record. Innocentii XI. die 2. Maii dicti anni desuper in simili forma Brevis expeditas, confirmatis uberius dicitur contineri. Post modum vero, cum quondam Philippus a Matre Dei Procurator dictæ Provinciæ Sancti Antonii fel. memoriæ Alderano dum vixit Episcopo Ostiensi S. R. E. Cardinali Cybo nuncupato, tunc dicti Ordinis apud Sedem Apostolicam Protectori, exposuisset, quod dicti Commissarii Visitatores, sive ex Portugallia, sive ex Fluminis Januarii Provinciis hujusmodi selecti fuerant, ex se, ob magnam distantiam, commissum sibi munus minime adimplere poterant, ipse Alderanus Episcopus Cardinalis, & Protector, de consensu, & approbatione Definitorii Generalis, & Ministri Generalis prædicti Ordinis die XI. Augusti 1688. per suum Decretum præcepit, & mandavit, ut de cœtero in Capitulis Provincialibus prædictæ Provinciæ Sancti Antonii, tres Religiosi seligi possent, iique Ministro, vel Commissariis Generalibus pro tempore existentibus, proponi deberent, ad hoc, ut unum ex iis in Commissarium Visitatorem ejusdem Provinciæ constituerent, & deputarent; & in defectum primi, alterum subrogarent, quam quidem deputationem ad eamdem Provinciam quam primum remittere deberent, ad hoc ut Commissarius Visitator, intra tempus a Constitutionibus Ordinis hujusmodi præscriptum, Visitationem assumere, & complere posset, & alias, prout in ejusdem Alderani Episcopi Cardinalis, & Protectoris Decreto, ac literis Apostolicis in simili forma Brevis die 28. ejusdem Mensis Augusti super illius confirmatione emanatis, quorum tenore præsentibus pro expressis haberi volumus, uberius continetur; sicque prædicta Provincia Sancti Antonii huc usque gubernata fuit. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, memoratus Antonius Procurator, quo prædictis inordinationibus, quibus dicta Provincia sua de præsenti obnoxia reperitur, occurrere valeat, prædictæ suæ Provinciæ eamdem facultatem, quæ Provinciæ Sancti Antonii concessa fuit, a Nobis concedi plurimum desideret: Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, & ut infra, indulgere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur ipsius Antonii Procuratoris votis in præmissis, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de Vener. FF. nostrorum ejusdem S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum, qui relationes jam defuncti Procuratoris Generalis, & dilecti filii moderni Vice-Procuratoris Generalis dicti Ordinis Discalceatorum, & Recollectorum, super eisdem præmissis, dictis Cardinalibus factas audiverunt, Consilio, Fratribus Definitoris primo dictæ Provinciæ facultatem eligendi in eorum Capitulis Provincialibus tres Religiosos benemeritos, & quos magis idoneos judicaverint, eosque Ministris, vel Commissariis Generalibus pro tempore existentibus proponendi, ad hoc ut ex iis tribus unum Commissarium Visitatorem ejusdem Provinciæ constituant, & deputent, & in defectum primi, alterum subrogent, ac deputationem ad eamdem Provinciam quam primum remittere debeant, ut Commissarius Visitator intra tempus a Constitutionibus præscriptum, Visitationem assumere, & complere possit, auctoritate Apostolica tenore præsentium concedimus; salva tamen semper in præmissis auctoritate dictæ Congregationis Cardinalium. Decernentes easdem præsentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effe-

effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non Provinciarum, & Ordinis ejusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & Consuetudinibus, Privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice duntaxat specialiter, & expresse derogamus, cœterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 7. Septembris 1717. Pontificatus Nostri Anno decimoseptimo.

F. Cardinalis Oliverius.

Loco ✠ Sigilli.

Fr. Joseph Garcia Lector Jubilatus, pro Immaculatæ Conceptionis Regali Congressu Theologus, ac totius Ordinis Seraphici Patris Nostri Sancti FRANCISCI Minister Generalis, & Servus &c. Omnibus Fratribus, & Monialibus, Prælatis, ac Subditis nostræ curæ, & jurisdictioni ubique gentium commissis, ac subjectis, utramque salutem in eo, qui est vera salus, & plenam in Spiritu Sancto consolationem.

SAnctissimi D. N. Benignitatem, & gratiam in concessione tituli Ministri Generalis recorgnoscentes, tantò amplius ad ea, quæ sunt muneris nostri sedulò adimplenda tenemur, quanto amplioribus favoribus Apostolicis honoramur; indeque crescit in nobis debitum, undè crescit & donum. Huic ergo tanto muneri satisfacientes, hortamur vos, & exhortamur in Domino Jesu Christo, ut quemadmodum accepistis a SS. Patribus, qui nos præcesserunt, quomodò vos oporteat ambulare, & placere Deo, sic & ambuletis, ut abundetis magis, vitam, & mores componentes, respicientes ad exemplar Seraphici Patriarchæ, quotidiè in SS. Filiis renovatum.

1. Memores igitur estote, quod vocati estis à vana vestra conversatione, in qua aliquando fuistis, non ampliùs ad eam redituri, ne participes efficiamini delicti ingrati populi ex Ægypto vocati, qui respuens in deserto alimenta cœlestia, concupivit jam derelicta in Ægypto terrestria. Hanc igitur impietatem detestantes, & quæ retrò sunt obliviscentes, ad ea, quæ potiora sunt, vos extendite, de virtute in virtutem ascendentes, semper inhiantes perfectioni, ad quam vocati estis. Quam faciliter assequemini, si totis viribus in id intendatis, ut Regulam Seraphici P. N. Francisci exactè observetis. Non enim potest esse perfectio, ubi est transgressio mandati paterni, quia cum quodlibet sit veluti fundamentum, & basis spiritualis ædificii, quod ex omnium observantia consurgit, uno deficiente, totum corruere ædificium necesse est. Nec superflua, aut inutilis æstimanda est Statutorum Regularium disciplina, & rigorosa observantia, cùm in eis decor, & speciositas Religionis consistat: tùm quia sine eis informis, & invisa esset Religiosa Familia, potiùs dicenda confusio, quàm ordinata congregatio; præcipuè autem, quia sunt antemurale defendens murum spiritualis Religiosi ædificii, cujus conservatio ita ab antemurali dependet, quod dissipatur omninò, si antemurale luget, & patitur. Quapropter omnes Prælatos monemus, ut super horum omnium observantiam maximè invigilent, illucque tendat totus scopus eorum regiminis, ubi omnia ad statum conducentia abundè videntur disposita, & declarata. Nec opus est, quod novis multiplicibus præceptis illaqueent animas subditorum; cum plenè jam legibus, tum Apostolicis, tum Religionis reperiantur præscripta pro perfectione, & splendore Religionis necessaria. Quod eo vel maximè necessarium putamus, quia multiplicitas legum parit contemptum, & dum subditus gravatus queritur, patet transgressionibus aditus. Præterquamquod, ut in plurimum videtur, quod Superiores toto corde intenti observantiæ strictæ proprii mandati, non curant de transgressione substantialis, & communis præcepti; magnaque inordinatio non semel inspicitur, dum nos propriis è cerebro mandatis, contemptis communibus magna deliberatione factis, intentos videmus. Inhærentes autem his, quæ matura deliberatione in comitiis Generalibus sancita sunt, totus noster labor erit in observantia eorum procuranda. Si enim hoc assequimur, totum perfecisse putamus. Non omittemus autem hic recensere aliqua, exigente temporis malitia, exprimenda, quia ex transgressione eorum incurrit Religio immensa damna.

2. In primis suademus, & strictè præcipimus, quod in omnibus Provinciis, & Conventibus, ubi non viget, restauretur vita communis in victu, & vestitu, ut in pusillis evitentur detractiones, invidiæ, & querelæ, & in majoribus occlusæ maneant januæ tumori, & fastui, in omnibusque sit cor unum, & anima una, cum amor maximum accrementum accipiat ex similitudine exterioris habitus. Nec deinceps Religiosis particularibus peculiaria permittantur peculia, sed omnia in manibus Sindici Apostolici tradantur, ut ibi confusa maneant cum reliquis Conventus eleemosynis, ut ex eis communibus, & particularibus necessitatibus à Superiore locali provideatur. Nec quovis prætextu licebit id relinquere dispositioni particularis Fratris, quia cum difficile sit, experientia teste, modum tenere, non debet subdito subministrari materia peccati, sicut non licet ponere in manibus furiosi gladium, quo abutatur. Relegenturque ab omnibus ea, quæ videntur superflua, maxime preciosa, & nimis curiosa, utpote nostro repugnantia statui, scandalumque gignentia inter seculares, dum vident Fratres professione pauperes, uti ad luxum his, quæ abhorret eorum professio. Nunquam tamen subditis denegentur necessaria respectivè ad eorum personas, & gradus, cum æquum sit, ut iis suppeditentur justa, quibus adimuntur superflua. Recordentur tamen subditi, dum egent, paupertatis promissæ, quia juxta sententiam D. Bonaventuræ: Non possunt dici pauperes, qui aliquo non egent. Paucis est contenta natura, paucissimisque vita Apostolica, non amplius permittens, quam alimenta, & quibus corpus tegatur. Si ergo hujusce vitæ sectatores sumus, repellere omnino debemus superflua,

pretioſa, & curioſa, quibus potius delitiæ foventur, quam neceſſitas ſublevatur. Ex non ſervato hoc paternali monito, omnibus graves, & oneroſi ſumus, pluribuſque datur materia vagandi, curſitandique per domos, turpis lucri gratia.

3 Deinde etiam monemus omnes Prælatos, & Subditos omnium Provinciarum, ut, quantum in ipſis eſt, totas vires adhibeant ad exterminandum ex omnibus Provinciis, & Conventibus partialitates, & factiones, ex quibus oriuntur jurgia, diſcordiæ, lites, ſchiſmata, diſſenſiones, contentiones, ſcandala, quibus fraternalis charitas rumpitur, pax perditur, & juſtitia violatur, quia dum quilibet quæ ſuæ factionis ſunt quærens, ſuas partes promovere ſtudet, & quæ Jeſu Chriſti, & juſtitiæ ſunt, parvipendit. Hanc iniquitatem deteſtantes, liberi ab omni humana affectione, juſtum judicate judicium, ſine acceptione perſonarum, merita remunerantes, diſtribuentes, primò intenti communi Religionis bono, honores, & onera, & ſecundario virtutes præmiantes. Præcipue autem deſideramus, quod ad officia curam animarum habentia, ii eligantur, qui digniores cæteris inveniuntur, cum ad id teneamur, tum ex jure Divino, tum ex præſcripto Sacrorum Canonum, referentium ingentia damna, ob inobſervantiam tam ſalutaris mandati. Quæ proculdubio nobis imputabuntur, ob male adminiſtratam juſtitiam, ſi oves nobis concreditas iniquis paſtoribus tradamus. Attendant ergo qui præſunt, eos non eſſe Dominos, ut liberam ſibi diſpoſitionem in aliquo arrogent, ſed eſſe purè adminiſtratores, juri ſubordinatos, à quo ſi deviant, injuſtitiam committunt, injuriamque Religioni faciunt. Caveant etiam omnes Fratres à dignitatibus, & officiis Ordinis procurandis, cum indignos ipſos reddat muneribus vel ſolus eorum appetitus, & inclinatio. Non enim qui ſe commendat, ſed quem Deus commendat, invenitur probatus. Nec qui ſumit ſibi honorem, ille judicatur dignus, ſed ille ſolùm, qui ut Aaron ad dignitatem à Deo vocatur. Maximè autem damnamus ambitionem eorum, qui mediis favoribus ſæcularium aliquid in Religione obtinere præſumunt; contra quos omni juris ſeveritate procedemus, uſque ad declarandos eos per ſtatuta Apoſtolica excommunicatos.

4 Inſuper præcipimus, quod ſi quod fuerit in Religione delictum, nunquàm ſæcularibus manifeſtetur, & ſi quis inventus fuerit in hoc delinquens, ſine miſeratione tota pœna legis puniatur. Innumera enim damna, ob hos maledicos Fratres revelantes ſecreta non pandenda, incurrit Religio, ob quæ juſtè timere debent maledictionem, quam Patriarcha Noe pronunciavit contra Cham revelantem, & non cooperientem occulta verenda Patris. Maximè autem id timere debent peſſimi illi Religioſi, qui ſuæ profeſſionis obliti, vel ob affectiones privatas, vel ob ambitionem, ad tribunalia ſæcularia, contempto Religionis judicio, recurrunt, vel ut ſuas proſequantur prætenſas injurias, vel ut ſuos fratres titulo colorato juſtitiæ perſequantur: quia cum ex talibus delationibus deſpecta, datnepataque videatur Religio, Rei ſunt tam immenſi mali, meritoque ut ſacrilegi ab omnibus reputari debent, tum ex Sacrorum Canonum præſcripto, tùm etiam ex legibus civilibus arcentibus judices à talium cauſarum cognitione, ne Rei efficiantur ſacri violati; indeque tales damnabiliores efficiuntur, quia ex proprio ſtatu tenentur ad ea intra Religionem occultanda. Mementote ergo chariſſimi, quod Supremi Principes factis, & legibus maxime curarunt, quod delicta Religioſorum extra clauſtra non panderentur, ne violaretur eorum honor, & fama, ſine quibus inutiles efficiuntur ad aliorum ſalutem, ad quam procurandam ſunt evocati. Si ergo ob talium fratrum quærelas, & delationes fama Religionis periclitatur, honorque jacturam patitur, in cauſa ſunt aliorum non conſecutæ ſalutis, & quod nomen Domini blaſphematur: cavete ergo filii a talibus delictis patrandis; & ſi qui in vobis ſunt, qui in hoc aliquando deliquerunt, reſipiſcant, & condignam ſatiafactionem exhibeant. Alioquin certi eſtote, quod etſi Religio, ob majora evitanda mala, injurias ad metam juris non vindicat, habet pro ſe Deum judicem, cujus iram nec vivi, nec defuncti effugere poſſunt.

5 Suademus etiam, quod, & jam paternaliter monuimus, ut radicitus evellatur perniciuſus abuſus ſcribendi gratulatorias litteras, aliaſque non concernentes materias graves merito ad Nos referendas; cum ex talium ſcriptione, præter conſumptionem temporis, aliis negotiis ex noſtro munere debiti, periclitetur a nobis promiſſa paupertas; dum denariorum conſiderabiles ſummæ in earum conductione ſolvenda inſumuntur. Præcipuè autem eas interdicimus litteras nobis mittendas, quæ vel ab Auctore non ſubſcribuntur, vel in eis ſupponitur diſtinctus Auctor, cum illæ, præter tranſgreſſionem paupertatis, quam ſecum afferunt, communem aliis inutilibus litteris, ferè ſemper inveniuntur infamatorii libelli, quibus denigratur opinio bonorum, & Provinciæ ipſæ infamantur. Advertant ergo talia ſcribentes, quod tantùm abeſt ab animo noſtro eis adhibere fidem, quod, ſi quandoque Auctor repertus fuerit, ex decreto noſtro luet pœnas infamatoris maligni. Ut autem recurſus ad Nos è Provinciis faciendi, debito ordine fiant, ordinamus, quod, niſi aliud exegerit materia, omnes recurſus fiant medio Provincialium interventu.

6 Deinceps miſerationis ſolitæ non obliti compatimur his, qui ignorant, & errant, præcipuè autem illis, qui in viam Cain abierunt, ut ſunt infelices Apoſtatæ, qui à corpore Religionis præciſi, vagi, & profugi ſuper terram huc, illucque diſcurrunt, ſemper timidi, & pavidi. Quibus omnibus, antequam in profundum malum deſperationis veniant, incidantque in barathrum, ubi luant pœnas cum deſertoribus Angelis, januas miſericordiæ aperimus, ut ſe reducant ad Religionis gremium, condonantes eis omnes pœnas, ratione Apoſtaſiæ, ex præſcripto legum illis infligendas: dummodò intra ſpatium trium menſium ſe præſentent in propriis Provinciis. Quibus elapſis nulli præſens ſuffragabitur gratia: ſicut nec ſuffragari debet illis, qui in confidentiam harum litterarum, poſt eas intimatas, delinquunt: quinimò tam contra ipſos, quàm contra alios quoſcumque, qui deſertores proprii ſtatus deinceps extiterint, omni juris rigore procedemus.

7 Item hortamur omnes fratres, qui ſunt de ſtrictiori obſervantia, quorum vita permultùm accepta in Populo Chriſtiano videtur, ut maximopere curent bonum conſervare nomen, bonus Chriſti odor exiſtentes in omni loco, ut per eos honor Religionis accreſcat: quod tunc aſſequentur ad plenum, quando ad unguem obſervaverint pro rigidiori obſervantia condita Apoſtolica, & municipalia ſtatuta. Quod paternale monitum etiam extendimus ad Recollectiones intra Provincias Obſervantiæ vigentes, offerentes ſectatoribus tam exemplaris vitæ omnem favorem, & gratiam, ut ad

opta-

optatum finem deducant suum conatum, & desiderium. Omnes item Moniales nostræ curæ commissas etiam hortamur affectione p tius, quàm potestate, ut memores, quod sunt illustrius portio Gregis Christi, non amplius in veterem mundialem vilitatem degeneri conversatione redeant; sed tota mentis aviditate currentes in odorem unguentorum sponsi, ibi sint fixa earum corda, ubi vera sunt gaudia. Abbatissæ autem, & aliæ Præfectæ Monasteriorum, quocumque nomine nuncupentur, plusquàm aliæ de diaboli infestatione timentes, ita sint ad sollicitudinem cautæ, ut semper super concreditas sibi oves invigilent, tanquàm rationem de earum animabus in die judicii redditura.

8 Denique volentes prosequi subditos nostros favoribus, & gratiis, monemus ipsos, ne indigni efficiantur, extendentes ad prohibita manus, sed intra proprios terminos sui humillimi status contenti, omnem adhibeant manum, ut opere compleant, quod Domino promiserunt. Sic enim digni effecti, apud Nos commendati existant, ut eos honoribus præ aliis pro captu cujusque prosequamur. Illi autem, qui se ipsos indignos efficiunt, vel non servantes aliquod Regulæ præceptum, vel non viventes juxta regularia statuta monastice, omninò in animo nostro manent exclusi ab honoribus. Undè si quandoque contigerit alicujus istorum promotio, credendum est, quòd falsa narrativa a nobis extorquetur favor.

9 Pro complemento vos monemus, ut sitis cor unum, & anima una, mutuam in vobismetipsis charitatem continuam habentes, ut pax Dei, quæ exuperat omnem sensum, habitet in vobis, & amplius non sint schismata, & divisiones inter vos. Sic enim charissimi inter vos uniti, terribiles affecti diabolo, formabitis castrorum ordinatam aciem ad præliandum prælia Domini, & ejiciendum fortem armatum, qui in pace majorem partem mundi possidet. Ne autem hic labor noster fiat inanis, præcipimus omnibus Provinciarum, & Custodiarum nostrarum Prælatis, ut quum primum has nostras præsentes litteras acceperint, eas faciant publicari in omnibus Conventibus suæ jurisdictionis coram Fratribus capitulariter congregatis. Guardianis verò, & aliis Superioribus localibus, ut earum transumptum in libro Conventus transcribatur. Volumus item sub pœna indignationis nostræ, ut tam de publicatione, quam de accepto transumpto Nos, vel RR. Patres Vice-Commissarios Ultramontanæ Familiæ respectivè, certiores reddant.

Datum in hoc nostro Conventu Sancti P. Nostri Francisci Curiæ Matritensis. Die 17. Mensis Septembris Anni Domini 1717.

Fr. Joseph Garcia
Minister Generalis.

De Mand. Suæ Reverendissimæ Pat.
Fr. Reginaldus à Mirandula
Secret. Generalis Ord. &c.

Registrata Tit. Provinciæ.

EPISTOLA

EX MENTE

Sac. Congreg. Episcop. & Regular. ad Superiores Ordinum Mendicantium circa qualitates Tertiariorum cujuscumque Instituti.

Reverendo Padre.

La Sagra Congregazione de Vescovi, e Regolari ha altre volte dichiarato circa le Terziarie. Primo, che non vanghino ammesse all' Abito altre Donne, che di buoni Costumi, e di vita approvata. Secondo, che non siano di età minore d'anni 40. Terzo, che abbino di proprio il mantenimento necessario. Quarto, che ne ottenghino prima la licenza dall' Ordinario. Quinto, che non coabitino con Uomini, che non siano Parenti in primo grado. Sesto, che concedendosi l' Abito di Terziarie debbano quelle onninamente astenersi di portare il velo, sottogola, pettorale, pazienza, e manto; e se alcuna di esse contraverrà, possa essere astretta a dimettere detti Abiti, mediante le Censure. Essendo pervenuto all' Orecchie della detta Sagra Congregazione, che di nuovo si siano introdotti molti abusi in questa materia, impone agli Ordinarj de' luoghi di prendere le dovute informazioni, ordinando, che siano subito spogliate quelle Terziarie, che non saranno state vestite, e non viveranno colle condizioni di sopra prescritte, incaricando anco a Noi l' osservanza de predetti Decreti. Che però comando espressamente a V. P. che invigili alla suddetta osservanza, e non permetta, che siano vestite Terziarie, se non secondo la forma significata, e se ve ne sono delle vestite senza la suddetta forma, procuri in ogni conto d' indurvele, e quando non si possa, le faccia spogliare. Stia ben attenta su questo particolare, e nostro Signore le conceda ogni bene. Roma Araceli 25. Settembre 1717.

Affezzionatissimo &c.
F. Lorenzo di S. Lorenzo
Vice-Com. Generale.

Ob mortem A. R. P. Joannis Mariæ a S. Cruce Ex-Commissarii Generalis Curiæ, & Definitoris Generalis subrogati, orta controversia circa subrogationem inter PP. Xistum de Alphianello Provinciæ Brixiæ, & Joannem Hieronymum de Massa Provinciæ Tusciæ ex-Definitores Generales, causa fuit huic adjudicata per Discretorium Generale, ut patet per subsequens.

DECRETUM.

Convocatis Reverendissimis, & Adm. RR. Patribus Discretorii Generalis existentibus in Urbe Roma in hoc Aracœlitano Conventu, ac in Cella nostræ solitæ residentiæ, die 5. Decembris anni 1717. ac per eosdem examinata controversia vertente inter Adm. R. P. Joannem Hieronymum de Massa Ex-Definitorem Generalem Provinciæ Observantiæ Tusciæ ex una parte, & Adm. R. P. Xistum ab Alphianello pariter Ex-Definitorem Generalem Provinciæ Observantiæ Brixiæ ex altera parte, super jure subrogandi in Definitorem Generalem vacatum per mortem Adm. R. P. Jo. Mariæ a S. Cruce ejusdem Provinciæ Observantiæ Tusciæ, visis, & matu-

re

Digitized by Google

re discussis rationibus hinc inde allegatis, unanimi omnium consensu in eam devenerunt sententiam, ut prædicta subrogatio loco quondam P. Joannis Mariæ a Sancta Cruce, debeatur de jure eidem antedicto P. Joanni Hieronymo de Massa; & ita &c.

Datum loco, Anno, Mense, ac die, quibus supra &c.

Ita est F. Franciscus a Brandelio, Ex-Procurator Generalis, & Definitor Generalis Reformatorum.
Ita est F. Franciscus a Sancto Severino, Procurator Generalis Reformatorum.
Ita est F. Mathæus a Pareta, Commissarius Generalis Curiæ.
Ita est F. Martinus ab Albiturria, Procurator Generalis Ordinis.
Ita est F. Antonius Blanc, Ex-Commissarius Generalis, & Ordinis Discretus Perpetuus.
Ita est F. Deodatus a Roma, Ex-Commissarius Generalis Reformatorum.
Ita est F. Cœlestinus a Mediolano, Ex-Commissarius Generalis.
Ita est F. Joannes Antonius a Panormo, Ex-Commissarius Generalis.
Ita est F. Cherubinus a Nardo, Ex-Commissarius Generalis.
Ita est F. Jacobus a Verruchio, Vice-Commissarius Reformatorum.
Ego F. Laurentius a S. Laurentio, Vice-Commissarius Generalis suprascriptorum Patrum vota approbo, & confirmo.

Loco ✠ Sigilli.

Die 31. Januarii 1718. declaratus fuit Eminentissimus Laurentius Casoni Protector totius Ordinis S. Francisci, ob mortem Eminentissimi Fabritii Spadæ.

Dilecto Filio nostro Laurentio S. R. E. Presbytero Cardinali Casoni nuncupato.

CLEMENS PAPA XI.

Dilecte Fili salutem, & Apostolicam Benedictionem.

Cum per obitum bon. mem. Fabritii Episcopi Prænestinen. S. R. E. Cardinalis Spada nuncupati dum vixit, Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum apud Sedem Apostolicam Protectoris, nuper apud Sedem eandem defuncti, Ordo præfatus Protectore destitutus remanserit: Nos eidem Ordini de idoneo Protectore providere volentes, ac de tuæ circumspectionis singulari prudentia, doctrina, integritate, ac Religionis zelo plurimùm in Domino confisi, motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, Te, ex cujus protectione, ob tuas eximias virtutes, Ordinem hujusmodi plurimùm commodi, & ornamenti suscepturum esse confidimus, præfati Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia, illiusque Religiosorum, & Domorum, ac locorum Regularium quorumcumque apud Nos, & Sedem prædictam Protectorem, cum omnibus honoribus, & oneribus solitis, & consuetis (servata tamen forma Constitutionis fel. rec. Innocentii PP. XII. Prædecessoris nostri super moderatione facultatum Protectorum Ordinum Regularium editæ) ad tui vitam, auctoritate Apostolica tenore præsentium facimus, & deputamus. Mandantes propterea dilectis Filiis Superioribus, & aliis Religiosis quibuscumque dicti Ordinis in virtute Sanctæ Obedientiæ, ut Te in eorum Protectorem, juxta tenorem præsentium, recipientes, ea, quæ debent, reverentis prosequantur. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Cæterum Te in Domino hortamur, ut hujusmodi Protectoris munus ita obire studeas, ut apud Deum, bonorum operum retributorem, æternum præmium, & à Nobis condignam laudem valeas promereri.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 31. Januarii 1718. Pontificatus Nostri Anno Decimo octavo.

F. Card. Oliverius.

EPISTOLA

Ex mente Sacr. Congregat. Episcoporum, & Regularium de gratiis perpetualibus ab eadem Sacra Congr. non amplius obtinendis.

9. Februarii 1718.

Essendosi moltiplicati in molte Religioni, e specialmente de' Minori Osservanti, e Riformati, li Regolari Privilegiati per godere gl' onori degl' Uffici, che non hanno esercitati, anche con la voce ne Capitoli Provinciali, e Generali, quali Privilegj sono stati concessi, o per Segretaria de Brevi senza voto, o con voto delle Sagre Congregazioni, o pure con rescritti delle medesime Sagre Congregazioni, cioè de' Vescovi, e Regolari, del S. Ufficio, della Immunità particolare, e di Propaganda Fide.

La Santità di N. S. col suo Paterno Zelo, per ovviare agl' inconvenienti, che con tali Privilegj si sono indotti nelle Religioni, con grave pregiudizio del loro buon governo, deputò una Congregazione particolare de' Signori Cardinali della Congregazione de' Vescovi, e Regolari per l' opportuna provisione, tanto per l' avvenire, quanto per li Privilegj già concessi, e specialmente dalla Santa memoria di Urbano VIII. e Clemente X.

La medesima Sagra Congregazione fu di sentimento, che la Santità di Nostro Signore, senza rinuovare cos' alcuna per il passato, si degnasse ordinare alle dette Congregazioni, che per l'avvenire simili Privilegj non si concedino alli Regolari, anzi che neppure simili istanze non si proponghino, senza speciale oracolo de Sommi Pontefici da prendersi dalli Monsignori Segretarj *pro tempore*, quali però debbano nel prender detto Oracolo suggerire a medesimi Papi il presente provedimento, e tuttociò debba osservarsi, ancorche gli Memoriali siano stati rimessi alle dette Congregazioni per il Canale della Segretaria de Brevi, o de Memoriali. Il quale parere della Congregazione deputata fu dal Segretario della Congregazione de Vescovi, e Regolari riferito alla Santità Sua, che si degnò approvarlo, con ordinare al medesimo, che mandasse copia alli Segretarj di dette Congregazioni, acciò lo registrino, ed eseguischino, e parimente ne trasmettesse ancora copia al Signor Cardinale Segretario de Brevi, acciò non si ottenghino detti Privilegj per questa Strada.

Con-

Confirmatur Decretum Congregationis Episcoporum, & Regularium de nomine Provinciæ S. Ivonis Congregationis Gallicanæ Tertii Ordinis S. Francisci.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

NUper pro parte dilecti Filii Justiniani Guardiani Conventus S. Mariæ Miraculorum de Urbe, & Procur.... Provinciæ S. Ivonis Congregationis Gallicanæ Tertii Ordinis Sancti Francisci, Congregationi Venerabilium Fratrum nostrorum S.R.E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositæ exposito, quod alias, nempe anno 1647. num. 1. a Joanne a Neapoli, dum vixit, Ministro Generali totius Ordinis ejusdem Sancti Francisci decretum fuerat, quod Provinciæ ejusdem Congregationis Gallicanæ nominibus Sanctorum titularium, minime vero Provinciæ, & Districtus earum vocarentur; & in eadem expositione subjuncto, quod nonnulli Congregationis Gallicanæ hujusmodi Religiosi, contra formam Decreti ab eodem Joanne Ministro Generali editi, se vocari facere præsumebant; ideoque pro parte dicti Justiniani eidem Congregationi Cardinalium supplicato, ut Decretum hujusmodi omnino servari mandaret, amanavit a prædicta Congregatione Cardinalium Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet — Sacra Congregatio Eminentissimorum, & Reverendissimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, referente Eminentissimo Casono, mandavit, quod pro nunc, citra præjudicium jurium ambarum partium, in hoc Conventu tantum S. Mariæ Miraculorum Urbis servetur dictum Decretum Ministri Generalis de anno 1647. ita quod recipi non debeant in prædicto Conventu Guardiani, aliique Officiales, quotiescumque in eorum literis Patentalibus ultra nomen Sancti, apponatur etiam illud Provinciæ, vel districtus earum. Quo casu Guardiani, & alii Officiales in posterum deputandi, si præsentaverint Literas cum expressione Provinciæ, possint per tres menses tantum a die exhibitionis earumdem Literarum, officia exercere, quibus elapsis, eadem officia exerceantur per seniores cujuscumque Provinciæ, donec veniant aliæ literæ cum sola enunciatione Sancti earum respective Provinciarum, exclusis interim Patribus de Provinciis, quæ consentire, & obedire contumaciter noluerint præsenti Decreto — Romæ 10. Martii 1718.

F. Card. de Abdua.

D. Archiepiscopus Damascenus Secretarius.

§. 1. Cum autem, sicut dictus Justinianus Nobis subinde exponi fecit, ipse secundo dictum Decretum, quo firmius subsistat, Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri plurimum desideret; Nos ipsum Justinianum specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, præinsertum præfatæ Congregationis Cardinalium Decretum auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus; salva tamen semper in præmissis auctoritate dictæ Congregationis Cardinalium.

§. 2. Decernentes easdem præsentes literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac, quatenus opus sit, Congregationis Gallicanæ, & Ordinis hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat, specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die xiv. Maii 1718. Pontificatus Nostri Anno decimo octavo.

Confirmatur, & innovatur Constitutio Clementis X. revocans, & prohibens privilegia personalia pro Provinciis Fratrum Minorum Discalceatorum in Brasilia.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

ADmonet Nos suscepti cura regiminis universalis Ecclesiæ, ut illa, quæ a Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris pro felici Christifidelium, qui abnegantes semetipsos, e fluctibus sæculi in Regularis vitæ portum confugerunt, directione, & quiete salubriter constituta esse dignoscuntur, quo ferventur imposterum exactius, innovemus, & Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio constabiliamus.

§. 1. Dudum siquidem a fel. recor. Clemente Papa X. Prædecessore nostro amanarunt literæ in simili forma Brevis tenoris, qui sequitur, videlicet.

CLEMENS PAPA X.

Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. SAcrosancti Apostolatus Officium, quod inscrutabilis Divinæ Sapientiæ, atque Clementiæ altitudo humilitati nostræ, meritis licet, & viribus longe impari, committere dignata est, salubriter exequi jugi vigilantia satagentes, in eam præcipue curam solicitis studiis incumbimus, ut Christifideles Altissimi obsequiis sub suavi Religionis jugo mancipati, sublatis iis, quæ regulari eorum observantiæ, atque disciplinæ detrimentum afferre noscuntur, juxta regularia eorum Instituta, prospere dirigantur, illisque firmiter insistentes, multiplicibus in dies, benedicente Domino, proficiant Incrementis. Cum itaque (sicut accepimus) in Ordine Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia, & Reformatorum, seu strictioris Observantiæ nuncupatorum, intro-

troductus fuerit abusus, ut passim Fratribus Indulta voti perpetui, aliaque privilegia personalia concedantur, ex quo magnum relaxationi ostium aperiatur, & gravissimum paupertati, & humilitati, quas dictus Ordo profitetur, nocumentum infertur: Nos, qui regularem disciplinam ubique vigere, & omnem illius relaxationi viam praecludi summopere cupimus, de opportuno remedio, quantum cum Domino possumus, providere volentes, ac fel. rec. Urbani VIII. Praedecessoris nostri vestigiis inhaerentes, motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicae potestatis plenitudine, omnia, & quaecumque Indulta, seu privilegia personalia quomodocumque nuncupata, quibusvis dicti Ordinis, cujuscumque dignitatis, qualitatis, & conditionis existant (charissimorum in Christo filiorum nostrorum Regis Romanorum in Imperatorem electi, ac aliorum Regum Concionatoribus, & Confessariis dumtaxat exceptis) quocumque titulo, praetexto, causa, & occasione, & ad cujusvis instantiam, & supplicationem, tam a Nobis, & Romanis Pontificibus Praedecessoribus nostris, ac a quibusvis S. R. E. Cardinalium Congregationibus, quam etiam a Venerabili Fratre nostro Francisco Episcopo Ostien. ejusdem S. R. Ecclesiae Card. Barberino nuncupato, dicti Ordinis apud Nos, & Sedem Apostolicam Protectore, aliisque ejusdem Ordinis Protectoribus, ac a quibuslibet Ordinis hujusmodi Superioribus hactenus quoquomodo contra, & praeter Regularia Ordinis praedicti Instituta, per Apostolicas Constitutiones concessa, harum serie perpetuo revocamus, annullamus, cassamus, abrogamus, & abolemus, illaque perpetuo revocata, cassata, abrogata, & abolita, viribusque, & effectu vacua fore, neminique ullatenus suffragari, neque de caetero a quoquam concedi posse; sicque per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ubique judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus. Mandantes propterea in virtute Sanctae Obedientiae, ac sub excommunicationis, privationisque suorum officiorum, ac vocis activae, & passivae poenis eo ipso incurrendis, dilectis filiis Ministro, ac Vicario, seu Commissario Generalibus, & Ministris Provincialibus, aliisque dicti Ordinis Superioribus, ut quamprimum praesentes nostrae literae ad eorum notitiam pervenerint, omnes, & singulos Patres, & Fratres Ordinis hujusmodi similia Indulta, seu privilegia habentes, illis eo ipso privatos, & spoliatos esse declarent, nec quemquam illis uti sinant, vel permittant, inobedientes quoslibet, & rebelles opportunis juris, & facti remediis, juxta Regularia ejusdem Statuta Apostolica auctoritate confirmata, omni, & quacumque appellatione, reclamatione, & recursu remotis, compescendo. Non obstantibus praemissis, ac quibusvis literis Apostolicis super concessione, seu confirmatione concessionis privilegiorum hujusmodi emanatis, aliisque Ordinationibus, & constitutionibus Apostolicis, nec non dicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, & Decretis, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus in genere, vel in specie, seu alias quomodolibet in contrarium praemissorum concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quaevis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, & singulorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut earumdem praesentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides ubique locorum habeatur, quae ipsis praesentibus haberetur si forent exhibitae, vel ostensae. Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris, die 7. Octobris 1672. Pontificatus nostri anno Tertio.

§. 3. Cum autem, sicut dilecti filii Fratres Provinciarum S. Antonii, & Immaculatae Conceptionis in Brasilia Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci Discalceatorum nuncupatorum Nobis nuper exponi fecerunt, ipsi, ne imposterum in Provinciis hujusmodi ambitionis, & relaxationis laxentur habenae, praeinsertas litteras per Nos confirmari, ac alias opportune in praemissis a Nobis provideri, & ut infra, indulgeri plurimum desiderent: Nos inviolabili praeinsertarum litterarum observationi, quantum cum Domino possumus, per amplius consultum esse cupientes, ipsosque Exponentes specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, Censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium, qui dilectum filium modernum Procuratorem Generalem dicti Ordinis super praemissis audiverunt, consilio, praeinsertas Clementis Praedecessoris literas cum omnibus, & singulis in eis contentis pro dictis duabus Provinciis, Apostolica auctoritate tenore praesentium perpetuo confirmamus, & approbamus, ac, quatenus opus sit, innovamus; nec non insuper Indulta, seu privilegia personalia hujusmodi, etiam a nunc, & pro tempore existente nostro, & dictae Sedis in Portugalliae, & Algarbiorum Regnis Nuncio concedi minime posse, ac concessa nullum habere vigorem, nec executionem, dicta auctoritate harum serie decernimus, & declaramus. Non obstantibus omnibus, & singulis illis, quae in praeinsertis literis idem Clemens Praedecessor voluit non obstare, caeterisque contrariis quibuscumque.

§. 4. Volumus autem, ut earumdem praesentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides ubique locorum habeatur, quae ipsis praesentibus haberetur, si forent exhibitae, vel ostensae.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die xx. Augusti 1718. Pontificatus nostri anno decimo octavo.

DE-

Digitized by Google

DECRETUM

Quo Præcedentia Ex-Secretariorum Generalium supra Jubilatos de numero confirmatur.

CUM R. P. Benedictus Maria de Cerano nostræ Observantis Provinciæ Mediolanensis Lector Jubilatus de numero, litem intentaverit coram Nobis, circa prærogativas Suæ Paternitatis, contra R. P. Fratrem Joannem Franciscum a Sorexina ejusdem Provinciæ Mediolanensis Ex-Secretarium Generalem: tenemur, ad conservandam pacem Provinciarum, & ad quemque in ordine suo justis limitibus continendum, nonnullorum Ordinis Patrum consilio, & voto adhibito, ex deductis utrinque in puncto isto, decernere quod æquum est. Quia ergo adest multiplex, & nitida lex Cismontanæ Familiæ nostræ, & hoc per immemorialem, constantem, & universalem totius Ordinis nostri consuetudinem explicata, quâ Ex-Secretarii generales omnibus Lectoribus Jubilatis, quantum ad præcedentiam, & quantum ad reliquas omnes Patrum ex-Provincialium prærogativas, ita cum effectu, & exercitio anteponuntur, ut ipsis nonnisi Ex-Provinciales Ministros, Ex-Vicarios Provinciales, & Ex-Guardianos Jerusalem habeant supra se: Præsenti hoc nostro Decreto statuimus, debitam esse prædicto P. F. Joanni Francisco a Sorexina Ex-Secretario Generali antelationem supra prædictum P. F. Benedictum Mariam de Cerano Lectorem Jubilatum de numero, & supra reliquum omnem cœtum Lectorum Jubilatorum, & quantum ad præcedentiam, & quantum ad cœteras Patrum Provinciæ prærogativas, quæ, una præcedentia seclusa, debent in omnibus, & per omnia illæ eædem omnino esse, quibus potiuntur ex nostris legibus, vel justo usu, qui Provincialatus officio jam functi sunt, & ita declaratum, statutum, atque decretum esse per Nos, hac eadem præsenti nostra resolutione decernimus, statuimus, & declaramus; mandantes per Sanctam Obedientiam omnibus respective, ad quos spectat in præfata nostra Provincia Mediolanensi, ut hoc nostrum Decretum publicetur, & executioni mandetur; relinquentes tamen insimul aditum Lectoribus Jubilatis, ut, quatenus opinentur, leges Familiæ nostræ meritis suis non satis æquas, ad futurum Capitulum Generale recursum habere possint, manente tamen in sua vi, & sua plenaria executione isto Decreto nostro. Datum Romæ ex Araceli 1718.

Breve, quo Reverendissimus Pater Joannes Cosma de Monte Miniato instituitur Vice-Commissarius Generalis Reformatorum ob mortem Reverendissimi Jacobi a Verucchio.

CLEMENS PAPA XI.

Dilecto Filio Joanni Cosmæ a Monteminiato Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci Reformatorum nuncupatorum.

Dilecte Fili Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

RElìgionis zelus &c. Cum itaque Nos alias tunc in humanis agentem Jacobum a Verucchio in Vice-Commissarium Generalem Ordinis FF. Minorum Sancti Francisci Reformatorum Familiæ Cismontanæ auctoritate Apostolica, ad nostrum, & Sedis Apostolicæ beneplacitum, constituerimus, & deputaverimus, & alias, prout in nostris desuper in simili forma Brevis expeditis literis, quarum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis haberi volumus, uberius continetur; verum dictus Jacobus nuperrime ab humanis decesserit, ac proinde per illius obitum Ordo præfatus, cujus Tu Frater expresse professus, & Concionator, ac Lector Emeritus, necnon Custos Provinciæ Tusciæ, & Secretarius Generalis Ordinis hujusmodi existis, Vice-Commissario Generali destitutus remanserit. Hinc est, quod Nos felici, prosperoque ejusdem Ordinis regimini, & guberno, quantum Nobis ex alto conceditur, salubriter providere cupientes, ac de tua fide, prudentia, doctrina, integritate, charitate, vigilantia, & religionis zelo plurimum in Domino confisi, Teque a quibusvis &c. motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, Te Vice-Commissarium Generalem eorumdem Fratrum Reformatorum memoratæ Familiæ Cismontanæ, cum omnibus, & singulis facultatibus, auctoritate, præeminentiis, privilegiis, gratiis, & Indultis, ac honoribus solitis, & consuetis, ad nostrum pariter, & Sedis præfatæ beneplacitum, tenore præsentium constituimus, & deputamus. Mandantes propterea in virtute S. obedientiæ, ac sub indignationis nostræ, aliisque arbitrii nostri pœnis, omnibus, & singulis memorati Ordinis Superioribus, Fratribus, & personis, cœterisque, ad quos spectat, & spectabit in futurum, ut Te ad demandatum Tibi per præsentes Vice-Commissarii Generalis officium, illiusque liberum exercitium, juxta tenorem præsentium recipiant, & admittant, Teque recognoscant, & Tibi in omnibus, quæ ad idem officium pertinent, respective pareant, faveant, & assistant, ac tua salubria monita, & mandata humiliter suscipiant, & efficaciter adimplere procurent, alioquin sententiam, sive pœnam, quam rite tuleris, seu statueris in rebelles, ratam habebimus, & faciemus, auctore Domino, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari: ac decernentes easdem præsentes literas &c.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 18. Novembris 1718. Pontificatus nostri anno decimo octavo.

F. Card. Oliverius.

Digitized by Google

Confirmatur alternativa in Provincia Immaculatæ Conceptionis Discalceatorum in Lusitania.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

NUper pro parte dilectorum filiorum Ministri Provincialis, & aliorum Fratrum Provinciæ Conceptionis B. Mariæ Virginis Immaculatæ, Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia Discalceatorum nuncupatorum Regni Portugalliæ, Congregationi Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium, negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositæ exposito, quod alias, pro bono pacis ejusdem Provinciæ, existimatum fuerat, eamdem Provinciam in duo Territoria dividere, & cum ejusmodi divisione alternativam officiorum inter Religiosos Nationales inducere, prout eadem divisio, & respective alternativa, in tribus Capitulis Provincialibus Provinciæ hujusmodi facta, & stabilita, ac successive à Dilecto Filio Josepho Garcia Ministro Generali dicti Ordinis, qui illam ad litteram, juxta illud, quod in ea continebatur, observari mandaverat, confirmata, & revalidata fuerat, prout uberius continebatur in authentico documento tenoris, qui sequitur, videlicet: Joannes Machado de Cruce, Archi-Diaconus de Oriola in Sancta Ecclesia Metropolitana Elborensis in Regno Lusitaniæ, Apostolicus publicus Notarius, fidem facio, & attestor, qualiter Rev. Adm. P. Fr. Damasus à Jesu Maria, Minister Provincialis Provinciæ Immaculatæ Conceptionis Ordinis Minorum Observantium Sancti Francisci Reformatorum, mihi exhibuit quemdam librum intitulatum *Alternativam*, acta, & electiones, ad effectum extrahendi, traducendi, & respective transumptandi in publicam formam, particulas sequentes, scilicet ea, quæ spectant ad divisionem Provinciæ in duo Territoria faciendam, & alternativam quamdam officiorum, & circa nominationem Capitularis Domus, quæ omnia peracta fuerunt a Definitorio, & Discretorio totius Provinciæ, nemine discrepante, & ea ipsa omnia, sicut prævidi, facta, & confirmata fuerunt in tribus Capitulis Provincialibus subsequentibus, hoc modo: In primo Capitulo Provinciali extant acta sequentia, videlicet.

I. Quod divisa in duas Partes Territoria totius Provinciæ, illud Territorium de Beyra, comprehendet illud totum, quod continet Provincia de Beyra, & Transmontana; Territorium vero Minii, obtinebit solummodo omne illud, quod comprehendit Provincia Minii separata à Provincia Transmontana.

II. Quod cum Provincialis Minister in triennio uno electus fuerit, & duo Definitores ex Territorio Minii, & Custos, & alii Definitores ex Territorio Beyræ: in sequenti triennio Provincialis Minister, & duo Definitores eligendi erunt ex Territorio Beyræ, & Custos, & alii duo Definitores ex Territorio Minii.

III. Quod vacante officio Provincialatus, ante Capitulum, successor eligendus erit ex illo Territorio, ex quo erat, & assumptus fuerat antecessor, & idem observabitur circa officium Custodiatus, & etiam in electione Commissarii, qui eligendus est, ut regimen Provinciæ obtineat, cum Provincialis Minister ad Capitulum Generale profectus sit; & simili modo, ex eodem assumetur Pro-Minister, cum Provincialis Minister ad tale Capitulum Generale accedere non possit. Et ut omnes dubitationes tollantur, declaratur, quod vacante Provincialatus officio, ad electionem successoris convocabit, & in eá præsidebit dignior Pater totius Provinciæ, hoc intelligitur, cum in tali electione præsens non fuerit Reverendissimus Pater, aut Commissarius Generalis.

IV. Quod vacante aliquo loco Definitoriatus, subrogabitur ab uno Religioso ex eodem Territorio, ex quo erat ille, qui vacantem locum occupavit. Advertendum tamen, quod cum ex illo Territorio non extiterit aliquis Pater, nec ex-Custos, aut aliquis Ex-Definitor, a quo possit subrogari, ex eodem Territorio subrogabitur Religiosus ille, qui pluries Guardianus extiterit, præposito semper, cœteris paribus, antiquiori in professione.

V. Quod pari numero Guardiani eligantur ex uno, & alio Territorio; vacante aliquo Guardiano, successor eligatur ex illa parte, ex qua erat Antecessor: & ad majorem pacis conservationem in sex illis Conventibus, qui majores reputantur, scilicet de Vianna, de Ponte, de Lima, de Vizeu, de Lamego, de Mosteyro, de Serem, tres Guardiani eligantur ex uno, & tres ex alio Territorio.

VI. Quod in cœteris muneribus, id est, Magistri Novitiorum, Vicariorum, & Osteriariorum alternativa distributio observabitur cum æqualitate, etiam in numero, si fieri poterit.

VII. Quod eligantur ad Artium studia Religiosi, tanti ex uno, quanti ex altero Territorio; & ad Lecturas electi erunt illi, qui per Definitorium adjudicati fuerint digniores, & benemeriti, absque respectu Territorii.

VIII. Quod numerus Religiosorum erit æqualis in uno, & altero Territorio. Hæc continentur in actis primi Capituli sub nomine de alternativa, quæ a Religiosis Definitorii, & Discretorii totius Provinciæ stabilita fuerunt in primo Capitulo Provinciali celebrato in Conventu Sancti Antonii Viennensis, sub die 18. Februarii anno Domini 1706., & in eodem libro subsequuntur illa, quæ facta fuerunt à Definitorio in supradicto Conventu anno Domini 1713. ex eo, quod non extabat Discretorium, quia à Sacra Congregatione Romanorum Eminentissimorum DD. S. R. E. Cardinalium per Breve Apostolicum emanatum, sub die 18. Julii anno Domini 1713. Provincialis Minister, Custos, ac Definitores nominati fuerunt, & facultate obtenta a Generali Ministro Ordinis per litteras, quæ ibi continentur, ut Provincialis Minister cum Definitorio stabiliret, ac decerneret omne illud, quod profuturum vidisset prospero regimini Provinciæ, & ita stabilita fuerunt sequentia acta.

Prima alternativa Provinciæ confirmata est in hoc secundo Capitulo eadem forma, in qua convenerunt in primo Capitulo; excepto hoc, quod Minii Territorium intelligi debet omne illud, quod Provincia Minii continet separata ex Provincia Transmontana, & quod Territorium de Beyra intelligi debet omne illud, quod continetur in Provincia de Beyra, & Transmontana.

Confirmatum est illud, quod in primo Capitulo decretum fuit, quod omni tempore observabitur æqualis distributio Guardianorum ex uno, & alio Territorio, absque ulla explicatione, & intelligentia.

Declaratur etiam, quod nullum Hospitium, aut Conventus de novo erectus ex uno Territorio, habilitetur, ut in Capitulo Provinciali suffragetur, nisi in altero Territorio fuerit alius Conventus, aut Hospitium, quod etiam habilitari possit ad suffragandum.

Decretum fuit, ut in Capitularem Domum deputa-

Digitized by Google

putaretur Conventus Sancti Antonii Viennensis. Hæc ibi.

Et in sequenti Capitulo Provinciali celebrato die decima Mensis Octobris anni Domini 1716. in supra memorato Conventu sequentia inveniuntur.

Decreta, ac stabilita fuit tertia alternativa Provinciæ, eadem forma, qua in primo, & secundo Capitulo ordinata fuit: addito etiam, quod cum in inferiori Beyra nullus Conventus Provinciæ extat, superior Beyra comprehendat Provinciam Transmontanam, & Provincia Minii dividatur ab illa Transmontana per fluvium Tamaga. Omnia supra scripta in isto Capitulo Provinciali a Definitorio, & Discretorio Provinciæ, nemine discrepante, decreta fuerunt. Hæc ego ipse Notarius feci traduci, extrahi, & respectivè transumptari fideliter.

Et admodum R. P. Minister Provincialis, Custos, ac etiam Definitores ejusdem Provinciæ, qui præsentes erant, & in eis ipsa Provincia compromissa est, testificati sunt, omnia supradicta in suo vigore esse, & iterum addebant, ad tollendam omnem dubitationem, quod Provincia, aut Territorium Minii continet omnem Provinciam Minii, & Provincia de Beyra continet Provinciam Transmontanam, & Provinciam Beyræ. Et ad majorem observantiam, petunt omnes supradicti Reverendissimo P. Generali confirmationem istius concordatæ, in cujus testimonium eos hic signari feci, & impressionem Sigilli majoris suæ Provinciæ apponere. Locus ✠ Sigilli. Fr. Damasus a Jesu Maria Minister Provincialis. Fr. Rodericus a Passione Definitor. Fr. Bernardinus a Jesu, Definitor. Fr. Emanuel a Trinitate, Definitor. Fr. Franciscus a Trinitate, Definitor. Fr. Emanuel a Circumcisione, Custos. Ex quibus omnibus, & singulis præsens instrumentum bene, & fideliter extrahi feci, & ad originalia, cum quibus collationata fuerunt, in omnibus, & per omnia me remitto. In quorum fidem subscriptiones, & sigillum respective cognosco, & recognosco, quia in mei præsentia conscripta fuerunt; & præsentes scripsi, & subscripsi, publico, & legali, quibus in similiter utor, signavi signis, in Conventu S. Antonii, Minorum Observantium Reformatorum oppidi de Vianna Bracarensis Diœcesis, hac die decima Decembris 1716. Locus ✠ Sigilli. Ita est Joannes Machado de Cruce, Apostolicus publicus Notarius. Rogatus tenore præsentium confirmamus, atque revalidamus rebus concoedatum, & de novo mandamus, ut observetur ad literam, & juxta id, quod in eo continetur. Datum in hoc Nostro Conventu Sancti Francisci Hispalis die 15. Maii 1718. Locus ✠ Sigilli. Fr. Josephus Garcia, Minister Generalis. Fr. Ludovicus a Sancta Maria auctoritate Apostolica, publicus Notarius ex approbatia juxta Sacrosanctum Concilium Tridentinum, in hac Ulisiponensi Civitate fidem facio, & attestor, quod præsens extractum, seu transumptum, bene, & fideliter cohæret cum originali, quod mihi F. Joannes a Divo Ægidio, Provinciæ Immaculatæ Conceptionis Fratrum Minorum Discalceatorum Regni Portugalliæ Procurator exhibuit, ut illud cum dicto originali componerem, in publicamque formam redigerem, quod quidem per me Notarium mature, coidateque revisum, in omnibus cum ipso originali conformatum reperi; simulque signa, & sigilla tam dictæ Provinciæ, quam Ordinis in præfato originali contenta, cognosco, & recognosco, propter longam notitiam, quam ex illis habeo. In quorum fidem præsentes scripsi, & subscripsi, meisque solitis publico, & legali, quibus in similibus utor, signavi signis. Datum in Conventu S. Antonii Ulisiponensis hac die 13. Junii 1718. Ita est rogatus, & requisitus. Item attestor, quod dictus P. Procurator iterum accepit originale, de cujus acceptione hic mecum signavit supradicta die. Fr. Ludovicus a Sancta Maria Notarius Apostolicus. Fr. Joannes a Divo Ægidio Procurator Generalis Provinciæ Conceptionis.

Loco ✠ Sigilli.

Et propterea pro parte eorumdem Exponentium eidem Congregationi Cardinalium supplicatum fuit, quo ejusmodi divisio, & respective alternativa, in posterum majorem firmitatem obtineat, ut illam benigne approbare, & confirmare dignaretur, emanavit ab eadem Congregatione Cardinalium Decretum tenoris sequentis, videlicet. Sacra Congregatio Eminentissimorum, & Reverendissimorum S. R. E. Cardinalium, negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, visa relatione P. Procuratoris Generalis Ordinis, referente Eminentissimo Corsino, suprascriptam dispositionem alternativæ officiorum, & dignitatum præfatæ Provinciæ in tribus Capitulis Provincialibus sancitam, atque stabilitam ad bonum ipsius Provinciæ, benigne approbavit, & confirmavit. Romæ 16. Decembris 1718.

I. D. Cardinalis Paracianus.

Loco ✠ Sigilli.

V. Archiepiscopus Damascenus Secretarius.

Cum autem, sicut prædicti Minister Provincialis, & Fratres Nobis subinde exponi fecerunt, ipsi Decretum hujusmodi, quo firmius subsistat, & servetur exactius, Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri plurimum desiderent: Nos ipsos Exponentes specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, & suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis censuris, & pœnis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati Decretum præinsertum, auctoritate Apostolica, tenore præsentium, approbamus, & confirmamus, illique Apostolicæ firmitatis robur adjicimus: salva tamen semper in præmissis auctoritate memoratæ Congregationis Cardinalium. Decernentes easdem præsentes literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non, quatenus opus sit Provinciæ, & Ordinis præfatorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes,

illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 25. Februarii 1719. Pontificatus Nostri anno decimo nono.

F. Card. Oliverius.

Cum A. R. P. Franciscus a S. Severino Procuratoris Generalis Reformatorum Officium in manibus Pontificis dimisisset, illius loco suffectus est A. R. P. Joannes a Petrafitta per subsequens Breve.

CLEMENS PAPA XI.

Dilecto filio Joanni a Petrafitta Ord. Min. S. Francisci de Observantia Reformatorum nuncupatorum professori.

Dilecte fili salutem, & Apostolicam benedictionem.

Religionis Zelus &c. Nos inducunt, ut tibi reddamur ad gratiam liberales. Cum itaque officium Procuratoris Generalis Ordinis FF. Minorum S. Francisci de Observantia Reformatorum nuncupatorum, quod dilectus Filius Franciscus a Sancto Severino Frater expresse professus dicti Ordinis nuper obtinebat, per liberam dimissionem ipsius officii ab eodem Francisco in manibus nostris sponte factam, & per Nos admissam, vacaverit, & vacet de præsenti; Nos Ordini præfato de Idoneo Procuratore Generali providere, Teque, qui, ut accepimus, Verbi Dei Prædicator, Sacræ Theologiæ Lector Emeritus, ac Minister Provincialis Provinciæ Calabriæ Ordinis hujusmodi existis, specialis favore gratiæ prosequi volentes, & a quibusvis &c. ac de tua fide, prudentia, rerum usu, solertia, integritate, dexteritate, & Religionis Zelo plurimum in Domino confisi, motu proprio, & ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, Te præfati Ordinis Procuratorem Generalem, in loco memorati Francisci, cum omnibus, & singulis prærogativis, præeminentiis, facultatibus, auctoritate, privilegiis, gratiis, & indultis, ac honoribus, & oneribus solitis, & consuetis, ad Nostrum, & Sedis Apostolicæ beneplacitum, tenore præsentium constituimus, & deputamus. Mandantes propterea &c. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 18. Julii 1719. Pontificatus nostri anno decimo nono.

F. Cardinalis Oliverius.

Confirmatur Decretum Sacr. Congreg., quo Provinciæ S. Josephi in Belgio restituuntur Cœnobia Iprense, & Poperingamense.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Nuper pro parte dilectorum filiorum Fratrum Provinciæ S. Josephi in Flandria Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia Recollectorum nuncupatorum Congregationi VV. Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita exposito, quod inter plures ejusdem Flandriæ Civitates, quas fel. mem. Ludovici XIV. dum vixit, Francorum Rex Christianissimus ditioni suæ subjecerat, Civitas Ipren. & Oppidum Poperingamen. reperiebantur, quorum Conventus supradictæ Provinciæ, qui antea Dominio Austriaco subjecti erant, & independenter a Provinciis Gallicis ejusdem Ordinis vivebant, & regebant, coacti fuerant incorporari eisdem Provinciis Gallicis, cum conditione, quod talis incorporatio durare debuisset, donec Gallorum dominium perdurasset, & in eadem expositione subjuncto, quod memorata Provincia Germano-Belgica sub naturali jurisdictione Domus Austriacæ de præsenti redierat; ideoque pro parte eorumdem Exponentium præfatæ Cardinalium Congregationi supplicato, ut Conventus hujusmodi tamquam membra a corpore pristinæ Provinciæ disjuncta, eidem Corpori reunire dignaretur; emanavit ab eadem Congregatione Cardinalium Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet: Sacra Congregatio Eminorum, & Rmorum S.R.E. Cardinalium, negotiis, & consultationibus Episc., & Reg. præposita, attenta relatione supplicis libelli facta SSmo, ac visis relationibus P. Procuratoris Generalis, Partibusque auditis, & informantibus, referente Emo Tanario, censuit, & decrevit, reintegrandam esse Provinciam S. Josephi, mediante restitutione Conventuum Ipren. & Poperingan. prout præsentis Decreti vigore reintegrari mandat. Romæ 1. Decembris 1719.

F. Card. Paracianus.

V. Archiepiscopus Damascenus Secretarius

Loco ✠ Sigilli.

Cum autem, sicut dicti Exponentes Nobis subinde exponi fecerunt, ipsi Decretum hujusmodi, quo firmius subsistat, Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri plurimum desiderent: Nos ipsos Exponentes specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares Personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præinsertum Auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, salva tamen semper in præmissis auctoritate memoratæ Congregationis Cardinalium: decernentes easdem præsentes literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus confirmatione Apostolica, vel quavis auctoritate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac

vice

Digitized by Google

vice dumtaxat, specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 19. Decembris 1719. Pontificatus nostri anno 20.

F. Cardinalis Oliverius.

Ut autem prædictorum Conventuum restitutio fieret, juxta præscriptum Ministri Generalis Matthæi a S. Stephano, qui anno 1697. statuit in casu reversionis dictorum Locorum ad dominium Austriacæ Domus, memoratos Conventus spectare debere statim, *cum omnibus suis antiquis limitibus, Monasteriis Monialium, juribus, mobilibus, & immobilibus aliisque dependentibus, ad primam suam Provinciam S. Joseph &c.* supplicatum proinde fuit pro hujus Decreti confirmatione Sacr. Congr. quæ ita rescripsit:

„ Sacra Congregatio EE. & RR. S. R. E. Cardi„ nalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, „ & Regularium præposita, attentis narratis, refe„ rente Eminentissimo Tanario, censuit, & decla„ ravit restituendos esse Conventus cum mobilibus „ existentibus de tempore consignationis. Romæ 27. „ Jenuar. 1720.

Verum ob temporum illorum calamitates, PP. Galli, qui 40. circiter annis in relatis Conventibus commorati fuerent, omnia fere mobilia consumpserant, ac divenderant.

Cum P. Bonaventura a Drepano inter ex-Provinciales a S. M. Clemen. XI. adnumeratus, præcedentiam supra Lectores Jubilatos de numero exacto dixisset, Reverendissimus P. V. Comm. Generalis die 29. Julii 1719. eidem scripsit, prout sequitur.

AVendo fatto considerare da due Padri principali di questa Provincia, che sono li RR. PP. Clemente di Roma, & Agostino di Lucca, e da due PP. dell' Ordine, che sono li PP. M. RR. Commissario di Curie, e Procuratore Generale dell' Ordine, le ragioni tanto di V. P. quanto de' PP. Giubilati di numero, per quello riguarda la controversia, che verte tra di loro, circa la precedenza, sono stati tutti di commun parere, con averne dato il voto *in scriptis*, confermato con ragioni, ed esempj, che la precedenza si convenga alli Lettori Giubilati di numero, che di Giustizia, e secondo le nostre Leggi, godono tre quelli, che hanno esercitato l' Ufficio di Ministro della Provincia, e non a quelli, che godono tra li medesimi per grazia, e Indulto Apostolico. Essendo dunque V. P. uno di questi, dovrà cedere la precedenza alli Lettori Giubilati di numero, com' è stato in altre occasioni deciso. Roma Araceli ....

Cui idem P. Bonaventura respondit 12. Augusti ejusdem Anni se dictam præcedentiam jam cessisse.

DECRETUM

Ministri Generalis, quo declaratur Ex-Vicariis Provincialibus propriæ Provinciæ præcedentiam deberi super iis, qui in aliena Ministri Provinciales fuerunt.

IN Causa, & Causis precedentiæ, atque aliarum prærogativarum, vertentibus inter R. P. F. Matthæum ab Atina Lectorem Jubilatum, & ex-Vicarium Provincialem Provinciæ Observantis Terræ Laboris ex una parte, & R. P. F. Franciscum a Suessa, pariter Lectorem Jubilatum præfatæ nostræ Provinciæ Observantis Terræ Laboris, ac ex-Ministrum Provincialem nostræ Provinciæ Observantis S. Nicolai ad propriam reversum, ex altera. Visis videndis, atque mature consideratis omnibus ex utraque parte productis, adhibito quoque consilio, & voto, etiam in scriptis, nonnullorum graviorum, præcipuorumque Patrum, tam ex Observantia, quam ex Reformatione, de illorum unanimi consensu declaramus, & decernimus, præcedentiam, aliasque prærogativas deberi in propria Provincia ex-Vicariis Provincialibus super ex Ministros Provinciales alienæ Provinciæ reversos ad propriam; & sic præcedentiam deberi R. P. F. Matthæo ab Atina supra præfatum R. P. F. Franciscum a Suessa: & ita dicimus, decernimus, & definitive sententiamus, non solum &c. sed & omni &c. Datum Romæ ex Aracœli die 25. Decembris 1719.

COSENTINA

CUM in Causa Cosentina Processionis vertente inter PP. Ordinis S. Dominici ex una, & PP. Minores Observantes partibus ex altera, sub infrascriptis dubiis.

Primo „ An Professoribus Ordinis Prædicatorum, „ ex Indultis Apostolicis, competet jus privativum „ peregendi processionem Sanctissimi Eucharistiæ Sa„ cramenti toto tempore post prandium Dominicæ „ infra octavam festivitatis Corporis Christi?

Secundo „ Et quetenus negative; An sit locus „ declarationi, seu ampliationi Indultorum in Ca„ su &c.

Sacra Rituum Congregatio, utraque parte, tam in scriptis, quam in voce informante, audita, ed relationem E. & R. D. Cardinalis Albani sub die 29. Januarii 1715. rescribendum censuerit: *Negative ad utrumque*, & injungendum Archiepiscopo, ne oriantur scandala: cumque adversus dictam resolutionem, ad instantiam prædictorum Patrum Ordinis Sancti Dominici, vigore novæ audientiæ ab eodem Eminentissimo Ponente ipsis concessæ, hujusmodi Caussa in Sacra Rituum Congregatione iterum proposita fuerit super sequenti dubio.

„ An sit standum, vel recedendum a decisis in „ Casu &c.

Sacra eadem Rituum Congregatio, Partibus tam in scriptis, quam in voce informantibus auditis, visisque Juribus ex Parte præfatorum Patrum Ordinis Sancti Dominici decuo deductis, respondit: *In decisis die 2. Martii* 1720.

Confirmatur Decretum Congregationis Episcoporum, & Regularium de ratione facienda electionis Officialium in Provincia S. Nicolai Fratrum Minorum de Observantia Reformatorum.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

EManavit nuper a Congregatione Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositæ, in Causa prætensæ Alternativæ Provinciæ Sancti Nicolai Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum, inter Fratres Lycienses ex una, & Barenses ex al-

te-

tera partibus, vertente, Decretum tenoris sequentis, videlicet: In Causa prætensæ Alternativæ Provinciæ Sancti Nicolai Ordinis Minorum Observantium vertente inter Patres Lycienses, & Barenses, Sacra Congregatio Eminentissimorum, & Reverendissimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, viso memoriali porrecto a P. Vice-Commissario Generali Ordinis, referente Eminentissimo Corsino, rescripsit = Pro executione Voti Ponentis, & amplius, tenoris sequentis, videlicet „ Attese le continue discordie, „ e controversie, che hanno sempre tenuta agitata „ la Provincia Osservante di San Nicolò, benchè la „ Sagra Congregazione a dì 16. Decembre 1712. „ alli due Dubii proposti, uno sopra la divisione „ della Provincia, e l'altro sopra l'alternativa tra „ li PP. Baresi, e Leccesi circa il Provincialato, „ gradi del Definitorio, Guardianati, e Recezzioni „ de' Novizj, rispondesse *negati t ad utrumque*: ad „ ogni modo ordinò, che in detta Provincia si „ dovesse inviolabilmente osservare una sincera, e „ disappassionata giustizia distributiva, con ammettere in ciascun Capitolo Provinciale due soggetti „ abili del Ristretto di Lecce, e Terra di Otranto „ nel Definitorio di detta Provincia; con questo „ però, che se agl' Elettori piacerà eleggere per „ Provinciale un Leccese, non potranno deputare „ il Custode nel medesimo Ristretto, ma il Provinciale, ed un Definitore. E quando vorranno „ eleggere il Provinciale Barese, dovranno deputare „ il Custode, ed un Definitore Leccese; restando „ però sempre in arbitrio di detti Vocali di eleggere il Provinciale di quella parrita, nella quale stimeranno esser soggetto più degno, e di „ maggiore abilità. Ed in oltre, atteso che nelli „ detti Ristretti di Lecce, e Terra di Otranto vi „ sono dodici Conventi, dovranno in avvenire in „ ciascun Capitolo Provinciale, e Congregazione „ intermedia li Padri del Definitorio eleggere do- „ dici soggetti nativi del detto Ristretto di Lecce, „ e di Otranto abili, e sufficienti al Governo per „ Guardiani; acciocchè in tal maniera godano le „ Cariche corrispondenti al numero de' Religiosi, e „ Conventi del loro Ristretto „. Cumque suprascriptum votum, sive modus, debitæ executioni demandetur; ideo præsentibus injungitur P. V. Commissario Generali, quatenus pœnis, & remediis sibi a Sacris Canonibus subministrandis, Vocales præfatæ Provinciæ ad illius observationem cogat, atque compellat. Romæ 29. Februarii 1720.

J. D. Card. Paracciamus.

V. Archiepiscopus Damascenus Secretarius.

§. 1. Cum autem, sicut dictus Vice-Commissarius Generalis dicti Ordinis Nobis subinde exponi fecit, ipse Decretum hujusmodi, quo firmius subsistat, & servetur exactius, Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri summopere desideret; Nos ipsius Vice-Commissarii Generalis votis hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium duntaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præinsertum auctoritate Apostolica, tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus: salva tamen semper in præmissis auctoritate memoratæ Congr. Cardinalium.

§. 2. Decernentes easdem præsentes literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, in omnibus, & per omnia plenissimè suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non, quatenus opus sit, Provinciæ, & Ordinis prædictorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cœterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 3. Aprilis 1720. Pontificatus Nostri Anno Vigesimo.

Abolentur Statuta Capitulorum Generalium FF. Minorum de Observ. Reformator. de Privilegiis Lectorum, & Prædicatorum, & Mag. Novitiorum.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Inter cœteras Apostolicæ servitutis curas, quibus cires universalis Ecclesiæ regimen humilitati nostræ a Domino commissum assidue premimur, ea Nos non parum solicitos habet, ut personæ Regulares Divinis obsequiis sub suavi Religionis jugo mancipatæ, juxta regularia eorum Instituta salubriter regantur, & propterea, si quæ feliei earum statui obesse, aut in aliquod observantiæ Regularis earum, & disciplinæ detrimentum vergere cognovimus, ea, quantum Nobis ex alto conceditur, removemus, & prohibemus, prout conspicimus in Domino salubriter expedire.

§. 1. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii moderni Superiores Generales Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia Reformatorum nuncupatorum, quod Capitulum Generale dicti Ordinis, quod anno 1682. in Civitate Toletan. celebratum fuit, perpendens multos præmio magis, quam pœna ad virtutes excitari, omnium strictioris Observantiæ Vocalium unanimi consensu, ac nemine prorsus discrepante, statuit, ut ii, qui integrum Philosophiæ cursum, & Sacram Theologiam duodecim annorum spatio laudabiliter docuerunt, vel imposterum docebunt, ultimum locum, & præcedentiam inter eos, qui Ministri, & Vicarii Provinciales per biennium, vel Guardiani Conventus Hierusalem, vel Secretarii Generalis respective muneribus perfuncti fuerunt, obtineant: qui vero totidem annis in Cathedralibus Ecclesiis, vel suggestis conspicuis, vel Generalibus in verbi Dei prædicatione præclare se gesserunt, & post hac se gerent, immediate post Definitores actuales, & qui Ma-

Magistri Novitiorum per octo annorum decursum, fuerunt, vel erunt, post Excustodes, & Pro-Ministros, qui in Capitulo Generali Hispaniarum legitime suffragati sunt, locum habeant; ea tamen lege, ut unus ex Lectoribus, unusque ex Concionatoribus, ac unus ex prædictis Magistris, antiquior in suo quolibet munere expleto, præfata præcedentia respective, & loco, absque jure subrogandi, eodem tempore gaudere possit; præfati autem Lectores in posterum scholastica exercitia, ad præscriptum Constitutionum ejusdem Ordinis auctoritate Apostolica confirmatarum, peragere teneantur. Ac postmodum ejusmodi Toletanum statutum, quoad Lectores, de tunc existentium S. R. E. Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum consilio, per quasdam fel. rec. Innocentii Papæ XI. Prædecessoris nostri die 18. Martii 1686. expeditas literas, sub certis modo, & forma tunc expressis confirmatum, & approbatum fuit: & deinde in Capitulo pariter Generali Romano an. 1688. celebrato titulus Emeriti jam dictis Lectoribus attributus existit; ac in altero similiter Capitulo Generali Victoriæ nuncupato anno 1694. habito, unus in qualibet Provincia Conventus, ubi Lectores prædicti privilegia hujusmodi consecuturi, eadem scholastica exercitia prosequi deberent, stabilitus fuit.

§. 2. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, experientia compertum sit gravia ex ipsis Indultis, & privilegiis regulari disciplinæ præjudicia illata, ac inter Religiosos jurgia, lites, ac ambitus, multum ab humilitate, & simplicitate dicti Ordinis aliena, exorta esse, & propterea dicti Exponentes, quo omnis via illius relaxationi præcludatur, de opportuno remedio a Nobis provideri summopere desiderent: Nos ipsos Exponentes specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de particularis Congregationis nonnullorum ex Venerabilibus Fratribus nostris ejusdem S. R. E. Cardinalium a Nobis deputatæ consilio, dictum Statutum Toletanum super Indultis, ac Privilegiis, Lectoribus, Verbi Dei Prædicatoribus, necnon Magistris Novitiorum, sicut præmittitur, concessis, nec non alia statuta in Capitulis Generalibus, scilicet Romano, & Victoriæ edita, ut præfertur, auctoritate Apostolica, tenore præsentium annullamus, cassamus, abrogamus, & abolemus, viribusque, & effectu vacuamus, sicque deinceps prædicti Lectores, verbi Dei Prædicatores, & Magistri Novitiorum Indulta, privilegia, & titulos hujusmodi nullatenus consequi valeant, ita tamen, ut Regulares Ordinis prædicti, qui usque ad præsentem diem jam dicta Indulta, & Privilegia legitime consecuti fuerint, in eorumque pacifica possessione extiterint, iis uti, & frui possint, & statu tantum, in quo reperiuntur, non tamen aliud privilegium in Casu loci vacantis privilegiati assequi valeant, atque præsentibus Nostris Literis juri illis quæsito derogatum censeatur.

§. 3. Decernentes easdem præsentes literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri & obtinere, ac ab omnibus, ad quos spectat, & spectabit in futurum, inviolabiliter observari: sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus prædictis Innocentii Prædecessoris Literis, aliisque præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non dicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus, Privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 4. Volumus autem, ut earumdem præsentium Literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides tam in judicio, quam extra illud ubique locorum habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die vi. Septembris 1720. Pontificatus Nostri Anno Vigesimo.

Die 29. Novembris 1720. ex hac vita decessit, non sine ingenti Bonorum omnium mœrore, Eminentissimus Laurentius Casonus, totius Seraphici nostri Ordinis vigilantissimus Protector, eique suffectus est Eminentissimus Laurentius Corsinus Literis Pontificis, quæ, mutatis mutandis, eædem sunt, ac illæ, quas supra dedimus pagina 566. qui tertia Decembris ejusdem anni in nostrum Cœnobium Aracœlitanum se contulit, ibique summa omnium Patrum lætitia exceptus, significavit in forma Protectoris munus, quod libentissimè acceptaverat.

Sequuntur Decreta nonnulla Sacrar. Congr.

SALISBURGEN. CLAUSURÆ.

CUm in Monasterio S. Claræ Civitatis Græcii PP. Strictioris Observ. regimini subjecto immemorabilis vigeret consuetudo, post peractam canonicam Abbatissæ electionem, hanc per Superiorem Regularem publicari in Refectorio Monialium, ibique per traditionem Clavium, Sigilli, & Regulæ Abbatissam electam confirmari, unaque exhortationem ad Moniales haberi, Consistorium Archiepiscopale Salisburgense existimans tales actus Conc. Trident. & Gregor. XV. Constitutioni *Inscrutabili* repugnare, propositum fuit S. C. C. dubium:

An Superior Regularis Monasterii Monialium S. Claræ Civitatis Græcii ingredi possit Clausuram dicti Monasterii, post electionem Abbatissæ, ad peragendam exhortationem, & publicandam dictæ Abbatissæ electionem Monialibus, in casu &c.?

Sacr. eadem Congr. sub die 20. Januarii 1718. respondit. *Negative, & amplius.*

LUNEN. SARZANEN.

Restitutionis Cadaveris.

ALbertus Forlanus in suo Testamento disposuit, ut corpus ejus sepeliretur in Ecclesia S. Claræ, aut S. Dominici ejusdem Sarzanen. Civitatis. Secuta ejus morte, Cadaver a P. Confessario, & duodecim aliis Patribus Observant. fuit associatum, & tumulatum in prædicta S. Claræ Ecclesia, sine Campanarum sonitu, & sine Parochi non vocati interventu: Ægre id ferentes PP. Dominicani, & Parochus Cathedralis, propositum fuit S. C. C. sequens dubium.

An sit locus exhumationi Cadaveris, & emolumentorum funeralium restitutioni in casu &c. ?

Cui eadem S. C. 28. Novembris 1711. respondit.
„ In casu, de quo agitur, negativa quoad exhumationem Cadaveris, affirmativa quoad medietatem „ emolumentorum funeralium; & in futurum, omnino serventur Decreta Sacr. Congr. Episcoporum „ prohibentia tumulationem Cadaverum in Ecclesia „ Monialium.

Hæc favorabilis Decisio emanavit, ut puto, vigore cujusdam Conventionis initæ inter Canonicos Cathedralis, sub cujus Parœcia est dicta Ecclesia Monialium, & Moniales ipsas ann. 1674. cum conditione tamen, ut medietas quartæ funeralium daretur ipsis Canonicis.

PLACENTINA FUNERUM

Inter Patres Minor. Observ. Conventus Terræ Clastidii ex una, & Parochum dictæ Terræ ex altera Partibus, fuerunt proposita infrascripta dubia.

Primo „ AN occasione funerationis Cadaverum „ alterius Diœcesis, aut Parochiæ in „ Ecclesia S. Mariæ Angelorum Provinciæ S. Didaci „ Minor. Observ. Terræ Clastidii possit proprius Parochus Defuncti, ad effectum deferendi processionaliter Cadaver ad dictam Ecclesiam, libere per eamdem Parochiam Clastidii transire stola, & Cruce „ elevata, etiam irrequisito Parocho Clastidii ?

Secundo „ An dictus Parochus Clastidii occasione transitus Cadaveris alterius Parochiæ, & Diœcesis possit aliquam partem Ceræ, aut pecuniarum „ prætendere pro quarta funerali, aut alio titulo „ ab hæredibus Defuncti ?

Tertio „ An dictus Parochus consequi possit ab „ hæredibus Defuncti, qui sepelitur in dicta Ecclesia S. Mariæ Angelorum, duplicem quartam, nempe duos Philippos, aut integram Ceram, & unum „ Philippum, seu potius debeatur unica quarta „ unius Philippi, aut solius Ceræ ?

Quarto „ An hæredes ejusdem Defuncti in associando Cadavere tàm ad Ecclesiam Parochialem, „ quam ad aliam Ecclesiam, possint vocare majorem „ numerum Regularium, quàm sint Sacerdotes Sæculares in Casu &c?

Sacra Congregatio Eminentissimorum, & Reverendissimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, audita relatione Episcopi Placentini, referente Eminentissimo Grimaldo, censuit ad suprascripta dubia infrascriptum in modum respondendum, videlicet.

Ad Primum. *Affirmative*. Ad Secundum, & Tertium. *Negative*. Ad quartum. *Affirmative*. *Romæ* 24. *Novembris* 1715.

G. Card. Carpineus.

Loco ✠ Sigilli.

F. A. Nizunus Secretarius.

SI contingat in Ordine nostro aliquem ex Definitoribus legitime impeditum interesse non posse electionibus per Definitorium faciendis, tunc, juxta Ordinis statuta, fieri debet subrogatio ad præscriptum nostrarum Constitutionum. Id tamen intelligas de defectu proveniente ex legitimo impedimento: nam si aliquis ex Definitoribus legitime vocatus, recusaret interesse, tunc deveniri potest ad electionem nulla facta subrogatione. Hac de Causa in Provincia Reformata Papiæ, cum P. Provincialis citasset formiter Definitorium pro celebranda Congregatione intermedia, & P. Josephus Hieronymus a Burgosesia Custos, ac Pater Josephus Franciscus a Papia Definitor noluissent intervenire; P. Provincialis cum aliis tribus Definitoribus Congregationem celebravit: & posita Causa in Sacra Congregatione, utraque parte audita: *Sacra Congregatio Episcoporum, & Regularium, Ponente Eminentissimo Casino, die 8. Februarii 1715. rescripsit, Congregationem intermediam sustineri, & ad mentem Eminentissimi Ponentis*, qui post prandium *ejusdem diei 8. Februarii* 1715. comburere fecit duas Scripturas injuriosas ex adverso vulgatas.

Quod sane jampridem fuerat ab eadem Sacra Congregatione pluries definitum, ut ex sequentibus patet, quæ hoc in loco videre non displiceat.

Emi, e Rmi Signori.

IL Ministro Provinciale de' Minori Osservanti Riformati di Milano, desiderando, che l' elezioni de' Superiori nella sua Religione si facciano sempre in conformità delle proprie Constituzioni, a de' Decreti di questa Sagra Congregazione, supplica umilmente l' EE. VV. a degnarsi dichiarare, se ne casi, che alcuni Definitori presenti, ancorchè intimati a concorrere alle elezioni, ricusino d' intervenirvi, si debbano allora in lor vece sostituire delli altri Padri della Provincia, conforme le Costituzioni Riformate ordinano (cap. 8. n. 51.) che si faccia quando manca altro de' Definitori, che non si possa avere per lo spazio di tre giorni.

Che il tutto &c.

Sacra Congregatio Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, audito Commissario Generali Ordinis, & Referente Eminentissimo Franciotto, censuit, casum propositum non comprehendi sub dispositione cap. 8. n. 51. Constitutionum, quoad prætensam subrogationem. Romæ 6. Augusti 1655.

M. Card. Ginettus.

Loco ✠ Sigilli.

H. Archiep. Patrac. Sec.

Et Dominicus Ursaya T. 1. p. 8. Discept. n. 16. re-

refert in punctualissimis terminis duarum aliarum Congregationum intermediarum dictæ Provinciæ, ec mature perpensa, & partibus acerrime informantibus, se ipso scribente pro illarum validitate, bis idem respondisse eamdem Sacram Congregationem *in Papien. Congregationis intermediæ, nempe die 21. Januarii 1709. Ponente clar. memor. Card. Gabrielio, & die 19. Julii 1709. Ponente Eminentissimo D. Cardinali de Abdua.*

Initium Septennii apponi soliti in Brevibus desumendum est a die datæ.

DIfensso dubio in Sacra Congregatione Indulgentiis, & S. Reliquiis præposita; An attentis, verbis, quæ in Brevibus Indulgentiarum apponi solent: *Præsentibus ad Septennium tantum valituris*, Septennii initium a die publicationis Brevis desumendum sit? Eadem Sacra Congregatio die 18. Maii 1721. declaravit, non a die publicationis, sed a die datæ Brevis Septennii tempus incipere: & facta relatione Sanctissimo Domino nostro per me infrascriptum Secretarium die 20. ejusdem Mensis, Sanctitas Sua Congregationis sententiam approbavit.

I. M. Card. Gabriellus Præfectus.

Raphael Cosmus de Hieronymis Secretarius.

DECRETUM.

De Indulgentiis, quas gestantes Scapulare Conceptionis Beatæ Virginis Immaculatæ, & Cinturati Sancti Augustini, & Sanctæ Monicæ consequi possunt.

„ PRæcipuas inter Curas, quibus Sacra Congregatio Indulgentiis, & Sacris Reliquiis præposita sedulo incumbit, ea est, ut Indulgentias, quæ a nonnullis interdum temere evulgantur, mature expendat, & quas aut revocatas, aut falsas, aut apocryphas esse deprehenderit, ne fideles illarum assequendarum spe decipiantur, palam detegat, atque prohibeat.

„ Cum itaque Sacræ Congregationi delatum fuerit in libello quodam Veronæ impresso anno 1711. cui titulus: *Breve notizia del Santo Abitino, che si dispensa da Padri Teatini ad onore dell' Immacolata Concezione di Maria Vergine, in virtù di un Breve Apostolico di Clemente X. confermato con altro del Regnante Sommo Pontefice in data delli 12. Maggio 1710.* Con le Indulgenze proprie, *e dell' aggregazione alla loro Religione &c.* Plurimas Indulgentias falso contineri, veluti a Summis Pontificibus concessas, aut quoquomodo communicatas, gestantibus Scapulare parvum cærulei coloris, quod vocant Conceptionis Beatæ Virginis Immaculatæ. Ideo re mature perpensa, die 22. Februarii 1712. declaravit nullas alias Indulgentias pro gestatione prædicti Scapularis acquiri, nisi illas, quas Sanctissimus Dominus noster in literis in forma Brevis desuper editis die 12. Maii anno 1710. clementer concessit his verbis: *Omnibus, & singulis utriusque sexus Christifidelibus, quibus Scapularia benedicta hujusmodi, ut præfertur, in posterum distribuentur, die, quo illa primum susceperint, si vere pœnitentes, & confessi Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum sumpserint, plenariam, nec non eisdem in cujuslibet eorum mortis articulo, si etiam vere pœnitentes, & confessi, ac Sacra Communione refecti, vel quatenus id facere nequiverint, saltem contriti, Nomen Jesu, ore si potuerint, sin minus corde devote invocaverint, itidem plenariam; Ac ipsis pariter vere pœnitentibus, & confessis, ac eadem Sacra Communione refectis, qui aliquam ex Ecclesiis dictæ Congregationis, vel Cappellam, sive Oratorium die festo ejusdem Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis Immaculatæ, a primis Vesperis usque ad occasum solis diei hujusmodi, singulis annis devote visitaverint, & ibi pro Christianorum Principum &c. preces effuderint, plenariam similiter omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus. Insuper prædictis Christifidelibus, etiam vere pœnitentibus, & confessis, ac Sacra Communione refectis Ecclesiam, vel Cappellam, seu Oratorium hujusmodi in aliis ejusdem Beatæ Mariæ Virginis Festis diebus, ut præfertur, visitantibus, & ibidem orantibus, quo die prædictorum id egerint septem annos, & totidem Quadragenas de injunctis eis, seu alias quomodolibet debitis pœnitentiis in forma Ecclesiæ consueta relaxamus &c.*

„ Cumque pariter Sacræ Congregationi innotuerit in alio libello Bononiæ impresso anno 1707. qui inscribitur: *Sagro Diario delle grazie, e Indulgenze concesse alla Compagnia della Cintura detta di S. Agostino, e di Santa Monica &c.* multas pro Cincturatis referri Indulgentias, quarum aliquæ aut revocatæ, aut falsæ omnino sunt; Ideo Sacra eadem Congregatio prædicta die 22. Februarii 1712. similiter declaravit, Cincturatos nullas alias Indulgentias pro gestatione Cincturæ lucrari posse, nisi illas, quæ expresse continentur in Brevi a san. mem. Clemente X. desuper edito, quod incipit: *Ex injuncto Nobis cœlitus*, dato die 27. Martii 1675.

„ Et ut omnis in posterum erroris, ac deceptionis occasio auferatur, districte prohibuit, ne aliæ Indulgentiæ voce, aut scripto publicentur pro gestatione supramemorati parvi scapularis, aut prædictæ Cincturæ, præter eas, quæ in supradictis Brevibus Sanctissimi Domini nostri Clementis XI. & san. mem. Clementis X. respective continentur. Ac insuper recensitos Libellos, alterum Veronæ, alterum Bononiæ impressum proscribendos censuit, sub pœnis in Indice Librorum prohibitorum contentis.

„ Quibus per me Secretarium Sanctissimo Domino nostro relatis, Sanctitas Sua sententiam Sacræ Congregationis approbavit, & in omnibus servari jussit. Datum die 24. Februarii 1712.

F. Thomas Maria Card. S. Clementis

Raphael Cosmus de Hieronymis Secretarius.

DECRETUM.

Quo declaratur Monasteria Monialium a cura Regularium suorum Ordinum ad immediatam jurisdictionem Episcoporum translata, aut transferenda, iisdem privilegiis, ac Indulgentiis frui debere, quibus ante ejusmodi translationem fruebantur.

„ LIcet ab hac Sacra Congregatione Indulgentiis, & Reliquijs præposita non semel declaratum fuerit, nonnulla Sanctimonialium Monasteria, quæ antea sub gubernio Fratrum sui Ordinis degebant, per hoc, quod Episcopo loci subjecta deinde fuerint, privilegia, & indulgentias, quibus antea fruebantur, nullatenus amisisse: tamen, cum sæpius alia etiam Monasteria, quæ simili modo sub immediatam Episcoporum jurisdictionem translata sunt, idem ab Apostolica Seda declarari humiliter postulaverint; ne nulla in posterum dubitandi ratio supersit, Eadem Sacra Congregatio, re mature discussa, die 20. Aprilis 1712. declaravit Monasteria omnia Sanctimonialium, quæ a cura, & gubernio Fratrum suorum Ordinum, sub immediatam jurisdictionem Episcoporum translata sunt, aut in posterum transferri aliqua ratione contigerit, non ideo privilegia, & Indulgentias, quibus antea gaudebant, amisisse, seu amissura fore; sed eodem modo cunctis prædictis privilegiis, & Indulgentiis uti, & frui debere, ac si sub gubernio Fratrum suorum Ordinum actu existerent. Quam Sacræ Congregationis sententiam Sanctissimus Dominus Noster die 22. ejusdem mensis approbavit. Datum Romæ die 14. Maii 1714.

L. Cardinalis Picus Præfectus.

Raphael de Hieronymis Secretarius.

FAVENTINA SUPERIOTATIS

Inter Patres Reformatos Sancti Francisci Faventiæ, & Tertiarios Sancti Antonii ejusdem Civitatis.

Coram Sac. Congreg. Episcop. & Regul.

AQua, Ponente Card. Corsinio, decisum fuit, non licere aliis Tertiariis, sed tantum Superioribus Ordinis, aut aliis ab his delegatis, conferre habitum Tertii Ordinis, ut patet ex sequentibus Dubiis, & Resolutionibus, sub die 28. Junii 1717.

I. „ An Donatio facta Patribus sustineatur in casu &c?

II. „ An Tertiarii sint subjecti gubernio spirituali PP. Reformatorum in casu &c?

III. „ An Tertiarii possint alios admittere ad habitum, eorumque Professiones recipere? Et quatenus Affirmative

IV. „ An admissiones ad habitum, & Professiones hactenus sequutæ in manibus Tertiariorum sustineantur?

Ad I. *Responsum fuit Affirmative.*

Ad II. *Affirmative in concernentibus spiritualia in Ecclesia Sancti Antonii.*

Ad III. *Negative.*

Ad IV. *Pro Sanatione.*

NULLIUS ALTAMURÆ

Conservatoris, & exemptionis.

I. „ AN Electio Episcopi Biteclen. in Conservatorem sustineatur in casu &c. *& quatenus negative*

II. „ An teneatur Patres Minores Observantes eligere Conservatorem in Civitate Altamurana, vel possint in alia Civitate viciniori alterius Diœcesis in casu &c?

III. „ An Conservator prædictus possit cognoscere causas civiles contentiosas dictorum Religiosorum, & eorum Sindici, sivè potiùs earum cognitio spectet ad Ordinarium Altamuranum in casu &c? *& quatenus affirmativè* quoad primam partem

IV. „ An dictus Conservator debeat uti Actuario Curiæ Archipresbyteralis, & delegare cognitionem dictarum Causarum in ipsa Civitate Altamurana in casu &c?

V. „ An in concernentibus correctionem morum Sindicus dictorum Religiosorum sit exemptus a jurisdictione Ordinarii in casu &c?

Sacra Congregatio die 13. Julii 1715. distulit propositionem, die verò 3. Augusti dicti anni respondit.

Ad I. Negativè.

Ad II. Affirmative quoad secundam partem.

Ad III. & IV. Dilata, & particulariter scribatur.

Ad V. Negativè.

AQUIPENDII

Visitationis Sacrorum Liminum.

„ AN in Casu, de quo agitur, permissum esse valeat Episcopo concedenti Sacerdotibus Regularibus facultatem audiendi Confessiones Sæcularium, injungere ut intersint Congregationibus Casuum Conscientiæ?

Sacra Congregatio Concilii die 12. Martii 1718. respondit *negative; & detur Decretum in Foro Semproniensi* 12. *Maii* 1688.

ANno 1718. die 21. Julii conclusum fuit Passarovicii in Servia *Instrumentum Pacis* inter Augustissimum Carolum VI. Romanorum Imperatorem electum, & *Ahmet Han* Sultanum Ottomanorum, in eoque confirmatus, & innovatus articulus XIII. relatus supra pag. 454. qui in hoc legitur numero XI. respiciens exemptiones, privilegia, & facultates Nobis ab aliis Sultanis concessas, in Locis præsertim Terræ Sanctæ. Ibidem sub eodem die, & anno conclusum quoque fuit *Instrumentum Pacis* inter Serenissimam Rempublicam Venetam, eamdemque Portam Ottomannicam, in quo num. X. hæc occurrunt.

X. „ Immunitatibus a Sultanis quondam Nationi Francorum concessis congruenter, hi Ritus suos ubicumque Ecclesias suas, & Cœnobia habuerint, exercitare, & frequentare poterunt; *&, si quæ restaurari indiguerint, vigore Cæsarei Mandati, & Æquitatis, resarciri poterunt.* Nullus etiam in hoc ipso illos impediet pecuniarum exactione, aut alio prætextu, contra Justitiam, & excelsam Capitulationem, affliget; Illi insuper Jerusalem, aliaque loca Sacra adire, & redire, absque omni impedimento, poterunt.

Hæc autem ea potissimum de causa sancita fuerunt, ut scilicet Templum Hierosolymitanum Sacratissimi Sepulchri D. N. J. C. vetustate fatiscens restan-

Digitized by Google

restauraretur, & lateritia testudine, ut firmius consisteret, adaugeretur: quæ omnia perfici curavit A. R. P. Josephus Maria Perusinus tunc temporis Guardianus Hierosolymitanus.

Relatorum quoque Fœderum vigore emanavit sequens

MANDATUM

MAGNI DOMINI TURCARUM

In favorem Fratrum Minorum, Sanctorumque locorum pacificam possessionem, ad instantiam Excellent. Domini Damiani Hugonis Comitis de Virmont apud eumdem cum plenaria potestate Oratoris Cæsarei.

Nobile, dignum, & excelsum Signum Regium, & inclita, ac gloriosa nota Imperialis, quæ totum Mundum pervadit, sic mandat.

CUM excelsum Imperium æternitati conjunctum inter, & gloriosissimum maximorum Principum in Jesum credentium, Romanorum Imperatorem Carolum (cujus extrema feliciter terminantis) antiqua amicitia, pax, & concordia renovata, ac confirmata, & fabrica mutuæ necessitudinis consolidata, atque corroborata sit, & quandoquidem ratione populi Domini Jesu, super quem sit salus, a Papa Romano dependentibus Religiosis, felicibus temporibus meorum Avorum, gloriosissimorumque Majorum altæ prosapiæ defunctorum, atque tempore mei dominii æternum permansuri, elargitorum, & in capitulationibus exaratorum, cautorumque articulorum, ac specialium favorabiliter concessorum signorum Imperialium, excelsorumque mandatorum contenta deinceps observanda, & exigente amicitia, & sinceritate, mercatores, & Peregrini ejus necessario tuendi, atque protegendi sint

Hoc felicissimum signum Imperiale dedit, atque mandavit, ne Papæ Romano addictos Religiosos, & Peregrinos Hierosolymis in Templo Cummæ, seu Sanctissimi Sepulchri dicto, juxta antiquos eorum ritus, quæcumque loca visitationis, ac præcipue Montes Gabeli, Giezhum, seu Montem Sion, visitare consueverunt, secundum antiquos eorum ritus, uti prius perlustrantes, absque motivo in contrarium, ab antiquo usitati, Excelsi mei Imperii subditi, cæterique officiales, petitione pecuniaria, aliove prætextu se ingerendo molestent: nec Græci reparationem Templi Hierosolymitani, antehac emanati mei potentissimi Katheserif, seu manu propria subscripti Nobilis mandati prætextu, contra illis antecedentium Sultanorum felicissimis temporibus, ratione Papæ Romano addictorum concessa Nobilia mandata Katheserif, & signa Imperialis, aliquas prætensiones, & lites movere valeant, sed ut sub umbra tutelæ, & protectionis meæ Imperialis quieta, & tranquillitate præserventur, diligentia, & cura adhibeatur. Ita norint, & nobili signo fidem præstent. Scriptum in ultimis diebus Lunæ Rebiul-Achy dictæ 1132. idest Anno Christi 1720. in principio Martii in residentia Constantinopolis a Deo præservata.

Literæ Apostolicæ in forma Brevis fel. record. Clementis Papæ XI. ad laudatum Comitem de Virmont, quibus ejus Zelus commendatur pro obtenta antedicto Domini Turcarum mandato.

CLEMENS PAPA XI.

Dilecte Fili, Nobilis Vir, salutem, & Apostolicam benedictionem.

DEesse non patimur Nobilitati Tuæ testimonium obstrictæ, gratæque nostræ voluntatis, ob egregium, & efficax studium, quod dum in Civitate Constantinopolitana versarus es, Orthodoxæ Religionis rationes fovendas suscepisti. Novimus siquidem tuæ potissimum auctoritatis præsidio factum esse, ut Catholici Viri in Chiensi Insula degentes vetera privilegia, quibus Græcorum fraude jamdudum exuti fuerant, ex integro recuperaverint, ac insuper sibi restitui obtinuerint unam ex illis Ecclesiis eorum arbitrio seligendam, ubi Sacra Ministeria, juxta Catholicorum Ritum, libere deinceps obire possint. Præterea accepimus, tuæ itidem pietatis ope Religiosis Viris Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum, & aliis Catholicis in Hierosolymitana Civitate commorantibus, luculentam a Turcicæ potestatis Ministris concessum fuisse diploma, quo Sanctissima, totiusque Christiani Populi veneratione celeberrima illarum partium loca, quæ sub eorum custodia ab antiquis temporibus custodita fuere, ipsis amplissima, atque in perpetuum præserventur. Quæ sanè omnia quam accepta, ac prorsus jucunda Nobis acciderint, vix exprimere verbis possumus. Quibusvis autem pro explorato habemus, in iis curandis, non aliud tibi fuisse propositum, nisi meritum, quod apud Deum Optimum Maximum, tum etiam apud Charissimum in Christo Filium nostrum Carolum in Romanorum Imperatorem electum, præcipuum Religionis, & Ecclesiæ advocatum, tibi planè ingens quæsivisti; perpetuo tamen Zelo tuo effusam, dignamque laudem tribuere non omittamus, teque piis ejusmodi studiis animum nostrum peculiari modo demeruisse profitemur. Quod rebus ipsis luculenter tibi declarabimus, quotiescumque congrue Nobis suppetent occasiones gratificandi Nobilitati Tuæ, cui Pontificiæ interim Charitatis nostræ testem Apostolicam benedictionem peramanter impartimur. Datum Romæ &c. die 11. Julii 1720.

ORDINIS S. FRANCISCI.

PRovinciæ Reformatæ hujus Cismontanæ Familiæ exposuerunt S. C. C. sub die 18. Martii 1719. res ipsis relictas divendi ab eorum Sindicis vilissimo pretio, ac propterea expetere ab Eminentissimis Patribus ad id opportunum remedium. His stantibus, quæsitum fuit.

An, & quale temperamentum sit capiendum in casu &c.?

Cui Sac. Congr. sub die citata decrevit: „ Quoad „ Mobilia pretiosa Ecclesiæ incorporata, esse necessarium Beneplacitum Apostolicum: quo vero ad „ omnes alias res, in posterum non posse Sindicos „ procedere ad venditionem, nisi prævia Edictorum „ affixione, & Venditio fiat majori Oblatori.

Sub hoc Decreto comprehendi videntur omnes FF. Mi-

Digitized by Google

Minores, qui Regulam S. P. N. Francisci sine ulla relaxatione profitentur, & quorum Sindici, facultate Apostolica eis a Summis Pontificibus concessa, bona tam mobilia, quam immobilia dono data, vel testamento prædictis Fratribus legitime legata, vendere possunt, eorumque pretium in usum Fratribus licitum erogare. Hinc colligas perperam agere illos, qui quæcumque bona, sine ullo discrimine, Sindicis vendere permittunt; cum inconsulta Sede Apostolica id fieri non possit de Mobilibus pretiosis, quæ sunt Ecclesiis incorporata. Nec satis Privilegiorum Ordinis notitia instructos se produnt, qui, ex opposito, pro cujuscumque rei divenditione ad Sedem Apostolicam confugiunt, qua obtenta, si contingat in illa non exprimi Edictorum præviam affixionem, hanc plane omittunt, non sine quandoque Conventus etiam præjudicio.

JUSTINOPOLITANA MISSARUM.

BArnabas Bruti Justinopolitanus ann. 1633. instrumentum inivit cum PP. Cœnobii S. Annæ Justinopolis, quo hi sese oneri alligabant celebrandi Missam quotidianam in Ecclesia Sæculari S. Dionysii, pro annua summa Ducatorum 40. Monetæ Venetæ. Id adamussim fuit ex utraque parte executioni mandatum usque ad annum 1709. quo agnita a FF. nullitate contractus, ut qui plane contrarius paupertati Franciscanæ, quam profitentur, renuerunt Missas amplius celebrare. Contendentibus itaque Brutis Missarum continuationem, delata tandem est Caussa ad S. C. C. quæ sub die 18. Novembris 1719. proposito dubio:

An Fratres Minores de Observantia Conventus S. Annæ Justinopolis teneantur celebrare Missam in Ecclesia S. Dionysii, ad formam Instrumenti initi anno 1633. in casu &c?

Respondit: *Negative, & amplius, & ad Mentem.*

ASSISIEN. PROCESSION.

UT malis, & scandalis, ac præsertim plurium internecioni, occurreretur, quæ Calendis Augusti in Ecclesia D. Mariæ Angelorum contingere quandoque solent, & reipsa duobus præcedentibus annis evenerant, Guardianus illius Sacri Cœnobii supplicem Pontifici obtulit libellum, quo humiliter S. S. expostulavit, ut dignaretur consuetam, & ab immemorabili inductam Processionem, quam eorumdem malorum originem caussabatur, abolere. At verò Pontifex, ut res attentius, ac maturius examinaretur, camdem ad particularem Congregationem a se deputatam remisit, & cum pro PP. Conventualibus gravissima, eruditissime, ac miro ordine, & claritate scripsisset tunc Illustrissimus, ac Reverendissimus D. D. Prosper de Lambertinis, nunc vero D. N. J. C. in terris Vices-Gerens, Benedictus XIV. Pontifex O. M. emanavit ab illa sequens

DECRETUM.

IN Causa Assisien. Inter PP. Minores Observantes ex una, & PP. Minores Conventuales ex altera parte, Congregatio particularis a SS. D. N. deputata, & habita sub die 26. Julii proxime præteriti, auditis rationibus hinc inde deductis super Processione, aliisque functionibus fieri solitis occasione solemnis Festivitatis, & Plenariæ Indulgentiæ, ut volgo dicitur, *della Parziuncola*, instantibus primis pro aliqua provisione, ad effectum evitandi prætensa scandala, & petentibus aliis, ut nihil innovaretur, rescriptum fuit, prout infra, videlicet: *Servetur solitum, & scribatur Gubernatori Perusiæ juxta mentem, & ad Eminentissimos Protectores pariter juxta mentem.*

Eadem die Sanctissimus supradictam resolutionem approbavit. A. Bancherius Sacræ Consultæ, ejusdemque Sacræ Congregationis deputatæ Secretarius.

In quorum fidem &c. Datum Romæ 3. Augusti 1720.

Loco ✠ Sigilli.

COLONIEN.

I. AN Confessarii Regulares possint Sæculares extra mortis periculum absolvere a casibus Ordinario reservatis in casu &c?

II. An Confessarii Monialium exemptarum, & Prælatis Regularium subjectarum, possint easdem, etiam extra mortis periculum, absolvere a casibus Episcopo reservatis in casu &c?

III. An supposito edicto supra recensito, Confessarius Regularis, extra mortis periculum, absolvere possit, Sæcularem complicem criminis Carnalis externi moraliter peccaminosi secum commissi in casu &c?

IV. An supposito pariter eodem Edicto Confessarius Regularis Monialium exemptarum absolvere possit Monialem complicem criminis Carnalis externi moraliter peccaminosi secum commissi in casu &c?

Sacra Congregatio Concilii die 26. Novembris 1720. respondit.

Ad I. *Negative.*

Ad II. *Affirmative, præterquam quod casus, quos Episcopus sibi reservaverit in materia clare spectante ad jurisdictionem delegatam.*

Ad III. *Negative.*

Ad IV. *Affirmativè, quatenus non sit violata Clausura.*

Confirmatur Decretum Congregationis Episcopor. & Regularium de alternativa officiorum pro Provincia S. Antonii in Lusitania Fratrum Minorum de Observantia Discalceat.

INNOCENTIUS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

NUper pro parte dilectorum filiorum Emmanuelis a Gloria, nonnullorumque Fratrum expresse professorum Provinciæ S. Antonii in Lusitania Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia Discalceatorum nuncupatorum, Congregationi Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositæ exposito, quod ipsi, pro bono pacis, & pacifico ejusdem Provinciæ regimine, Alternativam Officiorum in ea, cum divisione Territorii, stabiliri plurimum desiderabant in hunc modum, videlicet:

§. 1. Primo, quod prædicta Provincia Sancti Antonii secundum Regiones, Territoria, per quæ protenditur, in duas Æquales partes dividatur, quarum Ulyssiponenses Civitates, Orientalem scilicet, & Occiden-

Digitized by Google

cidentalem, cum suis Territoriis, vulgò *Termos* inclusivè, Provinciam de Alemviso, & Regiones ultra mare comprehendat: Altera vero totum id, quod a Territoriis Ulyssipponen. per Provinciam de Extremadura, usque ad Villam de Canthanhede districtus Civitatis Conimbricen. inclusive includitur, & sic divisæ conserventur, ut Religiosorum numerus utriusque Hierarchiæ, Clericalis videlicet, & Laicalis, in unaquaque parte æqualis sit. Sed quia de præsenti numerus Ulyssipponensium in magna parte a non Ulyssipponensibus habet excedi, donec ad æqualitatem perveniant, ex Novitiis recipiendis duæ partes ex Ulyssipponensibus, & una ex aliis dumtaxat ad habitum admittatur, proportione servata inter Clericos, & Laicos, prout necessitati Provinciæ videbitur expedire, ita taliter, ut semper æqualis Fratrum numerus hinc inde valeat conservari, & hæc quantum ad divisionem.

§. 2. Secundo: Quantum vero ad electionem Officiorum ita procedi debeat, ut in uno Capitulo Minister Provincialis, & duo Definitores ex una parte, & Custos, & alii duo Definitores ex alia parte eligantur. In Capitulo vero sequenti fiat viceversa. Quia tamen duodecim ab hinc annis ex non Ulyssipponensibus quatuor Provinciales Ministri sortiti fuerunt, pro aliquali compensatione cum parte Ulyssipponensi, in Capitulo proxime habendo alternativa ex Ulyssipponensibus exordium servet, & ex istis Minister Provincialis, & duo Definitores, ex non Ulyssipponensibus vero Custos, & alii duo Definitores eligantur. In Capitulo vero sequenti res è contra se habeat.

§. 3. Quod si ad electionem Vicarii Provincialis, deficiente Ministro ante completum triennium, oporteat devenire, digniore Patre Provinciæ præsidente, in absentia Superioris Generalis, ex eadem Provincialis parte Vicarius eligatur. Quod etiam in electionibus tum Commissarii Provincialis, tam etiam Pro-Ministri (impedito Provinciali) Capituli Generalis causa, observandum erit, quantum scilicet ad hoc, quod electi ex eadem parte assumantur. Et sic pariter observandum erit in Guardianorum electionibus, ut æqualis numerus ex unaquaque parte assumatur. Attamen, ut æqualis Conventuum distributio fiat, hic Ordo servandus erit, quod ex alia parte, ubi Provincialis fuerit, eligantur Guardiani, vel præsidentes cum voto pro Conventibus de Corthaneyra, Casanova, Penella, Soveral, Tancos, Canthanhede, Sernachi; ex illa vero, ubi Custos fuerit, eligantur similiter Guardiani, vel Præsidentes cum voto pro Conventibus Ulyssipponis Occidentalis, Collegii Conimbricen. Cornota, Meruana, Penheyro, Certeam, Convalescenza, & Pombal. At ne suffragia in Capitulis provincialibus a parte Custodis partem alteram excedere valeant, tunc dumtaxat, & non alias, Secretarius Provinciæ, & ex parte Provincialis, per electionem fiat, sicuti Guardiani, & votum habeat in Comitiis Provincialibus, quousque Conventus dispares fuerint. Ita enim novi Conventus, vel Hospitia, sicuti Guardiani, & Præsidentes, cum voto distribui debent, ut pro unaquaque parte suffragia sint æqualia. Quod si æquales existant in suffragiis hujusmodi, nec votum Secretarius Provinciæ habeat, nec per suffragia, sed ad Provincialis libitum, assumatur.

§. 4. Ad Præsidentes quoque sine voto, Vicarios, Novitiorum Magistros, Ostiarios, & alia hujusmodi officia cum æqualitate, quantum fieri possit, Religiosi ex unaquaque parte assumantur, & qui in uno triennio fuerint ex una parte pro eisdem officiis, in alio sequenti ex altera eligantur.

Chronol. Seraph.

§. 5. Idem pariter observandum erit pro studiis tum Philosophiæ, tum Theologiæ Scholasticæ, tumque Moralis, ut studentes, Lectores, & qui passantes vulgo dicuntur, hinc inde, æquali numero eligantur; hac tamen exceptione, quod si ex una parte sufficientes non sint, qui legere possint, & hoc a pleno Definitorio approbetur, assumantur ex aliis, qui idonei reperiuntur: & hæc de electionibus.

§. 6. Tertio in subrogationibus ita res se habeat, quod deficiente ante completum Triennium, vel promoto aliquo ex Officialibus, tùm Definitore, tùm etiam alio quocumque, alter ex eadem parte ejus loco substituatur. Pro Definitorio vero hic specialis ordo servandus erit, quod in subrogatione unius, aut alterius ex Definitorio, Primo Patres Provinciæ secundum eorum Ordinem, secundo Custodes, tertio Ex Definitores, quarto Ex-Guardiani antiquiores substituantur. Cum hoc tamen, quod si multi Guardiani æquales sint a die professionis, unus alterum in subrogatione præcedat; Si vero antiquior Ex Guardianus sit Guardianus actualiter, alter Guardianus ejusdem partis suo loco eligatur, & ipse in Definitorio subrogetur, in quo si triennium compleverit, gaudeat ac si Custos, vel Definitor in Capitulo electus fuisset, si tamen non compleverit, remaneat, ac si nullatenus subrogasset.

Et quia in Regionibus ultra Mare pro Conventu de Gran Parà, ex hac Provincia Guardianus, & Commissarius Provincialis eligi solent, ita electio imposterum fieri debeat, ut Guardianus eligendus semper ex parte Provincialis sit, Commissarius vero ex parte Custodis. Et si hic, postquam suo officio functus fuerit, ad Provinciam primo dictam revertatur, locum immediatum post Ex Definitores in subrogationibus obtineat. Si vero Commissarius Missionum pro eodem Gran Parà ex hac Provincia fieri contigerit, per triennium tantum perduret, & modo ex una parte, modo ex alia eligatur, itaut in omnibus, & per omnia æqualis officiorum distributio conservetur.

§. 7. Et si Religiosus aliquis de præsenti, vel in futurum impugnaverit, & contradixerit, vel retardare præsumpserit executionem Alternativæ hujusmodi, aut alicujus ex conditionibus in ipsa præinsertis, ipso facto privatus actibus legitimis in perpetuo existat.

§. 8. Emanavit ab eadem Congregatione Cardinalium Decretum tenoris, qui sequitur. Sacra Congregatio Eminentissimorum, & Reverendissimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, auditis PP. Procuratore Curiæ, & aliis Superioribus Generalibus Ordinis, referente Eminentissimo Priulo, censuit, præfatam Alternativam in omnibus juxta petita esse concedendam, prout præsentis Decreti vigore benigne concessit. Romæ 23. Maii 1721.

§. 9. Cum autem, sicut pro parte eorumdem Emanuelis, & Fratrum Nobis subinde expositum fuit, ipsi Decretum hujusmodi, quo firmius subsistat, Apostolicæ Confirmationis nostræ patrocinio communiri summopere desiderent: Nos specialem ipsis Exponentibus gratiam facere volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præinsertum auctoritate Apostolica tenore præsentium

 appro-

approbemus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, salva tamen semper in præmissis auctoritate supradictæ Congregationis Cardinalium.

§. 10. Decernentes easdem præsentes literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari: sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non, quatenus opus sit, Provinciæ, & Ordinis prædictorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & Consuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores, præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cœterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 16. Junii 1721. Pontificatus Nostri anno primo.

Statuitur, ut Fratres Laici de Observantia, & Reform: ac Tertii Ordinis in Regno Siciliæ præstent juramentum cedendi præcedentiam Clericis.

INNOCENTIUS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

Dudum fel. rec. Urbanus VIII. Prædecessor noster per quasdam suas desuper in simili forma Brevia die 16. Novembris 1642. motu proprio expeditas literas, ne de cœtero ulli Fratres Laici, seu Conversi Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia Reformatorum nuncupatorum, quovis sub prætexto, quæsito colore, vel ingenio, etiam ratione antiquioris suæ ad habitum Regularem dicti Ordinis receptionis, aut in eo emissæ professionis, seu cujusvis consuetudinis, Fratres Clericos ejusdem Ordinis in quibusvis functionibus tam publicis, quam privatis præcedere: & ne quicumque Superiores Ordinis prædicti id deinceps quoquo modo permittere auderent, seu præsumerent, sub excommunicationis pœna ipso facto per contrafacientes incurrenda, sub certis modo, & forma tunc expressis Apostolica auctoritate statuit, ordinavit, & prohibuit, & alias, prout in prædictis literis, quarum tenorem præsentibus pro plene, & sufficienter expresso, ac ad verbum inserto haberi volumus, uberius continetur.

§. 1. Cum autem, sicut dilecti Filii Fratres Ordinis Minorum de Observantia, & Reformatorum, nec non Tertii Ordinis ejusdem S. Francisci Regni Siciliæ Nobis nuper exponi fecerunt, ipsi prædictarum literarum ejusdem Urbani Prædecessoris observantiam Superioribus Generalibus Ordinum hujusmodi per Nos præcipi summopere desiderent, quemadmodum ab aliis omnibus Regularibus, & ipsis Ordinibus extra dictum Regnum servari asseritur: Nobis propterea dicti Exponentes, quo graves perturbationes, lites, ac controversiæ hac in re exortæ de medio tollantur, humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 2. Nos igitur ipsos Exponentes specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium, qui relationes dilectorum etiam filiorum Commissarii Generalis Curiæ jam de Observantia, quam Procuratoris Generalis Reformatorum, & Tertii Ordinis hujusmodi viderunt, consilio, ut Superiores Regulares Ordinis prædicti imposterum Laicos, seu Conversos quoscumque ad professionem admittere nequeant, nisi antea coram Testibus emittant votum, vel juramentum cedendi Clericis præcedentiam, injuncta superioribus contrafacientibus privationis officii, & vocis activæ, & passivæ pœna ipso facto incurren. Laicis vero, seu Conversis sine prædicto voto, seu juramento profitentibus, nullitatis professionis; & interim Superiores ejusmodi Laicos, seu Conversos ad Observantiam prædictarum literarum Urbani Prædecessoris hac de re emanetarum, ut præfertur cogant, dicta auctoritate tenore præsentium ibidem statuimus, decernimus, & ordinamus, salva tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium.

§. 3. Decernentes pariter easdem præsentes literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari: sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non dictorum Ordinum etiam juramento, confirmatione Apostolica, aut quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, & expresse derogamus, cœterisque contrariis quibuscumque.

§. 4. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique locorum habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die v. Julii 1721. Pontificatus Nostri Anno primo.

Con-

Conceduntur Ex-Provincialium Privilegia Fratribus de Observantia Reformat. Pœnitentiariis minoribus S. Joannis in Laterano de Urbe.

INNOCENTIUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

ROmanus Pontifex omnium Christifidelium curæ suæ divinitus commissorum, & præsertim illorum, qui in Ecclesia Dei strenue laborant, merita æqua lance librans, congrua singulis laborum præmia constituere studet, sicut justitiæ, & æquitati consentaneum esse in Domino arbitratur.

§. 1. Cum itaque, sicut Venerabilis Frater noster Fabritius Episcopus Albanen. S. R. E. Cardinalis Paulutius nuncupatus, qui aliàs majoris Pœnitentiarii Officium obivit, necnon dilectus filius Noster Bernardus Maria ejusdem S. R. E Cardinalis de Comitibus etiam nuncupatus, noster secundum carnem Germanus Frater, in eodem officio successor, Nobis nuper exposuerunt, æquum non videatur, ut Fratres Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia Reformatorum nuncupatorum per Nos, & dictum Bernardum Mariam Cardinalem nunc, & pro tempore existentem Majorem Pœnitentiarium, ex diversis prædicti Ordinis Provinciis, Linguis, & Nationibus, ad munus minorum Pœnitentiariorum in Ecclesia Sancti Joannis in Laterano de Urbe, pro suo quique idiomate, exercendum assumpti, qui assiduam, laudabilemque ibidem pro animarum salute operam exhibent, majoremque vitæ partem in eorum officiis traducunt, quoscumque gradus, & dignitates in ejusmodi Provinciis consequendi spe frustrati remaneant, cupiantque propterea iidem Fabritius Episcopus, & Bernardus Maria Cardinales Fratribus Minoribus Pœnitentiariis prædictis opportune in præmissis a Nobis provideri, & ut infra indulgeri: Nos eorumdem Fabritii Episcopi, & Bernardi Mariæ Cardinalium majoris Pœnitentiarii, qui votum dilectorum aliorum Officialium Signaturæ officii Pœnitentiariæ Apostolicæ super præmissis audiverunt, desiderio, & precibus Nobis super hoc humiliter porrectis, favorabilem assensum præbere cupientes, ac etiam motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, ut de cætero Fratres Pœnitentiarii Minores ex diversis Provinciis, Linguis, & Nationibus, sicut præfertur, assumpti, & pro tempore assumendi, qui laudabilem vitam in eorum Collegio vixerint, & servitium, ac Ministerium hujusmodi in prædicta Ecclesia Sancti Joannis in Laterano Sedi Apostolicæ, juxta Ordinationes, & Statuta Collegii dictorum Pœnitentiariorum per Cardinales majores Pœnitentiarios Prædecessores edita, vel pro tempore existentem Cardinalem majorem Pœnitentiarium edenda, decennii spatio præstiterint (de quorum tamen adimplemento, & requisitis idem pro tempore existens Cardinalis major Pœnitentiarius, pro ejus arbitrio, & conscientia, superioribus ipsius Ordinis testimonium exhibeat) reversi deinde ad proprias Provincias, de licentia ejusdem Cardinalis majoris Pœnitentiarii, omnibus, & singulis privilegiis, prærogativis, præeminentiis, & præcedentiis, quibus Fratres Ordinis prædicti, qui Ministri Provinciales fuerunt, tàm de jure, usu, & consuetudine, quam aliàs quomodolibet utuntur, fruuntur, & gaudent, ac uti, frui, & gaudere possunt, & poterunt in futurum, pari modo, & absque ulla prorsus differentia, uti, frui, & gaudere libere, & licitè possint, & valeant in omnibus, & per omnia, perinde, ac si Provincialatus munere perfuncti fuissent; ita tamen, ut inter ipsos minores Pœnitentiarios Apostolicos, & Ex-Provinciales servetur æqualitas, & quoad ordinem præcedentiæ sola prioritas, sive antianitas Paternitatis attendatur, tenore præsentium concedimus, & indulgemus.

§. 2. Decernentes easdam præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac prædictorum Ordinis, & Provinciarum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & Consuetudinibus, Privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 3. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique locorum, tàm in judicio, quam extra illud habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 1. Septembris 1721. Pontificatus Nostri Anno primo.

Conceditur Custodi, & Guardiano Sancti Sepulchri facultas conferendi Sacramentum Confirmationis.

INNOCENTIUS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

CUm ad infrascriptam Cardinalium Congregationem delatum fuerit dubium — An Custos, Guardianus Sancti Sepulchri Domini Nostri Jesu Christi, ex speciali hujus Sanctæ Sedis delegatione, & vigore nonnullorum privilegiorum per dilectos filios Superiores Ordinis Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum exhibitorum, necessarias facultates habeat conferendi Sacramentum Confirmationis? Nos, pro commissa Nobis cælitus Pastoralis Officii cura, omnes difficultates, ac imposterum dubitandi has in re occasionem tollere cupientes, ac dilectum filium Joannem Philippum a Mediolano Fratrem expresse professum dicti Ordinis, ac Custodem, & Guardianum dicti Sancti Sepulchri specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum

dum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, ac editis votis Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium in tota Republica Christiana adversus hæreticam pravitatem Generalium Inquisitorum auctoritate Apostolica specialiter deputatorum, eidem Joanni Philippo Custodi, & Guardiano ejusdem Sancti Sepulchri, durante ejus officio, & pro locis Terræ Sanctæ tantum, ubi non erunt Episcopi Ritus Latini, in propria Diœcesi residentes, potestatem, & facultatem conferendi Sacramentum Confirmationis hujusmodi, Oleo, & Chrismate etiam antiquis, si nova haberi non possint, per Catholicum Antistitem gratiam, & Communionem Sedis Apostolicæ habentem, benedictis, dicta auctoritate, tenore præsentium concedimus, & delegamus; salva tamen semper in præmissis auctoritate memoratæ Congregationis Cardinalium. Non obstantibus præmissis, ac Apostolicis, & in Universalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 13. Septembris 1721. Pontificatus Nostri Anno Primo.

Statuitur alternativa in Provincia Immaculatæ Conceptionis Fluminis Januarii in Brasilia FF. Discalceatorum:

INNOCENTIUS PAPA XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

JUstis, & honestis Petentium votis libenter annuimus, eosque favoribus, & gratiis prosequimur opportunis. Exponi sanè nobis nuper fecit dilectus filius Ferdinandus a Sancto Antonio Procurator Generalis Provinciæ Immaculatæ Conceptionis, Ordinis Minorum Sancti Francisci Discalceatorum, seu Recollectorum nuncupatorum Fluminis Januarii in Brasilia, quod cum ad sedandas discordias Provinciæ præfatæ, quæ a pluribus annis exortæ, vigebant inter Religiosos ejusdem Provinciæ natos in regno Portugalliæ, aliosque natos in Brasilia, partialitates, & factiones componentes, ex quibus scandala timebantur, in celebratione Capituli Provincialis habiti anno Domini 1719. felic. rec. Clemens Papa XI. prædecessor noster, provida illis præveniendo per suas Litteras in forma Brevis, de voto Congregationis Venerabilium Fratrum, tunc suorum, nunc nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, negotiis, & consultationibus Episcoporum & Regularium præpositæ, delegaverit tunc existenti Ministro Generali dicti Ordinis facultatem per se, vel per Commissarium subdelegatum, nominandi, & instituendi, Provincialem, Custodem, & Diffinitores, pro ea vice tantum, secundum ejus conscientiam, dignos, & benemeritos judicandos, qui, pro triennio ex tunc proxime venturo, Provinciam gubernarent, prout in eisdem litteris desuper expeditis plenius contineri dicitur, quarum vigore præfatus Minister Generalis subdelegavit Commissarium Visitatorem, & Præsidentem Capituli ad hujusmodi nominationem, & institutionem peragendam, addiditque eidem Commissario Visitatori, & Præsidenti Capituli subdelegato facultatem stabiliendi alternativam, quam jam prius idem Minister Generalis, pro bono pacis, ordinaverat, & a nostro, & Sedis Apostolicæ Nuncio in regno Portugalliæ tunc commorante, confirmari obtinuerat, prout de facto, mediante etiam unanimi Capitulari Electione, Commissarius Visitator, & Præsidens Capituli subdelegatus præfatus, nominando, & instituendo Provincialem, Custodem, & Definitores, auctoritate Apostolica præfata sibi subdelegata, & servata generalitia alternativa, explevit, deindeque una cum Provinciali, Custode, & Definitoribus sic nominatis, & institutis præfatis, eodem ordine alternativa retento, processit ad electionem Guardianorum, & aliorum Officialium, summa cum tranquillitate, & Provinciæ pace, acceptantibus omnibus Legem alternativæ hujusmodi perpetuo servandam, ad formam Generalitiæ ordinationis, tenoris sequentis, videlicet --. Quod in uno Triennio, eligatur Provincialis ex Religiosis natis in Portugalliæ regno, & itidem duo Definitores ex eisdem eligantur; ex alia vero parte, eligatur Custos ex Religiosis natis in Brasiliis, ac etiam ex eisdem alii duo Definitores pariter eligantur, ac similiter, cum duodecim sint Conventus dictæ Provinciæ, eligantur sex pro qualibet Parte, eademque æqualitate, & alternativa distribuantur officia reliqua Provinciæ, nempe Præsidentes, Janitores, & Commissarii Tertiariorum in singulis duodecim Conventibus, Superiores Missionarii Indorum, Prædicatores, qui dicuntur electi, Confessarii ad audiendas Confessiones Sæcularium, Confessarii itidem Indorum & alia quæcumque munera præfatæ Provinciæ, atque ulterius præmissa alternativa servetur, eveniente etiam casu Mortis, absentiæ, aut alterius impedimenti Superiorum, nempe Provincialis, Custodis, Definitorum, Guardianorum, aliorumque ex præmissis Officialibus, quo debet fieri subrogatio alterius Religiosi in Prælatura, officio, & munere, ut nempe subrogatio fiat de Religioso nationis, seu filiationis ejusdem, de qua erat ille, in cujus locum est facienda subrogatio; & quia hujusmodi alternativa servata fuit in Capitulo Provinciali celebrato die 21. mensis Octobris præfati anni 1719. atque in ea electus fuit in Provincialem Religiosus natus in præfato regno Portugalliæ, & ex alia parte, Custos natus in eisdem Brasiliis, juxta Tabulam authenticam electionum Capitularium dicti anni, proinde in sequenti proxime futuro Capitulo celebrando eligendus erit Provincialis ex Religiosis natis in eisdem Brasiliis. & Custos ex alia parte, ex natis in præfato regno Portugalliæ, & subinde de Triennio in Triennium alternando, ut supra, vices, & Personas Nationales Provincialis, & Custodis; quæ quidem Generalitia Alternativa a Congregatione præfata Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, sub die octava Augusti proxime præteriti, jam approbata fuit, juxta Decretum ab ea emanatum, sequentis tenoris, videlicet --

Sacra Congregatio Eminentissimorum, & Reverendissimorum S.R.E. Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, ad quam Sanctissimus Dominus Noster supplicem hunc libellum remisit, visa relatione Patris Procuratoris Generalis, referente Eminentissimo a Cunha, censuit præfatam alternativam, si Sanctitati Suæ placuerit, esse confirmandam. Romæ octava Augusti 1721. & die decima nona dicti, facta per me infrascriptum Secretarium Relatione eidem Sanctissimo, præfatam Sacræ Congregationis sententiam benigne approbavit, & desuper litteras Apostolicas in forma Brevis expediri jussit; Romæ &c.

Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, ea, quæ a Sede Apostolica approbantur, & confirmantur, longe firmius subsistant, & ab eis, ad quos spectant, melius observentur, ideo Exponens præfatus, ad discordias particulares, & factiones hujusmodi tollendas, & pacem, & unionem inter per-

sonas

sonas Ecclesiasticas, præsertim Religiosas, magis conservandam, plurimum cupiat alternativam Generalitiam hujusmodi, pro ejus firmiori subsistentia, per Nos approbari, & confirmari: Nobis propterea humiliter supplicari fecit Exponens præfatus, ut ei in præmissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur eumdem Exponentem specialis gratiæ favore prosequi volentes, nec non a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, Censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium tantum consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, alternativam hujusmodi Apostolica auctoritate, tenore præsentium, perpetuo approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, omnesque, & singulos tam juris, quam facti, aliosque etiam quantumvis substantiales defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, aut intervenisse dici, vel censeri posset, in eisdem supplemus, ac præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces esse, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab illis inviolabiliter perpetuo observari, & adimpleri debere, sicque per quoscumque Judices ordinarios, vel delegatos, quavis auctoritate fungentes, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac præfatæ S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, Vice-Legatos, dictæque Sedis Nuncios, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere; irritum quoque, & inane decernimus, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, dictique Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alias roboratis Statutis, & Consuetudinibus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 19. Septembris 1721. Pontificatus Nostri Anno Primo.

P. Card. Pro-Datarius.

Loco ✠ Annuli Piscatoris.

Breve, quo Vice-Commissarii Generales, & alii Officiales Generales Curiæ tam Observantium, quam Reformatorum instituuntur.

INNOCENTIUS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

EX injuncto nobis divinitus Apostolatus Officio, Ordini tam Fratrum Minorum Sancti Francisci de Observantia, quam Reformatorum nuncupatorum Familiæ Cismontanæ, de idoneis Superioribus, quorum opera, aspirante superni favoris auxilio, ipsa Familia prospere dirigatur, providere cupientes, ac de infrascriptorum dicti Ordinis professorum fide, prudentia, doctrina, integritate, vigilantia, charitate, & Religionis zelo plurimum in Domino confisi, & eorum singulas personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum dumtaxat præsentium consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine; Dilectos Filios Franciscum ab Altamura, & Joannem a Petrafitta eorumdem Fratrum Minorum de Observantia, & Reformatorum, memoratæ Familiæ Cismontanæ respective in Vice-Commissarios Generales, ac Carolum a Corleto in Commissarium Curiæ, nec non Joannem de Soto, & Benedictum a Castro Arquato, Fratres expresse professos dicti Ordinis de Observantia, ac Reformatorum, in Procuratores Generales Familiæ Cismontanæ hujusmodi respective, usque ad proximum futurum ipsius Ordinis Capitulum Generale, juxta illius Ordinis Constitutiones celebrandum, cum omnibus, & singulis facultatibus, auctoritate, præeminentiis, prærogativis, privilegiis, gratiis, & indultis, ac honoribus, & oneribus solitis, & consuetis, & quibus alii Vice-Commissarii Generales, Commissarii Curiæ, & Procuratores Generales Ordinis præfati, tàm de jure, usu, & consuetudine, quomodolibet usi, potiti, & gavisi fuerunt, ac uti, frui, potiri, & gaudere potuerunt, auctoritate Apostolica, nec non tenore præsentium constituimus, & deputamus. Mandantes propterea in virtute S. Obedientiæ, ac sub indignationis nostræ, aliisque arbitrii nostri pœnis, omnibus, & singulis Ordinis præfati Superioribus, Fratribus, & Personis, cæterisque, ad quos spectat, & spectabit in futurum, ut præfatos Franciscum ab Altamura, & Joannem a Petrafitta, nec non Carolum, Joannem, & Benedictum, ad demandata eis respective per præsentes officia, illorumque liberum exercitium, juxta earumdem tenorem præsentium, recipiant, & admittant, eosque recognoscant, & illis in omnibus officia hujusmodi concernentibus pareant, & obediant, faveantque, & assistant respective. Ac decernentes ipsas præsentes literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac Francisco ab Altamura, & Joanni a Petrafitta, Carolo, Joanni, & Benedicto præfatis in omnibus, & per omnia plenissime suffragari. Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, vel delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non dicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores, præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut præsentium literarum transumptis, etiam impressis, manu Notarii publici subscriptis, & sigillo Personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in judicio, & extra adhibeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 23. Septembris 1721. Pontificatus Nostri Anno primo.

F. Card. Oliverius.

Hoc

Hoc eodem anno Pontifex confirmavit Constitutionem Urbani VIII. pro necessitatibus Locorum Terræ Sanctæ, consuetis Literis datis sub die 21. Novembris, incipient. *Salvatoris, & Domini Nostri &c.*

Supplex libellus Pontifici oblatus, & Decretum Sacr. Congr. circa Conventus Ordinis in Insula Minoricensi.

PRovincia Fratrum Minorum Regularis Observantiæ Majoricæ, ab initio suæ erectionis tres habuit aggregatos sibi Conventus in Insula Minoricæ, quos, sicut & reliquos ejusdem, unus, idemque Provincialis semper gubernavit, ac in suis Capitulis, & Congregationibus de necessario omnibus, quo ad vitam Regularem, non solum pro bono regimine Fratrum, sed & pro assistentia Monialium ibidem, sub eorumdem Fratrum obedientia degentium, nullo hucusque impediente, provisit. Nunc autem cum præfata Insula sub Anglorum temporali guberuio extet, a Majorica seorsim militante, Gubernator illius Guardianis prædictorum Conventuum notum fecit, maximè ad sui Principis servitium referre, ut nec a Provinciali Majoricæ, nec a Ministro Generali Matriti residente, nec ab alio ex inimicis Dominiis superiore, sed vel ex Insula ipsa, vel ex amico, aut saltem indifferente dominio desumpto, moderentur. Cumque duo ex dictis Guardianis religiosa modestia respondissent, ipsos paratos esse ab obediendum in omnibus, quæ ad Commercium sæculare politicum spectant; quoad ea vero, quæ ad vitam regularem, ejusque observantiam conducunt, ex vi Regulæ suæ, non posse legitimis propriis Prælatis, prout sunt Generalis Minister, & Minister Provincialis, obedientiam, sine maximo suarum Conscientiarum detrimento, & status Religiosi præjudicio, denegare: Proin suo Principi posse supplicare petierunt. Quo audito responso, idem Gubernator dictos Guardianos ex Insula immediatè relegavit, & Vicariis Conventuum indixit, ut sub iisdem pœnis ad summum Pontificem, cui tamquam supremo capiti Ecclesiæ, & omnium Regularium obsequuntur, recurrant, quatenus ipsis de Superiore, sub conditionibus adductis, provideat, aliter &c. Ex quibus Patres omnes Vicarii ad Pedes Sanctissimi provoluti per Commissarium, quem mittunt, humiliter supplicant, quatenus S. V. consideratis expositis, & quæ indè sequi possunt, dignetur de supradicto Prælato providere, qui & Guardianos memoratorum Conventuum, cœterosque inferiores Ministros, tàm quoad Fratrum, quàm quoad Monialium regimen, & moderationem instituat, cum omnimoda etiam facultate instituendi Prædicatores, & Confessarios, ac recipiendi Novitios, atque ea omnia faciendi, & in illis Conventibus disponendi, quæ disponere posset Provincia, ad quam spectant. Et pro gratia &c.

Sacra Congregatio Eminentissimorum, & Reverendissimorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, ad quam Sanctissimus Dominus Noster supplicem hunc libellum remisit, acta relatione P. Procuratoris Generalis Ordinis, ac attentis narratis, Oratores, ipsorumque Religiosos, & Moniales sibi subjectas, sub immediata jurisdictione Vice-Commissarii Generalis in Romana Curia degentis, & cum omnimoda facultate subjecit. Talis autem subjectio intelligatur tantum concessa pro tempore arbitrando ab eadem Sacra Congregatione — Romæ 19. Januarii 1722.

F. Card. Paulutius.

Breve, quo per mortem P. Donati Larceneux eligitur A. R. P. Constantinus Seret Provinciæ Sancti Dionysii in Francia Parisiensi Procurator Generalis Discalceatorum, & Recollectorum.

INNOCENTIUS PAPA XIII.

Dilecte fili salutem, & Apostolicam Benedictionem.

RElligionis zelus, vitæ, ac morum honestas, aliaque laudabilia probitatis, & virtutum merita, super quibus apud nos fide digno commendaris testimonio, nos inducunt, ut tibi reddamur ad gratiam liberales. Cum itaque, sicut accepimus, officium Procuratoris generalis Fratrum tam Discalceatorum, quam Recollectorum ultramontanæ Familiæ, Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum, per obitum quondam Donati Larceneux, dum vixit, dicti Ordinis, vacaverit, & vacet ad præsens; per quoddam vero Decretum fel. record. jussu Clementis Papæ XI. Prædecessoris nostri emanatum, caveatur expresse, ut dictus Procurator Generalis, pro una ex Fratribus Recollectis Franciæ, & pro alia vice ex Discalceatis Hispaniæ, alternatim esse debeat, ejusque electio in Capitulo Generali Ordinis prædicti fiat; illius autem celebratio in alma Urbe nostra, in vigilia Pentecostes anni proximi venturi, per quasdam nostras litteras desuper in simili forma brevis, expressis, indicta, & convocata fuerit, hinc est, quod nos de ejusdem idoneo Procuratore Generali Fratrum ejusdem Ultramontanæ Familiæ providere volentes, ac de tua fide, charitate, integritate, vigilantia, ac Religionis zelo plurimum in Domino confisi, teque à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existis, ad effectum præsentium tantum consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, Te, qui, ut pariter accepimus, Frater expresse professus Provinciæ Sancti Dionysii Ordinis prædicti existis, Procuratorem Generalem Fratrum Recollectorum, & Discalceatorum Familiæ Ultramontanæ memorati Ordinis, cum omnibus, & singulis præeminentiis, prærogativis, facultatibus, auctoritate, privilegiis, & indultis, ac honoribus, & oneribus solitis, & consuetis, usque ad proximum Capitulum Generale per Nos indictum, & convocatum, ut præfertur, tenore præsentium constituimus, ac deputamus; teque in locum dicti Donatiani harum serie substituimus, ac subrogamus. Mandantes propterea in virtute sanctæ obedientiæ omnibus, & singulis præfatæ Familiæ Superioribus, Fratribus, & personis, cœterisque, ad quos spectat, & spectabit in futurum, ut te ad demandatum Tibi per præsentes Procuratoris Generalis officium hujusmodi, illiusque liberum exercitium, juxta earumdem præsentium tenorem, recipiant, & admittant, tibique in omnibus officium ipsum concernentibus, faveant, & assistant, pareantque, & obediant: ac decernentes ipsas præsentes literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac Tibi in omnibus, & per omnia planissi-

me

ma suffragari. Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, ac definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nec non, quatenus opus sit, Provinciæ, & Ordinis prædicti, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis; quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus, pro plenè, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub annulo Piscatoris, die 19. Maii 1722. Pontificatus nostri anno secundo.

F. Cardinalis Oliverius.

FINIS.



Digitized by Google

INDEX
LITERARUM APOSTOLICARUM,
QUÆ IN HOC VOLUMINE CONTINENTUR, JUXTA ORDINEM CHRONOLOGICUM.

Numerus notat paginam, litera vero A. primam, B. autem ſecundam columnam.

SIXTI V.

CLEMENTIS VIII.

PAULI V.

URBANI VIII.

INNOCENTII X.

ALEXANDRI VII.

ctio-

Digitized by Google

CLEMENTIS IX.

CLEMENTIS X.

INNOCENTII XI.

Se-

Con-

Digitized by Google

CLEMENTIS XI.

INNOCENTII XIII.

BENEDICTI XIII.



INDEX

ALPHABETICUS LITERARUM APOSTOLICARUM, QUÆ IN HOC VOLUMINE CONTINENTUR.

A

C

Cum

D

E

I

M

N

Nu-

IN-

INDEX CHRONOLOGICUS

Omnium Decretorum, & Sententiarum SS. CC. ac Superiorum Generalium, quæ in hoc Volumine continentur.

Digitized by Google



INDEX

INDEX CHRONOLOGICUS

Omnium Epistolarum Reverendissimorum Patrum Superiorum Generalium, quæ in hoc volumine continentur.



IN-

INDEX

ALPHABETICUS OMNIUM RERUM, ET VERBORUM, QUÆ IN HOC VOLUMINE CONTINENTUR.

A

B

C

cretâ-

D

quæ

E

F

G

Digitized by Google

Guer-

cep-

K

L

M

M-

N

Obe-

O

P

pe-

Q

R

Re-

S

Digitized by Google

V

Vi-

Digitized by Google

FINIS.



Digitized by Google

Digitized by Google